conſuetudo tanti temporis licet Eccleſiæ præiudicialis ſit, tamen eſt ualida.conſ.2.nu.23 fol.7
Contractus in dubium reuocari non poteſt ſtante clauſula ex certa ſcientia.conſ.5.num.14 fol.14
Nec quis audiri debet.ibid. num.15
contractus ratificatur per precii receptionem.ibid. nu.18
Vel fructus rei perceptos. ibid.
contractu nondum perfecto, nullum ius competit ex eo.ibid.n.23 fol.115
contractus conditionalis pendente conditione pro non facto habetur ibid.num.23 & 24
contractus ad menſuram conditionalis eſt, ea non facta.ibid. numero 28
contractus ſi ceſſerit in utilitatem tertii, an metum probari oporteat,& commodum ad inferentem perueniſſe.ibid.num.36.
contractus factus de re immobili minoris nulla exigente neceſſitate nullus peti poteſt.ibid.nu.41 fol.16.
contractus non ualet depoſitis pecuniis ad finem inueſtiendi.ibid. num.221 fol.23
contractus uis non in tractatu,ſed concluſione conſiſtit.conſil.51.numero.14 fo.337
contractus dicitur conditionalis,acto quod res per tertium æſtimetur.conſ.51 fol.237
Et ante pro nullo reputatur. ibid.
contractus ut in ſcriptis dicatur,requiritur a contrahentibus expreſſe cautum,quod aliter non ualeat, & eſt communis opinio .conſ.51.num.6 fol.237
Sed contra,licet non ſit dictum,quod aliter non ualeat.ibid.nume.28 fol.238
Et eſt communior ſententia.ibid. nume.29
Et de ratione illius.ibid.num.31 fol.239
contractus in dubio non præſumitur vſurarius,ſed iuſtus.conſ.83 nume.17 fo.338
contractus factus in domicilio habitationis, regi debet ſecundum ſtatuta illius loci, non autem ſecundum ſtatuta domicilii originis.conſ.16.nu.23 fol.71
Etiam ſi poſtea contrahens mutauerit domicilium. ibid.n.24
contractus ſimulatus non ualet etiam iuratus.conſi.12. num.15 fol.281
Quia deficit conſenſus.ibid. nume.16
Et in ſubſtantia ſua.ibid. nu.17
Et licet renunciatum fuerit ſimulationi cum iuramento,tamen adhuc nullus remanet.ibid. nu.18
contractus innominatus do ut facias,conſi.9.num.35. fol.44
contractus per notarium rogandus quando dicatur perfectus.conſil.29.nume.21 fol.143
contractus principis bonæfidei dicuntur.conſi.33.num.3.fol.162
contractus locus attendi debet,non autem deſtinationis contractus.conſil.42.num.55 fo.192
contractus Communitatis quæ requirat.conſi.77.nu.39.fol.325
contractus retractatur ex caſu poſtea ſuperueniente.conſ.97.nume.18
contractus conſideratur ab effectu potius,quam a nomine. conſil. 83.num.2
contractus primus,ſi ſimulatus eſt, & ſequens talis præſumitur. ibid. nume.3
contractus non ualet,quando fingitur iuramentum metu,uel dolo extortum.conſi.5.num.143 fol.20
contractus,de quo conuentum ſit ſcripturam fieri, quam ſui natura non exigebat,uidetur perfectus,ea nondum facta.conſil. 51.nu.3 fol.237
Quod procedit ſi poſt contractum ſic dictum fuit, ſecus ſi ante. nume.23 fo.238
contractus qui & quando pariant actionem.conſil.9. nume. 36 folio.44
contractus habeatur pro infecto,uel ſit inefficax,æquipollent.conſil.72.nu.80 fol.308
contractus ſit inefficax,uel ſine cauſa, idem denotant. ibidem, nume.81


contractus

contractus dicitur palam factus, quando interuenerunt coniuncti & amici. conſ.42. num.48 fol.199

Idem ſi præſentia iudicis. ibid. num. 81 fo.194

contractus dicitur perfectus, ſi dicam uolo uendere, & tu, uolo emere. conſi.9. num.52 fol.45

contractus minoris, ſolennis licet, an ei noceat. conſ. 54. num.44 fol.255

contractus, qui annullatur ob defectum ſolennitatis requiſitæ ex poſt, non eſt nullus ipſo iure, ſed demum ſi opponatur, conſil. 72. nume.6 fo.304

Fallit ſi ſtatutum procedat ultra, annullando contractum ipſo iure. ibid. nu.27

contractus & ſtatuta intelligi debent, rebus ſic ſtantibus. conſil. 59. nume.74 fol.272

contractus ſtricti iuris ſunt. conſi.86. nume.8 fol.345

contractus bonæfidei ex bono & æquo ſtatuendus. conſi. 33. numero.4 fol.161

contractus non præiudicat abſenti. conſi.129. nu.8 fo.386

contractus nullus ipſo iure, iuramento confirmari non dicitur. conſ.5. nume.138 fol. 20

contractus dicitur imperfectus, quando actum fuit de ſcriptura interuenienda. conſ.29. num.18 fol.143

Quod declaratur. ibid. num.20

Sed an requiratur fuiſſe dictum quod aliter non ualeat. ibid. nume.26

Plures quod ſic, ſed auctor contra. ibid. nume.22

contractus etiam conditionalis eſt, irreuocabilis. con. 18. nu.104 fol.82

contractus ſtipulationis ſtricte intelligendus. conſ.8. nu. 3. fo.39

contractus, de quo dictum fuit adhiberi notarium, collatus uidetur in diem celebrandi inſtrumenti. conſil.51. nume. 18

Si non apparet ex coniectionis contrarium. ibid. nu. 19

contractus ſequens declaratur ex dictis ante. conſ.61. nume. 33. fol.279

contractus non ualet depoſitis pecuniis ad finem inueſtiendi. conſ.5. num.221 fol.23

contractus adulti ſine curatore nullus eſt. conſi.12. nu.29. fol.55

Cum eo ualet, ſed reſtituitur, ſi læſus eſt. ibid.

contractus rei litigioſæ nullus. conſ.204. nu.7 fo.370.

contractus guarentigiatus, ſi non ualet, nec confeſſio, ſiue præceptum in eo contentum. conſil.78. nume.21 fol.527

Contradicere qui dicuntur. conſi.108. num.21 fol.384

contradictio non ſoluendi quando requiritur, uel non. conſi.39. numero.22 fol.164

contradictor non poſſidens, non poteſt impedire cognitionem, & miſſionem in poſſeſſionem. conſ.45. nu.67 fol.204

Contradictor legitimus ut quis ſit: requiritur quod poſſideat, alias ſecus. conſi.69. num.13 fol.298

Item quod in continenti probet de iuribus ſuis. ibid. num.14

Et quando habet ſimilem titulum a defuncto. ibid. num.20

Contrarietas quacunque diſpoſitione uitanda. conſi.73. num. 13 fol.313

Et duo contraria ſimul ſtare non poſſunt ibidem. nume.14

Contrariorum eadem diſciplina, & ratio. conſ.92. nu.7 fo.358 conſi.60. nu.28 fol.276. & conſi.99. nume.19 fol.369

Contrahens cum alio, curare debet cautius negociari. conſil.42. nu.60 fol.192

Quod declaratur quomodo procedat. ibid. nu.66. & 69.

contrahens quando eſt inhabilis contractus, in eſſe deduci non poteſt. conſil.42. nume.61 fol.192

contrahens ubi eſt inhabilis, non poteſt contractus in eſſe deduci. conſi.42 num.74 fo 193

Quod optime declaratur aduerſus Ruinum. ibid.

Contrahens præſumitur habere notitiam eius, cum quo mercatur. conſi.42. nu.66 fol.192

Contrahens ſecundus præfertur primo, ſtante incertitudine re & loco in primo contractu. conſi.99. nu.10 fol.368

contrahentes cenſentur ſe uoluiſſe conformare cum ſtatutis ciuitatis. conſi.29. num.7 fol.142

Et illis ſe ſubiicere, ubi contraxerunt. ibid. nume.8

Contrahentes ſi cogitarunt de inſtrumento celebrato, uidentur in illam diem contuliſſe contractum, conſi.52. nu.17. fo.242

Contrahentes cenſentur proferre uerba ſecundum conſuetudinem, & ita ſunt intelligenda. conſi.51. nu.2 fol.237

Contrahentes, uolentes recedere a contractu, debent prius reddere quod acceperunt. conſi.5. num.1 fol.14

Fallit in minore, niſi probetur factum eſſe locupletiorem. ibid. num.76 fol.17.

Item quando precium fuit depoſitum. ibid nu.79

Contrahentibus licet inter ſe decipere citra dimidiam. conſil.60. nume.38 fo.279.

De quo datur exemplum Connani. ibid.

Contrahentium mens magis attendi debet, quam uerbo, conſil.52. nume.8 fol.241

Contentum ſequi debet naturam continentis. conſi. 18. nu.3. f.76.

Contumax uerus qualis. conſi.23. nu.209 fol.117

Nolo adire non inducit repudiationem. conſi.24. n.209 f.117.

Niſi in certis caſibus. ibid. nume.210

Conuentio mutua de non recipiendis rebellibus porrigitur ad futuros. conſi.201. num.9 fol.381

Conuentionales pœnæ ex æquitate canonica non debentur. conſi. 89. num.9 fol.352

Nec in terris Eccleſiæ. ibid. nume.22

Et mercatores. ibid.

Sed contra. ibid. num.23. & 26 fol.343

Conuentionis, & maxime in locatione, omnino ſeruanda. conſi 92. nume.1 fo.358

Conuentioni iurata non intelligitur derogatum, etiam ſi dictum fuerit non obſtantibus quibuſcunque pactis & capitulis. conſi.103. num. 42 & 43 fol.378

Conuentionis tempus non debet attendi, conſi.52. num.81. fo.242

Sed conditionis, in quam collatum fuit. ibid. nu.23

Copia iudiciorum danda eſt prius reo, antequam ponatur ad torturam, ſi petatur. conſi.88. nu.59 fo.352

Et eſt communis opinio. ibid. nume.60.

copia dicitur ab originali deducta. conſil.23. nume 194 fol 116

copiæ non creditur, ſi non creditur originali. conſ.60. nu.4. fo.275

Copula & repetit eaſdem qualitates uniuſque copulatorum conſil.73 num 16 fol.313

Et copulata reſtringit ad uniformem interpretationem. ibid. nume.17

Copula inter diuerſa ponitur. conſi.50. num.28 fol.232

Copula & repetit qualitates præcedentium. conſ. 59. n 97. f.273

Et quæ ſunt eiuſdem generis, non autem diſſimilia. ibid. nu. 98

copula in eadem oratione repetit eandem qualitatem. conſi 6 nume.123 fol.31

Et copulat circa idem, non circa diuerſa. ibid. num.124

copula requirit concurſum copulatorum, conſi.92. nu.23. fol.359

Et copulat ea, quæ ſunt eiuſdem generis. ibid. nume. 40 fol. 89

copulata principaliter, non requirunt concurſum. conſi.4. num. 18 fol.12

Nec in materia fauorabili. ibid. nume.21

copulatiuæ una pars declarat aliam. conſ.6. num.122 fol.31. & conſi 19. num.39 fol. 88

Cor, eſt imperator linguæ. conſi.21. num.25 fol.96

Et habet eam, ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua. ibid.

Et ſub iugo mentis uerba conſiſtunt, tanquam ſub ſuo proprio originali. ibidem

cor dicitur imperator linguæ. conſi.19. ſub nume.31 fol.88

cor datum eſt homini ad ſignificandum Deo, labia autem ad ſignificandum hominibus. ibid.

Correctio non præſumitur incontinenti facta. conſil.36. nume.40. fol.172

correctio præcedentium præſumenda. conſi.80. n.30. & 32 f.332

Cornelius Bentiuolus celebratur. conſi.51. num.43 fol.239

Creditor negligens in exigendo a debitore, ſoluendo non poteſt habere

*bere regreſſus contra fideiuſſorem. conſil. 52. nume. 64. fol.245*

*Creditori ſatiſdato an detur reuocatoria. conſi. 16. nu. 11 fo.71*

*Creditor ſecundus priori poteſt offerre. conſ.3 nu.1 fol.9*

*Niſi ſecus per ſtatuta illius ciuitatis fuiſſet ordinatum. ibid. & nu.3*

*Creditor an poſſit offerre vxori, cui bona conſignata ſunt conſtante matrimonio propter inopiam viri: plerique quod non. ibid. nu.4*

*Maxime quando mulier poſſidet. ibid & nu 5 fol.eod.*

*Et cauſa cognita per iudicem facta conſignatione. ibidem. & nume.6 fo.eod.*

*Et poſt annum ibid. & nu.8*

*Sed plerique contra, quos auctor conſiderans ſequitur. ibidem. & nu.24 fo.10*

*Saltem quando pecunia poteſt deponi ad honeſtum lucrum. ibid. & nu 25 fol.10*

*Et quando agitur hypothecaria mera. ibidem. & nume. 26. fol.10*

*Creditor ſecundus primo poteſt offerre. ibid. nu.9*

*Licet datio in ſolutum fuerit iudicialis ibid. num.10*

*Creditor quis proprie dicatur. conſ.73. nume. 10. & 11 fo.313*

*Creditor monere debet debitorem, quod ſoluat. &c. conſ.67. nume.2 fol.290*

*Et quando monitio non ſit neceſſaria. ibid. nume. 19. 20. 21. 23. 291.*

*Creditor præſumitur ſciuiſſe debitorem ſibi delegatum fuiſſe inopem, ſibique imputatur, ſi conditionem eius non perquiſiuit. conſ.42. nu.66 fol.192*

*Creditor poteſt petere intereſſe pecuniæ ſibi non ſolutæ, quando ob id recepit pecunias fenori. conſi.67. nu.1 fol.290*

*Idemque ſi aliter damnum incurrit. ibid. nume.9*

*Creditor ſi ſuccedat debitori, nec faciat inuentarium, confunduntur actiones. conſ. 31. nu. 46. fol.151. & nu.6 fo.152*

*Creditori creditur ad beneficium debitoris. conſi. 52. num. 122. fol.249*

*Creditur ei, de cuius animo quæritur. conſ.5. nu. 165 fol.21*

*Verſimilia dicenti. ibid. nu.163*

*Crauæ conſi. 22. declaratur, & contrarius ſibi ſignatur. conſi. 50. nu.40 fol.232*

*Cridis ſi quis non contradixerit, nec appellauerit, nec infra annum egerit, tenetur acquieſcere. conſil. 68. numero 31. fol.296*

*Culpa non præſumitur quando poteſt eſſe ab actu ſeparata. conſ. 1. nu.41 fol.4*

*Culpa non præſumitur in non perquirendo. ibid. nu.42*

*Et vna cum alia compenſatur. ibid.*

*Culpa in dubio non præſumitur. conſi.48. nu.52 fo.226*

*Et in eam ſe fundans, eam probare debet. ibid. nu.53*

*Culpa maior arguitur imprudenter agendo, quàm nil agendo. conſ. 52. nu.140 fol.250*

*Culpa eſt in vectigalibus non explorare conſuetudinem loci. conſi. 102. nu.4 fo.372*

*Culpa non venit in depoſito. conſ. 40. nu.23 fol.183*

*Niſi conuentum ſit. ibid.*

*Culpa certa, & limitata probari debet. conſ.52. nu. 128 fo.299. & nu.150 fo.250*

*Culpa lata dicitur, non faciendo quod fieri conſuetum eſt. conſil. 92. nu.24 fol.359*

*Culpa in nemine præſumitur. conſ.52. nu 127 fol.249*

*Et ſumitur interpretatio, per quam excluditur. ibid. num. 42. fo.250*

*Secus vbi ſumus in claris. ibid.*

*Culpa dicitur non faciendo in re aliena, quod in ſua feciſſet. conſ.74. nu.59 fo.317*

*Nec in dubio præſumitur. ibid. nu.60*

*Et eo caſu nullam præſumitur quis feciſſe, quod alii feciſſent. ibid. nu.61*

*Culpam committens, tenetur etiam de contingente, præter eius propoſitum. conſ.52. nu.147 fol.250*

*Cumani ſententia conſil. 137. declaratur. conſil. 73. nume. 20. fol.31*

*Cumanus conſil. 164. defenſatus à Ruino. conſi. 167. conſi. vol.1. conſ.22. nu.28 fo.101*

*Cumulatio non admittitur, licet ſummarie procedatur, conſi.30. nume.6 fol.145*

*Cura ruralium factorum qualis. conſi. 53. nu.25 fol.252*

*Curſus temporis dicitur impediri ex incertitudine debiti. conſi. 52. nume. 24 fo.142*

*Curſus fluminis non debet amoueri à ſolito curſu. conſi. 86. nume 11 fo.345*

*Et contrafaciens tenetur ad operis remotionem. ibidem. nume.12*

D

D*Amnum afferens, probare debet. conſil. 52. nume. 158. fol.251*

*Damnum quod quis ſua culpa ſentit, aliis imputari non debet. conſ.5. nu.20 fol 15*

*Damnum indebitum quando ceſſat. conſ 76. nu.52 fo.317*

*Damnum eſſe datum conſtare debet, vt locus ſit ſtatuto volenti, quod ſtari debeat iuramento damnum paſſi. conſ. 67. nume.52 fol.293*

*Dans pecuniam pro dote talis, nomine illius dotandæ dediſſe videtur conſ.31. nu.86. & 88 fol.153*

*Maxime quando dans non tenebitur dotare. ibidem. nume.87*

*Et cui ſolui debet, dicitur ius quæſitum. ibid. nu.89*

*Et ex coniecturis id colligitur. ibid. nu. 90 fol.154*

*Puta beneficiis dotandæ receptis. ibid. nu.91*

*Et dilectione erga illam. ibid. nu 92*

*Vel ex conſanguinitate. ibid. nu.93*

*Vel dictis ante traditionem. ibidem.*

*Dare importat dominium transferre. conſil. 27. numer. 67. fol.139*

*Et quidem directum in potentiori. ibid.*

*Data alicui contemplatione alterius, cenſentur ab eo profecta. conſ.31. nu.12 fol.149*

*Vt ſi dictum fuit, quod illi renunciaret iura ſua. ibidem. nume. 13.*

*Sed reprobatur. ibid. nu.62 fol.152*

*Vel quod eſſet proximior recipiente. ibid. nu.13 fo.147*

*Datio in ſolutum iudicis habet uim diffinitiuæ. conſ.3. nume. 7. fol.9*

*Quod procedit tantum contra debitorem, ſecus contra tertium. ibid. nu.3 fol.11*

*Datio probato in aliquo loco tanto tempore, cuius initii memoria non extat, dicitur probatum ius exigendi gabellas: licet priuilegium non oſtendatur. conſ.26. nu.31 fol.133*

*Sicque præſcribitur merum imperium ibidem.*

*Et dominium directum acquiritur. ibid. num.32.*

*Et talis præſcriptio pro veritate habetur. ibid.*

*Datio in ſolutum licet fuerit iudicialis, creditor tamen ſecundus primo poteſt offerre. conſi.3. nu.9. & 10 fol.9*

*Datum vni, alteri cenſetur ademptum. conſil. 10. numer. 41. fol.51*

*Datum contemplatione patris, videtur ab eo datum, conſil.18. nu.135 fol.84*

*Datum filio quando cenſeatur datum contemplatione patris filii. conſi.31. nu. 111. fol.155. & nu.112*

*Debiti incertitudo curſum temporis impedit. conſi. 52. nu. 24. fol 142*

*Debiti quantitas facilius ipſo debito probatur, & quomodo. conſil. 31. numero. 6. folio. 149 & ibidem. numero 44. fo.151*

*Debitor quando præſcribere poſſit. conſilio 37. nume. 50. fol.173*

*Debitor diuerſi fori, non tenetur ire domum creditoris. conſi. 52 num.60 fo.245*

*Nec proteſtari tenetur, quod ſolueret, ſi creditor adeſſet. ibid. nume 61*

*Debitor debitoris mei non dicitur debitor meus. conſ. 6. nume. 63 fol. 28*

*Debitor poteſt cedere bonis, & euitare capturam. conſ. 92. nu. 20 fol. 361*

*Debitor quando reſtituatur aduerſus ſecundum decretum. conſ. 3. nume. 31 fol. 10*

*Deceptus ſub confidentia ſuccurri debet. conſilio. 106. numero 8. fo. 380*

*Deceptis non decipientibus iura ſubueniunt. conſil. 42. nume. 65. fo. 162*

*Decimæ non poſſunt poſſideri à laico. conſil. 41. nume. 1. fol. 284*

*Neque in feudum concedi poſſunt. ibid. nume. 2*

*Niſi reſpectu commoditatis ex conſuetudine. ibid.*

*Decimæ, iuris diuini ſunt. conſ. 36. nu. 15 fol. 169*

*Decimæ à laicis præſcribi non poſſunt etiam tanto tempore cuius initii memoria non extat in contrarium. conſil. 41. num. 12 fol. 185*

*Fallit tamen vt ibi. nu. 14 & 15*

*Decimæ duplici reſpectu deberi poſſunt eccleſiæ. conſ. 17. num. 14 fol. 74*

*Decimæ præſtatio, loco ſeruitii reputatur. conſil. 17. numero. 20. fol. 74*

*Decius conſi. 162. declaratur. conſ. 66. nume. 27 fol. 289*

*Decius conſ. 636. damnatur. conſ. 20. num. 30 fol. 93*

*Decius à Cranetta defenditur. conſi. 50. nu. 23 fol. 24*

*Dec. conſ. 269. col. 3. declaratur. conſ. 18. nume. 110 fol. 82*

*Dec. conſ. 431. reprehenſus. conſ. 50. num. 49 fo. 233*

*Decius conſ. 26. & conſ. 180. notatur contrarius, & in quo. conſil. 97. nume. 22 fol. 366*

*Decius conſi. 2. male locutus. conſ. 89. nu. 20. & 22 fo. 313*

*Decius conſ. 449. declaratur. conſ. 30. num. 13 fo. 145*

*Decius conſ. 340. confutatur. conſ. 51. nu. 21 fol. 238*

*Decius conſ. 227. ad fin. declaratur. conſ. 110. n. 26 fol. 389*

*Deceſſiſſe ſine filiis quis præſumitur. conſ. 107. nu. 23 fol. 382*

*Et ſine teſtamento. ibid. nu. 24*

*Declaratio de libris æſtimi arguit voluntatem domicilii alibi conſtituti. conſ. 23. num. 153 fol. 113*

*Declarationi conſcientiæ & motus animi creditur. conſil. 5. numero 171 fol. 21*

*Et parte non citata fieri poteſt. ibid. nu. 172*

*Decreta Parmæ, quæ confiſcationem inducunt, quomodo ſint intelligenda. con. 15. num. 107 fol. 68*

*Decreta Parmæ quo ad modum alienandi, generalia ſunt. conſ. 15 nume. 38 fol. 65*

*At reſpectu forenſium ſecus. ibid.*

*Decreta Parmæ non loquuntur de alienatione bonorum titulo vniuerſali. conſ. 45. num. 59. & nume. 63. & 64 fol. 69*

*Decreta Parmæ, quæ prohibent ſucceſſionem in forenſes, locum non habent in hæreditate iam delata eorum tempore. conſ. 23. nume. 169 fol. 114*

*Nec in acquiſitione iam facta retinenda. ibid. nu. 171*

*Nec in ſucceſſione deſcendentium. ibid. num 173*

*Nec in forenſibus qualificatis, vt deſcendentibus. ibid. nu. 175 fol. 115*

*Decreti interpoſitio non poteſt alteri delegari. conſil. 5. num. 192 fol. 21*

*Decreti forma omnino eſt attendenda. conſ. 5. nume. 217 fol. 22*

*Decreto derogari non poteſt in præiudicium unius tantum. conſi 5 nume. 144 fol. 20*

*Decreto interpoſito, præſumuntur omnia legitime facta. conſil. 6. nume. 77. & 78 fol. 28*

*Et cauſæ cognitionem requirit. ibid. num. 79 fol. 29*

*Decreto præſumitur ſolemnitatem, & cauſæ cognitionem interueniſſe. conſ. 5. num 12 fol. 14*

*Niſi fuerit obreptum iudici. ibid. nu. 162 fol. 20*

*Et probando contrarium ceſſat præſumptio. ibid. num. 163*

*Et oportet ſolemnitates nominatim enuntiari. ibid. nume. 173 fol. 21*

*Et prius cauſas probari in minore. ibid. nume. 176*

*Et apparere ex actis ſeparatim. ibid. num 177*

*Decreto ſtante dolus, & læſio non præſumitur. ibid. num. 12. fo. 14 & numero 175*

*Si rite & ſolenniter interuenit. ibid. num. 151 fol. 21*

*Secus ſi debita ſolennitas non interuenit. ibid. num. 182*

*Et quando conſtat de euidenti læſione. ibid. nume. 183*

*Et fuit interpoſitum ante contractum. ibid. nume. 194*

*Et quando deficit poteſtas, & voluntas. ibid. nume. 185*

*Et ubi fuit interpoſitum ſuper rebus extra territorium concedentis. ibid. nume. 207 fol. 22*

*Vel ex falſa cauſa. ibid. nume. 209*

*In totum, vel in parte. ibid. nume. 210*

*Nec interpoſitum fuit pro tribunali. ibid. nu. 215*

*Nec eius forma fuit ſeruata. ibid. num. 116*

*Decretum corruit propter obreptionem. conſilio 5. numero. 164. fol. 27*

*Decretum corruit expreſſa cauſa in iure falſa. ibid. num. 174. fol. eod. & num. 209 fol. 22*

*Decretum corruit ex defectu voluntatis. ibid. num. 197 fol. 22*

*Decretum iudicis eſt indiuiduum. ibid. nu. 211*

*Decretum corruit, non expreſſa veritate, ſed ſuppreſſa, & tacita. ibidem num. 214*

*Decretum iudicis quando pro ſententia habeatur. conſ. 6. num. 54 fol. 27*

*Decretum iudicis facit omnia præſumi ſolenniter acta. conſ. 42. numero 56 fol. 192*

*Et inde ceſſat præſumptio fraudis, metus, & doli. ibid. num. 81 fol. 183*

*Decretum Parmæ Ducis Octauii excludens habitantes alibi, licet Parmenſes, de quibus intelligendum. conſ. 23. num. 120 fol. 112*

*Decretum Ducale circa pacem declaratum. conſil. 101. numero 8 fol. 241*

*Decretum primum, & ſecundum fit citato debitore. conſ. 3. nu. 29 fol. 10*

*Decretum iudicis ſtricti iuris. conſ. 54. nu. 60 fol. 256*

*Intellig. quæ debet ad id quod refertur. ibid. nume. 61*

*Decretum Ducis Petri Aloyſii Farneſii prohibens res immobiles alienari in perſonam Dominio Parmæ non ſubiectam. conſi. 23. num. 3 fol. 104. & nu. 13 fol. 105*

*Quod locum non habet in creato ciue. ibid. nume. 125. fo. 112*

*Decretum Ducis Octauii Farneſii excludens forenſes alias priuilegiatos, quomodo ſit intelligendum conſ. 23. n. 4. f. 104. et n. 27*

*Decurio poteſt eſſe aduocatus. conſ. 14. num. 11 fo. 61*

*Qui alios non defendunt, in vitio ſunt conſ. 9. nume. 80 fol. 46*

*De quo fabella bonis & cameli. ibid. nume. 81*

*delicta tractant de maiori præiudicio. conſ. 12. nume. 43. fol. 56*

*delicta ob publicam vtilitatem ſunt punienda. conſ. 100. nume. 8 fol. 369*

*Sicut & lites. ibid. nu 9*

*delictum conſumatum tranſit ad hæredes. conſ. 1. numero 30. fol. 4*

*delictum præſumitur ex pluribus præſumptionibus. conſ. 30. n. 46 fol. 147*

*delictum factum accidentaliter in dubio præſumitur non data opera. conſ. 103. num. 27 fol. 377*

*Delinquens extra ſuum territorium an comprehendatur ſub proclamate ſui territorii. conſ. 28. num. 15 fol. 141*

*delinquens extra territorium non offendit maieſtatem ſtatuentis. conſ. 28. num. 3 fo. 140*

*Delinquentes plures, quando æqualiter teneantur. conſ. 8. numero 19 fol. 40*

*delinquere nemo præſumitur. conſil. 83. nume. 12. fol. 337. & conſi. 18. num. 156 fol. 85*

*Quod ſufficit ad abſoluendum non ad condemnandum. ibid. numero 27 fo. 338*

*Demonſtratio quandoque præualet nomini proprio. conſ. 13. numero 4 fol. 54*

*Allegare quid & qui non dicere contrarium, probet, quando præcedat. ibid. nume 5. & 6*


denuncia-

*Denunciatio facta poſt tempus à ſtatuto aſsignatum eſt nulla. conſ.72 nu.1* fol.304
*Denunciatio contractus, dicitur incidens ad ſolutionem gabellæ. conſ.72.nu.35* fo.306
*Denunciatio poſt tempus ſtatuti fieri non poteſt, quo ad corroborationem contractus. conſ.72.nu.56* fol.307
*Denunciatio fieri debet obligato alium indemnem conſeruare. conſ.87.nu.20* fo.348
*Quid ſtante iuramento. ibid.* nu.23.24
*Depoſitum confeſsionatum retinet ſua priuilegia. conſ.60 nu 32 & nu.44* fo.276
*Depoſitum irregulare, quale ſit. conſ.60.nu.38* fol.276
*Depoſitum datur ad cuſtodiendum. conſ.83.nu.1* fol.337
*Deſcendentes hæredis præceptum teſtatoris ſpernentes excluduntur. conſ.23.nu.33* fol.106
*Quod deſlauatur, & tollitur. ibid. nume.244. cum ſequenti.* fo.119
*Deſcendentium appellatio, communis eſt ad omnes etiam per lineam fœmininam. conſ.56.nu.71* fo.262
*Deſcendentium appellatione ueniunt omnes in infinitum. conſil. 17.nu.2.fo.73. & conſ.23.nu 80* fol.109
*Deſcriptio in æſtimum non inducit obligationem ante oneris impoſitionem. conſ.25.nu.23* fo.129
*Determinatio Principis vim legis obtinet. conſil. 51. nume. 7.* fo.237
*Determinatio æqualis, fieri non poteſt, vbi militat diuerſa ratio. conſ.50 nu.23* fo.231
*Nec poteſt æqualiter determinare.* ibid.
*Nec in diſpoſitione neceſſaria. ibid. nu.24* fo.231
*e ā in primo tenet auctor contra. ibid. nu.55* fol.233
*Vel reſtringitur ad diſpoſitionem legis: at ſecus in diſpoſitione hominis. ibid.* nu.56
*Secundum vero declaratur procedere, quando non eſt dare caſum, in quo poſsit vniformiter operari. ibid.* nu.58
*Detractio legitima, & trebellianica fieri debet iuxta voluntatem teſtatoris. conſ.5.nu.67* fo.16
*Deus quos coniunxit, homo non ſeparet. conſ.7 numero 12.* fol.38
*Dicatum Deo ad humanos vſus non trahi. conſil. 2. nume. 6.* fol.6
*Niſi neceſsitate imminente. ibid. nu.30* fol 8
*Dicenti ſe feciſſe de mandato, non creditur. conſilio 8. nume. 30* fol.41
*Dicta Doctorum ſunt intelligenda ſecundum per eos allegata. conſ.50.nu.44 fol.233. & conſ.49.nu.18.* fol.230
*Dictio plures, ad paucos refertur, & eiuſdem qualitatis. conſ. 59.nu.77* fo.272
*Non autem diuerſa. ibid.* nu.78
*Dictio omnimoda, quid ſignificet. conſ.55.nu.4* fo.269
*Dictio omnibus, vniuerſalis, nihil excludit. ibid.* nu.5
*Dictio, & non vltra, eſt excluſiua cæterorum non expreſſorum. conſ.68.nu.6* fo.294
*Dictio plenaria intelligitur de indiſtincta, indifferenti, ſiue ſimplici. conſ.59.nu.1* fol.269
*Item de libera. ibid.* nu.2
*Dictio videlicet, declaratiua dicitur. conſil. 67. nume. 42* fol 292
*Dictio, vt ſupra, relatiua præcedentium. conſ.66. nume. 22. fol.289 & etiam reſtringit diſpoſitionem ad præcedentia. conſil. 80.nu.33* fol.333
*Dictio tunc, reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum. conſ.75 nume.19* fo.319
*Et habet uim taxatiua. ibid.* nu.22
*Et exponitur in eum caſum, vel eo tempore.* ibid.
*Dictio niſi, conditionem denotat. conſ.33.nu.2.* fol.312
*Dictio omnino & præciſa, & vniuerſalis. conſil. 5. numer. 89.* fol.17
*Dictio tamen, reſtringit & limitat. conſilio 1. numero 24.* folio 3
*Dictio aliquas, res ſingulares, & determinatas ſignificat. conſ.15 nume.60* fol.66.
*Diciturque ſignum partitiuum. ibid.* nu.61
*Dictio iuxta, exponitur pro ſecundum. conſil. 106. numer.1.* fol.380
*Dictio prout, limitatiua. conſi.19.nu 38.fo.88. & relatiua præcedentium. conſilio 27. numero 71.* fol.140
*Dictio alii, de ſimilibus intelligitur. conſ.4.nu.26.fol.12. & diuerſificat alios à loquente. conſ.7. nu. 44. fol.35. & excludit ibid. nu.45. & repetit eandem qualitatem. conſilio 73. nume. 26* fol.313
*Diuerſa tamen ab expreſsis includit. ibid.* nu.27
*Dictio vero, repetit qualitates præcedentium. conſ.29. nume.25* fol.143
*Quia, licet aduerſatiua ſit, eſt coniunctio. ibidem. numero 26*
*Dictio ſingula, denotat ſeparationem, & omnimodam diſtinctionem. conſ.16.nu.49* fo.72
*Dictio quoslibet, in ſolidum vocat. conſ.18.nu.46* fol.78
*Dictio quomodocunque, quid denotet. conſilio 61. numero 12.* fol.278
*Dictio omnis, nihil excludit. conſi.6.nu.128* fol.31
*Dictio tunc, denotat extremitatem temporis. conſi. 97. nume.7.* fo.366
*Dictio ex, denotat cauſam proximam, & immediatam. conſi.97. nume.18* fol.366
*Dictio ex, quid ſignificet. conſ.46.nume.84* fo.316
*Dictio ſingulis, idem operatur quod dinumeratio rerum. conſ.59. nume.8* fo.269
*Dictio, &c. breuiata, continet omnia, quæ ſunt de natura actus. conſ.84.nu.48* fo.341
*De quo datur exemplum in reſcripto. ibid.* nu.49
*Et ea poſita denotatur notarium habuiſſe inſtrumentum pro perfecto. ibid.* nu.50
*Dictio dictis, eſt relatiua præcedentium, cum omnibus qualitatibus ſuis. conſ.110.nu.53* fo.390
*Dictio omnino ſignificat re, & verbo. conſilio 5. numero. 88.* fol. 17
*Dictio etiam, quid implicet. conſ.87.nu.10* fol.348
*Dictio vel, eſt diſiunctiua. conſ.73.nu.18* fo.313
*Dictio, prædicto, eſt relatiua præcedentium. conſi.37.nume.8.* fol.170
*Dictio omnis, vniuerſalis eſt. conſ.23.nu.310* fol.123
*Dictio vniuerſalis nihil excludit. conſ.15.nu 53* fol.65
*dictio omnibus, nullum excludit. conſi. 50. numero. 14* fol. 231
*dictio prædictorum relatiua præcedentium.* ibidem.
*dictio vt ſupra, relatiua præcedentium. conſil. 59. numero 48.* fol.271
*dictio etiam, ampliat diſpoſitionem conſ.59.num.15* fol.269
*dictio ſecundum limitat actum. conſi.16.nu.18* fol.71
*dictio tamen, habet vim taxationis. conſ.23.nu.53* fol.107
*dictio ſemper, omnes caſus & omnia tempora complectitur. conſi.23.nu.227.* fol.118
*dictio cum, copulat acceſſorie conſi.19.nume.22* fol.88
*dictio, tunc & eo caſu, ſubſtitutionem reſtringit ad caſum expreſſum. conſ.110.nu.33.fol.389. & conſ.80. numer. 18* fol.332
*Saltem ſubſtitutione facta in aliquo caſu expreſſo. ibidem. nume.34* fol.389
*Alias contra. ibid. nu.46* fol.390
*Nec verificatur ſubſtitutio, niſi conditionibus in forma ſpecifica impletis. ibid. nu.35* fo.389
*Et quando verba ſunt geminata. ibidem. numero. 57* fo.390
fol.121
*dictio vltra, ſui natura includit. conſilio. 23. numero. 274*
*dictio ſicuti, importat ſimilitudinem omnimodam. conſ. 18. nume.145* fol.84
*dictio vt ſupra, eſt relatiua præcedentium qualitatum ſuarum. conſ.78.nu.1* fol.325

Dictio non aliter, formam præciſam inducit. conſ. 21. nume. 9. fol. 95

Dictio fruſtra, intelligitur ſine fructu. conſilio 50. numero 34 fo. 232

Dictio vt, adiuncta diſpoſitioni perfectæ, facit modum. conſ. 23. nu. 138 fo. 113

Non reuocare, tendit ad confirmationem. ibid.

Dictio ita tamen, modificat. conſ. 18. nu. 130 fol. 83

Dictio ex, denotat cauſam proximam. conſilio 23. numero 262. fol. 120

Dictio etiam, includit caſum minus dubitabilem conſ. 123. nume. 130 fo. 112

Dictio maxime, exprimit caſum minus dubitabilem. conſ. 47. nume. 33 fo. 221

Dictiones de ſimilibus intelliguntur. con. 35. nu. 25 fol. 167

Dictum doctoris intelligi debet ſecundum leges, quas allegat. conſil. 5. numer. 84. fol. 17. & conſil. 86. numer. 17 fo. 346

Dictum rationabile non minus debet mouere iudicem quàm lex. conſi. 67. nu. 15 fol. 291

Didacus & adductus & ponderatus præct. q. c. 22. conſ. 39. nume. 61 fol. 181

Dies certa interpellat pro homine. conſ. 89. nu. 8 fol. 352

Dies interpellat pro homine. conſ. 1. nu. 16 fol. 2

Difficultas probationis, qualis, & quando dicatur. conſ. 43. nume. 34 fo. 199

Dignitates omnes ab Imperatore, & ſummo Pontifice. conſ. 5. nume. 93 fo 18

Dignitatis ratio habenda in re minoris vendita. conſ. 5. nu. 100. fol. 18. nu. 160. fol. 20. & nu. 200 fo. 22

Dilapidatio non præſumitur. conſ. 25. nu. 281 fol. 121

Dilecti magis præferuntur in fideicommiſſo. conſil. 75. nume. 40 fol. 320

Datque auctor exemplum. ibid. nu. 41

Diligens in dubio quis præſumitur. conſ. 50. nu. 84 fo. 235

Diligentia non eſt neceſſaria, vbi facta non profuiſſet. conſ. 42. nume. 69 fol. 192

Diſcordia inter coniunctos cauſa bonorum & ſucceſſionis. conſ. 13 nume. 58 fol. 59

Diſpenſandi iuſta cauſa, pax & concordia. conſil. 13. nume. 83. fol. 61

Diſpenſatio corruit ex falſa cauſa. conſilio 5. numero 309. fol. 22

Diſpenſatio contraria, quando dicatur ſublata. conſ. 13. num. 18 fol 57

Et nu. 83. ibid. fol. 61

Diſpoſitio ſequens, facta cenſetur ſecundum naturam præcedentis. conſ. 18. nu. 13 fol. 76

Diſpoſitio teſtatoris non poteſt in ſuſpenſo ſtare. ibidem. nu. 213. fol 117

Diſpoſitio quælibet intelligitur rebus ſic ſtantibus. conſ. 26. nume. 37. fo. 134. & conſ. 77. num. 31 fo. 324

Diſpoſitio hominis de unico actu tantum intelligitur. conſ. 105. nume. 1 fo. 380

Quæ regula in omni diſpoſitione dicatur. ibid. nu. 8

Et in omni materia. ibid. nu. 3

diſpoſitio hominis refertur ad ſtatutum loci, non ad ius commune conſ. 38. nu. 32. & 34 fo. 177

diſpoſitio quælibet, intelligitur rebus ſic ſtantibus. conſ. 37. nume. 26 fo. 172

diſpoſitio generalis non extenditur ad caſum, in quo poſſet eſſe captio, ſeu læſio. conſ. 33. nu. 25. fo. 162 & conſi. 5. nu. 116 fol. 19

Vel quis indebite læderetur, aut ad alium lucrum perueniret. ibidem.

diſpoſitio principalis non extenditur quo ad pœnam. conſil. 23. nume. 272 fol. 273

diſpoſitio generalis non comprehendit perſonas in ſpecie priuilegiatas. conſi. 13. nu. 45 fol. 65

diſpoſitio auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. comprehendit diſpoſitionem l. iubemus. C. ad Trebellian. ibidem. nume. 47

diſpoſitio generalis non comprehendit Cardinales. ibidem. numero 46

diſpoſitio l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. non poſſ. non comprehendit diſpoſitionem l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C de teſta. ibid. nu. 48

diſpoſitio Principis ſic debet intelligi, ne tertio fiat præiudicium. conſ. 51. nu. 38 fo. 239

diſpoſitio leg. hac edictali, C. de ſecund. nupt. procedit etiam in filia prioris matrimonii per ſtatutum excluſa. conſil. 47. nume 9 fo. 220

Sed auctor contra poſt relatos per eum. ibidem. nume. 40. fol. 222

Et per rationem Ripæ. ibid. nume. 41

Sicut & Angeli. ibid. nu. 42

Quam defendit auctor à Bertrando. ibid. nu. 43

diſpoſitio generalis intelligitur de ordinariis, non autem de extraordinariis. conſ. 27. nu. 51 fol. 138

diſpoſitio facta per nomen collectiuum comprehendit augmentum ſuperueniens. conſ. 59. nu. 21 fol. 270

Quod declaratur, quomodo procedat. ibidem. numero 106. fol. 273

diſpoſitio generalis omnes caſus complectitur, licet in vno ſit maior ratio quàm in alio. conſ. 12. nume. 31 fo. 55

diſpoſitio facta ſub vno tempore, non extenditur ad aliud tempus. conſ. 97. nu. 9 fol 366

diſpoſitio dicitur tota fauorabilis, ſi principaliter inducta ſuit in fauorem publicum, licet ſecundario redundet in odium aliorum. conſi. 28. nu. 9 fo 140

diſpoſitio ſtatuti omnino ſeruanda. conſ 87. nu 6 fol. 347

diſpoſitio dicitur fauorabilis, quando fauor eſt inſeparabilis ab odio. conſi. 28. nu 14 fo. 141

diſpoſitio, per quam datur materia delinquendi, quando valeat, vel non. conſi. 85. nu. 24 & 25 fol. 343

diſpoſitio generalis comprehendit cauſam dotis, quando non eſt in ſpecie priuilegiata. conſi. 85. nu. 46 fo. 344

diſpoſitio ſub conditione ceſſat ea ceſſante. conſ. 29. numer. 33 fo. 144

diſpoſitio non comprehendit maiora expreſſis. conſ. 25. nume. 29 fol. 129

diſpoſitio exorbitans, loquens in caſu ſimplici, non extenditur ad mixtum. conſ. 63. nu. 26 fol. 283

diſpoſitio vniuerſalis includit ea, quæ alias non includerentur. conſ. 59. nu. 7 fo. 269

Niſi quis indebite damnum pateretur. ibidem. numero 89 fol. 272

diſpoſitio odioſa verificatur in primo actu. conſ. 23. nume. 24 fo. 105

diſpoſitio generalis continens actus iam conceſſi extenſionem, non reſtringitur. conſ. 39. nu. 65 fol. 181

Niſi tertio fiat præiudicium. ibidem.

diſpoſitio trahi debet ad actum magis neceſſarium. conſ. 31. nume. 79 fol. 153

diſpoſitio facta vna die, non porrigitur ad aliam diem. conſ. 33. nu. 16 fo. 161

diſpenſatio non extenditur ad defectus ſuppreſſos. conſ. 5. nu. 219 fo. 22

diſpoſitio trahitur ad incogitatum, quando quis ita voluit. conſ. 59. nu. 16. & 20 fol. 270

diſpoſitio leg. ſi quis ſeruo, in fin. C. de fur. quando procedat, vel non. conſi. 49. nu. 32 fol. 231

diſpoſitio generalis reſtringi debet ex ratione etiam præſumpta, vel coniecturata. conſ. 5. nu. 114 fol. 18

Et maxime quando quis indebite læderetur. ibid.

diſpoſitio uerificatur in primo actu. conſilio 23. numero 21. fol. 105

Quod procedit in diſpoſitione hominis per contractum facta, ſecus ſi per ultimam uoluntatem. ibidem. nume. 197. fol. 116


& quãdo

Et quando manet eadem ratio diſpoſitionis.ibi. nu.198
Et conſtat de mente teſtatoris vocandi plures, vnum poſt alium.ibid. nu.199
Diſpoſitio per modum conſilii, qualis. conſil. 18.numero 137. fol.84
Et quando vel non.ibid.nu.156 fol.85
Diſpoſitio non ſeruanda, quando proceſſu temporis redditur iniqua.conſ.59.nu.68 fo.272
Diſpoſitio generalis non porrigitur ad caſum, in quo diſponens non habet poteſtatem.conſ.50 nu.78 fo.235
Diſpoſitio intelligitur de primo actu. conſilio 21.numero 37 fo.97
Fallit quando per eum non eſt ſatisfactum menti diſponentis. ibid. nu.38
Diſpoſitio generalis comprehendit etiam caſum dotis, vbi non eſt in ſpecie priuilegiatus.conſ.3.nu 11 fol.9
Diſpoſitionem ſatis eſt quid minimum operari, vt præcedentia non dicantur correcta.conſ.102.nu.48 fo.374
Et ne fiat contra mentem diſponentis.ibid.nu 49 fol.375
Sicque reſtringi debet.ibid.nu.50 fo.375
Diſpoſitioni primæ per ſecundam non cenſetur derogatum, niſi expreſſe caueatur.conſi.55.nu.22 fol.258
Diſpoſitioni primæ non præſumitur derogatum, niſi exprimatur. conſ.108 nu.4 fol.383
Diſponens non cenſetur feciſſe, quod expreſſe facere non poteſt. conſ.67.nu.33 fol.292
Diſpoſitum cenſetur, quod veriſimiliter teſtator interrogatus ordinaſſet.conſ.5.nu.70 fol.17
Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, locum habet in alio.conſi.29 nu.9 fol.142
Diuerſitas nominum arguit diuerſitatem rei.conſ.59.nu.41.fol. 271.& conſi.23.nu.312 fo.124
Diuerſitas facti ius diuerſum conſtituit. conſil. 81. nume. 19. fol.335
De diuerſis ad diuerſa non infertur. conſilio 10. numer. 45 fol.51
Diuitiæ probandæ ſunt, ubi ſunt fundamentum intentionis. conſ. 10.nume.19 fo.50
Sicut econtra paupertas. ibid.
Diuiſio fit dignitatum propter plura territoria.conſi.57.nu.34. fol 265
Et quando feudum totum vni aſsignatur.ibid. nu.35
Diuiſio principis auctoritate non requirit conſenſum ſubditorum. conſi.58.nu.32 fol.265
Diuiſio ſedat diſcordias.conſi.21.nu.20 fol.96
Diuiſio vnius territorii in duo, non videtur fieri poſſe in præiudicium ſubditorum.conſi.57.nu 4 fo.264
Nec facta ſit auctoritate principis.ibid. nu.32
Doctor debet concluſiue loqui.conſi.63.nu.3 fo.182
Sicut & aduocatus.ibid. nu.8
Doctori bene diſtinguenti credendum. conſilio 50. numero 57 fo.233
Doctori ſibi contrario parum deferendum. conſil. 7.nume. 124 fol.38
Doli veri exemplum.conſ.43.nu.45.& 47 fol.199
Item præſumpti.ibid. nu.46
Dolo fieri dicitur, quicquid fit contra bonam fidem. conſ.43. num.43 fo.199
Dolus præſumitur ex actu nocturno. conſilio 3. nu. 16 fol.10
Item præſumitur ex lucro cum alterius iactura facto.ibidem nume.17
Item idem præſumitur ex aliqua enormi læſione. ibidem.nume.18
Dolus arguitur in faciente rem prohibitam. conſi. 92. nume.27 fol.359
Dolus dicitur non obſeruando legis ſolennitates. conſi.72.ſub nume.73 fol.307
Dolus vel lata culpa arbitrorum, quando dicatur interueniſſe. conſi.106.nu.4 fol.380
Dolus probatur occupando poſſeſſionem, quam quis non habebat.conſi.43.nu.41. fo.199
Dolus verus probatur ex inditiis. conſilio 43. numero 31. fol.199
Præſumptus vero à lege inducitur ſine probatione ſecundum Caſtrenſem. ibidem.
Sed auctor contra.ibid.nu.44 fo.199
Dolus arguitur faciendo prohibita. conſilio 101. numero 20. fol 372
Et præſumitur ſine probatione.ibid. nume.21.
Dolus arguitur in tacente ad ſui commodum, & deceptionem alterius.conſi.42.nu.78 fol 193
Et exemplum adfertur egregium.ibid. nume.79
Dolus non poteſt eſſe ſine deceptione. conſilio 42. numero 80. fol.193
Dolus non præſumitur ſtante decreto. conſilio 5. numero. 12. folio 14
Et quando, & quomodo procedat, vide ſupra decreto ſtante, &c.
Dolus præſumitur ex enormiſſima læſione. conſ. 5. nume. 122. fo.19
Domicilium quo loco quis habere dicatur. conſ. 16. nume. 26. fol.71
Neque & facto transfertur.ibid. nu.27
Domini intereſt plures vaſallos habere. conſilio 18.nume.69. fol.86
Dominii translatio non inducitur pendente conditione. conſi.5. nume.28 fo.15
Dominium probatur ex inſtrumentis antiquis.conſ.23.num.280 fol 122
Dominium non ante traditionem transferri. conſi.61. numer.9. fol.278
Fallit promiſſa cuſtodia rei ibid.nu.40 fo.279
Dominium directum non transfertur per emphyteoſim. conſ.17. nume.15 fol.74
Dominium directum præſcriptione quæritur.conſ.74. nume. 14. fo.315
Dominium probatur ex poſſeſſione, quando deducitur incidenter. conſ.91.nu.4. fol.356
Dominium acquiritur teſtamento.conſ.56. nume. 28 fol. 260
Dominorum nemo in re communi quicquam facere poteſt inuito altero.conſ.32.nume.34 fol.159
Dominus recipiens canonem poſt caducitatem, uidetur renouare. conſ.22.nume.84.& nume.34 fo.100
Et ſi recepta fuerit ſolutio à factoribus domini, videtur illam ratificaſſe, recipiendo illam.ibid.nu.11 fol.202
Dominus non cogitur habere uaſallos, quos non uult. conſ.44. nume.32 fol. 202
Nec emphyteotas. ibid.
Dominus non poteſt quem inueſtire, ad quem non pertinet feudum, in præiudicium ſuccedere debentis.conſ.44.num.27. fol.202
Dominus non poteſt imponere collectas etiam pro ſua neceſsitate.conſ.10.nu.1 fol.49
Quod procedit in priuata, ſecus in publica.ibid. nu. 8. & 17. & 50 fol.49
Et antequam eas imponat, debet prius crumenam ſuam euacuare.ibi. nu.2
Secus ſi de ſuo non poſſint utilitati communi prouidere. ibi n.3
Dominus opponere tantum poteſt de canone non ſoluto, non tertius.conſ.16.nu.31 fo.72
Dominus tenetur præſtare patientiam utendi & fruendi emphyteotæ, ſicut ſimplici colono. conſ.40.nu.3 fol.182
Dominus loci, in quo eſt cluſa, tenetur dare aditum, ut aptari poſſit per habentem eam.conſ.92.nu.10 fo.358
Dominus caducitatem remittens, ad eam agere non poteſt. conſ. 1.nu.6 fol.2
Dominus ſi non eſt conqueſtus uiuo uaſallo, non poteſt eo mortuo caducitatem opponere.ibid. nu.7

Quod procedit ſi ſciuit, ſecus ſi ignorauit, ibidem. nume. 28. folio 3
Dominus inueſtiens uaſſallum poſt caducitatem, videtur eam remittere. ibid. nu. 29 fol. 3
Hoc tamen intelligendo, ſi ſciuit, ſecus ſi ignorauit ibid.
Et in dubio an præſumatur ignoraſſe vel ſciuiſſe. ibid.
Dominus non conqueſtus in vita vaſalli, vel emphiteotæ, videtur ei caducitatem remittere, nec reuocatio tranſit aduerſus hæredes. ibid. nu. 30
Dominus habet iuriſdictionem in terra. conſil. 6. numero 94. fol. 30
Dominus ſi concedat alienari feudum, non poterit donari cauſa mortis. conſi. 9. nu. 100 fol. 47
Dominus recipiendo canonem poſt caducitatem decurſum, videtur eam remittere. conſ. 22. nu. 12 fol. 100
Idemque ſi caducitas ex renouatione non petita fuerat incurſa. ibid. nu. 13 fo. 100
Quod procedit data ſcientia domini. ibid. nu. 14
Quæ præſumuntur ſi diu emphiteota perſeuerauit in poſſeſsione ibid. nu. 15
Domum vendere ſignum eſt domicilii alibi conſtituti, ſicut & alibi nubere. conſ. 23 nu. 154 fo. 113
Donans cauſa mortis, appoſito pacto de attendendo, poteſt pœnitere. conſ. 51. nu. 45 fol. 239
Diſtinguendo tamen, vt per Decium. ibi.
Donatarius tenetur ſoluere gabellam propter commodum rei. conſ. 72. nu. 11 fo. 305
Donatio filii in poteſtate, morte confirmatur. conſ. 37. nume. 70. fol. 174
Quod declaratur. ibid. nu. 75 fol. 175
Donatio ſine iuramento, & non inſinuata, corruit nedum in exceſſu, ſed & intra. conſ. 37 nu. 72 fol. 174
Alioqui tamen contra. ibid. nu. 73 fol. 175
Sed auctor ab eis recedit. ibid.
Donatio incerta re, loco, & quota non valet. conſil. 98. nume. 5 fol. 367
Nec ex ea quæritur dominium, vel poſſeſſio. ibid. nu. 6. 8
Et eſt communis opinio. ibid. nu. 7
Donatio filii in poteſtate cum iuramento valet. conſ. 37 num. 54 fol. 173
Donansque metu periurii non debet contrauenire. ibidem numero 55
Et an imputet filio in legitimam ibid. nu. 56
Et an valeat in exceſſu ibid. nu. 57 fo. 174
Donatio pluris, ſi plus res vendita valet, tollit remedium l. 2. C. de reſc. vend. conſ. 7 nu. 128 fo. 38
Donatio an & quando reuocari poſsit, velut in fraudem creditorum facta. conſ 98. nu. 15 fo. 367
Donatio non præſumitur, ſed potius ſtultitia. conſil. 1 nume. 33 fol. 3
Donatio facta per mulierem extra territorium, non ſeruata ſolennitate ſtatuti ſui loci, non valet. conſilio. 42. numero. 44 fo. 191
Quod procedit, quando partes data opera iuerunt extra territorium, vt effugerent ſtatutum. ibid. nume. 53
Et vbi contraxit cum ſubdito, vel non ſubdito ſciente ſtatutum. ibidem. nume. 59. & de ratione. ibidem. nume. 62 fo. 192
Fallit vbi contraxit cum non ſubdito ignorante formam ſtatuti. ibid.
Et in hoc Roccus de Curte contrarium tenens damnatur. ibid. nume. 60
Sicut & Ru. nu. ibid. nume. 61
Donatio propter nupt. non conſtituitur ipſo iure. conſ. 29. num. 11 fol. 142
Et non conſtituta, peti non poteſt. ibid. nu. 12
Donatio propter nuptias dicitur antipherna. conſil. 20. nume. 5 fol. 121
Donatio facta genero, & non filiæ, dicitur contra naturalem æquitatem, & ciuilem. conſ. 42 nu. 49 fo. 191
Niſi contemplatione filiæ facta ſit. ibid. nu. 83 fo. 194
Et quando hoc colligitur. ibid. nu. 85
Donatio per ſuperuenientiam filiorum reuocatur, conſilio 46 numero 56 fo. 316
Niſi donans de illis cogitauerit. ibid. nume. 57
Donatio inofficioſa non reuocatur, vltra legitimam filiorum conſi. 42 nu. 97 fol. 194
Donatio cur inſinuari debeat. conſ. 72. nu. 46 fo. 308
Donatio facta per conſanguineos viri vxori, præſumitur facta contemplatione viri. conſ. 42. nu. 84 fo. 153
Donatio perfecta dicitur ex retentione vſusfructus. conſ. 72. nume. 86 fol. 308
Et eo tempore confirmatur. ibid. nume. 88
Donatio in Principem facta, non eget inſinuatione. conſ. 9. nu. 66 fol. 45
Etiam ſi ſuperiorem recognoſcat. ibidem.
Vt Marchioni. ibidem.
Idem ſi conditionalis ſit. ibidem. nume. 68
Quid ſtante ſtatuto ibidem. nume. 69
Donatio non requirit inſinuationem, quando non excedit beneficium. conſil. 9. nume. 65 fo. 45
Vel ſi in aliquo excedat. ibidem. nume. 66
De quo Heſiodi & Iani dicta pulchra. ibidem.
Donatio exceſsiua non inſinuata, licet ob cauſam futurorum meritorum, non valet. conſil 9. nume. 57 fol. 45
Sed auctor contra communiter. ibidem.
Quia oneroſa dicitur. ibidem. nume. 58
Et commodum donantis reſpicit. ibidem. nume 59
Donatio per nuntium vel literas miſſas contrahitur, conſi. 9. nume. 28 fol. 44
Donatio facta nepoti, facta cenſetur contemplatione meritorum nepotis. conſi. 31. nume. 110 fo. 153
Donatio ob cauſam, cauſa non ſecuta reuocatur. conſi. 9. nume. 70 fol. 45
Donationem incertam ualere propter retentionem uſusfructus & conſtitutum. conſi. 99. nume. 1. 2. 4. fol. 368
Sed auctor contra. ibidem. nu. 2. & 7
Donationem, & olim & hodie dici contractum nominatum. conſi. 9. nume. 39 fol. 44
Etiam ſi ob cauſam ſit conſiderata in ſpecie. ibidem. nume. 40 fol. 44
Donationis æſtimatio fieri non poteſt reſeruato uſufructu donatori, dum uiuit. conſ. 72 nu. 17 fol. 305
Donator donatario replicare poteſt de pari culpa non denunciati contractus. conſ. 72. nume. 15 fol. 305
Quod declaratur diſtinguendo. ibid. nu. 85 fo. 308
Donator tacens ingratitudinem non poteſt opponere aduerſus hæredem donatarii. conſi. 1. nu. 28 fol. 3
Dos non venit in fideicommiſſo, ſed illud minuit. conſi. 9. nu. 145 fol. 48
Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant. conſil. 29. nume. 4
Pactum lucranda donationis propter nup. cenſetur & in dote factum. ibidem. nume. 4
Dos non minor legitima filiæ debetur, non extantibus deſcendentibus, aut aſcendentibus maſculis ex ſtatuto. conſi. 31. nume. 18 fo. 149
Dos à patre data filiæ, computatur ſibi in legitimam. conſil. 37. nume. 41 fol. 172
Dos incipit eſſe debita filiæ, quando nubilis eſt. conſi. 97. num. 19 fol. 366
Dos filiæ excluſæ debet in dubio iudicari non minor legitima: maxime quando eſt unica. conſi. 31. nu. 20 fo. 149
Dos relicta filiæ excluſæ per ſtatutum, an debeat commenſurari uſque ad legitimam. conſi. 85. nu. 12 fol. 343
Dos ſuccedit loco legitimæ. ibid. nu. 13
Dos comprehenditur ſub regula, ubi non reperitur in ſpecie priuilegiata. conſi. 31. nu. 43 fol. 151


Dos

Dos competens commenſuratur ad legitimam.conſi.97.nume. 3 fol.365
Dotare obligatus & nubere fœminam infra tempus ſub pœna, eam non incurrit non interpellatus. conſil.31.nume. 14 fo.149
Sed contra late 71.cum ſequentibus. fo.152
Dotarium mulier lucrari debet, licet maritus non habuerit dotem præſenti pecunia.conſ.16.nu.7 fo.70
Maxime quando pater eam promiſit.ibid. nu.8
Dotatio patris indiſcreta non attenditur, ſtante ſtatuto, quod filia ſit contenta &c.conſ.18.nu.148 fol.84
Dotem ſi pater tunc competentem conſignauit filiæ, & poſtea auxerit facultates, filia eo mortuo poterit petere ſupplementum congruæ dotis attentis facultatibus auctis poſtea. conſi.97.nu.4.& 5 fo.365
Sed auctor poſt multos contra.ibid.nu.17 fo.366
Dotis cauſa cognoſcitur ſola facti veritate inſpecta ex forma ſtatutorum Ferrariæ.conſ.42.n.35 fo.190
Dotis cauſa datum, ea ceſſante debet ad fideicommiſſarium redire.conſ.23.nu.320 fo.124
Dotis congruitas conſideratur dupliciter.conſil. 97. numero. 6. fo.366
Dotis cauſa vbi in ſpecie non eſt priuilegiata, comprehendi dicitur ſub generali diſpoſitione.conſ.3.nu.11 fo.9
Dotis actioni præſcribitur annis.conſ 31.nu.26.fol 150.& nume.30 ibid.
Dubia probatio non concludit.conſ.105.nu.23 fol.381
Duces, Marchiones, & Comites habentes iura imperii, poſſunt facere in dominio ſuo omnia, quæ poteſt Imp. in toto imperio.conſil. 68. nume. 18.fol.295.& conſil. 25.nume.49 fo.130
Duces, Marchiones, & Comites perpetuo inueſtiti cenſentur principes in ſuo Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu. conſ.57. nu.17 fol.264
Duo inſolidum poſſidere non poſſunt.conſ.50.nu.108.fo.236.& conſ.91.nu 15 fo.356

E

Eccleſia fungitur vice minoris. conſilio.77.numero 40. fo.325
Eccleſia nunquid reſtituenda ſit aduerſus confeſsionem, alio non probato: quidam quod ſic. conſil. 12. nume 16. fol.54
Auctor cum pluribus contra. ibidem. nume. 21. & 33 fo.55
Qui demum refert diſtinctionem quandam ibidem. nume.46 fol.56
Eccleſia non tenetur ad collectas, niſi præteritas pro rebus in eam tranſlatis.conſ.25.nu.13 fol.128
Eccleſia immunis a ſuperindictis. conſ.2.nu.3 fol.6
Eccleſiarum bona vſui ſpirituali deputata. conſil. 2. nume. 5. folio.6
Niſi neceſsitate imminente.ibid.nu.30 fo.8
Eccleſiæ non datur reſtitutio propter probationes ſuperuenientes. conſ.67.nu.13 fo 366
Edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, quando locum habeat. conſ.107.nu.31 fol.383
Emens ſcienter rem ſubiectam fideicommiſſo, non habet regreſſum ad pretium contra venditorem. conſ.49.nume.7. fol.230
Nec remedium leg.ſecundæ, C. de recin. vendit. ſi deceptus fuerit vltra dimidiam, faciens verum pretium. ibidem. nu.8
Etiam ſi fuerit minor dummodo iurauerit non contrauenire ratione minoritatis pretii.ibid. nu.9
Emens à fiſco ſoluit collectas, licet fiſcus non ſolueret. conſ.59. num.58 fo.271
Et idem in emptore ab eccleſia.ibid. nu 59
Emere prohibitus poteſt emere quæ fuerit maiorum ſuorum.conſ. 15.nu.7 fo.63
Emphyteoſi finita per lineam, proximiores comparentes, petentes inueſtiri, debent admitti. conſilio 44.numero 14 fol.201
Siue deſcendentes ſint, ſiue tranſuerſales, ibidem. numero 15.
Quilibet enim de genere præferri debet aliis competitoribus ibid. nu.16
emphyteoſis recepta pro filiis maſculis & fœminis intelligitur ordine ſucceſsiuo, ſtante ſtatuto fœm. excluſiuo. conſ.38. nu.33 fol.177
emphyteoſis non habet certas conuentiones.conſ.32.nume. 27. fol.159
emphyteoſis de iure ſcripturam requirit. conſilio 22.numero 9. fo.91
Secus de conſuetudine.ibid.nu.10 fol.100
emphyteoſis eccleſiaſtica non eſt ad hæredes extraneos tranſitoria.conſ.44.nu.3 fol.200
Licet conceſſa fuerit pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus.ibid.nu.4 fo.201
14 nitore litigantium, † Qui Dominus Vbertinus cum dicto Comite contrahendo cenſetur contraxiſſe ſecundum facultatem illi conceſſam, vt inueſtiendi ab eo ſumerent inueſtituram ab Epiſcopatu, & capſoldum ſoluerent iuxt. not. per Alexand. conſilio. 102. viſis, columna quarta, volumine ſecundo. Cagnol. in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. numero 12. vbi dicunt, quòd acceptans ciuilitatem in aliquo loco cenſetur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium illius loci, dato quòd illa onera ignoraret: quia ſibi imputet, cur non perquiſiuit & inueſtigauit, vnde multo fortius eſt imputandum D. Vbertino qui iam viderat illum Ruinum cauſam habentem à Comitibus fuiſſe inueſtitum ab Epiſcopatu: & ita ſciebat inueſtitos ab eis debere inueſtiri ab Epiſcopatu, & tamen neutrum fecit
15 ex prędictis vt debebat, & tenebatur; † meritò deuolutioni locus eſſe debet. capitulo primo. quo temp. mil. cum ibi not. per glo. Bald. & omnes: quia petere inueſtituram, eſt quidã quaſi cenſus deuotionis & reuerentiæ, quæ domino præſtari debet: quod ſi non fiat res incidit in commiſſum, capitulo finali. de prohibi. feud. alie. per Lot. tradit Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. Socyn. conſi. 66. numero 31. volumine tertio. Ioan. de Amic. conſilio 149. numero tertio. & hoc vlterius confirmatur ex Bulla Bonifacij, columna quarta, dicentis quòd ſuccedentes in bonis recognitis ab eccleſia prius non inueſtiti, ſi per annum & menſem non curauerint inueſtituram petere, ipſo facto cadunt ab omni iure ſuo, reſque liberè deuoluunt ad Dominos dire
16 ctos, vt ibi dicitur: † quod vtique procederet, licèt non fuerint interpellati, cùm dies interpellet pro homine, & quem ad pœnam teneri faciat, l. ad diem, ff. de verborum obligat. l. magnam, C. de contra. & commit. ſtipu. & notant omnes, in l. uinum, not. 3. ff. ſi cert. petatur. Quinimmo ſi diceretur ipſum Do. Vbertinum ignarum fuiſſe, quòd dictæ res fuiſſent iuris Epiſcopatus, & ab eo recognoſcendas eſſe; tamen talis ignorantia velut craſſa & ſupina eum non excuſarent, imò verò illi præiudicaret, vt per glo. in dicto capi. primo. quo temp. mil. quæ bene loquitur vt Aluar. ſubiungit, quoniam cùm Dominus Vbertinus eſſet aduocatus, & ſcientia clarus, præſumitur ſciuiſſe quod tenebatur inquirere ex officio ſuo, nec allegando ignorantiam ſibi prodeſſet non probata diligentia ſciendi facta penes eos, per quos poterat certificari; ita tex. iunct. Glo. & ibi Abb. & alii in c. innotuit, de elect. numero nono. Roma. conſil. 481. numero octauo. Lofr. conſilio. 35. columna quinta. Gramma. deciſio. 105. numero 36. concludens ex prædictis præſumendum eſſe quendam Comitem habuiſſe notitiam, & ſcientiam mortis alterius & inueſtiturę cuiuſdam, de qua
17 per eum. † Et in quantum dicitur ex parte Zuccardi iuſtam ſemper habuiſſe cauſam D. Vbertinum, quominus reciperet inueſtituram ab Epiſcopatu propter litem & controuerſiam inter Epiſcopatum & Comites de Contrarijs: vnde debuit à pœna deuolutionis & priuationis excuſari ſtante prædicta cauſa tam iuſta & honeſta iuxta not. per Alex. conſi. 118. Quæritur an d. arbiter, columna quarta, volumine ſecundo. Curt. iun. in tracta. de feud. in 4. parte tertia quæſtio. principa. numero 92. in fi. Brun. conſilio 100. numero quarto: † tantoque magis, quoniam ſi D.
18 Vbertinus recognouiſſet Epiſcopum Ferrariæ, Comites dicere potuiſſent quòd eis præiudicabat, & priuabat eos ſua poſſeſſione, ac Dominio, ſicque contra eum ingratitudinem, & caducitatem pretendere potuiſſent, ut per Abba. in capitulo. cum olim. de re iud. Iacobi. in trac. feudo. Gramma. conſilio 31. numero ſecundo, Criminalium, non debuit: ergo Epiſcopum recognoſcere cum tanto eius periculo; ſed excuſandus eſt ſicut excuſatur emphyteuta, quando ſubeſt impedimentum vel periculum: veluti ſi non ſoluit quia Dominum inuenire non potuit, vel propter locum non tutum minimè ſoluit, Cardi. Alexand. in capitulo primo, columna ſecunda. quæ fuer. prima cauſa benef. Pariſ. conſilio 108. numero 41. volumine primo. Tiraquell. in tractat. de retract. conſangui. §. 9. glo. tertia & vltima, numero 19. in fine. Conſiderandum eſt circa litem prædictam quòd impertinenter allegatur quatenus ad D. Vbertinum, namque ipſe habuit res prædictas à Com. Alfonſo de anno 1533. vt in inſtrumento patet: in tranſactione verò narratur quòd poſt ſecundam, & tertiam inueſtituram perſonæ recognoſcentes de dictis bonis à Comitibus de Contrarijs receperunt inueſtituras ab Epiſcopatu, & poſt primam inueſtituram ſoluerunt capſoldos exequendo & adimplendo conuentiones inter dictos Comites & Epiſcopatum uſq; in annum

annum 1536. abinde uerò citra aliqui diſſenti
re cęperunt ſicut & inuicem Comites & Epiſco-
patus ex variis rationibus, & cauſis. Patet er-
go quòd tempore quo Dominus Vbertinus di-
ctas res habuit à Comitibus de Contrarijs, &
etiam poſt per tres annos, nulla lis aut diſcor-
dia fuit inter eos & Epiſcopatum, & recogno-
ſcentes ab eis. Vnde nulla iuſta cauſa fuit in
Do. Vbertino non recipiendi inueſtituram ab
Epiſcopatu, nec vllum periculum, quia Co-
mites nil aduerſus eum dixiſſent, ſicut nec
aduerſus alios dixerunt poſt per tres annos:
19 vnde ceſſat obiectum prædictum. † Minus
etiam facit quod dicitur in tranſactione, Co-
mites fuiſſe in poſſeſsione inueſtiendi & reci-
piendi capſoldos etiam deuolutionum: & ob
id quòd ab eis rectè petebātur inueſtiturę per
recognoſcentes, non autem ab Epiſcopatu iuxt.
not. per Baſ. in l. emptorē. col. pe. uer. ſed pone.
C. loca. Iaſ. in l. ſi vrbana. col. pē. ff. de cōd. inde.
Rui. conſili. 150. nu. 6. volu. 1. quoniam reſpon-
detur Comites fuiſſe in poſſeſsione inueſtiēdi li
mitata, uidelicet cū hoc, quòd recognoſcentes
ab eis teneretur petere inueſtituram ab Epiſco-
patu, & ſoluere illi capſoldum debitum, meri-
tò non ab eis, ſed ab Epiſcopatu peti debebant
inueſtitura reſpicientes directū Dominiū quod
erat Epiſcopatus, non ipſorum: nam limitata
cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff.
de acqu. rer. dom.

Et propterea ſi D. Vbertinus recognouiſſet
Epiſcopatum, non præiudicaſſet ullo modo co-
mitibus, ſed executus fuiſſet cōuētiones initas
20 inter eos & Epiſcopatum † Secundò principa-
liter deuolutioni locus eſſe debet ex parte Do-
mini Conſtantij pręter ſuprà memoratam geni
toris ſui, quoniam res de quibus agitur, ſibi con
tigerūt in diuiſionibus cum fratribus ſuis factis,
quibus aliæ res allodiales obuenerunt, & ipſe fa
cta ſibi tali alienatione per cōſortes accepit poſ-
ſeſsionem realem earum priuſquam fuerit inue-
ſtitus & retentus per Epiſcopum Ferrariæ ea-
rum Dominum, meritò res ipſe ceciderunt in
commiſſum: ſic enim faciendo non dicitur reco-
gnouiſse iura ſuperioris domini. Ita Guido Pa-
pæ conſi. 46. col. 2. poſt. Guid. de Suzar. & Sal. in
21 l. fi. C. de iure emphit. † Et tenendo hanc partē,
non obſtant contraria, namq; ad primum, quod
fundatur in pręſumpta ignorantia D. Vbertini,
reſpondetur id tolli per præſumptiones contra-
rias ſcientiæ, tum quòd fuit præſens inueſtituræ
Ruini de dictis rebus antequam poſtmodum in
ueſtiretur, tum quòd erat aduocatus Epiſcopa-
tus & ipſorum Comitum, ut ſuperius dixi, meri
tò tollitur illa præſumptio regularis ignorātiæ,
quia una præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de
reſtit. in inte. l. non ſolum. ff. de rit. nup. l. 1. in fin.
C. qui & aduer. quos. c. tranſmiſsa. qui filii ſint
leg. Corn. conſi. 295. num. 18. uol. 1. D. meus Ri-
min. conſ. 93. nu. 33. Soc. Iu. conſ. 89. nu. 13. vol. 1.
22 † Bero. conſi. 158. nu. 3. uol. 2. tantoq; magis plu
res præſumptiones ut ſupradictæ uincūt unam,
ſicut de teſtibus dicitur, quòd cæteris paribus
ſtatur illis qui ſunt plures numero. l. 3. §. eiuſdē.
ff. de teſti. tradit Cor. cōſ. 211. nu. 18. uol. 2. Cra.
conſil. 145. nu. 11. Bero. conſil. 19. num. 12. uol. 2.
Et in notab. caſu Oldr. cōſ. 53. conſueuit dubita
ri. quem tacito autore reaſsumpſit Io. And. in ad
di. ſpecul. de accuſ. in fi. & reuelat Natta conſ. 29.
nu. 14. & conſi. 31. nu. 9.
23 † Quin & aliud cōcurrit quòd illa præſumptio
ignorantiæ generalis eſt, ut pote nō reſtricta ma
gis ad unum caſum quàm ad alium, at illæ duæ
quòd fuerit D. Vbertinus præſens dictæ inueſti
turæ Ruini, & eēt communis aduocatus Epiſco-
patus & Comitū ſūt ſpeciales, igitur tollere de
bent illam generalem l. cum de indebito. ff. de
prob. c. generi. de reg. iur. in 6. tradit Alex. conſ.
26. in caſu. colu. 3. uer. nec prædictis. uol. 3. conſ.
150. col. 7. uer. præterea. uol. 5. Doc. in c. quando
Abbas. nu. 8. de offic. deleg. Pariſ. cōſ. 29. nu. 87.
uol. 2. D. meus Rimin. conſi. 128. nu. 11. Soc. Iun.
conſil. 128. nu. 230. uo. 1. Bero. conſil. 120. nu. 18.
uo. 2. Natta conſ. 67. nu. 7. conſ. 164. nu. 9. & cōſi.
506. nu. 39. Vnde clarè tollitur primum contra-
24 rium. † Quo uerò ad ſecundum dico quòd Epi
ſcopatus nō impugnat caducitatem Comitum,
ſed Domini Vbertini, qui non petijt inueſtitu-
ram. Vnde cum limitatè remiſerit dictis Comiti
bus caducitatem ibi, ad utile tamen & commo-
dum dictorum Comitum, & non aliter, nec alio
modo, nam dictio, tamen, limitat & reſtringit.
Are. in l. 1. §. pupillus. ff. de acq. poſſ. Rui. cōſ. pri.
25 nu. 12. uo. 4. † & illa uerba, nō aliter, nec alio mo
do, præciſam habent naturam, nec modificatio-
nem, aut interpretationem ſeparatam à uerbis
recipiunt. Dec. conſ. 61. Pariſ. conſi. 92. nu. 18. uo.
3. utique non debet hoc Domino Vbertino pro-
deſſe, nā conceſsio perſonalis non extenditur. §.
26 ſed quod principi. Inſt. de iur. nat. † Et renun
tiatio iurium facta per Epiſcopatū Comitibus,
ſtricti iuris eſt, & in ea ueniunt tantùm expreſſ.
Card. conſil. 5. de præb. Pariſ. conſi. 110. col. fi.
uol. 1. & ad Comites limitata, limitatum debet
effectum producere. Bal. Caſtrē. & alij in l. pactū
C. de colla. Dec. conſi. 379. Pariſ. conſ. 19. nu. 51.
uo. 3. ſicque Domino Vbertino nequaquā pro-
27 deſſe debet. † Tantoque magis quòd D. Cōſtā-
tius non fuit præſens, unde remiſsio caducitatis
facta per Epiſcopatum comitibus, non debet ei
nocere reſpectu abſentiū, ut per Alex. conſ. 155.
28 col. fi. uol. 7. Craue. conſi. 42. in fi. † Ad tertium
diligentius eſt cōſiderandum, uelut animaduer-
ſione dignum, quare dico quòd illud ſanè pro-
cedit, & eſt intelligendum, ſi Dominus ſciuit, ſe-
cus autem ſi ignorauit caducitatem & deuolu-
tionem. Ita tradit Abb. in ca. fi. nu. 7. de dona. &
Anch. quæſt. 7. poſt Io. And. qui mouentur ex il
lo tex. & in l. fin. C. de reuo. don. ubi ſi donator
tacuit, & de ingratitudine non oppoſuit, non pō
teſt aduerſus hæredem donatarij quicquā dicē
re: non enim dicitur tacuiſſe, ſi ignorauit, ſed
ita demum ſi ſciuit: quia refertur illud uerbum,
tacuit, ad ſcientem, idque uerum credit Anch. &
infert quòd ſi donatarius ignorante donatore
commiſit adulterium cum uxore ſua, licet do-

nator de hoc non mouerit litem, tamen eius hæres poterit reuocare, ſicut hac de cauſa reuocatur legatum, etiam ſi poſt mortẽ teſtatoris adulteretur, vt not. Cy. in l. ſororem. cap. de his quib. vt indi. nã etiam quandoque defuncto irrogatur iniuria. l. 1. ff. de his quib. vt indi. † Confirma
29 tur præter eos: nam uidemus quòd ſi Dominus poſt caducitatem inueſtiat vaſſallum, uidetur ita demum caducitatem remittere, ſi ſciẽter hoc fecerit, ſecus autem ſi per errorem & ignorantiam, prout determinat Bald. in c. pri. quo temp. mil. columna ſecunda, verſiculo, ſed pone, & columna penultima. Butri. conſilio 22. viſis, Abbas conſilio 3. nitar, queſtio. nona, in fine. volumine ſecundo. Dyn. Bald. & Imol. in l. meuius, §. duobus, ff. de legat. ſecundo. Specul. in titulo de loca. §. aliqua, verſiculo, vigeſimaquarta, Alexan. conſilio 105. magnifice prætor, columna quinta. volumine tertio. qui dicit quòd in dubio præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia: eum que ſequuntur, licèt variato numero, Dec. conſilio 185. numero 8. cõſilio 452. columna finali. Ruin. conſilio 70. numero 14. volumine quinto. Grat. reſpon. conſilio 2. numero 75. volumine
30 primo. † Accedit: nam quando Dominus directi non fuit conqueſtus in vita Vaſſalli vel emphiteutæ, videtur ei caducitatem remiſiſſe, & ob id reuocatio non tranſit aduerſus eius hæredem, vt declarat Ruin. in allegato conſilio 128. numero octauo. volumine primo: at remiſſio & renunciatio quodammodo referuntur ad idem, vt tradit Specul. in Rubric. de pact. & tranſ. quo ſtante ſicut renunciatio non extenditur ad ignorata. l. mater decedens, ff. de inofficio. teſtamen. l. in repudianda, ff. de acquir. hæredita. Corn. conſil. 61. nume. vigeſimo. volumine primo. conſilio 241. numero 9. volumi. 2. Crot. conſilio. 45. numero quinto. poſt Bald. in l. pactum quod dotali, 16. quæſtio. C. de collat. Cephal. conſilio 218. numero 18. Alexan. de Neuo conſilio quarto. nume. 13. Natta conſil. 363.
31 nume. 4. † vbi dilatat hoc, etiam ſtante iuramento, quia illud non extenditur ad incognita & ignorata, l. fina. C. de non nume. pecun. c. quemadmodum, de iureiur. Barto. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum. in fi. ff. ſi quis caut. ita nec remiſſio porrigi debet ad ius ignoratum, quod alicui competebat; & ita Epiſcopatus ignorans ſibi ius eſſe quæſitum ex inueſtitura non petita per D. Vbertinum debito tempore, non inſtando ad deuolutionem, non dicitur remiſiſſe ta-
32 le ius ſibi quæſitum, quod ignorabat: † tantoque magis hoc verificatur, ſi dicamus remiſſionem iuris alicui cõpetentis dici donationem. l. hoc iure, §. 1. ff. de donatio. l. ſi quis delegauerit. ff. de noua. l. ſi quis obligatione, ff. de reg. iur. Barto. & Doctores in l. Modeſtinus, ff. de dona. Natta conſilio 12. numero 2. & plenius ego poſui & declaraui in §. 1. Inſtitutio. de donatio. numero 300. cum ſequenti. & numero 320. nam donatio non præſumitur in dubio, l. cum de indebito, §. fina. ff. de probatio. l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno. actio. Copioſam enim liberalitatem interpretatio prudentũ fregit, l. cum
33 aquiliana, ff. de tranſact. † Immò potius in dubio præſumitur ſtultitia, quàm donatio. Bald. in l. generaliter, C. de non numera. pecu. Iaſ. in l. ſi a ſubſtituto. §. fin. ff. de leg. 1. dixi in d. §. 1. numero 120. & nunc addo Crau. conſil. 77. nume. 14. & conſilio 142. numero vigeſimoſexto igitur: ex his non cenſetur remiſſa caducitas, & ob id ad-
34 uerſus D. Conſtantium opponi poteſt. † Nec obſtat prima ratio Cumani, quòd actio ad pœnam & uindictam non tranſit aduerſus hæredem: id enim procedit in delictis, ſicque loquũtur iura, quæ citat. At non reperio iure cautum quòd inueſtituram non petere, ſit delictum: ſed bene dicitur quòd inueſtituram petere, eſt quidam quaſi cenſus deuotionis & reuerentiæ, quæ domino præſtari debet: & ſi non fiat, res incidit in commiſſum, capitu. final. de prohib. feu. alienatio. per Lota. tradit Bald. in l. 1. columna ſecunda, ff. de rerum diuiſio. Socyn. conſilio 66. numero trigeſimoprimo, volumine tertio. Cur. iun. in tract. de feud. in 4. par. numero 45. Ioan. de Amic. conſil. 149. numero tertio. ſed quòd eam non petere ſit delictum, non video, tantoque minus in caſu noſtro: nam conuenerant Comites cum Epiſcopatu, quòd poſſent ſubinfeudare, vel liuellare, cum hoc quòd inueſtiendi per eos tenerentur accipere inueſtituram ab Epiſcopatu: meritò accipere inueſtituram ab eo, deſcendebat a cõtractu, & eam non petere, potius erat quidam defectus contractus quàm delictum. Et ideo talis actio poteſt aduerſus hæredes competere, vt per glo. & Doctores, in d. l. vnica, C. ex delic.
35 defunc. † Ad ſecundam verò rationem Cumani reſpondet Rui. conſi. 177. in fin. volumine primo. vbi melius ac ſubtilius fuit locutus quàm in conſiliis ſupra citatis, quòd non eſt vera, quia priuatio non fit ſub conditione ſi dominus declarabit velle, vt Cumanus præſupponit, ſed dicitur potius fieri ſub modo. l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. vbi locator promittens non expellere conductorem, cenſetur id promittere, dummodo conductor ſoluat penſionem, & ſic pro parte ſua contractum impleat: Sic enim dici debet in caſu noſtro, quòd caducitas D. Vbertini inducatur, quia non impleuit contractum ex defectu petitionis inueſtituræ ab Epiſcopatu, & ſic quia modum non impleuit: nam intelligitur fuiſſe inueſtitus à Comite Alfonſo, modò inueſtituram ſumeret etiam ab Epiſcopatu. Idque ſuadent verba conuentionis inter Comites & Epiſcopatum; nam fuerunt inueſtiti, dataque ſibi fuit facultas alios ſubinfeudandi vel liuellandi, ita tamen quòd ab eis inueſtiendi ſumerent inueſtituram ab Epiſcopatu, idque fieri curarent Comites, † quæ verba modum ſignificant, ſi re-
36 currimus ad eius diffinitionem poſitam per Barto. in l. quibus diebus, §. Termilius. ff. de conditio. & demonſt. vbi dicit ꝙ modus eſt moderatio quidam diſpoſitioni adiecta, cum qua honoratur aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ

fectæ. Comites enim fuerunt inueſtiti, & ſic
37 honorati, & diſpoſitio fuit perfecta, † quia
per inueſtituram conſecuti ſunt licentiam capiendi poſſeſſionem rerum, de quibus inueſtiti fuerunt propria auctoritate, iux.not. per Cyn.in l.1.C.de donatio. Imol. in capitu.ex literis in fin.de conſue.Butr.in cap.fin.de cauſa poſſ.& propric.Alexan. in l.3.in princ.ff.de acq.poſſ.& Iaſ.in l.quotiens.nu.31.C.de rei vēdi.qua poſſeſſione conſecuta grauati ſunt dicti Comites, vt curarent quòd ab eis inueſtiendi recognoſcerent Epiſcopatum: & hæc fuit illa moderatio, quæ ipſos honoratos aggrauauit poſt
38 diſpoſitionem perfectam, † quare modus inducitur, cuius implementum tranſit ad hæredes ex parte implere debentis, & ex illius parte cui debet impleri.l.à teſtatore. iunc. glo.ff. de conditio. & demonſtra. Barto. in d.§. Termilius. & eſt communis opi. ſecundum Alexan.in l. ſi decem eum petiero.in fin.ff.de verbo. oblig. Rui. in d.conſi.167.in fin. qui ſic concludit aduerſus hæredem inueſtiti. non obſtat & alia ratio Ruini in dicto conſil.159.volum. 1.quòd morte delinquentis fuit extinctum delictum: & ideo licet Dominus ignorauerit caducitatem, mortuo
39 D. Vbertino agi non poteſt. † Quia præter id quod non agitur hic de delicto, prout ſupra dixi, dico quòd illud eſſet verum, ſi tale delictum fuiſſet conſumatum viuente D. Vbertino: ſed quia non fuit niſi volente Epiſcopatu.l.2.C.de iure emphy.& fatetur Ruin.ideo nihil impedit, ſi Dominus velit, mortuo D.Vbertino, caducitati locum eſſe: & ad hoc ego perpendo tex.in l.fina. C. de reuocand. donat.vbi loquens de donatore, & donatario ingrato dicit, quòd ſi donans tacuit, ſilentium eius maneat ſemper nec à poſteritate ſua ſuſcitari conceditur aduerſus donatarium vel eius ſucceſſores: igitur à contrario ſenſu, quod valet l.1.ff. de offic.eius.ſi donator viuat & tacere nolit, poteſt conqueri & reuocare nedum viuente donatario, ſed & eo prædefuncto: quod eo magis in caſu noſtro procedit, in quo Dominus directus eſt Epiſcopus, & ſic dignitas, quæ nunquam perit.l.quod principi. cum ibi not.per Barto. & Doctores.ff.de legat. 2.& ideo facilè toleratur quòd epiſcopus ſucceſſor in dignitate facere poſſit quod poterat præceſſor, vt egregiè notat
40 Caſtrenſ.& Imola, † dicens illum textum facere, quòd ſi legatur aliquid Epiſcopo Bononiæ, tranſit in ſucceſſorem, licet decedat antequàm cedat dies legati. Ad quartum reſpondetur quòd Comes Alfonſus non eſt culpandus, cum culpa non præſumatur in dubio, glo.& Docto. in l.ſi quis ex argentarijs.§.fina.ff. de eden. glo. Barto.& alij in l.ſi creditor.C. de pignota.acti. & culpam allegans debet eam claram & certam probare, vt tradit Barto.conſ.193. commune Lucignani.in 3.dubio ſequitur Alexand.conſil.100.volumi. 1.conſi.136.volum.7. Crau. conſi.8.nume.20.conſil.151. nume. 11. Ruin.conſil.
41 93.nu.7.& 8.volum.5. † vbi dicit etiam, quòd quoties actus poteſt eſſe ſeparatus à culpa, culpa non præſumitur, niſi probetur. At eſſe poteſt quod quando Comes Alfonſus inueſtiuit D.Vbertinum, vel neſciret, uel non recordaretur, aut non aduerteret res eſſe Iuris Epiſcopatus Ferrariæ, ſicque fecerit inueſtituram citra culpam. Pręterea ſi volumus aliquam culpam impingere Comiti Alfonſo, nec Dominus Vbertinus ab ea fuit immunis, etiam quòd ignoraſſet qualitates rerum ſibi conceſſarum, non inueſtigando, nec perquirendo quales eſſent, cùm id
42 fieri communiter conſueuerit † & ita culpam in non perquirendo arguit Bald.conſil.463. ſtatuto communis Papiæ. colum.1.volu.3. quod eſt repetitum, conſi.436.volum.5.& Rolan. à Valle conſil.54.nume.5.volum.1.facit quòd ſcribit Soci.conſi.168.colum.4. volum. 2.dicens quòd culpa imputatur ei, qui non inueſtigauit, an is cum quo beneficium permutauit, iuſtè illud obtineret. ſequitur Crau.conſil.132.nume.13. igitur pro parte D.Vbertini nō debet imputari culpa Comiti Alfonſo, in qua ipſe D. Vbertinus fuit.l.item illa. ff.de conſti.pecu.l. uiro atque uxore. ff. ſolu. matrimo.l. in arenam. C.de inofficio.teſtamen.Rip. in l. admonendi. nume.56. in titu.ff. de iureiuran. Cepha. conſil. 230. nume. 24. ſed vna culpa cum alia de-
43 bet compenſari.l.ſi ambo.ff de compenſ. † ſicut in ſimili dicunt Barto.& Alexan.in l.1.§.ſi quadr.pauper.quòd ſi duo ſe inuicem percuſſerunt, nec apparet quis primò percuſſerit, pax non intelligitur rupta, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur.d l. Viro. ſequitur Bero.conſil.191.nume.9.volumi.1.& ita de aliqua culpa Comitis Alfonſi ratio haberi
44 non debet. † Adquintum, quod reſpicit euictionem, reſpondetur quòd cum de natura rei recognoſcendæ ab eccleſia iure feudi, prout erat in caſu noſtro, ſit illud quòd non recognita infra debitum tempus deuoluat ad Eccleſiam cap.fina.de prohi.feu. alie.per Lota. cum alijs de quibus ſupra nume. 15. ſi contingat Epiſcopatum, à quo D.Vbertinus non recognouit dictas res, eas euincere à Domino Conſtantio ſucceſſore ſuo, dicti Comites qui ſimpliciter vel eorum pater promiſerunt de euictione Do.Vbertino, teneri non debet de tali euictione ex natura rei contingente, vt not. glo.Barto.Bald.Saly.& alii in l.ſi familiæ.C.famil.erciſ.ſequitur Alexand.conſil. 21. volumi. primo.Ruin.conſil.11.colum.fina.& conſil. 146. nume. 3. volumi. 1. conſil. 7. colum. fina. volumi.3.conſi.72.nume.5.volumi.5. Craue. conſil.112. colum. ſecunda. Crot. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.de verborum obligatio. nume. 38. & Leonius Vir Clariſſimus & Magnificæ ſignaturæ Ducalis conſiliarius, ſicut & iuſtitiæ
45 nume. 298. † idemque pariter confirmatur; nam re euicta facto emptoris, non datur regreſſus contra venditorem. l. fundum meum. & ibi not.ff.de euictio.Corn.conſi.325. in fin. uolumi.1.Rui d.conſi.7.colum.fina. volumi. 3. at euictio cauſatur facto & culpa D. Vbertini, qui non accepit inueſtituram, vt debebat

ab Epiſcopatu, meritò nõ tenentur hæredi ſuo
46 Comites de tali euictione.† Accedit ꝙ nũquã
D. Conſtantius notificauit litẽ dictis Comiti
bus ei motam per Epiſcopatum ſuper euictio-
ne dictarum rerum, quæ denunciatio require-
batur, aliás nõ datur regreſſus, ut inquit Bald.
in l.libera.per illum tex.C.de ſent.co.pen.uer.
deinde nota.ſequitur Natta conſi.38.num.5.&
eſt tex.in ſimili in l.emptor.C.de euict.ubi di-
citur quòd ſi non fuit denunciatio facta uen-
ditori, nõ habet emptor regreſſum contra uen
47 ditorem nec eius uenditores. † Nec ſufficit
quòd ipſi comites habuerint ſcientiam con-
trouerſię motę per Epiſcopatum D. Con-
ſtantio: ex hac.n.ſimplici ſcientia non tenetur
uenditor emptorem defendere, uel inueſtiens,
aut ſucceſſores ſui, quales ſunt Comites in ca-
ſu noſtro, ſed formaliter debuit eis fieri denũ-
ciatio: nam non fit iſta denunciatio ad iſtum
finem ſimpliciter, ut uenditor, uel alius qui
defendere tenetur ſciat, ſed ut faciat aliqui
de nouo. Ita declarat Barto.in l.denunciaſſe in
prin.ff.de adult.in l.2.§.uoluntatem.ff.ſol.mat.
in l.nõ ſolum.§.morte.ff.de op.no.nunc.Barto.
Bald.& Ang.in l.qui abſentem ff.de proc.Spe-
cul.& Ioan.Andr.in titu.de empt.& uendi.§.fi.
ad fi.Io.And.& Abb.in c.fi.glo.pri.eo.tit.Ang.
& Caſt.in l.in executione.§.inſolidum.& in l.
cũ ex cauſa.ff.de uerb.ob.Bal.in l.ſi cũ quæſtio
C.de euict.& in c.1.ſi de feud.vaſſal.Dec.conſ.
48 74.col.2.Soc.Iu.conſi.4.in fi.vol.2.† Poſtremò
dici poteſt ꝙ cum Domino Vbertino ſcienti fa
cta fuerit alienatio dictarum rerum feuda-
lium non poteſt agere de euictione, licet ſibi
promiſſa fuerit: ut per glo.in ca.pri.colu.2.uer.
bona fide de prohi.feud.alie.per Fed.quam ſe-
quuntur oẽs tacite, eã non impugnantes. Et ex
his abundè patet ſublatis omnibus contrarijs
deuolutioni petitę locum eſſe debere.
49 † Nunc ad ſecundum principale quæſitum
tranſitum facio circa ſolutionem capſoldi: ſu-
per quo uideretur forſan prima conſideratio-
ne dicendum D. Conſtantium compelli non
poſſe, quoniam in prima inueſtitura conceſſa
Contrarijs per Epiſcopatum in executionem li
terarum Nicolai Papæ V.ſimpliciter eis con-
ceſſa fuit facultas alios inneſtiendi de dictis re
bus, non expreſſo quòd ab eis inueſtiendi reco
gnoſcere deberent Epiſcopatum, nec ab eis re-
cipere inueſtituram, ſicut nec ei ſoluere cap-
50 ſoldum † quod & iuri conſentaneum fuit, quo
vaſſallus alium poteſt infeudare de feudo,
quod recognoſcit à Domino. c.pri.§.ſimiliter.
de lege Corrad.cap.1.§.1.qual.olim feud.pot.
alie.Gloſ.& Doct.in cap.imperialem.§.illud de
prohi.feud.alie.per Fede.Glo.& Doctores in c.
quę in eccleſiarum.de conſtitu.vbi Fel.nu.44.
& Dec.col.pe.Cur.in trac.de feud.in 4.parte,
in vltima cauſa priuationis.ver.aggredior.nu.
51 83.ubi concludit hanc eſſe communem: † ta-
liq́ue caſu recognitiones & inueſtituræ peti de-
bent à vaſſallo, non autem à primo Domino ſu
periore, vt concludit Iaſ.conſil.187.col.2.ad fi.
vo.2.ipſiq́ue vaſſallo, non autem Domino ſupe
riori laudemium debetur, ut concludit Afflic.in
d.§.illud.ubi dicit ita ſeruari: meritò nõ debuit
D. Vbertinus Epiſcopatum recognoſcere, nec
ei capſoldum ſoluere: ſicut nec eadẽ ratione D.
Conſtantius.
52 † Nec inſuper ſecũda, uel tertia inueſtitura cõ
trarium diſponentes debent attendi, ſed prima,
tãquã radix, quæ mutari non potuit, ut per Bal.
in c.pri.ver.ſed ſtatim oppono.de eo qui ſibi &
hęred.Dec.conſ.188.nu.3.conſ.193.nu.4.conſ.
390.col.5.conſil.445.nu.23.Caſtr.conſil.61.vi-
detur dicendum col.fi.Cur.conſi.92.in pri.cum
ſimil.Secũdò poſito quòd etiam poſteriores in-
ueſtituræ poſſent eſſe in aliqua conſideratione,
tamen adhuc aduerti debet nõ videri quòd D.
Vbertinus teneretur ad aliquã ſolutionem cap-
ſoldi, quia quo ad eum inueſtitura per eum ſu-
menda ab Epiſcopatu, erat prima, pro qua nihil
ueniebat ſoluendum Epiſcopatui, vt in ſecunda
& tertia inueſtitura cõuentũ fuit inter Comites
53 & Epiſcopatũ: † quæ conuẽtio debuit ad ipſum
D. Vbertinum tranſire, ſibiq́ue prodeſſe haben
ti cauſam ab ipſo Comite Alfonſo, ſicut trãſire
ſolet ad hæredes paciſcentium l.ſi pactum.ff.de
prob.l.ſi neceſſarias.§.de vendendo.ff.de pign.
act.Bar.in l.ſi ſic.ff.de uer.ob.Cra.conſ.102.nu.
3.Pariſ.conſil.26.num.3.uol.pri.cum ſimilibus.
54 † Tertiò nõ videtur D.Conſtãtius ad aliquod
laudemium teneri, uelut comprehenſus in inue
ſtitura paterna: ad id enim tenẽtur noui emphi-
teotę, quales non ſunt comprehenſi in inueſtitu
ra iã facta, ut per Glo.in auct.ſi quas ruinas C.
de ſacr.ſan.eccl.Ale.conſil.9.vol.2.Pariſ.conſil.
86.nu.9.vol.4.tantoq́ue magis, quia res de qui-
bus agitur, illi contigerũt in diuiſionibus factis
cum fratribus ſuis, quo caſu laudemium non de
55 betur: † cum enim fratres poſſint inter ſe diui-
dere irrequiſito Domino, etiam quòd in totum
res vni obueniat, ut per Bar.in l.1.C.de imponẽ.
lucr.deſcr.libr.10.quem Rui.inducit conſil.10.
nu.9.vol.pri.ubi etiam citat Caſtrẽſem & Fulg.
in l.& ideo.ff.de cond.fur.& Burrium conſil.37.
Leugus quidã.& idem tradit Ruin.cõſ.168.nu.
15.eo.vo.pri.Marſ.ſing.28.in add.deciſ.Neap.
97.datur intelligi nullum capſoldũ deberi Do-
mino per eum, cui tota res obuenit in diuiſione:
& ita ſignãter adeſſe uidetur interpretatio ſexta
de nouis ad Bullam Bonifacianam, uolens non
deberi capſoldũ, ẽt pro parte de nouo tranſlata
in aliquem ex tribus, & ſic quãdo uni in totum
res contigerit, ut in caſu noſtro, quod etiam cla-
re tenet Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.
87.in fi.ff.de uer.ob: quare uidetur ex prædictis
intentio D. Conſtantij tuta.
Quibus tamen non obſtantibus in contrariũ
ſtat aperta ueritas: & moueor ex cõuentione iã-
dudum emanata inter Comites & Epiſcopatũ,
quòd de rebus eis conceſſis poſſent alijs conce-
dere quam partem uellent, Ita tamen quòd reco
gnoſcentes ab eis in futurum tenerentur recipe
re inueſtituram ab Epiſcopatu, & poſt primam
56 inueſtituram ſoluere capſoldum: † id enim pa
ctum

ctum ualuit indubitanter,cum in feudis admit-
tantur quęcunque pacta, licet extranea & con-
tra naturam feudorum. c. 1. de feud.non hab.
pro. nat.Bal.in c.1.de duob.frat.Curt.conſil.48.
co.8.ver.2.præmittendum eſt,& conſi.49.Pariſ.
conſi.13.num.14.volu. 1.Ceph.conſ.152.nu.15.
& ideo in emphiteoſi.§.adeo. Inſtit.loca. & l.1.
cum glo.in ver.omnibus, & ibi Bald. C.de iure
emphi.Rolland.a Valle conſi.96.nu.46.vol.pri.
unde paciſci potuerunt quòd capſoldus ſoluere
tur Epiſcopatui,non autem Comitibus,licèt re-
57 gulariter eſſet ď iure ſecus.†Et cum onus ſoluē
di capſoldum res concerneret, tranſire debuit
ad quēcunq; res tranſirent,iux.glo.in Cle. pri.
de cenſib.l.reſcripto.§.ſciendum.ff.de mun. &
ho.Iaſ.in l.placet.lect.2.col.pen.C.de ſacr.ſanc.
eccle.cum ſimil.per Craue.conſi.217.col.3.Par.
conſil.90.nu.43.conſi.92.nu.43.uol.2.& ſic D.
Vbertinus dicto capſoldo fuit obſtrictus: eo-
demq; planè modo tenetur D.Conſtantius,cū
.n.ſucceſſerit in dictis rebus uti filius D. Vber-
tini,nec ante fuerit inueſtitus ab Epiſcopatu, te
netur ab eo inueſtituram ſumere & capſoldum
ſoluere, prout Bulla clarè diſponit.

58 † Nec obſtant ita breuiter tenendo contraria,
namque ad primum reſponderi poteſt & uerè,
quòd ita demum uaſſallus, uel inueſtitus alio
tit.poteſt alteri concedere,dummodo ſub eiſdē
pactis & cōuentionibus ſubinfeudet & cōcedat,
ſub quibus ipſe retinebat,ut declarat gloſſ.ma-
giſtralis in c.1.§.præterea.in glo.magna.circa fi.
de capi.Corra.quam ſequuntur ibi Docto.& eſt
tex.in c.1.§.profectò.de leg.Corra.Cur.in tract.
feud.4.par.nu.83.uer.3.eſt requiſitum.At Co-
mes Alfonſus Cōtrarius ſuique præceſſores an
tea fuerant inueſtiti ab Epiſcopatu cum faculta
te prędicta alios inueſtiendi(prout erat de iure)
ſed limitata & alterata pręter terminos Iuris,ui
delicet quòd tales inueſtiendi per eos recogno-
ſcerent Epiſcopatum,& præter primam inueſti
turam ſoluerent illi capſoldum,debuit ergo ſub
eiſdem modis inueſtiri D. Vbertinus,non autē
ſimpliciter: meritò defendi non poteſt ab inue-
ſtitura recipienda ab Epiſcopatu, & ſolutione
59 capſoldi ei peragēda:†& licet in hac parte prior
inueſtitura fuerit alterata uel mutata, regulari-
terq; ſtari deberet priori inueſtituræ, tum cum
mutata fuerit de uolūtate Comitum qui ius ha
bebant ex illa prima ueteri, ſtandum eſt dictæ
mutationi.c.pri.§.pen.quib.mod.feud.ami.Bal.
in l.fi.col.2.C.de ſui.& leg.Brun.conſi.pri.nu.
60 85.conſil.25.in fi.conſil.87.num.6.† tantoque
magis quòd Epiſcopus Ferrarię,qui in manda-
tis habebat in literis Nicolai. V. Contrarios in-
ueſtiendi data ſibi licentia alijs concedendi de
dictis rebus,potuerit pinguius ad fauorem ſuæ
ecclesiæ mandatum implere,diſponendo quòd
inueſtiendi a Comitibus recognoſcerēt inſuper
Epiſcopatum ſuum, illique capſoldū ſoluerent
iuxta tex.in l.ſi quis mihi bona.§.pen.& ibi modc.
ff.de acquir.hær.Alex.in l.ſi quis impuberē.C.
de iure deli.Iaſ.in l.qui quartā.in pri.nu.4.ff.de
leg.2.bonus tex.in §.is qui exequitur.Inſt.mād.

61 † Nec inde dicitur illatum præiudicium ali-
quod de iure conſiderabile D. Vbertino, qui
tunc temporis non erat in rerum natura, nedū
quòd eſſet ei conceſsio facta,uel aliquod ius re,
uel ſpe quæſitum, ſed poterat agi tantum de iu-
re ſibi quærendo caſu quo contingerēt eum per
Comites inueſtiri: quod ius quærendum ſi pōt
alicui penitus auferri, ut de prælato uidemus,
qui poteſt in quærendis eccleſiæ præiudicare re-
pudiando legatum,uel hæreditatem eccleſiæ de
latam.Feder.de Senis.conſ.9. Abb.Card.& alij
in c.tua de his quæ fiunt à præla.cū multis alijs
cumulatis per Iaſ.in l.legatum. ff.de leg.1.qui cō
munem teſtatur aduerſus Alex.qui contrarium
dicit,idemque cum Feder.ſopponit Soc.conſil.
53.nu.26.uol.3.& latè tenet ac comprobat Af-
flict.in c.1.num.44.de alie.feud.pat.& in c.1.§.&
iterum ſi cleri.nu.6.de capit. Corra. Grau.cōſi.
152.nu.9.D.meus Rimin.conſi.315.nu.15.mul
to magis poteſt modificari,iux.not.in l.ius ciui-
62 le.ff.de iuſt.& iu.per glo.Et Doctores.† Et in ſi-
mili uidemus in libera teſtandi facultate, quæ
tolli non poteſt, etiam per indirectum: puta per
donationem omnium bonorum præſentium &
futurorum, quæ non ualet, ut per Barto.Ang.
Caſtr.& alios in l.ſtipulatio hoc modo. ff.de uer.
ob. tamen bene reſtringi poteſt & modificari,pu
ta donando bona ſimpliciter,quod de præſenti-
bus intelligitur,& futura nō cōprehēdit, ut per
eos,& aliàs dixi. Inſt.de dona.in prin.nume.27.
cum ſequent.unde potuit Epiſcopus in 2.& 3.
inueſtitura facta Comitibus adiicere quòd inue
ſtiendi per eos haberent Epiſcopatum recogno-
ſcere,& ſoluere capſoldum illi poſt primam in-
ueſtituram,cum non fuerit hoc in totum ius au-
ferre inueſtiendorum, ſed illud (ſi quod erat,
imaginarium tamen) modificare: & ita tollitur
63 primum contrarium.† Circa uerò ſecundum
diligentius eſt animaduertendum, quia magnā
continet æquiuocationem: prior enim inueſti-
tura rerum, de quibus agitur, & pro qua nihil
erat ſoluendum, fuit illa quam ſumpſit aut ſu-
mere debuit Baptiſta Ruinus, cui primo dictæ
res fuerant conceſsæ per dictos Comites. Vnde
licèt illę reuerſæ fuerint ad ipſos Comites, uelut
in eis prælatos & illas cōceſſerint D. Vbertino,
non inde ſequitur quòd inueſtitura ſumenda
ab Epiſcopatu diceretur prima; ſed uerius ſe-
cūda dici debebat,ex quo fieri debebat de eiſdē
met rebus aliàs,& alijs perſonis conceſsis,quàm
D.Vbertino per dictos comites,& ob id erat ſol
uendus capſoldus ab ipſo D. Vbertino, & hoc
manifeſtè deciditur in ſecunda inueſtitura con-
ceſſa dictis Comitibus quatenus poſt facultatē
eis conceſſam concedendi alijs ex dictis rebus
dicitur,ita tamē ꝙ tales ſic recognoſcentes, ſeu
qui in futurum recognoſcent,tenerentur recipe
re inueſtituram ab Epiſcopatu de dictis rebus
ſic recognitis ſeu recognoſcendis: hactenus.n.
loquitur de prima uice,qua Comites dictas res
alijs cōceſſerint. Vnde ſubdit eo caſu, & pro pri
ma inueſtitura nihil tenerentur ſoluere de cap-
ſoldo dicto Epiſcopatui: poſtea ſubiicitur pro

alijs verò inueſtituris de dictis met rebus, ſi fieri cōtigerint, tenerētur ſoluere debitū capſoldū dicto epiſcopatui.quo loco loquit de a.uice qua Comites eaſdēmet res per eos conceſſas alicui, ali is concederent,ut euenit in iſtis de quibus agitur pri.uice datis Ruino, poſtea verò D.Vbertino : nam de illis vult ſolui capſoldum, & hæc intelligentia non minus ſubtili quàm manifeſta ratione comprobatur : nam ſi re per Comites alicui conceſſa, deinde quoquo modo ad eos reuerſa, & alteri rurſus conceſſa, quo ad illum nouiter inueſtitum prima diceretur inueſtitura ab Epiſcopatu per eū recipiēda, ſequeretur quòd nunquam locum haberet pactum de capſoldo ſoluēdo Epiſcopatui præter primā inueſtiturā,nā primus inueſtitus à Comitibus,puta Petrus,nō teneret ad illū ꝑ cōſequēda īueſti
64 tura ab epiſcopatu uigor pacti.† nec itidē tenerētur eius ſucceſſores in inueſtitura cōprehēſi:qm laudemium debetur , aut propter alienationē in aliam perſonam extraneam factam,l.fi.C.de iure emph. aut ratione mutatæ ſucceſſionis, ut ibi tradit Iaſ.nu.33.poſt.Bal. in authen.ſi quas ruinas.col.2. C.de ſacr. ſanc. eccl.demum re ad Comites reuerſa, & alio puta Martino īueſtito, idem eſſet dicendum conſiderata tantum eius perſona : nam quo ad eum diceretur prima inueſtitura ab epiſcopatu ſumenda , qua facta ſucceſſores ſui eſſent comprehenſi , ſicque nullus
65 ad capſoldum teneretur. † & ita pactum conuentum redderetur eluſorium , quod eſſe non debet.l. fi.§.ubi autem pueriliſ C.de bon.quæ lib.l.ſi prætor.in prin.ff.de iudi.D.meus Rimi. cōſ.381.n.3.fuit igitur obligatus D. Vbertinus ad ſolutionem capſoldi dicto epiſcopatui , quia inueſtiendus erat ab eo de eiſdemmet rebus, de quibus Baptiſta Ruinus fuerat inueſtitus:idque præterea confirmatur ex tertia inueſtitura Comitum, ubi dicitur quòd tales conducentes ab eis poſt primam inueſtituram ab Epiſcopatu , quæ ut præmittitur ſine ſolutione capſoldi fieri debet in quibuſcunque alijs inueſtituris de dictis rebus fiendis, tenerentur ſoluere capſoldum iuxta formam Bullæ:hoc enim uerificatur in perſona D.Vbert.cui debuit fieri alia inueſtitura poſt primā factam Baptiſtæ Ruino ab Epiſcopatu , quod etiam ſubiungitur ibi,& cum pacto quòd omnes & ſinguli ſucceſſores in dictis rebus , qui tamen non eſſent in dicta prima inueſtitura comprehenſi, tenerentur petere ſe inueſtiri,cum caſus ſucceſſionis aduenerit,& tūc ſoluere quod in dictis literis apoſtolicis continetur, nempe capſoldum : nam D. Vbertinus in prima Inueſtitura conceſſa Ruino non fuit comprehenſus ,& caſus ſuæ ſucceſſionis aduenit, quando fuit inueſtitus à Comite Alfonſo, ergo fuit obligatus ad petendum ſe inueſtiri ab Epiſcopatu & ei ſoluere capſoldum , & ſic undi
66 que res manifeſta patet aduerſus eum. † Ad ultimum pariter aduerti debet in eo fallaciam cō tineri:licèt enim D. Conſtantius ſit comprehēſus in inueſtitura paterna à Comite Alfonſo recepta,non tamen eſt comprehenſus in aliqua inueſtitura Epiſcopatus,cum pater ab eo nūquā fuerit inueſtitus : & non entis nullæ ſunt qualitates.l.eius,qui in prouincia.ff.ſi cer.pet. nūeque non agitur de inueſtitura Comitum,ſed Epiſcopatus , & ob id inueſtitura Comitum, impertinenter allegatur.Quod uerò ſubijcitur D.Conſtantium nō teneri ad capſoldū aliquem, cum dictæ res in diuiſionibus cū fratribus factis ſibi contigerint,eandem patitur reſponſionem, uidelicet quòd iſtud procedat reſpectu Comitum , à quibus pater ſuus fuit inueſtitus , ut illi non poſſint ab eo capſoldum petere , ſed reſpectu Epiſcopatus ſecus, à quo nec pater D.Conſtantij, nec ipſe, nec fratres ſui fuerunt inueſtiti . unde quo ad Epiſcopatum vanum eſt dicere quòd res illi contigerint ex diuiſione cum fratribus facta,cum ab Epiſcopatu non habeat inueſtituram : ſicque loquitur interpretatio ſexta Bullæ Bonifacianæ dicēs.Similiter alienationem non arbitramur,& ita declaramus : ſi fratres, aut alij in inueſtitura antiqua comprehenſi inter ſe diuidatur rem recognitam ad finem,ut cogi poſſit recipiēs ſoluere capſoldum. loquitur ergo interpretatio de comprehēſis in inueſtitura eccleſiæ illis antea conceſſa, & de re recognita per eos ab eccleſia , quod minimè cadit aut uerificatur in Domino Conſtantio ,& fratribus ſuis,qui res iſtas nunquam recognouerunt ab Epiſcopatu , nec ab eo fuerunt ante
67 diuiſionem inueſtiti. † ergo cum verba dictæ reformationis illi nō cōueniāt, nec eius diſpoſitio locum habere poteſt.l.4. §. toties.cum ibi not. ff.de dam.infe. D. meus Rim. cōſ. 40.n.4. Dec. cōſ.153. nu.7. cum ſimilib. Supereſt ut demum quædam pauca dicamus de quantitate capſoldi ſoluendi Epiſcopatui : nam tempore quo D. Vbertinus inueſtitus fuit,res parum ualebant , ut ualliuæ & incultæ :at quando peruenerunt ad manus D.Cōſtantii redactæ fuerāt ad culturā,& erant fructifere, ſicque longè maioris ualo
68 ris in immenſum . † quare breuiter dico reſpectu capſoldi debiti per D. Vbertinum conſiderari debere ualorē rerum tēpore quo eas acquiſiuit.l.fi.C.de iu. emph.ibi [ Quinquageſimā partem pretii uel eſtimationis loci ] quando uenditur,uel alio modo trāsfertur, ut exponit Glo. ſentiēs illud tempus contractus & tranſlationis attendi,reſpectu uerò capſoldi debiti per D.Cōſtantium uidetur idem dicendum, quòd illud primum tempus conceſſionis rerum patri factæ deberet attendi , quo erant parui ualoris , non
69 autē poſterius,quo fuerunt auctæ ,† ne cogatur D.conſtantius labores paternos deplorare, quibus ad fertilitatem dictæ res fuerūt redactæ.l.fi. C.de alluui.& palud. ſed tamen in cōntrarium ſtat aperta deciſio Odofredi, & Alberici in d. l. fi.C.de iur.emph.col.fin. quos ibi ſequitur Iaſ. nu.44.& Boe.deciſ.19.col.ubi quærunt,ſi quis dedit in emphiteoſim aream parum ualentem, ſuper qua ſunt ędificata ædificia magni ualoris, puta turris , deinde uendit, an Dominus debeat habere quinquageſimam ( quæ capſoldūs eſt , totius , uel ſolum ualoris areæ ? ut concludunt

dunt ꝙ totius quia ædificiũ ſolo cedit. l. 1. ff. de
70 ſuperfi. † idque confirmatur: nam dñs dẽt ha
bere laudemium ratione laboris, quem aſſumit
in inducendo emphyteutam nouum in poſſeſ
ſionem rei, ut tradit Bertran. conſi. 3. nu. 33. uo.
3. priorum, meritò debet eo tempore ualor rei
perpendi, non antea. & quod debet de labori-
bus paternis non deplorandis, non eſt conſide
rabile, cum ad id teneretur pater et alius quili-
bet emphyteuta, cum res detur ad meliorãdum,
non autem deteriorandum. & ita in hoc & alijs,
de quibus ſupra ſigillatim, concludo.

*Hippolytus Riminaldus Ferrariæ.*

---

## Pro Illuſtriſsimo D. Alfonſo Eſtenſe, D. & Marchione Caſtri Monticuli.

### ARGVMENTVM.

De clericis Parmenſibus bona poſſidentibus in territorio Monticuli, obligatis contribuere refectioni murorum & foucarum dicti caſtri.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clericos ad refectionem murorum non teneri:*
*Sed plures contrà magis communiter. 10.*
*Laici tamen non exigunt, ſed Epiſcopi conſulto Papa, 2. & 26.*
3 *Eccleſia immunis à Superindictis.*
*Superindicta quæ dicantur. ibidem.*
4 *Collectæ à clericis exigi prohibitæ.*
*Niſi pro refectione uiarum & murorum. 29.*
5 *Ecleſiarum bona uſui ſpirituali deputata.*
6 *Deo dicatum ad humanos uſus non trahi;*
*Niſi neceſsitate imminente. 30.*
7 *Collectæ non niſi ſubiectis imponi poſſunt.*
*Secus de conſuetudine generali. 31.*
9 *Nemo cogi debet ad ſolutionem debiti alieni.*
11 *Immunes numero 12. filiorum tenentur ad refectionem murorum.*
12 *Clerici in patrimonialibus non gaudent priuilegio, eccleſiæ:*
*Niſi in caſibus à iure expreſsis.*
13 *Immunitas non extenditur ad onera ratione belli.*
*Niſi uerbis uniuerſalibus et geminatis cõceſſa ſit. 14.*
15 *Refectio itinerum, pontium, & murorum par eſt.*
16 *Leges per canones approbatæ quomodo?*
17 *Nullum excuſari ab inſtauratione murorum.*
18 *Clerici continentur in his quæ concernunt utilitatem publicam.*
19 *Clerici quando teneantur ad refectionem murorum, diſtinguitur.*
20 *Clericos teneri, quãdo de generali utilitate tractatur.*
21 *Clerici tenentur ad refectionem murorum, licet ibi non habitent, nec fructus teneant. 33.*
22 *Clerici collectãtur, quãdo ſic in præteritũ fuit factũ.*
23 *Conſuetudo tanti temporis licèt eccleſiæ præiudicialis, ualida.*
24 *Collecta ſecundũ extimum impoſita, aliud non attẽdi*
25 *Opi. communis ſeruanda conſulendò & iudicando.*
27 *Clerici quando teneantur conferre pro exercitu ad expellendum gentes armatorum.*
28 *Collecta pro uiribus patrimonii imponenda, ſoluenda tamen reſpectu fructuum.*
32 *Clericis onus perſonale non imponi, ſed patrimoniale ſic.*

## CONSILIVM II.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRISSIMVS D. Alfonſus E
ſtẽſis, natus ex felicis recordatio-
nis Excellentiſſimo ac Inuictiſſimo
Principe Alfonſo Duce Ferrariæ,
Dominus & Marchio Monticuli,
cum poſt trãſactum bellum, quod uiguit in Du-
catu Regij, conſideraret illud Caſtrũ cum muris
deſolatis, diruptis, & perforatis, foueisque ſolo
æquatis remanſiſſe, cupiens illud reparare, colle
ctã imponi iuſſit omnibus in eius territorio præ
dia poſſidentibus, quam cum ſubire recuſarent,
plures Clerici Parmẽſes à ſummo Põtifice cau-
ſam committi obtinuit Reuerendiſſimo cuidam
Epiſcopo cognoſcendam, & fine debito termi-
nandã. Quare quæſiuit à me dictus Illuſtr. Domi-
nus, ut ſuper hac controuerſia quod mihi iuri
conſentaneum uideretur exprimerẽ. † & prima
1 conſideratione in partem Clericorum inclina-
bam per glo. in c. generaliter. §. nouarum. 16. q.
1. dicẽtẽ legem non tenere, quæ dicit quòd cleri
ci teneantur ad inſtructionem murorum, quam
Lauren. ſequitur, ut ibi refert Arch. idemque
tenet glo. & poſt eam Bar. in l. ad inſtructionem.
C. de ſac. ſanc. ecle. Io. Mon. ibi relatus per Alb.
ſicut & Gui. de Cu. per Bal. Io. And. in c. non mi
nus de Immu. ecc. per Abb. relatus, ſicut & Ho-
ſtiẽ. in ſumma eo. tit. §. in quibus. uer. ad extraor
din. & ut ſubdit Abb. ita conſuluit & conſilium
ſuum tranſcribit, quod eſt tertium. uol. 1. ſequitũ
2 Iaſ. in l. placet. nu. 14. C. de ſacr. ſan. eccle. † ſe-
cundò præter auctoritates uidebatur eſſe text.
in d. c. non minus, quem deducit Abb. col. 5. ubi
tractatur de foſſatis faciendis, quæ concernunt
cuſtodiam ciuitatis, & utilitatem publicam, etiã
clericorum, & tamen prohibet ab eccleſia quic-
quam exigi: idemque tradit per illum tex. Nat-
ta conſi. 203. col. 2. dicens quòd foſſata fiunt ad
cuſtodiam ciuitatis contra hoſtes, & ſic bellum
præbet illis cauſam; unde cum ad foſſata Clerici
non teneantur, colligit eos ad munera bellica
non teneri. † ponderatq; pariter Natta tex. in
3 l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. ubi eccleſia fit immu-
nis à ſuperindictis, ergo à munere, quod impo-
nitur propter guerram, quale dicitur ſuperindi
ctum. gl. in rub. C. de ſuperindic. li. 10. Alex. in l.
ſi ex toto. col. 1. ff. de leg. 1. & illum tex. pariter
inducit Iaſ. ibi contra Bar. in l. nullus, C. de cur.
pub. lib. 12. ubi dixit argumento illius tex. quòd
quando ſocietates gentiũ armatorũ uadunt de-
prædando iuxta Ciuitatem, & homines capien
do

do,& propter hoc eſt neceſſe facere exercitum
ad eas expellendas, propter hanc cauſam poſ-
ſunt imponi collectæ etiam eccleſijs: ſed in con
trarium eſt tex. inquit Iaſ. in d.l. placet, nã colle-
ctę uel datia, quæ imponẽtur ratione belli, uel
ut prouideatur talibus gentibus armatis, ſunt
munera extraordinaria, & dicuntur ſuper indi-
cta, quãdo ex cauſa neceſſitatis belli imponũtur,
ut per Glo. & Bar. in Rub. C. de ſuperindic. lib.
10. ſed eccleſia eſt immunis à ſuperindicto ut
ibi, ergo contra Bart. in d.l. nullus ſubditus. Iaſ.
4 quòd eſt ſua noua inductio. † Tertiò mouentur
Abb. & Natta locis citatis per tex. in auth. item
nulla communitas. C. de epi. & cle. in c.1. de im-
mu. eccle. lib. 6. in c. quãquã de cenſ. eo. li. in cle.
præſenti. eo. ti. in l.2. C. de epi. & cle. & in d. §. no
uarũ. quibus generaliter prohibẽtur exigi à cle-
ricis collectæ, angariæ, & perangariæ, quæ pro-
pter communem utilitatem Reipub. exiguntur,
in qua Repub. etiã clerici continentur. † Quartò
5 mouentur ambo ratione: nã bona eccleſiarum
ſunt publico uſui ſpirituali deputata. c. uidentes
12. q. 1. c. ratio. de præb. unde dicitur in c. nulli.
12. q. 2. quod omne illud quòd eccleſiæ conſecra
tur, ſiue fuerit animal, ſiue ager, ſanctum ſancto
rum Domino efficitur, & ad ius pertinet ſacer-
dotum: non ergo debent mundano uſui deſer-
6 uire † quia ſemel dicatũ Deo ad humanos uſus
transferri non debet. c. ſemel Deo. de reg. iur. in
6. laici ergo, cum ſint mundani, & principaliter
habeant utilitatem in Repub. mundana, debent
ſubire onera Reipub. mundanę: bona uerò ec-
cleſiarũ, quę ſunt Dei, debẽt deſeruire Reipub.
ſpirituali, ſicut fit etiam in perſonis: nã milites
ſeculares militãt mundo, milites cęleſtes Deo,
iuxta illud, Diuiſum imperium cum Ioue Cæ-
ſar habet, & ſic illi in temporalibus, iſti in ſpi-
ritualibus. c. reprehenſibile. c. quo auſu. 24. q. ſi.
7 † Quintò adiicit aliam rationem Natta Barto.
conſi. 180. ſi aliqua poſſeſſio, quam ſequitur Do
mi. in d. c.1. de immu. eccl. li. 6. col. ſi. ubi dicit ꝙ
iſtæ collectæ perſonis imponuntur pro rebus:
unde non poſſunt imponi niſi ſubiectis tantum,
hoc eſt ciuibus & incolis. l. reſcripto. §. fin. ff. de
mu. & ho. & ibi. Glo. ponens exemplum in col-
lecta; ſed certum eſt clericos non eſſe ſubiectos,
ergo eis collecta imponi non poteſt: & hanc ra-
tionem plenius deducit idem Natta conſil. 636.
nu. 78. dicens quòd ſolutio collectarum demon-
ſtrat aliquem etiã ſubiectum, ut probatur in §.
ſi quis igitur. & ibi Glo. not. in Auth. quib. mo.
nat. effi. ſui. Bal. in l.3. per illum tex. C. de nat. li.
Et in l. data opera. col. 9. ue. ſuper ſcitu. C. qui ac
cuſa. non poſ. meritò forenſibus & clericis impo
ni nõ poſſunt. Bart. in l. reſcripto. §. ſi. ff. de mun.
& hon. cum ſimil. adductis ibidem per Nattam.
8 † Adde quòd conſtat clericatum maiorem eſſe
quolibet honore ſeculari: & ideo laici clericis
collectam imponere non poſſunt, ut tradit Bar.
9 conſil. 180. Natta conſi. 555. nu. 11. † confirmat
hoc idem Bart. alia ratione: nã ad ſolutionẽ alie
ni debiti nemo compelli poteſt. l. ſi. C. ne ux. pro
ma. ciuitasque collectam imponere non poteſt,
niſi pro ſua neceſſitate: ergo clerici non ſubie-
cti, compelli non poſſunt, quia ſic ad ſolutionẽ
debiti alieni cogerentur. Vltimò occurrit quòd
iſti clerici ſunt forenſes in territorio Monticuli,
ibique tantùm habent terras, nec ibi habitant,
nec bona reponunt, ſed Patriam conducunt,
ita quòd nõ prætendunt intereſſe, ſi caſtrum ſit
munitum muris, nec ne, licèt enim caperetur,
uel ſubiiceretur alteri Domino, non tamẽ per-
deretur eorum Dominium in dictis terris: ideo
compelli non debent ad refectionem dictorum
murorum. Ita Cor. de forenſibus & eccleſijs lo
10 quens, conſi. 72. col. ſi. uol. 4. † Iſtis tamen non
obſtantibus contrariam partem amplexus fui
pro Illuſtriſsimo Domino meo, quam tenent
Iacob. de Rau. & Iaco. de Aret. per Cy. relati.
Azo. Dy. & Oldrad. per Alberi. in d. l. ad inſtru
ctionem. Petr. de Bella per. Cy. & Alberi. ibi-
dem, ſicut & Caſtren. Card. Zab. in d. c. non mi
nus. nu. 9. quæſt. 6. ubi refert Ray. de Forl. idem
tenentem. idemque Card. in cle. 1. q. 17. de uit.
& hon. cle. Sal. in d. l. placet, ſub nu. 5. Andr. de
Iſer. in c. 1. §. illicitas. de pa. iu. fir. Gui. pa. q. 78.
Ale. conſi. 67. col. 5. uol. 2. Rip. in l. ſi ſe non obtu
lit. nu. 51. ff. de re iud. Io. Lielrler in trac. de pri-
mogen. q. 24. 1. libr. nu. 23. & nouiſsimè Natta
conſil. 183. col. ſi. conſ. 215. in prin. & conſ. 280.
col. ſi. ubi dicit quòd hæc opin. communiter te-
netur, plures ex prædictis citans: cui pariter ad-
do Albericum in d. l. ad inſtructionem, dicẽtẽ
quòd ita uidit ſeruari de facto de iure ciuili, ꝙ
eccleſiæ teneãtur conferre. Vnde ſufficiet nobis
hanc eſſe commun. & quòd de facto ſeruetur.
† Quam & inſuper tenet Bal. conſi. 312. uol. 3.
11 in no. uolẽs ꝙ nec immunes ob numerũ 12. libe
rorum ſint immunes à refectione murorum, ue
luti neceſſaria, non ſolùm utili: adeo quòd nec
eccleſia eſt immunis ab ea. d. l. ad inſtructionẽ.
niſi ciuitas de nouo uellet facere muros ſponta-
neo motu ad ornatum & pompam ciuitatis: tũc
enim eccleſia nõ teneretur cõtribuere ſecundũ
non obſtante quacunque lege, cum verbis de-
rogatoriis in ea poſitis. ita Rui. conſi. 80.nu.8.
conſi.95.nu.8.vol.3.Ceph.conſi.111.circ.fi.er-
go ſupra dicta expreſſa non ſufficit ad deroga-
237 tionē teſtamenti Illuſtriſ.D.Io. † Nec etiam ſuf
ficit clauſula ſubſequens, etiam ſi talia forēt, de
quibus hic mentio ſpecialis habenda eſſet, vel
fieri deberet: illa enim non ſufficit, vbi lex ha-
bet clauſulam derogatoriam ad ſequentes pro-
ut contingit in d.l.ſi teſtamentum.ibi [auctori
tate reſcripti noſtri reſcindi non poteſt] ſed de
illa lege debet fieri mentio, aut ſaltem modo ſu
pra narrato poſt Rui.& Ceph. ita Cal. conſ.11.
de priuil.Car.conſi.51. conſi. 138. Fed.de Sen.
conſi.233.Fel.in c.accedentes.col. 3. de præſcr.
qui teſtatur hanc eſſe commu. & eam latè con-
firmat.Iaſ.conſ.165.vol.4. Goz. conſi.9.nu. 26.
D.meus Rim.conſi.307.nu.8.& poſtremò Nat
238 ta conſi.209.nu.4. † Ad ultimum, quod de rati
ficatione Illuſtriſſimi D.Sigiſmondi dicitur, re
ſpondetur uanam eſſe talem oppoſitionem, ſi-
ue expreſſam ſiue tacitam ratificationem ſpe-
ctemus, ut per Bar.in l. 1. C. ſi ma. fac. rat.hab.
nam expreſſa nunquam interuenit, tacita verò
quæ ex lapſu quinquennij ſolet naſci. l.ſi quā-
do. C. ſi mai.fact. alie. conſiderari non poteſt,
tum quia quandocūque contrahens intra quin
quennium declarat ſe nolle habere ratam ven-
ditionem, lapſus temporis non nocet.Bar.in d.
l.ſi quando ver.ad vnum tamen. ſed Illuſtriſſi-
mus D.Sigiſmondus ſemper declarauit ſe nol-
le acquieſcere dicto contractui, tum quia Sta-
tuto Mantuæ expreſſe cauetur, ne contractus
abſque illa forma celebrati à minoribus vllo
temporis ſpatio conualidentur: & ita tandem
ſublatis contrarijs quibuſcūque remanet opti-
mè fundata ac firma intentio dicti Illuſtriſſimi
D. Sigiſmondi, cæterorumque litis ſuorum cō
239 ſortium: † Et licèt pendente lite præfatus Illu
ſtriſſimus D. Sigiſmōdus ſummo omnium mœ
rore, potiſſimè vero Illuſtriſſimi & Excellentiſ-
ſimi Ducis Mantuæ, cui gratiſſimus erat, & cū
eo primas tenebat, vita functus fuerit, tamen
remedia quibus vtebatur maximæ læſionis æ-
normiſſimæ filijs ſuis competere debent, vt ſuis
hæredibus & ſucceſſoribus, ut tradit Bal.in l.2.
in primis verbis. C. de reſcin.vend.& poſt eum
240 Cagnol. nu. 5. † Et præter eos confirmatur:
quia omnia iura competentia defuncto tran-
ſeunt ad eius hæredes.l.ſi pactum.ff. de prob.&
cum tale beneficium reuocandi rem alienatam
ex capite læſionis enormis ſicut & nullitatis cō
tractus competat beneficio legis, tranſmitti de-
bet ad hæredes, per ea quæ ſcribit Iaſ.in l.ſi ar-
rogator.col.7. ff. de adop. Craue. conſi.142.in
241 fi.poſt Dec.conſi. 203.col.fi. † ubi plus dicit,
quòd filius hæres ex perſona patris facilius ad-
mittitur, quia iuramentum patris ad filium non
porrigitur: & ſi abſolutio in perſona defun-
cti requireretur, in hærede tamen non requiri-
tur.c.veritatis.de iureiu. Cor. conſi. 27. col.5.
vol.4.Rui.conſi.107.nu.18.uol.1. Quare ſecurè
poſſunt Illuſtriſſimi filij, & ſucceſſores tanti
genitoris felicis memoriæ nedum proprijs re-
medijs, ſed & paternis uti eaque proſequendo
feliciter ad optatum finem litem præſentem
perducere: Verùm quia poſt exhibitum eis præ
ſens conſilium, Illuſt.Comites aduerſarij pro-
duxerunt quædam iura, de quibus antea nul-
lam fecerant mentionem, meritò placuit ſuper
eis aliud conſilium formare, quod eſt inferius,
videlicet 45. quo facilè patebit optimo lectori,
non attentis illis iuribus, in deductis in hoc
conſilio perſiſtendum fore.

*Hippolytus Riminaldus Ferrarienſis.*

Pro Illuſtrib. Comitibus de Mirolio.

## ARGVMENTVM.

De ſubditis qui tenentur iurare fidelitatem Dominis loci.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum requirit nomen Principis dominantis in loco.2.*
*Fallit vbi conſuetudo loci aliter dictat.29.*
3 *Inſtrumentum requirit rogitum notarij.*
*Nec in dubio præſumitur.4.*
*Niſi partes præceperint, quòd per notarium fieret inſtrumentum publicum.46.*
*Et quando notarius refert ſe id inſtrumentum recepiſſe.47.& 48.*
*Vel quando dicitur actum in loco.49.*
5 *Inſtrumentum vt valeat, conſtare debet, quòd rogatus de illo fuerit notarius.*
*Fallit in antiquis.51.*
*Et quòd ibidem notarij publici nominentur. 52.*
6 *Exemplum non probat.*
*Nec ex eo quis obtinere poteſt poſſeſsionem ex remedio l.fi.C.de edic.diui Adria.7.*
*Etiã ſi notarius aſſerat illud exemplaſſe de licẽtia.8.*
*Niſi citatio partis interuenerit. 9.*
10 *Iurans vni fidelitatem videtur nulli alteri eam reſeruaſſe.*
11 *Obligatio ex contractu tranſit in hæredes actiuè, & paſſiuè.*
12 *Iuramentum fidelitatis præſtitum per particulares non grauat vniuerſitatem.*
*Niſi iurauerint etiam vice communitatis.69.*
13 *Vaſalli omnes tenentur iurare fidelitatem.*
14 *Iuramentum ratione iuriſdictionis per ſingulos præſtandum.*
*Nec ſufficit per procuratorem.*
15 *Iuramentum fidelitatis omnibus condominis præſtandum.*
16 *Verba pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus in feudis intelliguntur reſpectu ſanguinis: & iurans alicui ſic recipienti, videtur motus ratione ſanguinis, & non aliter.17.*
18 *Bartolomæi Mirolij laudes.*
*Hectoris, & Federici fratrum.*
19 *Inſtrumenta antiqua probant quaſi poſſeſsionem fidelitatis.*
20 *Fidelitatis quaſi poſſeſsio quæritur alteri quando tradi poteſt.*
*Et continuatur in hæredes.21.*
*Qui in ea manutenendi ſunt.22.*
*Vel ad eam reſtituendi.23.*
*Remedio recuperandæ.24.*
*Et ea non quæſita, in eam ſunt immittendi.25.*
26 *Filij vaſalli petere poſſunt ſe mitti in poſſeſsionem rerum feudalium.*
*Siue inſtituti ſint, vel ab inteſtato.27.*
*Et tanto magis conſeruari debent in poſſeſsione, in qua ſint.28.*
30 *Conſuetudo probatur ex pluribus inſtrumentis.*
31 *Conſuetudine licitum fit aliàs illicitum.*
32 *Conſuetudo in ſcripturis attendi debet.*
33 *Iudex de conſuetudine ſe poteſt informare.*
*Si reſpicit ordinem procedendi.34.*
35 *Inſtrumentum approbatum per hæredes impugnari non poteſt.*
36 *Hæres ſimpliciter, etiam in feudalibus contrauenire non poteſt facto defuncti.*
*Præſumitur pro inſtrumentis.*
*Donec probetur contrarium, quod manifeſtiſsimis probationibus eſt docendum. 38.*
38 *Præſumptio quando eſt contra aliquem, fortiores probationes pro illo requiruntur. 91.*
39 *Metum allegans, habens præſumptionem contra ſe debet illum probare per probationes luce clariores, vt in criminalibus.*
40 *Inſtrumentum quam probationem faciat.*
41 *Calumnioſè agit qui negat inſtrumenta publica.40.*
*Et obtinet vim diffinitionis cauſæ.41.*
*Sibiq́; dici poteſt noli me tangere.*
*Nec de ipſo dubitandum eſt, ſicut nec de caſu legis.139.*
*Et nulla ſuſpitione poteſt impugnari. 140.*
42 *Inſtrumentum approbatum à Principe fidem facit licèt aliàs ſecus eſſet.*
43 *Inſtrumenta licèt defectuoſa, mortuo notario ſemiplenè probant.*
*Et in antiquis plenè.*
44 *Fama de recenti ſemiplenè probat.*
*In antiquis plenè. 45.*
50 *Actum denotat rem perfectam.*
53 *Exemplum probat in antiquis.*
*Maximè quando ſolennitas enunciatur in eo.55.*
*Sed Crauet.tenet contrarium.56.*
*Quem damnat auctor.57.*
54 *Decretum iudicis quando pro ſententia habetur.*
58 *Antiquitas in materia probationum duo operatur:*
*Eiq́; plurimum deferendum.60.*
*Et proximè ad Deum accedere.61.*
59 *Enunciatiua verba in fauorem tertij ſemiplenè probant.*
61 *Iurans uni fidelitatem, non poteſt alteri idem facere.*
63 *Debitor debitoris mei, non dicitur debitor meus.*
64 *Iuramentum fidelitatis vni præſtitum non præiudicat vero Domino.*
65 *Citandus quis eſt in vnoquoq; actu præiudiciali.*
*Etiam ſi extraiudicialis ſit.66.*
67 *Fidelitas ſurreptione præſtita corruit.*
68 *Princeps non præſumitur præiudicare tertio, etiam modicè.*
69 *Homines poſſunt iurare pro ſe, & uice communis.*
70 *Iuramentum ſimplex conſeruat ius ſubiectionis.*
71 *Actus factus à maiori parte ualidus.*
72 *Ratificatio præſumitur ex taciturnitate.*
73 *Vniuerſitas parua præſumitur ſciuiſſe quid factũ.*
74 *Ratificatio præſumitur ex diuturnitate.*
*Licèt requiratur ſcriptura.75.*
76 *Fidelitatem iurare ſufficit vni pro omnibus.*
77 *Decreto interpoſito, præſumunt omnia legitimè facta, & 78.*
*Et cauſæ cognitionem requirit.79.*
80 *Perſona ex quibus dicatur demonſtrata.*
81 *Filiatio & conſanguinitas enunciata probatur in antiquis.*

Et

*Et eſt probationis difficilis.82.*
83 *Inueſtitio feudi alicui facta ſimpliciter, intelligitur etiam pro filijs.*
84 *Filiatio probatur per actum appropriabilem filiationi.*
*Et de illa iudex ſe poteſt informare.85.*
*Poteſtq́; allegari, ſi notoria ſit.86.*
87 *Actore non probante, reum abſolui.*
88 *Præſumptio fit pro libertate.*
*Bona præſumuntur allodialia.*
*Niſi probentur feudalia.88.*
89 *Fidelitas omnis libertati contraria.*
90 *Argumentum de rebus ad perſonas valet.*
92 *Subditi dicuntur habitantes in loco.*
*Domicilium contrahendo.93.*
94 *Dominus habet iuriſdictionem in terra.*
99 *Iuramentum fidelitatis duplex.*
96 *Subditi tenentur iurare obedientiam Principi ſuo.*
97 *Fidelitas, an & quando præſcribatur. 100.*
98 *Subditus non præſcribit libertatem contra Dominum ex non obedientia.*
*Et multa ad id requiruntur.99.*
*Malaq́; fides eam impedit.101.*
*Et reſpectu ſucceſſorum.102.*
103 *Vniuerſitas ſi debet, ēt ſucceſſores tenētur. & .106.*
*Et ſi compromiſit, tenentur ſucceſſores. 104.*
105 *Actus geſtus nomine rei pub. ſemper perſeuerat.*
106 *Homines vt vniuerſi, conſentiendo inueſtitioni præiudicant poſteris eorum loco ſubrogatis.*
107 *Inueſtiti cum homagijs & fidelitatibus cogere poſſunt ſubditos ad iurandum fidelitatem.*
108 *Relatum intelligitur in referente cum omnibus qualitatibus ſuis: & habetur pro nominato & expreſſo.*
109 *Homines trāsferri poſſunt cū uniuerſitate Caſtri.*
*Magis communis eſt, & de conſuetudine generali.110.*
110 *Conſuetudo vincit legem.*
*Et notoriam ſufficit allegare.*
111 *Principis voluntas atteſtatione alterius declaratur.*
112 *Actus attribuitur ordinanti, non exequenti.*
111 *Fidelitas auctoritate Principis roborata ualidior eſt.*
114 *Viro graui credendum eſt.*
*Maximè iuncta fide publici inſtrumenti.115.*
116 *Mandatū non præſumitur ex antiquitate tēporis:*
*Niſi enuncietur in inſtrumento.117.*
*Et quando veriſimiliter quis non feciſſet ſine mandato.118.*
119 *Præcedentia declarant ſequentia.*
120 *Factum præſumitur ob cauſam præcedentem.*
*Inueſtitura cēſetur facta ob cauſam neceſſariā.120.*
121 *Fidelitas omnino ſeruanda, qualis.*
122 *Alti dominij reſeruatio, quæ?*
*Copulatiuæ vna pars declarat aliam.122.*
123 *Copula in eadē oratione repetit eandem qualitatē,*
*Et copulat circa idem, non circa diuerſa.124.*
125 *Reſeruatio alti dominij cætera transfert*
126 *Feudi conceſſio cum hominibus transfert ius fidelitatis in eos.130. & 136.*
*Idem ſi cum pertinentijs omnibus. 127. & alijs additis. 129.*
128 *Dictio omnis, nihil excludit.*
131 *Inueſtitura uniuerſali facta, non poſſunt particulares ſe eximere, & reclamare.*
132 *Feuda in marchionatu regulari debent, ut ipſum feudum marchionatus.*
*Idemq́; de feudis in Ducatu ſitis.133.*
134 *Interpretatio fit contra fundantem ſe in verbis.*
135 *Inueſtitura renouata, magis enixam oſtendit voluntatem.*
137 *Verba non debent eſſe ocioſa.*
138 *Fidelitatis inobſeruantia quem non liberat.*
139 *Inſtrumenta quam probationem faciant.*
140 *Nec impugnari poſſunt, ſicut nec confeſſio partis, aut ſententia.*

## CONSILIVM VI.

*Auxilium meum à Domino.*

N cauſa Illuſtrium Comitum de Mirolio condominorum Caſtri Montis Ceſtini cum ſuis hominibus aliàs verſa coram Ampliſſimo Senatu Marchionali Montis Ferrati, ex ſerie facti poceſſuque mihi propoſitis duo colligebantur: primum an ipſi Comites ſint manutenendi in poſſeſſione, vel quaſi iuramenti fidelitatis ſibi præſtandi per dictos homines, in qua ſe fuiſſe & eſſe dicunt, vel quatenus opus ſit, an ad eam reſtituendi ſint? Secundum nunquid iura dictorum Comitum præualere debeant in conſequendo dicto iuramento fidelitatis, iuribus dictorum hominum, quibus illud præſtare negant dictis Comitibus? Circa primum prima conſideratione dicendum videbatur dictos homines à petitis per dictos Comites abſoluendos eſſe: quoniam ut dicitur in exceptionibus dictorum hominum, prædicti Comites ad probandam poſſeſſionem, vel quaſi iuramenti fidelitatis aliàs præſtiti condominis dicti Caſtri per homines illius produxerunt duo inſtrumenta, alterum de anno 1452. 21. Feb. alterum de anno 1467. 17. Ottobr. quæ fidem non faciunt, velut ſcripturæ priuatæ: & licèt aliter non ſit ſpecificatum cur appellent ſcripturas priuatas illa duo inſtrumēta, tñ conſiderādo omnia, quæ poſſunt opponi, & quæ requirun-
1 tur in inſtrumentis publicis, † videbatur in primis, quòd inter cætera neceſſaria in inſtrumento publico requiritur nomē Imperatoris, Papæ, regis aut Principis eo loco dominantis, in quo factum fuit, vt tradit Abb. in c. 1. de fid. inſtr. per tex. in auth. vt præpo. no. imper. Soc. conſi. 86. col. 3. vol. 1. Rui. conſi. 147. nu. 12. uol. 1. Dec. in d. c. 1. nu. 8. de fid. inſtr. & Franc. Viuius in ſuis cōmunibus opinio. in verbo, inſtrumentum publicum, qui communem teſtatur,
2 † Vnde Marti. de Fano. in addi. trac. Baldi de Tabelli. quæſt. 25. nu. 79. dicit, quòd opponi poteſt inſtrumento, quòd in eo non ſit nomen Imperatoris, vel Conſulis. At in inſtrumentis prædictis deficit nomen Principis locorum, ubi

confecta ſunt, meritò nulla reputari debent
3 omnino. † Secundò particulariter reſpectu prioris inſtrumenti non apparet de rogitu notarij, qui illud ſcripſit, cum tamen requiratur, quòd notarius fuerit rogatus, aliàs inſtrumentum non valet. §.nos autem.& ibi Gloſſ.Bart. & Ang.in Auth. de tabell. Spec. cod. titul.§.1. verſic. & nota. Bart. in auth. ſi quis in aliquo. colum.penul.C.de edend. Ang. conſi. 220. ad
4 hoc vt ſcriptura. † Nec in dubio præſumitur notarius fuiſſe rogatus, ut tradunt Innocent. Abb.& alij in dicto cap. 1. Alexand.in l.ſciendum,ff.de verbor.obligat.conſi. 152. colum.2. uolum.2.vbi communem teſtatur, ſicut & Dec. alios citans in d.cap.1.nume. 20.Ruin. in dicto
5 conſil.147. nume. 12. † Tertiò nedum requiritur rogitus notarij, ſed etiam conſtare debet, quòd fuerit notarius ille qui rogatus fuit de inſtrumento: nec ſufficit etiam probare, quòd longo tempore fuerit in quaſi poſſeſſione officii, prout plerique voluerunt ab Alexand. relati in l.1.C.de teſta.colum.pen.vbi teſtatur hanc eſſe magis communem. ſicut & Iaſ. in l.Barbarius.nume.48.ff. de off. præt.vbi plures acumulat, idemque tradit Alex. conſi.79. examinato. colum. 2. volum. 2. vbi citat inter alios ſpeculatorem, in tit.de inſtr. edi. §. reſtat. verſic. illud autem notandum. volentem, quòd probari debeat publica fama, & cõmunis opi. quòd ille fuerit publicus notarius, & publicè confecerit inſtrumenta, & quòd inſtrumenta ab eo confecta pro publicis habita fuerint in tali ciuitate, vel loco, & quòd exercuerit officium tabellionatus, & tanquam Tabellio publicus functus fuerit publicis muneribus, nec ſufficit duo inſtrumenta exhibere per eum cõfecta, ſed tot apparere debent, quòd euidenter conſtet eum commune officium pro omnibus gerere. At de notariis dictorum duorum inſtrumentorum hæc in proceſſu non conſtant, ergo non dicitur apparere, quòd fuerint notarij, meritò dicta duo inſtrumenta quæ proponun-
6 tur ab eis facta, fidem non faciunt. † Quartò reſpectu ſecundi inſtrumenti periculoſa uidetur eius fides, cum ſit exemplum, ſeu tranſumptum originalis, quod non probat. auth.ſi quis in aliquo.vbi Glo.Bart.Alex.Dec. D.meus Rimin.& alii C.de edend.ſecundum quam regulam arguit Bart.conſi.5.viſa.in fi.Roma.conſi.
7 201.Soc.Iu.conſi.2.nume.1.vol.2. † vbi citat inter alios Bartol.in l.1.§.ſi quis duobus.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.dicentem ex hoc, quòd ex ſola exhibitione exempli alicuius teſtamenti quis non obtinebit poſſeſſionem rerum hæreditariarum ex remedio l.final. C.de edic. diui.
8 Adr. † Et dato, quòd in dicto ſecundo inſtrumento notarius aſſerat illud exemplaſſe de licencia ſibi conceſſa per locum tenentem Do. Poteſtatis loci, quo caſu probare ſolet exemplum.c.ſi.de fid. inſtr.vbi not.Abb. poſt alios. Bart.poſt Glo.in l.chirographis. in princ. ff. de admi.tu.& in §.& hoc inſuper.in Aut.vt ſponſ.
9 larg. † nihilominus id tantum non ſufficit, ſed etiam requiritur citatio partis, vt tradit Bar. in d.l.chirographis.& in d.auth.ſi quis in aliquo. cum ſimilib.per Alex.& Dec.col.2. adeo quòd requiritur citatio ſpecialis, ſi perſona ſit certa, vt per Ang.ibi,& cum prædictis etiam concordat Dec.Neap.282.nu.6.at de citatione dictorum hominum nil apparet quando facta fuit dicta exemplatio, meritò non probat dictum exemplum, & hoc reſpectu eorum, quæ dici poſſunt circa inſtrumenta producta. Secundò ſimiliter, videtur obſtare dictis Comitibus, quia iam diu de anno 1507. & ſubinde anno 1537. dicti homines per ſe, & ſuos hæredes in manibus Excellentiſſimorum Dominorũ Marchio-
10 num † iurarunt eſſe, futuroſque ſemper fideles, legales, & homines ligios eorum, vt ex inſtrumentis per eos productis apparet, ex quo iuramento ſignificatur nulli alteri perſonæ fidelitatem fuiſſe reſeruatam, prout tradit Spe-
11 cul. in tractat. de homag. nume. 3. † & hæc obligatio deſcendens ex contractu tranſit in hæredes actiuè, & paſſiuè. l. ſi pactum. ff. de pact.l.1. C. ſi cert. pet. tradunt Angel. Imol. Roma.& Aret.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir. hæred.Ruin.conſi.195. nume. 8. volum.1.pulchrè Corn.conſil.243. nume. 6.volum.1.& ita videtur hæc obligatio durare in perſonam hominum nunc extantium, qui illis ſucceſſerunt: & videntur eſſe in poſſeſſione, vel quaſi faciendi fidelitatem dictis Illuſtriſſimis Marchionibus, non autem dictis Comitibus: nec quòd dictorum Comitum homines ligii eſſe poſſint, nec eis fidelitatem iurare teneantur, vt tradit Bertrand.conſi.26.nume. 7.volum.1.
12 nouiſſimorum. † Tertiò videtur non apparere per illa duo inſtrumenta, quibus utuntur dicti Comites ad probandam præſtationem fidelitatis eorum præceſſoribus, eam fuiſſe præſtitam ab vniuerſitate Montis Ceſtini, ſed à quibuſdam tãtùm particularibus perſonis ibi nominatis, quod non uidetur releuare: clarum enim eſt, quòd aliud eſt uniuerſitas, aliud ſingulares perſonæ.§.uniuerſitatis. Inſt. de rer.di. meritò factum a quibuſdam particularibus, aliis non nocet, nec fidelitas recepta per illos Comites tũc contra quoſdam particulares tribuit eis ius aduerſus alios, ut tradit Bal. in l.2. colum.8.uerſic.ſed quid de perſonis. C.de ſer. & aqua.Socin.conſi.187.col.5.uer.quartò pro reſponſione. uol.2.Bru.conſi. 20.col.pen.& de hoc eſt inſuper tex.in c.Imperialem. §. præterea Ducatus.de prohi.feud.alien. per Fed.ibi, [ita ut omnes fidelitatem faciant]& ibi not.Al
13 ua.& Afflic. † qui tex.& Doctores loquuntur de pluribus hæredibus uaſſalli feudum tenentibus in communione: qui omnes tenentur iurare fidelitatem Domino, quia iuramentum fidelitatis eſt indiuiduum: & in his quæ ſunt indiuidua, quilibet hęredum tenetur in ſolidũ, l. 2.§.ex his.ff.de uer.obl.& ibi tenet Ang. hanc opi.ſicut & in l.loci corpus.§.ſi fundus. ff.ſi ſerui.uend.& alii, quos citat Iac. à Sancto Geor. de feud.in uer.qui quidem. nume. 22.ſic enim

dicendum videtur in hominibus dicti Caſtri,
vt omnes iurare debuerint,aut ſaltem per Syn
dicum,vt tenet Ioann.Reine.in d. §.præterea,
& Iacob.loco citato.num.27. quod nec factum
14 fuit. † Quinimmò cum nihil in feudum te-
neant dicti homines à dictis Comitibus , aut
ſaltem non omnes , & ſic non agitur de iuramẽ
to per vaſſallum præſtãdo Domino, ſed potius
à ciuibus ratione iuriſdictionis, vtique tale iu-
ramentum debuerunt ſinguli præſtare;perſona
liter : adeo quòd ſatis non fuiſſet illud per pro-
curatorem præſtare,vt ſingulariter tradit Bal.
in l.vnica , §. ne autem. ad fin. C. de cadu. tol-
lend.quem refert & ſequitur Iacobi.loco pręal
15 legato,nume.22.ad fi. † Quartò accedit quòd
tunc non omnibus condominis de Mirolio iu-
ramentum fidelitatis præſtitum fuit , ſed qui-
buſdam tantùm nominatis in dictis inſtrumen
tis , quod ſatis non fuit , ſed omnibus fuit iu-
randum,vt in ſpecie tradit Afflict. in dicto §.
præterea , colum. 1. in fine. & eſt Gloſſ. in l.
ſi cuius , §. 1. ff. de vſufr. quam ſequitur Bald.
in l. 1. quæſtion. 22. ff. de rer. di. Angel. in l.
loci corpus , §. ſi fundus , ff. ſi ſeru. vend. &
Imolenſ. in l. 2. §. item ſi in facto , colum. fi
16 nal. ff. de verbor. obligatio. † Quintò con-
ſiderandum eſt quòd in dictis inſtrumentis iu-
ramentum fidelitatis,pręſtitum fuit illis condo
minis ibi nominatis recipientibus pro ſe & hæ-
redibus ſuis & ſucceſſoribus: quæ verba intelli
guntur de filijs & deſcendentibus,& ſic de hæ-
redibus ſanguinis , capitul. 1. §.& ſi clientulus,
de alien. feud. Glo. Caſtr. Alexan. & alij in l.
etiam . ff. ſolut. matrimon. Bald. in l. Gallus.
§. etiam. colum. 1. ff. de liber. & poſthum.cum
ſimilibus . per Dec. conſilio 108. colum. 3. ad
finem . conſil. 445 . nume. 13. Bero. conſilio
17.nume.3. Afflic.decif. 320.nume.7. Cor. con-
ſil.199.volum.2. conſil.169. colum.1. volum.3.
Pariſ.conſi.65.num.26. cum ſequen. volum.3.
Ceph.conſil.2.nume.16. conſil. 3.nume.5. vbi
loquitur in terminis dictorum verborum.Quo
ſtante Comites iſti de Mirolio nunc agentes ad
uerſus dictos homines, vt ſibi præſtent iuramẽ-
tum fidelitatis, uelut hæredibus ſanguinis illo-
rum & deſcendentibus ab eis,quibus aliàs præ
ſtitum fuit,probare debuerunt hanc deſcendẽ
tiam , & ſanguinis coniunctionem cum illis :
17 † nam homines , qui tunc iurarunt fidelita-
tem prædictis condominis recipientibus no-
mine ſuorum hæredum & ſucceſſorum , moti
præſumuntur ratione ſanguinis, & deſcenden-
tiæ, nec aliis voluiſſe iurare fidelitatem, quàm
deſcendentibus illorum futuris. argument. l.
ſi pater . & l. nec apud. C. de hæred. inſtitu.
Bartol. in l. demonſtratio. in princ. colum. 4.
ff. de conditio. & demonſtratio. & in §. quod
autem. vbi Socin. colum.final. & in l.ſi cogna-
tis.not.3.ff.de reb. dub. Pariſ. conſi. 4. nume.
8. vol. 2. At hanc conſanguinitatem & deſcen-
dentiam non probarunt iſti Comites, ergò nõ
videntur obtinere poſſe ex dictis inſtrumentis,
ſicut nec ex alio magis antiquo de anno 1324.

in quo Illuſtriſſimus Do. Marchio inueſtiuit
quoſdam de Mirolio de bonis & hæreditate cu
iuſdam Gillardi Gallinæ : nam quid eſſet hæc
hæreditas, non conſtat, & nihil ad fidelitatem
pertinet,de qua contenditur : vnde de diuer-
ſis ad diuerſa non fit illatio.l. Papinianus exuli.
ff.de min.& ita uidetur concludi poſſe per pręe-
dicta , quòd iſti Comites nec manutenendi
ſint in dicta poſſeſſione , vel quaſi iuramen-
ti fidelitatis ſibi præſtandi per dictos homi-
18 nes , nec ad eam ſiut reſtituendi . † Qui-
bus tamen non obſtantibus maturius cogi-
tando, in oppoſitum ueritatem eſſe luce cla-
rius ego deprehendi ad fauorem , honorem,
& decus dictorum Comitum , inter quos po-
tiſſimùm erant tres fratres admixti, Do. Barto-
lomæus Iuriſconſultus Excellentiſſimus , qui
poſt plures Magiſtratus feliciter geſtos tum
Mutinæ,cum Ferrariæ in Conſiliarium Secre-
rum , & Signaturæ fuerat aſſumptus ab Emi-
nentiſſimo Duce Ferrariæ Hercule II . eo-
que Principe ſummo omnium mœrore vita fun
cto in eodem gradu permanens , tam gratus
erat Alfonſo II. maximo Duci Ferrariæ,
tamque ſuis meritis , & immenſa pruden-
tia , morumque grauitate cœteriſque animi
dotibus in altum fuerat eleuatus , vt ſine con-
trouerſia penes Excellentiam ſuam Primas
obtineret : & talis ac tantus erat , quòd cun-
cta peragebat , & vbique commixtus erat, &
ſine ipſo cæteri non mouebantur , ſed eum
mors immatura præripuit , memoriam tanti
viri ſeculo relinquens . Secundus erat Dom.
Hector, Phyſicus probatiſſimus,& Illuſtriſſimo
Duci Mantuæ , Sereniſſimæque coniugi ſuæ
gratiſſimus. Tertius erat Dom. Federicus Re-
ginæ Barbaræ Auſtriacæ Ferrariæ Duciſſæ ar-
chitriclinus , & Altitudini ſuæ familiaris , in-
ter cæteros nequaquam ſecundus.horum igi-
tur inſtantia motus,qui mecum plurimum po-
terant , maximè primus, qui mihi filiam Vir-
gineam de ſacro fonte leuauerat , meque ſem-
per dum dabatur occaſio prædicabat . Ter-
tius uerò dum ſtudijs legalibus operam de-
derat, diſcipulus meus fuerat acceptiſſimus :
hunc laborem libentiſſimo animo ſuſcepi ,
tantoque facilius , quòd eos iuſtitiam fouere
cognoſcerem . Conſtat enim ex dictis duo-
bus inſtrumentis , potiſſimeque ex primo ab
annis centum, & ultra celebrato per homines
illius temporis pro ſe , & ſuis hæredibus agen-
tes iuramentum fidelitatis fuiſſe præſtitum Co
mitibus de Mirolio tunc condominis Caſtri
Montis Ceſtini pro ſe , & ſuis hæredibus ac
19 ſucceſſoribus illud recipientibus : † ex qui-
bus inſtrumentis antiquis ſuper fidelitate con
fectis probatur quaſi poſſeſſio dictæ fidelita-
tis , & iuriſdictionis quæſitæ dictis Comiti-
bus , ut concludunt Ioannes Andreæ , Ho-
ſtienſ. Butr. & alii in capitulo , ſi diligenti.
de pręſcriptio . Abb. in capitulo,cum nobis.
eod. titul. Socin. conſilio 187 . colum. quar-
ta.uerſicul.primò probatur.uolum.ſecundo.&
Alba.

20 Alba.conſi.65.nu.5. † Eaque quaſi poſſeſſio
fuit indubitanter quæſita dictis Comitibus, cũ
dicti homines potuerint illam tradere, quippe
quòd alij tunc eos non poſſidebant, ut tradit
Bald.in l.2.colum.9 verſi.ſed quid ſi quis.C.de
ſer.& aq.Bru.à contrario ſenſu.conſ.20.nu.21.
21 † Et iſta quaſi poſſeſſio velut occaſione feu-
di contingens, continuata fuit in iſtos Comites
illorum hæredes & ſucceſſores ſecundum Bal.
in l.cum antiquioribus.colum.6. uerſic. deci-
mò ſic. C. de iure delib. quæ limitatio magna
eſt, & menti tenenda ad l. cum hæredes. ff.de
acquir.poſſeſſ.ſecundum Iaſ.in l. quotiens.co-
lum.7.uerſic.nota etiam.C. de rei vend. conſi.
87.col.2. verſic. & circa iſtud.volum. 1. conſi.
182.col.6.verſi. ſeptimo notab. vol. 2.conſi.10.
col.3.vol.3.vbi dicit id ſingulare; & Baldo nõ
citato tenent hoc idem Marti. Laud. in tract.
primoge.col.10.ver.difficilis articulus ibi.quar
tò quia licèt.Card. Alex. in capit. 1.colum.10.
verſi.18.de feud.Mar.Guil. Broylus de feud.§.
Item de conſuetudine.cum §.ſequenti: Idem-
que ſecuti ſunt Firma. in tract. de Epiſcop.1.
par.lib.3.quæſt.56. verſi. item niſi in feudis.D.
meus Vbert.Zucar.in repe.l.fi.nume.95. C.de
edi.diui. Adria.Cephal.conſi.30.col.2. Iacob.
de Leo.inter conſilia Bruni.conſi.114. nu.138.
Craue.conſi. 251. col. pen. in princ. vbi citat
eundem Baldum conſi.301.col.2.vol.1. clarius
id explicantẽ, idemque præterea tenet Rui.cõ-
ſi.19.col.1.vol.1. Catel. Cotta. lib. memor.in
verſic. feudum etiam viuo patre. & Rube.in l.
non ſolum.§. morte. nume. 56. ff. de oper.no.
nunc.quos refert & ſequitur Tiraquell.in trac.
22 primoge.quæſt.40.nu.96. † Quibus ſic ſtanti
bus ſequitur, quòd iſti Comites egregij manu
tenendi ſunt in dicta poſſeſſione, vel quaſi in
eos continuata, & ſibi quæſita, pręceptumque
fieri debet dictis hominibus ſub pœna formida
bili per Ampliſſimum Senatum, quòd iura-
mentum fidelitatis eis præſtent, nec eos tur-
bent aut moleſtent iuxtà doctrinam Bald.in
addi.Spec.in titul. de lib. conc. §. fin.in addi.
magna.in ver.officium.in l.ordinarij.col.4.C.
de rei vend.& in l.1.C. de prohi. ſeque.pec.
Caſtr.conſi.5.in antiq. aliàs.3. vol.2. in nou.
Curt.conſi.60.cum ſimilibus per Dec.in l.fin.
nume.7.C.de edic. diui Adr.& poſt eum Zuc.
23 nume. 112. vbi clarius id docet. † aut ſaltem
quatenus opus ſit reſtituendi ſunt ad dictam
quaſi poſſeſſionem, iuxtà doctrinam Abbatis
per illum tex.in c.dilectus. nume.2. de Capell.
mona.ubi dicit, quòd reſpectu ſubiectionis po
teſt agi poſſeſſorio. Vnde ſi ſubditus meus
ſubtraxit mihi obedientiam, de facto poſſum
agere poſſeſſorio, vt reducar ad priſtinam qua-
ſi poſſeſſionem iuriſdictionis, & utrumque de
prædictis concludit Brun.conſi.34.in fi.dicens
quòd Domini Calizani, vel debent in poſſeſ-
ſione perſiſtere, vel ſi eſſent ſpoliati, debent
24 reintegrari; † & eiuſdem ſententiæ fuit Guil.
Benedict. in c. Raynutius. in verſicul.mortuo
teſtatore.2.nume.70.de teſta. Vbi vult, quòd
filius, & hæres vaſſalli ex morte illius cenſe-
tur Sayſitus, adeo quòd ſi turbetur per extra-
neum aut ſpolietur, competit ei remedium poſ
ſeſſorium. ſequitur Tiraquell.in tract.le mort.
Sayſ.le viſ. in 4. decla. præfationis. nume. 7.
25 † Quia vlterius ex abundanti dici poteſt,
dato ſine præiudicio veritatis quòd præceſſo-
res iſtorum Comitum nunquam fuiſſent in
quaſi poſſeſſione dictæ fidelitatis, nec in iſtos
eſſet continuata, nihilominus in eam immit-
tendi eſſent, nec homines iſti cenſerentur legi
timi contradictores ad impediendam talem
immiſſionem, ſed prius tenerentur iurare fide-
litatem iſtis Comitibus, & poſtea petere de-
berent, aut poſſent, ſi quod ius in hac re præ-
26 tenderent: † nam filij ſucceſſores uaſalli pe-
tere poſſunt ſe mitti in poſſeſſionem etiam re-
rum, quæ fuerunt in feudum conceſſæ patri,
& pręceſſoribus ſuis: nec alii etiam agnati
ſunt legitimi contradictores ad id impedien-
dum, prout in filia & hærede tradit Ioan. An-
dre. in addi. Spec. titul. de teſta. §. pen. in fin.
ſequitur Alexand. in l. final. colum. fi. C. de
edi.diui.Adria.tol. & poſt eum Iaſ. colum. 10.
& in ſorore fratris hærede Decius alios cumu-
lans conſi. 390. nume. 4. conſi. 424. nume.11.
conſi. 467. nume. 9. conſi. 588. nume.11. Cur.
in tract. feud. 3. part.nume.23.Pariſ. conſi.23.
nume. 89. volum. 1. Afflict. deciſ. 119. nume.
4. & 5. vbi concludit ita fuiſſe decretum per
27 totum conſilium: † & plures alios cumulat
Cephal.conſi.30. colum.2. & 3. qui ſubdit id
habere locum nedum in inſtituto, verum etiam
in ſucceſſore ab inteſtato, ut per Dec. conſil.
414.nume.11. quibus addo Pariſ. loco citato.
Socin. Iun. conſi.75. nume.26. volum.1.Go-
zad. conſi.7. Alciat. Reſp.162.colum.1.Reſp.
199.colum. final. Roland. à Valle conſil. 1.
qui omnes conſuluerunt pro Illuſtriſſima, &
Excellentiſſima Do. Margarita Duciſſa Man-
tuæ, quòd ipſa tamquam neptis ex fratre Io-
annis Georgij Marchionis Montis Ferrati ab
inteſtato defuncti mitti deberet in poſſeſſio-
nem Marchionatus Montis Ferrati, nec Il-
luſtriſſimus Dux Sabaudiæ, & Marchio Sal-
luciarum talem miſſionem poſſent impedi-
re: meritò iſti Comites tali caſu mitti debe-
rent in poſſeſſionem, vel quaſi dictæ fidelita-
tis velut deſcendentes ab inueſtitis de Caſtro
Montis Ceſtini cum fidelitate hominum, &
eorum ſucceſſores, ut infra dicetur ſecun-
28 do loco: † tanto magis cum reperiantur in
ea poſſeſſione, vel quaſi fidelitatis, debent in
ipſa conſeruari, & manuteneri, quia cui da-
mus actionem &c. ita formaliter arguit Ruin.
conſi.18.nume.20.volum.1. Dec. conſi.475.
nume.4. Iaſ. conſil.172. colum.2.uolum.4.
Pariſ. conſi. 23. nume.90. uolum.1.conſi. 60.
nume.2.uolum. 3. Cephal. conſi.30.nume.17.
ad fi. unde (meo iudicio) res eſt indubitata
ad fauorem iſtorum Comitum, prout faci-
lius intueri poteſt Ampliſſimus Senatus.
29 † Nec obſtant adducta in contrarium pro

dictis hominibus, quoniam ſigillatim reſpon-
dẽdo, ad primũ dico, q̃ illa concluſio de nomi
ne Principis loco dominantis apponẽdo in in-
ſtrumento fallit vbi conſuetudo loci aliter di-
ctar, vt tradit Glo. Ang. & alij in l. generali. C.
de tabul. lib. 10. Bart. in l. 1. §. ſi initium. lect. 2.
nu. 6. ff. de eden. Ang. conſi. 292. col. 1. vbi ſic
teſtatur de conſuetudine ciuitatis Paduæ, &
idem tradit Abb. in proœ. Grego. nu. 14. At
in propoſito noſtro video in hoc proceſſu pro-
ducta circa 12. inſtrumẽta, & totum proceſſum
in principio, medio, & fine, in quibus non repe
ritur fieri mentio de nomine Principis dicto-
rum locorum, vbi confecta ſunt: ex quibus ap-
paret de tali obſeruantia non apponendi no-
30 men Principis in inſtrumentis. † meritò ex ta-
libus, & tot inſtrumentis, & ſcripturis dicitur
probari hæc conſuetudo, quòd in illis locis nõ
apponatur, vt tradit Ang. in l. vetuſtiſſimam.
C. de iure domi. impet. Soc. conſ. 94. col. penul.
vol. 1. Dec. conſi. 11. nume. 9. verſi. ad hoc funda
mentum, vbi dicit, quòd ex inſpectione multo-
rum inſtrumentorum conſuetudo notoria ha-
betur, quæ probatione non indiget; vt per
Bal. in l. 1. col. fi. verſic. ſed hic quæro. C. ad Vel
le. cum aliis per eum, qui idem tradit de actis
loquens, conſ. 163. col. 6. ver. & cum talis. Curt.
Iu. conſi. 106. nu. 5. in fi. Cra. conſi. 134. nu. 9. &
in tract. de antiq. temp. in prima par. nume. 75.
31 † Et per conſuetudinem licitum fieri poteſt,
quod aliàs eſſet illicitum, vt tradit Roma. &
poſt eum Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos.
colum. 6. ff. ſi cert. pet. Marſ. conſi. 90. colum. 4.
Rui. conſi. 139. in fi. volum. 4. Roland. à Valle
conſi. 75. nu. 45. ſicut & alios effectus parit con-
ſuetudo, quos latè congerit Portius Imolenſis
32 in ſuis regulis, lib. 4. concluſione. 20. † Vnde
per talem conſuetudinem debent hæc inſtru-
menta valida reputari, cùm potiſſimè conſue-
tudo in ſcripturis attendi debeat, vt tradit D.
meus Rimi. conſ. 287. nume. 18. & in inſtrumen
tis plenius Soc. Iu. conſi. 124. nu 142. vol. 1. poſt
Bald. Imol. & Alexand. in l. Gallus. §. 2. ff. de
liber. & poſthu. cum aliis per eum, qui vult at-
tendi debere quod conſuetum eſt fieri per plu
33 res notarios in inſtrumentis ſuis. † Et de tali
conſuetudine ſe poteſt Ampliſſimus Senatus
ulterius informare, licèt abſente parte, nec
citata: & ſi reperiet ſic eſſe, etiam per ſolam fa
mam ſufficiet. vt not. Cyn. in l. 2. verſi. ſecundò
quæritur. C. quæ ſit. lon. conſuet. ſequitur A-
lexan. conſi. 14. volum. 5. Bar. in l. lege Iulia. ff.
de teſti. Bald. in l. 1. in fi. C. vt quæ deſ. aduo.
Cur. conſi. 79. colum. 3. Dec. conſi. 540. colum.
fi. conſi. 559. in fi. conſi. 655. col. 2. Docto. in l. 1.
in fi. ff. de quæſti. Marſil. in pract. cri. §. ſequitur.
nume. 43. verſic. & primò dico, & in §. opportu-
nè. nume. 14. verſic. item ſcias. Cephal. conſi.
204. nume. 37. † cum potiſſimè non agatur
34 hic de conſuetudine reſpiciente deciſionem
cauſæ: illa enim verſatur in eo, quòd ex quo
in præteritum homines dicti Caſtri præſtarunt
fidelitatem prędeceſſoribus dictorum Comitum,
teneantur homines moderni Comitibus iſtis
modernis eãdem præſtare. Li[que] ſint in ea qua-
ſi poſſeſſione manutenendi, ſed quòd hæc in-
ſtrumenta de conſuetudine non requirant no-
men Principis loci, tendit ad ordinem proce-
dendi demonſtrandum, quòd ſic in conficien-
dis inſtrumentis ſeruetur & procedatur: quo
caſu bene procedit quòd de iudicis informa-
tione dicitur, quæ per eum ſuper conſuetudine
fieri poteſt, vt diſtinguit Bart. in l. de quibus. 4.
q. princ. ff. de legi. Soc. conſi. 39. colum. 5. in fin.
vol. 4. Dec. conſi. 402. nume. 12. conſi. 483. col.
fi. conſi. 538. nume. 8. Roland. à Valle. conſi. 53.
35 nume. 37. volum. 2. † Secundò reſpondetur,
quòd cum homines Montis Ceſtini inſtrumẽ-
tum confecerint de anno 1467. in quo non re-
peritur nomen Principis, & nihilominus per ſe
& ſuos hæredes illud & alia præcedentia com-
probarunt pro publicis, & autenticis ad ea ſe
remittentes, vt in verſiculo informatis ſi quidẽ
ſequitur quòd homines iſti qui deſcendunt ab
eis, & illis ſucceſſerunt, non poſſunt eorum fa-
ctum impugnare dicentes, illa inſtrumenta nõ
valere ex defectu nominis Principis loci, vbi
confecta ſunt; ſed tenentur illa rata habere. l.
36 cum a matre. C. de rei ven. † Quod etiam pro-
cedit in feudalibus adita ſimpliciter hæredita-
te, vt determinat Iacob. de Beluiſ. & Bal. in c. 1.
§. hęc quoque. de ſuc. feu. Andr. de Iſer. & mod.
in c. 1. de ſuc. feu. pa. & latius confirmat Rui. cõ-
ſi. 15. nu. 10. vol. 2. Pariſ. conſi. 16. col. pen. & fi.
vol. 1. qui aſſerit hanc eſſe commu. & ita fuiſſe
iudicatum in Sacro Conſilio Neap. vt tradit
Afflict. dec. 112. & nouiſſimè ſequitur Roland.
37 à Val. conſi. 97. nume. 48. † Tertiò dici poteſt
quòd cum pro inſtrumentis oriatur præſum-
ptio veritatis & ſolennitatis, vt tradit Bal. in l. ſi
poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ign. Iaſ. in l.
iuriſgentium. §. quòd ferè. ſecundo notab. ff. de
pac. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præ-
ſumpt. 13. nume. 7. Natta conſi. 146. ad finem.
Cephal. conſi. 142. nume. 28. dictis duobus
inſtrumentis eſt ſtandum, donec probetur con
trarium. Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quem-
ad. teſt. aper. plenè Tiraquel. de retract. §.
38 4. Gloſſ. 1. nume. 10. † idque contrarium
manifeſtiſſimis probationibus eſt docendum.
l. optimam. C. de contrahend. ſtipul. §. Item
verborum. Inſt. de inu. ſtip. nec immeritò, quo-
niam quando præſumptio iuris eſt contra ali-
quem, fortiores probationes pro illo requi-
runtur, quàm alias eſſent neceſſariæ, ceſſante
præſumptione. c. quia veriſimile. vbi not. Abb.
de præſump. conſi. 11. col. 2. vol. 1. & apertiſſimę
debent eſſe probationes, & tales teſtes de qui-
bus non ſit aliqua veriſimilis dubitatio, quòd
debeant deierare, ut per gloſſ. & doctor. in
l. tranſactione. C. de tranſac. Socin. conſilio
263. col. 6. vol. 2. Iaſ. in l. ſi extraneus. 6. not. ff.
de cond. ob cauſam. Dec. conſ. 185. col. 3. conſ.
175. col. 5. conſi. 177. col. 1. Cur. Iun. conſi. 52.
39 col. 3. Cra. conſi. 75. nu. 12. † Hinc dixit Bar.
in l. fi. ff. quod met. cauſa, quòd vbi verſatur prę
ſumptio

ſumptio contta allegantem metum, illum alle-
gans debet probare per probationes luce cla-
riores, ſicut in criminalibus. ſequitur Pariſ. cō-
ſi. 135. col. 2. vol. 4. Egid. Boſſi. in tract. ſuis cri-
mi. tit. de plur. viol. nu. 85. Rol. à Val. conſ. 83.
nume. 37. vol. 2. hinc & Soc. Iun. in l. ſciendum,
ff. de ver. oblig. nu. 63. dicit, quòd qui vult pro-
bare contra tenorem inſtrumenti, debet omni
no per aliam ſcripturam probare: nam per te-
ſtes probatio non eſt ſufficiens, vt ibi per eum,
quod eſt pulchrum, ſed de ueritate cogitandū
relinquo. Cum igitut iſti Comites in dictis in-
ſtrumentis intentionem ſuam fundatam ha-
beant, eaque ſolēnia præſumantur, licèt in eis
nomen Principis nō adſit, quia ſic conſuetum
ſit ubi confecta ſunt, poſtquàm contrarium nul
lo modo ptobatur, vt fieri debuiſſet producen-
40 do alia inſtrumēta, in qibus illud adeſſet, † uti
que nullatenus eſt dubitandum de illorum fi-
de, quoniam inſtrumentum facit probationem
promptam, manifeſtam, realem, probatam, eui
dentiſſimam, manifeſtiſſimam, liquidam, paten
tem, certam, indubitatam, notoriam, & quæ nō
indiget diſcuſſione, ſiue diſceptatione fori, vt
ad ſaturitatem tradit Titaquel. de retract. li-
gnag. §. 1. Glo. 1. nu. 20. cum ſequen. Rol. à Val.
conſ. 75. nu. 19. vol. 2. quibus addo Ceph. conſ.
4. nu. 20. cum ſequentibus. Nat. conſ. 502. num.
8. & conſi. 543. nu. 29. vbi dicit poſt Bal. in l. 2.
col. 1. C. quādo Fiſ vel Imper. eos agere calum
41 nioſè, qui negant inſtrumenta publica: † &
vt inquit idem Bal. con. 233. ſi per inſtrumenta.
vol. 1. inſtrumenta publica vim obtinent diffi-
nitionis cauſæ. Idemque conſi. 249. ſuper libris
ad fi. vol. 1. dicit, quòd ſi quis habet pro ſe in-
ſtrumentum publicum dicere poteſt, noli me
tangere, quod repetitum reperitur conſi. 40.
vol. 5. ſequitur Craue. conſi. 32. in fi. Ceph. con-
ſi. 109. col. 2. Quartò reſpondetur, quòd cum
Excellentiſſimus D. Marchio in inſtrumento
per eum confecto cum Gomitibus de Mirolio
de anno. 1452. 23. Febr. approbauerit inſtru-
mentum rogatum per D. Ardizinum de Bon-
donis ante per triduum tantùm, velut inſtru-
mentum publicum, & per publicum notarium
rogatum, quòd fuit primum fidelitatis præſtiṫ
42 per dictos homines Comitib. de Mirolio. † cer
tè debet facere fidem tale inſtrumentum, poſi-
ro quòd aliàs corruere debuiſſet ex defectu no
minis Principis, per ea quæ dicit in ſimili Butr.
in c. præſentata. de teſti. quem ſequitur Alex. in
l. 2. col. pen. C. de eden. vbi etiam mod. Taurin.
col. 16. & Bellon. conſi. 57. ſub num. 9. dicentes,
quòd acta iudicij, quę aliàs perire ſolent, fidem
faciunt ſi ſint a Papa, vel Imperatore approba
43 ta: ſic ergo dicamus & de inſtrumentis. † Po-
ſtremò non omitto reſponderi poſſe, poſito
quòd hæc inſtrumenta deficerent in hac ſolen-
nitate nominis Principis neceſſaria de inre, ta-
men ſicuti quando de recenti ſunt facta, nec in
antiquis ſumus, & mortuus eſt notarius faciunt
ſemiplenam probationem non obſtante illo de
fectu, vt voluit Bartol. in l. admonendi. ff. de
iure iurand. nume. 34. vbi Iaſ. & Ripa. nume.
164. communem teſtantur. ſequitur Alexand.
in l. de pupillo. §. qui nunciat. col. 2. ff. de oper
no. nunc. conſi. 58. viſo proceſſu. colum. 2. vol.
2. conſi. 189. volum. 7. & pari modo Franc. Vi-
uius in ſuis communibus opi. in ver. inſtrumen
44 tum publicum. colum. 1. † ita quando ſunt in
antiquis, vt hęc iam cētum annis confecta, ple
nè probare debent ad ſimilitudinē famæ, quæ
ſi de recenti ſit, & citra centum annos, ſemi-
plenam duntaxat facit probationem. Gloſſ. &
Doct. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. in capit. ve-
niens. 1. eo. tit. Bartol. in l. de minore. §. tormen
ta. ff. de quæſti. Dec. conſi. 146. colum. 2. Socin.
conſi. 22. nume. 7. volum. 1. Fely. in cap. ex te-
nore. nume. 6. de reſcrip. Caſſad. deciſ. 2. nume.
1. de prob. & communem teſtatur Dec. in cap.
45 dilecti. nume. 36. de appel. † Quòd ſi ſit in an
tiquis plenè probat. Inno. in cap. fi. de iute iur.
Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor. nu. 15. ff. de edend.
Dec. in l. ex his. colum. 3. C. de teſt. mil. Cur.
In. conſi 17. Marſil. in l. de minore. §. pluri-
mum. nume. 60. ff. de quęſti. in Rubric. de prob.
nume. 194. & ſingul. 505. & Franciſc. Viuius
in ſuis communibus opi. in ver. Fama publica
latiſſimè verò Petrus Duennas in ſuis regulis
46 vtriuſque iuris, Regula 299. nume. 7. † Ad
ſecundum de notario non rogato de priori in-
ſtrumento reſpondetur, quòd cum in calce in
ſtrumenti dicatur, quòd partes præceperunt,
quòd per ipſum notarium publicum fieret in-
ſtrumentum, vtique tale debet illud reputari,
ut tradit Luc. de pen. in l. generali. col. penul.
circa fi. C. de tabul. libr. 10. at inſtrumentum
publicū dici nō poſſet, niſi fuiſſet notarius de
illo rogatus iuxt. not. in capitul. 2. de fid. inſtr.
47 meritò talis rogitus præſumi debet. † Secun-
dò reſpondetur, quòd quemadmodum præ-
ſumitur rogitus quando notarius in ſubſcri-
ptione ſua dicit hoc modo, Ego talis notarius
ſupraſcriptum inſtrumentum recepi: vt pro-
bat Roland. à Val. conſi. 144. nume. 44. volum.
1. ita debet eſſe in caſu noſtro, cum dicatur in
ſubſcriptione dicti inſtrumenti. Et ego Ar-
dizinus de Bondonis de Tridino publicus Im-
periali auctoritate notarius ſupraſcriptis om-
nibus præſens fui, & hoc inſtrumentum fideli-
ter tradidi, & ſcripſi, meque manu propria ſub-
ſcripſi cum appoſitione ſoliti ſigni mei in teſti-
monium omnium præmiſſorum: nam longè
plura concurrunt hic, & efficaciora uerba ad
arguendum rogitum notarij, quàm in caſu
Rolandi: & in terminis noſtris ita concludit
Alexand. conſi. 48. columna prima. volum. 5.
48 † Sed quod etiam dicit Roland. hic veri-
ficatur, cum dicatur in fine dicti inſtrumen-
ti quòd partes iurarunt, vt ſupra & præce-
perunt per ipſum notarium fieri publicum in-
ſtrumentum & plura, ſi fuerit opportunum:
hinc enim deprehenditur ipſum fuiſſe roga-
tum, cum præſens fuerit pro notario, & pro
tali requiſitus, vt concludit Dec. conſil. 11.
49 nu. 18. † Tertiò reſpondetur, quòd cum in di-

cto inſtrumento ad finem dicatur, actum in loco Tridini,&c. notarius præſumitur fuiſſe rogatus, cum enim dicta verba probent, quòd illud inſtrumentum fuit publicatum coram teſtibus, & talis publicatio fieri non poſſit niſi per rogitum. in Aut. de tabelli. Inde patet, quod ſubintelligitur notarius fuiſſe rogatus, cum hęc ſit ſolennitas intrinſeca publicationis, ut not.
50 Bar. in l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. & ita declarat pulchrè Card. conſil. 133. col. 2. † ſubdens etiam quòd dicta verba, actum &c. denotant rem perfectam, & ſic rogitum notarij interueniſſe. Idemque plenius de illo mentione nõ facta, tradit Alex. conſil. 14. ad fin. uolumi. 6. & Rui. conſil. 159. nume. 11. uol. 4. Bald. in auth. quòd ſine C. de teſtam. Caſtr. conſil. 3. colum. 1. conſil. 291. colum. 2. conſil. 307. colum. 2. volu. 1. Socin. conſil. 42. duplicato in conſil. 173. col. 2. & in l. Gallus. §. Idem credendum. in fin. ff. de libe. & poſth. Par. conſi. 61. col. 2. uolum. 3. quos refert Rolan. à Valle conſi. 44. nume. 43. uolu. 1. concedens id eſſe uerum quando dicta clauſula ſit in fine poſita, aliàs ſecus, quod vltimum
51 non diſputo, quia priore caſu verſamur. † Ad tertium quòd conſtare debeat quem fuiſſe notarium, nec ſufficiat probatio quaſi poſſeſſionis officii, reſpondetur quòd cum dicta inſtrumenta ſint de antiquo, velut ab annis centum ſupra celebrata, non eſt opus probare quòd notarius fuerit notarius, uel aliàs in quaſi poſſeſſione, quia ex ipſo actu tam antiquo oritur præſumptio, ita notat Innoc. in capitu. ueniens, de uerbo. ſignificatio. Bald. in authent. quas actiones, col. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle. Iaſ. conſi. 89. in fi. Guid. Pap. q. 118. Dec. in c. 1. nu. 17. ad fi. de fid. inſtr. conſi. 42. col. 1. Dec. Nea. 251. colum. fi. Cra. conſi. 274. col. fi. Iaſ. in l. Barbarius. col. 2. uerſi. 3. notab. ff. de offi. præt. Natta conſi. 505. nu. 11. Fernan. Vaſchus. de ſucceſſi. crea.
52 lib. 3. §. 22. limit. 12. nu. 20. † Secundò comprobatur, nam cum in dictis inſtrumẽtis appellentur notarii publici, qui de illis rogati proponũtur, utiq; nulla melior probatio adferri poteſt quòd illi tales fuerint, quàm ex dictis inſtrumẽtis antiquis, ut per Bal. in c. cum cauſam, col. 2. de prob. Dec. conſ. 42. col. 5. Do. meus Rimin. conſil. 471. nume. 62. Craue. conſil. 54. Alexan. de Neuo conſi. 77. nume. 8. Alba. conſil. 6. nu.
53 10. † Ad quartum circa ſecundum inſtrumẽtum, quòd eſt exemplum nec apparet de citatione partis, reſpondetur quòd hæc omnia ceſſant, & purgantur ex antiquitate temporis: cũ enim de mandato iudicis fuerit exemplatum, prout enunciatur in eo, citatque inſtrũmẽtum dictæ commiſſionis & licentiæ (quod eſt plus) utique præſumuntur omnia ſolenniter acta: eſt enim exemplatio quæ fit auctoritate iudicis actus iuriſdictionis contentioſæ, vnde dẽt citari pars nominatim, ſi eſt aliquis cuius particulariter apparenter interſit, c. fi. & ibi no. de fid.
54 inſtr. † meritò decretũ iudicis interpoſitum in vim contentioſæ iuriſdictionis eſt in effectu ſententia, uel aliquid habens vim ſententiæ: vnde ſicut pro ſententia lata de longinquo præſumitur, Bal. in l. emancipatione, C. de fid. inſt. ita pro decreto, & ſic quòd citatio partis interuenerit. Ita ſignanter tradit Aret. conſi. 36. col. fina. vbi loquitur in exemplo annorum 70. tantùm, quo fit vt tanto fortius in hoc idem dici debeat antiquiore, & hoc idem tradit Cuman conſil. 158. colum. 2. ſequitur Dec. in authent.
55 ſi quis in aliquos, nume. 24. C. de edend. † id ſaltem concedens quando commiſſio iudicis enunciatur in exemplo, prout hic contingit: & idem tenet ipſe Dec. conſi. 36. col. 2. Caſſado. deciſ. 3. de proc. Moline. in conſuetu. Pariſ. §. 5. nume. 61. Goza. conſi. 11. nume. 13. Dom. meus Rimin. conſi. 471. nume. 13. Soci. iun. conſi. 146. col. 2. volum. 3. Vanti. in trac. de nulli. ſent. tit. vltimo, numi. 92. Purp. in d. authent. ſi quis in aliquo. in fi. Do. meus Zuccar. in l. 1. nume. 83.
56 C. qui admi. † Et licèt Craue. in tract. de antiqui. tempo. 2. par. nume. 35. pungat in contrarium, quando tractaretur de præiudicio tertij: ſiquidem ſibi durum videtur quòd præſumatur ſolennitas enunciata contra tertiũ, & hoc ipſo priores voluerunt, quos tamen non citat, Caſtr. conſil. 139. pro declaratione, colum. 2. volum. 1. & Ioan. de Monte Sperello, quem ſequitur Socin. in authen. ſi quis in aliquo, colu. 1. tamen contrarium verius eſt prout plene cõprobat Fely. in cap. ſicut, colum. 17. in 6. declaratione, de re iud. plenius & exactius Cur. conſi. 76. colum. 2. & ſequen. Alciat. in d. authen. ſi quis in aliquo, in ſua Glo. verbo, veteribus,
57 † Moline. loco citato, ſi citans Bertrand. conſ. 40. ex teſtamento. volum. 1. quòd in antiquiſſimis fides adhibetur inſtrumento de aſſertione & enunciatione, nedum quòd illa aſſertio facta fuerit, ſed etiam de veritate ipſius aſſertio-
58 nis. † Et vt ſubdit Moline. antiquitas in materia probationum duo operatur, primum facit præſumi ſolennitatem requiſitam interueniſſe, quamuis non appareat, & omnia præſumi ſolenniter acta, l. ſi filius. C. de petitio. hæredi. l. qui in aliena, §. ſed & ſi non adierit, ff. de acquirenda hæreditate, & vtrobique doctores, & plenè in l. ſciendum. ff. de verborum obligatio. Secundum probationem minus perfectam ſupplet, & perfectam corroborat, cre-
59 dibilioremque facit. † Et vt aliquid ex officina mea ſubijciam, ſi verba ſimpliciter enunciatiua prolata in fauorem tertii faciunt ſemiplenam probationem, ut concludit Bartol. in l. admonendi. colum. octaua. verſiculo, item quæro, quid ſi inſtrumentum. ſequitur Alexand. ibi, & Iaſ. & Dec. in effectu, qui communem teſtatur in l. ex his. numero 20. C. de teſtamento militari, & ſic licèt materia ſit alteri pręiudicialis, inducitur illa ſemiplena probatio: certè ſi non induceretur plena probatio quando concurrit antiquitas temporis, illa nihil operaretur, & eſſet ſuperflua, ſatis abſurda di-
60 ctum, † cum diuturnitati plurimum ſit tribuendum, ut teſtatur Zaſi. in l. generaliter. ff. de in ius uocand. dicens, quòd ſemper ueneranda ha-

habita eſt vetuſtas in ciuitate ſua , & longè la-
tius Franc. Conanus in commentarijs iuris
ciuilis, lib.1.cap.9.col.2.refert, quòd tam cre-
bræ legum nouationes, aut nouarum conſtitu-
tiones omnem ſibi ipſis abrogant auctoritatẽ;
quod omnis lex naſcens facilè contẽnitur, aut ne
gligitur : inueterata verò maiorem affert ad-
61 mirationem; † nam antiquitatem proximè ac
cedere ad Deum vulgò arbitrantur, adeo ſola
eius effigies videtur eſſe veneranda. Ideoque
Latinis antiquum vocatur , quod clarum eſt,
quia antiqua omnia & admiramur,& amamus:
in quo Maſſilienſes tantopere laudati ſunt, vt
nulla ciuitas moratior celebretur , nulla anti-
quitatis retinentior, vſque eo ut à condita Vr-
be vnum haberent , eundemque ſemper gla-
dium , quo ferirentur capite damnati , rubigi-
ne quidem & longo vſu exeſum , nec ſatis rei,
cui deſtinatus erat idoneum , ſed quòd (vt ait
Valerius) indicio eſſe poſſet, vel in minimis re
bus omnia veteris moris momenta eſſe conſer-
uanda . Quare concludamus ex his tantùm ,
ne longius vagemur,in præiudicium quoq; ter-
tij, ſi quid in exemplo antiquo fuerit enuncia-
tum,plenam probationem induci, prout in ca-
ſu noſtro contingit. Et hæc ſatis ſuperque ſuf-
ficiant ad demonſtrandum , quòd illa inſtru-
menta ſunt publica , non autem ſcripturæ pri-
uatæ , & quòd faciunt plenam probationem
62 contra dictos homines . † Quare ad ſecun-
dum principale fundamentum deuenio, de il-
lorum iuramento præſtito Illuſtriſſimis . D.
*17 Teſtes ſingulares non probant iuriſdictionem ſecundum Abb.*
*Sed contra 30. 35. 40. 42. 56. 60. 81. 83.*

*18 Teſtes ſingulares in canonizando quem ſufficere.*
*Contra Archidiaconum. 132.*

*20 Probationes diuerſorum actuum non iungi.*

*21 Teſtis dictum regulari ſecundum eius cauſam.*

*22 Probationes in hæreſi quales.*

*23 Teſtes plures ſingulares habens, non dicitur habere duos teſtes.*

*24 Singularitas ubi, ibi varietas.*

*25 Teſtes ſingulares quid in genere probare, iure non cauetur.*
*Sed auctor contra. 92. cum ſequent.*

*26 Teſtes ſingulares, ſicut quid in ſpecie non probant, an eadem ratione nec quid in genere? quidã quod ſic:*
*Sed auctor contra. 136.*

*27 Teſtes ſingulares probant hæreſim in genere. 35. 48. 50. 51. 57. 60. 61. 69. 77. 81. 83. 71. 75.*
*Iuriſdictionem. 30. 35. 37. 42. 56. 62. 64. 66. 75. 79. 80.*
*Poſſeſſionem. 31. 33. 37. 39. 40. 48. 49. 56. 60. 65. 69. 79. 80. 93. 107.*
*Adulterium. 38. 82. 129.*
*Vitam. 41.*
*Decimam. 42. 66. 75. 78. 79.*
*Præſcriptionem. 42.*
*Crimen læſæ Maieſtatis. 50.*

*Simoniam*

*Simoniam.50.*
*Vſuram.27.51.65.69.71.74.80.82.83.86.*
*Debitum.52.*
*Conſpirationem, coniurationem, & tractatum.54.*
*Litem.56.*
*Infamiam, vel furorem. 57. 58. 66. 67. 68. 69. 86.*
*Parentelam.56.*
*Bona filij perueniſſe ad patrem.58.*
*Mulierem inhoneſtæ vitæ. 59.73.74.*
*Aditionem.62.*
*Inſtigationem.63.*
*Electionem ſepulturæ.64.*
*Conſuetudinem.66.*
*Famam.66.83.*
*Merum Imperium. 66.*
*Dementiam.68.69.*
*Quem fuiſſe in ciuitate.68.*
*Fraudem teſtatoris.71.*
*Tyrannidem.71.*
*Concuſſionem.71.*
*Blasfematorem.71.*
*Memoriam hominum extare.72.78.*
*Adminiſtrationem.75.*
*Fornicationem.78.*
*Conſumationem matrimonij.78.*
*Vſum.79.*
*Celebrationem miſſæ.79.*
*Domum emphiteoticam.87.*
*Carnalem copulam.103.*
*Genus probatur per ſpecies.27.32.*
*Et in qualibet ſpecie repræſentatur.28.*
29 *Teſtis quilibet facit inditium, vel argumentum.*
30 *Iuriſdictio eadem ineſt pluribus actibus.*
31 *Teſtes non ſunt ſingulares, vbi ratio eſt bona, licèt diuerſa 47.*
33 *Poſsidere, eſt actus generalis.*
34 *Infamia eadem reſultat ex multis actibus.*
35 *Iuriſdictio ius mixtum rerum & perſonarum.*
36 *Baldi auctoritas in decidendis cauſis.*
37 *Teſtes non dicuntur ſingulares deponendo de particularibus inferentibus vniuerſale.*
38 *Teſtes ſingulares homicidium non probare.*
40 *Teſtium ſingularium tres ſpecies.*
43 *Opin. vltima per verbum alij, non cenſetur approbata.*
44 *Dictio alij, diuerſificat alios à loquente.*
*Et eum excludit.45.*
46 *Alexandri lapſus in intelligentia Innocentij.*
52 *Teſtes ſingulares quando ſufficiant, vel non, diſtinctio pulchra Dominici, & Præpoſiti.*
*Sicut, & alia Ancharani. 53. 54. & alia Archidiaconi.130.131.*
55 *Lex ad impoſsibile non aſtringit.*
57 *Alex. ſæpius tenuit, teſtes ſingulares quid in genere probare.*
*Rarò verò contrarium, & in eo decepti Iaſ. & Dec.59.*
60 *Ratio concordiæ eſt eadem veritas, licèt diuerſis modis percepta.*
61 *Argumentum ſyllogyſticum quale?*
68 *Ciuitas eſt locus generalis, & quomodo?*
76 *Teſtes vt ſingulares non repelli, quando ratio concordiæ eorum eſt eadem veritas.*
80 *Probationis difficultas vbi eſt, ſufficit probare per inditia, vel argumenta.*
81 *Teſtes ſingulares non eſſe, quando concordant in fine, ad quem tendunt.*
84 *Genus ex pluribus ſpeciebus perficitur.*
86 *Opin. doctoris contraria in uarijs locis, quæ prævaleat?*
*Vbi plenius ſcribit.98.*
*Vel vbi ſæpius idem firmauit.99.*
88 *Rodigium numero populi Ferrariæ cedit.*
89 *Veritatem maior pars plenius inueſtigat.*
90 *Opinioni ſtandum, quæ plurium teſtimonio confirmatur.*
91 *Iudicium integerrimum, quod plurium ſententijs comprobatur.*
*Et veritas per ampliores homines reuelatur.*
92 *Intellectus l. qui ſententiam. C. de pœnis.*
93 *Intellectus l. arriani. C. de hæret.*
94 *Intellectus c. pen. de hæret.*
95 *Ratio naturalis ſola ſufficit.*
*Cuncta rectè diſponit.96.*
*Seruanda eſt, etiam ſi lex deficeret.*
*Pro titulo reputatur.*
*Præcellit ſcribentis auctoritati.97.*
*Animum iudicantis mouet.99.*
*Et legem quærere, vbi adeſt ratio naturalis, arguit imbecillitatem intellectus.100.*
98 *Rationis efficaciæ pulchrum exemplum.*
101 *Singularitas duplex, obſtatiua, & adminiculatiua.*
*Prima de actu in ſpecie probando, & inſtantaneo.*
*Secunda de actu in genere, & reiterabili.102.*
104 *Teſtes ſingulares non dici, ſi de actu reiterabili deponant.*
105 *Teſtes ſingulares probant, vbi ſunt notabiles & magnæ auctoritatis.*
106 *Teſtes ſingulares de pluribus confeſsionibus eiuſdem rei probare.108.*
*Et licèt aliqui contra.109.*
*Tamen auctor priorem ſententiam probat.3.*
110 *Confeſsio eſt actus momentaneus.*
112 *Confeſsionis reiteratio maximi ponderis.*
113 *Teſtes ſingulares obſtatiuè, non probare, adminiculatiuè ſecus.*
114 *Probatio ex diuerſis coniecturis fit.*
115 *Probationis una ſpecies in aliam influens, animum iudicis plenè informat.*
120 *Spiritualia facilius conſtrui, quàm deſtrui.*
121 *Deus quos coniunxit, homo non ſeparet.*
123 *Intellectus c. nihilominus. 3. q. 9.*
124 *Doctori ſibi contrario parum deferendum.*
126 *Geminatio magis enixam voluntatem oſtendit.*
127 *Geminatum reſcriptum operatur clauſulã motus proprij.*
128 *Donatio pluris, ſi plus res vendita valet, tollit remedium l. 2. C. de reſc. vend.*
133 *Teſtes conteſtes fortius probare, quàm ſingulares.*
137 *Opinio pro fide, fauorabilis.*

CON-

## CONSILIVM VII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVm quidam inquireretur de hæ-
retica prauitate per Reuerẽdum
Vicarium Reuerẽdiſſimi Epiſco-
pi Adrienſis Domini Iulij Cana-
ni, & aduerſus eum plures teſtes
deponerent de ſacramento Euchariſtiæ, San-
ctorum intercesſionibus, ciborũ diſtinctione,
Summi Pontificis auctoritate, & id genus per
eum negatis, qui tamen in dictis ſuis ſingula-
res aſſerebantur, quæſiuit à me religioſiſſimus
Antiſtes, & honoris diuini cultor aſſiduus,
1 † an ex dictis teſtibus probata diceretur inten
tio ſacri officij inquiſitionis aduerſus reum in-
quiſitum, ſic ut teneretur abiurare, vel id face-
re nolens, ſecularis poteſtatis arbitrio dimitten
dus foret iuxta. c. ad abolendam. de hæret. cu-
ius honeſto ſanctoque deſiderio ſatisfacere cõ-
ſtitui, maximè verò in tanti criminis enormita-
2 te. † quoniam hæreſi nullum peccatum gra-
uius eſt. c. primum. 22. q. 2. c. quid in omnibus.
32. q. 7. tradit Petr. de Monte in tract. Monar-
chia Concil. cap. de Concil. præeminentia.
3 nu. 13. † Immo uerò cæteris eſt deteſtabilius,
eò ꝙ directò contra ipſum creatorem Deum,
omnipotentem patratur, eius omnipotentię de-
trahendo, negandoque illius diuinitatem. c. 1.
de ſumma. trin. Paul. Girl. in tract. de hæret. in
prin. Iodocus in ſuo Enchiridio rerum crimi.
cap. 61. nu. 50. ſubdens quòd non immeritò di
citur crimen læſæ maieſtatis diuinæ, ex quo di
rectò tendit in læſionem & præiudicium diui-
4 næ poteſtatis. † adeoque graue dicitur, quòd
inquantum denotat pertinaciam, dicitur eſſe
ſpecies criminis in ſpiritum ſanctum, vt poſt di
uum Tomam ponit Franc. Squillac. in tract. de
fid. Catho. c. 25. & quoniam non deerant aduo-
cati Rodigini ( vnde reus erat ) qui teſtes me-
moratos non ſufficere profitebãtur ex multis,
eumque tueri nitebantur: ego uero in contra-
riam ſententiam pedibus ibam, meritò ad utrã
5 que partem arguendum eſſe diiudicaui. † nã
uiam ferro aperit, qui per contraria tranſit, vt
inquit Bald. in l. præcibus. colum. 9. verſic. mo-
dò contra, C. de impub. & ali. ſubſtit. Cor. con-
ſi. 78. in princ. D. meus Rimi. conſi. 38. Soc. Iu.
conſi. 39. nume. 19. volum. 3. Roland. à Valle
6 conſi. 43. nume. 7. volum. 1. † Diſputando-
que & opponendo veritas clarius oſtenditur.
l. final. §. mixta. ff. de muner. & hono. l. diui. ff.
de iure patron. l. Offilius. ff. de leg. 3. Natta con
ſi. 637. colum. 2. Roland. à Vall. conſi. 100. in
7 princ. volum. 1. † Oppoſita namque iuxta ſe
poſita magis eluceſcunt, ſecundum Philo-
ſo. quem refert Cor. conſi. 5. in princ. volum. 3.
& ſicut aromata magis redolent, quo magis cõ-
terũtur, ita ueritas quanto magis conteri-
tur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis ne-
bulis in lucem progreditur, ut inquit Caſ. con-
ſi. 23. in princ. volum. 1, Crau. conſi. 135. nume.
18. videtur igitur in primis pro reo dici poſſe
teſtes ſingulares aduerſus eum non ſufficere, li
cèt inquiratur in genere de hæreſis labe per
tex. in c. licèt cauſam, & ibi not. Bald. nume. 11.
8 & Dec. nume. 17. de probat. † vbi uertebatur
cauſa inter Eccleſiam Rauennæ, & commune
Fauentiæ ſuper iuriſdictione, & ſic ſuper actu
generali, vel uniuerſali, & tamen teſtes ſingula
res reprobantur: & in hoc ille tex. eſt ſingula-
ris ſecundum Bal. utque ſubiungit Dec. verius
uidetur quòd etiam actus in genere non pro-
betur per teſtes ſingulares, quia militat eadem
ratio, quæ ſolet aſſignari quando tractatur de
9 actu particulari. † dicitur enim teſtes ſingula-
res eũ nõ probare, cum de diuerſis actibus de-
ponant, & in eodem actu nõ ſint conteſtes, nec
ibi eſt numerus, & ideo tantum probat unus,
quãtum mille, vt inquit Bal. in l. ut iuriſiuran-
di. col. 3. ver. deinde nota rationem. C. de teſti.
idem enim procedit in actu in genere cum ve-
rum ſit dicere, quòd in eo teſtes non concor-
dent, & mediantibus teſtibus ſingularibus
non uidentur probari actus particulares ex
quibus inferatur ad actum, de quo quæritur.
10 † Secundò cõfirmatur hæc opi. per tex. in c. tã
literis. de teſti. ubi teſtes ſoli, hoc eſt ſingulares,
exponit Glo. non probant impedimẽta cõtra
electum in Epiſcopum Lucanum: licèt agatur
de probando in genere ipſum eſſe inhabilem.
11 † Tertiò accedit tex. in c. licèt ex quadam. iũc.
Gl. de teſti. & ibi not. Hoſt. Butr. & Io. And. ſe-
quitur Alex. conſ. 82. col. 2. vol. 1. vbi vt teſtes
probent cõſanguinitatem impeditiuam matri
monij deponentes de auditu maiorum ſuorũ,
neceſſe eſt ꝙ audiuerint ipſi teſtes ab eiſdẽ per
ſonis, ſecus ſi vnus audiuit à quibuſdã, & alius
ab alijs perſonis, quia uiderentur ſingulares &
nõ probarent: & tamẽ agitur ibi de probando
quid in genere, videlicet de cõſanguinitate nõ
reſtricta ad certum gradum, modò quartum
nõ excedat, vt ibi dicitur [ cum iam quartum
12 gradum prohibitio nõ excedat. ] † Quartò cõ
probatur in c. cum dilectus. de elec. vbi Canoni
ci Morinenſes Eccleſia Epiſcopi ſolatio deſtitu
ta inter Canonicos Morinenſes poteſtatem eli
gendi Epiſcopum vnanimiter contulerant, pro
mittentes ut illum reciperẽt in paſtorẽ, quem
de gremio ipſius Eccleſiæ ducerent eligẽdum,
& ſic agebatur de electione in genere, nõ vno
magis quàm alio ſpecificato modo quopiã eli-
gẽdo de corpore illius Eccleſiæ: tres canonici
Archidiaconum elegerant, ſuper cuius ele-
ctione inter cæteros canonicos exorta contro-
uerſia, mandat Papa tres electores iuramenti
vinculo aſtringi dicere veritatem quot ex ca-
nonicis examinationis tempore in præfatum
Arcidiaconum conuenerunt, & ſi tres ſimul,
aut duo ſaltem ex ipſis iurati dixerint maio-
rem canonicorum partem in ipſum Archi-

diaconum conueniſſe, contradictoribus ſilen-
tium imponatur, cum contra hoc eſſet eorum
probatio inſufficiens, eo ꝙ ſinguli eſſent in ſuis
teſtimonijs ſingulares, vnde patet ad proban-
dum quid in genere teſtes ſingulares non ſuffi-
13 cere. † Quintò conformis eſt tex. in c. bone. 1.
de elect. vbi pariter in electione Archidiaconi
reprobantur teſtes in ſuo teſtimonio ſingula-
14 res, qui ſe citatos negabant. † Sextò concur-
rit tex. in c. nihilominus. 3. q. 9. vbi ponitur re-
gula, quod voces eorum, tamquam pluriũ non
admittuntur, quos temporum diuerſitas ſimul
interfuiſſe prohibuit, & ſic qui ſunt ſingulares,
ibique Glo. not. quam latius declarat Abb. cõ-
ſi. 42. col. 2. vol. 1. dicit ꝙ numquam teſtes ſingu
lares probant, etiam ſi inducantur ad proban-
dum quid vniuerſale ſeu totum, niſi quando fa
ctũ eſſet ſucceſſiuum & indiuiduum, & teſtes
deponant ſuper rebus indiuiduis totius: exem-
plum in probatione miſſæ, ſi unus deponat de
Epiſtola, alius de Euangelio, ſecus ſi deponunt
ſuper diuiduis, vt vnus de Euangelio alter de
Veſperis, vel in probanda ſolutione Decimæ
vnus deponat de frumento ſoluto, alter de fa-
15 ba, quia nõ probant. † hanc inſuper opi. tenet
Butr. in c. cum oporteat. de accuſ. col. 5. latius
diſtinguens: inquit enim ſi detur diuerſitas in
cauſis dictorum, ſi cauſæ ſe habent ad proban-
dum, ut partes totius diuidij, non probant te-
ſtes: unde ſi dicat vnus teſtis, ſcio ꝙ Titius præ-
ſcripſit, quia uidi quando emit, alter dicit, ſcio,
quia poſſedit: iſti teſtes non probant. Quando
que uerò cauſæ ſe habent ut partes indiuiduæ
eiuſdem totius indiuidui & probant, vt ſi unus
teſtis dicat, ſcio quia in apparatu presbiterali
audiui Euangelium ad altare, alter dicit, ꝙ au-
diuit præfationem, idemque ſubdit Butr. ſi par
tes ſunt diuiduæ: quælibet tamen infert ad to-
tum, ut in exemplo decimarum, & iuriſdictio-
nis, quia unus teſtis dicit, vidi ſibi ſolui frumẽ-
tum, alter fabam, vel uidi Petrum excommu-
nicari die Lunæ, Franciſcum ſuſpendi die Mar
tis, & de cauſa cognoſci die Iouis, & in hoc con
tradicit Gloſæ in d. c. nihilominus: ſi autẽ cau-
ſæ ſe habent ad totum, quia non inferunt ut
partes, ſed vt cauſæ multiplicãtes idem totum
in ſpecie, & tunc non probant: exemplũ de mi-
raculis, quia quodlibet de per ſe infert unum
miraculum totum, ut ſi unus teſtis dicat, quòd
talem liberauit de arido pede, alter alium de
oculo, vel in homicidio: nam quælibet cauſa
multiplicat vnum homicidium, puta ſi vnus te
ſtis dicat quòd Titius occidit Caium, & alter te
ſtis Sempronium: vel in adulterio, ſi ab uno di-
catur quòd Titius egit cum Berta, alter de Mar
tino: vel in hæretico (de quo agimus) ſi unus
teſtis deponat, quòd dixit Chriſtum non ue-
niſſe in virginem, alius verò tres perſonas in
trinitate eſſe inæquales: vel in vſurario, ſi unus
dicat quòd mutuauit Titio, alter Gaio. ſic igi-
tur Butr. per diuerſos caſus diſcurrendo tenet
16 hanc opinio. † quem refert & ſequitur Abb.
conſi. 42. vol. 1. quo ſubdit eam pariter ſentire
Petrum & Cynum in l. 2. C. quæ ſit long. con-
ſue. ubi dicunt, quòd ad probandum conſuetu
dinem, & ſic quid vniuerſale ſeu totum, nõ ſuf
ficit teſtes deponere ſuper diuerſis actibus, ex
quibus inducitur conſuetudo, niſi ſint conte-
ſtes, qui viderent ſimul illos actus. Idemque te
net Paul. de Eleaz. in diſpu. ſua, incip. circa in-
ſtrumentum. Imol. in l. inter pares. ff. de re iud.
cum ſimilibus per Gramma. conſi. 82. nu. 5. cau
17 ſarum ciuilium: † additque pariter Abbas lo-
co citato quòd hanc ſententiam probare vide-
tur Innoc. in c. licèt ex quadam. de teſti. nam li-
cèt ibi primò colligat argumentum, quòd ſi uo
lo probare me uſum iuriſdictione uel ſeruitu-
te, & vnus dicit de uno actu, alius de alio, quòd
probant: tamen immediatè ſubdit tutius ſe
credere dicendum eſſe, quòd quilibet teſtis ab
eiſdem duobus, & eodem tempore audiuerit,
aliàs in ſuis dictis erunt ſingulares, & ſic In-
noc. ſtat in ultima opi. quòd in probando ali-
quo toto & ſucceſſiuo habẽte partes diuiduas,
18 teſtes ſingulares non probant. † Et ut addit
Abb. hoc in ſimili tenet Arch. in c. nec mirum.
26. q. 5. ubi in canonizãdo quem ut Sanctum,
uult probari debere frequentiã miraculorum
per eoſdem teſtes, non autem per duos unum,
& per alios alterum, demumque citatis aliqui-
bus ex iuribus de quibus ſupra pro hac parte
ſubiungit, quòd non reperitur aliquis textus,
qui probet opi. contrariam, ſed fuit nuda inter
pretatio quorundã, qui ſępę dextruunt textus
19 per ſuas opi. capitaneas. † Poſtremò probat
Abb. hanc opi. ratione, quam efficacem appel-
lat, nam licèt in omni re, ſuper qua teſtes depo
nũt, ſemper ſint ſingulares reſpectu ſenſus, per
quem actus percipitur, nam ſi tu & ego uidi-
mus Titium percutere Sẽpronium, tu percepi
ſti per ſenſum tuũ, & ego per meũ, nec tuus ſen
ſus eſt meus & ecõtra: unde hoc reſpectu non
exigitur ꝙ ſint conteſtes, tñ reſpectu obiecti, ſu-
per quo deponunt, oportet ꝙ ſint cõteſtes, ut
ꝙ eodẽ tẽpore ſe præſentauerit ſenſibus eorũ,
unde appropinquatio ad ſenſum eodẽ tẽpore
facta facit eos conteſtes, & hoc exigitur ut ſint
conteſtes, & eodẽ tẽpore ſimul perceperint, ea
ratione quia uni teſti non creditur in præiudi-
cium alterius. Et hæc ratio ſecundum Abb.
locum habet etiam quando agitur de probãdo
quid in genere, ſi teſtes deponũt ſuper diuer-
ſis actibus. Inde infert ad uſurarium de quo
loquitur, dicens quomodo concludi poteſt Ti
tium fuiſſe uſurarium, niſi credatur cuilibet te
ſti de per ſe deponenti ſuper uno contractu, &
ſic oportet neceſſariò dicere tenendo con-
trariam opinio. quòd uni teſti credatur, quod
eſt contra iura. Et ſi diceres, ſubdit Abb. ſi
articulus eſt generalis, quòd fuit uſurarius,
& teſtes deponant ſuper iſta uniuerſali poſi-
tione, in qua videntur omnes concordare,
ergo probant. Reſpondet Abb. quòd non
ſunt concordes in redditione cauſæ, vnde
debent etiam conteſtes eſſe in actu particula-
ri, per quem mouentur ad deponendum ſu-
per

per uniuerſali : nam ipſi non percipiunt per
ſenſum illum eſſe vſurarium , ſed tantum il-
los actus particulares ſuper quibus deponunt,
at de his quæ in præſentia geſta ſunt , per-
miſſum eſt teſtibus deponere , & ita reſidet
20 Abb. in hac opinio. † quam tenet etiam Vi-
centinus in c. Venerabili. de teſti. quem refert
Archi. loco citato. & Rom. conſ. 91. col. fi. vbi te
net probationes diuerſorum actuum iungi nõ
poſſe à diuerſis deductas ad conſtituendam cla
ram & perfectam probationem, quod infert te-
ſtes ſingulares non probare. Hanc opi. quoque
tenet Alex. vt veriorem, & poſt eum apoſtilla-
tor conſ. 100. col. 5. uol. 1. conſ. 174. col. 3. conſi.
196. col. 3. uol. 2. conſ. 104. vol. 3. conſi. 3. col. fi.
vol. 4. citatque Federicum de Sen. conſ. 64. in
fi. ubi in q. vſurarij manifeſti reprobat teſtes
ſingulares, & Hoſtienſem in ſumma, de teſtib.
ver. quæ diuerſitates. & ver. quid ſi agatur, vbi
loquitur de decima. Item Ricardum Mal. quẽ
refert Bald. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. quia
quilibet teſtis, eſt unus ſolus, & vnus ſolus non
21 probat. † demumq́ue Imolam in cap. cum op-
porteat. de accu. & latius. in l. inter pares. ff. de
re iud. ubi mouetur ratione, quia dictum teſtis
regulatur ſecũdum eius cauſam: hinc eſt, quòd
interrogatus de cauſa , ſi eam non reddit , vel
minus idoneam, non probat, iuxt. not. in l. ſo-
lam. C. de teſtib. Si ergo teſtis ſit ſingularis in
cauſa ſui dicti , uidetur quòd non debeat pro-
bare per regulam , quòd teſtes ſingulares non
probant. & cum Alexandro reſidet etiam Mar.
Mantua conſi. 45. col. pen. uol. 2. loquens in
quaſi poſſeſſione. & idem tenet Dec. conſi. 402.
nume. 15. loquens de conſuetudine , quam te-
ſtes ſingulares non probant , ſicut & Rip. in l.
admonendi. nu. 208. ff. de iur. iu. & Rol. à Val.
conſi. 2. nu. 119. vol. 1. Idemq́ue tenet Iaſ. conſ.
154. in fi. vol. 2. conſi. 81. col. pe. vol. 3. & in rep.
d. l. admonendi. nu. 256. Palla. Ruui. in allega-
tione ſuper hæreſi. §. 12. vbi dicit hanc eſſe com
22 mu. † & mouetur ex not. per Card. Imol. &
& alios in cle. 1. de hær. dicentes, quòd proba-
tiones in hoc crimine , ſicut in aliis dictis de-
bent fieri ſecundum iuris communis regulas,
quæ habẽt quòd in ore duorum vel trium ſtat
omne uerbum, nam cum ſecundum eos in hoc
caſu non reperiatur aliquid ſpeciale in crimine
hæreſis, idem eſt in eo dicendum quod in aliis
23 caſibus. † at ille qui habet plures teſtes ſingu-
lares, non dicitur habere duos teſtes, immo ali
quando minus quàm vnum , quia ubi damus
ſingularitatem teſtium, non damus numerum.
Bal. in l. de quibus. in fi. ff. de legi. in l. teſtium.
24 C. de teſti. † & ut aliquid addam, vbi eſt ſingu
laritas, ibi eſt uarietas & unitas, q̃a quilibet eſt
ſolus, & cõtra ius diuinum & humanum eſt, ꝙ
credatur dicto unius tantũ. Bal. cõſ. 406. uol. 1.
in cauſa Vincentij. & ſingularitas teſtium diui-
dit teſtimonia, & lacerat ea, q̃a omne diuiſum,
laceratũ eſt, ideo teſtes ſingulares tamquã diui
ſi & lacerati nõ probant. Bal. cõſ. 25. punctus in
ſtrumenti. col. 1. uol. 3. Cra. conſ. 41. in fi. meritò

ſequitur etiam ad probandum quid in genere,
25 teſtes ſingulares non ſufficere. † & cum prædi
ctis etiam latè tenet Boer. dec. 342. Boſſi. in tit.
de hæret. nu. 5. Rip. in l. ſi conſtãte. nu. 17. ff. ſol.
mat. ubi loquitur in poſſeſſione Crot. in tract.
de teſti. ſub nu. 314. uer. 7. concluſio. ubi dicit
hãc eſſe ueriorem opi. quia cõtraria in iure ex-
preſſè nõ probatur, ad quem ſe remittit Hier.
Gig. in trac. de cri. læſ. ma. lib. 2. q. 8. in fi. Idem-
26 que tenet Nat. conſ. 274. nu. 16. † ubi mouetur,
quia qua ratione teſtes ſingulares non probãt
actũ particularẽ, (q̃a deponũt de diuerſis acti
bus, & in eodẽ actu nõ ſunt cõteſtes, unde defi-
cit numerus ad probationem requiſitus, & pro
batio remanet imperfecta) eadẽ rõne dici de-
bet, ꝙ nõ probẽt actũ uniuerſalẽ, idemq́ue te-
net Ferd. Vaſquius lib. 1. de ſucceſ. crea. §. 4. nu.
45. ubi dicit, ꝙ hæc uidetur magis cõis opi. ut
patet ex relatione Iaſ. & ꝙ proculdubio uerior
eſt, quia præterq̃ in caſibus ſpecialibus teſtes
ſingulares nihil probãt: nec refert utrũ depo-
nant de aliqua re in ſpecie, uel in genere. pari-
q́ue modo magis cõem, & uerã hanc cõcluſio-
nẽ affirmat Io. de Ami. cõſ. 127. poſt prin. ſicut
& Iul. Clar. ſententiarũ lib. 5. §. fi. q. 53. in 5. caſu.
poſt quẽdã Mẽchiacã. in 1. par. de teſta. [illegible]. 4. nu.
45. ubi tamẽ declarat qñ dicatur agi de probã
do delicto in ſpecie, uel in genere, tenẽs primo
caſu partẽ negatiuã, de qua ſupra. ſecũdo uerò
ſecus ut ꝓ cũ. Ex his igitur (quorũ tamẽ aliqua
poſt eos adiunxi) tenebant aduocati Rodigini
reũ prædictũ liberandũ eſſe, contra quẽ teſtes
tantũ ſingulares uigebant, cũ non probent, ne
27 que ſufficiant: † Quibus tamẽ non obſtãtibus
in cõtrariã ſententiã tunc reſpondi, cauſaq́; Ro-
digij diſputata, demũq́ue Venetias deuecta, tã
dẽ per grauiſſimos iudices aduerſus illũ reum
fuit deciſum, ꝙ palam teneretur abiurare: pro
qua cõcluſione dictũ eſt originale Iac. de Are.
in l. teſtiũ. C. de teſti. & in vſurario tradit Bal.
cõſ. 406. uol. 1. in nou. ubi mouetur ea ratione,
quia per ſpecies, de quibus ipſi teſtes ſingulares
deponũt, probatur genus, ſicut de hæreſi dicit
Imol. in c. generaliter. de accu. & idẽ Bal. conſ.
192. uol. 2. in nou. & conſ. 163. col. 3. uol. 3. in no.
28 † qui clariorẽ reddit rationẽ, nã quotiens tra-
ctamus de probãdo genere, teſtes qui probant
ſpecies ſub eodem genere contentas, nõ dicun
tur ſingulares, quia in qualibet ſpecie repræſen
tatur genus, ſecus ſi eſſet neceſſe probare ſingu
larẽ actũ ſecũdũ Iac. Butr. quẽ citat Bal. ibi, &
29 cõſ. 465. uol. 4. in no. † ubi utitur alia ratione,
quia quilibet teſtis facit indiciũ ſiue argumen-
tũ, & omnia argumẽta ſunt eiſdẽ generis, vnde
unũ fortificat reliquum: & licèt in ſpecie ſit di-
uerſitas, tñ in genere eſt eadem qualitas, & oẽs
iſti actus habẽt cauſas colligatas quãtũ ad idẽ
genus turpitudinis, unde non ſunt omnino te-
ſtes ſingulares, quia notitia repræſentata in a-
nimis eorũ teſtium per dictos actus, cõis eſt, &
30 non ſimpliciter ſingularis. † demumq́; idẽ tra-
dit ipſe Bal. cõſ. 514. uol. 5. ubi dicit ꝙ ſi uolo
ꝓbare uſum iuriſdictionis, & unus teſtis dicit

de uno actu,alter de alio , communis eſt opi.ꝙ
probent,quia eadem iuriſdictio ineſt vtrique
actui,ſicut genus ineſt ſpeciei.nec in conſilijs tã
tùm,ſed in lecturis quoque fuit eiuſdem ſenten
tiæ Bal.ut in l.de quibus.col. pe. ff de legi.ver.
31 ſed nunquid teſtes . † vbi dicit ꝙ ſi ratio teſtiũ
ſit bona, licèt diuerſa,nõ ſunt ſingulares : ver-
bi gratia,uolo probare me poſſidere,dicit vnus
teſtis ꝙ percepi fabam,alter ꝙ frumentum,cer-
tè probant , quia iſta teſtimonia ſunt in cauda
colligata. Idemque Bald. in l.actor. col.3.C.de
32 prob.ver.quæro quare. † vbi dicit,quòd proba
tio per genus fit per quamcunque ſpeciem, pu
ta, volo probare quem hæreticum in genere :
produco duos teſtes, quorum vnus deponit de
hæreſi in vno articulo fidei, alter de alio, dicũt
Doct.ꝙ iſti teſtes probant identitatem generis
33 per diuerſitatem ſpẽrum . † dat & aliud exem-
plum Bal.nam poſſidere,eſt quidam actus gene
ralis.Volo probare poſſeſſionem,vnus teſtis pro
bat,ꝙ percepi fabas,alter frumentum, certè nõ
dicuntur ſingulares inſpecto genere probandi.
& idem uoluit Bal. in l.1.C.de teſta. col.pe.vbi
dicit,ꝙ teſtimonia ſingularia ſufficiunt ad pro-
bandum vſum, qui probatur per ipſius cauſam
productiuam, quæ eſt eiuſdem actus repetitio.
34 † cum enim natura rei neceſſariò dat ſingula-
ritatem & ſeparationem actus ipſorum, ſingula
ris ꝓbatio ſufficere debet : & hoc apparet,quia
de eiuſdem continuati ſceleris nequitia proban
da tractatur,& de infamia , quæ eſt vna & eadẽ
reſultans ex multis actibus.Quæ ſanè ratio præ
35 ter alias ſupra relatas,eſt valde pretioſa. † idem
que tenet in hæreſi breuiter Bald. ipſe in l. 1. c.
qui num.tut.vbi dicit,ꝙ ſi vnus teſtis dicit talẽ
eſſe hæreticum,quia audiuit eum dicentem,nõ
credo in vnum Deum,alius verò quia dixit nõ
credo in Catholicam Eccleſiã, tales teſtes pro-
bant,quia ſunt conteſtes in genere , idem quo-
que tenet Bal.in l.data opera.C.qui accu.dicẽs
ꝙ ubi agitur de iuriſdictione probanda in gene
re , ſufficit teſtimonium diuerſorum in ſpecie,
vt ꝙ unus viderit exoculare , alter ſuſpendere:
iuriſdictio enim eſt ius quoddam mixtum & re
rum & perſonarum,& quandoque exercetur in
perſonis,quãdoque in perſonis & rebus ſimul.
36 † & ſic apparet ꝙ in pleriſque locis Bald. hanc
opi.tenuit & illuſtrauit,cuius auctoritas in de-
cidendis cauſis non eſt parua , ut inquit Caſtr.
conſi.152.viſo puncto. col. fi. vol. 2.Cra.conſi.
166.nu.4.Immò verò in iure noſtro propter in
genij acumen & frequentes diſceptationes fo-
renſes primum locum obtinet , aut certè poſt
Bar.ut inquit Benue. Strac. in tract. de Merca.
tit.de decocto. nu. 21. quod & Alciatus firmat
in iudicio ſuo doctorum dicens, [Ob frequen-
37 tes deciſiones Baldũ forus ſuſtinet.] † Et ut ad
rẽ noſtrã redeamus hanc opi.quoque tenuit ele
ganter Ang. in l.2.§.diẽ.col.1. ff. quemadmod.
teſt.aper.vbi dicit, quòd cum quæritur de pro-
batione vnius vniuerſalis , puta iuriſdictionis,
Imperij , vel poſſeſſionis , licèt teſtes deponen-
tes per cognitionem ſenſitiuam deponant de
particularibus inferentibus ipſum vniuerſale,
non dicuntur ſingulares,ſiue cauſa ſit ciuilis,ſi-
ue criminalis:dat exempla de quibus per eum .
38 † Idemque tenet Hoſti. in ſumma de teſti. §.
quæ diuerſitates.col.1. ubi dicit, quòd in facto
non reiterabili,vt eſt homicidium , quod vno
ictu perficitur,nec reiterari poteſt , niſi reſuſci-
taret occiſus , ſicut Lazarus , variatio teſtium
nocet : in facto autem reiterabili, vt eſt adulte-
rium,quod ſæpius committi poteſt , non obeſt
talis variatio,quia licèt non probent idem adul
terium, probant tamen illum adulterum eſſe ,
39 contra quem teſtimonium fertur. † Idem quo
que tenet Abb. conſi. 81. col. 1. vol. 2. dicens,
quòd teſtes non poſſunt dici ſingulares , cum
agitur de probando aliquo vniuerſali habente
in ſe plura particularia, ſi teſtes ſingulariter de
ponant de actibus particularibus, ſicut in ſimi-
li dicit Glo. in l.ob carmen.§.1.ff.de teſti.quòd
cum probanda eſt poſſeſſio diuturna , non ob-
ſtat ſi vnus teſtis dicat de vno tempore, alius
de alio,quia ex dictis eorum reſultat totum,de
quo quæritur : & idem tradit ad unguem pari-
ter Abb.conſ.113. col.2. volum.2.cum concor-
dat Ang.in diſpu. Aſtenſis miles.& Vero.conſ.
40 3.col.4.in ciuilibus. † vbi diſtinguit triplicẽ
ſpeciem ſingularitatis teſtium, in cuius ſecun-
da,quam ſubalternam appellat, quia vno gene
re vniuerſali comprehenditur , vult eam pro-
bare : dat exemplum , ſi uolo probare iuriſdi-
ctionem , & ſic hoc genus , & vnus deponit,
quòd poteſtas vnum condemnauit ad mor-
tem,& alius quòd vnum banniuit : vel ſi uolo
probare poſſeſſionem,& vnus deponit de uno
actu poſſeſſionis,alius de altero : vel uolo pro-
bare quòd habeo ius decimandi,& ſum in qua
ſi poſſeſſione , & vnus deponit quòd uidit me
41 percipere fabas,alius frumentum : † Et idem
tenet conſi.50.col.penult.vbi dicit ad proban-
dum vnum genus integrale , ideſt vitam,teſtes
admitti , deponentes de varijs ſignis, vt unum
de effuſione ſanguinis,alium de apertura oris,
& id genus,nec dici propriè ſingulares,& utro
bique citat Innocentium in capit.qualiter , &
42 quando il ſecondo de accu. † vbi col. 1. dat
exemplum de iuriſdictione , decima , & præ-
ſcriptione,vultque teſtes uariantes in actu,die,
vel perſona probare , quia uterque bonam
cauſam ſui teſtimonii reddit , & licèt ſubiun-
43 gat,ſed alij contrarium dicunt , † tamen non
cenſetur illam opinio.approbare, ſed primam,
vt perpendit in ſpecie Cor.conſ. 34.colum.2.
volum.2.conſi.286.col.4.uolum.3. quoniam il
la ultima opin. recitatur ab eo ſub uerbo alii,
& præcedentem opin. ſimpliciter ponit , vnde
44 prior uidetur ab eo recepta, † quaſi verbum
alii, diuerſificet alios ab eo,ut ibi latius per eũ:
quod optimè confirmatur ex not. per Iaſ. &
Purp. in l.ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iur.
om.iu.Fel.in cap.1.colum.fi.de conſti. D. meus
Zucc.in Rubr.ff.ſi cert.pet.nume. 49. Bologn.
in authentica habita . numer. 335. C. ne fil.
pro pat. dicentes ultimam opinio. Gloſarum
relatam

relatam per uerbum alij, nõ uideri approbata.
45 † quibus addo Fulg. pulchrè in l. 2. C. ſi aduer. don. vbi dicit ꝙ Glo. reſidet in præcedenti opi. quia in vltima dicit, alij dicunt, quaſi non ipſe Gloſator, ſecundum Fulg. & ſic uerbũ alii, excludit loquentem. ſequitur Cor. conſi. 70. nu. 4.
46 vol. 4. † Et hinc detegitur error Alexandri (pace ſua dixerim) conſ. 174. vol. 2. dicentis ꝙ Innoc. vlt. loco recitauit illam opi. Sed alij contra dicunt, & quòd ultima opi. videtur in dubio approbata, & ideo qui aliter allegant Innocentiũ corruptè eum citãt, namque immo cenſetur eã opin. vltimam confutaſſe, & primam firmaſſe
47 per ſuperius dicta poſt Corn. † Eodem planè modo poteſt induci pro hac opi. Specul. in tit. de teſt. §. iam de interrogatoriis. col. 4. vbi dat eadem exempla Innocentij, dicitque teſtes probare, licèt in cauſis diſcrepent, loco, tempore, & perſonis, ex quo vnus quiſque cauſam bonã ſui teſtimonii reddit: deinde ſubdit, alii uerò dĩcunt contra: non enim cenſetur vltimam opin. probare, ſed primam, & ita qui dicunt eum in partem negatiuam inclinare, toto aberrant cœlo, cum verius ab ea declinet in affirmatiuam, vt & bene citat eum Vero. d. conſ. 3. pro hac par
48 te. † Quam tenet inſuper in hæreſi loquens Ia. Butr. in l. arriani. C. de hęr. & in d. l. ob carmen. §. fi. Cor. conſ. 91. nu. 42. cõſ. 134. vol. 1. conſ. 34. col. 2. conſ. 247. col. 6. vol. 2. vbi dicit inter alia, ꝙ licèt Imol. in l. inter pares. ff. de re iu. videatũ velle contrarium de rigore iuris, tamẽ uidetur velle, ꝙ hæc pars 2. ſit in practica ſeruanda propter auctoritatem Accurſii, Io. Andr. Innoc. & Spec. Immò uerò ipſe Imol. col. fi. ver. fortè poſſet, uidetur & in hac opi. concordare, dum dicit poſſe tolerari, ꝙ ſi unus teſtis dicit, quòd vidit Titium tenere & poſſidere, quia vidit recolligere ordeum, & alius quia uidit recolligere frumentum, quòd probent, quia ſunt conteſtes in proxima cauſa, quæ ſenſu percipitur, & tamen conſtat quòd ſecundum cõiter accidentia frumentum & ordeum non recolliguntur eodem die, & ſic illa diuerſitas in re, denotat etiam diuerſitatem in tempore, conſiderata cõi accidentia facti quæ conſiderãda eſt, vnde patet quàm ſcitè Cor. inducat Imolam pro hac parte, idemque repetit. conſi. 185. col. 2. conſ. 286. vol. 3. ibique cõem teſtatur, ut & Ful. in d. l. ob carmen.
49 † & cum prædictis tenet etiã Soc. conſ. 95. col. pe. vol. 3. ubi uult, ꝙ teſtes ſingulares probent poſſeſſionẽ in genere. Cur. Iu. cõſ. 64. n. 7. Roc. de Cur. in c. fi. nu. 612. de cõſuet. 5. dubitatione
50 Calc. cõſ. 9. col. 2. Marſ. conſ. 1. nu. 27. † vbi dicit in crim. læſ. maieſt. hæreſis, ſimoniæ, & in ſimilibus grauibus & enormibus criminibus admitti teſtes ſingulares & alios inhabiles, & ſpecialiter in hæreſi. citat tex. in c. in fidei fauorem. de hære. in 6. deinde nu. 41. citat Sal. in l. quicumque. C. de hær. dantem exemplum contra accuſatum de hæreſi, contra quem duo teſtes fuerũt producti, quorum vnus dicit ꝙ audiuit eum dicentem Chriſtum non ueniſſe in uirginem, alter Chriſtum non eſſe filium Dei, nam probãt
51 hæreſim, non obſtante ſingularitate. † allegat rationẽ, quia licèt prędicti teſtes ſint ſingulares in ſpecie, ſeu in indiuiduo hæreſis, tamen in hære ſi conueniunt omnes, & ideo probant, & has deciſiones ſigillatim ferè omnes citat Cra. idẽ tenẽs, cõſ. 73. nu. 32. per duas col. & cõſ. 78. nu. 6. ſed latius hoc idẽ repetit in trac. de anti. tẽp. 4. par. ſub nu. 157. uer. eadem ratione. additque Cald. cõſ. 5. de teſt. qui dat exemplum in uſura, iuriſdictione, & decima, demũque citat Domi.
52 & Prępoſ. Med. in c. nihilominus. 3. q. 9. † dicentes quòd ſi uolo probare actum propter ſe, & pro ſe, tunc ſingularia teſtimonia non probãt, neque ſufficiunt. c. licèt cauſam. de proba. ſed ſi uolo probare id ꝙ elicitur ex actibus, tũc nõ eſt neceſſe, ꝙ teſtes qui deponunt de actibus concordẽt in loco, & tempore, & cauſis, quia in eo quod elicitur ex actibus cõcordãt. quin ẽt citat Cra. Caſtrẽſem cõſ. 113. uol. 1. in no. eiuſdem ſẽtẽtię, uult. n. ꝙ qñ agitur de probando unũ, quod ex pluribus & diuerſis actibus reſultat & ſic generale, licèt teſtes ſint ſingulares in actib. quia unus deponit de uno, alter de alio, hoc nõ nocere quin id de quo quæritur probetur, dat exẽplũ de probando debito per diuerſas cõfeſſiones, de poſſeſſione, iuriſdictione, & id genus, & illud cõſilium reperitur in antiquis, nu. 302. quod incipit, iudex eſt miniſter, illudque ſequitur uariato numero Catel. Cot. libro memoria
53 liũ. in ver. teſtes ſingulares. col. 2. † Addit quoque Cra. Anch. conſ. 277. col. 4. uer. non obſtat. Vbi diſtinguit, ꝙ qãdoque deducitur unum factũ quod perficitur uno loco & tẽpore, ut unũ homicidium, unũ adulteriũ, una obligatio ex conſenſu, unum mutuum, cõmodatum, uel depoſitum, & hoc caſu ſi teſtes deponunt de diuerſis locis & temporibus, ueluti ſingulares nõ probant unicum homicidium, adulterium, mutuũ, cõmodatum, uel depoſitum, nec probant identitatem facti, & ſic intelligitur exemplum de Suſanna, & alia iura quæ de ſingularitate loquun
54 tur. † quoddã uerò eſt factum quod non capit eſſentiam in momento temporis, uel in uno loco, ut conſpiratio, coniuratio, & tractatus: conficitur enim cõmotio, & rebellio ex uariis partibus ſeu præparamentis, ut in Caſtro, in quo unus uoluit hoſtiliter inuadere territoriũ, alius illud occupare, alius capere D. Legatũ ex iſtis .n. tam uariis & ſingularibus actibus perficitur unus tractatus, una rebellio, & una commotio contra ſtatum, & quilibet teſtis deponens de actu ſingulari, & diuerſo ab alio deponit de tractatu & conſpiratione, & eam perficit: & hoc caſu ſingularitas teſtiũ probãtium, licèt ſin
55 gulariter, hoc & illud nõ uitiat, † aliàs lex aſtringeret ad impoſſibile de facto, ſi uellet omnia cõtinuata & diſtãtia ſiue ſeparata per eoſdẽ teſtes probari cõtra c. nemo põt. de reg. iur. in 6. & illud cõſiliũ Ancharani repetitũ habeẽ ĩ cõſ 439. idque ſequiẽ Bello. cõſ. 32. nu. 6. poſt Marſ. cõſ. 1. nu. 27. Crot. in trac. de teſti. ver. nona ſit concluſio. nu. 325. Afflict. in c. 1. §. & bona committentiũ. col. 3. nu. 29. in 13. Spãli. tit. quæ ſint reg-

Io.de Ana.in c.licèt Heli.cól.4.de Simo. quos
omnes citat. Hiero. Gig.in tract.de cri.læſ.ma.
56lib. 2.q.8. † Et idem tenet ipſemet Anch.conſ.
276.col.fi.vbi in probanda lite ſufficiunt teſtes
ſingulares de diuerſis actibus, vt vnus de ſub-
ſcriptione notarij, alius de probatione ſenten-
tiæ,alius de ſcriptura ſubſcripta manu aduerſa
rii,& id genus,quia ex iltis omnibus ſimul iun
ctis probatur lis,& quæſtio fuiſſe inter tales, &
ſingularitas teſtium in probationibus actuum
diuerſorum non debet vitiare,ſicut nec in pro-
batione poſſeſſionis,iuriſdictionis,parentelæ,
& ſimilium,& cum prædictis reſidet etiam Ge-
57mi.conſ. 117.col.2. † Sed & Alex.in variis lo-
cis hanc opi.firmauit,ut in conſ.141.col.2.uol.1.
ubi dicit,quòd teſtes ſingulares in dictis ſuis ad
probandum unum actum in ſpecie, non ſuffi-
ciunt,ſed ad probandum quid in genere, puta
quem eſſe infamen, furioſum, nel hæreticum
ſufficiunt: citat Innocentium, Spec. Iac.Butr.
Paul.de Elea.& alios multos. unde ſi teſtes de-
ponát, quòd talis proiciebat lapides, alii quòd
panem,alii quòd fatuè loquebatur,& alij quòd
ligatus tenebatur, probatur furor ſecundum
Alex.quod conſilium repetitum reperitur cõſ.
10,uol.6.Idemque tradit conſ.84.in fi.conſ.85.
col. 3.conſ.116.col.2.in fi.conſ.171.col. 3. uol.2.
58conſ.18.in fi. uol.3. † ubi ad probãdum,quòd
de bonis filij peruenerit ad patrem,ſufficiunt te
ſtes ſingulares,quando tractatur de probando
in genere,& ſic non eſt neceſſe probare, ꝙ hoc
magis proceſſerit ex tali re in ſpecie, quàm
ex tali. & idem tenet ipſe Alex. conſ. 40.col.3.
conſi. 110. col. fi. vol. 4. conſi.92.col.5.uol.5.&
abundè.conſi.10.nu.4.uol.6. quòd ad proban-
dum quid in genere ſufficiunt teſtes ſingulares,
ut quem eſſe infamen,furioſum,uel hęreticum,
59& idem tenet conſi. 13. col. fi. uol.7. † ubi ad
probandum mulierem eſſe inhoneſtæ uitæ in
genere,dicit ſufficere teſtes ſingulares,quorum
unus deponat de una re inhoneſta,alius de alia,
citat Innoc.& alios,& concludit hanc eſſe com-
mu.idemque tenet conſi.147.ad fi.uol.7.Quare
concludit Cra.in d.trac.quòd licèt idem Alex.
in locis ſupra relatis uoluerit cõtrarium,& eius
auctoritate freti. Dec. & Iaſ. tamen mirandum
eſt, quomodo non aduerterint ad tot & tanta
conſilia Alexandri,quæ ſi uidiſſent ab hac opi.
non receſſiſſent: quia ſi in duobus aut tribus
conſilijs contra tennit Alex. in duodecim & ul
tra, hanc opi.conſtanter tenuit, ut apparet per
ſingula ſua uolumina. Idemque perpendit ipſe
Cra.conſi.267.col. 1,ubi ſic retorquet Alexan-
drum in omnibus prædictis conſilijs contra ſe-
60ipſum in duobus aut tribus. † hancque conclu-
ſionem pari modo latè firmat Cur.in trac.de te
ſti.concluſione 37.nu. 77. ubi tenet, quòd ubi
agitur de probando aliquo uniuerſali uel gene
rali,puta hæreſi, iuriſdictione, uel poſſeſſione,
non dicuntur ſingulares teſtes, ex quo ratio eo
rum concordiæ,eſt eadem veritas,licèt diuerſis
modis à teſtib. percepta, ſecus ſi tractaretur de
probanda certa ſpecie iuriſdictionis,puta mero
Imperio,vel de probando aliquo,quod ſpecifi-
61cè probandum eſſet, † allegat Baldũ in l.actor.
col.3.C.de prob.& in c.licèt ex quodam.de teſt,
vbi dicit,quod probant teſtes per ſillogiſticum
argumentũ,ut ſi vnus teſtis deponit, quòd au-
diuit dicere talẽ nõ credere reſurrectionẽ mor
tuorum,& alterum non credere Chriſtum eſſe
filium Dei, iungũtur ad probationem hæreſis
in genere,ibique Cur.quamplures cumulat hu
ius opi.ſequaces,nonnullos verò contrariæ,de-
mumque concludit, ꝙ ſibi ſemper placuit opi.
62prima. † Cũ qua cõcordat inſuper Are.cõſ.42.
col. 2.de iuriſdictione loquẽs, & Soc.cõſ. 295.
col.3.vol.2.de aditione loquens poſt Anch.Io.
de mõte Sper.& Caccia.quos citat idẽ tenẽtes,
63idemq; tradit Ang.cõſ.133.col.2. † vbi dicit,ꝙ
teſtes ſingulares probãt inſtigationẽ,licèt de di
uerſis actibus deponãt inſtigationem denotan-
tibus,quia cũ inſtigatio ſit genus,& articuli de-
notãtes inſtigationem ſint demonſtratiui huius
vniuerſalis,non põt dici ſingularitas inter eos.
64† atq; idem tenet Gui. Pa. q.544.loquẽs de ele
ctione ſepulturæ,quam probant teſtes ſingula-
res,ſi unus dicat,ꝙ audiuit talẽ dicere in uno lo
co,& aliũ in alio talẽ ſepulturam ſibi eligere,ſi
cut in iuriſdictione probanda cõtingit, conclu
dens ꝙ ita uidit pluries in ea Curia parlamẽti
determinari in Camera Conſilij in caſibus præ
dictis et ſimilibus,& cũ prædictis etiã cõcordat
Boer.dec.23.nu. 44. vbi citat Alb. in l. turpia.
65ff.de leg.1.& idẽ Boe.dec.239.nu.6. † vbi citat
inter alios Io.Fab.in §.retinẽdæ.col. 14.ver.de
illo queri. Inſtit.de interd.& inquit,ꝙ in actibus
poſſeſſorijs teſtes ſingulares probãt & iũgũtur,
quia tendunt ad eundẽ finẽ probandi facultatẽ
percipiendi fructus,ſubditque demũ Cra.in d.
trac. de anti.tẽp.4.par.ſub nu.157.ver.eãdẽ opi.
ꝙ audiuit ita fuiſſe iudicatum per Curiã Parla-
mẽti Grationopolis contra quendã presbiterũ
66in cauſa vſurarum. † Idẽ quoque tenet Pariſ.
cõſ.25.in fi.vol.4.de conſuetudine generali lo-
quẽs.& Io.de Ami.cõſ.1.n.61.ubi dicit ꝙ magis
cõis & vera concluſio eſt,ꝙ conſuetudo proba-
tur per teſtes ſingulares in numero factorũ tem
pore & perſonis,quia quando ſcimus in probã
do quid in genere,ſeu in vniuerſo, velut ad pro
bãdam famã,iuriſdictionem, merum Imperiũ,
infamiã,decimationem, conſuetudinem, & ſi-
milia, ſufficit ꝙ teſtes concordent in eundem
rei finem,licèt in alijs diſcordent, allegat mul-
tos ex prædictis,deinde cõcludit, ꝙ iſta eſt ma-
gis cõis & uera opi. pluribus & melioribus au-
ctoritatibus munita & comprobata, idemque
teſtatur Rol. à Val. conſ. 82. nu. 43. vol.2. poſt
Caccia.in l. admonẽdi.ff.de iur.iu. eãque tenet
D.meus Rimi.conſ.61.nu.47. licèt alleget Ale
xandrum conſ.72.vol.1.quod eſt conſiliũ 174.
vol.2.ubi contrariũ tenet ut ſupra retuli, & ibi
67in apoſt.ad D.meum Rim.perpẽdi † qui & idẽ
tenet cõſ.540.nu.48.vbi dicit cum tractatur de
probãda infamia,vel malis moribus alicuius,te
ſtes ẽt ſingulares ſufficere,quod eſt quia tracta
tur de probando qd in genere, & ibi in apoſti.

alios adduxi potiſſimè Cra. qui concludit eſſe
68 magis communem. † Hæc etiam concluſio fulcitur auctoritate Rui. conſi. 67. nu. 9. vol. 1. vbi de fatuitate, ſeu furore loquitur, & conſ. 35. nu. 6. vol. 4. Vbi ad probandum quem fuiſſe in tali ciuitate tali die, vult ſufficere teſtes ſingulares ſi vnus dicat quòd eum vidit in tali loco, & alter in alio, quia ciuitas eſt locus generalis, cũ prædicetur de pluribus locis differentibus ſpecie, puta domibus, vijs, eccleſiis, cimiterijs, & illæ ſpecies prædicantur de pluribus locis differentibus numero: vnde dicti teſtes conueniunt,
69 quòd erat tali die in tali ciuitate, † & in poſſeſſione idem firmat Rui. conſi. 67. nu. 15. vol. 5. ſicut & in vſura in genere probanda. Didac. Couuar. variarum. reſol. lib. 3. cap. 3. nu. 5. vbi citat inter alios Bal. & Caſ. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. quibus addo Dec. in l. furioſum. num. 30. C. qui teſt. fac. de furore & dementia loquentem, ſicut & Bertran. conſi. 48. nu. 22. vol. 1. qui etiam de hæreſi loquitur nedum de furore. atq; idem tradit Bar. de furore in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. nu. 24. & in hæreſi Pariſ. cõſi. 87. nu. 37. vol. 3. Arnaldus Lambert. in c. 1. q. 13. nu. 50. de hæret. in 6. & Robert. Maranta in rep. l. is poteſt. nu. 130. ff. de acqui. hæ. quos, & alios de furore loquens citat Petr. à Plaza in E-
70 pito. delictorum, lib. 1. c. 29. ad fi. † aſſignatque rationem ſuperioribus non difformen, quia teſtes non deponunt ſuper aliquo facto in ſpecie, ſed vtique in genere aſſerendo quem eſſe furioſum, & idem de iuriſdictione loquens firmat Hier. de monte in trac. fini. regum. c. 52. in prin.
71 Boſſi. in tit. de cri. læſ. ma. nu. 117. † Neuiz. cõſ. 34. nu. 50. vbi dicit ſingularitatem non nocere, quando agitur de probanda fraude teſtatoris in genere, & idem in probanda tyrannide & cõcuſſione tradit pulchrè Bello. conſi. 57. nu. 4. volens ſingularitatem teſtium non nocere, ſicut & idem tradit Crot. conſi. 106. col. 3. quòd ad probandum tyrannidem, quem eſſe vſurariũ, hæreticum, & blaſphematorem in genere teſtes ſingulares probant, cũ ſint actus habentes cauſam ſucceſſiuam ut per eum, † ſicut etiam ſi agatur
72 de probando memoriam hominum extare, & vnus teſtis dicat, quòd vidit talem actum, alter vero aliũ, nam cõcordant in facto, videlicet, ꝙ extat memoria, quam ſic inducit vnus ſicut plures: citat Imol. in l. inter pares. ff. de re iud. & Cor. conſi. 91. vol. 1. hanc doctrinam ponentes. hanc etiam concluſionem latè firmat Alba. con
73 ſi. 15. † volens probari poſſe per teſtes ſingulares mulierem vixiſſe impudicè, quia tractatur de probando quid in genere, dicitque ꝙ licèt Alex. conſ. 72. vol. 2. (quod eſt conſilium 174. vol. 2.) videatur inclinare in cõtrariam partem: tamen malè loquitur & aduerſus magis cõmunem opi. vt in multis conſilijs teſtantur Cor. & alii per eum relati, ſubditque ꝙ hæc cẽſetur magis cõmunis opi. in quacunque materia vt ibi
74 per eum. † cui pariter addo Nattam conſi. 478. col. fi. qui circa probandum in genere mulierẽ eſſe inhoneſtæ vitæ & infamatæ, vult teſtes ſingulares ſufficere, citãs Bal. cõſ. 207. quoniam d. Domina. vol. 4. idque procedit vt ſubdit Natta regulariter, ꝙ ubi quid eſt probandum in genere, ſingularitas teſtium non nocet probationi, quia & ſi ſint ſingulares in diuerſis actibus, tamen eorum dicta ad vnum idemque genus probandum tendunt ſecundum Iaco. Butr. in l. arriani. C. de hæret. & alios quos citat, & cum prędictis etiam concordat Franc. Scaglionus ſuper ritibus magnæ Curiæ. Ritu 20. & 21. nu. 13. vbi loquens in uſura citat Andream in conſtitutione vſurariorum, ꝙ teſtes ſingulares probant, licèt de diuerſis perſonis deponant, quibus fœneratum fuerit, & dictus auctor reperitur impreſſus Venetijs poſt Proſperum Carauitam in di-
75 ctis Ritibus magnæ Curiæ. † Et in probanda adminiſtratione in genere tradit idem Dec. conſi. 650. col. 2. ꝙ teſtes ſingulares ſufficiũt. Laurẽ. Silua. in trac. de feu. reco. q. 1. n. 30. Cur. in trac. de teſti. nu. 77. Idemque tenet Franc. Marci q. 462. dans exemplum de hæreſi, decima, & iuriſdictione, & eo longè latius Soc. Iu. conſ. 90. cõſ. 99. & conſi. 178. nu. 8. vol. 2. vbi inter cętera mo
76 uetur ratione, † nam teſtes numquam tamquã ſingulares repelluntur, quando ratio cõcordiæ eorum eſt eadem veritas, licèt diuerſis medijs ab eis percepta, prout ſingulariter voluit Bald. in l. actor. col. 3. C. de prob. ſequitur Cor. conſi. 34. vol. 2. ſed in propoſito noſtro teſtes deponẽtes contra hunc hæreticum, licèt diuerſis mediis moueatur, quia vnus deponit de errore ſuo circa Sacramentum Euchariſtiæ, alius circa interceſſionem Sanctorum, & alius de alio, tamen ratio concordiæ eorum eſt eadem veritas, videlicet, ꝙ hic ſit hæreticus: meritò non debẽt
77 vt ſingulares repelli. † Et in terminis de hæretico tangit Soc. Iu. in d. conſ. 99. nu. 12. quo loco plures de ſupra citatis allegat, & præter eos Ioa. de Ana. in c. 1. in fi. de hære. & Alex. conſ. 10. nu. 4. vol. 6. qui idem tenẽt, prout etiam Hier. Gig. in tract. de cri. læſ. ma. lib. 2. q. 8. poſt Fel. in c. li-
78 cèt ex quadam. col. 2. de teſti. † hãc etiam partẽ tenet Ang. de Vbal. conſ. 44. nu. 45. & conſ. 45. nu. 4. lib. 1. matrimonialiũ. vbi loquitur de fornicatione, conſumatione matrimonij, iure decimãdi, & de probatione memoriã extare. & idẽ Iac. Leoniſſa conſ. 47. nu. 19. co. vol. & Lancell. Conrad. in ſuo Breuiario de pretore. lib. 2. cap.
79 9. §. 2. nu. 24. † vbi dicit, ꝙ quando ſingularitas eſt cumulatiua probationum, ſeu adminiculatiua, atque nulla ex teſtibus reſultat repugnantia, nullaque diuerſitas factorum, ſed teſtes tendunt ad eundem rei finem, licèt per diuerſa media: vel probant quid in genere puta poſſeſſionẽ, iuriſdictionem, vſum, hæreſim, & ſimilia, ſufficit, citans Crauettam & alios, de quibus ſupra idemque ponit Boer. conſ. 40. nu. 92. vbi de iuriſdictione loquit, celebratione miſſę, decima, & copula viſa ſucceſſiuè per foramẽ, ad quorũ probationem ſufficiunt teſtes ſingulares: quod vltimum fuit exemplum Glo. in cap. nihilominus. 3. q. 9. relatum pariter a Stephano Aufre. in addit. Capellæ Tholoſ. quæſt. 209. quod quę-

ſtioni noſtræ non deſeruit: agitur enim ibi de actu particulari ſucceſſiuo tamen, non autem de aliquo in genere probando, quod intelligentiæ gratia ſit dictum: & ad rem noſtram re-
80 deundo, † prædictis accedit Criſto. de Caſtel. principaliter loquens in vſurario. conſi. 21. motus, quòd vbi difficultas eſt probationis, ſufficit probare per indicia, vel argumenta, ſeu præſumptiones, vt in filiatione: ſed probare quem vſurarium difficilis eſt probationis, quia eorũ actus ſic occultè faciunt, ꝙ uix cõuinci poſſunt. clem. 1. de vſur. & teſtes ſingulares quotquot ſunt, tot præſumptiones inducunt, ergo ſuffi-
81 ciunt. † Sed vlterius inquit ille, non ſunt ſingulares, ſed conteſtes, quia concordant in fine ad quem probandum tendunt, videlicet illum fuiſſe vſurarium, ſicut in probatione poſſeſſionis, iuriſdictionis, hæreſis, & id genus: quia teſtes probantes actus ſingulares, ex quibus reſultat vnum vniuerſale ſeu collectiuum, puta quòd ſit poſſeſſor, hæreticus, aut vſurarius, non ſunt ſingulares, ſed conteſtes, ut per eum, cuius prima ratio conuenit caſui noſtro, cum tales hæretici ſæpius clàm & occultè in tale uicium incurrant, ut eſt notiſſimum. Et hanc partem quoque latè tenet Portius Imol. in ſuis concluſionibus, regula 34. lib. 1. ubi citat Calc. conſi. 19. col. 6. & Grat. reſp. 150. uol. 2. præter alios
82 ſupra citatos, † & inſuper Zaſium conſi. 11. uol. 2. nu. 15. qui dicit, quòd ſi unus teſtis deponat Bertam tali die commiſiſſe adulterium, alter alio tempore, hi ſunt teſtes quo ad adulterium probandum, ſic de probando uſurario: quæ doctrina procedit ſine dubio in actibus ſucceſſiuis, qui reiterari poſſunt; illi enim teſtes non ſunt omnino ſingulares, cum notitia repræſentata in animis eorum per dictos actus communis ſit, ut uoluit Bald. quem citat conſi.
83 131. uol. 2. in anti. uiſis duobus articulis, † ubi in ſpecie dat exemplum in hæreſi, nam quòd aliquis ſit hæreticus in genere, probatur per teſtes aſtruentes hæreſim per diuerſum modum, ut quia unus dicit eum hæreticum, quia dixit, non credo trinum & unum, alter quia dixit, non credo incarnatum ex uirgine, & ſimilia, & hanc dicit eſſe magis communem Portius loco citato, qua tenet etiam Crot. conſi. 206. col. 3. qui loquitur de uſurario, hæretico, & blaſphematore, cui pariter accedit Franciſ. Viuius in ſuis communibus opi. uer. teſtes ſingulares, il ſecondo, ubi tenet, quòd teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum quid in genere, vt puta vſuras, famam, iuriſdictionem, hæreſim, poſſeſ-
84 ſionem, & cætera ſimilia: † nam genus conſtat, perficiturq; ex pluribus ſpeciebus & particularibus: ideo licèt teſtes deponant de diuerſis actibus, tamen quia huiuſmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis, non repelluntur teſtes tanquam ſingula-
32 valet. † Præterea comparet pro ſuo intereſſe dicens blada extracta per dictum Comitem fuiſſe percepta ex poſſeſſione ſibi locata per dictum Comitem & alios conſortes ad excluſionem Franciſci monaci: vnde uelut in cauſa propria deponenti non eſt fides adhibenda.l.omnibus.
33 C.de teſtibus, cum vulgaribus. † Quod vero ſubdit ſe dictam extractionem ratam habuiſſe, & habere, nec tantillum dicto Comiti prodeſt, quia cum dictam extractionem non fecerit nomine Cortelini, ſed ſuo proprio dicens, *Io voglio queſta robba come coſa mia; ſe Meſſer Franceſco haurà da fare coſa alcuna con mi, el me uerrà à trouare à Regio*, ut deponunt teſtes, non potuit dictus Cortelinus illam extractionem ratificare ſic ad ſe negocium trahendo, vt illud feciſſe dicatur; vt declarat Bartol. in l. 1. §. ſed ſi cum.ff. de ui & ui arma.& in l. ſi fundus. §.primo.ff.de pigno.Dec.in.l. ſemper qui non prohibet.columna ſecunda,ff.de regul.iur.meritò dictus Comes ex dicta ratificatione ſe tueri non poteſt, cum non inde dicatur extractio
34 facta per Cortelinum. † Secundò non prodeſt alio reſpectu dicta ratificatio Comiti propter præiudicium Cameræ Illuſtriſſimi Domini Alfonſi, cui medio tempore ius fuit quæſitum in rebus publicatis; nam omiſſa profeſſione res perditur ipſo iure, ideſt Dominium tranſit in Gabellarium.l.commiſſa, & ibi Bartol. & alii ff.de publica.Bertac.in tracta.de Gabell.9. par.
35 numero ſexto. † Et vbi de præiudicio tertii agitur, ratificatio fieri non poteſt, ita quòd in alterius præiudicium retrotrahatur. Bartol. in l.cum indebitum.§.ſi procurator. & in l. bonorum.ff.rem ratam haberi.Angel.conſilio 277. tutor.in fine. Alexan.conſi.78.viſo.colum.4.volumine quinto. Dec.in d.l.ſemper.numero 16. Iaſ.in l.licèt,columna penultima.C.de procur. Natta conſilio 253.numero nono. Rolandus à Valle conſilio quarto.numero decimotertio.
36 uolumine ſecundo. † Ad quartum & ultimum de ſtatuto Regij, debet aduerti quòd ex eo non tollitur quominus debeat fieri profeſſio, & accipi buletta, uel licentia ab officialibus Monticuli,ſicut dicitur in l.finali,§.diuus. ff. de publica.quòd de rebus pro quibus gabella ſolui non debet, vt quia vehuntur ſui uſus cauſa, fieri debet profeſſio, aliàs incidunt in commiſſum, niſi ducens eſſet minor, & ibi Barto. Cuman.Roman.& alii notant.Bertac.in tracta. de Gabel.9.par.quæſtione vigeſimanona,numero trigeſimoſecundo, & pulchrè Bald. conſilio 245.columna ſecunda. uolumine ſecundo. in
37 antiq. † Et licèt dicant Doctores iſtud non habere locum quando manifeſtè patet officiali, quòd ſunt res exemptæ ex forma ſtatuti, tunc enim profeſſio ſeu bulleta non eſt neceſ-
38 ſaria †: tamen hoc eſt intelligendum quando ſtatutum eſſet in loco officialis, ita quòd id ſciret, ſecus autem quando eſſet in alio loco & territorio, vt iſtud Regii; quia de illo poteſt Commiſſarius Monticuli probabiliter ignorare. Et ſicut in ſcholare dicunt Doctores, in dicto §. diuus. quòd officialis poteſt dubitare, & neſcire an ſit ſcholaris, vel non, & per conſequens an res quas extrahit ſint immunes à gabella, meritò ſi ſcholaris ille non faciat profeſſionem, publicantur dictæ res, ita poteſt officialis dubitare & ignorare cuius eſſent iſta blada, & poſito quòd potuerit ſcire ea eſſe Regienſis, ignorare potuit an eſſent tales, de quibus eſſet ſoluenda gabella & licentia ſumenda, data ignorantia ſtatuti prædicti Regii, quæ in dubio præſumitur. l.verius. ff.de probatio. ex his concludo bene fuiſſe iudicatum per iudicem à quo, & malè appellatum, ſicque priorem ſententiam confirmaui ad fauorem Cameræ Illuſtriſſimi Domini Alfonſi, de quo ſupra.

*Hippolytus Rimi. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſsimo Domino Sigiſmondo ex Marchionibus de Gonzaga

### ARGVMENTVM.

De curia ad eum pertinente vigore quorundam literarum, fideicommiſſi, & aliorum iurium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remedio reintegrandæ quæ probanda ſint?*
2 *Mora contrahitur non ſoluendo debito tempore.*
3 *Remedium reintegrandæ non competit ei qui ſfacto ſuo cecidit a poſſeſſione.*
4 *Quid ſi negligentia & omiſſione.*
5 *Pœnitentia non datur in contractibus nominatis poſt executionem eorum.*

6 Remedium reintegrandæ ceſſat ex ſtatuto Mantuæ de inſtr. exequendis.

7 Succumbenti in exceptione obſtat exceptio rei iud. ſi illud intentat per modum actionis.

8 Argumentum à ſimili ualidum.

Remedio reintegrandæ agens, ſi patitur inſtrumenta produci ſuper petitorio, non poteſt in poſſeſſorio obtinere.8.

9 Petitorium abſorbet poſſeſſorium.

10 Habere rem uerificatur etiam reſpectu poſſeſſionis.

11 Renuncians poſſeſſioni, non poteſt obtinere in ſpolio.

12 Voluntas coacta, uoluntas eſt.

13 Ceſſionarius ſuccedit in iure cedentis.

Conſtitutum transfert poſſeſſionem.13.

Licèt conſtituens in fundo non eſſet, modo per colonos poſſideret.14.

15 Literæ non obligant, ſi de commiſſione ſcribentis non fuerint præſentatæ.

Idem ſi commiſit, ſed periit ante præſentationem.

16 Literæ credentiales quæ ſint?

17 Generalia verba pariunt obſcuritatem.

18 Conſequens qui uult, & antecedens.

Minor læſus petens rem ſibi tradi, dicitur per prius petere ſe reſtitui in integ.18.

19 Actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.

Et ut ualeat, non ut pereat.20.

21 Præſumptio ualiditatis cæteris eſt fortior & efficacior.

22 Præſumitur factum quod conſueuit.

23 Argumentum à ſolitis ualet.

Et à communiter accidentibus.24.

25 Scribens & recipiens, inuicem dicuntur loqui mediantibus literis.

Nuncium mittere, ſcribere literas, & præſentialiter loqui parificantur.25.

26 Excommunicato mittens literas, uel nuncium, cum eo dicitur communicare, & incidit in excommunicationem.

27 Matrimonium per nuncium, uel literas contrahitur.

28 Donatio per nuncium uel literas miſſas contrahitur.

29 Nuncius & epiſtola iungunt conſenſum donantis & donatarij.

30 Voluntatis mutatio non præſumitur.

Sed perſeuerantia animi præſumitur.31.

32 Perſona approbata reprobari non poteſt.

33 Veriſimile quod non eſt, dicitur quædam falſitatis imago.

34 Teſtes de bonitate præferuntur contrarium deponentibus.

35 Contractus innominatus do, ut facias.

36 Contractus, qui & quando pariant actionem.

37 Oblatio non habet uim implementi in contractibus innominatis.

38 Probatio non concludens, mala.

39 Donationem & olim & hodie dici contractum nominatum.

Etiam ſi ob cauſam ſit conſiderata in ſpecie. 40.

41 Oblatio pro implemēto habetur in contractu innominato, qui tendit ad liberandum.

42 Factū præſumitur factum ab eo, qui promiſerat.

43 Bona pignori capta licitantur.

Quandoque uerò per iudicem ſeu creditores, auctore iudice.

44 Infamis fit, cuius bona uenduntur ad haſtam.72.

Et à cenſoribus notatur.45.

46 Emptio mala, ſemper ingrata.

47 Verba in futurum non tribuunt ius reale, ſed perſonale.

48 Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.

49 Conditiò caſualis uel mixta, non poteſtatiua, quæ?

50 Purū & conditionale purificatum æquiparantur.

51 Verba in futurum nunquid obligatiua ſint?

52 Contractus dicitur perfectus, ſi dicam, uolo uendere: & tu, uolo emere.

53 Nuncius dicitur pica, & organum, & vox mittentis.

54 Verba in futurum geminata pariunt obligationem.

55 Habere, uerificatur in Dominio.

56 Genitiuus importat Dominium.

57 Donatio exceſſiua non inſinuata, licèt ob cauſam futurorum meritorum, non ualet.

Sed auctor contra communiter.

Quia oneroſa dicitur 58.

Et commodum donantis reſpicit.59.

60 Bartolus pater iuris.

Omnium magiſter, & magis expertus.

Et lucerna iuris.

Cum quo ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis.

61 Beneficium æquiualens quale?

62 Fama afficit perſonam.

63 Periculum infamiæ periculo uitæ comparatur.

64 Infamia tanquam mors uitanda.

65 Donatio non requirit inſinuationem, quando non excedit beneficium.

Vel ſi in aliquo excedat 66.

De quo Heſiodi & Tullij dicta pulchra.

67 Donatio in principem facta, non eget inſinuatione.

Etiam ſi ſuperiorem recognoſcat.

Vt Marchioni.

Idem ſi conditionalis ſit.68.

Quid ſtante ſtatuto? 69.

70 Donatio ob cauſam, cauſa non ſecuta reuocatur.

71 Promiſſio ex turpi cauſa nulla.

73 Falliti ſunt infames.

De quo exemplum Craſſi diuitis.74.

Et digito demonſtrantur.75.

76 Promiſſio tibi facta, ſi occidero, ualet.

77 Homines optant alij opem ferre.79.

78 Aues alijs auxiliantur.

80 Qui alios non defendunt, in uitio ſunt.

De quo fabella bouis & cameli.81.

83 Iudices eligere debent partem minus oneroſam partibus.

84 Feudum præſumitur antiquum, ſi diu poſſeſſum.

Nec de illo quis poteſt teſtari.85.

86 Fieri quod in ſpecie non poteſt, non cenſeatur factum,

ctum ſub generalitate uerborum.
87 Feudum pro ſe & hæredibus hæreditarium.
Et de illo diſponi poteſt in teſtamento. 88.
Et ſub uerbis generalibus & geminatis comprehenditur. 89.
Et quando ueniant in reſtitutione fideicommiſſi. 90.
91 Res ſubiectæ reſtitutioni, alienatæ non uendicantur uiuente grauato alienante,
Niſi prohibita ſint expreſſe uendi. 92.
Nec publicantur uiuente grauato. 93.
Niſi prohibita ſint alienari. 94.
95 Conſuetudo alienandi feuda, ualida.
Quæ Mantuæ uiget.
Et in Gallia.
96 Conſuetudo in feudis attenditur.
Quia conſuetudine feuda quæſita ſunt. 97.
98 Conſuetudines feudales contraria conſuetudine tolli.
99 Conſuetudo alienandi feuda an inter uiuos:
Vel in ultima uoluntate procedat? 105. & 106.
100 Dominus ſi concedat alienari feudum, non poterit donari cauſa mortis.
101 Conſuetudo diuidendi feuda, non porrigitur ad diuiſionem in teſtamento factam.
102 Alienabilem per contractum & per teſtamentum.
103 Alienatio dicitur, qui per teſtamentum fit.
104 Moderator quilibet in re ſua.
107 Solennitas ex diuturnitate præſumitur interueniſſe.
Et tollitur omne uitium, & defectus. 108.
109 Præſumitur quid in actu præceſſiſſe, quando quis uerisimiliter id ſine illo non feciſſet.
110 Conſuetudo alienandi feuda ceſſat, ſtante prohibitione alienandi expreſſa.
111 Vincula duo uno magis ſtringunt.
112 Vaſallus poteſt alteri feudum infeudare.
Niſi Dominus prohibuerit alienari.
113 Filius ſub conditione grauatus detrahit duas quartas.
Et eſt communis opinio in iudicando & conſulendo. 114.
Et per totum mundum ſeruatur. 115.
Aequa, benignior, in ſcholis & palatijs approbata ex generali conſuetudine in terris imperij, & ubique. 116.
117 Filius in legitima grauari non poteſt.
Nec ei trebellianica prohiberi. 118.
118 Trebellianica prohiberi non poteſt filijs primi gradus.
Quæ magis communis eſt & verior.
Et ab ea in iudicando non eſt recedendum. 119.
Et magis æqua & communis abſolutè. 120.
Et quæ ſemper ſeruatur. 121.
Etiam ſi duæ quartæ ueniant detrahendæ. 122.
Contra Caſtr. & alios. 123.
Quorum nonnulli loquuntur in alio caſu, & quæſtione. 124.
124 Filius an imputet fructus in trebellianicam, quando duas quartas detrahit.
125 Trebellianica filijs an per indirectum poſſit prohiberi. 126.
127 Filius purè grauatus, unam tantùm quartam detrahit.
Et illa eſt legitima. 128.
129 Priuatio ceſſat, ubi non eſt habitus.
130 Trebellianica an perdatur ob non confectum inuentarium.
Communis eſt & uerior quòd ſic. 131.
Sed longè plures contra. 132.
Et ſeruatur de conſuetudine. 133.
Aequior eſt, benignior, & magis communis, & tenenda. 134.
Et ſeruatur propter auctoritatem Bartoli. 135.
Et ſine dubio in filijs primi gradus.
136 Hæres poteſt detrahere quartas de rebus alienatis, inuito fideicommiſſario.
137 Feuda non computantur in legitimam & trebellianicam.
138 Filius non poteſt ſibi eligere rem de melioribus pro legitima & trebellianica.
Sed ut uir bonus, & ciuiliter modo. 139.
Nec propria auctoritate. 140.
141 Alienatio fraudulenta quæ?
142 Approbatio factis:
Facta uerbis fortiora ſunt ad arguendum uoluntatem alicuius.
Trebellianica detrahi non poteſt, ſi fuit prohibita & teſtamentum approbatum à filio. 142.
Sed quidam contra. 143.
Et malè, qui declarantur.
144 Legitima de ſingulis rebus alienatis detrahēda, non de una tantùm.
145 Dos non uenit in fideicommiſſo, ſed illud minuit.
146 Feuda non ueniunt in obligatione generali.
147 Feudi obligatio ſine aſſenſu Domini nulla.
148 Obligatio ſpecialis & generalis rei, impedit ne prius ad alias res agi poſſit.
Et generalis eo caſu dicitur conditionalis. 149.
Et minoris utilitatis, quàm ſi ſola fuiſſet.

## CONSILIVM. IX

*Auxilium meum à Domino.*

ONvs nō leue mihi nunc ingeritur circa dubitationes Excellentiſſimorum Dominorum Rotæ ciuitatis Mantuæ, cum diligenter & copioſè ſcripſerint in hâc cauſa, quæ vertitur inter Illuſtriſſimum Dominum Sigiſmondum ex Marchionibus de Gonzaga, & Dominos fratres de Piperariis, & in ea ſcripſerint celeberrimi viri, quibus addere non minus arduum quàm laborioſum eſt: ne tamen honeſtiſſimo deſiderio Illuſtriſſimi Domini mei deficiam, dicam quid pro veritate ſentio: quod nedum vtile, ſed & neceſſarium exiſtimo, cum poſt dubitationes emanatas nullus quem viderim ſcripſerit. Ad eas igitur accedens proponi video, dictos fratres reinte-

tegrandos eſſe ad poſſeſſionem probata per
eos poſſeſſione ſua ſeniore, quòd ea fuerint
iniuſtè priuati, & quòd nunc ea penes Illu-
ſtriſſimum Dominum Sigiſmõdum reperiatur,
1 vt eleganter in dubijs deducitur. † hinc enim
fundata remanere videtur intentio dictorum
fratrum agentium, ſic vt pro eis debeat iudica-
ri, cum in iſto remedio, capitu. reintegranda.
3. quæſtione prima, ſufficiat probare de anti-
quiore poſſeſſione agentis, quæ poſtea ad ad-
uerſarium abſque facto eius quocunque modo
peruenerit, vt tradunt Innocen. & Doctores
in capitulo, ſæpe. Abbas in capitulo, cum ad
ſedem, de reſtitutio. ſpoliatorum, & in capitu-
lo, ſi diligenti, de reſcript. Lap. allegatione 52.
lætatus ſum, cum ſimilibus per Alexan. conſilio
116. viſo proceſſu, volumine ſecundo, conſilio
ſexto, volumine tertio. conſi. 90. volumine quin
to. Dec. 57. columna ſecunda, conſi. 62. in prin-
cipio. Dominus meus Riminal. conſilio 98. nu-
mero 48. conſi. 207. numero 15. Corn. conſilio
247. numero 10. volumine ſecundo. Socin. iun.
conſilio 128. numero 23. volumine ſecundo.
Grat. Reſpon. 40. numero ſecundo, volumine ſe
cundo. Gozadin. conſi. 99. numero quinto. Pa-
riſ. conſilio 98. numero 24. volumine ſecundo.
Rube. conſilio quarto. numero decimo, & alij
quos cumulat Menochius de recuperanda poſ-
ſeſſione. remedio 15. numero 383. Natta conſi-
lio 562. In principio. Ego verò diligentius con-
ſiderando ſecus puto: nam proponitur quòd Il
luſtriſſimus Do. Galeatius Gonzaga quando
vẽdidit curiam nuncupatam *il doſſo dell'inferno*,
D. Hieronymo Piperario, de qua contenditur,
in inſtrumento conuentum fuit ſibique licen-
tia conceſſa accipiendi propria auctoritate te-
nutam, & corporalem poſſeſſionem dictæ cu-
riæ quotieſcunque emptor in mora ſoluendi
tempore præfixo reperiretur, vnde cum ca-
ſus euenerit, quia Piperarius emptor non ſol-
uit reſiduum pretii, † ſicque contumax fuit &
2 in mora conſtitutus, l. ſi ex legati cauſa, ff. de
verborum obligatio. l. magnam. C. de contrah.
ſtipulatio. & Illuſtriſſimus D. Galeatius petie-
rit aſſociationem ad tenutam vigore pacti ca-
piendi eam propria auctoritate, eaque ſibi con
3 ceſſa fuerit per iudicem, † dicitur ipſe Pipe-
rarius vnà cum filiis ſuis facto & culpa ſui ce-
cidiſſe à dicta poſſeſſione, meritoque ſibi non
competit remedium reintegrandæ poſſeſſionis
aduerſus Illuſtriſſimum D. Sigiſmondum ceſ-
ſionarium præfati Illuſtriſſimi Domini Ga-
leatij, ſecundum Ioan. Andr. Cald. & Imolam.
in capitulo, cum ad ſedem, de reſtitutione ſpo-
liatorum. Lap. alleg. 7. Soci. qui communem te-
ſtatur, in l. rem quæ nobis, ſecunda quæſtio-
ne, numero octauo. ff. de acquirenda poſſeſſio-
ne. conſilio 266. numero 19. Dec. conſil. 56. col.
finali. Ruin. conſilio 69. numero 14. volumine
primo, cum ſimilibus, quos in hac cauſa cumu-
lat Cephal. conſil. 272. numero 67. quibus ad-
do Ripam in capitulo ſæpe. de reſtitutione ſpo
liatorum, numero 27. qui pariter communem
teſtatur. Rui. conſilio 47. numero quinto. volu-
mine quarto. D. meus Riminal. conſilio 428. nu
mero 28. Caſſad. deciſ. quarta. numero 6. de re
ſtitutione ſpoliatorum. Grat. reſpon. 50. nume-
ro 13. volumine primo. Brun. conſilio 11. num.
ſecundo. Marſil. ſingul. 600. Rube. in l. naturali-
ter. §. nihil commune, numero 73. ff. de acqui-
renda poſſeſſione. Pariſ. conſi. 1. nume. 164. vo-
lumine primo. Soc. iun. conſilio 47. numero 13.
& conſil. 48. numero ſexto. volumine ſecundo.
Neuizan. conſi 79. numero 24. & 33. Plot. in l.
ſi quando. numero 71. C. vnde ui. Ceph. conſi-
lio 100. numero 26. quos citat Menochius de
recuperanda poſſeſſione, remedio 15. numero
4 95. † Nec opus eſt allegare quòd dicti Pipera-
rii ceciderint à poſſeſſione dictæ curiæ ex negli-
gentia tantùm ſua, & omiſſione quadam non
ſoluendo pretium, quo caſu uoluerunt aliqui
remedium Capitu. reintegrandæ competere,
ut Capella Tholoſ. quæſtione 487. cum allega-
tis ibidem in addi. per Steph. Aufre. & latius po
nit Menochius in utràque partem, loco citato,
numero 97. quoniam ſuo contractu, & propria
conuentione id euenit, non autem ex negligen
tia tantùm: nam caſu quo non ſoluerent reſi-
duum pretii, licentiam dederunt & conceſſerũt
Illuſtriſſimo D. Galeatio accipiendi tenutam,
& corporalem poſſeſſionem dictæ curiæ, pro-
5 pria auctoritate: † diceretur enim negligentia
ſua tantùm interueniſſe, quando dictam licen
tiam non dediſſent, uoluiſſetque Illuſtriſſimus
Dominus Galeatius poſſeſſionem uendicare,
quia pecuniam non ſoluerent, quod ei non li-
cuiſſet: ſiquidem in contractibus nominatis, ut
eſt uenditio. l. iuriſgentium. in principio, ff. de
pact. poſt executionem factam, hoc eſt rem tra-
ditam, non licet rem uendicare prætextu præ-
tii nõ ſoluti, ut tradit Bal. in l. in ciuile. C. de rei
uendicatio. Alexand. in l. cum proponas, la ſe-
conda. C. de pact. & illi non curaſſent defende-
re ſuam poſſeſſionem prout potuiſſent, & ita ce
cidiſſent ab ea: dicerentur enim tunc incuria,
meraque ſua negligentia cecidiſſe ab ea: & du
bitari poſſet, an ſibi competeret dictum reme-
dium, quod loco citato diſputat Menochius.
Sed extra dictum caſum uerſamur: conſenſe-
runt enim, ac licentiam dederunt Illuſtriſſimo
D. Galeatio uendicandi dictam poſſeſſionem,
non ſoluta per eos pecunia debito tempore, ſic
que ſuo contractu & conuentione ceciderunt
ab ea. meritò non debet eis competere dictum
6 remedium. † Et licèt ulterius inſtet, & huic
dubio reſpondeat Cephal. in dicto conſil. 272.
nume. 68. cum pluribus ſequentibus, ita quòd
non eſſet opus additione, nihilominus ex abun
danti dico dictum remedium ceſſare, nam ſtat
ſtatutum Mantuæ de publicis inſtrumentis exe
quendis, ſub Rubrica de modo & forma proce
quando de debito apparet per pub. inſtrumen
tum, diſponens quod producto inſtrumẽto contra
aliquem, & dato ei termino uiginti dierum, ſi
poſtea ipſe non probauerit in dicto termino,
fiat executio inſtrumenti, non audita amplius

ſua

ſua exceptione,unde cum lapſo dicto termino
executio inſtrumenti commiſſa fuerit, & data
tenuta Illuſtriſſimo D.Galeatio,ſicut ſi nūc op-
ponerent Piperarii de remedio reintegrandæ
per modum exceptionis, non audirentur vi-
gore ſtatuti, pariter nec audiri debent inten-
tantes illud remedium per uiam actionis,
7 † iuxt.not.per Bartol.in l. quòd in diem, §.
primo.ff.de compenſ. vbi ſi quis ſuccubuit in
exceptione,ei obſtat exceptio rei iudicatæ, ſi il
lud intentat per modum actionis, idemque
tradit alibi Bartol.& Cyn.in varijs locis cumu
latis à Domino meo Riminaldo conſilio 401.
columna ſecunda. igitur iſti Piperarij ſuccum
bentes in exceptione vigore dicti ſtatuti, non
debent illud per modum actionis intentare
8 poſſe, † ſumpto à ſimilibus argumento quod
licet,l.non poſſunt, ff.de legib. Ange. de Pe-
rigl.in tractatu de ſuita. quæſtione decima.ſub
nume. 20.Non omitto quoque quòd cum pro-
ducta fuerint inſtrumenta ſuper petitorio pro
parte Illuſtriſſimi Domini Sigiſmondi, nec re-
clamauerint Piperarij, ſed paſſi fuerint ſuper
eis procedi, ac de iuribus Illuſtriſſimi Domini
conſtet ex illis inſtrumentis in petitorio, non
debent obtinere poſſe Piperarii ſuper poſſeſſo-
rio, caſus eſt & ibi not. omnes, in capitulo
primo.de reſtitutione ſpoliatorum.tradit Abb.
in capitulo finali.de ord.co.vbi dat cautelam,
quòd non conteſtetur lis ſuper proprietate. ſe-
quitur Angel.in l. ſi quis ad ſe. fundum. C. ad
legem Iul.de vi pub.vbi mouet, quòd agentes
non permittant examinari teſtes ſuper proprie
tate: idemque tradit Alexand.in l.naturaliter.
§. nihil commune, limit.14.ff.de acquiren. poſ-
ſeſſione conſi.76.volumine ſecundo. Dec. Nea-
po.193.concludens ita fuiſſe iudicatum cum ſi-
milibus cumulatis à Pariſ. conſilio primo. nu-
mero 171.volumine primo.& ponit Soc. in ſuis
ſallentiis, Regula 379. numero quarto. † Nec
9 immeritò id procedit, nam cauſa petitorij ab-
ſorbet cauſam poſſeſſorii.capitulo paſtoralis.de
cauſa poſſeſſio.& proprieta. Ancharan. conſilio
146.columna ſecunda. verſiculo, & ſi dicatur.
Crau.conſilio.248. numero quinto. Caſſad.de-
ciſio.vltima de cauſa poſſeſſion. & proprietat.
numero ſexto. Menochus, de recuperanda poſ-
ſeſſione, remedio 15.numero 367. Tertiò ponde
randæ ſunt in hoc litere dictorum fratrum miſ-
ſæ ad Illuſtriſſimum D.Sigiſmondum, quæ di-
cunt. *Illuſtriſſimo Signor & patrone oſſeruandiſſimo*
*Supplichiamo V. S. Illuſtriſſima noi infraſcritti fra*
*telli humili ſeruitori ſuoi ch'ella ſi degni di hauere la*
*protettione noſtra, che oltre, che noi gli ſarèmo ſem-*
*pre ſeruitori e ſchiaui, ci contentarèmo che l'Illu-*
*ſtriſſimo Signor Galeazzo, ò uero lei, come piu li pia*
*cerà, habbia la corte, del duſſo dell'inferno, gia uen-*
*duta per detto ſignore à noſtro padre.* † Cū enim Il
10 luſtriſſimus D.Galeatius dictam curiam poſſi-
deret virtute conuentionis inſtrumenti & tenu
tæ ſibi cōceſſæ per iudicem, illa verba, *Ci conten*
*tarèmo che l'Illuſtriſſimo Signor Galeazzo, ouer lei*
*habbia la corte, &c.* propriè referuntur ad poſ-
ſeſſionem, vt ex eis ſignificare voluerint dicti
fratres ſe contentos eſſe & aſſentire, quòd di-
ctus Illuſtriſſimus Dominus Galeatius, aut Si-
giſmondus pacificè, quietè, & ſine controuer-
ſia poſſideat dictam curiam, nec eis quæſtionē
mouere: tantoque magis, quia rem habere, re-
ſpectu poſſeſſionis verificatur, l.ſi in emptione,
§. omnium, ff.de contrahenda emptione. Ale-
xan.in l.ſtipulatio iſta, §.hæc quoque.ff. de ver-
11 borum obligatio. nedum reſpectu dominii,
prout infra dicetur, numero 71. † Quibus ita
ſtantibus ſequitur quòd ex quo dicti fratres re
nuntiarunt poſſeſſioni dictæ curiæ, non poſ
ſunt obtinere in ſpolio per eos intentato, ita
ſcribit in terminis Abb.in capitulo ſuper hoc.
de renun. col. undecima. ſuper glo.in verſic.
reſignationis, vbi poſt Butrium uult, reprobato
Innocentio aliter tenentem, quòd ſi quis agat
remedio reintegrandæ, & reus opponat de re-
nunciatione ſibi facta ſuper repetita, & repli-
cat actor quòd dicta renunciatio non fuit ſpon
tanea, ſed meticuloſa, non poteſt auctor obti-
nere in ſpolio intentato, quia dato etiam quòd
renunciatio eſſet meticuloſa, & non ſponta-
12 nea, tamen voluit poſſeſſionem perdere, † quia
coacta voluntas, eſt voluntas, l. ſi mulier, §. ſi
metu, ff.quod metus cauſa.c.meritò.15.quæſtio
ne prima. vnde ſicut perdit poſſeſſionem ſpon-
te renuncians, ita pariter renuncians per me-
tum: & illam deciſionem Abbatis ſequitur ad
unguē pariter in terminis noſtris Natta conſi:
386.quare ſi procedit ubi renunciatio fuit me-
tu commixta, multo magis ubi ſpontanea, pro-
ut in caſu noſtro. Et hinc quoque dubium Ro
tæ reſoluitur dicentis quòd Piperarii per lite-
ras ſuas ad Illuſtriſſimum Dominum Sigiſmō-
dum tranſmiſſas non ceciderunt à poſſeſſione,
quia per eas nullam poſſeſſionem ei tradide-
runt: quoniam ſatis eſt, quòd poſſeſſioni ſibi
quæſitæ renuncianerint per dictas literas.
13 † Dicebatur autem quæſita poſſeſſio dicto Il-
luſtriſſimo Domi. Sigiſmondo uirtute ceſſionis
ſibi factæ per Illuſtriſſimum Dominum Galea
tium, quia ceſſionarius ſuccedit in iure ceden
tis, Bald.in l.emptor, C.de hære. vel act. uend.
& uigore conſtituti in inſtrumento ceſſionis ap
poſiti, quo poſſeſſio transfertur in conſtituta-
rium.l. quædam mulier, & ibi glo. Bart. Ang.&
alii, ff.de rei uendicatio.l.quamuis.§.1. ubi An
ge.l.quod meo, in prin. & ibi Bartol. & cæteri,
ff.de acquirenda poſſeſſione, cum ſimilibus co-
pioſè deductis per Tiraquel.in tractatu de con
14 ſti.in princip. † Et licèt tempore ceſſionis Il-
luſtriſſimus Do. Galeatius in fundo non eſſet,
cum tamen per colonos qui erant in ipſa curia
& eius prædiis poſſeſſionem naturalem retine-
ret, utique nedum ciuilem ſed & naturalem di-
citur in Illuſtriſſimum Dominum Sigiſmon-
dum per conſtitutum tranſtuliſſe, ut pul-
chrè tradit Alexand. in l.interdum, columna.
3.ff.de acqui.poſſeſ.quem iure commendat Ti-
raquel.in d.tract.prima par.nume.13. quare ſe-
quitur, ut prædo dici non poſſit Illuſtriſſimus

F 3 Do.

D.Sigiſmondus,uerbum ſanè Nobilitati ſuæ,
ſuisq́ue moribus integerrimis nulla ratione cō
ueniens,quod ex eo manifeſtiſſimè patuit dum
vixit, quòd apud Excellentiſſimum Ducē Mā
tuæ priores gradus obtinuit,rarum integritatis
ſuæ teſtimonium. Et ex his plenè primo dubio
remanet ſatisfactum. † Nunc ad ſecundum ac-
15 cedo quòd continet literas dictorum fratrum
eos non obligare,potiſſimè Dominum Federi-
cum & Vincentium,quia de eorum cōmiſſione
nō fuerunt præſentatæ,meritò nullum ius ex il
lis prætendere poteſt Illuſtriſſimus D. Sigiſmō
dus.adducitur in ſimili doctrina Roma. in l.nu
da,colum.fi.num.11.ff.de dona. vbi vult quòd
ſi epiſtola peruenit ad eum, cui mittebatur,vi-
uente mittente,probat & obligat eum, ſecus ſi
antequàm præſentaretur, mittens eſſet mor-
tuus.ſequitur Iaſ. in rep.l.admonendi, ff.de iu-
reiur.nu.141.verſiculo,ſecundò limita.& Ripa
nu.136.quod ſecundum non aliunde cauſatur
quàm ꝙ morte præambula mittentis ceſſat eius
voluntas,& cōmiſſio:& ob id illa nuda præſen-
tatio non obligat. Pariter ergo debet eſſe quan
do ſcribens aut ſubſcribens epiſtolam uiuit,ſed
ſine ſua commiſſione præſentatur ei, ad quem
dirigebatur: talis enim ſimplex præſentatio nō
16 debet eum obligare. † Sed huic motiuo ſubtili-
ter & pulchrè reſpondeo, conſiderando quod
in calcē dictarum literarum dicti fratres allo-
quendo dictum Illuſtriſſimum D. Sigiſmondū
dicunt, *Dignandoſi di preſtar piena fede all'Eccellē te ſignor Traiano à quanto circa ciò gli dirà à nome noſtro.* tales enim literæ in hac parte credentia-
les appellantur,& portantur per ipſum cui dici
tur in eis eſſe credēdum,ad eum cui dirigūtur,
ut tradit Bartol. in l.Lucius.ff.de fideiuſſ.quem
ſequitur Imol.poſt But.& Petrum in c. fraterni
tati.de cle.non reſi.Bal.in l.fi.in prin.C.ꝙ cum
eo.D. meus Rimi.conſi.83.nume 9. unde cum
finis dictarum literarum ſit vnitus cum eis, ap-
paret ipſas fuiſſe delatas & præſentatas Illuſtriſ.
ſimo D.Sigiſmondo de voluntate & commiſſio
17 ne dictorum fratrum. † Secundò confirma-
tur:nam deprecantur in eos dicti fratres Illu-
ſtriſſimum Domi.Sigiſmondum quòd digne-
tur habere protectionem eorum, confidentes,
quòd eos non ſit derelicturus:quæ uerba velut
generalia pariunt obſcuritatem,& incertitudi-
nē. gl.in l.ita fidei.ff. de iure fiſci.l.in tradendis.
ff.com.præd cum ſimilibus per Cra. conſi.162.
in prin.Poſtea concludunt quòd dignetur præ-
ſtare plenam fidem Excellēti D. Traiano de his
quæ circa prædicta illi dicet eorum nomine,cō
curritq́ue quòd D.Traianus præſentauit dictas
literas Illuſtriſſimo D.Sigiſmondo, ut teſtatur
in eius ſcriptura ibi, *Et coſi preſentai la detta lettera all'Illuſtriſſimo Signor Sigiſmondo*,
Quibus ita ſtantibus colligitur de neceſſitate
præuia commiſſio dictorum fratrum facta Do.
Traiano de præſentando dictas literas Illuſtriſ-
ſimo Do. Sigiſmondo.nam ſi voluerunt quòd
Dominus Traianus ſuper contentis in eis allo-
queretur Illuſtriſſimum Do. Sigiſmondum &
quid optarent ab eo, Do. Traianus exponeret
eidem domino. uoluerunt inſuper & per prius
ꝙ ille præſentaret eas dicto Dño, vt illis aper-
tis & lectis audiret, & intelligeret quid ſuper
18 eis eſſet ſibi dicturus Do.Traianus. † Qui enim
vult conſequens vult ſuum neceſſarium antece
dens.l.ad rem mobilem, ff.de proc.l.illud.ff.de
acquirenda hæreditate. hinc ſi minor vt læſus
in contractu venditionis petat rem,quam tradi
dit ſibi reſtitui, ſatis videtur petere per reſtitu-
tionem in integrū reſcindi contractum, vt poſt
glo.tradit Butr.in capitulo conſtitutus. de re-
lig.dom.ſequitur Curt.in addit. Caſtr. alios ci-
tans,in l.qui proprio.§.inde quæritur.ff.de pro
cu.Dec.conſilio 146 colum. tertia Alexand.in
Rubrica C.qui admi. vbi plenius de hac regula
19 locutus ſum, nume.227.cum ſequen. † Tertiò
teſtatur vt dixi Do.Traianus ſe præſentaſſe di-
ctas literas Illuſtriſſimo Domino Sigiſmondo:
ergo præſumitur id feciſſe propter commiſſio-
nem ſibi factam à dictis fratribus de illis præ-
ſentandis, ne dicamus id eum ex capite volun-
tariè feciſſe,qm̄ præſumitur actus factus ex cau
ſa neceſſaria. Barto.in l.cum ſeruus.& in l. tri-
ticum,ff.de verborum obligatio.glo.in l. ſed ſi
uir.ff. de dona. inter virum & uxo.Caſtr.conſi.
133.& conſ.410.volum.ſecundo. Abb.conſilio
116.volumi.ſecundo. Roma.conſi. 247.colum.
ſecunda.Cor.conſi.316.columna quinta. volu
mine primo.Crau.conſi.149. numero duodeci
20 mo. conſilio 106.nume.8. † Quartò quia defi
ciente commiſſione dictorum fratrum,præſen-
tatio redderetur nulla. commiſſio facta præſu-
mi debet,vt valeat præſentatio, nam ſemper in
dubio debemus interpretari quòd actus valeat
potius quàm quòd pereat,l.quotiens. la ſecon
da, ff.de reb.dub.l. quotiens. ff. de uerborum
obligatio.glo.in cap. Abbate ſanè. de verbo.
ſignifi.Ang.in l.eum debere.ff.de ſer. urb. præ-
dio.Soci.conſi.173.colum.2.volum.1.Bertran.
21 conſil.27.num.9. volumine primo: † taliſq́ue
præſumptio cæteris fortior,& efficacior reputa
tur. Dec.in capitulo,quoniam Abbas, colum.
ſexta.de officio deleg. Pariſ. conſil. 88. nume.
51.volum. tertio. quod latius exornaui in Ru-
brica C.qui admi.nume.132. Quartò commu-
niter conſuetum eſt quòd dantes literas alicui
directiuas ad alium committunt ei, quòd eas
præſentet illi,ad quem deſtinantur, ergo præſu
mitur facta dicta commiſſio D.Traiano de præ
ſentandis dictis literis Illuſtriſſimo D.Sigiſmō
22 do,ad quem dirigebantur. † Quia factum præ
ſumitur quod cōſuetum eſt fieri.l.fi.C.de fide-
iuſſo. Corn.conſi.298.numero 24.conſilio 109.
nume. tertio. uolumine ſecundo. Dec. Neapo.
58.numero 7.dixi latius.in l.ſi emancipati, nu-
23 mero 52.C.de collatio. † Et à ſolitis ualet ar-
gumentum.l.certi condictio. §. ſi nummos. &
ibi Iaſ. Dec. D.meus Rimin.& alii,ff.ſi cer.pet.
quemadmodum & à communiter accidenti-
24 bus probatio concludit & admittitur, † ut
latè tradit Iaſ.in l.non hoc.C. unde legi.num.
18.Alex.conſi.36.in fin. uolum.5.Soc.conſi.42.
colum.

col 2.uol.1.conſi.166.uerſicu.quinta concluſio.
& conſi.187.col.4.vol.2.Dec.conſi.184.col.2.&
poſt Fel.in c.in pſentia de prob. D. meus Rim.
conſi.345.nu.11.quibus ita ſtantibus præter ad
ducta per Cephal.in d.conſil.172. nu.86.cū ſe-
quentibus,apparet dictos fratres obligatos re-
25 manſiſſe vigore dictarum literarū: † nā qui ſcri
bit epiſtolā,vel nunciū mittit, & recipiēs dicun
tur inuicē,loqui: mediantibus literis,vel nūcio
parificantque mittere nūcium, ſcribere literas,
& præſentialiter loqui(vbi auditus non requiri
tur)c.vbi peri ulum.§.nulli.de elec.lib.6. Soc.
iu.conſil.29.col.2.volu.2. Iacob. Enricmanus,
26 conſi.2.num.3.2.Tomo. † Vnde infertur quòd
qui mittit nūcium vel literas excommunicato,
communicare dicitur excommunicato,& incur
rit excommunicationem. Doctores in c.cum ex
27 communicato.2.q.3. † & per literas, ſeu nun-
cium contrahitur matrimonium.But.conſi.64.
A.duas filias. Anchar.conſi.229.multa dubia.
28 † Et per dictas literas,nunciumque prædictum
qui replicauit Illuſtriſſimo Domi. Sigiſmondo
quòd in literis continebatur de curia prædicta,
potuit dicto Illuſtriſſimo Domino donari dicta
curia,& iuribus ſuis in ea renunciari.l.1.in fi.ff.
de contrahen.emptio.l.conſenſu.ff.de actio.&
oblig. Bar.in l.etiam.ff.de don.Aret.conſil.17.
29 Botr.deciſ.171.num.11. † Nec immeritò,nam
nuncius & Epiſtola iungunt conſenſum donan
tis & donatarij, qui ſine eis eſſent ſeparati, vt
30 tradit Bald.in d.l.1.in fi. † Nec quicquam pro
deſt dictis fratribus dicere, prout in dubijs, ꝙ
poſt ſubſcriptionem potuerunt pęnitere,& ab-
ſtinere à tranſmiſſione epiſtolæ, quoniam mu-
tatio voluntatis non præſumitur.l. cum hic ſta-
tus.& ibi Bart.ff. de donatio.inter virum.l.cum
tacitum.ff.de proba. Alex.conſi.113.nume.19.
31 volum.6.Natt.conſi.176.nume.5. † Immo ve-
rò perſeuerantia præſumitur in eadem volun-
tate.Cor.conſil.155.nu.3.uol.2. Et qui eam nō
mutat videtur in ea perſiſtere. Pariſ.conſil.69.
nu.36.vol.3. Nec impugnare poſſunt dicti fra-
tres perſonam Do.Traiani ſub eo velamento,
quòd vt dicunt ſolitus fuerit in eadem cauſa cō
ſulere propter pecunias ambas partes, & id ge-
32 genus: † quoniam cum ſemel eius perſonam
approbauerint,in eam excipere non poſſunt,l.
ſi quis teſtibus.& ibi Glo.Caſtr.& alii C. de te
ſtib.Quin & à veriſimili ſatis longè diſtat,quod
impingunt dicti fratres tanto uiro,† meritò di
33 citur eſſe quædam falſitatis imago. Bald. in l.1.
C.de ſer.fug.D.meus Rimi.conſi.169. nu.8.vbi
in apoſtil.poſt eum dixi. Nouit enim bene ſua
Excellentia quid ſummum Iuriſconſultum de
ceat,qualis eſt,& ab omnibus iure merito talis
reputatur.ſed quoniam non deſunt aliquando
qui de aliis obloquuntur & maledictis eos inſe
quuntur,prudenter egit Illuſtriſſimus D.Sigiſ-
mondus(vt in omnibus erat prudentiſſimus) in
finitis teſtibus mores & virtutes ipſius D.Traia
ni,& alia quæ in ipſo ſingularia & egregia repe
34 riuntur,cōprobare,† qui de bonitate ſua depo
nentes præferri debent indubitanter contrariū

dicentibus,ut per Innoc.& alios in c.auditis.de
præſumpt.Bal.in c.in noſtra.de teſtib conſ.166.
volu.2.Corn.conſi.219.col.fi.vol.1.Dec.conſi.
163.col.8.Cra.conſi.9.n.8.cōſ.75.nu.21.conſil.
145.ad fi. & conſi.151.nu.20.Supereſt de tertio
dubio loqui,quod in eo verſatur dictas literas
continere contractum innominatum donatio-
nis ob cauſam,nam dicti fratres ex eo quòd Il-
luſtriſſimus D.Sigiſmondus habeat protectio-
nem ſuam, contenti fuerunt quòd habeat cu-
35 riam, † & ita dederunt vt ille faciat, qualis
eſt contractus innominatus do, ut facias, de
quo in l.naturalis,ff.de præſcript.verſic.& pro
quo non oritur actus:nec agi poteſt ante imple
mentum l.iuriſgentium.in princip.ff.de pact.&
ibi Caſtr.Alexan.& Iaſ.poſt Angel. vbi dicit,
36 † quòd ex contractu nominato puro, eo ipſo
quòd eſt in puncto, naſcitur actio & obligatio
ex conditionali in puncto exiſtentis conditio-
nalis,licèt contrahens ſi agatur ante quàm im-
pleat,poſſit exceptione repelli,ſed in contractu
innominato licèt puro, non naſcitur actio niſi
in puncto impleti,& ita reperio quòd donatio-
nem ob cauſam contractum innominatum do,
37 ut facias appellat Natta conſi.609.nu.15. † me-
ritò licèt Illuſtriſſ.Do. Sigiſmondus obtulerit
ſe paratum protectioni dictorum fratrum, pœ-
nitere potuerunt,quia in contractibus innomi-
natis oblatio ſola non habet uim implementi,
ut tradit glo.not.quam ſequuntur.Docto.in d.
l.iuriſgentium.in fi.prin.maximè Iaſ.num.11.
& in l.ſi pecuniam.nu.7.ff.de cond.ob cauſam.
38 † Et licèt lata fuerit ſententia iuxta uotum di-
ctorum fratrum,non ſequitur id opera dicti Il-
luſtriſſimi Domini factum,cum potuerit aliun-
de contingere,ſicque probatio non concludit.
l.neque natales.C.de prob.debuit ergo proba-
re Illuſtriſſimus Do.Sigiſmondus id opera ſua
factum fuiſſe, alias literis ſibi tranſmiſſis locus
39 eſſe non poteſt contra dictos fratres. † Sed huic
obiecto reſpondetur, negando quòd hic aga-
tur de contractu innominato: ſi enim de dona-
tione agitur,ergo de contractu nominato,cum
olim & hodie eam eſſe talem communiter ſit re
ceptum,ut tenent Cyn.Bar.& Bal. in l.1. C.de
condict.ob cauſam.Barto. Angel. Caſtr. Alex.
& Iaſ.in d.l.iuriſgentium. nume.8.qui commu
nem teſtatur,ſicut & Franc.Viuius in ſuis com
munibus opi. in ver. donatio tam olim, quem
ſequitur Emanuel Suarez. in Theſauro recept.
ſentent.in uer.donatio & olim. numero 161.Et
licèt eorum plerique ſe reſtrinxerint ad dona-
tionem ſimplicem, ſecus dicentes in donatio-
ne ob cauſam ( ut hic ) quos ego cumulaui in
40 Rubric.Inſtit.de donat.nu.143.& 144. † tamen
ibidem nume.175.& 176.hoc impugnaui,con-
ſiderando donationem ob cauſam ueluti ſpe-
ciem donationis: nam licèt impropria ſit do-
natio, nominatus tamen contractus dici po-
teſt, ut ibi conſideraui. nunc addens Alexan-
drum in d. l. iuriſgentium,nume.8. ubi relata
doctrina Bart.in d.l. 2. quòd donatio ob cau-
ſam ſit contractus innominatus, quia non

eſt propriè donatio,ſubdit quòd ipſemet Bart. in l.finali.ff.de condi.ob cauſam, rectius loqui videtur,volens quòd et in donatione ob cauſam ceſſet pœnitentia,ſicut in contractibus nominatis,l.Ariſto. in prin.ff.de dona.ſentiens eã dici contractum nominatum,ſicut & Alex.qui eam cõtractũ mixtũ appellat, ſicut contractus
41 nominatus factus ob cauſam, mixtus appellatur. † Secundò reſpondetur,& ſi ageretur de cõtractu innominato,tamen cũ tendat ad liberationem Illuſtriſſimi D.Sigiſmõdi à moleſtia dictorum fratrum circa curiã prædictam,eo parato implere pro parte ſua,ceſſare debet pœnitẽtia dictorũ fratrum.l.ſi cum fundũ,ff. de pac.& ibi not. Bal.poſt Petrũ dicentẽ,ꝙ illa lex cõfundit totum mundum. Idemque notat Bal.& poſt
42 eũ Iaſ.in d.l.iuriſgẽtium. in fi.prin.†Quinimò dictus Illuſtriſſimus Dñs nõ modò ſe obtulit paratũ protectioni dictorũ fratrum, ſed id impleuit,quia facto & cõtemplatione ſua lata eſt ſnĩa propitia dictis fratribus, vt optabant,de bonis æſtimandis non licitandis,vt teſtes probant: & vbi non probarent id, eſſet de iure præſumendum,prout in ſimili q. tradit Soc.in l.2.4. & vltimo caſu,ff.de cond.& demonſt. de nauta,qui promiſit aliquem in naui ponere, & ad certũ locum deferre pro certo pretio: nam ſi non conſtat,an ille fuerit in naui poſitus,& ad locum deſtinatum deuectus,ſciente vel ignorante Nauiculario,nihilominus ſibi competit actio ex promiſſione,quia ex quo id factum reperitur, præſumitur ex præcedẽti cauſa factum,& ſic ab eo: vnde q̃a neceſſitas imminebat Illuſtriſſimo D. Sigiſmondo protegendi dictos fratres,& operã di ne bona ſua venderentur ad haſtam, idq́, poſteà factum reperitur ſnĩa ſic lata, ꝓſumi dẽt id, eius facto miniſterioque contigiſſe, ſicque concludit in hac cauſa Cepha. conſil. 271. nu. 114.
43 † tantoque magis,quia creditores inſtabant, & dictos fratres valde premebant, vt eis ſatisfieret,bonaque iure pignoris & hypothecæ ceperant,nec aliud peragendum reſtabat, q̃ ea licitare, & plus offerenti dare.l.2. C. ſi in cauſ. iud. tradit Alex. in l. à diuo Pio, §.ſi pignora,nu.11. ff.de re iud.meritò ſi lata fuit ſnĩa de bonis æſtimandis,& ad æſtimationem recipiendis,nõ aũt licitandis,certè pręſumi dẽt id factum opera atque interuentu Illuſtriſſ. Dñi, cuius auctoritati iudices uoluerunt in hac parte deferre, cum potiſſimè famæ & honori dictorum fratrum hoc conferret, & iniuriam eorũ effugeret, quæ ipſis illata fuiſſet,ſi bona ad haſtã fuiſſent vẽdita. §. 1.in fi.iunc. gl. Inſt.quibus ex cauſ.manu.nõ
44 lic.†Neque.n.opproprio is carere poteſt, cuius bona publicè vęneunt, & pro ſcribuntur.vnde Balduinus & Aldobrandinus ibi referunt vnanimiter Ciceronem in oratione pro P.Quintio dicentem,Hercule cuius bona ex edicto poſſidentur,huius omnis fama.& exiſtimatio cũ bonis ſimul poſſidentur,de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huicne perire quidẽ tacitè,obſcureq; licebit,cui magiſtri fiunt,& domini conſtituuntur,qui qua lege & qua conditione pereat pronuntiant,de quo homine præconis vox prædicat et pretium conficit, huic acerbiſſimum viuenti funus ducitur, ſi funus id habendũ,quò nõ amici cõueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores ut carnifices ad reliquias vitæ lacerandas& diſtribuẽ
45 das. † Et ut addit Aldobrand.ex Aſconio,in toga candida ſatis colligitur eum notari ſolere à Cenſoribus,cuius bona veniſſent ob ęs alienũ: ſic enim inquit loquens de Antonio.Hunc Antonium Gellius & Lentulus Conſ. ſexennio quo hæc dicerentur, Senatu mouerunt, cauſaſque ſubſcripſerunt, quòd ſocios diripuerit, ꝙ iudicium recuſauit, ꝙ propter ęris alieni magnitudinem prædia mancipauit, bonaque ſua
46 in poteſtate non haberet. † Quare conuenire uidetur eis, quorum bona licitantur, quod inquit Plini.libro 2.Epiſt. ſecunda.mala emptio ſemper ingrata eſt: eo magis quòd exprobrare ſtultitiam domino uidetur, de quo meminit ad aliud propoſitum Connanus, in cõment.iuris ciuil.libro 7.cap.14.colum.13. ſatis igitur fecit, & adimpleuit Illuſtriſſimus Do. Sigiſmondus hanc iniuriam,dedecus,& opproprium à præ-
47 dictis fratribus remouendo. † Quarto loco dicitur in dubiis epiſtolæ verba in futurum eſſe concepta ibi, *Ci contentarèmo che l'Illuſtriſſimo Signor Galeazzo,ò lei habbia la corte*, &c. quæ nullum ius reale tribuũt, ſed perſonale tantùm ad intereſſe conra dictos fratres.Iaſ.in l. bonæ fidei.nume. 3.ff. de eo quod cer.loc.Iaſ.conſ.117. volum.1.poſt Ange.conſ.184.ex forma. & alios de quibus per eum.ſed huic motiuo præter adducta per Ceph.conſil. ſuo.nume.115.cum ſequent.quæ breuitatis cauſa non recenſeo, reſponderi poteſt pluribus modis.& primò quòd illa uerba conditionaliter prolata fuerunt probatur,nam fratres dixerunt,*Supplicamo V. S. Illuſtriſſima ch'ella ſi degni hauere la protettion noſtra che ci contentarèmo che lei habbia la corte, &c.* illis enim uerbis, [che ci contentarèmo,] ſubaudiri debet,ſi dignabitur Illuſtriſſimus D. Sigiſmondus eos fouere & protegere, ſicque ſub illa conditione donarunt, & relaxarunt curiam dicto Illuſtriſſimo Domino, ſi eos fouebit. Confirmatur hoc ex literis celeberrimi D.Traiani ſcribentis in hunc modum. *Io fui pregato con molta inſtantia dal Magnifico Meſſer Lelio Piperario che portaſſi la lettera all'Illuſtriſſimo Signor Sigiſmondo con commiſſione di dirgli à nome ſuo & de fratelli che uenendo la ſententia in fauore de loro trè fratelli, che li ſuoi beni non foſſero venduti all'incanto, oltra che uoleano che la Corte del doſſo dell'inferno foſſe de ſua Signoria
48 Illuſtriſſima* &c. † Contractus ergo fuit conditionalis de relaxanda curia dicto Domino ueniente ſententia ad fauorem dictorum fratrum, hoc eſt ſi ueniret in eorum fauorem, quia ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.l. à teſtatore. ff. de conditio. & demonſtratio.& not.omnes. in Rubric. ff. ſoluto ma-
49 trimonio. † talis autem conditio non poterat dici poteſtatiua, cum penderet à facto, & volunta

volunta

voluntate iudicum, corã quibus creditores in-
ſtabant, non autem à poteſtate ipſius tantùm
Illuſtriſſimi Domini.l. . .C.de inſt.& ſub.iunc.
l.vnica.§.ſinautem ſub conditione. C.de cad.
tol.& tradit Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore. num.
341.ff.de uſuc.vnde iudicari debebatuti caſua-
lis, vel mixta, quo ſtante cum ſimus in contra-
ctu, talis conditio ſecuto implemento retrotra-
hitur ad initium contractus, & ad tempus factæ
conceſſionis ſic, ut tunc temporis Dominium
dicatur eſſe translatum, vt tradit Oldr. conſi.
139.3.dub. Alex.conſi.83.col.3.uol.2. Dec.con
ſi.247.& plenè Pariſ.conſ.11. nume.62. vol. 1.
50 † qui deinde ſubdit quòd a pari procedunt
contractum fuiſſe purè factum, vel ſub condi-
tione, ea poſtmodum purificata, l.ſi.§.Titius.&
ibi not. Ang.& alij.ff.de vulg.& pup. & plenius
confirmat Ceph. in ſuo conſi. 95. nu. 60. cum
igitur Illuſtriſſimus D. Sigiſmondus impleue-
rit conditionem, protectionem dictorum fra-
trum habendo & operando quòd ſententia
ferretur ut optabatur, ſtatim ea prolata, puri
ficata dicitur vſque à principio promiſſio dicto
rum fratrum in literis eorum contenta, domi-
niumque curiæ fuit in Illuſtriſſimum D.Sigiſ-
mondum trãslatum, meritò ſibi competit actio
realis, non autem perſonalis tantùm: quiſquis
enim Dominium ſuum rectè vendicat. Inſt. de
acti.§.1.& ita ceſſat motiuum, quod fiebat de
verbis conceptis in futurum: nam procedit, dũ
pendet conditio & expectatur euentus, ſecus
51 eo purificato.† Secundò dici poteſt, quòd licèt
illa verba *Ci contentarèmo*, concepta ſint in futu
rum, tamen obligatiua ſunt, vt poſt multos tra-
dit Rip.lib.3.reſpon.cap. 12. licèt enim ſe refe-
rant ad futurum reſpectu executionis, obliga-
tio tamen ad præſens refertur; & hanc ſenten-
tiam dicit eſſe commu. Rip. quæ licèt apud me
dubitabilis eſſe poſſet, & contrariam partem te
nuerim.in §.1.Inſt.de donat. nu. 145. cum ſeq.
vbi tenui pactum nudum, ſeu promiſſionem de
donando actionem non parere, nec in ea locũ
habere l.ſi quis argentum. C.de don.in §.fi.ta-
men vnum aliud cõcurrit in caſu noſtro, quod
me in priorem ſententiam facilè trahit: & illud
eſt quod dicti fratres in literis ſuis ſubiunxerũt
Illuſtriſſimo Domino, quòd dignaretur præſta
re plenam fidem Excellenti D. Traiano circa
ea, quæ ſuper hoc dicturus eſſet ipſi eorum no-
mine. Quod referens ipſe Do. Traianus in lite-
ris ſuis, inquit commiſſionem habuiſſe a dictis
fratribus dicendi eorum nomine dicto Illuſtriſ
ſimo Domino, *che venendo la ſententia in fauore
de loro trè fratelli, che li ſuoi beni non foſſero vendu-
ti all'incanto, eſſi fratelli voleano che la corte del
doſſo dell'inferno foſſe di ſua Signoria Illuſtriſſima:*
deinde teſtatur idem D.Traianus hoc modo vi
delicet, *& coſi preſentai la detta lettera all'Illu-
ſtriſſimo Signor Sigiſmondo referendoli quanto di ſo
pra: & ſua Signoria Illuſtriſſima accetò quãto cote
nea detta lettera, & da me gli ſu referto, & ſe exhi-
52 bi di non mancare.* † quibus ita ſtantibus con-
tractus indubitanter dicitur fuiſſe perfectus, &
obligatorius per ea quæ tradunt glo.& docto-
res in l.in vendentis.C.de contrahen. emp.vbi
dicunt quòd ſi dico, volo vendere tibi talem rẽ
pro 10.& tu dicas, volo emere, perfectus eſt cõ-
tractus & obligatorius hinc inde, quia in depen
dentibus ex ſola voluntate uerbum volo hinc
inde prolatum rem præſentem ac perfectam in
illo inſtanti ſignificat, vt ibi declarat Bal. q.5.&
ſequitur Saly. vnde pariter in caſu noſtro, ubi
Piperarij dixerunt, quòd volebant curiam eſſe
Illuſtriſſimi Domini, & ille id acceptauit, dici
debet contractum fuiſſe perfectum & obligato
rium ex parte dictorum fratrum de Piperarijs.
53 † Accedit quòd dicti fratres dixerunt illa uer
ba, *Ci contentarèmo*, &c. Dominus verò Traia-
nus alia ſupra relata, eorum nuncius, qui uicem
gerit Epiſtolæ, diciturque velut Pica, & orga-
num. voxque domini mittentis ipſum, ut decla
rat Specul.de procu.§.ut autem. Soc.Iu.conſi.
54 27.col.1.vol.2. † Vnde velut geminata pare
re debent obligationem, prout de pacto nudo,
ſeu promiſſione facta pacto nudo tradunt do-
ctores in Rub ff.de uer.oblig.ubi Iaſ.nu.10.&
55 latius Soc.iu.conſ.31.nu.6.vol.1.† Confirma-
tur, nam dicti fratres contenti fuerunt, quòd Il
luſtriſſ. D.habeat curiam: quod uerbũ habeat,
verificatur etiam in Dominio. Caſtr.in l.ſtipu-
latio iſta §.ſi quis fortè.ff.de uer. obl. tantoque
magis quia ſubiunxerunt in dictis literis, *& del
la reſtitutione delli danari, chè ha hauuti, & delli
megliora menti, la rimettemo in petto de V. S. Illu-
ſtriſſima*. hinc enim colligitur eorum intentio,
quòd dominium dictę curiæ, nedum poſſeſſio
foret Illuſtriſſimi Domini Sigiſmondi: remiſſo
tamen in pectore ſuo, nũquid pecuniæ ſolutæ
cum melioramẽtis eſſent reſtituendæ, ne ſimul
56 utroque priuarẽtur.† Addo quòd D.Traianus
nomine dictorum fratrum retulit Illuſtriſſimo
Domino, quòd volebant curiam prædictam
illius eſſe: qui genitiuus de proprietate ſermo-
nis denotat Dominium, prout notãt omnes in
Rubr.ff.de ope.no.nunc. vnde patet ex his om
nibus ceſſare, quæ dicuntur de actione perſo-
nali, ſtante Dominio quæſito Illuſtriſſimo D.
57 Sigiſmõdo.† Quintò dubitatur quòd hæc do-
natio curiæ, velut excedens 500. aureos, & nõ
inſinuata, non valeat, licèt ob cauſam futurorũ
meritorum celebrata, vt per Tiraq.in l.ſi um-
quam. verbo, donatione largitus.nu. 93.C.de
reuo.dona.cui motiuo reſpondeo contrarium
uerius eſſe; ſic enim tenet Bar.in l. Aquilius.&
poſt eum Cuma.& Imol.ff. de dona. licèt Imo-
lam citet in contrarium Tiraquellus, & malè.
idemque tenet Gãuarius. in trac. inſinu.q.45.
Iaſ.conſi.154.col.pe.uol.2. Aret.conſ.1.& con
ſi.17.col.2.& alij, quos in hac cauſa citat Ceph.
in ſuo conſi.272.nu.130. quibus & alios addit
Portius Imolenſ. in ſuis Regulis, & commun.
58 opi.regula 40.limit.14.† hancque ſententiam
probat Tiraquel.loco citato, quia licèt uerbum
remunerandi, habeat vim & ſignificationem re
tro munerãdi, vt de uerbo reddendi ſcribitur:
negari tñ non põt quin huiuſmodi donatio ſit
onerosa

oneroſa, ſiue ob cauſam, in qua ex crebriori do
ctorum ſententia non requiritur inſinuatio.
59 † & hanc opi. pariter aliàs ego comprobaui. in
§. 1. Inſtit. de dona. nu. 482. cum enim merita de
futuro reſpiciant commodum donantis, iam ip
ſe nõ mouetur ex mera liberalitate, ſed propter
lucrum quod ſperat: ideo non dicitur vera do-
natio, & ob id inſinuatio non eſt neceſſaria: tan
toque magis præualere debet hæc opi. tum quia
plurium numero vincit contrariæ ſectatores,
60 † cum quia pro ea ſtat Bartolus, pater iuris, ut in-
quit Are. conſi. 155. in fin. Aquenſ. in l. ut vim.
col. pe. ff. de iuſt. & iu. omniumque magiſter &
magis expertus, vt per Ang. Aret. in §. fi. col. 3.
Inſt. de pupil. ſubſt. & lucerna iuris ſecundum
Abb. in c. cum nobis. col. pe. de præſcri. & cum
quo ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis. Rom. conſi.
469. in fi. Boer. conſ. 4. nu. 11. Soc. conſi. 265. co
lum. 4. vol. 2. Cur. conſi. 48. col. 4. at negari nõ
poteſt beneficium fuiſſe maximum, quod ſpera
bant dicti fratres ab Illuſtriſſimo Domino Si-
giſmondo, & poſteà conſecuti ſunt ab eo de bo
nis ad haſtam non uenditis per dicta ſuperius
61 nu. 60. & in ſequenti dubio dicetur. † Et adeò
fuit immenſum beneficium prædictum, quòd
ſuperauit curiam donatam, nedum quòd illi
fuerit æquiualens. quid enim magis curare de-
buerunt dicti fratres, quàm famam & honorem
62 ſuum? certè nihil: † nam quando agitur de fa-
ma, uidetur agi de eo quod afficit perſonam. l.
cognitionum. ff. de uar. & extraor. cog. quæ cæ-
teris rebus eſt nobilior. l. iuſtiſſimè. ff. de ædil.
63 edicto. † Et periculum infamiæ æquiparatur
periculo uitæ. l. iuxta. in prin. iunc. glo. ff. de ma
nu. vind. et ſic uidetur agi de maiori præiudicio
quàm pecuniario. vnde maioris eſt importantię
quàm ſit quodcumque damnum pecuniarium,
arg. l. in ſeruorum. ff. de pęn. ita conſiderat Alr.
in l. 3. col. 4. ſub nu. 13. ff. de iureiu. Rui. conſi.
64 149. nu. 26. vol. 5. † & ut inquit Paris de Puteo
in tract. de re mil. §. miles. nu. 7. infamia tamquã
mors eſt euitanda, quare cum Illuſtriſſimus D.
Sigiſmondus dictis fratribus honorem ac famã
illæſam conſeruauerit, & ab eis infamiam repu-
lerit, æquiualens ſanè beneficium, quin & ex
cedens rem donatam contulit in dictos fratres:
65 † & ob id eorum donatio non requirebat in-
ſinuationem, cum nihil excederet id beneficiũ,
ſecũdum Imol. & alios in l. Aquilius. ff. de do-
na. Guil. & Sal. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccl.
Rip. lib. 3. de don. & gra. reuo. in l. ſi vmquam.
q. 14. plures allegans. Alex. cõſi. 21. vol. 3. Soc.
conſ. 91. 5. col. vol 1. & infinitos adduxi. Inſt. de
dona. in prin. nu. 129. quos breuitatis cauſa non
66 recenſeo. † Quinimmo dato quòd dicta Cu-
ria exceſſiſſet in aliquo merita Illuſtuſtriſſimi
Do. Sigiſmondi, dicerem tamen adhuc dictam
donationem ſuſtineri, uelut omnino remunera
toriam Heſiodi teſtimonio dicentis, Quæ acce
peris beneficia, ea reddenda ſunt eadem men-
ſura, & melius, ſi poſſis. vtque Tulius repetit Of
fi. libr. 1. agros fertiles immitari debemus, qui
multo plus afferunt, quam acceperunt, quæ &
plura id genus poſui loco mox citato, nu. 118.
67 † Secundò poteſt etiam reſponderi, quòd iſta
donatio uelut in principem facta. inſinuatione
non indiget. auth. item a priuatis. C. de dona.
Marti. Laud. in tract. de priu. q. 293. etiam ſi ſu-
periorem recognoſcat. Reſta. in tract. de Impe-
rat. q. 110. col 8. ver. 73. & ſicut Andr. Sic. in ad-
di. Bal. in l. ſancimus. C. de don. dicit ſe conſu-
luiſſe donationem factã per Marchionem Mã-
tuæ valuiſſe ſine inſinuatione, & Bal. cõſi. 300.
vol. 2. in nouis. factã à Domino de Vrſinis, quos
ſequor in §. 1. Inſt. de don. nu. 452. & ſequenti.
ita hæc donatio facta Illuſtriſſimo D. Sigiſmon
do ex Marchionibus de Gonzaga valere de-
68 bet, licèt ſine inſinuatione facta. † Tertiò non
prætereo quòd dicta donatio fuit conditiona-
lis, ſi Illuſtriſſ. D. Sigiſmondus haberet prote-
ctionem dictorum fratrum, ſicque diſſolui po-
terat in defectum dictæ conditionis, meritò ue
lut impropria donatio inſinuationem non re-
quirit. Alex. conſ. 53. colum. pe. uol. 3. & aper-
tius Alba. conſi. 4. nu. 29. quibus addo Signor.
69 conſi. 8. quæſtio proponitur. † ubi uult quòd
ſtante ſtatuto quòd nulla donatio inter uiuos
ualeat, niſi inſinuata coram magiſtratibus, &
præſentibus quinque teſtibus, non habet locũ
ſtatutum niſi in pura, mera, & ſimplici, ac irre-
uocabili donatione, nõ autem in ea quæ reuo-
cari poſſit cauſa non ſecuta: & quæ ſit facta ob
70 cauſam. ſequitur Natta cõſ. 609. nu. 20. † Vnde
quia non ſecuta protectione Illuſtriſſimi Do.
propter quam fratres donauerant, reuocanda
erat donatio ob cauſam non ſecutam. l. 1. C. de
donat. quæ ſub modo. declarat Alex. in l. iuriſ.
gentium. in princ. nume. 8. ff. de pact. ſequitur
in ea non fuiſſe neceſſariam Inſinuationem,
71 & ita reſoluitur quintum dubium. † Sex-
tum ſuccedit dubium quòd promiſſio dicto-
rum fratrum velut ex turpi cauſa facta nulla
ſit. l. generaliter. ff. de uer. obl. at ex turpi cauſa
videntur Piperarij feciſſe promiſſionẽ Illuſtriſ-
ſimo D. Sigiſmondo, videlicet ut pro ipſis fer-
retur ſententia iuſtè, vel iniuſtè. l. 2. §. ſed & ſi.
iuncta l. ſeq. ff. de cond. ob tur. cauſam. nõ enim
iuſtitia uendenda eſt. 11. q. 3. c. non licèt, & 14.
q. 5. c. non ſanè. quinimmo ſolis precibus ſen-
tẽtia dicitur lata per ſordes. gl. in c. 1. de re iud.
72 in 6. † Pro cuius dubij ſolutione conſideran-
dum eſt quod dixi ſupra de opprobrio, quod
incurrit ille cuius bona publicè uæneunt, &
præter ibi dicta num. 60. cum ſeq. addo Iaſ. in l.
cunctos populos. lect. 2. nu. 44. C. de ſacroſanct.
eccl. Dec. conſ. 530. col. 1. dicentes, quod infa-
mis infamia facti dicitur quis, quando eius opi
nio grauatur apud graues viros; quod contin-
73 git in iſtis, quorum bona licitantur. † Vt enim
declarat Bal. conſ. 382. in fi. & cõſ. 400. nume. 3.
vol. 5. falliti ſunt infames, & infamiſſimi, & mo
re antiquiſſimæ legis deberent tradi creditori-
bus laniandi, adeo quòd propter dolum ſuum
non videntur beneficiũ ceſſionis habere, quod
eſt ſubſidium miſerorum, ſed non præſidium
doloſorum, facileſque ſunt ad mentiendum, &
collu-

colludendum: & a communiter accidentibus, ſalliti ſunt deceptores & fraudatores: præſumiturq; omnibus ineſſe quod omnibus eſt cõmune, nec excuſantur ob aduerſam fortunã: & decoctor, ergo fraudator: ſic enim lex vocat eos, vnde edictum fraudatorium. ita Bal. ibi, quem refert & probat Caccial in trac. de debi. ſuſ. & fug. q. 1. nu. 13. Boer. dec. 215. Pariſ. conſi. 94. nu.
74 10. vol. 1. † Quibus accedit Valer. Max. de varie. cauſa. de Craſſo diuite nuncupato, ſic loquens, Quid Craſſo pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit, ſi eidẽ poſtea inopia turpẽ decoctoris ſuperlationem immiſit? Si quidem bona eius à creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, venierunt, itaque amara ſigillatione non caruit, cum egens ambularet, qui di-
75 ues ab occurrentibus ſalutabatur. † Sed & Cicero in ſecũdo Philip. pro Quintio dicit certum locum ex lege Roſcia decoctoribus eſſe cõſtitutum, & quodammodo digito monſtrarentur. & plenius de his tradit Benuenu. Stracca, in tract. de Mercatura. tit. de decoctoribus, in 3. par. vbi reaſſumit verba Baldi in conſilijs ſupra citatis, eaque ſigillatim declarat, vt ibi per eũ, quod non eſt operæ pretium replicare, ſed ad caſum noſtrum inferendo tantùm concludo ꝙ ſi Illuſtriſſimus D. Sigiſmondus opem tulit dictis fratribus, ne decoquendo ſic macularentur, & honoris iacturam facerent, & ob id fratres ei curiam remiſerunt, non video quid tur-
76 pitudinis hinc inde coniecturari poſſit: † Immo verò ſicut ſi promitto tibi centum ſi homicidium fecero, valet promiſſio, quia per eam retrahor à maleficio perpetrando. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de uer. obl. ſicque tenent Cuma. Alex. & Iaſ. in l. ſi plagij. ff. eo. pari modo promiſſio dictorum fratrum valere debet, per quam retrahebantur à nota, & honorem ſuum conſer-
77 uabant. † Et ſicut ex parte dictorum fratrum ceſſat turpitudo, pariter ex parte Illuſtriſſimi D. Sigiſmundi eis ſuccurrendo & protectionẽ ſuam ſumendo, quoniam opem egenti noſtro auxilio ferre omnes homines & naturaliter optamus, iureque naturæ debemus, & etiam iure poſitiuo et Dec. & Cagn. docent in l. culpa ca-
78 ret. ff. de reg. iu. † Hinc videmus naturaliter, quòd ſi quæcumque auicula cum patiatur, reliquę eiuſdem ſpeciei auiculæ præſtò adſunt comitantes, condolentes, auxiliumque ſuum veluti pollicentes, & ſi ad id etiam ualent re ipſa
79 præſtantes. † Et Cicero lib. 1. offi. ſcriptum reliquit homines hominum cauſa generatos eſſe, ut ipſi inter ſe, alij alijs prodeſſe poſſent. Imò verò ſicut hoc facere laudatur, ab eo ſe continere damnatur, nam cum cognationem quãdam inter nos natura conſtituit, hominem homini periclitanti, iniuriamve patienti, non ſubuenire indecorum, inhumanum, & impium eſt. l. vt uim.
80 ff. de iuſt. & iu. † & ut ait Cicero libr. 1. Offic. qui alios non defendunt, nec obſiſtunt, ſi poſſunt, iniuriæ alijs inferendæ, tam ſunt in uitio quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſe-
81 rant. † Statque faceta fabella de boue & camelo à Plutarcho relata Apoph. lib. 8. & lib. de tuenda valetudine. Bos ſub onere deficiens rogauit camelum conſeruum, & ſe oneris parte recepta ſubleuaret, cui recuſanti, bos immo (inquit) & me ipſum, & hæc omnia portabis, id quod effectum eſt mortuo boue. Quo exemplo læpidè monemur nõ ſolũ homines hoĩbus auxiliari iure naturæ debitum eſſe, ſed etiã periculoſum in tali officio deficere futurum tam ipſis, qui debito auxilio carent, quam ipſis opem, auxiliumque debitum denegantibus, quibus prę terea eſt, ſemperque fuit turpe & indecorum. vnde Ouid. lib. 13. Metam. ſic elegãter canebat,

[ *En eget auxilio, qui non tulit: utq; reliquit;*
*Sic linquendus erit; legem ſibi dixerat ipſe.* ]

Et hæc & plura, quo quis alteri proſit, congerit Ferdi. Vaſquius controuerſiarum lib. 1. cap. 21.
82 nu. 29. & ſequentibus: † Sed & ex parte iudicũ coram quibus inſtabant creditores dictorum fratrum, quòd eorum bona venderentur ad haſtam, nulla fuit turpitudo, ſi precibus & auctoritate Illuſtriſſimi Do. Sigiſmondi moti ac inclinati determinauerint bona dictorum fratrum non licitari, ſed per peritos æſtimatores uendi: nam clarum eſt pignus in cauſam iudicati tribus modis vendi poſſe, per iudicem, per executores, & ſic ad haſtam: uel per creditores auctoritate ſibi per iudicem data, quod per æſtimatores expeditur. Bald. in l. 2. C. ſi in cauſa iud. Ang. & Imol. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. & ſicut illa venditio per haſtam undiq; damnoſa eſt & honori, & commodo pecuniario, ſic altera per æſtimatores vtrunque repa-
83 rat & conſeruat: † quòd ergo iudices hanc viã minus præiudicialem omnibus elegerint, bene fecerunt ac etiam nõ rogati facere debuiſſent, quia ſemper eligere debẽt partem partibus minus oneroſam, vt tradunt Caſt. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis cau. Dec. conſ. 49. conſ. 439. conſil. 524. Dec. Neap. 373. in fi. D. meus Rimi. conſi. 90. nu. 17. & ita quacumque ex parte rem conſideremus, ceſſat turpitudo quæ pro dubio deducebatur ad annihilandam promiſſionem dicto-
84 rum fratrum: & ob id ea omnino valuit. † Septimo loco refricantur in dubium iura fideicõmiſſi, quibus etiam nititur Illuſtriſſ. D. Sigiſmõdus: nam cum iſta curia ſit feudũ, & præſumatur antiquum velut iam diu poſſeſſum per Illuſtriſſimam familiam Gonzagorum, ut per. Bal. per illum tex. in c. 1. ſi de feu. fu. content. Alex. conſi. 15. nu. 6. 7. vol. 5. Dec. conſi. 395. numer. 1. Bello. conſ. 33. numer. 1. Bal. cõſ. 310. Ad euidẽtiam vol. 3. Alex. cõſ. 10. vol. 3. Natta conſ. 634.
85 col. 1. † & ob id non potuiſſet de illo expreſſe teſtari. c. 1. §. donare. qual. olim feudum. c. 1. §. 1. de prohi. feu. alie. per Fed. & utrobique not. doctores. Bapt. de S. Blaſio, in trac. feud. 30. different. Soc. iun. conſi. 160. nu. 41. vol. 2. Cur. Iuni. in tract. de feud. 4. par. q. pen. Ia. de Leon. cõ-
86 ſi. 114. nu. 528. inter conſilia Bruni. † Pari modo non eſt credendum quòd ſub verbis generalibus voluerit Illuſtriſſimus D. Ioannes Gonzaga de illo diſponere, iux. doctrinam Bar. in l.

ſi quis ſub conditione.ff.de condi.inſtitu.Bald. in l.fina.§. in computatione, & ibi Andr. Sicul. in additio. C. de iure delib. Luc. de pen. in l.fi. C. de exac. tri. lib. 10. Dec. in c. 1. lectu. 2. in gloſſ. ab omnibus. de conſtitut.conſ.504. colum. 1. Gra.conſ.106.nume. 6. cum ſimilib.
87 † Quibus non obſtantibus mihi longè ſecus dicendum uidetur: aut enim dicimus vt mihi ſupponitur, quòd hoc feudum fuerit cõceſſum pro ſe & hæredibus, quo caſu dicitur hæreditarium, vt tradit Andr. de Iſer. in c. 1. in princ. & in §. hoc quoque.de ſuc.feu.Alex.conſ. 10.col. 4.conſ.55.vol.3.conſi. 26.col.2.vol.5.Dec.conſi.208.nu.7.conſi.395.nu. 4. Campeg. conſi. 2. nu.14.inter cõſilia Bru.Cur.Iu.conſ. 1. nu.12. Goz.conſ.4.nu.10.Iaſ.in prælu.feu.nu.46.Lofre.abundè conſi.1.Pariſ.cõſ.106.nu. 21. uol.1.
88 † & tunc Illuſtriſſimus D.teſtator de illo potuit teſtari, & in teſtamento diſponere ſecundũ Alex.conſ.19.conſi.28.col. pen.vol.5.Câpe.d. conſ.2.col.4.conſi.11. nu.8. Dec. conſ. 208.nu. 8.conſi.390.nu.5.Cur.Iu.in trac.feud. 4. part. nu.132.Iaſ.in l.2.nu.113. C.de iure emph. Par.
89 conſi.1.col.2. conſ. 106. col. 4. vol. 1. † dicitur autem diſpoſuiſſe de dicto feudo, inſtituendo ſuos hæredes vniuerſales filios ſuos in omnib. ſuis bonis cum ampla ſubſtitutione & prohibitione alienationis omnium & quorumcumque bonorum, nam ſub dictis uerbis uniuerſalibus & geminatis etiam feuda comprehenduntur, ut tradit Cor.conſi.321.in fi. uol. 4. Iaſ.conſi. 124.vol.4. Afflict.in c.1.§. in generali. nu.21.& 55.ſi de feu.fu.contro. Dec.conſi.389.nu.11. Tiraque.de vtro.ret.tit.de retr.lina.§.1.gl.2.nu.8.
90 Rui.conſi.25.nu.6.vol.1. † Et tale feudum hęreditarium uenit in reſtitutione fideicommiſſi, quoniam fideicommiſſarius eſt de perſonis ad quas poterat dictum feudum tranſire, ut tradit Io. And.in addi. Spec. tit. de loca. §. nunc.aliqua.in addi.incip.Quęſtio non eſſet dubia.Bal. in l.cum virum.col.fi.C.de fideico. Alex.in l.ſi patroni.col pe.ff.ad Treb.conſi.19.col.2.vol.5. Rui.conſi. 1.nu.13.conſi.8.nu.18.eo. vol.conſ. 171.nu.15.vol.2.Bru.conſi.39.nume.9.Cur.Iu. cõſ.1.nu.13.in trac.de feu.4.par.nu.123.talis autem eſt.Illuſtriſſ. D. Sigiſmondus ſolus ſuperſtes ex deſcendentibus teſtatoris excepto Illuſtriſſimo D.Galeatio, qui dictam curiam uen-
91 didit. † Quare iure fideicommiſſi debet admitti ad reuocationem illius, licèt adhuc viuente Illuſtriſſimo D. Galeatio nam licet, aliàs quando res non ſunt prohibitæ expreſsè alienari per teſtatorem, ſed ſubeſt tantùm prohibitio legalis, ut in auth.res quæ.C. communia de leg.& in l. Marcellus §. resque. ff. ad Treb.ualeat interim alienatio facta pendente conditione fideicommiſſi, eaque demum reſoluatur eueniente cõditione per mortem grauati.l.fi.§.ſin
92 autem ſub conditione.C.com.de leg. † tamen quando res ſunt ſubiectæ reſtitutioni ſub conditione, & vlterius prohibitæ ſunt expreſſè alienari, tunc quia concurrit duplex prohibibitio, ſcilicèt legalis & teſtatoris, ſtatim a principio alienatio eſt nulla, & illi ad quos debebant deuenire ſub conditione, ſtatim admittũtur ad reuocandum, fideicommiſſumque fit purum, vbi primò erat conditionale, nec expectatur mors ipſius prohibiti a quo facta fuit alienatio, ita glo. in l.cum pater.§.libertis ff. de leg.2. Caſ. in l.filiusfam.§.diui.nume. 7. ff.de leg.1.& poſt eũ Ferd. Loaz. nu.55.Cro.nu.36.Rip.nu.
93 11.paſſimque docto, ut teſtatur.Ferd. † Quod confirmatur ex alia concluſione, nam ſi bona grauati fideicommiſſo publicentur, fiſcus ea cõſequitur, & illorum commodum habet viuente grauato.l.ſtatius Florus.§. Cornelio Felici.
94 ff. de iure fi. † tamen ſecus eſt quando teſtator expreſſè prohibuit alienationem bonorũ, quia illa nullo tempore tranſibunt in fiſcum.l.Imperator.& ibi Bar. ff. de fidei. lib.Alexand.conſi. 23.vol.1.repetito conſ.88.volum.3.& eſt communis ſecundum Rube.conſi.154.nu.2.ſequitur Rip.in d.§.diui.nume.47.Ambro.de Opiz. nu.30.Cro.nu.36.Iaſon.Leo.2.col.1. Ferd.nu. 55.& Soc.Iu.nume. 39. qui dicit ita tenendum quicquid dixerint ibi Caſt.& Rui.adducitque Rom.& alios in l. ſi finita. §.ſi de vectigalibus. ff.de dam.inf.Soc.conſi.121.col.4.uol.4. Dec. conſi.442.col.5.& Cur.Iu.conſi.120. qui dicit
95 eſſe commu. † Aut uerò dicere volumus quòd hoc feudum paternum ſit & antiquum prout in dubijs dicitur, & cum conſuetudo Mantuæ, vigeat quòd in præiudicium vocatorum uaſallus paſſim valeat alienare feudum cum conſenſu domini, quam ualere tradit Bald.conſi. 185. quidam nobilis.vol.1.in anti. Dec.conſil. 208. nu.9.conſi.169.nu.8 Silua. conſi.15. nu.41.& de illa teſtatur in ſpecie Dec.conſil. 586. nu.4. Cur.Iu.cõſi.26.nu.7.ſicut de alia Galliæ Ioa. Fab.in §. item Seruiana. Inſt.de act.Petr.Reb. in tract. ſuo, circa arborem feudorum, col.4. ver.5.feudum.Zaſ.in tract.feu.9.par.nume.25.
96 & Dec. locis citatis. † vtique non video cur de tali feudo non potuerit in teſtamento diſponi: nam ad decidendas cauſas feudales potiſſimùm, & in primis attendi debet conſuetudo loci vbi eſt feudum, nam talis conſuetudo legẽ vincit, & omnes alias conſuetudines traditas in vſibus feudorum. c.1.& ibi gloſſ. & omnes de
97 feu.cog. † Nec mirum, quia tale ius feudale, quæſitum fuit cõſuetudine, Bart.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.lib.& in l.de quibus. col.5.ff.de legi.potius enim natura feudi à conſuetudine, quàm iure ſcripto regulatur. cap. 1. de ſuc.feud. Cuma.conſi.163. Corn.conſi.97.
98 col.6. uol.1.Gui.Pap.conſi.18.num.8. † ideo conſuetudines feudales contraria conſuetudine loci tolli poſſunt.Bal.& alii in l.2. in princ. ff.de vul.& pup.Dec.conſ.39.Par.conſi.13.nu. 19. 20. vol. 1. & propterea tandem dici poteſt, quòd ſtante dicta conſuetudine Illuſtriſſ.D. Io annes potuerit teſtari de dicto feudo ſecũdum Bal.in c.1.q.pe.de ſuc. feu. Iaſ. in l. de quibus.
99 nu.55.ff.de legi. Par.loco citato num.22.† Nec me mouet quod in dubiis ſubiicitur talem conſuetudinem reſtrictã eſſe ad alienationem per

con-

contractum & inter viuos,vnde ad vltimam vo
luntatem non debet extendi,ut in ſpecie tradit
100 Natta conſ.502.nu.38. † poſt Bal.in c. Impe-
rialem. col.4.ver.quæro ſi vaſallo.de prob. feu.
ali. ꝑ Fed. vbi vult quod ſi dñs cōcedit vaſallo,
vt poſſit alienare feudum,non poterit illud do-
101 nare cauſa mortis. † & Oldra. conſi. 237.per
lectis. vbi tenet quòd conſuetudo diuidendi
feuda regalia per contractum inter viuos, non
trahatur ad diuiſionem quæ fieret in teſtamen
to per patrē inter filios: quoniam prout in hac
cauſa dicit Ceph.d.conſi.272.num.138.ſi quid
alienari poteſt per viam contractus, eſſet inhu-
manum, ſi etiam per viam vltimæ voluntatis
102 non poſſet. † Et ſi id procedit in diſpoſitione
legis ſic argumentantis.l.3.C.de iure dot.Inſt.
de leg.Fuſ.Ca.cir. ſi.pariter procedere debet ī
diſpoſitione conſuetudinis.l. ſi de interpreta-
103 tione.ff.de legib.§.conſtat.Inſt.de iure nat.† id
que præter eum confirmatur, nam ſatis dicitur
alienatio,quę fit per teſtamentum.l.ſi quis prio
ris.in fin.C.de ſecund.nupt.per quam ſic tenet
Bar.in auth.res quæ col.2.ſub nu.5.C.commu-
nia de leg.& quia cum talis conſuetudo tribuat
104 liberam facultatem alienandi feudum, † re-
ducit nos ad regulam communem, quòd in re
ſua quilibet eſt moderator,& arbiter.l.in re mā
data.C.mand.l.2.ff.ſi quis a par.manum.ſit.me
ritò tali caſu dicta conſuetudo uidetur fauora-
bilis,& latè debet interpretari per Glo. in c.ſta
tutum.in ver.numerandum.de præbend. in 6.
Alex.& Rip.in l.ſi conſtante.ff.ſolu mat.Iaſ.in
auth.quas actiones.C.de ſacroſanc.eccl.nume.
24.ſicque Dec.argumentatur conſi.586.nu.10.
105 † vnde talis conſuetudo alienandi feudum de
bet intelligi tam per ultimam voluntatem,quā
per contractum: ſicque concludit in terminis
Alba.conſi.61.nu.7.citans Decium conſi. 269.
nume.8.qui ſubtiliter conſiderandò hoc tenet:
nam conſuluit Illuſtriſſimo Do. Marchioni de
Trans in Gallia,quòd diſponatur de bonis feu
dalibus in teſtamento ſtante ibi conſuetudine
alienandi feuda. ſentit igitur illam conſuetudi-
nem locum habere pariter in alienatione per
vltimam voluntatem, ſicut per contractum.
106 † & quæ tradit Natta poſt Bal. & Oldra.tollū
tur vno verbo, quia procedunt in conſuetudi-
ne alienandi feudum per contractum,& ſic re-
ſtricta & limitata ad contractum, quæ locum
non habet in facta per vltimam voluntatem,
quia verba contraxerunt, ad ius teſtandi non
pertinent.l.verba contraxerunt.ff. de uer.ſign.
Nec me rurſus angit quod poſtremò dicitur cō
ſuetudinem prædictam ſemper requirere con-
ſenſum domini feudi: at teſtamentum Illuſtriſ-
ſimi D.Ioannis conditum fuit abſque conſen-
ſu Reuerendiſſimi Epiſcopi,domini dicti feudi,
107 ergo nulliter. † quoniam cum præter an-
nos 50.cōdictum fuerit id teſtamentum,ſolen-
nitas conſenſus ex antiquitate temporis præſu
mitur interueniſſe.c.peruenit & ibi Gl.& doct.
de empt.& ven. not.Fel.poſt alios.in c.ſicut de
re iud.Iaſ.Alex.C rot.& omnes in l. ſciendum.
ff.de uerb.obl.qui communem teſtantur,& in
alienatione bonorum Eccleſiæ de qua agitur,
108 tradit Anch.conſi.135.ex conſilijs, † dicens
quòd ex curſu 30. annorum tollitur omne vi-
tium & defectus,qui allegari poſſit.ſequitur A-
lex.conſi.79.uol.1.Dec.conſi.36.col.5.cōſ.409.
col.1.Goz.conſi.11.nu. 11.tantoque magis hoc
dici debet in caſu noſtro,nam cum conſuetudo
Mantuæ permittat alienationem feudi cum cō
ſenſu domini,non eſt ueriſimile quod Illuſtriſ.
D.teſtator deuenerit ad hāc alienatiouem per
ultimam uoluntatem ſine conſenſu domini: ſic
enim actum nullum feciſſet,quod non præſumi
tur.l.quotiens.ff.de reb.du.ſed potius eum re-
quiſiuiſſe pro actus ualiditate, præſumi debet.
109 † Præſumitur enim quid in actu præceſſiſſe,
quando quis ueriſimiliter illum non feciſſet ſi-
ne eo,vt tradunt domini de Rot.dec.3.de cau-
ſa poſſ.in antiq.Fel.in d.c.ſicut. Dec.d.conſ.36.
110 & Cra.in trac.de antiq.temp.2.par.nu 63. † &
licèt Illuſtriſſimus D.teſtator uirtute dictæ con
ſuetudinis potuerit de dicto feudo diſponere,
non tamen idem iuris habuit Illuſtriſſimus D.
Galeatius eiuſdem conſuetudinis uigore,ſtan-
te nedum legis prohibitione alienandi feuda,
uerum & iniuncta ſibi per teſtatorem, nam ex
dicto concurſu legis & teſtatoris prohibitio for
tior redditur, ita quòd alienatio, quæ aliàs in
quibuſdam caſibus fieri permittitur, non obſtā
te iuris diſpoſitione, nullo modo fieri poteſt,
quando concurrit etiam prohibitio teſtatoris,
ut not.glo.in c. verum. de cond. appo. Imol. &
Alex.in l.filiusfamilias.§.diui.col.1. ff. de leg.1.
vbi pariter Iaſ.nu.22.moti per tex. in §.Sanctiſ
ſimas.in Auth.de alie.& emph.ubi res eccleſia-
rum,quæ aliàs poſſunt alienari pro redemptio-
ne captiuorum, ſi ſint prohibitæ alienari a te-
ſtatore,nō poterunt etiam alienari in eum ca-
111 ſum pium, † quia duo uincula debent magis
ligare quàm unum.auth.itaque.C.communia
de ſuc.c.1. de treu.& pac. ſequitur Dec.conſil.
403.nu.12.Rui.conſi.34.nu.2.conſi.195.num.
6.conſi.212.nu.4.uol.1.& latè Alex.in l.quidā.
§.fi.ff.ad Treb.ubi nu.3.ponit caſum de feudo
112 poſt Bal.in c.1.§.prætereà.de capi. Corr. † di-
centem quòd licèt uaſallus poſſit feudum ſibi
datum alteri infeudare,non obſtante quòd de
iure uaſallus prohibeatur alienare feudum,ta-
men ſi dominus expreſſe in conceſſione feudi
prohibuit alienationem uaſallo, non poterit il
lud infeudare, quia duplex prohibitio, legalis
& hominis,fortius operatur quàm una tantùm.
ſequitur Hoſtien.in Summa,de feud.§.final. &
plura de prohibitione geminata. quæ fortius
operatur,tradit Ceph.conſi.296.col.5.quæ nō
ſunt repetenda,ne conſilium creſcat in immen
ſum,ſed ſatis ſit demonſtraſſe conſuetudinem
prædictam non opitulari Illuſtriſſimo Do.Ga-
leatio contra legis,& hominis prohibitionem:
meritò uigore fideicommiſſi pertinet hæc cu-
113 ria ad Illuſtriſſimum D.Sigiſmondum. † Octa
uò dicitur alienationem dictæ curiæ defendi
poſſe reſpectu legitimæ & trebellianicæ com-
peten-

petentis Illuſtriſſimo D. Galeatio in bonis paternis, nam filius ſub cōditione grauatus poteſt detrahere duas quartas legitimam & trebellianicam, prout not. in c. Raynutius. de teſta. ubi nouiſſimè Bero. num. 149. communem teſtatur. glo. Bar. & Ang. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoſ. teſ. latè Alex. in l. in ratione. §. ꝙ vulgò. ff. ad leg. fal. & in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. conſi. 26. col. fi. volum. 1. conſi. 141. circa primam. col. 5. vol. 2. conſi. 3. colum. fi. vol. 3. conſi. 65. vol. 4. conſi. 250. nu. 3. vol. 6.
114 † vbi dicit quòd eſt opin. magis communiter approbata in iudicando & conſulendo. Idemque latè tenet Dec. conſi. 55. col. 5. conſi. 236. nume. 4. conſi. 238. col. fina. conſi. 320. nume. 3. conſi. 419. in prin. Dec. Neap. 367. nu. 4. Ruin. conſi. 143. nu. 12. vol. 2. Pariſ. conſi. 25. num. 30. vol. 2. Cor. conſi. 104. nu. 4. vol. 4. Iaſ. conſi. 43. col. pe. vol. 3. Goz. conſi. 164. nu. 24. Aret. conſi. 27. nume. 2. & latè Soc. iu. conſi. 131. nume. 59.
115 † qui dicit quòd per totum mundum ſeruatur, vt euangelium. conſi. 132. colum. 1. conſi. 137. nu. 7. vol. 1. vbi quòd ita fuit iudicatum Veronæ. & conſi. 170. nu. 22. vol. 2. vbi concludit, quòd eſt hodie communis & indubitata ſaltem in uia deciſiua, & vbique ſeruatur in practica.
116 † Idemque tenet Cagnol. in d. §. meminiſſe. poſt Ang. & alios dicens quòd eſt opi. æqua, & benignior, in ſcolis & palatijs approbata ex generali conſuetudine, etiam in terris Imperij, &
117 per totum mundum obſeruata. † Et ſicut Illuſtriſſimus D. Galeatius non potuiſſet in legitima grauari. l. quoniā in prioribus. C. de inoff. teſt. pari modo nec in trebellianica: quoniam filiis primi gradus ea prohiberi non poteſt, vt infiniti propemodum tenuerunt, quos referre & cumulare longum eſſet: ſed plures congerit
118 Iaſ. in l. Marcellus. ff. ad Treb. nu. 53. † vbi dicit hanc eſſe magis communem, ſicut & veriorem putat ibidem Claud. Aquenſ. nu. 10. comprobans ut per eum. Idemque latè tenet Iaſ. conſi. 99. nu. 2. conſi. 146. nu. 6. vol. 4. Soc. Iu. ampliſſimè conſi. 131. nume. 58. vol. 1. vbi tandem con-
119 cludit † ab ea in iudicando recedendum non eſſe, & idem tenet conſi. 28. nu. 2. vol. 2. cōſ. 113. vol. 3. ubi dicit, quòd eſt verior, ęquior, & communior opi. & poſt multos per eum nouiter cumulatos, qui ferè omnes atteſtantur hanc eſſe commu. infert quòd errant qui dicunt communem eſſe in contrarium: idemque tenet abūdè Dec. conſi. 81. nu. 3. conſi. 218. col. 2. cōſi. 269. colum. fi. vbi pariter & veriorem & magis communem appellat. Idemque tenet Alba. conſi.
120 7. colum. 3. † dicens quòd magis æqua, & cōmunis eſt opin. quòd abſolutè detrahi poſſint duæ quartæ ſupradictæ per filium, & ſic nō attenta prohibitione teſtatoris. Idem quoque latè tenet, & pulchrè cōfirmat per aliquas bonas rationes Rui. conſi. 163. nu. 15. vol. 2. conſi. 21. nu. 8. vol. 3. & plurimos citans Catel. Cotta, libro memorialium, ver. Trebellianica. Rip. in l. nemo poteſt. nu. 52. ff. de leg. 1. Goz. conſi. 92. in prin. Cur. Iu. conſi. 70. col. fi. a quibus quàm plures alii doctores antiquiores citātur, qui hāc partem tenuerunt, ut magis ſemper receptam:
121 † quam firmat etiam Cagnol. in l. Papinianus §. meminiſſe. nu. 12. ff. de inoff. teſt. ut magis æquam, ueriorem, & communiorem, & quam dicit ſemper uidiſſe ſeruari: eamque tenet inſuper Bero. in c. in præſentia. nu. 445. de proba. Bertran. conſi. 21. num. 19. uol. 1. nouiſſimorum. conſi. 300. nu. 6. uol. 3. priorum. Natta cōſ. 528. col. fi. Nec uereor quin ſtudioſus lector, & librorum reuolutor alios idem tenentes poſſit re-
122 perire: † hæcque concluſio procedit etiam ca ſu quo duæ quartæ ueniant detrahendæ, ut tenet & confirmat Soc. Iun. conſi. 131. nu. 60. uol. 1. Goz. conſi. 92. in princ. Bero. in d. c. in præſentia. nu. 446. qui communem teſtatur. Cagn. in d. §. meminiſſe, nu. 11. ubi relatis alijs opinionibus concludit quòd infiniti propè tenuerunt, & conſuluerunt trebellianicam non poſſe prohiberi filijs eo modo grauatis ſub conditione (quo caſu duas quartas detrahunt) & quòd hęc opi. eſt magis æqua, uerior, & communior, & quòd eam ſemper uidit ſeruari, quòd filij ſemper eo modo grauati, indiſtinctè pro legitima & trebellianica detrahūt & capiunt dimidiam hæreditatis quod etiam tenet Alba. conſi. 7. nume. 6. & in hac cauſa confirmat idem Cephal.
123 conſi. 172. nu. 40. † licèt enim Caſtr. in l. iubemus. ver. 3. limit. C. ad Treb. in l. mulier. §. cum proponeretur. col. 4. ff. ad Trebel. in l. ꝙ de bonis. §. fructus. in fi. ff. ad l. Fal. Alex. conſi. 67. uolum. 1. conſ. 29. col. 1. conſ. 165. in fi. vol. 5. conſi. 250. vol. 6. Cur. conſ. 51. col. pe. Dec. conſi. 480. nu. 13. Pariſ. conſ. 17. nu. 25. conſ. 93. nu. 50. volum. 2. & Cra. conſi. 16. nu. 11. contra ſenſerit,
124 † tamen præter Alexandrum in d. conſi. 29. Decium, Pariſium, & Crauettam ſupra citatos, alij cumulati per eos loquuntur in alia q. videlicet an ubi ueniunt detrahendæ duæ quartæ per filium, fructus imputentur in trebellianicam, quæ diuerſa eſt, & a re noſtra ſatis aliena, & hinc error Decij, Pariſij, Crauettæque tangitur, quoniam mouentur auctoritate Caſtrenſis locis citatis, & conſi. 92. quia dubia. col. fi. in antiq. qui de dicta q. fructuum loquitur, prout & Cur. in d. conſi. 51. col. pe. & Alex. locis citatis, non autem de prohibitione trebellianicæ:
125 † ſicut & alius error deprehenditur ex Alexand. in d. conſi. 29. nam mouetur ex not. per Dy. Albe. Cum. & Imol. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb. qui loquuntur in caſu diuerſo: volunt enim quòd caſu quo ueniunt detrahendę duæ quartæ per filium, poteſt pater diſponere quòd trebellianica computetur in legitimam, & ſic per iſtum modum illam filij prohibere, ar-
126 gumento illius tex. † quod vltra quod taxat Portius Imolenſ. in ſuis concluſionibus, Regula 42. lib. 1. 13. fallentia, nec interim veritatem attingo, ne cuncta uolatilia cęli perſequi uidear: illud in q. noſtra nō concludit, dato enim quòd ita per indirectum pater poſſet filijs primi gradus trebellianicam prohibere (de quo non agimus) directò id minimè poteſt. Ita perpendit

pendit Rui.conſi.163.nu.19. vol. 2.deducendo
latius vt per eum.vnde patet priorem conclu-
ſionem tenendam eſſe quòd trebellianica filijs
prohiberi non poſſit, vbi duæ quartæ veniunt
127 detrahendæ. † & in ueritate ſæpius aliàs ego
miratus ſum de illis, qui ſecus ſenſerunt, nam
quando per filium venit una tantùm quarta
detrahenda, illud eſt quia purè rogatus eſt,
ita quòd tempore aditionis venit facienda re-
ſtitutio ſecundum Ang. & alios in d. §. memi-
128 niſſe.& vbique doctores. † at eo caſu quarta
non eſt trebellianica, ſed legitima quę filio con
ceditur eo caſu purè grauato, vt tradit Alex.in
in l. cohæredi.§.cum filiæ.col.2.ff. de vulgar. &
pup. ſubſt. conſi. 141. circa primam. colum.6.
conſi.160.examinatis.verſic.quantum. volum.
2.Dec.abundè conſi.320.col.1.& 2.Duran.de
art.teſt.tit.7.caut.1.nu.5. Bero.in c.in præſen-
tia.nu.446.de prob.meritò fruſtra quæritur eo
caſu,nunquid trebel.poſſit prohiberi,cum etiã
non prohibita detrahi non poſſit, & locũ non
129 habeat. † eſſet enim inducere priuationem,
vbi non erat habitus contra l.decem.ff. de uer.
obl.& in l. manumiſſiones, ff. de iuſt.& iure &
utrobique not.igitur omnes qui dixerunt pro-
hiberi non poſſe trebellianicam filiis primi
gradus,locuti fuerunt vbi detrahi poſſit, & lo-
cum habeat,quod eſt ubi duæ quartæ veniunt
detrahendæ per filium ſub conditione graua-
tum.Nec in purè grauato,& unam quartam de
trahente locuti ſunt,nec loqui potuerunt,cum
dicta quarta non ſit trebellianica, ſed legitima
130 tantùm ſecundum doctores. † Nec ob iſta de
tractione trebellianicæ remoueri debet Illu-
ſtriſſimus D.Galeatius eo uelamento, quòd in
uentarium non confecerit, licèt ſecus uoluerit
Cyn.in auth.ſed cum teſtator. C.ad l. Fal.q.8.
Bal.colu m.1. Sal. fi.Bal. Cuma. & Imol.in l.cũ
tale.§.1.ff.de cõd.& demonſt.Matthe.in rep.l.
filium quem habentem.colum.fi. C.fam.erciſ.
131 † aſſerens communem,prout ueriorem & ma
gis communem Cor.conſi.168.vol.3. Dec.con
ſi.236.nume.5.conſi.480.nu.15. conſi. 495.col.
fi.Pariſ.conſi.126.nume.37.uolum.1. Crat. re-
132 ſpon.160.colum.2.vol.2. † nam longè plures
trebellianicam non amitti voluerunt,ut Barto.
in d.auth.ſed cum teſtatur.col.fi.& in l.Marcel
lus.vbi etiam Alex.& Claud.Aquen. colum.fi.
communem teſtatur. ff.ad Treb. Idemq́; tenet
Alex.conſi.64 col.2.vol.4. vbi communem re
fert,non eſſe tutum in practica ab ea recedere,
quam tenet etiam conſi.29.vol. 5. & alii quàm
plures à Cor.relati conſi. 188. nume.11. vol.4.
133 † vbi dicit poſt Bal.quem citat in varijs con-
ſilijs,quòd hæc opi.ſeruatur de conſuetudine,
& procedit ſaltẽ de æquitate Canonica, quod
etiam dicit Soc.Iun.conſi. 137. col. pen. vol.1.
134 † hancque opi. dicit Cagnol.in d.§.meminiſ-
ſe.nu.15.ęquiorem, benigniorem,& magis cõ-
munem,ac tenendam eſſe ſaltẽ in liberis primi
gradus,& ꝙ ita vidit ſemper ſeruari,& ſeruatur
per totum mundum ſecũdum ſcribentes,quos
poſtea cumulat: & in cauſa tãdem reſidet Ste-
pha. Aufre.in addi.deciſ.Tholoſ.314.ad finem.
135 † dicens quòd ita ſeruaretur in practica pro-
pter auctoritatem Barto.& quòd in Curia Par
lamenti ſic fuit iudicatum:hancque pariter opi
nio.latè tenet Crauet.conſi.17.& inter cęteros
citat Bologni.in addi.Ana.conſ.61. ubi ſine du
bio dicit eam procedere in filiis primi gradus,
& ſecundum eam determinat infinitos cumu-
lans Roland.à Val.conſi.27.nu.16.vol.1.quare
tandem concludendo dubitatur,quòd cum cu
ria prædicta vendita per Illuſtriſſimum D. Ga-
leatium fuerit valoris tantùm Δ. 7170. por-
tio uerò ſibi in diuiſione conſignata ualoris
Δ. 2106. & ſic dimidiam non excedit, cedere
debet in legitimam & trebellianicam ſibi debi
136 tam & in eam imputari, † nam hæres poteſt
illas quartas detrahere de rebus alienatis inui-
to fideicommiſſario vniuerſali, quia ipſo inui-
to vſque ad concurrentem quantitatem potuit
illas res alienare. l. Marcellus. §.res quæ.ff.ad
Treb.auth.res que. C.eo. non enim tenebatur
hæres expectare purificationem fideicommiſſi,
quia ius ſuum non debet eſſe in ſuſpenſo,quod
eſſet ſi teneretur expectare euentum fideicom-
miſſi, nec propter incommoditatem & corru-
ptionem patrimonij tenetur vendere quartam
cuiuslibet rei.l.Meuius.§.2.ff. de lega.2, ſicque
conſuluit Bald. conſi. 183. res alienatæ. vol.4.
Alex.conſi.3.vol.3. Aret.conſi.19.Bertran.con
91.ponitur lib. 1. conſi. 25.viſo.vol.2.& ſequi-
tur Rip.in l.in quartam.nu.96.ff.ad leg. Falc.
quare uidentur ex prædictis iſti fratres de Pi-
perarijs aduerſus Illuſtriſſimum Do. Sigiſmon
137 dum ſe tueri poſſe. † Eis tamen non refragan
tibus ſecus omnino dici debet,quoniam feuda
les res, prout eſt hæc curia diſtracta, defendi
non poſſunt reſpectu legitimæ & trebellianicæ
alienanti debitæ,cum in dictas quartas non cõ
putentur,ut tradit Ang.in §. optimè. in Auth.
de nup.Ang. Cuma.& Alex. in l. ſi patroni.in
prin.ff.ad Treb.Alex.conſi.29.col.2.volum.5.
Bru.conſi.ſuo poſt tract.quòd ſtant. maſ.ad fi.
Cur.Iun.conſi.21.col.pen.Marſ. ſing.32. Cag.
in l.Papinianus.§. quarta.nu.9.ff.de inoff.teſt.
138 † Secundò quia non poteſt filius ſibi eligere
loco legitimæ uel trebellianicæ rem alienatam,
ſi fuit de melioribus: talis enim alienatio frau
dulenta re non admittitur, ut tradunt Angel.
Alex.& Rip.in d. l.in quartam.nu.98.Bal.in l.
139 edicto.q.1.C.de edi.diui.Adr.tol. † vbi dicit,
quòd filius eligere debet legitimam ut uir bo-
nus,& ciuili modo,ideſt non de melioribus,ſe-
quitur Fab.de Gioce.in auth.nouiſſima.nume.
123.C.de inoff.teſt.atque idem voluit Iaco.de
Belui.in Auth.de reſti.& ea quæ par.q.3.quem
refert Rui.conſi.17. nu. 8.uol. 5. & in Baronia
140 tradit Dec. conſi. 236. nu.9. † ubi dicit eſſe
commu. opin. quòd filius propria auctoritate
non poſſit ſibi unam rem eligere pro ſua legiti-
ma,ſed arbitrio iudicis id fieri debet, demum-
que iudex ex ęquitate debet habere ratam alie
nationem factam per filium, & eam in legiti-
mam imputare,ſi facta fuerit ex iuſta cauſa,uel
ex

ex neceſſitate.citat Baldum.in l. iubemus. col. 1.ver. Item fallit. C. ad Treb. quæ applicando ad caſum noſtrum dici debet hanc curiam non debere in dictas quartas imputari Illuſtriſſimo D.Galeatio,cum ſit de melioribus rebus hæreditariis vt proponitur,nec ex iuſta & probabili
141 cauſa vel ex neceſſitate facta. † Quinimmo quòd re ipſa fraus interceſſerit in prædicta alienatione clarè demonſtratur: ſi quidem in diuiſione terræ,dictæ curiæ fuerunt æſtimatæ ſcutis 12. pro qualibet bubulca, cum tamen ruditer & diminutè ſic fieri ſoleat inter fratres,tempore uerò alienationis fuerunt æſtimatæ tantùm ſcutis 11 . & ulterius diuiſio facta fuit anno 1524.alienatio verò anno 1540.& ſic poſt annos 16.infra quod tempus terræ fuerunt auctæ notabiliter in pretio,ſolo temporis curſu,vt experientia docet rerũ magiſtra, & teſtatur Cur. conſi.fi.in prin.Quare patet exceſſiua læſio,quæ in dicto contractu emanauit,meritò bonus iu-
142 dex eam ferre non debet. † Tertiò nõ omitto quòd cum mortuo teſtatore Illuſtriſſimi eius filii teſtamentum patris approbauerint,adiuerint hæreditatem, & eius diuiſionem fecerint iuxta tenorem teſtamenti paterni, & ita verbis & factis illud approbauerint, quod idem eſt.l. Paulus reſpondet. ff.rem rat. ha. immo uerò facta uerbis potiora ſunt ad arguendam uoluntatem alicuius.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædil.ed. Dec.in c.dilecti filij il ſecundo.not.2. de appel. Crau.cõſ.158.nu.3.& vltra trebellianica reperiatur prohibita per teſtatorem,ſequitur eã detrahi non poſſe, ut decidit Anch.conſi.152.plura ſunt.colum.3.Signo.conſi.80.colum. 1.Bal. conſi.464. volum.5. Iaſ.conſi.108.colum. pen. volum.4.Pariſ.conſi.16.nume.60.conſi.17.nu. 19.conſi.18.nu.99.conſi.26.nu.31.vol.2.Bello. conſi.64.nume.4. Cur. Iun.conſi.21. nume.3. Rub.conſi 73.nume 8.Soc.Iu.conſi.136.nume. 16.vol.1.Dec.conſi.687.Cagn.in d.§.meminiſſe.nume.17.Roland.à Val. conſi.78.nume.13.
143 volum.1. † quicquid & malè contra ſenſerint Cur.conſi.75.& Dec.conſi.157.colum.fi.& Pariſ.conſi.43.nu.38.volum.3.damnantes Ancharanum,quoniam non loquuntur in caſu quando teſtator expreſſè prohibuit trebellianicam, & filius eam acceptauit,ut in aliis locis declarat Par.& Rol.Quartò reſpectu legitimæ quando locus eſſet eius detractioni, quod ex prædictis
144 negatur in hac curia, † cum plura bona ſint in plures alienata per Illuſtriſſimum D.Galeatium ut in Piperarios hæc curia:in Illuſtriſſimũ D.Maximianum Gonzagam palatium Beluederii & id genus,legitima de ſingulis rebus alienatis eſſet detrahenda,non autem de hac curia tantùm ſecundum Bart.in l.in quartam. col.fi. ff.ad leg.fal.& poſt eum Caſ. & Alex. Bal.in l. omnimodo.C.de inoff.teſt.Rui.conſi.17.nu.8.
145 vol.5. † Nonò dicitur dotem maternam ſcutorũ 3038.pro rata cõtingente Illuſtriſſimo D. Galeatio detrahendam eſſe,quoniã non uenit in fideicõmiſſo, ſed illud minuit.l. cohæredi.§. cũ filiæ.ff.de uulg.& pup.Caſtr.conſ.77.vol. 2. Natta conſi.255.nu.6.quare pro dicta ſumma videtur hæc curia retineri poſſe pro rata con-
146 currenti. † Sed breuiter & hoc ceſſat,quia negatur eam fuiſſe obligatam pro dicta dote,cum feuda non ueniant in obligatione generali bonorum.c.1.§.in generali.& ibi Doct.ſi de feu. fue.contro.plenè tradit Alex.conſi.2.col.1.vo-
147 lum.4.poſt.Bal.& alios quos citat † Dec.Neap. 26.in prin. quæ plus addit, quòd ſi ſpecialiter feuda fuiſſent obligata,& non interueniſſet aſſenſus dñi in dicta obligatione, obligatio eſſet ipſo iure nulla. meritò cum non interuenerit conſenſus Epiſcopi Domini directi dictæ curiæ,non poteſt fieri conſideratio ſeu uis aliqua ſuper hypotheca bonorum pro dote conſtituta,ſiue de hac curia ſit omiſſum, ſiue dictum.
148 † Secundò cum pro dicta dote præſtita fuerit cautio ſuper credito maſſariæ Illuſtriſſimi Dom.Ioannis teſtatoris,& ſpecialis hipotheca fuerit ſuper ea conſtituta, non poteſt haberi regreſſus ad curiam uigore generalis hypothecæ niſi in ſubſidium, quando maſſaria non ſufficeret.l.2.ubi eſt caſus.C.de pigno.& latius ponit Neguſ.in trac.de pigno.2.mem.5.partis, num.
149 51.† generalis enim obligatio cæterorum bonorum dicitur fuiſſe conditionalis & ſubſidiaria,ſicque minoris utilitatis quàm ſi ſolùm fuiſſet appoſita ſine ſpeciali de dicta maſſaria, l. quæ generaliter, ff. qui pot. in pig. ut pulchrè tradit Cremen.ſingu.53.& ita ſolutis omnibus contrariis pro dubiis datis patet Illuſtriſſimum D.Sigiſmondum meliora & potiora iura fouere in dicta curia nedum reſpectu poſſeſſorii, ſed etiam reſpectu petitorii,quàm habeant dicti fratres de Piperariis: & ita tãdem poſt a me redditum hoc conſilium mihi relatum fuit ab agentibus dicti Illuſtriſſimi Domini fuiſſe Mãtuæ iudicatum pro eo contra dictos fratres.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſſimo D.Alfonſo Eſtenſe,Domino & Marchione Caſtri Monticuli.

ARGVMENTVM.

De ciuibus Regii obſtrictis conferre refectioni murorum & arcis Monticuli pro bonis ibi per eos tentis.

*SVMMARIVM.*

1 *Collectam Dominus loci non poteſt imponere, etiam pro ſua neceſſitate.*

*Quod procedit in priuata, ſecus in publica.8.& 17.*

2 *Collectam non poteſt Dominus ſubditis imponere, niſi prius crumenam ſuam euacuet.*

*Secus ſi de ſuo non poſſint vtilitati communi prouidere.3.*

*Collecta*

4 *Collecta non ſubditis imponi non poteſt.*
*Fallit pro bonis eorum ſitis in territorio collectantis.20.& 12.*
5 *Collecta poteſt imponi forenſibus pro bonis eorum, quæ poßident in loco domini, de generali conſuetudine.22.*
*De qua omnes affirmant, & eſt communis opinio.23.*
6 *Conſuetudo non recepta contra aliquos, non debet attendi.*
*Fallit ſi in una ſpecie ſeruata fuit, quia & in alia, quæ nouiter ſuperuenerit, ſeruari debet.24.& 25.*
*Idem ſi recepta non fuit, quia non euenit caſus.*
*Aut ſi euenit, nil fuit dictum.28.*
*Statutum in vſu non receptum, non ligat.6.*
*Quod declaratur.nu.28.*
7 *Statutum Regij de immu.ciui.declaratur.39.*
9 *Pax appetenda.*
10 *Murorum refectioni tenentur omnes.*
*Nemoq; excuſatur.*
*Et reſcriptum ad captandam immunitatem non valet.*
11 *Collectam Dominus imponere poteſt habitantibus.*
12 *Ratio eadem ubi viget, ibi idem ius.*
13 *Immunitas ob 12.filios ceſſat in refectione murorum ciuitatis.*
14 *Statutum quo forenſes obligantur ad collectas, valet.*
15 *Conſuetudo compulſiua, vel prohibitiua quando forenſes liget, vel non.*
16 *Collectam poteſt imponere villa uel communitas.*
*Domini caſtrorũ habent iura Imperialia in eis, ibi.*
18 *Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. declaratur.*
19 *Diuitiæ probandæ ſunt, vbi ſunt fundamentum inteentionis.*
*Sicut econtra paupertas.*
20 *Princeps ex cauſa non poteſt auferre dominium rei ſuæ non ſubdito.*
*Secus reſpectu rerum, quas ille poßidet in dominio Principis.*
*Forenſis cenſetur ſubditus in concernentibus rem ſubiectam ſtatuentibus, & in eorum territorio ſita.20.*
21 *Subdita res dicitur in territorio, vbi ſita eſt.*
22 *Collectam poßidens in loco, patitur non præciſè, ſed cauſatiuè, & quomodo.*
24 *Collectæ impoſitio pro nouo onere dicitur eſſe de eadem ſpecie collectandi.*
25 *Iuriſdictio quæſita in vna ſpecie, poteſt exerceri in qualibet alia ſpecie iuriſdictionis.*
26 *Iuriſdictio connumerat plures alias ſpecies.*
27 *Collectandi ſub vna ſpecie comprehenduntur omnes collectæ.*
29 *Præſcriptio libertatis à collectis requirit requiſitionem, & conditionem.*
*Licèt Crauet. ſecus ſenſerit.30.*
*Et malè ſecundum auctorem 34.*
31 *Ius altius non tollendi, dicitur actus voluntarius.*
*Item coquendi panem ad furnum alterius.32.*
*Vel molendi ad Molendinum.*
*Sed actus imponendi & exigendi collectas, eſt actus neceſſarius ſecundum Craue.33.*
*Quem damnat auctor declarando.34.35.& 36.*
34 *Fides in cauſa propria vana.*
37 *Immunitas in collectis non cadit de præterito in futurum.*
38 *Bartolus in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. declaratus.*
39 *Angelus conſi.10?.declaratus.*
40 *Beneplacitum in contractibus, morte concedentis non euaneſcit.*
41 *Datum vni, alteri cenſetur ademptum.*
42 *Præſuppoſitum ſtatuti quando ceſſat, & illud ceſſat.*
43 *Tempus, vbi de illo quæritur, probari debet præciſè.*
44 *Qualitas probari debet, vt habeat locum diſpoſitio cum illa loquens.*
45 *De diuerſis ad diuerſa non infertur.*
46 *Generalis diſpoſitio non refertur ad illud, quod in ſpecie prohibetur.*

## CONSILIVM X.

*Auxilium meum à Domino.*

CONTENDVNT ciues Regij cum
Illuſtriſſ. Domino Alfonſo Eſten
ſe, Marchione & Domino Monti-
culi, quòd non poſſit eos poſſiden
tes terras in diſtrictu Monticuli,
grauare ad ſoluendum impoſitionem ſolido-
rum 20. pro qualibet bubulca per eum conſti-
tutam pro refectione murorum, & arcis dicti
1 Caſtri. † mouentur primò, quia de iure commu
ni dominus alicuius terræ vel Caſtri nõ poteſt
imponere collectam etiam pro ſua neceſſitate, ſe
cundum Bald. in l. cum multa. in fi. C. de bon.
quæ lib. Alex. conſi. 144. quoniam abundè. uol.
2 2. in princ. † Nec poteſt dominus imponere
onera ſubditis ſuis, niſi prius crumenam ſuam
euacuauerit, ſecundũ Cy. & Bal. in l. neminem.
C. de ſac. ſanc. eccl. Bal. in cap. conquerente. de
of. ord. in tit. de pac. Conſt. §. pacta. in uer. nobis
tractantibus. Andr. de Iſer. in c. 1. uer. extraor-
dinaria quæ ſint regalia. Fulg. conſi. 20. colum.
penul. Natta conſi. 506. nume. 13. Soc. iun. con-
ſi. 98. nume. 10. volum. 3. Rolan. à Vall. conſi. 1.
3 nume. 67. volum. 2. † Vnde Luc. de pen. in l.
1. colum. 3. C. de ſuperindi. lib. 10. quem ſequi-
tur Afflict. in rub. quæ ſint regalia. colum. pen.
verſi. quartò adduco. dicit quòd vbi principes
non habent ſufficientes redditus ad cuſtodiam
terræ, & ad alia quæ imminent principibus ra-
tionabiliter expendenda, ſubditi debent eis ex-
hibere, vnde poſſit eorum communis utilitas
procurari, ſentiens ſecus eſſe quando Domi-
nus de ſuo poteſt prouidere, prout hic poſſe
ſupponitur Illuſtriſſimus Dominus Alfonſus.
4 † Secundò poſito quòd ſubditis ſuis poſſet ta-
lem collectam imponere, tamen cum ciues Re
gii non ſint ſui ſubditi, ſed Excellentiſſimi Du-
cis Ferrarię, non poteſt eis Illuſtriſſ. D. Alfonſus
collectam prædictã imponere, quia cũ collecta

imponatur principaliter perſonæ occaſione re-
rum, perſonæ non ſubditæ collectari non poſ-
ſunt. l. reſcripto. §.final. & ibi Bar. ff. de mu-
ne. & hono. l. libertus. §.ſola. ff. ad municip.
Bartol. in l. prima. C. de muli. in quo. lo.
5 libr. 10. Natta. conſi. 105. numer. 7. † Et ſi di-
catur forenſes ex conſuetudine collectari poſſe
pro bonis quæ poſſident in aliquo loco ſecun-
dum Bar. in d. l. 1. & infra dicetur, reſpondent ip
ſi ciues ꝙ quãdo communis opi. talem conſue-
tudinem aſſereret fortè pro ea præſumeretur,
ſecus ꝙ vnus ſic affirmet, vt Bartolus nam non
eſt ſufficiens iſta probatio. ita Aret. cõſ. 132. col.
2. Natta conſ. 160. nu. 14. dicẽs de illa doceri de-
bere, cum ſit facti, nec extendatur, cum ſit ſtricti
iuris, de loco ad locum, nec de perſona ad perſo
6 nam. † Tertiò poſito ꝙ extaret in Caſtro Mon-
ticuli talis conſuetudo collectandi forenſes pro
bonis eorum ibi ſitis, tamen cum proponatur
eam nunquam cõtra ciues Regii receptam fuiſ-
ſe, non debet attendi, prout de lege, vel ſtatuto
tradit glo. & ibi Butr. Abb. & Fel. de treu. & pa.
Bar. in l. fi. §. ſed cum antiquitas. in fi. C. de cur.
fu. conſi. 144. iudex communis Aſſitij. Anch. cõ
ſi. 284. iure ſtricto. in prin. Alex. conſi. 132. col. 1.
vol. 1. Dec. conſ. 649. nu. 8. Gephal. conſi. 96. nu.
15. & conſi. 129. nu 9. Iaſ. in l. rem non nouam.
7 nu. 5. C. de iudi. † Quartò mouentur ciues Re-
gii per ſtatutum Regii de immu. ciuium. lib. 1.
quo cauetur ciues Regii grauari non poſſe oc-
caſione aliquorum bonorum immobilium ubi-
cumque exiſtentium. Poſtremò deducunt con-
uentiones inter ciuitatẽ Regij, & olim Marchio
nem Nicolaum, ac immunitates obtẽtas. ab in-
uictiſſimo Duce Alfonſo huius genitore fel. me
moriæ de anno 1523. quòd omnes ciues Regij
ſint immunes ab oneribus quibuſcumque, reali-
bus, perſonalibus, & mixtis, quæ extenduntur
ad quæcumque loca Ducatus Regij & illi vnita
quocunque modo, prout Caſtrum Monticuli:
ſicque pluribus medijs & rationibus conantur
iſti ciues Regienſes euitare ne conferant huic
reparationi murorũ, fouearum, & arcis Caſtri
8 Monticuli. † Tãtoque magis quòd vt talis col
lecta imponi poſſit à Principe, debet hoc expe-
pedire Reipub. prout tradit Afflict. in tit. quæ
ſint regalia. in ver. extraordinaria. & in rub. eiuſ
dem tit. nu. 85. at hic non videtur expedire pu-
blico commodo, cum talis impoſitio manauerit
poſt pacem publicatam, reſtitutionem locorũ,
poſt denique milites licẽtiatos ab utroque Prin
9 cipe. † Quare cum habeamus pacẽ & quietẽ,
quam humanum genus appetit. l. 1. vbi not. C.
de cad. toll. c. fundamenta. de electi. Afflict. in c.
Imperialem. §. præterea ducatus. nu. 29. de pro-
hi. feu. alie. per Fed. quæ adeo grande bonum
eſt, vt in rebus humanis nihil glorioſius, nihil
delectabilius, aut utilius audiri, concupiſci,
poſſiderive ſoleat, vt per Soc. iun. conſi. 60. nu-
me. 41. vol. 3. poſt Alberic. in dicta l. 1. ſequitur
quòd hoc onus imponi non potuit per Illuſtriſ
ſimum Dominum Alfonſum, & ita ſignanter
arguit Roland. à Val. conſ. 1. nume. 52. volum. 2.
10 plenius inſiſtens, vt ibi per eum. † Iſtis tamen
non obſtantibus contrarium de iure tenẽdum
eſt: moueor in primis per tex. in l. ad portus. C.
de oper. pub. vbi ad murorum refectionem om-
nes conferre tenentur, non obſtante dignitatis
priuilegio, & ibi Bald. & alij notant. Idemque
latius cõfirmat tex. in l. omnes, la ſecõda, eo. tit.
vbi omnes incolæ ciuitatum tenentur ad mu-
ros vel de nouo faciendos, vel ad veteres fir-
mius reparandos pro rata ſui æſtimi, vt par cun
ctis præbendorum ſumptuum neceſſitas impo-
natur, nemini excuſatione vel alia præſumptio-
ne ab huiuſmodi immunitate præbenda: immo
verò in talibus ad captandam immunitatem re
ſcriptum non ualet, nec temporis præſcriptio
contra Vrbis ornatum & commodum ac deco-
rem ciuitatis prodeſſe poteſt. l. 1. & 5. eod. tit. &
ibi declarat Azo in ſumma ſua. quibus ex iu-
ribus manifeſtè colligitur omnes in loco terras
poſſidentes obſtringi poſſe pro muris reparan-
11 dis, & id genus. † Secundò præter dicta iu-
ra quæſtionem generalem format Alberic. in l.
final. nume. 8. §. item quæro. C. de iur. om. iud.
vbi quærit an habens iuriſdictionem in villa,
vel Caſtro poſſit imponere collectas habitanti-
bus ibi. & poſt Oldra. Ioannem Andre. & alios,
de quibus per eum, concludit quòd ſic per ua-
rias rationes ex legibus ſumptas, quia ratione
publicæ vtilitatis de communi poteſt peti ſub-
ſidium & collatio implorari: refectio enim de
communi fit, quia uſum vtilitatemque commu
nem habet. l. 1. §. viarum. ff. ne quid in loc. pub.
nullaque ratione debet ab hoc quod in com-
mune omnibus profuturum eſt ſeiungi. l. 1. C.
de colla. fund. pa. libr. 11. & quod cedit in hono-
rem vel commodum priuati, debet eius impen-
diis expediri. l. ut uirtutum. C. de ſtat. & imag.
12 † Quæ rationes æquè conueniunt poſſiden-
tibus bona in loco alibi habitantibus, ſicut
ſubditis & habitantibus in dicto loco, vbi de
collecta imponenda quæritur, meritò idem
ius locum habere debet. l. illud. ff. ad leg. aqui.
l. à Titio. ff. de verborum obligatio. cum ſimi-
libus. tertiò magis in ſpecie decidit hunc ca-
ſum Alexand. conſi. 67. & uiſo & dudum. co-
lum. 3. volum. 2. ubi ponit quæſtionem de ter-
ra Sanctæ Agatæ, in cuius territorio plures Lu-
gienſes poſſidebant bona, qui conferre nole-
bant ad conſtructionem murorum dictæ ter-
ræ Sanctæ Agatæ, concluditque ſtante de-
creto de commiſſione Principis emanato, quòd
pro conſtructione murorum, & fortificatione
loci omnes habentes ibi bona debeant con-
ferre pro ſua rata, & æqua lance dictos de Lu-
13 go teneri. † Et illud conſilium Alexandri la-
tius ſequitur idem tenens Natta conſilio. 215.
poſt Guid. Pap. quæſtione ſeptima. qui dicit
quòd ita ſeruat ſtilus curiæ parlamenti, prout
ſemper uidit etiam quo ad eccleſiaſticos. citat-
que Natta Baldum conſi. 312. ſi de iure. volum.
3. vbi vult quòd immunis ob 12. filios, non ſit
immunis à refectione murorum, quia refectio
murorum non ſolùm utilis eſt, ſed neceſſaria.
qua-

quare tanto minus euitare poſſunt hanc refe-
14 ctionem murorum dicti ciues. † Quartò com
probatur, nam valet indubitanter ſtatutum
per quod obligantur omnes etiam forenſes ad
collectas pro bonis, quæ poſſident in loco ſtatu
ti, vt tradit Bal. in l. 1. col. 7. C. de ſent. quæ ſine
cer. quant. ubi dicit quòd quæmadmodum ſta-
tutum facere poteſt quòd omnes ingredientes
portam ſoluāt, ita facere poteſt quòd omnes
qui colunt, vel coli faciūt, ſoluant, nam ex hoc
quòd ibi colunt, ibi ſeminant, ibi metūt, quaſi
cōtrahere videntur, quia ſtatutū bene inducere
poteſt quaſi contractus incognitos: & qui gau-
dent poſſeſſionibus in loco, cōſequens eſt ꝙ ſol
uāt onera vt per eum, qui idem tenet in l. fi. C.
ſine cenſ. vel reliq. cōſi. 228. in fi. vol. 5. Caſ. cōſ.
229. col. 3. vol. 1. Dec. conſi. 694. col. 2. Iaſ. conſ.
83. col. 1. vol. 3. Cur. iu. cōſi. 60. col. 3. Cra. conſ.
15 201. nume. 14. Natta cōſi. 389. nu. 4. † ubi citat
Baldum in l. de quibus. col. 10. ver. quartò quæ
ritur. ff. de legi. dicētem ꝙ cōſuetudo compulſi
ua vel prohibitiua, nō ligat forenſes, niſi mediā
te aliquo facto vel delicto in territorio commiſ
ſo, quia tunc cōtrahere uidentur: & cū prędictis
etiam latè concordat Ceph. cōſ. 171. nu. 22. ex
quibus apparet ꝙ forēſis ex ſuo facto ſubiicit iu
riſdictioni loci vbi poſſidet, & per cōſequens di
cti ciues Regii ſubiici debēt ſtatuto ſeu decre-
to Illuſtriſſ. D. Alfonſi, quo ad res per eos poſ-
16 ſeſſas in dominio ſuo. † Quintò decidit hanc
quæſtionem Alex. cōſi. 52. vol. 5. qui loquitur
in terminis terminātibus de Caſtro Monticuli
& ciuib. Regii poſſidētibus ibi, Bona, dicēs pri
mò ꝙ villa ſeu municipium poteſt collectā im-
ponere, vt ſuccurratur neceſſitatibus occurrēti
bus, vt not. in l. 1. §. quibus. & ibi Bart. & alii, ff.
quod cuius. vni. Dy. & Bar. ī l. 3. ff. de ali. & cib.
leg. deinde ſubdit, ꝙ ſtante cōſuetudine tanti
temporis in themate præmiſſa, poteſt per com-
mune Mōticuli imponi collecta etiam forenſi-
bus pro prædiis ſitis in territorio Mōticuli, q̄a
talis conſuetudo, cuius initij in cōtrarium me-
moria nō exiſtit, habet uim conceſſionis, & pri-
uilegij. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aq. quot.
ſi poteſt ergo cōmune Monticuli dictam colle-
ctam imponere ciuibus Regij, fortius id poteſt
Illuſtriſ. D. Alfonſus, dominus ipſius cōmunis.
auth. multo magis. C. de ſacroſanc. eccl. & qui-
dem iuridicè, quia cōmuniter tales domini ha-
bēt iura imperialia in patria ſua, & ſunt eis cō-
ceſſa ab Imperatore, cōſtituunturque perpetui
vicarij Imperatoris, ideo habent iſtud ius im-
ponēdi collectas pro omni neceſſitate ſibi im-
minente, vt concludit Parpal. in l. placet. nu. 14.
C. de ſacr. ſanc. eccl. poſt Fel. in c. quæ in eccle-
ſiarum. nu. 21. ver. & hāc declarationē. de conſt.
& ita pluribus modis iuſtificatur intētio ſua cō
17 tra dictos ciues Regiēſes. † Quia ſequendo nō
obſtant cōtraria, nā ad primum reſpōdetur id
procedere, quando propter vtilitatem ſuā pri-
uatam dominus vellet talē collectam impone-
re, puta propter filiam maritandam: id enim fa
cere nō poteſt dominus, ut plerique tenuerunt
relati per Io. And. in addi. Spec. tit. de feud. §.
quoniam. ſequitur Alex. cōſ. 34. viſo themate.
col. 1. vol. 2. niſi cōſuetudo eſſet in cōtrarium
uteretur in caſu ſuo & infinitos cumulat Fernād.
Vaſqui. lib. 1. cōtrouer. Illuſ. c. 7. col. 2. at ſecus
quādo dominus imponeret collectam propter
vtilitatem publicam, vt in caſu noſtro Illuſtriſ.
D. Alfonſus propter refectionem murorum &
arcis Mōticuli, in quibus publica verſatur uti-
litas, toto tit. C. de oper. pub. nam tali caſu be-
nè poteſt collectam imponere: ita diſtinguēdo
reſpondet, & pulchrè declarat Alber. in l. fi. C.
de iur. om. iud. poſt Io. And. & Lāber. de Rāp.
& latius cōfirmat Aegidius Thomatus in trac.
18 de collect. car. 261. ver. ſi verò Cæſar. † Et hu-
ius ſentētiæ uidetur etiam fuiſſe Alex. cōſ. 144.
vol. 2. qui in principio allegat illam doctrinam
Baldi. in d. l. cum multa. contra dominum loci,
ꝙ collectas imponere nō poſſit. poſtea verò. col.
2. dubium ſubdit, an homines dicti loci tenean
tur ad collectam pro ſubeūdo onere foueæ ma-
ioris & ſtechati ratione bonorum quæ ibi te-
nent: idque nō decidit vt ab alijs conſulentibus
tactum, & de illo non interrogatus: nam patet
id eſſe diuerſum a doctrina Baldi in dicta l. cum
19 multa, aliàs id iam decidiſſet Alex. † Et ad not.
per Cy. & Bal. in l. neminem. C. de ſac. ſan. eccl.
cum ſimilibus, reſpondetur ea quidem eſſe ve-
ra, ſed ciues Regij qui volunt impugnare colle-
ctam Illuſtriſſimi D. Alfonſi eo velamento, ꝙ
ſit diues, & crumenam auro plenam habeat, de-
bēt id probare, nam quotiens diuitiæ ſunt cau-
ſa intentionis alicuius, ille debet eas probare:
ſicut econtra quando paupertas eſſet cauſa intē
tionis alicuius, ille deberet probare paupertа-
tem. vt declarat Bar. in l. ſi uerò. §. qui pro rei. ff.
qui ſat. cog. poſt glo. quam Caſtr. Angel. & Iaſ.
colum. fi. ſingularem appellant, & meliorem de
corpore iuris: idemque tradit Dec. conſi. 120.
col. 2. Deciſ. Neap. 377. Ruin. conſi. 81. nume. 4.
uolum. 5. & amplè Didac. Couar. uaria. reſol.
cap. 6. ſed iſti ciues diuitias non probarunt, im
mo conſtat redditus, & alia quæ percipiuntur
ex iuriſdictione dicti Caſtri ſic eſſe debilia, ut
uictui præfati domini non ſufficiāt, præter alias
ſtrages quæ tempore belli eo loco occurrerūt:
meritò potuit hoc onus imponere, ſicque re-
ſpondet in terminis Rol. a Valle conſi. 1. nume.
20 94. uolum. 2. † Ad ſecundum reſpondetur
ex his, quæ tradit Dec. in c. quæ in eccleſiarum,
col. 9. nume. 28. de conſtitu. ubi dicit quòd con-
cluſio, quæ habetur quòd Princeps ex cauſa nō
poteſt auferre dominiū rei ſuæ nō ſubdito, ſed
ſubdito tm̄, nō procedit in non ſubdito poſſidē
te res in Dominio ipſius Principis, quia quātū
ad illas res idem iudicatur de illo, quod de ſub-
dito. Et ad idem accedit Gemi. conſil. 8. colum.
1. ubi quòd forenſis cenſetur ſubditus in con-
cernentibus rem ſuam ſubiectam ſtatuentibus,
in eorumque territorio ſitam cap. cum Capel
la. cap. ex ore. de priui. ſequitur Crauet. conſi.
201. colum. 7. ſub numero 15. ex quibus patet
iuriſdictionem habentem, in Caſtro poſſe im-

G 2 ponere

ponere collectam, & poſſidentibus in territo-
rio ſuo bona, licèt habitantibus alibi, cum ra
tione dictorum bonorum pro ſubditis habean-
21 tur. † Et ad hoc inſuper adduco Caſtr. in l. in
ter debitorem. ff. de pact. vbi dicit quòd res in
alieno territorio poſſeſſa dicitur eſſe ſubdita,
per notata per Innocent. in capit. poſtulaſti. de
for. compet. vnde licèt forenſi non poſſit impo-
ni collecta ratione perſonæ. l. libertus. §. ſola. ff.
ad muni. poteſt tamen imponi ratione rei: pro-
pterea licèt non poſſet tunc capi perſona vt ſol-
uat onus impoſitum, quia impoſitio eam non
22 afficit; tamen poſſent capi fructus. † Et ante
Caſtr. hoc uoluit Bal. in l. etiam. colum. penul.
verſic. ſed tu dices. C. de exe. rei iud. nam gene
ralis conſuetudo ſeruat (vt ille dicit) quòd
vbi quis poſſidet, ibi & collectam patiatur, non
præciſè ſed cauſatiuè; quia ſi non ſoluit; non
ponitur in carcerem, ſed auferuntur ſibi res ſeu
rei fructus. ſequitur Natta conſi. 389. nume. 6.
Et idem tradit Aegidius Thomatus in tract. de
23 collect. car. 216. ver. & hoc inſpecto. † Et ad
illud de conſuetudine per vnum non probata
reſpondetur, quòd nedum Bartol. in dicta l. 1.
C. de mul. in quo loc. eam adfirmat. ſed Bald.
in d. l. etiam. colum. fi. Aret. conſi. 132. colum. 3.
Alexand. conſi. 67. colum. 4. volum. 2. Crauet.
conſi. 201. nume. 14. circ. finem. Parpa. in d. l. pla
cet. ſub nu. 20. ver. fallit quartò. Alex. conſi. 52.
col. 2. vol. 5. Iaſ. conſ. 83. col. 2. vol. 3. Cur. iu. con
ſil. 6. Roland. à Val. conſi. 32. nu. 8. vol. 1. Por-
tius Imol. in ſuis concluſionibus, concluſione
3. lib. 5. limit. tertia. Natta conſi. 215. colum. 2.
Aegidi. in dict. tract. car. 217. verſic. non obſtat.
Et longè plenius plures allegans cart. 349. &
alibi ſæpe doctores, adeò quòd communis eſt,
omnium ſententia de tali conſuetudine, non
24 autem Bartoli tantùm. † Ad tertium dico quòd
cum proponatur aliquando collectatos fuiſſe
forenſes Monticuli pro bonis ſuis ibi ſitis, li-
cèt non in hoc caſu refectionis murorum, vti-
que nunc collectari poſſunt ex hac cauſa neceſ
ſaria quæ ſuperuenit, quia impoſitio collecta-
rum pro iſto nouo onere, eſt de eadem ſpecie
iuriſdictionis, ſcilicet collectandi, ita formali-
ter arguit Alexand. conſi. 67. colum. 6. uolum.
ſecundo, aduerſus homines Lugi poſſidentes
terras in loco Sanctæ Agatæ ad eius fauorem,
25 & domini ſui. † Mouetur Alexand. ex nota.
per Pe. Cyn. & Saly. in l. 1. C. de eman. lib. vbi
volunt quòd ſi quidam iudices per conſuetudi-
nem quæſiuerunt ſibi aliquam iuriſdictionem,
vigore illius cõſuetudinis poſſint indiſtinctè vti
26 omni ſpecie iuriſdictionis, † quia iuriſdictio
connumerat plures ſpecies iuriſdictionis, nam
diuiditur in merum, mixtum Imperium, & ſim
plicem iuriſdictionem, vt not. in l. 1. ff. de iur.
om. iud. vnde ſi per conſuetudinem quis uſus
eſt una ſpecie iuriſdictionis, puta ſimplicis iuriſ
dictionis; dicitur acquiſiuiſſe iuriſdictionem
quo ad omnes actus, qui comprehenduntur
ſub illa ſpecie iuriſdictionis ſimplicis, argumen
to l. ſi ſtillicidii. §. fin. ff. quæ ſer. ami. quamuis
per prius non fuerit uſus illa ſpecie iuriſdictio-
27 nis in omnibus ſuis actibus. † Vnde ſubdit
Alexand. non dicitur extenſio conſuetudinis
de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam,
poſtquàm ille actus collectandi pro refectione
murorum, de quo agebatur ibi ſicut & hic, eſt
de illa ſpecie iuriſdictionis, ideſt imponendi &
exigendi collectas pro oneribus: nam ſub illa
ſpecie collectandi comprehenduntur omnes
collectæ, licèt differant per plus & minus, vel
differant in modo. l. fina. ff. de fun. inſtruct. aliàs
ſequeretur quòd ſi quis per conſuetudinem ac-
quiſiuiſſet generaliter in forenſes in quibuſ-
cumque caſibus, non poſſet cognoſcere de cau
ſa mutui, ſi numquam prius contigiſſet tracta-
ri de aliqua cauſa mutui, quod non eſt dicen-
dum: & eſt contra notata per Cyn. & alios in
dicta l. 1. & ita declarat egregiè Alexand. in di-
cto conſi. 67. colum. 6. quem ſequitur Crauet.
conſi. 55. in princ. Natta conſi. 215. nume. 8. Par
pa. in dicta l. placet. ſub nume. 20. in quarta fal-
28 lent. † Secundò ſi dicamus hanc conſuetudi-
nem collectandi forenſes pro bonis in terra
Monticuli, non fuiſſe receptam in ciuibus Re-
gii, quia non euenit caſus retro reparandi mu-
ros, arcem, foueas, & id genus: vel ſi euenit, nil
eis dictum fuit. Et certè non dicitur ſublata
quo ad eos dicta cõſuetudo, quin nunc exerce-
ri poſſit aduerſus eos, prout de lege tradunt do
ctor. in l. unica. in princip. C. de caduc. tollend.
Angel. Aret. in §. igitur. col. 2. in proœ. Inſti-
tut. Felyn. in cap. primo, de treug. & pac. Natta
conſi. 575. nume. 35. & in terminis collectarum
ſic reſpondet Alexand. conſi. 135. in cauſa & li-
te. colum. 5. uer. præterea & Iacobus. volum. 2.
quem ſequitur Natta conſil. 304. colum. penul.
29 † Tantoque magis quia ad præſcribendum li-
bertatem ab onere collectarum requirebatur
ex parte dictorum Ciuium probari, quòd fue-
rint aliquo tempore requiſiti ut collectas ſolue
rent, & illi contradixerint, & ſoluere recuſaue-
rint, quod non fecerunt: meritò dici non po
teſt eos hanc libertatem præſcripſiſſe. l. cum ſi-
mus, & ibi not. Bartol. C. de agric. & cenſi.
libr. 11. Bald. & Angel. in l. malè agitur. C. de
præſcr. 30. annor. colum. final. cum ſimilibus,
quos cumulat Alexan. ſic in terminis loquens,
in dicto conſil. 135. colum. quinta. verſiculo,
item ad hoc: quem ſequitur Natta pariter
in terminis noſtris conſilio 304. columna pe-
30 nul. † Bene uerùm eſt quòd Grauet. conſil.
111. nume. 21. mordet Alexandrum quòd ni-
mis audacter illud affirmauerit, cum Barto-
lus & doctores per eum citati non ſic loquan-
tur, ſed ſolùm quòd ad præſcribendum liber-
tatem ſufficit eueniſſe caſum ſoluendi, & non
fuiſſe ſolutum. unde ſi domini prædiorum num
quam reperiuntur collectati, neque grauati
aliquibus oneribus, ſequitur quòd ex non
uſu tallcandi, ſeu collectandi fuit inducta præ-
ſcriptio libertatis: citat Bartolum in dicta l.
cum ſcimus. Abbatem conſilio 101. colum.
quarta. verſiculo quinimmo. volumine primo.

quod

quod eſt repetitum cõſ.57.vol.2.demumq; Fe-
31 linum in c.cum acceſſiſſent.de conſti. † & ad illud Alexandri requiſitum de interpellatione & cõtradictione reſpondet Cra. quòd procedit vbi tractatur de præſcribendo in actibus merè voluntarijs,puta de iure altius non tollendi domum: hoc enim eſt merè voluntarium, an velim altius tollere, vel non: ideo licèt ſteterim per annos mille,quòd domum altius non ædificauerim,non inde vicinus præſcripſit ius quominus altius tollere poſſim, ſed requiritur hominis factum, nempe quòd aliàs volenti mihi ædificare fuerit contradictum, & quòd à tempore cõtradictionis tenuerim domũ depreſſam
32 per tempus ſufficiens ad præſcribendum. † ſimiliter actus coquẽdi ad furnum alterius, vel molendi ad molendinum alterius, eſt merè voluntarius, ideo ſiquis velit præſcribere ſeruitutem,vt cogat alium ad coquẽdum in furno ſuo, vel ad molẽdum in ſuo molendino, requiritur interpellatio,& quòd quis tali interpellationi, conſentiat,vt per doct.in c. ſignificante. de appel.Iaſ.in §. æquè.Inſtit. de actio. in l. quominus. colum.5.ff.de flu. Dec. conſi.8. colum. 3. conſi.175.colum.6.conſi. 215. colum. ſecunda.
33 † at actus exigendi collectas,aut eas imponendi, dici non poteſt actus merè voluntarius,immo neceſſarius tam ex parte imponẽtis, quàm ex parte debentis ſoluere, meritò concludit Cra.ꝙ argumentum Alexãdri de actu merè voluntario ad actum merè neceſſarium non procedit tamquam ex omnino ſeparatis, diuerſam & ſeparatam rationem habentibus. l. naturaliter.
34 §.nihil commune. ff. de acq. poſſ. † Sed certè ſicut eius auctoritati detrahitur,quòd in cauſa propria cõſuluit, vt ex principio ſui conſilij colligitur.l.omnibus. C. de teſti. ita manifeſtè conuincitur eius diuerſitas inter actum collectãdi,quem neceſſarium appellat, & actus altius non tollendi,coquendi panem, vel molendi ad furnum & molendinum alterius, quos uolun-
35 tarios dicit. † Sicut enim ſunt actus voluntarij,pariter & iſte collectandi: imponens enim poteſt non imponere, & poſtquàm impoſuit, non exigere pro libito voluntatis,ſicque determinat in gabella Grammat.conſi.69.in fi.in ciuilibus. vbi dicit quòd gabella poteſt imponi quandocumque, ad arbitrium priuilegiati, cum ſit in eius mera facultate: quod idem de collecta dici poteſt ad vnguem,quæ pendet à li-
36 bera voluntate collectantis. † Bene uerum eſt, quòd ex parte illius, contra quem tale ius eſt impoſitum,dicitur actus neceſſarius,quia tenetur ſoluere: ſed idem eſt in exemplis Crauettæ, videlicet in iure altius non tollendi, coquendi ad furnum,vel molendi ad molendinũ alterius, quia poſt dicta iura impoſita ex parte eorum,contra quos ſunt impoſita,ſicut actus neceſſarii,quia non poſſunt altius tollere, nec alibi coquere, vel molere, meritò ſicut in præſcribenda libertate dictorum actuum fatetur Crau. requiri interpellationem & cõtradictionem ſecundum opin. Alexandri,pariter in ca-
37 ſu noſtro idem concludi debet, † prout tenet Grammat.in d. conſi. 69. numc. 12. vbi dicit, quòd in his tangentibus impoſitionem collectarum negatiuè,nulla cadit allegatio immunitatis in præteritum ad futurum, dicendo ſe ideo non teneri, quia non fui ſolitus ſoluere talem collectam in præteritum: citat Doctor. in l. comperit. C. de præſcr.30.ann. vbi Bald.ſummat quòd contra publicas functiones non currit præſcriptio, & dat illud exemplum altius non tollendi, ad denotandum quòd caſus noſter ab illo non differt, quicquid dixerit Cra-
38 uetta. † Nec tam ſupinus fuit Alexand.quòd errauerit in allegando Bartolum in dict. l.cum ſcimus, quia non dicat interpellationem requiri, & ſequi debere contradictionem,ſed ſolum quòd caſus acciderit, quò eo iure quis uti poſſet. Namque ſubtiliter intuendo Bartolus id ſentit à contrario ſenſu: ſummit enim argumentum ex illo text. quòd ſi terræ recommendatæ tenentur dare ciuitati Peruſij ſubſidium peditum & equitum,& per centum annos non præſtiterint ex eo, quia ciuitas Peruſina non requiſiuit, cum ſuis gentibus eſſet cõpioſa, non per hoc dictæ terræ præſcripſerunt libertatem dicti ſeruitii. at demus caſum ex diametro prorſuſque contrarium, quando Peruſina ciuitas gentibus indigebat, terraſque requiſiuit, & illæ recuſarunt, vtique vult eo caſu Bartolus libertatem præſcribi, & in eum caſum voluit Alex. eum citare, parique modo loquitur Felyn.in capitul.cum acceſſiſſent.
39 de conſtitut.colum.11. † ſicut & Abbas in dicto conſi.101. tenebatur enim Abbas Sancti Bartholomæi parere Abbati Sanctæ Crucis: non obediuit quia ille non præcepit, ergo non præſcripſit libertatem dicit Abbas, & bene ratione quam ſubdit, quia ex non vſu non inducitur præſcriptio ſine actu contrario: ſed ſi caſum uertas, quòd Abbas Sanctæ Crucis præceperit Abbati Sancti Bartholomæi, & ille non obediuerit recuſando, certè naſcetur inde principium præſcribendæ libertatis aduerſus obedientiam, vnde Doctores ad eundem ſcopum tendunt, quos Crauet. penitus non conſiderauit, vt ſuæ cauſæ potius, quàm veritati deſeruiret. Ad ſtatutum Regii dico, quòd facit duo capita, quòrum neutrum caſui noſtro famulatur: in primo loquitur de ciuibus Regii non grauandis pro bonis eorum immobilibus ſitis in Ducatu & epiſcopatu Regino, at bona de quibus agitur ſita in territorio Mõnticuli, non dicuntur in Ducatu, nec in Epiſcopatu Regino, cum Caſtrum Monticuli iam diu per ſe ſit conſtitutum, neque ſubiugatum aut ſuppoſitum alicui ciuitati vel loco Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Ducis Ferrariæ, vt in decreto Nicolai Marchiónis apparet, confirmato poſtmodum per Borſium, & Alfonſum Duces eminentiſſimos Ferra-
40 riæ. † Et licèt dicatur ad beneplacitum noſtrum, tamen in contractibus beneplacitum morte concedentis non reuocatur. l. cen-

teſimis. §. final. & ibi Bartol.& alij, ff.de verbo.
obl. Soc. conſi. 78. colum. 2. uolum. 3. qui dicit
eſſe commu. In ſecundo verò capite ſtatutum
loquitur de ciuibus Regii, qui grauarentur oc-
caſione bonorum immobilium poſitorum etiã
extra Ducatum & Epiſcopatum Regii, prouidẽ
do prout in eo ſubiicitur, quod etiam caſum
noſtrum non attingit: quia loquitur de bonis
ſitis in alio loco, non plenè ſubiecto iuriſdictio-
ni D. Poteſtatis & communis Regij, ſentiens ꝙ
aliqualiter ſic: quale non eſt Caſtrum Monticu
li, quod nullo modo eſt eis ſubiectum, ſed omni
no ſeparatum tum ex dicto decreto, cum ex te-
ſtamento Ducis Alfonſi, qui illud reliquit Illu
ſtriſſimo D. Alfonſo eius filio cum mero, & mix
41 to Imperio, & omnimoda iuriſdictione: † qua
re vniuerſo in eum tranſlato cenſetur alijs adẽ-
ptum. l. quod in rerum. §. 1. cum ibi not. ff. de le-
ga. 1. Item quia dictum ſtatutum vult eo caſu, ꝙ
Poteſtas Regij imponat onera alijs bonis im-
mobilibus ibi ſitis vſque ad integrã ſatisfactio-
nem grauatorum, ex quo ſupponitur Poteſtatẽ
Regij ibi iuriſdictionem habere, cum aliàs hoc
42 facere non poſſet. l. fi. ff. de iur. omn. iud. † at
hoc præſuppoſitum verificari non poteſt in ter
ritorio Monticuli, vbi Poteſtas Regij nullam
habet iuriſdictionem, ſed Illuſtriſſimus D. Al-
fonſus duntaxat, ergo nec debet habere locum
dictum ſtatutum. l. mãcipia. vbi Fulg. & alij, C.
de ſer. fug. Bar. in l. ubi pactum. col. 1. C. de trãſ.
Rom. ſingul. 490. ſtatutum puniens. plenè Fel.
in c. nonnulli. de reſcr. Ceph. conſi. 5. nu. 6. Ad
vltimum de conuentionibus initis inter ciues
Regij & Marchionem Nicolaum, ꝙ illi gaude-
re debeant, & vſufructuare liberè, & expeditè
omnes eorum poſſeſſiones, terras, & bona, quæ
& quas habent, vel in futurum habebunt in ali-
qua parte, ſeu partibus ſubiectis Excellentiæ
43 ſuæ: † reſpondetur in primis quòd non ap-
paret tempore dictæ conuentionis Caſtrũ Mõ-
ticuli fuiſſe ſubiectum dicto Marchioni. Et vbi
quæſtio eſt in tempore, illud probandũ eſt præ-
ciſum, certum, & limitatum, Glo. in l. eum actũ.
ff. de neg. geſt. Bar. & doct. in l. non ſolum. §. ſed
vt probari. ff. de oper. no. nunc. Cra. conſi. 6. nu.
106. Dec. conſi. 210. col. pe. Rui. conſi. 92. nu. 8.
vol. 3. & latius dixi poſt And. Sicul. Iaſonem &
44 alios, in Rubr. C. qui admi. nu. 136. † Et cum
conuentio loquatur de terris ita qualificatis,
probari debuit dicta, qualitas, ut conuentio lo-
cum habere poſſit. Bart. in l. 1. ff. ne quid in flu.
pub. Io. Andr. in c. 1. de homi. in 6. Alex. conſi.
161. in princ. volum. 5. Dec. conſi. 13. colum. 3.
conſi. 18. colum. 2. conſi. 44. in princ. conſi. 356.
nume. 4. conſi. 550. nume. 4. conſi. 589. nume. 7.
Marſ. ſing. 187. Rub. conſi. 16. nume. 14. D. meus
Riminal. conſi. 58. in fi. & conſi. 114. nume. 8.
Secundò poſito quòd ſic eſſet, non tamen fa-
cit ad rem noſtram: aliud enim eſt quòd Mar-
chio concedat ciuibus Regij frui bonis (id
enim reſpicit fructus, quos intendit habere præ
cipuos princeps) aliud eſt quòd pro qualibet
bubulca dictorum bonorum ſoluant ciues 20.
ſolidos: hoc enim reſpicit dominium & proprie
tatem dictorum bonorum ab vſufructu ſepara-
45 tam. §. 1. Inſt. de uſufr. † meritò de diuerſis ad
diuerſa non rectè infertur. l. Papinianus exuli.
ff. de mino. Tertiò reſpondetur quòd ſub ver-
bis generalibus non debet comprehendi immu
nitas ab hoc onere refectionis murorum Mon-
ticuli, quoniam nec in ſpecie conceſſa ſubſiſte-
46 ret. l. 1. C. de oper. pub. † ſimplex enim & ge-
neralis diſpoſitio nunquam refertur ad illud,
quod in ſpecie prohibetur. l. quamquam. ff. de
rit. nup. tradit Bar. in l. ſi quis ſub conditione. in
fi. ff. de cond. inſt. Bal. in l. fi. §. in computatione.
& ibi Barb. in apoſt. C. de iure deli. Caſtr. conſ.
317. col. 3. vol. 1. conſi. 23. col. 1. vol. 2. Alex. conſ.
95. col. 2. vol. 6. conſi. 10. ad fi. vol. 7. Cor. conſi.
181. col. 2. vol. 3. Iaſ. in l. filius à patre. §. fi. 2. not.
ff. de lib. & poſt. Cra. conſi. 106. nu. 6. Quo ue-
rò ad immunitates conceſſas dictis ciuibus Re-
gii per Ducem Alfonſum, reſpondetur ut pri-
mo loco dixi circa ſtatutum Regii, quòd loquũ
tur de locis vnitis Regio, qualis non eſt locus
Monticuli. Sicque ſublatis contrariis nitida re-
manet & inconcuſſa intentio Illuſtriſſimi D. Al
fonſi, pro quo fuit etiam iudicatum per grauiſſi
mos Dominos Conſiliarios Signaturę, viuente
Mirolio.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinale de Trano.

### ARGVMENTVM.

De mandato à forenſe facto extra territorium Fer
rariæ ſine clauſula ad reſpondendum capitulis,
valido.

### *SVMMARIVM.*

*1 Statutum circa ordinatoria comprehendit forenſes.*
*Quod declaratur. 17. & 18.*
*2 Lites abbreuiari, dicitur fauorabile.*
*3 Viri boni lites execrantur.*
*4 Statuentes cenſentur noluiſſe quod interrogati veri ſimiliter ſtatuiſſent.*
*Quod declaratur quomodo procedat. 28.*
*5 Procurator conſtitutus ad præſtandum iuramentũ, & ad uidendum præſtari, poteſt reſpondere capitulis.*
*Et quomodo iuret de reſpondendo. 6.*
*7 Iuramentum quodcumque, comprehendit etiam iuramentum de reſpondendo capitulis.*
*8 Mandatum ad præcedentia porrigitur, & ad ſequentia. 10.*
*Procurator ad litem conteſtandam, poteſt eam mediare, & finire. 8.*
*Et ad opponendum crimina, poteſt ea probare.*
*9 Procurator datus ad vnũ actũ, nõ põt aliũ expedire.*

*Si*

*Si ſunt diuerſi, ſecus ſi connexi.*

10 *Procurator ad nunciandum, poteſt recipere cautionem de demolitione.*

*Et ad fideiubendum poteſt ſoluere.*

11 *Mandatum porrigitur ad conſequentia, licèt requirant ſpeciale mandatum.*

12 *Statutum loquens in perſonam, non comprehendit forenſes.*

13 *Statutum, quòd mandatum duret anno tantùm, nō comprehendit mandatū factum extra territoriū.*

14 *Statuentes monere non poſſunt forenſem extra territorium exiſtentem.*

15 *Forenſes in dubio non cenſentur comprehenſi ſub ſtatuto.*

*Et illud ignorare præſumuntur. 16.*

18 *Lex non debet incogitātem, & inſcium opprimere.*

19 *Ignorans pœnam non patitur.*

*Nec actus annullationem 20.*

21 *Statutum prohibitiuum in perſonam fauorabile, quem comprehendat extra territorium.*

*Minor teſtari prohibitus, non poteſt extra territorium teſtari. 21.*

22 *Statutum quòd uir vxori legare non poſſit, & econtra, procedit extra territorium.*

23 *Statutum ne fiat eluſorium, comprehendit quod aliàs non comprehenderet.*

24 *Ciues non minus pugnare debent pro legibus obſeruandis, quàm pro moribus.*

25 *Statutum eluſorium fieri non debet.*

*Statutum de gabella ſoluenda, procedit in cōtractu ciuium facto extra territorium. ibidem.*

26 *Mulier ſtatuto prohibita contrahere, non poteſt extra territorium contrahere.*

27 *Forenſes non gaudent beneficio ſtatutorum, quia non ligantur eis.*

## CONSILIVM XI.

*Auxilium meum à Domino.*

OPPONITVR procuratori in iudicio Ferrariæ comparenti pro Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinale de Trano vigore mandati Romæ conditi per Reuerendiſſimam ſuam dominationem, quòd audiri non debet ex eo, quòd in illo mandato non eſt inſerta clauſula ad reſpondendum capitulis, meritò non eſt ſufficiens ad cauſam agendam, vel defendendam, ac ſi mandatum non habuiſſet, vt ad vnguem diſponitur in ſtatuto Ferrariæ de Poſitio. in prin. & oppoſitio partis ſic
1 inſtantis iuridica videtur, † quoniam cum dictum ſtatutum diſponat circa modum, & ordinem procedendi, debet forenſes ligare, qualis eſt Reuerendiſſimus Dom. Cardinalis, ut per Bartr. Abb. & alios in cap. quod clericis. de for. comp. doc. in l. 3. §. fi. ff. de teſti. Gl. in l. 1. in uer. controuerſia. C. quæ ſit lon. conſ. Alex. in l. 1. nume. 19. ff. de leg. 2. conſi. 164. circa dubitationem. colum. 2. uol. 2. Fel. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 33. verſi. tertius caſus. de conſtit. & ibi Dec. nu. 47. & 48. Bart. & cæteri in l. 1. C. de ſum. tri. Cephal. conſi. 263. num. 30. Hinc ſtante ſtatuto, quòd magiſtratus ad partis petitionem teneatur cauſam committere bonis viris cognoſcendā & terminandā, etiam foērſis litigans in loco ſtatuti ligatur, quia reſpicit ordinatoria. Caſtr. conſi. 75. in cauſa appellationis. col. pen. in anti. Imol. & Maria. in c. ſanè. de for. compe. Rui. conſi. 9. nu. 13. vol. 4. cum ſimilib. per Rol.
2 a Val. conſi. 57. nu. 22. vol. 2. † Secundò quoniam quando ſtatutum concernit prohibitionem & actum fauorabilem, comprehendit actū licèt factum extra territorium. Bart. in d. l. 1. q. 6. vbi Signor. nu. 17. & ſequitur Dec. plures allegans, in l. fi. nu. 13. ff. de iur. omn. iud. at prohibitio huius ſtatuti volentis in mandatis eſſe debere clauſulam ad reſpondendum capitulis, aliàs non valeant, fauorabilis eſt, vt lites abbreuientur. prima conſti. Cod. & ibi Bart. l. properandum. in princ. & ibi not. C. de iudi. c. finem
3 litibus. de dol. & contu. † Vnde boni uiri lites execrantur. l. apud Celſum. §. ſi quis. ff. de exce. do. l. item ſi res. §. fi. ff. de alie. iud. Iaſ. in l. filio pater. colum. 1. ff. de leg. 1. meritò debet hoc ſtatutum locum habere in dicto mandato facto per dictum Reuerendiſſimum Dominum Ro
4 mæ, & ſic extra territorium Ferrariæ. † Tertiò quia quando ſtatuentes condiderunt illud ſtatutum veriſimiliter cogitarunt euenire poſſe quòd forenſes Ferrariæ litigare poſſent: & ſi tunc interrogati fuiſſent an ſub eo forenſes includi deberent, & illud ſeruare, reſpondiſſent quòd ſic, ne forenſes in hoc melioris conditionis ſint ciuibus Ferrariæ: igitur iſtud pro cauto cenſeri debet, & ſeruari ſecundum Gloſſ. & doctor. in l. tale pactum. in fine. ff. de pact. Dec. conſi. 19. colum. 4. Marſ. ſingul. 343. Deciſio Neap. 44. numero 26. cum ſimilibus.
5 † Iſtis tamen non obſtantibus aliàs ego contrarium dixi, & obtinui coram Magnifico Conſilio iuſtitiæ, prout & in hac cauſa ſperandum eſt: tanto magis, quoniam uideo quòd in præſenti mandato Reuerendiſſimus Domin. Cardinalis conſtituit procuratorem nedum ad dādum & præſtandum calumniæ & quodcumque alterius generis licitum & honeſtum iuramentum in animam ipſius Reuerendiſſimi Do. conſtituentis & eius nomine, ſed & ex aduerſo ad dari & præſtari uidendum ſibi dictum iura-
6 mentum. † Quo ſtante clarum eſt, quòd pars vel procurator antequàm reſpondeat capitulis, ſibi defertur iuramentum de reſpondendo, prout crediderit eſſe veritatem. l. 2. §. quod obſeruari, & ibi not. C. de iur. calum. & ſtatuto noſtro cauetur, ita quòd iuramentum eſt quoddam præambulum ad reſponſiones capitulorum, reſponſio verò capitulis eſt quoddam conſequens ad illud iuramentum. Si ergo procurator eſt conſtitutus ad uidendum ſibi dari, & præſtari quodcumque ge-
7 nus iuramenti, † quæ uerba velut vniuer-

ſalia proculdubio comprehendunt etiam hoc
iuramentum præambulum reſponſioni capi-
tulorum. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Dec.in l.om-
nia.ff. ſi cer. pe.ſequitur quòd etiam dicatur cō
ſtitutus procurator ad reſpōdendum capitulis,
8 quod eſt conſequens dicti iuramenti, † quo-
niam in materia mandati, de qua agitur, hæc
eſt firma concluſio, quòd habens mandatum
ad præcedentia, cenſetur & illud habere ad ſe-
quentia, vt not. Glo. Ang. Albe. Caſtr. & alij in
l. ad tem mobilem. ff. de proc. per tex. in l. ſequ,
vt enim dicit Caſtr. ſi procurator fuerit conſti-
tutus ad litem conteſtandum, poterit etiam me
diare & finire cauſam. Et ſi habet mandatum
ad opponendum crimina & defectus, cenſetur
habere mandatum ad ipſa probandum: & hæc
non tam ex virtute verborum, quam in quan-
dam conſequentiam, ne conceſſio ſit inutilis, &
oppoſitio uana, vtque ſubiungit Alber. natura
cuiuſcumque mandati eſt comprehendere non
ſolùm expreſſa, ſed expreſſis connexa, & depen
dentia licèt ex parte poſt, nihil enim refert quia
ſemper includuntur mandato: & ratio eſt quia
talia non ſunt omnino extranea, ſed ex eis oriū
9 tur, & eis coniuncta ſunt: † Nec obſtat vt in-
quit Ang. ibi, quòd procurator datus ad vnum
actum, alium non poſſit expedire. l. diligenter.
ff. mand. quia verum eſt quando actus ſunt di-
uerſi, & inuicem non connexi, ſecus ſi ſunt con
nexi & inuicem dependentes vt ibi: meritò fa-
cta commiſſione de præcedentibus, intelligun-
tur commiſſa ſequentia, quia trahuntur ad præ-
cedentia. Sed in propoſito noſtro reſpondere
capitulis ſequitur neceſſariò iuramentum dela
tum & præſtitum, & ab eo dependet, eique cō-
nexum eſt. ergo dato mandato ad ſubeundum
iuramentum ſibi præſtitum, cenſetur & datum
ad reſpondendum capitulis in quandam conſe
quentiam, ne delatio ſola, præſtatioque iura-
menti ſit inutilis, prout ad unguem declarant
10 Caſtr. Ang. & Alb. in exemplis ſuis. † Et præ-
ter eos confirmatur ex doctr. Bar. in l. cum pro-
curator. in prin. ff. de oper. nou. nun. & in l. inde
bitam. ff. de cond. inde. & Alex. vtrobique. Caſ.
conſi. 28. in antiq. Iaſ. in l. quotiens. col. 3. C. de
iudi. Dec. in l. 2. nu. 27. ff. de iur. om. iud. vbi te-
nent quòd procurator conſtitutus ad nuncian-
dum, vel fideiubendum, cenſetur etiam conſti-
tutus ad recipiendum ſatiſdationem de operis
demolitione, vel ad ſoluendum, ex quadam ne-
ceſſaria conſequentia, quam habent illi actus
11 ad conceſſum. † vnde inferunt, quòd in om
nibus caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mā-
datum, ſi mādatur aliquid nominatim, ad quod
aliud habeat neceſſariam cōſequentiam, quòd
per ſe requirit ſpeciale mandatum, vtique ve-
nit, & includitur ſub virtute præcedentis man-
dati: dāt exemplum in reſtitutione in integrū,
quæ veniat & ſit neceſſaria in cōſequētiā actus
cōceſſi: nā peti poterit a tali procuratore, poſito
ꝙ aliàs requirat ſpeciale mandatū. Quare cū re-
ſpōſio capitulorū veniat in cōſequētiā iuramē-
ti procuratori delati, & per eum præſtiti, procu
rator poteſt reſpondere capitulis, cum id veniat
in conſequentiam illius iuramenti, & ita non po
teſt inualidum, nec inſufficiens mandatum re-
12 putari. † Secundò poſito quòd ex prædictis
hoc mandatum nō ſuſtineretur, cōſidero quòd
ſtatutum de politi. loquitur in perſonam: ibi, ſin
gulos ad iudicia procuratores cōſtituentes mo-
nemus, vt dent eis in mandatis quòd poſitioni-
bus reſpondere poſſint: ideo non comprehen-
dit foreoſes, nec circa perſonas eorum quid di-
ſponere poteſt ita Bar. in d. l. 1. C. de ſum. trin.
nu. 25. ver. ſed circa. Bald. col. 8. ver. circa q. Iaſ.
poſt Sal. nu. 86. ver. limita tamen. Caccial. num.
88. Alci. in ver. explicitis. Marſ. in l. fi. nu. 91. ff.
de iur. omn. iud. Alex. conſi. 44. vol. 5. vnde Re-
uerendiſſimus D. Cardinalis, qui fecit hoc man
datum Romæ, non debet hoc ſtatuto compre-
13 hendi. † Tertiò, confirmatur in terminis man
dati deciſione Caccia. in d. l. 1. nu. 152. ver. ſed
quid dicerem. vbi ponit hanc q. viget ſtatutum
Senis quòd mandatum in quo nō ſit adiectum
quanto tempore duret, illud duret anno, & nō
vltra: modò quidam forenſis conſtitutus extra
iuriſdictionem & territoriū Senarum, fecit ſuū
procuratorem quēdam ciuem Senarum ad cau
ſam Senis agitandam, nec aliter in mādato adie
cit, quanto tempore vellet illud durare, quæſitū
fuit an expiret anno iuxt. formam dicti ſtatuti?
Concludit Caccial. ibi poſt nōnullos doctores
per eum relatos dictum mandatum anno non
finiri, nec ad illud dictum ſtatutum Senarū por
rigi: quæ deciſio in terminis caſum noſtrum de
terminat, ſi rectè conſideretur, cum in manda-
to loquatur: & ſicut ibi aderat defectus ille tem
poris, ita hic reſpondendi capitulis ut ſupponi-
tur, meritò ſicut ibi ualet non obſtante ſtatuto
illo, pariter hic ualere debet hoc ſtatuto non at
14 tentò. † Quartò nedum ſtatutum hoc nō com
prehendit forenſem extra territorium facientē
mandatum procuratori in hac ciuitate, ſed & in
tentio ſua fuit eum nō comprehendere, nec de
illo loqui. Ad quod pondero uerba ſua [ Ideo
per præſentes prouiſiones ſingulos ad iudicia
procuratores conſtituentes monemus, ut dent
eis in mandatis quòd poſitionibus reſponde-
re poſſint ] ſi enim extra territorium iuſdicen-
ti impunè non paretur. l. fi. ff. de iur. om. iudic.
quomodo per ſtatuentes moneri poſſunt foren
ſes abſentes à ciuitate & territorio Ferrariæ, &
in remotis partibus ſæpe conſtituti, ut hic Re-
uerendiſſimus Cardinalis Romæ manens tem-
pore mandati ſui? certè nullo modo. ergo de ta
libus forenſibus non intellexerunt ſtatuentes.
15 † Quintò poſito quòd ex uerbis hoc non eli
ceretur, attamen cum nec de forenſibus expreſ
sè loquatur ſtatutum, ſic in dubio debet inter-
pretari quòd eos non comprehendat, ut uoluit
Cyn. in l. 1. q. fi. C. quæ ſit lon. conſue. Guid de
Suza. in quadā diſpu. incip. Sed pone ſtatutum.
& in alia, incip. Quæſtio talis eſt, Bononienſis.
dicens quòd ſtatutum ſemper ita debet arctari
quòd extraneus non cōtineatur. ſequitur Rui.
conſi. 18. nu. 7. uol. 5. Cephal. conſi. 241. nu, 68.
ideo

ideo ſtatuentes in noua ſtatutorum compilatione (inter quos ego pariter deputatus fui) poſitis uerbis ſupra relatis ueteris ſtatuti ſubiunxerunt iſta [Quod locum habeat in mandatis factis in ciuitate & diſtrictu Ferrariæ tantùm] ad excluſionem eorum, quæ per forenſes fierẽt
16 extra territorium ciuitatis noſtræ. † & iure merito, cum nihil eis imputandum ſit, ſi formã ſtatuti prædicti non obſeruauerint, qui preſumptione iuris illud ignorauerint, ut per Cor. conſi.64.in fi. vol.3. Alex. conſi.37. uiſo. col.6. uolu. 2. Mar. in l. fi. nu.179. ff. de iur. omn. iud. Ceph. conſil.167. nu.10. Quare per nouam editionem dicti ſtatuti ſopita fuit iſta diſputatio quæ prius fiebat ſuper ſtatuto veteri de mandato dicti Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Trani, quod
17 tunc ex prædictis tuebar. † Nec obſtant contraria, atque in primis quòd cum ſtatutum reſpiceret ordinatoria, deberet forenſes includere: quoniam Doctores ſupra citati bene loquuntur in terminis ſuis, ſed illi ualde differunt à caſu noſtro: dicunt enim quòd ſeruandæ ſunt cõſuetudines & fori leges, ubi cauſa agitatur, ſiue quæſtio ſit inter duos laicos eiuſdem fori, ſiue diuerſi. Quod denotat vbi vel omnes eſſent ciues eiuſdem loci: vel alter eorum forenſis, uel inter clericum & laicum. meritò ſi in foro ciuili perimitur inſtantia certo tempore, uel tenetur actor dare fideiuſſorem, uel agitur de feriis obſeruãdis, de libelli oblatione, de appellãdo, uel non, aut de cauſa conpromittenda, utique forenſis & clericus ita ſubiicietur ſtatutis loci quo litem agit, ſicut ciuis. Nec immeritò cum ibi ſit, aduocatos & procuratores habeat, quibus inſtrui põt de forma ſtatutorum: & cauſa ſua ſubi
18 icitur illi foro, quam in eo iam inchoauit. † At longè ſecus eſt quando forenſis Romæ manens aut alibi, litigaturus Ferrariæ facit ibi procuratorem aliquem Ferrariam profecturũ, uel unũ fortè de cauſidicis Ferrariæ conſtituit, ad quem poſtea mandatum per literas aut nuncium mittit. Quid. n. peccat ille ſi clauſulã ad reſpõdẽdũ capitulis prætermittit, quam ignorauit inſerendam fuiſſe? nec ſuper hoc peritos aliquos informatos conſulere potuit Ferrariæ commorãtes? certè nihil. igitur excuſandus eſt ex ignorantia probabili: lex enim non debet incogitantem quẽquam atque inſcium opprimere, ut inquit Conna. in commenta. iur. ciuil lib.1. cap.9. col.
19 7. in prin. † Et ſicut in ignorante pœna locum nõ hẽt. l. fi. ff. de decre. ab ord. l. gñali. C. de tab. lib.10. Caſ. in l. de pupillo. §. nunciationem. ver
20 ſi. nunciare. ff. de oper. nou. nunc. † Item nec actus annullatio, iuxta not. in l. mancipia. C. de ſer. fu. Dec. in l.1. nume.14.15. C. de eden. conſi. 591. nu.3. Cur. iu. conſi.182. Ceph. conſil.167. nume.11. pari quoque modo nec habere locum debet quod ſtatutum concludit, procuratores tales repelli, ſi eis opponatur quòd in manda
21 to non adſit clauſula memorata. † Ad ſecundũ debet aduerti quomodo loquatur Bar. in d. l. 1. q.6. dicit enim quòd ſi ſtatutum eſt prohibitiuum in perſonam, & continet prohibitionem fauorabilem, comprehendit etiam ciuem illius ciuitatis vbicunque exiſtentem. Dat exempla quædam Bart. puta ne minores decipiantur in confectione teſtamenti, ſtatuitur quòd minor annis 25. non poſſit facere teſtamentum. quod exemplum ſequitur D. meus Rimi. conſil.598.
22 † Secundò ponit exemplum Barto. ſi ſit ſtatutum quòd vir non poſſit vxori legare, vel econtra: quod eſt factum ne mutuo amore ſe inuicẽ ſpolient, de quo Dec. tradit conſil. 196. Rurſus & aliud de illo, cui bonis eſt interdictum in iudicio: quæ interdictio fauorabilis eſt, ne ſua bona perdat, vt declarat Signor. in d. l.1. ſub nume.17. huiuſcemodi namque ſtatuta vires habebunt extra territorium, ſi minor ibi teſtari velit, uir vxori legare, vel econtra, aut prodigus
23 alienare bona. † Ratio prædictorum eſt, & quidem facilis ac per ſe clara, licèt Doctores ibi nõ dicant: quia vbicunque diſpoſitio legis aut ſtatuti de facili poſſet eluſoria reddi, tunc etiam in materia pœnali licita eſt extenſio, vt alius caſus comprehendatur, qui aliàs propriè non cõprehenderetur, vt voluit Butri. in ſua diſputatione, quæ incipit, Bononienſis. quem refert
24 Iaſ. in l. talis ſcriptura, nu.21. ff. de leg.1. † Summaque vi niti debemus, vt leges obſeruentur: & vt dicebat Heraclitus Epheſius, Ciues non minus pugnare debent pro legibus, quàm pro mœnibus, quòd abſque legibus nullo pacto poſſit eſſe ciuitas incolumis, abſque mœnibus poſſit. At ſi concederetur minori prohibito teſtari, uiro uxori legare, & prodigo alienare, extra territorium ſtatuentium abire, & prædicta aduerſus ſtatutum facere, iam fraus aperta inuenta eſſet ſtatutum eludendi: nam quiſquis eorum domo recedens, & in aliam regionem ſe transferens, votum ſuum exequeretur, eoque
25 modo ſtatutum effugeret, † quod eſſe nõ dẽt, vt tradunt Bal. & Sal. in l. multum intereſt, col. 5. verſi. pone ergo. C. ſi quis alteri vel ſi. de ſtatuto Peruſino diſponente, quòd de quolibet cõtractu celebrato Peruſij ſoluatur gabella: nam ſi duo Peruſini vt gabellam non ſoluerent, contraxerunt in ciuitate Aſſiſii, ſolutione tamen collata Peruſio, nihilominus ad gabellæ ſolutionem tenentur ex dicto ſtatuto vt fraudibus obuietur. ſequitur Caccialup. in l.1. C. de ſumma
26 tri. num.95. verſi. quando verò. † & hoc idem determinat Bal. conſi.60. vol.5. loquens in ſtatuto Aſſiſii prohibente mulierem contrahere, quòd habeat locum ſi mulier ſubdita alibi contraxerit, per plures rationes, ſed illam potiſſimè, quoniam aliàs ſequeretur abſurdum, quia ſemper tales contractus fierẽt extra territoriũ, & ſtatutum eſſet ludibrium, quod eſt abſonũ. Et idem latius ſequitur Rui. conſi.60. colum.2. vol.4. & D. meus Rimi. conſi.598. demumque Par. conſi.99. col. fi. uolu.1. patet igitur in exemplis prædictis ratio, cur ſtatutum porrigitur ad actus factos per ſubditos extra territorium, ne ſit in eorum poteſtate ſtatutum eludere, ſed iſta ratio ceſſat in forenſe alibi commorante, dirigente procuratorem ad ciuitatem Ferrariæ cũ

mandato non continente clauſulam ad reſpondendum capitulis: hoc enim non fecit vt ſtatutum eluderet, & fraudem committeret, ſed ignorantia ductus quòd mores, & ſtatuta ciuitatis
27 ignorauerit: meritò dignus eſt vt excuſationem mereatur, & mandatum ſuum ſuſtineatur. † Ad ſecundum reſpondetur, quòd immo ſtatuentes contrarium reſpondiſſent, cum in perſonam forenſis diſponere non poſſint, nec ea inhabilitare, per ea quæ dixi ſupra nu. 12. Nec inde dicentur forenſes eſſe melioris conditionis ciuibus, ſed erit ex eo quia cum non gaudeant forenſes beneficiis ſtatutorum, nec eis ſubiacere debent, & ab eis ligari, vt voluit Guid. de Suza. in q. incip. pone quæſtionem. quem refert & ſequitur Alex. conſi. 44. vol. 5. Caſ. in l. omnes populi. in fi. ff. de iuſt. & iure. Rui. conſi. 112. nume. 11. volu. 5. hoc enim eſt ſecundum naturam, vt qui in vno grauatur in alio ſubleuetur, & econtra. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. vnde ciues ſtatutis ligātur, quia commodis eorum fruuntur: forenſes verò non ſubiiciuntur eis, quia nec eis
8 proſunt: & ita procedunt à pari, licèt in diuerſis terminis paritas eorum verſetur. † Secundò reſpondetur tunc demum pro cauto haberi quod fuiſſet diſpoſitum, ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati quando aliquid fuit expreſſum, ex quo illa voluntas ſtatuentium deprehendi poſſit. At ſecus quando caſus omnino fuit omiſſus, quia pro omiſſo habetur, vt notab. diſtinguit & declarat Bald. in l. 1. circa fin. C. de his qui ante aper. tab. ſequitur Dec. conſi. 89. col. pen. conſi. 369. in princi. conſi. 417. conſi. 515. col. 1. Rube. conſi. 68. col. fi. Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Treb. col. 5. Ripa. nu. 61. cum ſimilibus. At nihil ex verbis ſtatuti prædicti ſenioris colligitur, quo forenſes includantur, ſed eorum caſus penitus omiſſus reperitur, meritò pro omiſſo cenſeri debet. Et ita ſublatis contrariis remanet efficax mandatum Reuerendiſſimi Cardinalis prædicti.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſsimo & Reuerendisſimo D. Cardinale de Saluiatis Epiſcopo Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De confeſſionibus quibuſdam, contra quas eccleſia reſtitui non debet.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confines diuerſi denotant rem diuerſam.*
*Niſi conſtet de corpore. 7.*
2 *Confeſſio de vna re, non debet in alia praiudicare.*
3 *Filius conſentiens venditioni quarundam rerum patris obligatarum pro dote matris, non præiudicat ſibi hypotheca, quo ad alias.*
4 *Demonſtratio quandoque prævalet nomini proprio.*
5 *Allegare quid, & qui vult dicere contrarium, probet, quando procedat. 6.*
7 *Confinium error diſpoſitionem non vitiat.*
8 *Verba enunciatiua non probant inter partes quando de enunciato diſputare contingit.*
*Vt in confeſſione incidenter facta. 9.*
*Fallit ſtante iuramento. 10.*
*Vel ſi cum enunciato concurrit aliquod adminiculum. 12.*
11 *Verba enũciatiua vigore iuramẽti fiunt diſpoſitiua*
13 *Solutum iure decima, vel cenſus non concludit dominium.*
*Sed contra. 15.*
14 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*
16 *Eccleſia nunquid reſtituenda ſit aduerſus confeſſionem, alio non probato. quidam quòd ſic.*
*Auctor cum pluribus contra. 21. & 33.*
*Qui demum refert diſtinctionem quandam. 45.*
17 *Intellectus c. auditis. de reſtit. in integ. per Abb.*
*Sed nouus & melior per auctorem. 39.*
18 *Minor confeſſus delictum, de quo non cõſtabat, debet reſtitui allegando ſe læſum, alio non probato.*
*Et quare ſit. 43.*
19 *Reſtitutio in integ. non datur appellanti.*
*Nec iuranti. 20.*
21 *Reſtitutio in integ. cauſa cognita conceditur.*
22 *Intellectus l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. ſecundum gl. & Bar. 23. 27.*
*Sed alium ponit Aret. 25.*
*Quem damnat Mauritius. 26.*
*Sed auctor defendit ab eo. 28.*
*Licèt alio reſpectu ſibi non placeat. 30.*
23 *Minor non appellans, ex eo tantùm non dicitur læſus.*
24 *Minoris contractus nõ reſcinduntur, niſi adſit læſio*
26 *Faciens per alium, facere uidetur.*
28 *Integrum iudicium dicitur, quod plurimorum ſententia confirmatur.*
29 *Contractus adulti ſine curatore nullus eſt.*
*Cum eo valet, ſed reſtituitur ſi læſus eſt.*
31 *Generalis diſpoſitio omnes caſus complectitur, licèt in vno ſit maior ratio, quàm in alio.*
32 *Argumentum à minore ad eccleſiam.*
33 *Minor non reſtituitur aduerſus confeſſionem, errore non probato.*
34 *Intellectus c. 2. de reſti. in integ. lib. 6. per Alexan.*
*Sed clarius per auctorem. 35.*
*Sicut & ad glo. ibi poſitam. 37.*
36 *Vbi de vno quæritur, cætera extrema habilia ſupponi debent.*
38 *Officialis excuſatur, qui non denunciauit delictum factum de nocte infra triduum.*
*Vel in loco occulto.*
40 *Iudex nil aliud quærit, quàm concordiã partium.*
41 *Intellectus c. ſuſcitata. de in integ. reſt.*
*Indulgere per gratiam intelligitur. ibidem.*
42 *Grauatus in uno, debet in alio releuari.*
43 *Delicta tractan de maiori præiudicio.*
44 *Læſio non poteſt præſumi, niſi falſitas confeſſionis probetur.*

CON

## CONSILIVM XII.

*Auxilium meum à Domino.*

PETITVM fuit per agentes Illuſtriſ
ſimi & Reuerendiſſimi D. Cardi-
nalis Salulati, Epiſcopi Ferrariæ,
relaxari quoddam calale poſſeſ-
ſum per D. Franciſcum Mantua-
num, velut pertinens ad Epiſcopatum ſuæ Re-
uerendiſſimæ Dominationis: quo iudicio notifi
cato per dictum Mantuanum Reuerendis mo-
nialibus S. Bernardini, comparuerunt illæ, ve-
lut eius auctrices, & neceſſarii defenſores, ſuſce
ptoque iudicio factus fuit proceſſus, & aduer-
ſus eas ſententia lata pro Reuerendiſſimo Do.
Cardinale, a qua appellarunt dictæ moniales,
& produxerunt quædam capitula contraria cõ
feſſionibus earum factis tam in inſtrumẽto per
eas in cauſa producto; quàm reſpondendo ca-
pitulis Epiſcopatus in prima inſtantia produ-
ctis: vnde de duobus quæri cœpit, Primò nun-
quid dictę confeſſiones ſibi nocerent? Secundò
caſu, quo nocerent eis, an aduerſus eas reſtitui
deberent in integrum, prout petierunt? Et ſu-
per vtroque puncto formatæ fuerunt dubitatio
nes quædam per Dominum iudicem appella-
tionis aduerſus Epiſcopatum, de quarum veri-
1 tate diſpiciendum eſt. † Et in primis circa pri-
mum dicitur confeſſiones monialium, de qui-
bus in inſtrumento ſibi non nocere, quoniam
ſi conſiderentur confines rei, de quibus in libel
lo Epiſcopatus, & confines rei de qua in inſtru
mento diuerſi ſunt, nec cõueniunt: ergo diuer
ſa res cenſeri debet petita a contenta in inſtru-
mento ex diuerſitate confinium, ſecundum gl.
Bar. Imol. & alios. in l. ſi quis in fundi vocabulo.
ff. de leg. 1 Bar. in l. demõſtratio. q. 7 ff. de cond.
& demonſt. Alex. conſi. 35. & conſi. 38. volum.
5. Paris de Puteo in c. in probatione. nu. 5. & in
c. ſi finibus. de fini. feud. per l. 1. cum ibi not. per
Bar. C. ſi vnus ex plur. app. Dec. Neap. 23. Hie-
2 ro. à monte in tract. fin. reg. cap. 22. † & ob id
confeſſio de vna re, non debet in alia præiudi-
care dictis monialibus, vt in terminis confeſſio-
nis ponit D. meus Rimi. conſ. 433. nu. 15. verſi.
ex iſtis. quod ex eo confirmatur: nam videmus
etiam quòd conuentio facta ſuper vna re, non
nocet in alia. l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pact.
† vnde Iaſ. ibi, col. fi. refert Caſtrenſem. conſi.
3 117. breuiter in anti. dicentem quòd ſi filius ex
preſſè conſenſit venditioni certarum rerum pa
ternarum factæ per patrem, licèt videatur renũ
ciaſſę iuri hypothecæ, quod habebat in illis bo
nis venditis occaſione dotis maternæ. l. ſicut. §.
ſi voluntate. ff. qui. mod. pig. vel hypo. non ta-
men per hoc intelligitur renunciaſſe doti vel
hypothecæ quo ad alia bona paterna non ven-
dita, dicens de hoc eſſe caſum in l. iubemus. C.
ad velle. ſequitur Petr. Gerar. de Petra Sancta
ſing. 32. de quo dicit Iaſ. ſæpius interrogatum
4 fuiſſe. †. Sed huic obiecto facilè ac realiter re
ſponderi poteſt ex doctrina Bartoli in d. l. de
monſtratio. num. 18. dicit enim quòd quando-
que ſtatur potius demonſtrationi, quàm nomi
mini proprio. exempli gratia, Dux proceſſit cõ-
tra Ioannem poteſtatem Aſſiſij occaſione alicu-
ius delicti commiſſi in officio, qui non vocatur
illo nomine Ioannes: tamen conſtat de corpore
ex illa demonſtratione officij, certè ſtandum eſt
magis illi accidẽti, quam proprio nomini, cum
per illud accidens magis quàm per proprium
nomen habeatur notus delinquẽs. adducit tex.
vbi dicit eſſe caſum, in l. pen. ff. de reb. dub. vbi
qui habebat Flaccum fullonem. & Philonicum
piſtorem, vxori Flaccum piſtorem legauerat,
quæſitum fuit quis eorum, & num vterque de-
beretur? reſpondet Labeo, quòd ſi teſtator no-
mina ſeruorum ignorauit, piſtorem legatum ui
deri, perinde ac ſi nomen ei adiectum nõ eſſet:
ſicque magis attenditur illa demonſtratio offi-
cij, quàm nomen proprium. & ibi Bar. eandem
q. vel idem exemplum repetit, ex cuius dictis ca
ſus noſter planus redditur: nam in dicto inſtru
mento apponitur vna demonſtratio valde ſin-
gularis, de qua in libello & capitulis Reueren-
diſſimi D. Cardinalis fit mentio, quòd hoc ca-
ſale quõdam Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus
Do. Hippolytus Cardinalis Eſtenſis, tunc Epi-
ſcopus Ferrariæ, ipſis monialibus, & ſeu tunc
earum Capellano dedit, tradidit, & aſſignauit
pro miſſa eiſdem celebrãda per dictum Capel-
lanum. Et præter hanc demonſtrationem datur
alia, quòd dictæ moniales dictum caſale dede-
runt & conceſſerunt dicto D. Franciſco Man-
tuano vſque ad annos 30. ibique repetitur ea-
dem demonſtratio conſignationis factæ per di
ctum Reuerendiſſimum D. Cardinalem Hyp-
5 polytum: † non enim reperitur vnquam ip-
ſum conſignaſſe aliud caſale præter iſtud dictis
monialibus vel earum Capellano, nec eas dicto
Mantuano, & qui vult dicere cõtrarium id pro
bare debet, iuxt. not. per Glo. in l. cum de lege.
ff. de prob. & ibi Bal. & Sal. cum enim præſum-
ptio ſit pro dicto Reuerendiſſimo Cardinale;
nemo enim præſumitur iactare ſuum, & alteri
ſine cauſa concedere. l. cum de indebito. ff. de
prob. vtique ſtandum eſt dictæ aſſertioni, quòd
aliud caſale non fuerit aſſignatum, quã iſtud.
6 † Hocque caſu procedit indubitanter dicta gl.
ut tradit Imol. & mod. in l. ſi conſtante. in prin.
ff. ſol. mat. Iaſ. in l. fi. §. licentia. col. 2. C. de iure
delib. vnde cum dictæ demonſtrationes ſint val
de ſingulares & præciſæ, debent attendi, non
7 autem confines, & eorum diuerſitas: † error e-
nim confinium diſpoſitionem non uitiat. l. pa-
tronus. §. ſempronius. & §. libertis. ff. de legat. 3.
Glo. in l. ſi fortidianum. C. de lega. Imol. Alex.
& Iaſ. in d. l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. & vbi ad
ducitur diuerſitas confinium inter nouos & an
tiquos, ſi conſtat de corpore, ſatis probata dici-
tur idẽtitas rei nõ obſtante tali diuerſitate, pro
ut concludit Pariſ. conſi. 104. nume. 25. uolum.
8 1. quem refert Hiero. à monte, d. cap. 22. † Secũ
dò dubi

dò dubitatur quòd cum illa verba, de quibus
in inſtrumento memorato, ſint enunciatiua nō
probant,& inter eaſdem partes ſeu perſonas,
quando(prout in caſu noſtro)contingit in alia
cauſa principaliter de illo dubitari,prout tenēt
Butr.Abb.& alij, in c.illud.de præſump. Alex.
conſi.136.col.fi.uol.1.Dec.conſi.213.col.fi.con-
ſi.343.col.1.conſi.360.col. 4. in auth. ſi quis in
aliquo.n.37.C.de eden.in c.cum venerabilis.
nume.15.de exce.Mattheſ.not.79. Cor. conſil.
269.vol.3.Soc.conſi.39.col.2.uolu. 3.conſi. 57.
9 colum.pen.uolum.4.Ceph.conſi.265.ad fi. † &
in confeſſione incidenter facta tradit Do. meus
Rimi.in l.2.ad finem.C.de eden.per doctrinam
Butrii in d. c.illud.& Bal.in l. ad probationem.
col.2.C.loca.ver.quæro, ſi inſtrumentum.Sed
& hoc motiuum facilè dilui poteſt ſtante iura-
10 mento poſito in inſtrumento, † quod refertur
ad omnia poſita in eo,ſiue principaliter ſiue in
cidenter,& operatur vt verba: licèt enunciati-
ua diſponant & probent, ut tradit Barto.in l.ex
hac ſcriptura.colum.4.ff.de don.Anch.in clem.
1.de prob.Bal.Ang.& Iaſ.in l.ex his. limit.6. C.
de teſt.mi.Alex.conſi.17.col.1.uol.3.conſi. 127.
uol.7.qui dicit eſſe commu.Gramma.voto 16.
nu.5.Viuius in ſuis communibus opi.verſi. ver
ba enunciatiua.Iacob.Nouell. in additio. Petri
Duenas,in Regula.233.nu.11.Baue.in trac. de
iureiur.nu.32.Pariſ.conſil.97. nu.91. volum.1.
Mantua conſi.327.nu.3. Grat.Reſp.104. num.
11.vol.1.quidquid contra voluerit Dec. in d.l.
11 ex his.limit.6.& Cur. iu.conſi.24.num.4. † Et
cum vigore iuramenti verba enunciatiua fiant
diſpoſitiua,non debet admitti probatio in con-
trarium,quoniam in verbis diſpoſitiuis nō ad-
mittitur, vt tradit Caſtr.conſil. 406.2.dub.vol.
1.Crau.in tract. de antiq.temp.1.par.nume.81.
12 † Secundò reſpondetur obiectum non proce
dere quando cum enunciato concurrit aliquod
adminiculum:tunc enim verba enūciatiua pro
bant, dato quòd contingat principaliter ſuper
illo dubitari.Ita ſentit Abb.& Feli.in d.c.illud.
ſecundo not.quos ad hoc ponderat ſic declarās
Grat.d.conſil.104.nu. 5. volum.1. at cum dictis
verbis enunciatiuis inſtrumenti concurrit ꝙ
Capellanus dictarum monialium ſoluit pluri-
bus annis cenſum Epiſcopatui Ferrariæ pro di-
cto caſali, ut ex libris ſuis apparet, & quòd cū
dicto onere datum fuit illi à monialibus, vt ip-
ſæ reſpondendo capitulis confeſſæ ſunt:ergo ta
le adminiculum debet operari quòd dicta ver-
ba enunciatiua probent & inducant diſpoſitio
13 nem.& ita ceſſat obiectum dupliciter. † Ter-
tiò dubitatur ex eo, quòd in inſtrumento non
exprimitur Reuerendiſſimum Do.Cardinalem
Hippolytum dediſſe dictam rem tanquam ſui
Epiſcopatus,& ad eum ſpectantem iure directi
dominii, fieriq; potuit quòd ſibi ſolueretur
iure decimæ vel cenſus,non autem directi do-
minii,ut per Alex.conſi.13.viſo.colum.2.uolu.
2.Sed reſpondetur,quòd cum dicatur in inſtru
mento caſale fuiſſe datum ab initio moniali-
bus per dictum Cardinalem, tunc Epiſcopum
Ferrariæ,talis qualitas Epiſcopatus arguit rem
fuiſſe datam velut Epiſcopatus,& ad eum ſpe-
14 ctantem: † aliàs eſſet ſuperuacaneè prolata,qđ
eſſe non debet,vt per Bal.in Rub.C.de contra-
hen.emp.q.9.Præterea concurrunt etiam ſolu-
tiones annuæ trium annorum & vltra factæ per
Capellanum monialiū dicto Epiſcopatui, quo
ſtante non licet nunc eis refricare quæſtionē do
minii aduerſus Epiſcopatum Ferrariæ, ſed Do
minus fuiſſe præſumitur, ſtante tanti temporis
15 recognitione,vt dicitur in ſtatuto de modo pro
ban.re. reco.domi. † Quin ex ſolutione cenſus
colligitur præſumptio, quòd Epiſcopus Ferra-
riæ cui ſolutum eſt,ſit Dominus ut per Bald.in
l.indicia.col.2.poſt Iacob.de Aren.C.de rei vē
di.Roma.conſi.127.Ex his apparet dictas con-
feſſiones factas in inſtrumento,& reſpondendo
16 capitulis nocere monialibus. † Nunc de ſecun
do puncto videndum eſt,an aduerſus eas reſti-
tuendæ ſint ſimpliciter id petentes alio nō pro-
bato,& quòd ſic,adducitur tex.in c.2 .de reſti.
in integ.lib.6.ubi ſi aduerſus confeſſionem à ſe
in iudicio factam eccleſia beneficium reſtitutio
nis in integrum infra quadriēniū non petierit,
amplius non auditur.ſupponit ergo peti poſſe
infra id tempus,nec ullam probationē læſionis
requirit:quod etiam tradit Glo. dicens dato ꝙ
falſitas confeſſionis probari non poſſet, tamen
concedi reſtitutionem ininteg.contra confeſſio
17 nem,& ſic alio non probato. † ſecundo uidetur
tex.idem confirmare in c.auditis.de reſtitu.in
integ.in uer.ut aſſerit,& ibi perpendit Abb. n.
7.quòd in petenda reſtitutione in inte.aduer-
ſus probationē omiſſa,non eſt neceſſe probare
læſionem:nam eo ipſo apparet de læſione quòd
eccleſia omiſit probationem neceſſariam in ter-
mino:unde ſatis eſt hoc allegare,nec eſt neceſſe
prius producere teſtes ſuper hac læſione. idem
que tradit Abb.in c.ſuſcitata.2.not.eo.titu. per
illum tex.Iaſ.in d.§.ſi minor.col.pen. poſt Are.
conſi.66. qui communem teſtatur. in fi. Brun.
conſi.100.Rui.conſ.1.num.6.uol.1. Port.Imol.
alios citans in ſuis communibus opi.concluſio-
18 ne 5.lib.4. † hinc videmus ſi minor delictū fue
rit confeſſus, de quo aliter non conſtabat,quo-
niam intereſt eum confeſſum non fuiſſe,meritò
uelut læſus petere poteſt reſtitutionem in inte-
grum, non aliter probando læſionem; ut not.
Angel. in l.certum.§.in pupillo.ff de confeſſ.&
ualde quotidianum reputat.ſequitur Alexand.
in d.§.ſi minor.nu.11.dicens eſſe diligentiſſimè
notandum.Iaſ.col.2. uer.aduerte tamen.Alex.
conſi.116.col.pen.uol.3.dicens hoc ſolum ſuffi-
cere ad uictoriam.& conſi.80.col.2.uolu.7. Iaſ.
in l.error. uerſiculo quartò limita.C. de iur. &
fac.igno.Marſ.ſingu.445.conſi.150.nu.25.Dec.
Neapo.208.Alci.in trac.de præſum. primà reg.
præſum.42.Rol.à Val.conſi.51.nu.38.vol. 1. &
19 Ioan.de Arno.Solilo.70. † Sed tamen his non
attentis denegari debet monialibus prædictis
reſtitutio petita . Primò quia produxerunt in
prima inſtantia inſtrumentum,quod continet
earum confeſſionem, pariq; modo producta
fuerunt

fuerunt capitula in eadem inſtantia pro parte
Reuerendiſſimi D. Cardinalis, quæ reſponden
do confeſſæ ſunt, & ſubinde lata ſententia con-
tra dictas moniales in dictis earum confeſſioni-
bus fundata, appellarunt ab ea, ſicque remediũ
ordinarium, quod eis competebat, intentarunt:
ergo non debet eis extraordinarium dari, quod
eſt reſtitutio. l. in cauſæ. la ſeconda. in prin. ff. de
mino. prout in minore determinat Pet. Rebuf.
in trac. de arbi. & arbitra. art. 1. glo. 12. nume. 9.
20 † Secundò quia ambæ confeſſiones monialiũ
vallatæ ſunt earum iuramento, quod tollit reſti
tutionem in integ. ſecundum Bar. & alios in au-
then. ſacramenta puberum. C. ſi adu. ven. col. 3.
Alex. conſi. 53. col. 6. volu. 3. Dec. conſi. 31. col.
21 2. Alba. conſi. 11. nume. 5. † Tertiò poſito quòd
moniales eſſent in caſu, quòd reſtitutionem pe
tere poſſent, tamen aduerti debet, quòd cauſa
cognita præſentibus aduerſariis vel ſi per con-
tumaciam deſint, in integrum reſtitutiones per
pendendæ ſunt, ut dicit tex. in l. in cauſæ. la pri-
ma. §. cauſa cognita. ff. de mino. quod aliò non
tendit, quàm quòd citra aliam examinationem
aut documentum aliud quàm ſolam minoris aſ
ſertionem, talis reſtitutio nõ debeat indulgeri,
ſed neceſſaria ſit aliqua indagatio etiam quan-
tumuis ſummaria, & à minore probanda. nam
& ſi re ipſa pateat exceptiones aut probationes,
de quibus a minore contenditur, miſſas fuiſſe,
nec ut fuit opus propoſitas, eã tamen perſcruta-
tionem omnino neceſſariam puto, an ſint legi
timæ tales exceptiones, examinandũ denique
nunquid ea probatio ſit releuans, quaſi dixeris,
an probata confirmare intentionem minoris
poſſit, aut negocio inſeruiat. Ita pulchrè decla-
rans illum tex. tradit Io. Mauritius in tracta. de
22 reſt. in integ. capitulo 50. † Quartò corroborat
hanc partem tex. in l. nam & poſtea. §. ſi minor.
ff. de iureiu. ubi ſi minor iuramẽtum detulerit,
& hoc ipſo ſe captum dicat, cognoſcere debet
prætor an captus fuerit, idque primùm quàm in
integrum reſtituat, ut inquit Maurit. Et prior
eo glo. volens quòd probet minor ſe teſtes ha-
23 bere, uel alias probationes. † Vnde Bar. infert
ex illo mirabili tex. ſic intellecto per glo. quòd
minor qui non appellauit, non eſt læſus eo ipſo
quòd non appellauit, niſi doceat ſe habere ali-
quid, propter quod in cauſa appellationis debe
ret vincere: ſicut etiam ſi minor infra terminũ
non probauit, non ſtatim tanquam læſus reſti-
tui debet ad terminum, niſi oſtendat ſe habere
probationem: uel ſi minor petit ſe reſtitui ad al
legationẽ omiſſam, non reſtituetur, niſi doceat
ſe illam allegationem hẽre: & cum opin. Bartoli
tenent plerique, maximè legiſtæ ſecundum Iaſ.
ſicque firmat concluſionem hanc Alcia. Reſp.
160. nume. 21. dicens quòd ut minori reſtitutio
competat, oportet quòd probet ſe læſum fuiſ-
ſe, aliàs læſione non probata nunquam con-
ceditur in integrum reſtitutio per d. §. ſi minor.
24 † Idemque ſentit Alba. conſil. 11. nume. 11. di-
cens quòd contractus facti per minorem nõ re-
ſcinduntur, niſi adſit læſio: l. non omnia. ff. de mi
no. l. ſi maior. §. 1. C. commu. di. & ſi aliqua adeſ
ſet læſio non magni momenti, non eſſet inſpiciẽ
da. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. quod arguit eam
probari oportere, aliàs ſciri non poſſet qualis
eſſet, magna uel modica. Idemque in exemplo
Bartoli appellationis omiſſæ tradit D. meus Ri
mi. poſt allegatos per eum conſi. 87. nume. 20. ſi
cut & in alio probationis omiſſæ. Specul. in §. ſi.
de in integ. reſt. ponens formam libelli compa-
rentis pro minore vel eccleſia, qui dicit cum in
cauſa, quæ uertitur & verti ſperatur inter P. ex
vna parte, & me nomine talis eccleſiæ vel mino
ris ex altera, receperim terminum ad opponẽ-
dũ omnes exceptiones, & eas mihi competẽtes
omiſerim proponere, ex hoc læſus eſt minor
vel eccleſia quòd me offero probaturum, quare
cum ſit minor, vel eccleſia vice minoris funga-
tur, peto me ad probandam læſionẽ huiuſmodi
admitti: & ea probata reſtitui ad probandas di-
ctas exceptiones omiſſas: & hanc eſſe commu-
nem teſtatur Bertach. in ver. minor reſtituitur.
25 nu. 11. † Non omitto tamen quòd Aret. in alle-
gato ſuo conſi. 66. conatur ſic declarare tex. in
d. §. ſi minor. ut hanc partem non probet, ſed po
tius aduerſam. loquitur enim de minore, qui re
ſtitui petit aduerſus factum ſuum cum curato-
ris auctoritate, quo caſu difficilius reſtitui de-
bet, cum nõ ſit uerisimile quòd ſi minor habuiſ
ſet in promptu probationes, promiſiſſet cura-
tor eum deferre iuramẽtum parti: ſecus igitur
eſſe debet quãdo ſolus minor quid egit, aut o-
26 miſit. † Quam declarationem Maurit. loco cita
to diuinatiuam exiſtimat, cum ex ipſa textus ſe-
rie nullo modo pateat delationẽ iuramenti, cu
ius ibi eſt quæſtio, curatoris auctoritate proceſſi
ſſe. Immo ſimpliciter hoc hẽnt uerba textus [ ſi
minor iuſiurãdum detulerit ] nullo alio expreſ-
ſo. præterea ſubdit Mauri. defendi nõ poſſe ꝙ
reſtitutio difficilius ſit concedenda quando cu
ratoris auctoritas interuenit in actu minoris,
quàm ſi curator ſolus quid egerit, cum & hoc ca
ſu nomine minoris fecerit, & ob id ſatis ipſe mi
nor feciſſe dicatur. c. qui per aliũ. de reg. iur. in
6. meritò non uidet cur uno caſu potius, quàm
27 alio probatio deſideretur. † Et licèt quod pri-
mò dicit Maur. concedi poſſit, cum & Caſtren-
ſis ibi, colum. 2. conſideret quando minor cura
torem nõ habebat, uel ſi habebat interuenerat
eius auctoritas, cum detulit iuramẽtum, ſentiẽs
textum ad vnum caſum reſtringi non poſſe, ta-
men quod ſecundò dicebat Aret. probabilius
28 eo uidetur quod dixit Maurit. † cum enim inte
grum ſit iudicium, quod plurimorum ſentẽtia
confirmatur. c. prudentiam. §. illa quippe. de of
fi. deleg. negari non poteſt, quòd minor & cura
tor ſimul fecerunt, uideri magis deliberatum
digeſtumque, quàm ſi alter tantùm peregerit,
ut ad eius reſciſſionem primo caſu probatio ma
29 gis exigatur, quàm ſecundo. † quod & magis
in terminis demõſtratur per l. ſi curatorem. &
ibi declarat Alex. in ſummario. C. de in integ.
reſt. min. ubi cõtractus celebratus ab adulto cu-
ratorem habente ſine illius auctoritate, non ua
let

let ipſo iure: ideo non eſt neceſſaria reſtitutio, ſed cum illius auctoritate valet mero iure, & ob
30 id opus eſt reſtitutione, ſi læſus fuit. † Alio tamen reſpectu mihi non ſatisfacit intellectus per Are. datus dicto. §. ſi minor. non enim mouetur Vlpi. ad decidẽdum quòd prætor prius cognoſcere dẽt, an ille minor ſit captus, quàm in integrũ reſtituere, quia minor detulerit iuramentũ cum curatoris auctoritate. ſed ea ratione [nec enim qui minor eſt, ſtatim & circumſcriptum ſe docuit] volens dicere quòd ſola minoris ætatis allegatio nõ probat læſionem, cum ſtent ſimul, eum fuiſſe minorem, nec tamen læſum. At hæc ratio poteſt eſſe vera ſiue minor ſolus iuramentum detulerit, ſiue cum curatoris auctoritate:
31 † meritò generalis diſpoſitio illius tex. vtrunq; caſum debet includere, licèt maior ratio in vno quàm in alio videatur. l. 1. §. quòd autem. ff. de alc. luſ. & alc. Dec. conſil. 5. nu. 2. & ita cõcludẽdo probat hanc opi. quòd minor in obtinenda reſtitutione debeat probare læſionem, nec eam ſolùm ſufficit allegare: idemque debet in eccleſia dici, quæ minori æquiparatur. c. 1. de in in
32 teg. reſt. D. meus Rimi. conſi. 315. nume. 5. † Et propterea ſæpiſſime ſumitur argumentum à minore ad eccleſiam, vt per gl. in l. reſpublica. C. quib. ex cauſ. ma. & l. ſi in rem. C. quan. ex fac. tut. cum ſimilib. per Euerar. in locis legalibus, à minoribus ad eccleſiam. ſequitur Tiraquel. in
33 tract. de priuileg. piæ cauſæ. priui. 142. † Quintò ſpecialiter & in terminis noſtris adduco doctrinam Specul. in tit. de reſt. in integ. §. 1. col. pen. verſi. ſed nunquid eccleſia. vbi quæritur an eccleſia poſſit contra cõfeſſionem ſuam reſtitui non probato errore, & reſpondet quòd nõ: nã ſicut ſi minor detulit iuramentum, nõ ideo probatur, quia poteſt eſſe quòd is cui detulit, verũ iurauit, & ſic minor non læditur: ſic & eccleſia potuit confiteri veritatem, & ita non eſt læſa: vnde neceſſe habet errorem probare. Idẽque tradit Bald. de minore loquens, in l. vnica. col. 15. verſi. ſed pone, minor. C. de confeſſ. vbi dicit ꝙ minor reſtituitur in integrum aduerſus confeſſionem probata læſione, quæ probatur probando ꝙ non debuerit confiteri, quia res ſe aliter habebat. ſequitur Cy. q. fin. Sal. vltima car. ver. Item iuxta hoc quæro. Butr. in c. fin. de confeſſ. Abb. poſt Innoc. in c. auditis. ad fi. de reſt. in integ. clarè tenens quòd eccleſia non reſtituitur aduerſus confeſſionem ſuam, niſi doceat de errore. Card. in clem. 1. q. 11. de in integ. reſt. Alex. conſi. 172. col. fi. vol. 6. & in d. §. ſi minor. nume. 10. Demumque Natta conſil. 558. per totum. & ita patet hanc partem probabilem ac veridicã
34 remanere. † Quam tenendo ſupereſt cõtrarijs reſpondere, & in primis c. 2. de reſt. in integ. lib. 6. reſpondet Alexan. in d. §. ſi minor. ibi non negari quòd læſio probari non debeat: vnde debet intelligi quòd probari debeat, ut reſtitutio poſſit obtineri: & ut inquit Natta d. conſi. 558. nu. 4. tex. ille qui videtur indiſtinctè concedere reſtitutionem in integrum eccleſiæ aduerſus cõ
35 feſſionẽ, debet intelligi docto de errore. † Verũ quia non probant concludenter Alex. & Natta hanc intelligentiam, videamus nos nunquid id melius iuſtificari poſſit. & certè puto quòd ſic: inquit enim Bonifacius [ſi aduerſus confeſſionẽ in iudicio à ſe factam læſa eccleſia beneficium reſtitutionis in integ. infra quadriennium negligenter amittat] pondero illa verba [læſa eccleſia] quæ pro conſtanti ſupponunt quòd eccleſia fuiſſet læſa, & de læſione ſua appareret, quia de illa docuiſſet Eccleſia: non enim dicit quòd eccleſia ſe læſam allegaret, ſed quòd Eccleſia læſa, & ſic quæ læſionem probauerat infra quadriennium, petere reſtitutionem negligenter omiſerat: ergo ſic inducendo ſtat ibi
36 tex. pro hac parte ſubtiliter conſideratus. † In quem ſenſum libentius pedibus eo, quoniã de illo tantùm quæritur ibi, nunquid Eccleſia quæ prætermiſit petere reſtitutionem in integ. infra quadriennium a die cõfeſſionis vlterius ad hoc petendum ſit admittenda? meritò cætera extrema habilia ſupponi debent, & ſic quòd ad petẽdum & obtinẽdum eam, læſio non allegari tantùm debeat, ſed & doceri. l. qui teſtamento. ff. de teſta. c. cauſamq; de elec. l. cũ Archimedorũ. vbi Caſtr. C. ut in poſſ. leg. Gemi. in c. unico. §. fi. de ſta. reg. lib. 6. Dec. cuius peculiaris fuit regula prædicta, in c. cum omnes. col. 1. lec. 2. in c. quæ in eccleſiarum. in prin. de conſti. in c. 1. col. 8. de iudi. in c. tertio loco. col. 4. de prob. in Rubric. C. qui admi. col. 7. in l. 1. col. 1. C. unde leg. in l. qui ſe patris. col. 5. C. vn. lib. in l. pactum. colum. 1. C. de colla. Cagno. in l. uinum. num. 3. ff.
37 ſi cer. pet. † Quatenus uerò pertinet ad glo. in d. c. 2. reſpondet uno modo Alexan. in d. §. ſi minor col. penul. uerſic. ſed poſſunt concordari. & alio Natta d. conſi. 558. col. pen. uerſi. non obſtat gl. Tu tertio modo dicas ꝙ illa gl. loquitur in caſu ſpeciali, quando falſitas confeſſionis probari non poterat, ut denotãt eius uerba [poſſet eſſe quòd falſitas confeſſa probari non poſſet, vnde expedit reſtitutionem dare] forſan enim confeſſa fuerat eccleſia quid in abſcondito loco nullis præſentibus, aut coram duobus nũc præmortuis, & uno modo ſcripta dicebatur illa cõfeſſio, qui uerus non erat, ſed ob defectum probationis, iuſtificari ueritas rei nõ poterat. Hoc caſu toleratur, ut ex allegatione tantũ læſionis ea nõ probata, reſtitutio peti poſſit, & obtinere:
38 † ſicque excuſatur eccleſia tali caſu, ſicut & in alio, quem ponit Ang. in l. ſi cum exceptione. §. in actione. ff. quod met. cauſa. dicens quòd excuſatur officialis, qui nõ denunciauit maleficiũ infra triduum, ſi de nocte cõmiſſum fuit uel in loco occulto. ſequitur Alexan. cõſi. 23. animaduerſis. nu. 8. uol. 2. Rol. à Val. cõſi. 7. nu. 32. uol. 1. quando igitur læſio probari poſſet ex qualitate facti, vel dubitari poſſet an probari poſſet, ſentit illa gl. ſecus: & ſic quòd allegatio ſola læ-
39 ſionis nõ ſufficeret. † Ad tex. in c. auditis. de in integ. reſt. in uer. ut aſſerit. quem Butr. & Abb. in cõtrariam partem põderarunt ibidem, & inſuper Specul. in tit. de reſt. in inte. §. 1. uer. illud quoque. reſpondeo dando nouum & ſingularẽ intellectum

intellectum, quòd ibi utraque pars neceſſariã, ut aſſerebat, probationem omiſerat, unde deſiderabat communi uoto reſtitui, quod animad uertens Papa dicit [æquitate penſata utranq; reſtituimus contra reliquam ad probandam ra
40 tionẽ omiſſam] † Ratio fuit præter expreſſam, quia iudex nihil aliud quærere debet, quã partium concordiam. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. l. 1. §. & poſt operis. in fin. ff. de oper. nou. nuncia. Corn. conſilio 220. nume. 13. uolumi. ſecundo. meritò cum partes eſſent concordes in petenda & obtinenda reſtitutione per ſolam aſſertionem, facilè declinare potuit ſum. Pont. à regula, quæ uult aſſertionem non ſufficere, ſed ultra læſionem probari: quia procedit quan do tractatur de obtinenda reſtitutione per unã partem altera inuita & reclamante, at ſecus attento muruo partium conſenſu. quod nota.
41 † Et quoniam Abbas in c. ſuſcitata. de in integrum reſti. pariter notat illum tex. pro contraria parte. placet illi quoque nouum intellectũ accõmodare, quo mediante non obſtabit huic opi. quam ſequor, & veriſſimam puto: dicit enim ſum. Pont. quòd lata ſententia contra monaſterium, procurator eius reſtitutionem in integ. nomine monaſterij poſtulauit, quam eidem duximus indulgendam. pondero verbum illud [indulgendam] quod denotat id ex gratia factũ fuiſſe. §. ſed & quod principi. ver. planè. Inſt. de iure nat. ibi [ob meritum indulſit alicui] pœnã merenti, vt ſubdit glo. non ergo de iure, quia lęſionem nõ probauerat, & ratio indulgẽtiæ fuit, quia cum voluerit ſum. Pon. quòd executio ſententiæ fieret contra monaſterium, præſtita cautione de reſtituendo ſibi, ſi vinceret in cauſa reſtitutionis, cuius oppoſitum fieri debuiſſet ſecũ dum regulam reſtitutionis. l. quòd ſi minor. §. re ſtitutio. ff. de minor. quæ in priſtinum reponit, & ob id debuiſſet in executione ſuperſederi:
42 † conſentaneum fuit in eo monaſterio grauato in alio ſibi fauere, & illud ſubleuare quòd ex al legatione tantùm læſionis ea non probata reſtitueretur in integrum. l. ſecundum naturam. cũ ibi no. per Dec. Cagnol. & alios, ff. de reg. iur. ſed iſte caſus ſingularis & contra regulas cõmunes diſpoſitus, non eſt ad conſequentiam porrigendus. l. ius ſingulare. ff. de legib. & ita patet egregiè declaratos illos canones præter omnes,
43 ita quòd hanc partem non offendunt. † Ad ultimum de minore, qui delictum confeſſus fuit &c. reſpondet & bene Natta, ſicut ego præcogi taueram nondum eo viſo, quòd illud in delictis procedit diuerſa ratione, quia ibi agitur de maiori præiudicio, & in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. l. fina. C. de proba. vnde ſola confeſſio non ſufficeret ad condemnationem, & iſtud eſt quod ſcribit Bal. conſil. 310. aut mulier de cuius adulterio, volu. t. vbi vult quòd ſi minor confiteatur crimẽ, po teſt in integrum reſtitui, non aduerſus delictũ, ſed aduerſus iudicium, & confeſſionem. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de min. quia licèt cõ feſſio præſumatur uera & ſpontanea in maiore, ſecus tamen in minore, niſi ueſtita ſit indu-
44 mento præſumptionum & indiciorum. † Demum quicquid ſit in criminalibus, expeditum eſt in ciuilibus quòd probari debet error cõfeſſionis ad obtinendam reſtitutionem, nam vt di cit Domi. in d. cap. 2. impoſſibile eſt læſionem præſumi, niſi falſitas confeſſionis probetur: & ex his omnibus ſpinis euulſis apparet hanc par tem veram & nitidam remanere. Quod ſi quiſpiam vellet ad aliquas Doctorum diſtinctiones confugere, quas in iſta q. formarunt, placet vnã ſeligere & referre, quam ponit Bellame. in d. c. auditis. num. 8. poſt Abb Henric. & Odofr. † Si
45 quæris (inquit ille) nunqd qñ minor vel eccleſia, quæ vice minoris fungitur, reſtitui petit aduerſus aliquam læſionem, teneatur eam probare? diſtingue, quia aut allegat læſionem in lapſu temporis, & negligentia ſua velut quòd omiſſit probationem neceſſariam priuſquàm cõ cluderetur in cauſa, uel omiſit iuramentum deferre infra tempus à iudice ſtatutũ. c. coram eo. tit. & ſic ſolo temporis lapſu conſtat eam fuiſſe læſam, & tunc aliam læſionem non habet neceſſe probare, quia ſolus lapſus temporis eam pro bat: aut reſtitui petit aduerſus contractum uel ſententiam, petens eos reuocari, & tunc læſionẽ probare debet inde cauſatam. horum ſanè diſtinctio tametſi priore caſu periculoſa ſit ex præ dictis, ſecundò mihi deſeruit ad unguem: nam moniales per contractum in inſtrumento celebratum confeſſæ fuerunt caſale pertinere ad Epiſcopatum iure directi dominii, capitulaque de inſtrumento & contractu prædicto loquentia confeſſæ ſunt eis reſpondendo, meritò reſtitui non poſſunt aduerſus dictas confeſſiones emanatas in earum contractu, ſic enim cõtractũ reſcinderent, quod eis non licet. l. ſicut. C. de actio. & oblig. meritò tantum abeſt quòd reſtituendæ ſint allegando læſionem tantùm, nec ul lo modo ſtantibus duobus prioribus fundamen tis huius partis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſsimo & Excellentiſsimo Duce Mantuæ.

### ARGVMENTVM.

De reuiſione cuiuſdam terminationis committenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia negocium finitum reuocari non debet.*
2 *Præſumendum pro ſententia.*
*Niſi lata fuerit ex nimia breuitate. 61.*
3 *Principis uoluntas præſumitur qualis eſſe debet.*
4 *Sententia in rem iud. facit rem notoriam.*
*Habetur pro ueritate. 5.*

*Indebitum*

*Indebitum debitum facit.*
*Et imputari debet parti, quæ non appellauit.6.*
7 *Supplicari non poteſt, ubi nec appellari.*
*Maximè lapſo biennio.8.*
*Quod limitatur.65.*
9 *Sententia quomodo tacitè approbetur, & quando non.66.*
10 *Fructus recipiendo quis, dicitur acquiſitionem ratificare.*
11 *Laudum approbatum reuideri non poteſt.*
*Niſi nulla fuerit approbatio, & quando.66.67.*
12 *Princeps poteſt ordinare, quòd à ſuis magiſtratibus quis non audiatur.*
*Et pars uidetur repellenda.*
13 *Princeps imponere poteſt perpetuum ſilentium ſententiæ.*
*Etiam ſi fuiſſet nulla.*
14 *Confirmatio ex certa ſcientia, confirmat quod eſt nullum.*
15 *Princeps quod fecit ex certa ſcientia, non poteſt in dubium reuocari.*
16 *Princeps ex certa ſcientia, poteſt ſupra ius, contra ius, & extra ius.*
*Item omnia, & ſuper omnia.*
*Et mutare quadrata rotundis.*
17 *Princeps quod fecit ex plenitudine poteſtatis, nihilominus poni poteſt quod infringat.*
*Nec ei dicetur ita feceris?*
*Nec ulterius quærendum:*
*Seu calcitrandum.*
18 *Diſpenſatio contraria, quando dicatur ſublata:*
*Et cui.83.*
19 *Promiſſio ſub fide æquiparatur promiſſioni cum iuramento.*
20 *Princeps contra fidem uenire non debet.*
*Et eius uerbum debet eſſe firmiſſimum.21.*
*Nec quod fecit reuocare debet.22.*
*Sibiq́ conuenit illud, ſemel locutus eſt Deus, &c.23.*
*Et uariationem debet uitare.24.*
23 *Auguſtus indignatus ob legem ab eo non ſeruatam.*
25 *Fides delinquentibus non ſeruanda, niſi per principem.*
26 *Non poſſe quis dicitur, quod eſt contra bonos mores*
*Aut quod commodè facere non poteſt.*
27 *Princeps reuocando quod alteri conceſſit, præſumitur circumuentus.*
28 *Prohibito uno, cenſentur prohibita, per quæ deuenitur ad illud.*
29 *Reductio laudi ad arbitrium boni uiri datur uſque ad 30. annos.*
*Et ſi tollatur poſt 10. dies per ſtatutum, id ceſſat in laudo lato ex relatione alterius. 30.*
31 *Appellari non poteſt à ſententia principis.*
*Nec papæ.32.*
*Niſi ex relatione alterius lata ſit.*
33 *Reductio ſpecies eſt appellationis.*
34 *Nepotes ex fratre concurrunt ab inteſtato cum patruo in ſucceſſione patrui.*
35 *Læſio magna dicitur, ubi ſit in ſexta parte.*
*Vel arbitrio iudicis.36.*
37 *Teſtamentum, quo uocantur uenientes ab inteſtato tranſuerſales, requirit quinque teſtes rogatos.*
38 *Teſtes deponere debēt ſe fuiſſe rogatos à teſtatore.*
39 *Mulieres non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*
*Et quare? neſcit Emilius Ferrettus.40.*
*Sed duas refert auctor 41.*
42 *Mulieres in quæſtionibus maieſtatis in teſtes admiſſi.*
43 *Mulieres teſtes eſſe non poſſunt in teſtamento, in quo uocantur uenientes ab inteſtato, qui non ſint de liberis.*
44 *Teſtamentum fauore uenientium ab inteſtato ſuſtinetur, quando omnes ſunt uocati, non ſi quidam, & alij non.*
45 *Intellectus l.2.ff.de iniuſt.teſt.*
46 *Remiſſio concedenda pro ueritate indaganda:*
47 *Princeps miniſter Dei in terris.*
*Et debet ueritatem iuuare.48.*
*Vt appareat, nec quis locupletetur cum aliena iactura.49.*
50 *Veritas eſt mater iuſtitiæ.*
*Princeps peccat, quando ueritatem poteſt habere, & uadit per ambages.50.*
*Principis proprium ſola facti ueritate procedere.*
*Et omiſſis ritus iudiciorum.51.*
*Et cerimoniæ iuris cedere debent ueritati coram Principe.52.*
53 *Pactum nudum coram principe ſeruandum.*
54 *Cauſæ cognitio ſubſtantialis in iudicio.*
*Et deſcendit à iure diuino.*
*Et ſententia nulla dicitur, ubi non interuenit.55.*
*Quod ex breuitate temporis præſumitur.62.*
*Et procedit etiam in ſententia Papæ, uel Imperatoris.56.63.*
57 *Reſtitutio contra ſententiam, an data, uel danda ſit, committi ſolet.*
58 *Diſcordia inter coniunctos cauſa bonorum & ſucceſſionis.*
59 *Lex tollit altercationis materiam.*
60 *Concordiam Pytho Bizantius cōmendabat ciuibus.*
*Et Scilurus Scitha filijs ſuis octoginta.*
61 *Tranſactione ſopita lite, cur non reſtauretur.*
*Intellectus l.fi.C.ſent.reſcindi non poſſe. ibidem.*
63 *Sententia nulla redditur ex nullitate notoria.*
64 *Actus quando metu factus præſumatur.*
65 *Proteſtationes præambulæ metum arguunt.*
*Licèt in abſentia partis facta coram teſtibus.*
*Tolluntq́ tacitam ratificationem.66.*
67 *Approbatio non nocet, ſtante grauiſſima læſione.*
68 *Gratiæ unde cur pingantur à ueteribus.*
69 *Clauſula ex certa ſcientia, data principis ſcientia.*
*Non in præiudicium tertij, quia ſuum ius non cenſetur ſublatum.70.*
71 *Reſcripta in Francia interinantur per iudices.*
*Et de inciuilitate impugnantur.*
72 *Princeps Mantuanus utitur plenitudine poteſtatis.*
*Et omnes Domini Lombardiæ ex conſuetudine uſuali 73.*
74 *Clauſula de plenitudine poteſtatis non operatur in tollendo iure quæſito.*
75 *Princeps in poteſtate Deum immitari debet.*
*Et plenitudo ſuæ poteſtatis ineſt in diſpoſitione bonitatis, non autem prauitatis.76.*
77 *Clauſula de plenitudine poteſtatis de bona intelligitur & laudabili, non uituperabili, uel tyrannica.*

*Prin-*

78 *Principis poteſtas qualis eſſe debeat.*
*Magisq. peccat quicquid peccat.79.*
*Exemplumq. Papiniani recitatur.80.*
80 *Papinianus iuſſu Caracallæ occiſus.*
81 *Iuſtitiam Ioui aſtare cur dicatur.*
82 *Princeps non poteſt ſibi poteſtatem auferre.*
83 *Diſpenſandi iuſta cauſa, pax & concordia.*
84 *Fides à principe ſeruanda, quo reſpectu ſit intelligenda.*
*Iuramentum non ſupplet ignorantiam.84.*

## CONSILIVM XIII.

*Auxilium meum à Domino*

SVPERIORIBVS annis ampliſſimũ Collegium noſtrum per literas Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Do. Ducis Mantuæ fuit requiſitũ, nunquid de iure poſſet concedere reuiſionem terminationis, ſeu laudi lati per eum & alios Illuſtriſſimos Do. Arbitros ſuos curatores eo tempore, inter D. Hieronymum Piperarium ex vna, & D. Alexandrum equitem, & D. Iulium fratres de Piperariis nepotes ex fratre dicti D. Hieronymi ex altera: quod collegium licèt Excellentiæ ſuæ ſuam relationem non fecerit, quia non fuit vlterius requiſitum, tamen cũ tunc vnus ex Iureconſultis deputatis ad referẽdum ſcripturas exhibitas viderim, placet mihi quid tunc ſentirem proponere. Et in primis ad fauorem ſucceſſorum D. Hieronymi poſtea defuncti plura videbantur concurrere, ex quibus reuiſio petita per dictos fratres nullatenus eſſet
1 eis concedenda: † nam terminatio prędicta lata fuit pro bono pacis, & conſeruationis amoris inter prædictos affinitate coniunctos, unde tale negocium ſententia finitum reuocari non debebat. l. fi. C. de erro. aduo. liſque tranſactione legitima finita imperiali reſcripto ſuſcitari nõ debet. l. cauſas. C. de tranſ. Et ſi cauſæ ſemel iudiciali ſententia deciſæ ſunt impetrari poſſe reſcripta non debent. l. fin. C. ſent. reſc. non poſſe. Quare cum referendum eſſet nunquid de iure princeps committere poſſet cauſam reuideri, iuraque repugnarent, talis reuiſio nequaquam vi
2 debatur eſſe concedenda. † Tantoque magis id dicendum videbatur, nam dicta terminatio facta fuit 2. Ianuar. 1556. nec ab ea fuit infra tẽpora reclamatum, ſicque tranſiuit in rem iudicatã, vnde videbatur præſumendum eſſe pro ea tam pro iuſtitia, quã pro rectitudine, iuxta id quod voluit Dyn. conſil. incip. Ptolomeus. ſequitur Ioannes Andræas in additio. Specul. de arbit. §. ſequitur. Butr. & Abb. in capitulo, quoniam contra de prob. D. meus Rimin. conſil. 108. nu. uigeſimoſecundo. cui alios in apoſtillis adiunxi. & nunc addo glo. in l. Herennius, ff. de euict. tex. in l. 2. C. de offi. ciuil. iud. Alcia. de præſum. regula tertia, præſumptio. nona. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, numero 60. ff. de acquirenda poſſeſſione, cum ſimilibus quos congerit Cephal. conſilio 180. numero ſecundo.
3 † Et cum eſſet ſententia tot Illuſtriſſimorum principum, de quibus præſumi debebat, quòd omnia maturè intelligere, ac perſcrutari uoluiſſent, & eorum uoluntas fuiſſet, qualis eſſe debebat, ut inquit Bal. in l. ex facto, ff. de uulga. & pupil. & ibi latius Iaſ. nume. 5. citans Baldum in l. omnes populi. col. 19. ff. de iuſt. & iur. & in c. licèt, de offi. ord. glo. in c. paratus, 23. q. 1. Oldr. conſi. 168. quæſtio. ad fi. cum ſimil. per eum. de quo pariter Neuiz. conſ. 12. col. 2. inter conſilia
4 Bruni. † Et ſtante tranſitu in rem iudicatam, uidebatur rem notoriam facere, l. emptorem. in prin. ff. de act. empt. Imol. in l. 1. in prin. n. 7 ff. de oper. nou. poſt Bar. q. 1. Arc. Inſt. de act. §. item ſi quis in fraudẽ, col. 5. uer. unde poteſt dici. Iaſ. in l. ſi uerò, §. qui pro rei qualitate, not. 1. ff. qui
5 ſat. cog. † & habetur pro ueritate, l. res iudicata, ff. de reg. iu. & indebitum, debitũ facit, l. 1. C. de cond. inde. ubi etiam Doct. & de albo nigrum, Cur. iu. conſi. 177. nu. 12. ſic ut nõ uideatur poſſe retractari. l. eleganter. §. ſi quid poſt, ff. de condi. inde. Fel in Rub. de re iud. col. 1. Dec. & Cagno. in d. l. res iudicata. Ceph. d. conſi. 180. col. 2.
6 † Et partibus eſt imputandum, ſi non reclamarunt. Rui. conſi. 135. ante fin. uol. 5. & cum ab ea amplius non poſſet appellari, tamen ex lapſu tẽporis, tũ quia à dictis Illuſtriſſ. principibus fuerat promulgata, l. 1. in prin. ff. à quib. app. vbi Bart. & omnes. Bal. in l. 1. C. de off. præf. præt. Fel. in c. quæ in eccleſiarum, col. 12. de conſtit. Caſtr. conſi. 34. ſuper primo dubio, uolu. 2. Speculum aure. in ultima parte. 2. actu. quæſtione quarta, numero 237. Ioannes Ferra. de appel. libro ſecundo, capitulo tertio. Guil. à perno. in tract. de princi. numero 18. Boſſius. eodem titulo, nume-
7 ro 378. Capici. deciſione 111. † pariter nec ſupplicari poſſe uidebatur, nec reuiſio concedi. Bartol. Bal. & alii. in l. 1. C. ne lic. tertiò pro. Bald. in l. finali, §. finali, C. de temp. app. l. 2. & ibi Bald. Caſtr. & Iaſ. C. ut lit. pen. vbi propriè dicit Caſtrenſ. quòd ille tex. facit contra illos, qui poſt latam ſententiam uadunt Venetias, & ſupplicant quòd cauſa iterum reuideatur, non obſtante quòd lapſum ſit tempus ad appellandum: nã
8 non debet iſtud concedi; † tantoque minus lapſo biennio, infra quod tempus id concedi ſolet, glo. Odofred. Fab. & alii, in authentica, quæ ſupplicatio. C. de prec. imper. offer. glo. in capitulo, ex literis, de in integ. reſt. prout hic erat la
9 pſu bis, terque. † Secundò prædicta concluſio confirmari poſſe uidebatur, nam dicti fratres illam terminationem poſtea tacitè approbauerant, ut eques 7. Febr. 1556. offerens ſe paratum accipere bona ruralia per eum ſpecificata. deinde ſimul ambo 16. Mar. 1558. cedendo iura ſua, recipiendoque ſcutos 11. ex quibus inducta uidebatur ratificatio dictę terminationis, ut per
10 Corn. conſ. 259. col. 1. uolu. 1. † ſicut recipiendo quis fructus ex rebus acquiſitis dr̃ acquiſitionẽ

ratificaſſe ſecundum Alex.conſi.88.col.pen.vo
lu.5.Dec.conſil.58.nume.2.conſi.586.col.fina.
Rui.conſi.39.col.1.vol.4. Tiraquel.in tract. de
conſti.3.par.limit.30.nu.12.in fi. Rolan.à Val.
11 conſ.6.nu.41.volum.2. † Vnde non videbatur
amplius reuideri poſſe.l.cum antea. C. de rece.
arb.Roma.conſil.9.ad fi. & in laudo tradit Do.
meus Rimin.conſil.108.nume. 17.cum ſequen.
Marſ.ſing.161.Immo verò licèt aliàs non valuiſ
ſet,videbatur in uim pacti ſuſtineri debere vir-
tute dictæ ratificationis,vt not.glo.& Docto.in
l.1.C.commu.vtr.iud.Soc.conſ.220.colum.2.
12 † Tertiò accedebat quòd dicti principes in eo-
rum terminatione mandauerant audientiā par
tibus denegari per iudices ſuper hæreditate cō-
trouerſa inter eas,& quicquid per iudices fieret
ſuper ea nullius eſſe momenti,quod vtique fa-
cere potuerant: licèt enim princeps ſine cauſa
non poſſit auferre ius quæſitum tertio, tamē po
teſt ordinare quòd ille tertius non audiatur à
ſuis magiſtratibus & officialibus,vt tradūt Car.
& Imol.in c.quia diligentia.de elect. Bar.conſi.
187.Domini priores.nu.3. Soc.in l. Gallus.§.&
quid ſi tantum.nume.17.& pòſt eum Fortu. nu.
156.ff.de libe.& poſth.Pariſ.conſil.1. nume.38.
conſil.5.nu.133.volum.4.Rui.conſi.21.colum.
fina.uol.1.conſi.55.num.9. uolum.5.Reſtau.in
tract.de Imper.q.110.verſi.273.unde cum ma-
giſtratus eſſent prohibiti partes audire, pariter
reuiſio uidebatur eſſe deneganda,quæ per eos
eſſet tractanda,ſed partes videbantur eſſe repel
lendæ.Pariſ.conſi.1.nume.41.conſi.11.nume.9.
13 uol.4. † Quartò cōcurrebat quòd 12.Mai 1557.
Excellentiſſimus D.Dux decreto ſuo dictamter
minationem confirmauerat ex certa ſcientia,
motu proprio,& de plenitudine poteſtatis,per-
petuumque ſilentium impoſuerat cuicunque
cōtrauenire uolenti: quod vtique facere poteſt
princeps dato quòd ſententia fuiſſet nulla , vt
legitur, & notatur in c. hoc quippe.3.q.6.glo.
in c.nullus.9.q.2.Abb.in c.ea quæ. de re iudic.
Bal.in rub.C.de prec.Imper.offer.colum. 3. D.
meus Rimi.conſi.415.nume.28. † Et talis con-
14 firmatio confirmat quod nullum eſt.Dec.conſ.
341.nume.3.Pariſ.conſi.3.nu.39.uol.4.Cur.iu.
conſi.108.nu.6.Nec poteſt poni manus ad illam
niſi per principem.Abb.& Dec. in c.de confir-
mationibus.de confir.util.uel inu.Boſſi. in tra-
cta.crimi.tit.de principe, num. 355.unde uide-
15 batur quòd reuiſio ceſſare deberet:† quia quod
fecit princeps ex certa ſcientia,non poteſt in du
bium reuocari.Bar.in l.conficiuntur.ff. de iure
codicil.conſi.196.ciuitati Camerini.Oldr. con-
ſilio 257.immo uerò Bal.in c.1.§.ſi quis autem.
de pac.Conſt. dicit quòd non debet quis audiri
contra illud quod fecit princeps ex certa ſcien-
tia,ſed repelli debet, & illi perpetuum ſilentiū
imponi.ſequitur Dec.conſilio 191. numero ter-
tio.conſilio 269.numero 29.conſilio 341.nume-
ro ſecundo.conſilio 390.numero 13.conſil.463.
numero 15.conſilio 498.numero 26.conſil.595.
16 numero 19. † Nec id mirum,nam princeps ex
certa ſcientia poteſt ſupra ius,contra ius,& ex-

tra ius, ut inquit Bald.in capitulo, cum ſuper,
de cauſa poſſeſſio. & proprietat. Item poteſt
omnia,& ſuper omnia ſecundum Bal. in capitu
lo primo. qual.domi.pro.pri.Et poteſt mutare
quadrata rotundis, ſecundum Hoſtien. & alios
in capitulo, cum ueniſſent,de iudi. ſequitur Ro
landus à Valle conſilio tertio, numero 130. uo
17 lumine primo: † tantoque magis quòd ex ple-
nitudine poteſtatis dictam terminationem prin
ceps memoratus confirmauerat,unde nihil op-
poni poſſe uidebatur,quod eam infringeret, ut
tradit Bal.in proœ.decre. columna quarta. nec
ei dici,cur ita feciſſet,ut idem Bal.ponit in præ
lu.feu.columna nona.uerſiculo 53.Dec. conſil.
390.numero 13.Gozad.conſilio octauo,nume-
ro 43.Pariſ.conſi. primo, numero 79.uolumi-
ne quarto.Iacob.Leo.conſilio 117.nume. 233.
inter conſilia Bru.Rolan.à Val.conſil.3.nume.
27.uolumine primo.Nec ulterius quærendum
uidebatur.Brun.conſi. 1.numero 33. Cur. iun.
conſilio 1. numero 18.ſeu calcitrandum. Boſſi.
18 in titulo de princi.numero 25.† Quintò conſi
derabam quòd in dicta terminatione,prohibi-
tum fuerat ullo tempore ulterius ſuper hoc liti
gari,& in confirmatione prouiſum, ut nullo mo
do poſſet contrauenire , ſed perpetuò deberet
ipſa terminatio ſeruari,quæ tollere uidebantur
diſpenſationem,contrariam.Fel.& Dec. in cap.
at ſi clerici.§.de adulteriis,nume.10.de iudi. Ne
uiza.conſi.12.numero 52.inter conſilia Bru. Pa-
riſ.conſilio 11.numero octauo, uolumine quar-
19 to. † Vltimò non omitto quòd illud decretum
confirmatorium dictæ terminationis ualere uo
luerat Illuſtriſſimus Dominus Dux ſub fide ue-
ri principis , quæ promiſſio fidei æquiparatur
promiſſioni cum iuramēto , ita quòd ſicut quis
aduerſus promiſſionem iuratam uenire uolens
non auditur, ita nec aduerſus promiſſionē ſub
fide factam , ut concludunt Alexand.& Iaſ.ex
multis,in l.ſi quis maior,ad finem C.de tranſa.
ubi & Aquenſ. columna ſecunda. latè Cagnol.
20 numero 101. qui communem dicit. † contra
quam fidem datam non decet principem ueni-
re , committendo reuiſionem,quia nihil ma-
gis principem decet,quàm recta fides. Epiſto-
la,inter claras.C.de ſumma trinitate. Marſ.ſin-
gu.166.Neuiz.conſilio duodecimo,numero 28.
inter conſilia Bru. Boſſi.in tit.de princip. num.
17.And.ab exea.de pac.nu.452.& tria fecerunt
Romanos dominari, ſanum conſilium in Re-
pub.paupertas priuata, & dictis ſuis pertinaci-
ter inhærere, non frangendo fidem , ut refert
Marti.in titulo de principe,concluſio.258.& in
titulo de cōſiliariis principis concluſio. 2. ſequi
tur Boſſi.in titulo de principe.nume.10. Et hæc
ſola ratio præter alias ſat eſſe uidebatur ad oſtē
dendum principem non debere committere re
21 uiſionem petitam: † quia illius uerbum debet
eſſe firmiſſimum.Iaſ.conſi.1. numero.1. uolum.
2. Caſſa.conſilio 64.nume.24.unde Bal.in c.ca-
pitulum S.Crucis,numero 7. in fin.de reſcrip.
& Andr. ab exe. loco citato , numero 455. di-
cunt quòd in lingua principis extat gratia,
in ſcriptu-

In ſcriptura teſtimonium,in executione cõmo-
22 ditas. † Et idem Bald.conſilio 327.pridie.num.
3.uolu.3.dicit quòd princeps id quod concedit
reuocare non debet,& propterea ille meritò re
putabatur animal irrationale,qui de mane gra-
tiam quam concedebat , deſero reuocabat.
& ſubdit quòd varietas,& uacillatio eſt legibus
23 inimica,& doli mali materia. † Vnde maximè
conuenit principibus illud uerbum , ſemel lo-
cutus eſt Deus, & quod ſcripſi, ſcripſi. Et quòd
Princeps debet habere vnum calamum,& unã
linguam,& non plures:quia ſcriptum eſt, quæ
proceſſerunt de labiis meis , non faciam irrita.
Ideo debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis
& ſicut polus in cœlo,hæc Baldus , quem refe-
runt & ſequuntur plures Docto.citantes eum
ſub alio numero,maximè Dec.conſi.292. num.
9.conſi.578.nume.19.& in l. nemo poteſt mu-
tare.nu.3.vbi Cagn.in fi.ff.de reg.iur.& conſi.
689.nu.19.Marſi.ſingu.161. Cur.iun.conſi.142.
nu.8.conſi.170.ad fi.Rolan.à Valle conſi.2.nu.
153.uol.1.Io.Iacob.Leon.conſil. 117.num. 92.
Boſſi.in titulo de principe.num.9.19. & ſequen.
And.ab ex.de pact.nu.455.ubi plura ponit ad
24 propoſitum de fide principis obſeruanda. † Si
cut etiã de uariatione uitanda latè ſcribit Luc.
de Pen.in l.prædia.C.de loca.prçd.ciui.lib.11.
in 18.argumento partis negatiuæ, & faciunt tra
dita per Grego.Magalo.in trac. de ſecur.ac ſal-
25 ui. condu. ſecunda part. 2.pagi. † vbi dicit,ꝙ
licèt fides non ſit ſeruanda delinquentibus , id
tamen non procedit in Principe,cuius honori,
& dignitati multum conducit , vt eius ſaluus
conductus ſeruetur, cum non deceat aliquem
decipi ſub fide principis.l.1. C.de his qui.ven.
ætat. impe.& hanc difficultatem præſenſit Ex-
cellentiſſimus Domi. Dux, cum noluerit com-
mittere reuiſionem,ſed collegium noſtrum con
ſuluerit an de iure poſſet id facere.quod intelli-
gi debet ſalua dignitate ſua.l.nepos Proculo,&
26 ibi Alcia.ff.de uer.ſig. † Non enim poſſe quis
dicitur quod eſt cõtra bonos mores.l.3.§. idem
Pollidius. ff.de vſur.aut quod commodè facere
non poteſt.vnde quod dicitur quem teneri futu
ro facinori obuiare, intelligitur quando poteſt
ſecundum bonos mores,ſine rubore,ac commo
dè.Feli.in c.quantæ.col.1.de ſent. excommu.in
cap.1.col.2.de offic.deleg.& Cagnol.in l. culpa
caret.col.1.ff de reg.iuris. igitur in hoc caſu cõ-
traueniretur fidei ueri principis ĩterpoſitæ pro
obſeruatione dictæ terminationis , nullo modo
videbatur dici poſſe ipſum de iure committere
27 poſſe dictam reuiſionem. † cunque princeps re
uocando quod alteri conceſſit, præſumatur cir
cumuentus,ut tradit Bal.conſil.327. pridie.uol.
3.in antiquis.aliàs 227.uolum.1.in nouis.quem
variato numero citat Dec.conſi.689.nume. 16.
Cur.iu.conſi.142.nume.7.Cra.conſi.143. num.
10.& Leonard.d.conſil.117.nu.93.non uideba-
tur conſulendus reuiſionem petitam concedere
debere,per quam terminatio poſſet reuocari.
28 † Quoniam uno prohibito,prohibita cẽſentur
ea,per quæ deuenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſpõ
ſa.l.fi. C.de reb. alie. non alie.at princeps non
potuiſſet reuocare dictam terminationem ſub
fide ſua firmatam.l.quod ſemel. & ibi glo. Bar.
& alii,ff.de decre.ab ord.fac.Bar.in l.omnes po
puli.4.q.3. q.princ.ff. de iuſt.& iur. Alex.conſi.
100.uiſis inſtrumentis.& conſi.214 nec arguen-
di.uol.2.cum ſimil.adductis per Iaſ. conſil.86.
nu.8.uol.3.ergo nec dictam reuiſionem conce-
dere. Et hæc inſuper exemplo memoratu digno
videbantur confirmari poſſe . Auguſtus legem
tulerat de adulteriis, quomodo iudicãdi eſſent
de hoc crimine delati, & quomodo puniẽdi cõ-
uicti.pòſt iræ impotentia irruit in adoleſcentẽ
delatum quòd cum Iulia Auguſti filia cõmer-
cium habuiſſet,eumque manibus uerberauit.at
cum adoleſcens exclamaſſet , legem tuliſti Cæ-
ſar,adeò facti pœnituit Cæſarem,ut eo die re-
cuſaret cœnam capere. Crimen per ſe graue e-
rat tum admiſſum in Cæſaris filiam. quis prin-
ceps ibi dolori ſuo temperaret? aut quis ibi le-
gum iudiciorumque motus expectaret? at tan-
tus princeps ſibi adeò diſplicuit,ut á ſeipſo pœ
nas ſumeret quòd legi,quam aliis prodiderat,
non per omnia paruiſſet. Sancta quidem fuit fi
des antiquis temporibus,& fallere aliquos poſ-
ſe nõ credebatur, ut firmat beatus Ambroſius
in 3. de offic. unde Syfica ciuitas obſeſſa á My-
thridate, uidẽs eum eduxiſſe omnes captiuos vt
illos in faciem ipſius occideret , ni ciuitas ei ſe
redderet, ꝑſuaſit ſuis captiuis ut cõſtãtes eſſent
potius mori ꝓ Senatu populoq; Romano, quã
perdere fidẽ, & ſe in fide conſeruarent imperio
Romano. Numentinique magis in propriis do
mibus mori uoluerunt , quàm in fide deficere.
Quinimo præceperunt Quirites infidorum mẽ
bra & artus lacerari & diuidi crudeliſſimo la-
niatu & quadrigis. teſtisque fuit T. Suffecius
Albanus,qui Regi Tullo Hoſtilio fidem frege
rat.unde meritò á quadrigis laceratus crudeli-
ter uitam finiuit , quæ & plura recenſet Iulius
Ferrettus in trac.de fide ſeruanda, nu.18. & 23.
quare ne pariter Illuſtriſſimus Do. Dux notari
poſſet ſi decreto ac fidei ſuæ nõ acquieſceret, re
iiciẽda uidebatur ab eo reuiſionis petitio . & ita
uidebatur pro dictis hæredibus contra dictos
29 fratres reſpondendum. † Quibus tamen non
obſtantibus in contrariam partem tunc incli-
nabã mouebar ex natura laudi,uel arbitramen
ti,qualis fuerat illa terminatio , cuius reuiſio,ſi
ſit iniquum,per reductionem ad arbitrium bo-
ni uiri prædicti poteſt uſque ad annos 30. ut
not.Cyn.in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum. in ad
di.ff.pro ſoc.& Bal.ibi ſequitur, verſiculo,& ad-
de quòd iſta reductio,cum alijs per Alex.conſi.
95.uolumine ſecundo.Lanfr. de Ori. in tracta.
de arbi. quæſtione uigeſima.Dec.conſil. 39.co-
lum. penultima.qui communem teſtatur. Dec.
Neapo.132.at dicti fratres erant infra dictum
tempus,ergo poterant reclamare. † Nec lapſus
30 temporis 10.dierum,infra quos reductionem
non petierant ſecũdũ ſtatutũ Mantuæ, tollebat
eis reductionẽ,qñ cũ dicta terminatio lata fuiſ
ſet ab Excellẽtiſſimo D. Duce ex aliorũ relatio-

ne,quorum aſſertioni ſtetit, non dicebatur im-
31 pedita reductio, † ſicuti videmus ꝙ licèt à ſen-
tentia principis appellari nõ poſſit.l.1.ff.à quib.
appe.tamen ab eo poteſt appellari,quando ſen-
tentiam tulit ex alterius conſilio vel relatione.
l.1.§.quæſitum,ff.de app.l.2.& ibi not.C.de re-
la.Bald.in l.fi.eo.tit.ea ratione quia non aduer-
ſus principem,ſed aduerſus calliditatem conſul
32 toris prouocatur.l.1.ff.quando app.ſit. † & idẽ
tradit Roma.conſil.521. qui dicit quòd licèt,à
ſententia Papæ non poſſit appellari.c.ipſi ſunt.
c.cuncta per mundum.9.q.vlt.tamen ſecus eſt
vbi ſententiam tulit ex alterius relatione: tunc
enim potius prouocatur aduerſus errorem re-
ferentis,quam à ſententia Papæ. ſequitur Soc.
conſi.195.col.2.vol.2.dicẽs aliàs hoc obtinuiſſe
Ferrariæ de facto.Idemq́ue tenent Card.Alex.
& Ioan.de Turre crema.in c.biduum.2.q.6.Pa
ris de Puteo in tract.ſyndi.verſi. an ſtante dicto
ſtatuto, vel priuilegio, n.3.Gram.dec.35.Pariſ.
conſil.118.nu.17. vol.1. Cag.in l.2.in prin.nu,
28.ff.de ori.iur.Zucc.in l.fi.nu.406.C.de edi.di
33 ui Adr.Rip.in c.1.nu.40.de reſcri. vnde † ſicut
poteſt appellari, pariter & reductio peti, quæ
ſpecies eſt appellationis.l.non diſtinguemus.§.
cum quidam.ff.de rece.arb.Cur.in tract. de ſe-
queſ.q.18.n.66.Lanſ.de Ori.in trac.de arb.in 1,
§.reductio.col.6.& in ſecunda par.q.38.Antõ.
Nicell.in tracta.de Concor.gl.n. 23.Quòd au-
tem dicta terminatio ſic iniqua fuiſſet, ut iure
merito reductio peti poſſet,pendebat à meritis
cauſæ,quæ uerſa fuerat inter D. Hieronymum
Piperarium,& dictos fratres eius nepotes: præ-
tendebat enim dictus eques ſe eſſe creditorem
in hæreditate Do. Baptiſtæ Piperarij patrui ſui
de ſcutis decem millibus auri ſibi promiſſis ex
34 inſtrumento. † Rurſus cum fratre ſuo credi-
torem eſſe de notabili ſumma,ratione admini-
ſtrationis bonorum paternorũ factæ per ipſum
D.Baptiſtam,dum fuerant minores ipſi fratres.
deinde quòd ille deceſſiſſet inteſtatus,& ob id
ipſi nepotes ex fratre concurrerent cum D.Hie
ronymo patruo ſuo in dimidia.§. reliquum. &
ibi not. Ang.in Auth.de hæredi. ab inteſta.& in
auth.ceſſante.C.de ſu.& leg. quæ dimidia ſpe-
ctans ad eos eſſet ſcutorum quinquaginta mil-
lium auri.unde cum fuerint eis aſſignati tantùm
ſcuti uiginti duo millia auri pro oĩbus ſuis iuri
35 bus, † maxima reſultabat, & immẽſa ualde læ-
ſio, ſiue ſequamur illam concluſionem, quòd
læſio dicatur ubi contingit in 6.parte quantita-
tis debitæ ſecundum Bar.in l.ſi ſocietatem.§.ar
bitrorum.ff.pro ſoc.nu.25. Lanfr.in trac. de ar-
bi.ultima par.Cuma.conſilio 50.ſtante ſtatuto.
36 † ſiue quòd arbitrio iudicis ſit conſideranda,
ut per Bal.in l.cum antea.C.de rec.arb.Imol.in
c.quintauallis.de iureiu.Alex.in l. ſi quis arbi-
tratu.in fi.ff.de uerb.obli.Areti.in l.1. §.ſi quis
ante.ff.à quib.app.ſequitur utranque Dec.con
ſi.39.ad fi.nã enim dicti fratres habuerãt prio
ra credita, uidelicet inſtrumenti,& adminiſtra-
tionis,nihil autem reſpectu ſucceſſionis prædi-
ctæ,meritò nullus iudex circunſpectus aliter ar
bitrari poſſet quàm quòd exceſſiuè nimis,& for
tè prorſus læſi fuiſſent in dicta ſucceſſione. Nec
eis obſtabat quòd probatum diceretur D. Ba-
ptiſtam uocaſſe Reuerendam D.Deodatam di-
cendo,*Odite,io laſſo miſſer Hieronimo mio fratello
Dominus Dominantium,& patron de tutta la mia
robba*,vt ipſa D. Deodata & aliæ quatuor mu-
lieres deponebant,quarum occaſione facti fue-
rant duo proceſſus ampli,ciuilis vnus, & alter
criminalis, carcerationes teſtium,equitis,& fra
tris ſecutæ, & alia quamplura,de quibus in ſcri
37 pturis exhibitis. † Quoniam non inde diceba-
tur probatum teſtamentum ſolemniter & legiti
mæ factum taliter quòd Domino Hieronymo
prodeſſet,aut ſucceſſoribus ſuis: nam licèt quan
do vocati ſunt venientes ab inteſtato qui non
ſint de liberis, vt hic erat Dominus Hierony-
mus tranſuerſalis, ſufficiant quinque teſtes.l.
hac conſultiſſima.§.ſi quis autem.C.de teſta.ta
men ut talis diſpoſitio valeat, requiritur quòd
ſint à teſtatore rogati: ille enim tex. relaxat ſo-
lemnitatem iuris communis duntaxat quo ad
numerum teſtium;& cum eius diſpoſitio ſit ex-
orbitans à iure communi,non eſt ad conſequẽ
tias porrigenda, ut quòd intelligatur relaxata
ſolemnitas etiam quo ad rogitum. ita Iaſ.ibi co
lum.2.poſt Rom.conſi.306.colum.2.at Do. Ba-
ptiſta tantùm vocauit D. Deodatam dicendo,
*Odite* &c.non autem cæteros, igitur illi non di-
cuntur rogati,ſicq́ue teſtamentum non probãt,
38 † per Doctr.Bart.in l.diuus.ff.de teſt. mil. quã
ſequitur Iaſ.in l.hac conſultiſſima.in princ. col,
2.C.de teſta.vbi dicit quòd ſi teſtes deponant,
quòd Titius inſtituit Seium,& non dicant ſe eſ
ſe adhibitos & rogatos à teſtatore,nihil probãt,
quod menti tenendum eſt quando probari de-
bet teſtamentum per teſtes,vt ſis cautus in for-
mando atriculos.Et idem ſequitur Ange.Aret.
in §.fi.col.fin.Inſt.de teſta.ubi dicit quòd uidit
quendam peritum aduocatum Peruſij illo aſſi-
dente errare,& propter hoc perdere cauſam.
res igitur remanebat in cauſa inteſtati non pro
bato teſtamento, ſicq́ue dictus eques & frater
ſucceſſerãt cum patruo D.Baptiſtæ in dimidia,
meritò cum fuiſſet ille declaratus hæres in to-
tum,illi verò excluſi,dicebantur immoderatè
39 nimis damnificati. † Secundò conſiderabam
quòd illi quinq; teſtes erant mulieres,quæ non
poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. l.qui teſtamẽ
to mulier.ff.de teſta.etiam de iure canonico, ut
per Alex.conſi.70.uiſo.conſilio, & conſi.77.ui-
ſo themate,uolumine ſecundo,& eſt communis
opin.ut per eundem conſilio 84.uiſo,in fine,uo
lumine 4. ſequitur Ioannes Duran. de arte te-
ſtan.titu. 2. cautel.11.numero ſeptimo † cuius
40 rei rationem licèt Emil. Ferret. in d.§.mulier.
aſſerat neque a quoquam prodita eſſe, neque
ſcire, qui nugas & deliramentum malè liben
ter perſequitur. Quod enim blaterat ibi gl.con
tra mulieres fragiles & corruptibiles,& genera
le & puerile eſt: uix enim ſecula & chartæ om-
nes ſufficerẽt,ſi ſordes & auaritiam hoĩum exẽ
41 plis probare uellemus: †.nihilominus aut una

cum

eum Nicaſio dicere poſſumus in §.teſtes.Inſtit.
de teſta.ratione eſſe quia in teſtamētis ſunt mul
tæ ſubtilitates,quarum intellectus mulleris,qui
eſt vagus,& inſtabilis , non eſt capax.l.fina.C.
de fideicom.aut cum Barone Eguinario dica-
mus eo.loco.mulierem excludi,nimirum quòd
de re non parua teſtamenti quæſtio ſit , & de-
ligere teſtes poſſit teſtator grauiores , cum alio-
quin in criminibus, vel aliis negociis proban-
dis; teſtes in hoc vocati ab initio ferè non pro
ducantur,ſed qui forte præſentes fuerunt. l. ad
42 fidem.ff.de teſti. † vnde videmus in quæſtioni
bus maieſtatis etiam mulieres audiri. l.in quæ-
ſtionibus.ff.ad l.Iul.maie.quo loco Papi.adfert
exemplum Fuluiæ mulieris, quæ coniuratione
Catilinæ detexit,& M.Tullium Conſulem in iu
dicium eius inſtruxit. refert Balduinus in d. §.
43 teſtes.verſiculo mulier. † Quæ vtcunque ſint
hæc ſolemnitas non reperitur relaxata in teſta
mento facto fauore venientium ab inteſtato
præter eos, qui ſint de liberis,vt habetur in d.
l.hac conſultiſſima,§. ex imperfecto.vbi no. Do
cto.& in authētica,quòd ſine, poſt gl.Duran.lo
co citato,in fin.de quibus non agebatur,ſed de
44 collateralibus. † Tertiò dicebam tunc demū
ſuſtineri vltimam voluntatem fauore venien-
tium ab inteſtato , quando omnes ſunt vocati,
ſecus ſi quidam , & non omnes , ut erat D. Hie
ronymus tantum.quod probat tex.in d.§.ſi quis
autem. indefinitè loquens , quod æquipollet
vniuerſali. & ita uoluit Cuma.in l. ſi filius qui
in poteſtate. ff.de libe.& poſthum. Fulg. Alex.
& Iaſ.in d.§.ſi quis autem.colum.2.quibus tam
etſi contradicat D.meus Rimi.colum. fi.non ta
men eis conſentire poſſum ſingulari , cum potiſ
ſimè prædictis accedat Natta conſ.622.num.14.
45 & Crot.conſi.121.nume.26. † Nec tex.in l.2.ff.
de iniuſt.teſt.quo mouetur D.meus Rimin. me
ſatis urgeat,quòd dicat [ vel in eo ſcriptus eſt
qui ab inteſtato venire poteſt]ſicque per nume
rum ſingularem loquatur,nam poteſt intelligi,
quando ſolus adeſt quis ab inteſtato ſucceſſu-
rus.at quando plures,non ſufficit vnum vocare
cæteris omiſſis in tali teſtamento minus ſolenni.
d.§.ſi quis autem , qui hoc decidit in d.l.2. non
deciſum , ſicut & illud de quinque teſtibus ne-
ceſſarijs : & quòd tanquam voluntas inteſtati
potius quàm teſtamentum ſuſtineatur , vt per-
pendit Caſtr.in d.l.2.dicens quòd hæc ibi non
46 dicebantur. † Quartò accedebat , nam dicti
fratres reuiſionem petebant ut ueritas eluce-
ſceret , & ſi læſi fuiſſent reſarcirentur,nec pars
47 aduerſa locupletaretur cum aliena iactura.† vn
de eum Princeps ſit miniſter Dei in terris,c.
ne quis 15.quæſtione prima . capitulo, non ſo-
lum.24.quæſtione quinta.& Deus veritas ſit.
capitulo,ut noſtrum.de appell.capitulo primo,
ut eccl.be.Gramma.conſi.66.numero 78. con-
ſilio 79.nume.19.in ciuil.vnde dicitur via , ve-
48 ritas , & vita: † meritò debebat Illuſtriſſimus
Do. Dux ſumma ope ueritatem iuuare ut elu-
ceſceret , & ſepulta reſurgeret.l.illicitas.§.veri-
tas.ff.de offi.præſi.tradit Angel.conſil.290.Ti-
49 tius.conſilio 222.bene & egregiè. Et pulchrè
Bald.in capitulo primo, colum.3.de offic iud.
vbi dicit quòd debet elaborare pro uiribus q̃
quacunque via fieri poteſt veritas appareat, ne
quis locupletetur cum aliena iactura: tenentur
enim Principes de negligentia apud Deum , ſi
non curant vt veritas ſuffocata emergat, vt tra-
dit Specul.de teſte. §. qualiter autem. verſiculo
deinde.Soc.conſi.8.uolum. 1. † Veritas eſt e-
50 nim mater iuſtitiæ , vt inquit Bald. in l. liber-
tini. ff. de ſtatu.hom. vnde in propoſito noſtro
dicit in capitulo primo, §. primo,de no.for.fid.
& in l.Emilius.ff.de mino.quòd princeps ualde
peccat, qui cum poſſit aliquo modo ueritatem
habere , uadit per ambages , & timet ordines
iudiciarios: quia hoc eſt proprium principis ut
ſola facti veritate inſpecta procedat omiſſo quo
51 cunque ordine iudiciario. † Et idem Bald. in
l.reſcripta.nume.6.C.de prec. impe.dicit quòd
coram pricipe debet attendi ueritas , non ritus
iudiciorum,ſicut & in l.fina.C.de legit. inquit
quòd licèt iudex inferior excuſari poſſit quòd
ſeruans iuris ordinem contra ueritatem iudica-
uit,non tamē ita poteſt excuſari princeps , quia
52 debet ab eo ueritas uentilari. † Et ſimiliter In-
nocen.in capitulo primo,de lit.conteſt.Bald.in
capitulo primo,ſi de inueſt.inter do.Rom. in l.
ſi quis arbitratu,colum.3.ff.de uerb. obligatio.
quòd cerimoniæ iuris debent coram Principe
cedere ueritati:& cum Princeps ex conſcientia
ſua poteſt veritatem habere, non debet actitata
conſiderare, neque iuris apices : immo ſi ſecus
faceret,peccaret. ita Bartol.in l. 1. C. ut quæ
53 deſ.aduo. † Et ideo dicit Alexand. in l. iuriſ-
gentium.§.ſed cum nulla.propè finem.ff.de pa-
ctis quòd licet de iure pactum nudum nullam
producat actionem,tamen ſi cauſa tractetur co-
ram Principe,peccabit mortaliter ſi non faciet
obſeruari dictum pactum,quia hoc non eſſet da
re unicuique quod eſt ſuum : & eſt ratio quia
quod facit Princeps non facit vt alii iudices ,
qui dato quòd ueritatem in contrarium cogno
ſcant , non poſſunt recedere ab ordine iuris ,
ſed omnia ſua iudicia princeps exercet ſicut
Deus , ut not. glo.in Authentica de hæredi.
& Falc.in prin.Ideo ubicunque veritatem po-
teſt adiuuare , id facere debet , ſicut Deus,qui
eſt veritas , ut tradit Ioan.Andræas in capitu-
lo,cum eſſes.de teſta.& plura deducit Cur. con-
ſi.65.nume.6.meritò ratione veritatis indagan
dæ concludebam Excellentiſſimum D. Ducem
poſſe de iure dictam reuiſionem concedere di-
54 ctis fratribus. † Quintò non omittebam quòd
ex ordine ſubſtantiali iudicii cauſæ cognitio &
examinatio requiritur,quæ nedum ad iudicij
ſolemnitatem , verùm etiam ad naturalem iu-
ſtitiam conſeruandam adinuenta eſt : natura-
li namque rationi conuenit ut quis prius co-
gnoſcat id ſuper quo iudicare debet;& propte
rea dici conſueuit, quòd cauſæ cognitio deſcen
dit à iure diuino, ut inquit Abb. in cap. 1. de
de cauſa poſſ.& pro.quem ſequitur Fel. in c. ec-
55 cleſia.col.12.uerſic.2.nota. de conſtit. † Quare

quotiens uerè uel præſumptiuè conſtaret cau-
ſæ cognitionē non interueniſſe ſententia dice-
retur nulla: dat exemplum Bart. in l prolatam.
colum. 2. nume. 10. C. de ſent. & interl. quando
ex nimia breuitate temporis id præſumeretur,
veluti ſi ſtatim poſt lit. contr. infra modicos dies
iudex tulit ſententiam diffinitiuam, certè ex
hac breuitate temporis poteſt præſumi quòd
iudex non fuerit informatus, tuncque ſenten-
tia nulla dicetur tanquam ſubitò lata. Et illam
deciſionem Bartoli paſſim ſequuntur Doct. vt
Alex. Iaſ. Do. meus Riminal. & cæteri in l. 2. C.
de edend. Fel. in capit. quoniam contra. colum.
36. ver. 2. declara. de prob. Alex. conſi. 218. viſis,
col. fi. volu. 2. Dec. conſi. 295. in fi. conſ. 410. col.
2. conſi. 479. col. 2. Ioan. de Amic. conſi. 26. nu-
56 me. 5. † Idque procedit etiam ſi eſſet ſenten-
tia Papæ vel Imperatoris, quia ſi ex abrupto,
& non præcedente cauſæ cognitione ferretur,
diceretur nulla: vt ponit Dec. conſi. 544. nume.
18. poſt allegatos per eum. Capiti. dec. 69. nu-
me. 35. & Sebaſt. Vantius. in titu. de nulli. ſent.
ex defectu. proc. nume. 36. & hoc in caſu noſtro
concurrebat: partes enim ſe remiſerant arbitrio
principum 23. Decē. 1555. & terminatio fuerat
promulgara 2. Ianu. 1556. videlicet infra 8. dies,
exiguum ſanè tempus ac perbreue nimis & an-
guſtiſſimum: quo tot proceſſus & iura partium
nec ſummis (vt aiunt) labijs deguſtari, ne dicā
videri, maturèque conſiderari potuerint. Qua
re procliuior eſſe debebat Excellentiſſimus D.
57 Dux in reuiſione concedenda. † Vltimò (meo
iudicio) ſatis adiuuabat petitionem dictorum
fratrum tex. in c. tum ex literis. de in integ. reſt.
vbi ſummus Pont. lata ſententia per Eugeniū
præceſſorem ſuum, cuius occaſione dubium fue
rat exortum, an Celeſtinus pariter ſuus præceſ
ſor aduerſus eam viſus fuiſſet reſtitutionis be-
neficium indulſiſſe, tādem committit ut cogno-
ſcatur an data ſit, vel an danda reſtitutio contra
præmiſſam ſententiam præſentibus partibus,
quarum aſſertione merita cauſarum pandun-
tur. Sic enim dici debebat in hac cauſa, vbi lata
fuerat determinatio prædicta quòd Illuſtriſſi-
mus D. Dux cōmittere poſſet an eſſet danda re
uiſio, cum ſicut in caſu relato per Sum. Pont.
primo menſe ſui Pontificatus Eugenius illam
ſententiam promulgauerat, quo tempore non
plenè de meritis cauſæ uidebatur inſtructus. pa
ri modo dici poterat in præſenti caſu quòd Ex
cellentiſſimus D. Dux infra 8. dies tantū poſt re
miſſionem cum cæteris coarbitris fecerat dictā
terminationem, quod tempus anguſtiſſimum
innuebat ipſum cum cæteris de iuribus dicto-
58 rum fratrum inſtructum non fuiſſe. † Et hanc
partem tenendo, quæ mihi mitior, humanior,
& amplectenda, fouendaque videbatur, contra
riis in hunc modum reſpondebam. primò qui-
dem quòd pro bono pacis & conſeruationis a-
moris inter partes ſanguine coniunctas termi-
natio prædicta fuiſſet facta, cauēdum eſſe ne lō
gè maioris diſſidii, rancoriſque inter eos an-
ſam præberet, quippe quòd grauiter ac mole-
ſtè ferrent dicti fratres tantam læſionem, pa-
truique ſucceſſionem ſibi pro dimidia debitam
in alios eſſe translatam. l. cum oportet. in prin.
C. de bon. quæ lib. verſic. & filii. l. cum pater. §.
59 euictis, & ibi not. ff. de lega. 2. † vnde quemad-
modum lex prouidet ne altercationis occaſio,
maximè inter fratres aut ſimiles quales erant
iſti fratrum filii, naſceretur. d. l. cum oportet.
§. ſin autem res. & vt Antiſthenes dicebat, fra-
trum inter ſe concordiam quouis muro firmius
eſſe munimentum, quod dictum & ad ciuium
concordiam accōmodari poteſt. ſatius erat pa
cis & amoris mutui cauſa reuiſionem dictæ
terminationis concedere, ut ſi fratres ruſſus
ſuccumberent, animaduerterent quàm à ſco-
po aberrabant, & opinione ſui fallerentur:
ſin minus obtinerent, conſiderarent aduer-
ſarii quòd non iure partem ſucceſſionis patrui
illis retinerent, & alienum in pace & æquo a-
60 nimo dimitterent: † ſicque ad unionem & con
cordiam redigerent, quam Pytho rhetor By
zantius, Byzantiis ſeditione ciuili tumultuanti
bus tantopere commendabat dicens, ipſum &
uxorem concordes ambos quoduis grabatu-
lum capere, diſcordes ne totam quidem do-
mum. & Scilurus Scitha liberis ſuis octoginta
maſculis, qui cum eſſet moriturus faſciculum
iaculorum ſingulis porrexit, ut illi rumperent:
quod cum ſinguli recuſarent, eo quod uidere-
tur impoſſibile, ipſe ſingula iacula exemit, at-
que ita facilè confregit omnia, filios admonens
his uerbis. ſi concordes eritis, ualidi inuicti-
que manebitis, contra ſi diſſidiis & ſeditione
diſtrahemini, imbecilles eritis & expugnatu
61 faciles. † Et quod dicebam de lite tranſactione
ſopita non ſuſcitanda, tolerari poterat ex eo,
quòd mutuo conſenſu partium tranſactum fuiſ
ſet: unde quod ab initio placuerat, non ui-
debatur diſplicere poſſe. c. quod ſemel. de reg.
iur. in 6. at in ſententia ſecus, quæ in inuitum
reddebatur. l. inter ſtipulantem. §. primo. ff. de
uerbo. obligatio. Et quòd cauſa ſententia deci-
ſa, reſcripta non deberent impetrari poſſe. l. fi-
nali, C. ſent. reſcin. non poſſ. verum erat ſi retra-
ctatoria concederentur, ut ibi glo. Sal. & alii
dicunt. at ſecus ut hic de concedenda reuiſio-
ne, cum fieri poſſet quòd terminatio non re-
62 tractaretur, ſed potius confirmaretur. † Quod
uerò ſubiiciebam de tranſitu terminationis
in rem iud. qui præſumptiones, & alia cauſa-
bat ſupra relata, tolli dicebam propter nullita-
tem cauſatam ex nimia breuitate temporis, in-
fra quod fuerat facta dicta terminatiò ut quin-
to loco deduxi, confirmaturque conſilio Baldi
142. Dominantibus. uolumi. primo, in nou. nu-
mero 3. ubi dicit quòd cum ex abrupto fuerit
pronunciatum, non uidetur ualuiſſe pronuncia
tio, niſi iura partium eſſent notoria arbitris &
arbitratoribus, quod non præſumitur, niſi con
ſtet: nam hoc ſtante non potuerat in rem iud.
tranſiuiſſe terminatio. l. 4. §. condemnatum,
cū ſcribenti. ff. de re iud. qui dicūt executionē
63 non mereri. † Nec dubium eſt dictam termina-
tionem,

tionem licèt à principe latam ſignari poſſe hac nullitate defectus cauſæ cognitionis, vt per Alex.conſi.11.col.1.vol.7.Dec.conſil.544.col.3. Capiti. dec.69.nu.35.& Vanti.in tit.an quælibet ſententia poſſ.dici nulla.n.15. tantoque magis ꝙ dicta terminatio fundabatur in allegato teſtaméto notoriè nullo,meritò reddebatur ex illa nullitate terminatio nulla ſecundum Peruſ.in c.dilecto.q.55.de app.Dec.in c.quoniam contra. nu.36.de prob. conſi.8.nu.5.Dec.Nea.39.quæ communem teſtatur.Cur.iun.conſi.74.nu.13.conſi.134.num.14.& nouiſſimè Vanti.in tit.de nullit.ex defec.proc.nu.127.hincque corruebat conſequentia de prohibita reuiſione, tìcut & appellatione ob tranſitum in rem iud. & quòd à principibus fuiſſet facta terminatio cū primum præſuppoſitum ceſſaret, & ſecundum haberet qualitatem quòd ex aliorum relatione tuliſſet eam D. Dux ut in primo fundamento

64deduxi. † Comprobaturque prætereà,nā quādo actus continet enormem læſionem præter dimidiam,factusq; reperitur per perſonā cui præſtari debuit reuerētia, tunc ille talis actus venit reſcindendus:quia præſumitur factus ob metū ſaltem reuerentialem,dato quòd minæ nō præceſſiſſent. Caſtr.conſi.174.col.1. Aretin. conſi.24.col.2.Soc.conſi.263.col.2. Dec.in l.pactum,col.3.C.de colla.& in c.cauſam matrimonii.col.3.de offi.dele.vbi loquitur in eo qui fecit actum per metum reuerentialem ſuperioris. Corn.conſi.124.conſi.140.ad fi.vol.3. ubi loquitur de laudo à ſuperinribulato, inter quos viius erat Vicarius Papæ, & laudum fuerat acceptatum, nihilominus ex enormi læſione detecta conſuluit ab eo poſſe recedi. Idemque ponit Ripa.lib.3.reſpon.cap.15.nu.8.Soc.iun.conſi.47.nu.34.vol.3.Alba.conſ.77.nu.21.& conſi.100.

65col.2. † at læſio dictorum fratrum redigebatur ad immenſum cumulum, nec reclamauerant metu tantorum principum reuerentiali, quod demonſtrabant proteſtationes ab eis fratribus tunc geminatæ in ſcriptis factæ iuxt.not. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper. nou.nunc.& quæ ualebant,licèt in abſentia partis factæ coram teſtibus,vt tradit Natta conſil. 451.nume. 21. Dida. Couuar. in 2. par. Epito. cap.3.§.5.nu.12.dicens poſt Abba.in c.1.de his quæ ui.Decium in c.fi.de app.& Ripam in c.cū M.Ferrarienſis. nu.101. de conſti.quòd ante actum proteſtatione facta ex cauſa legitima, actus poſtea factus,licèt ex interuallo, præſumitur metu factus Et ad illud quod inferebam ex prohibitione appellandi à dicta terminatione remotam quoque fuiſſe ſupplicationem vel reuiſionem,reſpondebam procedere contrarium quando culpa uel negligentia partis accederet in appellando:ſecus ubi propter excellentiam iudicantis appellatio prohiberetur,ut erat hic: tunc enim cōcedi debebat ſupplicatio,parique modo reuiſio,prout declarat Imol.conſil.142. & in l.1.§.fin.ff.à quib.app.Iaſ.in auth.quæ ſupplicatio.nu.6.C.de prec. imper.offer.Rui.conſi 157.nume.17.uolu.5.Dec.in l.fi.num.50. C. de edi.diui.Adria.tol.Io.Fer.in tractat.de app.

66lib.4.cap.2.nume.261. † Ad ſecundum principale fundamentum contrarium de tacita approbatione terminationis per receptionem pecuniarum & ceſſionem iurium,reſpondetur dictos fratres à prædicta ratificatione ſe tueri per proteſtationes,quæ præceſſerunt iuncto metu reuerentiali de quo ſupra, & reſiſtentia dictorum fratrum in expectando præcepta pœnalia,mulctas,& alia priuſquam cederēt iura ſua: ex his enim demonſtratur cōſenſum abeſſe quādo pecunias recipiebant, & iura cedebant, ſicque tacitam approbationem fuiſſe nullam,quæ inde poterat conſiderari.iux.not.per Dyn.Bal. Ang.Caſtr.& Imol.in l.qui in aliena.§.fin.ff.de acqui.hæred.Rui.conſi.121.nume.25.uolum.4. Soc.conſi.27.col.pen.uolum.3. Boer.deciſ.100.

67nume.10.cum ſimil. † Secundò ſtante grauiſſima læſione talis approbatio nocere non poterat,cum nec expreſſa nocuiſſet.Corn.conſ.140. ad fi.uol.3.& cum nec geminatus conſenſus excludat remedium legis ſecundæ C. de reſcind. uenditio.fundatum in læſione, ut tradit Dec. conſi.60.colum.3.Soc.conſi.85.col.3 uolum.1. Corn.conſil.11. uolum.1.Roma.conſil.54.Caſtr.conſi.305.uolum.2.Boer.conſi.28.conſi.39. Cagnol.in d.l.2.nume.72.dicens propter æquitatem illius remedii ſuccurri debere læſo,licèt conſenſus fuerit geminatus,quia & in ſecundo conſenſu deceptio eſt,tantoque magis conſideratis quibuſdam circunſtantiis concurrētibus, quæ factum grauabant,ut & in caſu ſuo perpēdit Dec.in d.conſi.60.quòd dicti fratres carcerati fuerant, nec adhuc erant liberati tempore terminationis, quòd illa repente nimis facta fuerat, deinde perpetuum ſilentium impoſitū, præcepta facta, mulctæ impoſitæ, & id genus, quibus impelli uidebantur uel inuiti pecunias recipere, iuraque cedere, ne rebus & precio prorſus carerent,non quòd ſponte ea facerent. Ad tertium dicebam id eſſe uerum ſimpliciter alio non ſubſecuto: non enim poſſent ſe iudices interponere, nec audire querimoniam dictorum fratrum, ſed addebam Illuſtriſſimum Do. Ducem debere concedere iudicibus reuiſionem,& fratres audiri pro ueritate magis enucleanda, prout in quarto fundamento latè de-

68duxi, † priſcos imitatus,qui Gratias nudas pinxerunt, ut reſtatur Horatius libro Carminum iiij, Ode vij.

[*Gratia cum nymphis, geminisq́ ſororibus audet Ducere nuda choros.*]

Quod eo ſpectar, nēpe ne quid inter amicos fictum,fucatum,tectum, uerùm nuda ſimpliciaque ſint omnia: ut ſi cum amicis ſic agendū ſit, multomagis magnanimo,ac eminentiſſimo Duce Mantuæ Domino meo ſemper obſeruandiſſimo,ueritatem, quæ nuda pingitur, quòd pura,ſimplexque ſit,& per ſe patens,proponerem.

69† Ad quartum decreti continentis clauſulam, ex certa ſciētia, dicebam quòd operatur in his, de quibus princeps habuit ſcientiam, ut quæ ſunt iuris non autem facti, prout tradit Pariſ.

cõſi.1. nume.85.uolum.1.Crau.conſi.126.nu-
mero 3. Gozad.conſi.5.nume.14.Soc.iu.conſil.
77.nume.126.volu.1. Natt.conſil. 209. numero
6.Rolan.à Valle conſilio 2.nume.161.Rui.con
ſi.157.nume.9.volumi.1.conſi.71.nume.38.con
70ſilio97.num.7.volum.3. †. Vbi requirit quòd
princeps fuerit certificatus de præiudicio ter-
tii, vt etiam tradit Craue.in tracta. de antiquit.
temp.prima parte,nu.40.Ideoque in eius præiu
dicium non operatur. Soc.conſi.164.colum.3.
volum. 2.quia non cenſetur illi ius ſuum voluiſ
ſe tollere ſecundum Bal.quem ibi citat, & eum
ſequitur Grat.reſponſo 158.colum.penul. uol.
2.& vltra prædictos addo Socin.conſi.120. co-
lum.7.verſi.ſed ad iſta volum.3.Dec.conſ.198.
nume.4.conſil.544.nume.36.Do. meus Rimi.
conſi.103.nume.27. Neuiz.inter conſilia Bru.
conſi.12. nume.144.Bal.in prælu.feu. nu. 37.
Caſtr.conſi.159.colum.fi.volum.2.Alex.conſi.
122.colum.pen.volum.4.Pariſ.conſi.82. num.
55.volum.1.Fel.in c.nonnulli.colum. 14. de re-
71ſcrip.Ceph.conſi.133.nu.110. † Vnde Crau.
in d.tracta.prima par.num.25. refert egregium
Chriſtianiſſimi Regis præceptum, quòd in Re-
gno Franciæ nulla eius reſcripta Rex vult ob-
ſeruari,niſi prius interinentur per curias parla
mentorũ aut iudices præſidales vel ordinarios
ad quos diriguntur : in quorum interinatione
de eorum ciuilitate cognoſcitur; & ſi inciuilia
videantur, illa reiiciũtur:immo per nouiſſimas
conſtitutiones expreſſe cautum eſt,ut reſcripta
72 de inciuilitate impugnari poſſint. † Et in quan
tum ſubiiciebam de clauſula plenitudinis pote
ſtatis inſerta pariter decreto Illuſtriſſimi D.Du
cis,ſi uellem reſpondere quòd Princeps Man-
tuanus legibus eſt ſubiectus abſque plenitudi
ne poteſtatis, ut ſcribit Alexan.conſilio 1.col.
pen.uolum.2.& nonnullis rationibus cõfirmat
Natta conſi.402. nu.10.dubiũ ceſſaret ex impo
tẽtia vtẽdi dicta clauſula.Sed quoniã ſubdit idẽ
Natta nume. 18.quòd Illuſtriſſimi Duces Man-
tuani ſoliti ſunt in eorum reſcriptis & decretis
uti plenitudine poteſtatis,vnde credibile eſt ꝙ
eam habeant ex conceſſione expreſſa Romani
Imperatoris ſecundum Bal.conſil.267.ad eui-
73dentiam.uolu.1.† dicentem quòd licèt plenitu
do poteſtatis in temporibus competat ſoli Im-
peratori uel libero Regi, inferioribus uerò ſe-
cus iure ordinariæ poteſtatis:poſſunt tamen eã
habere ex ſpeciali priuilegio,puta ſi Vicariatus
eſt eis collatus cum plenitudine poteſtatis. Vn
de quia omnes Domini Lombardiæ de conſue
tudine uſuali, & quaſi de quadam theorica &
practica ponunt hæc uerba, de plenitudine po
teſtatis,& ſunt in quaſi poſſeſſione verbi & fa-
cti,credendum eſt eorum ſermoni,etiam ſi de
priuilegio non doceatur:quia non eſt ueriſimi-
le quòd falſa uoce uterentur.l.fi.C. ad leg.Iul.
74rep. † meritò eandem reſponſionem adſeram
dictæ clauſulæ plenitudinis poteſtatis,quam ſu
perius dixi clauſulæ,ex certa ſcientia:ꝙnon ope
ratur in tollendo iure quæſito alteri, cum a-
lioquin diceretur plenitudo tempeſtatis aut

iniquitatis, potius quàm poteſtatis, vt per So
ci.conſi.164.columna 9.uolum. ſecundo. con-
ſil.120.col.penul.uolum.3.poſt Crau. in clem.
paſtoralis.de re iud.Soc.iu. conſi.65. nume.6.
75uolum.2.† Idque Craue. confirmat in trac.de
antiq.tempo.prima par. num.25. dicens quòd
Dei poteſtatem , quatenus principis mortalis
humanitas patitur, emulari principẽ opportet
per participationem:Deus enim ipſe, omnipo
tens cum unus ſit, nihil tamen poteſt quod ſit
malum,uel iniuſtum:quia poſſe malum facere,
poteſtas non dicitur,ſed infirmitas ac deficien
tia boni,& nihil eſt facere quod malum ſit: poſ
ſe enim peccare, ut Auguſtinus ait,non eſt ali-
quid poſſe,immo aliquid non poſſe. Vnde ille
ſolus uocatur omnipotens,qui hoc non poteſt,
quia omnia poteſt,quæ poſſe eſt aliquid poſſe.
quæ uerba habentur.in capitulo, principium.
76§.charitas.de pœniten. diſtinctio.ſecunda. † Et
ita in principe arguit Fulgoſ.conſil.61.colum-
na penultima. & Curt. conſilio 73. colum.29.
ineſt enim plenitudo poteſtatis in diſpoſitione
bonitatis,non autem prauitatis: & ob id quan
do principes aliquis utitur plenitudine poteſta
tis ad malum , dicitur plenitudo tempeſtatis,
non poteſtatis. Card.Mediolan.in clemen.pa-
ſtoralis. de re iudic. Socin. dicto conſilio 120.
77columna penultima. † hinc & Bald.conſi.345.
ad euidentiam . columna ſecunda, uolumine
primo, dicit quòd clauſula de plenitudine po-
teſtatis intelligitur de poteſtate bona & lauda-
bili,non ultuperabili , uel tyrannica, nec di-
citur Imperator poſſe, niſi de iure poteſt.Idem
que Bal.conſilio 326.Rex Romanorum, colum
na ſecunda,uolumine primo, ſcribit quòd di-
citur proprie poteſtas legitimè poſſe: non enim
poſſumus quod cum iniuria poſſumus, nã hoc
poſſe,pœnitentia non eſt, ſed deficientia quæ-
dam,& ideo Deus omnia poteſt, tamen pecca-
78re non poteſt. † Et quo magis principis pote
ſtas qualis eſſe debeat detegatur,placet ea rela-
tu digna ſubiicere,quæ ponit Franciſcus Con-
nanus in comment. ſuis iuris ciuilis, lib.1.cap.
16.colum.9.Quod Principi placuit(inquit ille)
pro lege haberi, lex eſt, dum id naturæ iuri
non deroget,nam ciuilibus legibus , & ut ait
Dion , ſcripto iure ſolutus eſt , cæterùm na-
turæ lege tam eſt adſtrictus , quàm qui uis no-
79ſtrum,aut etiam multo magis. † Exemplo enim
longè grauius peccat quicquid peccat,quòd ad
eius ſimilitudinem popularium ferè mores
conformantur, & qualis ipſe fuerit, tales ut
80plurimum ſolent eſſe ciuitates. † Quapropter
omnium laudibus celebratur Papinianus, qui
roganti Caracallæ , ut ipſum de cæde fratris
ſui Getæ , quem occidi iuſſerat, excuſaret a-
pud Senatum , recuſauit dicens, Parricidium
non tam facile excuſari poſſe, quàm fieri: at-
que id cum ſemel , atque iterum , ac ſæpius
Tyranno roganti pernegaſſet , ſecuri percuſ-
81ſus eſt . † Neque uerum eſt iuſtitiam adſtare
Ioui, ut faueat Regum delictis, & iuſtum eſſe
defendat quicquid illi commiſerint , ut dice-
bat

bat Anaxarchus : immo potius ut nullum ſit impunitum hominum facinus , ſed Regum præcipuè, quorum ſcelera etiam in populis, qui nihil deliquerunt, ſolet vindicare, vt eleganter ſcribit Heſiodus,Grecè ille quidem, nos autem ſic Latinè.

*Iuſtitia eſt virgo Ioue nata, verendaq́; Diuis.*
*Omnibus, hanc ſi quis læſit de plebe , parentem*
*Orat, vt auctorem ſceleris ſua pœna ſequatur ,*
*Sin Rex peccarit, populi vt plectantur & ipſi,*
*Poſtulat, iniuſti tanta eſt iniuria Regis.*

Quæ cum ita ſint , facilè poterat Excellentiſſimus D.Dux percipere ſatius eſſe reuiſionem ſibi petitam concedere,quàm denegare clauſulis in decreto ſuo poſitis non attentis quoquomo-
82 do. † Ad quintum quo dicebatur contrariam diſpenſationem ſublatam videri , dicebam id quo ad alios procedere poſſe , vt contrauenire non poſſent terminationi , ſed eam ſeruari deberent ; ſed inde non cenſeri ſublatam diſpenſationem ipſiuſmet Principis ſi vellet,cum ſibi eam legem non potuiſſet tollere, eamq́ue poteſtatem quam habebat à iure publico , prout in ſimili caſu tradit Caſtr.in l. humanum. colum.
83 1.C.de legib. nu. 4. † tantoq́ue magis quòd iuſta ſatis cauſa diſpenſandi diceretur iſta pacis & concordiæ,quæ ex reuiſione futura dictę terminationis ſperabatur , propter quam pacē & concordiam multa conceduntur aliàs prohibita.gl.& doctores.in cap. 1. de deſpon. impu. Abb.in c.quia circa. de conſan. & affi. Fel.in c. quæ in eccleſiarum.nu.40.de conſtitut.cum ſimilibus cumulatis per Pariſ. conſi. 68. nu. 129.
84 cum ſequen.vol.4. † Ad vltimum de fide veri Principis ſub qua promiſerat Illuſtriſſimus D.Dux dictam terminationem valere debere. reſpondebam id eſſe intelligendum habito reſpectu ad fidem, prout eſt conſtantia & firmitas , quæ debet eſſe in Principe,modò non ſit circumuentus,de qua loquitur Bal. conſi. 279. pridie conſului.vol.3.non autem habito reſpectu ad Deum,prout fides eſt ſacramentum, ſicq́ue fauore ipſius promittentis intelligi debet, ut opiniones concordando determinat Alciat. in rub.de iur.iu.nu.70.& 80. At Princeps deceptus fuerat , & malè vel nulliter informatus, quando dictam terminationem fecit, meritò dicta promiſſio ſub fide non debebat ipſum conſtringere,licèt uim iuramenti ſaperet , cum nec ſpecifico iuramento vallata ligaret eum Caſtr. conſi. 122.volum.2.Dec.conſi.403.colum.pen. ex quo non ſupplet ignorantiam : ceſſantq́ue uno verbo omnia , quæ dixi de fide Principis immaculata, & contra quam cum tendere repugnat bonis moribus,vt procedant data ſcientia , maturaq́ue rei geſtæ inſtructione, aliàs ſecus ut erat in hac cauſa , ſicq́ue ſecundum opinio.meam concludebam.

*Hippolytus Riminal.Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre Domino Franciſco Eſtenſe.

### ARGVMENTVM.

Quando patrocinium potentioris dicatur impetratum,vel non.

### SVMMARIVM.

1 *Potentioris patrocinium impetrari prohibetur.*
*Item familiaris ſui.ſed contra.8.*
*Vel notarij ſui.2.*
*Quando ſimul cohabitant.13.*
2 *Adminiſtrantes,vel domeſtici perdunt arras ſponſalitias.*
*Nec emere poſſunt,nec donationes recipere.3.*
4 *Factum à coniunctis & familiaribus , præſumitur fieri de conſenſu dominorum.*
5 *Potentiores,quorum patrocinium fuerit impetratum arbitrio iudicis,puniuntur.*
6 *Pœnam pati, & præmium conſequi non debet quis ex eodem facto.*
7 *Pacta ſeruanda ſunt.*
*Et ea non ſeruare,eſt inter maximas cauſas ingratitudinis.*
9 *Potentior dicitur quis ratione officij, vel dignitatis.*
*Secus ſi ratione diuitiarum.10.*
11 *Decurio poteſt eſſe aduocatus.*
12 *Potentes facilius audiuntur , quàm familiares ſui.*
14 *Potentioris patrocinium non prohibetur impetrari contra æquè potentem.*
*Cuius exemplum Germanorum datur.15.*
*Item nec in cauſa criminali.16.18.*
16 *Sanguinem ſuum redimere licet.*
17 *Cardinalis liberare poteſt reum ſibi occurrentem, capiti ſuo pileo vel galero iniecto.*
18 *Rex eadem diuerſo iure cenſeri non debet.*
19 *Piũ dicitur redimere carceratum,etiam ex delicto.*
20 *Iudicium grauiſſimum Clariſſimorum Dominorum Ducalis Signaturæ Ferrarienſis.*

## CONSILIVM XIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVm Raphael Nurſius hebræus variis litibus ciuilibus & criminalibus opprimeretur , & acerrimè vexaretur,ad Illuſtrem Dominũ Franciſcum Eſtenſem confugit, eius opem ac patrocinium implorans,ſeq́ue illi plurimum cõmendans,offerens ei certam pecuniarum quantitatem,ſi contra ſuos aduerſarios tutelam litium ſuorum ſuſciperet , ne per eos,qui plurimum poterant,obrueretur: quod cum benignè ſatis , ac peramanter ſe factu-

rum

rum obtuliſſet Illuſtr. ille dominus, qui pla-
nè nouerat hebræum iniuſtè vexari, operam-
que ſuam re ipſa in multis præſtitiſſet, ac mul-
tis oneribus eum ſubleuaſſet, mirumque in mo
dum adiuuaſſet, dum primum conſequi crede-
bat, hebræumque paratum eſſe pactis obſequi,
longè reluctantem inuenit, & promiſſæ fidei
prorſus immemorem, quare ad iudicium uenit
conuentas pecunias ab eo petens. at excipiens
ille nil Illuſtri Domino deberi dixit, quippe ꝙ
patrocinium potentioris impetraſſet iure repro
1 batum. † mouebatur ex l.1.C.ne lic.pot.vbi iu
re meritò dicitur patrocinium potentiorum re
probari [ vt iudiciariæ lites potius ſuo Marte
diſcurrerent, quàm potētiorum domorum opi
bus niterentur ] hoc eſt ſuffragiis illorum de
domibus potentiorum, prout Accurſius tradit,
& in eorum familiaribus Ang. exemplificat di-
cens pœnam illius legis ſibi vendicare locum ſi
impetratur patrocinium familiaris potentiorū,
& ideo monet ne in lite ciuili vel criminali quā
habes, impetres patrocinium familiaris domini
noſtri, quia hoc defectо incurres pœnam huius
legis, & inſuper aduocās punietur, vt hic. Quod
ad amuſſim prçuiſum fuiſſe uidetur ab Ang.cū
Illuſtr.hic dominus eſſet familiaris, & attinens
Excellentiſſimi Ducis Herculis II. Ferrariæ
2 IIII. † Nec abſimile tradiderunt exemplum
Bar.Sal.& Alex.de notario priorum, cuius pa-
trocinium quis impetrauerit.mouentur ex. l.1.
C.ſi rec.prouin.vbi puniuntur in arris ſponſa-
litiis datis, nedum adminiſtrantes in poteſtate
publica, ſed & eorum domeſtici: ſicque prohibi
tum in principalibus locum habet in eorum fa-
3 miliaribus vt ibi notat Bal. † & conſimilis eſt,
tex.quem citat in l.1.C.de contract. iud. ubi ta-
les adminiſtratores & prouincias moderantes,
nec emere nec donationes recipere poſſunt ſi-
ne iuſſu Principis, quod ad eorum domeſticos
trahit Imperator, & ſic ad eorum familiares. Et
hanc opi.confirmat Ioa. Sichardus in d.l.1. C.
ne lic.pot.dicens eam locum habere ſiue per ſe
potentior appareat, ſiue per perſonam interpo-
ſitam, vt puta per familiarem aliquem, vt ibi gl.
4 in uer.domorum, indicat † quia, quæ fiunt à
coniunctis & familiaribus, ea præſumuntur fie-
ri cum conſenſu dominorum. c. conſtitutis. de
teſtibus.quod prior codicit Alex. per doctrin.
Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.10.q.ff.de ope.
no.& in l.1.§. item Labeo.ff.quod ui aut clam,
pauloque ſupra dicit idem Sichardus. illum
tex.procedere, ſiue potentior accedat ad patro-
cinium, vſurpatus gratia, vel redemptus pretio
vt ibi dicitur, & in caſu noſtro contingebat, vn-
5 de dicebat hebræus † quòd cum tales poten-
tiores ſeuera ſententia debeant vindicari, hoc
eſt arbitrio iudicis puniri.ut Azo, Bal.& alii uo
luerunt: quia cum non exprimatur qualitas pœ
næ, committitur arbitrio iudicantis.l.1.§. expi-
latores.ff.de effract.non debebat Illuſtr.domi-
6 nus pecunias promiſſas poſſe conſequi. † quia
non debet quis ex eodem facto pœnam pati, &
præmium conſequi.l.ſi cui.ff.ex quib.cauſ.ma.

Lita demum.ff.de arbi.& not.Glo in l. ſiue hæ-
reditaria.ff.de neg.geſt.Rui.in notab.caſu, con
ſi.48.col.pe.in fi.vol.2.iſtis tamen non obſtanti
7 bus in contrariam partem tunc deſcendi. † mo
uebar ex eo quòd pacta ſeruanda ſunt. l.iuriſ-
gentium.§.prætor ait.ff. de pact. c.1. de pact.in
6.graueque reputari fidem fallere. l.1.ff.de con
ſtit.pec.& inter maximas cauſas ingratitudinis
eſſe pacta non ſeruare, vt inquit Bal.conſ.18.no
tiſſimum.vol. 1.quem Ripa refert. in l.fin.q.63.
C.de reuo.don.& ego dixi.in §.1.nu.556.Inſt.
de donat. meritò conſequens erat ut quod he-
8 bræus promiſerat exequeretur. † Et quoniā
ſola uis erat in tollendis cōtrarijs, dicebam opi-
nionem illam Angeli de familiaribus potentio
rum non eſſe veram, reprobarique per Fulg.
Caſtr. Antonium de Alexandro & Iaſonem in
d.l.1.mouentur, quoniam lex illa pœnalis eſt,
ideoque reſtringenda.c.odia.de regul.iur.in 6.
Itē quia nō ſubeſt tāta ratio incutiendi terrorē
in familiari, ſicut in principali, demumque ꝙ il
la lex principaliter inducta fuit fauore priuato-
9 rum, ut in ver.quare. † proceditque quando
quis impetrauit patrocinium potentioris ratio-
ne magni officij uel dignitatis, & habentis me-
rum & mixtum Imperium, cuius occaſione ter-
ribilis eſſe poteſt aduerſario eique minacem fu
rorem inferre, & terribilem vultum oſtendere,
vt quia ſit baliuus, prior, aut magiſtratus, vel vt
exemplificat Natta conſi.491. generalis locum
tenens in Italia pro Chriſtianiſſima Maieſtate:
10 † ſecus ſi ſit potentior alia ratione, puta diui-
tiarum, vel quia ſit de primatibus ciuitatis, etiā
ſi aliàs ſit terribilis. Ita glo.Bar.Bal. Ang.& om-
nes ibi.Spec. in tit.de ceſſio.acti. §.1.col.1.Butr.
Innoc.Hoſti.Abb.Card.Anch.& omnes indif
ferenter in c.2.de alie.iud.mut.ca.fac.cum qui-
bus concordat Sichardus in Rub.C. ne lic.pot.
dicens potentiores ibi non generaliter accipi
omnes eos, qui ſunt in aliquo faſtigio vel diui-
tiarum, vel popularis exiſtimationis, vt malè pu
tauit Glo. in l.pen.ff.de alie.iud.mut.cauſa, dū
ideo putat non poſſe cedi actionem militi, quia
miles ſit potentior: ſed hi tantum potentiores
intelligentur, qui ratione officij vel dignitatis
vel magiſtratus tali loco ſunt poſiti, ut poſſunt
eſſe terrori, ſecundum gl.ibi per l. ſi per impreſ
11 ſionem. C. quod met. cauſa. † confirmatur,
nam decurio poteſt eſſe aduocatus. l. 2. C. de
aduo.diuer.iud. nec inde quis dicitur patroci-
nium potentioris impetraſſe, quia non habet
officium tale quòd minacem terrorem infer-
re poſſit. Et quia fieri poteſt quòd accipiens ta-
lem in aduocatum foueat iuſticiam, nec eſt ueri
ſimile quòd in terra ubi redditur iuſtitia, fiat in
iuſtitia uel uiolentia propter talem. l.non eſt ue
riſimile.ff.quòd met. cau. ſic tradunt Cano. in
d.c.2.quibus infertur d. legem primam locum
habere non poſſe in Illuſtr. Do. Franciſco, qui
nullum officium habebat, ratione cuius timo-
rem incutere poſſet, eſto quòd eſſet de primati
12 bus ciuitatis. † Et quod inquit Ang. de fami-
liaribus domini ſui, manifeſtè conuincitur ex
præ-

prædictis prout etiã quod dicit Bar.de notario
priorum,quia facilius audiuntur potentes ra-
tione officij,quàm eorum familiares, & ſic nõ
ſubeſt eadem ratio inter prædictos ut Fulg. &
13 Caſtr.dieunt ibi. † vel & ſecundò forſitan to
lerari poſſet exemplum Angeli & Bartoli, in fa
miliaribus quotidie commorantibus cum do-
minis,ut ſunt camerarij,magiſtri domus, & id
genus cum Illuſtriſſ. Principe,notariusq; Prio
rum.: quoniam in talibus familiaribus tam do
meſticis, & dies ac noctes conuerſantibus cum
dominis cadit illa præſumptio, in qua ſe fun-
dat Alex.& Sicard.ibi,quòd factum ab eis præ
ſumatur fieri cum cõſcientia dominorum,ſed
ſecus eſt in alio familiari non frequenter, ſed
raro cum Principe conuerſante, prout erat Il-
luſtr. Dominus Franciſcus,nec ei ſeruiens, ra-
roque ad aulam Principis accedens. vnde talis
non poterat dici de domo potentioris, cum ſi-
mul cum eo non habitaret in eadem domo,vt
in terminis tradit Bar.in l.1.in prin.ff.ad Sylla.
dum exponit verbũ domus, de quo ibi pro fa-
milia ſimul habitante in eadem domo. & ad
hãc expoſitionem dicit facere l.primam, C.ne
lic. pot.quæ loquitur de opibus domorum po-
tentiorum: vult ergo.Bar.quòd tales ſimul ha-
bitent in eadem domo cum potentibus, vt illa
lex procedat.quod & in ſecundo notab. clariſ
ſime dicit Aret.volens quòd prohibitio pœna
lis diſponens de perſona alicuius extendatur
etiam ad familiares eius cohabitantes in domo
ſicque intelligit text. in l.1.C.ſi rect. pro.& ibi
Bal.de quibus ſupra prout & alius intelligi po
teſt in l.1. C. de contract. iudic. Poſtremò
non omitto vnum bonum verbum, quòd in-
quit Natta conſi.451.nume.6.quod faciunt fa-
miliares,factum a dominis præſumi,quando fa
ciunt in his quæ pertinent ad dominum, & ſic
in quibus domini prætendunt, vel habent in-
tereſſe: ſecus ergo eo ceſſante, prout in alienis
cauſis,quæ Principem non tangunt, niſi quòd
14 fiat iuſtitia,& vnicuique ſuum reddatur.† Præ
dictis accedebat quòd dictus hebræus acerri-
mas lites habebat,ciuiles & criminales cum fra
tribus ſuis,Mario de nocte ſororio ſuo, & alijs
qui bene potentiorum auxilium aucupaban-
tur,eoque plurimum vtebantur, vt ipſum ſuf-
focarent, meritò hæc animaduertens ſe cõmẽ
dauit Illuſtr.D.Franciſco & eius patrocinium
implorauit,non ut metum ſuis aduerſarijs in-
cuteret, ſed potius ut ipſum quem ſibi infere-
bant excluderet, & auerteret: quod ſibi licuit
facere,vt egregiè tradit Caſtr.& Alex.& Iaſ.in
d.l.1.caſum deducens,quem Bononiæ vidit in
quadam muliere vidua,quæ litem habebat cũ
quodam magno doctore, qui poterat uideri
potentior reſpectu dictæ mulieris omni auxilio
deſtitutæ. Ideoque aduocauit patrocinium cu-
iuſdam magni doctoris,qui erat magnus in ſta
tu,& non conſueuerat patrocinari, ſed illud
patrocinium libenter aſſumpſit, vt illam mu-
lierculam defenderet: vnde non uidetur feciſ-
ſe contra illam conſtitutionem.& idem pariter
& pulchrè ponit Sichard.ibi,nu.6.dicens potẽ
tiorem adhiberi poſſe aduocationi, quando li-
tigatur contra æquè potentem. Nec videtur
tunc terroris incutiendi cauſa adhibuiſſe, ſed
magis excludendi & vitandi, quod licet,arg.l.
cum pater.§.Titio in fi.ff.de leg.2.& in c.ex par
te. de feud. vbi eccleſia poteſt uti aduocatione
potentioris contra uaſallum,qui feudum in po
15 tentem alienauit. † quæ ſunt plurimum no-
tabilia pro moribus nobilium in Germania,
qui plerumque accedunt tribunal inſtructi ma
gno comitatu potentium: & dicunt ſe facere
non terroris cauſa,ſed vitandi terroris,quia rẽ
16 habebãt cum potentioribus. † Quin etiam con
ſiderabam quòd ob lites criminales,quibus he
breus mirum in modum premebatur,ſibi licue
rat patrocinium potentioris aduocare,quia in
his licitum eſt cuilibet ſanguinem ſuum redi-
mere quoquomodo. l. 1. C. de bon. eor. qui
17 mor. ſibi conſci.l.tranſigere,C.de tranſ. † Ideo
condemnatus ad ſupplicium poteſt occurren-
tis Cardinalis patrocinium inuocare, nam ha-
bent Cardinales de conſuetudine præſcripta,
vt occurrentes ſibi poſſint à morte liberare,ſi
capiti nocentis pileum vel galerum ſuum inie-
cerint,vt tradũt Bal.& Caſtr. in l.addictos. C.
de appel. Veronen. cautela ſecunda,in princ.
Marti. Laud.in 1. tract.de Card.q.6.& in q.37.
Andr.Sic.in tract.de præſtan. Card. q.9.Re-
ſtaur.in tract.de Impera.q.96.nu.3.Mar.Laud.
in trac.de Princ. q.483.& Paris de Put.in trac.
18 Syndi.§.an ſi iudex.nu. 2. † Et ita limitat in
terminis dictam leg. primam Sichard.ibi,num.
8.melius Angelo ſentiens, qui voluit eam paſ-
ſim procedere in cauſa criminali quemadmo-
dum ciuili,quoniam non debet eadem res di-
uerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes. ff. de vſuca.
at reus potẽtioris ſuffragium petit, ut à morte,
uel alia pœna corporali medio ſuo liberetur,
illeque potentior tendit ad idem vt eum libe-
ret: meritò non debet ex parte ſua illicitum re
putari,quod ex parte petentis eſt licitum, per-
19 miſſumque. † Simile videmus in eo quod da
tur vel impenditur in redemptione captiui vel
carcerati, licèt ex delicto,quod piũ reputatur,
ut per gl.in c.ſacrorum.12.q.2.Bal. & Caſtr.in
l.illud.C.de ſacroſanc.eccl.Bald.& Alex. in l.
quamuis.ff.ſolut. mat.Tiraqu.in tract. de pri-
uil.piæ cauſæ,in præfa.col.10.ver.item relictũ:
ſic enim patrocinium potentioris pro redimen
do reo criminaliter accuſato non debet illicitũ
20 reputari. † demum dicebam quòd hæc exce-
ptio perſonæ potentioris aliàs reiecta fuit in
perſonam ipſius Illuſtr.D.Franciſci: cum enim
D. Agnolinus de Fano hebræus ei ceſſiſſet om
nia iura ſua,quæ habebat in domo poſita in cõ
tractu S.Guilielmi,lite ſuborta inter ipſum Il-
luſ. Dominum.& D. Angelam Vallam,quæ ius
in dicta domo prætendebat,opponebat illa de
ceſſionis nullitate, velut in potentiorem factæ
iuxt. l. 2. cum ibi not. C. ne lic. pot. ſed tamen
eã exceptionem reiecerunt clariſſimi Domini
Ducalis Signaturæ,non reputantes Illuſtr. Do
minum

minum Franciſcum potentiorem. Quòd ſanè decretum apud omnes grauiſſimum cenſeri debet: credidit enim Princeps eos, quos ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate ad eius officij magnitudinem adhibuit, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus, ut inquit tex. de præfecto prætorio in l. 1. ff. de off. præt. meritò cõcludebam ex prædictis præfatum Illuſtr. Dominum ius fouere. Sententia tamen lata non fuit: quoniam partes tranſegerunt maioremque partem pecuniarum ſoluit hebræus hæredibus ipſius Illuſt. Domini.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

Pro Illuſtr. Comitibus de Boſchettis nobilibus Mutinenſibus.

ARGVMENTVM.

An decreta Parmæ forenſes excludentia ab acquiſitione immobilium comprehendant filios clericos cõceptos ibidem, vel natos caſualiter.

*SVMMARIVM.*

*1 Statuta ſeu decreta, quæ forenſes excludunt ab acquiſitione immobilium, filios comprehendunt.*
*Sed auctor contra. 3.*
*Niſi vniuerſalia ſint. 53.*
*Niſi de filijs fiat expreſſa mentio. 12. 53.*
*Exempla ſicut digitus rem oſtendunt, & tactui quodammodo ſubijciunt. 1.*
*2 Intellectus l. 5. C. de impo. lucr. deſc. lib. 10. per Bartolum.*
*Quem taxat auctor. 55.*
*4 Alienatione prohibita generaliter, non dicitur prohibita quæ in filios facta fuerit. & de ratione 10. 49.*
*5 Statutũ quòd mulier non poſſit donare ſine conſenſu proximiorum, locum non habet donando filijs.*
*6 Alienare prohibitus in potentiorem, poteſt alienare filio, licèt potentiori.*
*7 Emere prohibitus poteſt emere quæ fuerint maiorum ſuorum.*
*8 Statutum quòd forenſis non poſſit acquirere immobilia in loco, locum non habet in acquirente res ſuorum maiorum.*
*9 Statutum de ſoluenda gabella per hæredes ſcriptos, locum non habet in filijs. 56.*
*Quid autem in collateralibus. 15.*
*12 Bald. conſi. 357. vol. 1. declaratur.*
*13 Exceptio declarat regulam.*
*14 Exceptio non debet eſſe ſuperflua.*
*15 Officium paternum eſt dotare filias.*
*16 Interpretatio capi debet, per quam minus derogatur iuri communi. 23.*
*17 In ambiguis benignior ſententia capi debet.*
*18 Maſculi melius viuunt ſi plures habent facultates.*
*19 Familiæ decus ſine diuitijs malè conſeruatur.*
*20 Ratio primi decreti Parmæ non conuenit filijs.*
*21 Forenſes collectantur pro bonis de generali conſuetudine.*
*22 Proclamata de fructibus nõ extrahendis validè fieri poſſunt.*
*24 Repetitio quando fiat in ſequentibus.*
*25 Filiorum prima cauſa eſt in ſucceſſione parentum.*
*26 Conſeruari, & acquiri quomodo differant.*
*27 Statuti verbis generalibus an excludatur filia.*
*28 Statutũ non intelligitur quem priuare, niſi expreſſè eum nominet.*
*29 Pœna priuationis locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
*30 Statutum, quod ſtantibus fratribus excludatur filia, nunquid ſit æquum.*
*31 Filia excluſa ab inteſtato ſtantibus maſculis, an à legitima ſit excluſa.*
*32 Legitima dicitur quota eius, quod quis habiturus eſt ab inteſtato.*
*Eiq; non debetur, qui non ſuccedit ab inteſtato.*
*33 Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*
*Quod quomodo procedat, declaratur.*
*34 Expreſſa explicitè ſunt maioris vis.*
*35 Statuta correctoria iuris communis an recipiant ab eo interpretationem. Bal. quòd non.*
*Sed plerique contra. 36.*
*Auctor verò poſt Imol. diſtinguit. 37.*
*38 Decreta Parmæ quo ad modum alienandi, generalia ſunt.*
*At reſpectu forenſium ſecus.*
*39 Forenſium plures ſpecies.*
*40 Filij ſunt de venientibus ab inteſtato.*
*41 Venientium ab inteſtato duæ ſunt ſpecies.*
*42 Statutum loquens de perſona, locum non habet in perſona qualificata.*
*Vnde ſi permittit bannitũ occidi, locum non habet in filio patrem bannitum occidente.*
*Nec in occidente bannitum ex odio particulari. 43.*
*44 Filij ſpecialiter priuilegiati, ſunt in ſucceſſione parentum.*
*45 Diſpoſitio generalis non comprehendit perſonas in ſpecie priuilegiatas.*
*Diſpoſitio auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. non comprehendit diſpoſitionem l. iubemus. C. ad Trebel. 47.*
*46 Diſpoſitio generalis non comprehendit Cardinales.*
*48 Diſpoſitio l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. non poſſ. non comprehendit diſpoſitionem l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.*
*50 Hæreditas dicitur debita filijs. 55.*
*51 Brunus in tract. quod ſtantib. maſcu. 6. art. quæſ. 24. damnatur.*
*52 Verba indefinita ſtatuti non æquipollent vniuerſali, vbi non eſt eadem ratio: quod probatur exẽplo.*
*53 Vniuerſalis dictio, nihil excludit.*
*54 Verbum aliquem, reſtrictionem admittit.*
*57 Res inalienabilis inter certas perſonas ſemel facta alienabilis, durat perpetuò alienabilis.*
*58 Merum Imperium ſemel à Principe delegatum, eſt perpetuò delegabile.*

*Matre*

Matre habilitata ad acquirendum, filij quoque cenſentur habilitati. 58.
59 Decreta Parmæ non loquuntur de alienatione bonorum titulo uniuerſali. 63.64.
60 Dictio aliqua, res ſingulares, & determinatas ſignificat.
Diciturque ſignum partitiuum. 61.
62 Verbum ſpeciale adiectum generali, illud reſtringit.
63 Statutum prohibens alienationem bonorum immobilium ex teſtamento in forenſem, locum non habet in facta titulo vniuerſali.
64 Sequentia declarant præcedentia.
65 Statutum prohibens ſubditis alienare bona, locum non habet in non ſubditis, qui alienarent in non ſubditos. 66. & quare. 67. 69.
Subditus quis dicitur ratione domicilij. 65.
67 Statutum prohibens forenſes emere, non prohibet eos vendere.
68 Argumentum à contrario ſenſu validum.
70 Mulier alibi nupta, deſinit eſſe ſubdita, ſed non ſimpliciter.
Sed auctor, quòd abſolutè. 71.
Et in eo taxatur Ruinus. 72.
73 Statuta quæ prohibent alienationem in forenſes, an locum habeant in perſonis eccleſiaſticis.
Quidam, quòd ſic. 74. ſed auctor contra. 85. Ratione. 86.
74 Statutum valet, quòd filia nupta extra territorium relinqui non poſſit.
75 Argumentum de forenſe ad clericum validum.
Statuentes iuriſdictionem non habent in clericos, nec in forenſes. 75.
76 Statutum ſi dicat quòd res dotalis alienari non poſſit, ſi clericus emat, non valet alienatio.
77 Statutum de forenſibus & clericis prohibitis acquirere validum, & de ratione. 78.
Sed auctor contra. 91. 92.
Quid autem ſi vinculum incapacitatis erat iniectum ante clericatum? 79. 80.
Et quando illud eſſe dici poſſit. 93. 94. 95.
79 Qualitas naturalis præualet accidentali.
81 Statuta quæ probent alienationem in forenſes in rem concepta, comprehendunt etiam clericos.
Sed auctor contra. 100. & eſt communis opi. 89.
82 Ius accreſcendi ceſſat in delatis fiſco.
Si valent. 102. alias ſecus. 103.
83 Pœna confiſcationis incurritur inſtituendo prohibitos.
84 Alienatione prohibita in certas perſonas, tenetur prohibitus curare, ne bona in eas deueniant.
86 Laici non poſſunt ſtatuere de clericis in ſpecie.
Et ſi prohibitio generalis eſt, dicitur facta principaliter in præiudicium clericorum. 87.
Et ſicut in ſpecie non poſſunt de clericis ſtatuere, nec in genere videntur voluiſſe eos complecti. 88.
90 Statuta non comprehendunt clericos, vbi tractatur de graui eorum præiudicio.
92 Nec valet in fraudem libertatis eccleſiaſticæ.
94 Statutum, quod primo genito deferatur hæreditas excluſo ſecundo genito, præiudicat clerico ſecundo genito. ſed Dec. contra. 96.
95 Statutum quòd debiti ſolutio per teſtes probari non poſſit, locum non habet in debitore poſteà facto clerico.
97 Ripa reſp. 4. lib. 1. declaratur.
98 Clerici habitantes in loco, gaudent beneficio ſtatutorum.
99 Clericus continetur, vbi agitur de incluſione fauorabili, ſecus vbi de odioſa.
101 Statuta prohibere poſſunt, ne bona ſua iuriſdictionis acquirantur forenſibus.
104 Verba quando denotent inſtitutionem eſſe nullam ipſo iure.
105 Titulus nullus Dominium non transfert.
106 Portio defecta, alijs accreſcit.
Ius accreſcendi fiſcum excludit: ſicut & ſucceſſorium edictum. ibid.
107 Decreta Parmæ, quæ confiſcationem inducunt, quomodo ſint intelligenda.
Statutum debet intelligi ſecundum ius commune. ibid.
108 Fiſcus in ſubſidium aliorum admittitur.
109 Statutum debet eſſe ſanctum & honeſtum.
Et interpretari debet, ne contineat iniquum, & abſurdum.
Et ne à ſapiente poſſit reprehendi. 110.
111 Verba ſumi debent eo modo, quo ceſſet abſurdum.
112 Octauius Farneſius Dux Parmæ, Princeps optimus.
Intellectus l. non puto, ff. de iure fiſc. per Alciatum. ibid.
113 Statutum prohibens alienationem in non ſubditos, ceſſare videtur ſi filij ignorent illud, quando inſtituuntur.
114 Ciuis nouellus præſumitur ignorare ſtatutum loci.
115 Statutum quando non reddatur eluſorium.
116 Statutum prohibens alienationem in forenſes, an locum habeat in nato ibi caſualiter, primò dicitur quòd ſic.
Secundò verò concludit oppoſitum. 117.
Maximè ſi data opera ſit ibi natus. 118.
Idemque ſi conceptus, & natus. 119.
117 Natus Parmæ patre Mutinenſe, Parmenſis dicitur: maximè ſi & conceptus ibi fuerit, vel natus data opera. 118. 119.
120 Natus & nutritus in loco, ibi fuiſſe præſumitur.
121 Habitare quis dicitur in loco, ſi familiam ſuam ibi tenet.
Et quis de familia dicatur. 122.
123 Teſtes de negatiua vaga deponentes non probant.
Maximè ſtante præſumptione iuris, regula, vel iure communi in contrarium. 124.
125 Præſumptio vbi eſt contra aliquem, fortioribus probationibus grauatur, & quales eſſe debeant.
126 Renuntians non impeditur venire ex nouo iure.
Niſi verba reſtringi non poſſint. 127.
Et quando verba reſpiciunt futurum. 128.
Et in alijs caſibus ibi poſitis.
Et ſufficit eſſe cogitatum in genere. 129.
131 Statutum in vſu non receptum, non ligat.
Et non obſeruatum, nullum eſt. 132.
Nec eſt conſiderabile. 133.
134 Interpretatio vera ſumitur à practica.
Nec requiritur ſpatium longi temporis.
Sed ſufficit aliquando ſic obſeruatum.

## CONSILIVM XV.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præſenti cauſa, quę Parmę
ventilatur corā Illuſtri & excęlſo
Cõſilio Ducali inter Illuſt. & Ma
gnificos D. Comites de Boſcher-
tis nobiles Mutinenſes ex vna, &
Magnificos D. de Zandemarijs nobiles Parmē
ſes ex altera, quibus partibus admixtus eſt etiā
fiſcus, vt eas repellat & bona magni momenti
de quibus agiť, ſibi applicet. Dubitaē in primis
aduerſus dictos Comites ex decretis Illuſtriſſi-
morum D. Ducum de Farneſiis, quibus foren-
ſes redduntur incapaces ſucceſſionis bonorum
in territorio Parmæ ex teſtamento & ab inteſta
to. & licèt filij fuerint Magnificæ Dom. Mariæ
Blancæ Parmenſis, quæ eos inſtituit, tamen ex
dictis decretis excluduntur, vt in terminis vo-
luit Bal. conſi. 357. nulla mulier, circa medium.
vol. 1. in nouis, loquens in ſtatuto Mediolani:
vult enim quòd ſi mulier nupſit extero, deinde
moritur, ei non ſuccedunt liberi ex extero pro-
creati, quia habentur pro nullo, & qui pro nul-
lis habentur, non faciunt gradum, neque impe
dimentum alijs, & qui nullum ius ſuccedendi
habet in ciuitate, inter non entia computatur.
1 † Et quoniam vt ille dicit, exempla ſicut digi-
gitus rem oſtendunt, & tactui quodammodo ſu
bijciunt. l. 1. ff. de præſc. ver. dat exemplum dua
rum ſororum, quarum vna nupſit extero, alte-
ra ciui Mediolani: moritur illa quæ nupſit exte
ro ſuperſtitibus filijs ex ſe, ſuccedet ſoror, vt l
alius de ſtirpe, & non liberi nati ex ea uigore di
cti ſtatuti. citatque pariter Alcia. reſp. 52. num.
19. & in ſimili ſtatuto Brun. in tract. quòd ſtant.
maſ. 6. art. q. 24. nu. 298. ſicut & contra matrem
in ſucceſſione filii. Ruin. conſi. 47. volum. 1. de-
mumque. Soc. iu. cõſ. 62. nu. 11. vol. 3. † Quin
2 & pro hac opi. retorquetur tex. qui pro filiis ad-
duci ſolet, in l. 1. C. de impo. lucr. deſ. lib. 10. ubi
filij donatarij curialium liberantur ab onere
quatuor ſiliquarum: quod arguit eos verbis
generalibus comprehendi, niſi particulariter
exciperentur, vt ibi declarat Bar. nu. 1. Quare
concluditur dictos Comites ad hanc hæredita-
tem maternam ſitam in territorio Parmenſi, ve
3 lut forenſes uenire non poſſe. † Quibus tamē
minimè refragantibus dictorum Comitum par
tes defendo, quas tenet in indiuiduo Cephal.
conſi. 13. nu. 27. oſtendens hæc decreta Parmæ
non procedere in hæreditate parentum, & ita
pariter tenet in ſtatuto Piſauri Cor. conſi. 111.
ad fi. vol. 1. citatus in dubiis pro contraria par-
te (licèt hanc verè teneat) ſicut & in ſtatuto
Ferrariæ Socin. iun. conſil. 18. nume. 35. vo-
um. 3. pro filijs tenet, licèt aduerſus eos ci-
tetur in dubiis, idemque pro filiis tradit in ſtatu
to Laudæ Alci. reſp. 53. nu. 7. Bertach. in repert.
ſuo, verbo forenſis prohibitus, ver. forenſis etiā
filia. & in decreto Mediolani Plot. conſ. 168. nu.
75. vol. 1. criminalium. ſicut in eodem Cephal.
4 conſi. 161. nume. 16. † Totque deciſionibus in
terminis & longè pluribus ex aduerſo citatis
non deſunt aliæ, quæ demonſtrant in diſpoſitio
ne filios non contineri, de quibus non fuit mē-
tio facta: nam prohibita alienatione quantum
cunque generaliter, non dicitur illa prohibita,
quæ fit in filios. Bald. conſi. 358. quidam Luca-
nus. vol. 1. in nouis. col. 1. quod reperitur in an-
tiquis. conſi. 454. vol. 1. & idem voluit Petr. &
Bal. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2: dum
volunt quòd in eo tex. ſit ſpeciale, quia mater
alienat in filios: id enim permittitur, licèt aliàs
prohiberetur. ſequitur Salyc. in l. ea lege. C. de
cõd. ob cauſam. & Rui. in l. filiusfamilias. §. diui.
5 col. 31. ver. vel eſt ſpeciale. ff. de leg. 1. † Rur-
ſus videmus quòd ſi ſtatuto mulier non poſſit
donare ſine conſenſu proximiorum, id locum
non habere donando filiis, vt tradit Bal. conſi.
407. præſupponendum eſt. vol. 2. Crauet. conſi.
39. nu. 14. Rip. lib. 3. reſpon. cap. 10. Ceph. conſ.
13. nu. 41. Idemque ſi mulier filia cum patre cō
traheret. Bal. in l. 3. q. 21. C. de colla. Alex. con-
ſi. 106. in fi. vol. 1. conſ. 29. col. pen. volum. 3. Iaſ.
in l. pręſes. col. 2. & in l. tranſactionem. 2. not. C.
de tranſ. Dec. conſ. 180. Catel. Cotta lib. memo-
rialium, verſi. ſtatutum requirens conſenſum.
6 † Hinc & Fel. in c. afferte. nu. 4. de præſump. di-
xit prohibitum alienare in potentiorem, poſſe
alienare in filium licèt potentiorem: & prædi-
ctis auctoritatibus accedit tex. in l. qui officij. ff.
de contra. emp. in l. milites prohibentur. ff. de
re mil. & Glo. in l. aufertur. §. quod à præſide. ff.
de iur. fiſ. quibus cauetur quòd qui in prouin-
cia militat, aut rem pub. gubernat, prædia com
parare non poteſt, præterquàm ſi paterna di-
ſtrahantur, quia ea poteſt emere non obſtante
7 prohibitione. † Quibus iuribus adductis Fa-
bia. de Monte in trac. de empt. & vend. q. 31. 3.
par. prine. generaliter cenſuit prohibitos emere
ſiue acquirere, ea tamen emere, & acquirere poſ
ſe, quæ fuerunt maiorum ſuorum, ſequitur
Tiraquel. in præfa. de utro. retr. nume. 45.
8 & in §. 1. glo. 9. tit. Ou. Linagier. nu. 162. † vbi
ſignanter loquitur in ſimili ſtatuto quòd foren
ſis acquirere non poſſit immobilia intra limites
loci, additque pariter Io. de Plat. in l. 1. C. quib.
ad condu. prædi. fiſc. lib. 11. qui loquens nuncu
patim de hoc ſtatuto prohibente extraneos ac
quirere, id intelligit niſi acquirerent res, quæ
9 fuerint maiorum ſuorum. † Et prædictis ad-
do quod dicunt Ang. Imol. & Ang. de Perig.
in l. in ſuis. nu. 7. ff. de lib. & poſt. quòd ſtatutum
arctans ſcriptos hæredes ad ſoluendum certam
gabellam de hæreditate, quam percipiunt, nō
habet locum in filiis, in quibus continuatur do-
minium. ſequitur Io. de Plat. in l. 1. C. de impo.
lucr. deſer. libr. 10. & latius Capra conſi. 41. ex
quibus pariter dici debet in his decretis prohi-
bentibus alienationem fieri in perſonam non
ſubditam & forenſem nequaquam filios conti
neri, in quos à matre fuerit alienatio facta, pro

ut

10 ut in caſu noſtro. † & iſta concluſio, meo iudi-
cio, probatur efficaciter ea ratione, quę colligi-
tur ex Corneo in dicto conſi. 111. in fin. vol. 3.
vbi concludit quòd ſtatutum prohibens aliena
nationem in forenſem procedit quando inſti-
tuitur hæres extraneus, non autem quando le-
gitimus, & potiſſimè filius cui hæreditas matris
videtur quaſi debita. l. ſi emãcipata. iunc. gl. C.
de iur. & fac. igno. & ſi non ſuccederet, cenſere-
tur quodammodo debitum perdere, & damnũ
pati, non lucrum amittere. l. fi. C. de codicil.
11 † Et licèt in alio legitimo hærede de quo lo-
quitur Corn. vt ſunt collaterales, plus ego du-
bitarem per ea quæ tradit Andr. Sic. conſi. 43.
col. 13. vol. 1. vbi vult ſimile ſtatutum Ferrariæ
vigens locum habere in forenſe coniuncto ſan-
guine, ſicut & in ſtatuto Mãtuæ tenet idẽ Soc.
iun. conſil. 3. uolum. 3. tamen in filiis hoc bene
conſtanter teneo propter rationem Cor. quæ
12 in alijs agnatis ceſſat. † & tenendo hanc partẽ
tamquam veriorem, mitiorem, & magis com-
munem non obſtat in primis conſ. Bal. 357. vol.
1. vbi dat exemplum de quo ſuprà, loquens in
ſtatuto Mediolani quod excludebat nuptam
extra territorium a ſucceſſione, vultque Bal. ea
defuncta filios ex ea natos excludi a ſucceſſio-
ne illius in territorio ſtatuti relicta, ſororẽque
ſuam vel alium de ſtirpe admitti. Quoniam re-
ſpondetur illud eſſe, quia ſtatutum illud expreſ
sè excludebat nedum nuptam extra iuriſdictio
nẽ, ſed & eius filios, vt patet ex eius relatione,
quam ponit Bal. in prin. dicebat enim ſtatutum
quòd ſi nupta fuerit extra iuriſdictionem Me-
diolani, non ſuccedat alicui de illa iuriſdictio-
ne, ſed illa hæreditas perueniat in agnatos pro-
ximiores: deinde ſubijciebat, idem ſit, & intel-
ligatur in omnibus deſcendentibus talium mu-
lierum, qui nati fuerint ex nõ ſuppoſito iuriſdi-
ctioni Mediolani, volens dicere ſtatutum idem
eſſe in eis, hoc eſt quòd non ſuccedant ſicut nec
mater ſua: meritò bene ſubdit Bal. quòd per ſta
tutum ſuccedet ſoror, vel alius de illa ſtirpe, &
non liberi nati ex ea, quæ nupſit extra territo-
rium, quia ita dictat ſtatutum, hoc eſt quia ma-
trem & filios expreſſè excludit. at in iſtis decre-
tis non fit expreſſa mentio de filiis, ſed tantùm
dicitur quòd alienatio fieri non poſſit in perſo-
nam non ſubiectam & forenſem, quæ verba nõ
cẽſentur includere voluiſſe filios matris nuptæ
extra territorium & iuriſdictionem Parmæ per
deciſiones & rationem ſupra relatas, & ita ca-
ſus Baldi longè differt a noſtro, ſi bene conſide
13 retur: & ob id non obſtat ullo modo. † Nunc ac
cedo ad Reſponſum Alciati 52. dicoque quòd
illud Breue Apoſtolicum mentionem faciebat
in effectu de filijs, ut ipſe conſiderat: nam di-
ſponebat quòd fœminæ in bonis aſcendẽtium
ſuccedere non poſſent, dummodò congruè do-
tẽtur. Quæ quidem exceptio declarat regulam
præcedentem, de quibus fœminis loquatur:
quia ex qualitate exceptionis declaratur de
quo genere regula loquatur. l. nam quod liqui-
dè. §. ti. ff. de pen. leg. Bal. in l. 1. §. excipiuntur.
ff. de fer. Alex. in l. ſenium. C. qui teſt. fac. poſſ.
Roma. conſi. 107. Dec. in l. 1. nu. 26. ff. de reg. iur.
14 & poſt eum Cagn. nu. 23. id confirmans: † quo
niam aliàs ſequeretur abſurdum, quòd exce-
ptio eſſet ſuperflua, quod eſſe non debet, ſecun
dum Aret. conſ. 30. colum. 4. & inepta, ſi regula
eſſet de homine, & exceptio de equo ſecundum
Bald. Caſtr. & alios, in l. in his. ff. de legib. at illa
exceptio, dummodò congruè dotentur, ſine
dubio comprehendit filias, & de illis loquitur:
15 † cum enim paternum ſit officium dotare fi-
lias, & iſtud ex bonis & hæreditate patris. l. fin.
C. de dot. pro. & illud Breue dotem ſubroget
hæreditatis loco, apparet quòd maximè proce-
dit in hæreditate parentũ regula illius Breuis,
& ex illa exceptione tollitur omnis iniquitas il
lius, cum noluerit filiam omnino excludi, ſed
eſſe contentam dote: ita declarat Alci. & bene
eo caſu. Sed hæc decreta non continent verba,
quæ nos impellant ad dicendum quòd in effe-
ctu de filiis loquantur, meritò nec in dubio id
16 dicere debemus, † cum capienda ſit in eis in-
terpretatio, per quam minus derogatur iuri cõ
muni. glo. & doct. in l. fi. §. in computatione. C.
de iure delib. Cor. conſi. 54. nu. 11. vol. 2. Socin.
iu. conſi. 73. nu. 10. vol. 3. & in l. ſciendum. num.
17. ff. de uerb. oblig. Pariſ. conſi. 11 t. nu. 10. vol.
1. Rol. a Val. conſi. 29. nu. 35. vol. 1. Ceph. conſi.
126. nu. 8. qualis eſt quòd filiæ non cenſeantur
excluſæ a bonis maternis per hæc decreta, ſed
vt omiſſæ veniant ad ea de iure communi. Et
quia ſucceſſio dictorũ Comitum in hæreditate
matris benigna interpretatione adiuuanda ui-
17 detur, † quia in ambiguis benignior ſenten-
tia præualere debet. l. proximè. ver. ſed in re du
bia. ff. de his quæ in teſt. del. l. ſi fuerint, in fi. ibi
[ hoc valere benignum eſt ] ff. de leg. 3. & in ter
minis filiorum determinat Natta conſi. 75. col.
fin. quòd in bonis maternis ſuccedere debeant,
non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.
18 † Verùm quia ponderat Alciat. in dicto reſp.
52. rationem quoque dicti breuis dicentis, ne fa
miliæ maſculorum ex fœminarum ſucceſſione
depauperentur, quæ generalis erat ad excluſio
nem etiam filiarum: nam ſi maſculus extans de
familia, maiores habeat facultates, poterit me-
lius, honeſtius, ac ſplendidius agere, & uiuere:
& uerificabitur illa ratio Breuis vt probatur in
l. 1. §. pen. ff. de uent. in poſſ. mitt. Bald. in l. quo-
19 tiens. C. de fideic. Curt. conſi. 8. † Contra ue-
rò ſi fœminę ſuccedant, aut earum filij, certiſſi-
mum eſt honorem familiæ ſine bonis, & diui-
tiis malè poſſe conſeruari, ut plenè per Alex.
conſi. 36. nume. 7. conſi. 134. nume. 2. volum. 6.
Pariſ. conſi. 11. nu. 19. & conſi. 17. nume. 12. uol.
3. quoniam per fœminas familiæ nullo modo
conſeruantur, quinimmo potius extinguuntur,
cum nati ex eis familiam patris ſequantur. §. fin.
Inſt. de patr. pot. & tradit Io. Andræ. in addit.
Spec. tit. de ſucceſ. ab inteſt. Ioan. de Ana. conſ.
42. dub. Bal. conſi. 473. circa q. col. 2. volum 5.
20 Pariſ. conſi. 22. nume. 54. volum. 2. † Propte-
rea conſideranda eſt ratio, quæ reperitur in pri
mo

mo decreto dicens, [*A conſeruatione de beni, & delle ragioni de ſudditi di queſto noſtro dominio* ] nunquid talis ſit & tanta, quòd inferat ad excluſionem etiam filiorũ. Et certè dici debet quòd nequaquam, nam primò illa verba [*A conſeruatione de beni*] id non inferunt: dato enim quòd filij D. Mariæ Blancæ ſuccedant in iſtis bonis, non diſſipantur per hoc, ſed remanent & conſer
21 uantur in dominio Parmæ. † filiiſque licèt alibi commorantibus pro eis bonis collectæ imponi poſſunt de generali conſuetudine totius Italiæ, ſecundum Bal. in l. etiam. col. fin. C. de execut. rei iudic. Bartol. in l. prima. C. de muli. & in quo loc. lib. 10. Alex. conſi. 67. vol. 2. conſ. 52. vol. 5. Aret. conſi. 132. col. 3. Dec. conſi. 694. col. 1. Cra. conſi. 201. ſub nu. 14. Gram. conſi. 69. in ciuil. Cur. iun. conſi. 61. nume. 7. latè Portius Imolenſis in ſuis cõcluſionibus, concl. 3. lib. 5. limi. 3. Reſpectu verò fructuum, aut extant prouiſiones ſeu proclamata Parmæ de illis non extrahendis, & tunc illi conſeruabuntur in domi-
22 nio, † aut non extant & validæ fieri poſſunt, vt per omnes in l. cum proponas. C. de naut. fœ. Rom. & Imol. in l. cotẽ. §. dominus. ff. de public. Bar. in l. omnes populi. nu. 8. & poſt eum cæteri. ff. de iuſt. & iu. & ſic poteſt conſuli quòd conſer-
23 uentur in dominio Parmæ. † Nec intelligenda ſunt illa verba [*A conſeruatione de beni*] videlicet in familia, cum per eam interpretationem corrigeretur ius commune per excluſionem filiorum Do. Mariæ Blancæ, ſed potius ſumi debet interpretatio mea mox illis verbis data, cũ per eam minus corrigatur ius commune, prout in alio caſu ſic arguit Rui. conſi. 52. nume. 6. vo-
24 lum. 3. † Quo verò ad alia verba. [*Et delle ragioni de ſudditi*] quibus ſuppleri debent illa præcedentia [*A conſeruatione*] iuxt. doctrinam Bartol. in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & in l. Seia. §. Caio. in prin. ff. de fund. inſt. Bal. in l. quamuis. C. de impub. Dec. conſi. 92. Pariſ. conſi. 18. nu. 29. uol. 2. Cra. conſ. 9. nu. 15. & Rui. cõſ. 120. num. 6. vol. 3. dicitur quòd nec illa conueniunt dictis filijs D. Mariæ Blancæ, probatur apertè. nam remoto dicto decreto, nec facto teſtamento vel alia diſpoſitione per eam, nulli ſubditi de familia dictæ dominæ potuiſſent habere ius in
25 iſtis bonis, ſtantibus eius filijs. † quoniam in ſucceſſione parentum prima cauſa eſt filiorum. §. ſui. Inſtitut. de hæred. qual. & differ. §. 1. in Auth. de hæred. ab inteſt. uen. qui adeo a lege ſunt vocati, vt etiam contra voluntatem parentum admittantur, & præteriti rumpant teſtamẽtum, l. ſi filius eius qui in poteſtate. ff. de libe. & poſth. & latius tradit Alci. in d. reſp. 52. in prin. Vnde ſi per decretum ſubditi admitterentur, nõ diceretur id agi ad conſeruationem iurium ſubditorum, ſed ad nouam eorum acquiſitionem:
26 † quia conſeruari dicitur quod iam erat ineſſe, acquiri verò quod non erat, vt C. de Iuſti. Cod. confir. in prin. ibi [leges armorum præſidio ſeruatæ ſunt] Et rurſus ibi [primò ſeruando poſita, deinde noua ponendo] & ideo glo. ibidem citat illud Ouidij,

[*Non minor eſt uirtus, quàm quærere parta tueri*]

Et Boer. in tract. de ordi. grad. vtri. fori, nu. 43. dicit quòd prima habetur ratio volentium conſeruare, quàm acquirere: Igitur illa ratiò deſeruire poteſt tãtũ forẽſibus extraneis, quòniam his excluſis ſi erant inſtituti, vel aliter in eos alienatio facta, conſeruantur iura ſubditorum agnatorum: quoniam prius eis ius competebat in bonis antequàm in forenſes diſponeretur: at filiis nequaquam conuenit illa ratio,
27 ſicque per eam non excluduntur. † Minus ẽt repugnat alia conſideratio quam facit Alciat. contra filios in dicto reſp. 52. dicens quòd etiã verbis generalibus ſtatuti verius eſt filiam ab hæreditate patris excludi, vt voluit Bald. in l. ſi defunctus. verſicul. quæro. C. de ſui. & legi. & ipſe ſecutus fuit in l. 1. ff. de lib. & poſth. reprõbãdo Iaſonem ibi, contra quem eſt communis opinio doctorum, vt ipſemet fatetur in l. ſi quãdo. in fi. C. de inof. teſt. in illo articulo, nunquid per generalia verba ſtatuti excludatur filius à
28 legitima. † Quoniam Iaſon in primis in d. l. 1. fuit eius opinionis, quòd ſtatutum excludens a ſucceſſione, non intelligatur aliquem priuare, niſi quem nominatim priuat, quæ fuit ante ipſum ſententia Baldi in d. l. ſi defunctus. & in l. illam. colum. 1. C. de colla. ſequitur Corn. conſi. 246. num. 6. volum. 2. Capr. conſi. 39. nume. 15.
29 Dec. conſi. 346. in fi. † Idque præter eos comprobatur, quia pœna priuationis locum nõ habet, niſi in caſibus à iure expreſſis, ut per glo. & alios, in c. ſi. de iure patro. Bal. in auth. ex teſtamento. C. de ſec. nup. Dec. in rub. de iudi. colum. 2. Alex. conſi. 92. vol. 6. Goz. conſi. 47. col. 2. Pariſ. cõſ. 106. col. 2. vol. 4. cũ ſimilibus à Rol. à Val. cumulatis conſi. 27. num. 14. vol. 1. meritò quando ſtatutum ſimpliciter excludit forenſes, nec facit mentionem de filiis, nec ita qualificat uerbum, forenſes, aut non ſubditos, ut etiam filios includat, dici nõ debet eos includi, ex quo
30 nominatim non priuantur. † Nec Baldus in dicto uerſiculo, quæro, citatus ab Alc. quicquã de hoc dicit, ſed tantùm, an ſtatutum quòd filia dotata excludatur ſtantibus fratribus ſit æquũ, quod ad rẽ non facit. Minus etiam me mouent notata per Iaſ. in d. l. ſi quando. in fi. de filia excluſa a ſucceſſione ab inteſtato per ſtatutum ſtãtibus maſculis, an etiam à legitima dicatur ex-
31 cluſa. † quam q. latè quoque ponit idem Iaſ. in auth. nouiſſima. col. pen. & fi. C. eo. & in ea communis opi. dicitur eſſe quòd ſic, ut dicit Alci. quod dependet à relatis per Franc. Viuium in ſuis communibus opi. uerſi. ſtatutum excludens fœminas. uerſi. interpretatur nonò. quoniam prætermiſſa nunc diſputatione illius articuli, ueluti non neceſſaria, dico terminos illius eſſe diuerſos ab iſto, de quo tractamus: ibi enim filia quæ excluditur, nominatur expreſſe, quia ſtatutum dicit, ſtantibus maſculis filia nõ ſuccedat ab inteſtato: unde & à legitima quoq; ſatis
32 dicitur ſtatutum eam excludere: † quoniam cũ legitima ſit quota eius, quòd quis eſſet habiturus ab inteſtato, & a cauſa inteſtati ſumat

initium

initium , & ſecundum illam reguletur, ei non
debetur , qui non ſuccedit ab inteſtato , ut tra-
dunt Bald. Angel. & Fulgoſ. in l. Papinianus.
§. unde ſi quis. ff. de inoffic. teſtam. Curt. iun.
conſil. 21. nume. 11. cum ſimilibus. per Domi-
num meum Riminald.conſil.234. nume.5.at in
decretis de quibus agitur , filii non nominan-
tur , nec de illis quicquam exprimitur : ergo
quo ad ipſos ceſſare debet excluſio , quæ in ſu-
33 periori caſu locum habet : † quia expreſſa
nocent, non expreſſa non nocent . l. expreſ-
ſa . ff. de regul. iuris . quæ concluſio potiſſimè
procedit, vt ibi declarant Dec.& Cagnol.quan-
tum ad vitiandum ſeu annullandum actum :
plus enim nocent expreſſa quàm ſuppreſſa ,
& ſermo , quàm taciturnitas , & apparentia
magis inficiunt , quàm latenter exiſtentia ,
quæ in benigniorem partem interpretari poſ-
34 ſunt . † Et inſuper videmus quòd expreſ-
ſa explicitè ſolent eſſe maioris efficaciæ . l. ſi
quando . §. & generaliter . C.de inofficioſ. te-
ſtament.& patet ex nota. per gloſſ. in l. iuriſ-
gentium . §. quod ferè. ff. de pact. & ibi Bald.
& Modern.& eſt celebre dictum Innocent. in
capitulo P . & G . ante finem gloſſ. magnæ .
de officio. delegat. quem referunt & ſequun-
tur Anto. & Imol.in capitulo translato.de con-
ſtitutio.& in capitul. primo, de re iudic.ſequi-
tur Natta conſi.104. nume. ſeptimo. & aliquot
exempla tradit Franciſcus Conna.in commen-
tariis iuris ciuilis.libro 10.capitul. 6. colum.1.
in fine.cum ſequenti. quare filia in eo ſtatuto,
excluditur à legitima , quia de illa fuit in effe-
ctu dictum . at hic filii non excluduntur , quia
nec expreſſè , nec in effectu fuit de illis dictum.
35 † Poſtremò quoque me parum angit aliud ,
quod inquit Alcia.in dicto Reſp.52.quòd licèt
ſtatuta plerumque recipiant interpretationem
ſecundum ius commune.l.2.C. de nox.tamen
hoc non procedit in ſtatutis factis ad corre-
ctionem iuris communis , quotiens generali-
tas uerborum repugnaret ſecundum Bald. in
l. maximum vitium . C. de liber. præt. colum.
quinta, verſicul. vlterius quæritur. Iaſ. in l.om-
nes populi. in fine.ff.de iuſti. & iur. vnde cum
decreta de quibus agitur veniant derogatiuè
ad ius commune , excludendo forenſes inſtitu-
tos , qui de iure communi admitterentur , de-
36 bent etiam filios complecti. † Quoniam præ-
terquam quòd Baldum reprobant paſſim do-
ctores , vt Roma.& Alexand.in l. ſi quis priore
ff. ad trebel. Imol.in l. ſi verò. §. de viro . primo
membro. ff. ſolut. matrimo. Andræ. Sicul. in
additio. ad Bald.loco citato. Alexandr. in l.fin.
§.in computatione . C.de iure. deliberand. Iaſ.
in dicta l.omnes populi.colum. final. & ibidem
Crot. nume. 122. Dec. conſil. 445. nume. 49.
Dominus meus Zuccard. in l.1. nume.14. C.
37 qui admi.& ibi dixi. numero 59. † dico quòd
recurri debet ad diſtinctionem Imol. in dicto
§.de uiro . dicentis , quòd quando conſtat le-
gem nouam uelle corrigere iura antiqua, &
generaliter loquitur , tunc generaliter intelli-
gitur : ſi verò non conſtat de mente quòd uelit
corrigere in materia de qua quæritur, licèt con
ſtet fortè quòd in alia corrigat , tunc lex noua
generaliter loquens diſtingui poteſt per anti-
quam , & cum hac declaratione tranſit Socin.
conſi.52.colum.fina. volum.3.conſi.89. colum.
3. volum.4 Gozadin.conſi. 19.nume.18.Patiſ.
conſi.91.nume.12. volum.3.& ego in dicta l.1.
C.qui admi. nume. 60.exemplificans vt ibi fe-
38 ci. † Modo in propoſito dato quòd verba de-
cretorum eſſent generalia, quatenus prohibent
alienationem quâcumque ex teſtamento vel ab
inteſtato fieri in forenſes, & ob id non deberent
diſtingui, quo ad modum alienandi, quia uide-
tur in hoc conſtare de mente eorum, quòd ve-
39 lit corrigere ius commune ; † tamen reſpectu
forenſium, ſeu non ſubditorum , de quibus lo-
quuntur, cum plures eorum ſint ſpecies , ali-
qui extranei penitus, quidam extranei de fami-
lia tamen, nonnulli verò ſui & domeſtici, ut filii,
nec conſtat expreſſè quòd uoluerint dicta decre
ta de omnib. loqui & omnes paſſim excludere,
utique debent diſtingui ſecundum ius commu-
ne, ut de extraneis , non autem de filiis intelli-
gantur dicta decreta : & ita ſigillatim tolluntur
40 conſiderationes Alciati. † Sed & poſtremò aliã
non omitto, ſi fortè fieret. ex primo decreto ibi
[ *ne à detti beni ſiano admeſſi i foraſtieri, ancora ab
inteſtato* ] nam quatenus loquitur de forenſibus
venientibus ab inteſtato planum uidetur filios
contineri, qui tales ſunt.d.§.ſui. Inſt. de hær.qua.
& illa dictio [ *Ancora* ] includit cauſam teſtati :
voluit enim dicere ; non admittantur quoque
ab inteſtato, nedum ex teſtamento. l.ſuum quo
que. ff. de hære.inſt. ergo uidetur ibi filios com-
41 prehendi & excludi, † quoniam adhuc non ce
do : cum enim duplex ſit ſpecies venientium ab
inteſtato, altera eorum quibus legitima non de
betur, & qui præteriri puſſunt, vt tranſuerſaliũ.
l.fratres. C.de inof.teſt. altera verò eorum qui-
bus legitima debetur , & qui præteriri non poſ-
ſunt, vt filiorum & deſcendentium. §. aliud quo
que.in Auth. vt cum de appel.cog. vtique decre
tum iſtud de forenſibus non admittendis ab in-
teſtato vel ex teſtamento reſtringi debet ad pri
mam ſpecialem , nec in ſecunda procedere de-
42 bet , & hoc duplici ratione : † prima eſt quo-
niam ſtatutum loquens de perſona , non debet
habere locum in perſona qualificata : vnde ſi
ſtatutum permittit bannitum occidi , locum
non habet in filio patrem bannitum occidente,
quoniam licèt pater ſit perſona bannita , non
eſt tamen perſona ſimpliciter talis , ſed qualifi-
cata, quia pater eſt , ut tradit Angel. per illum
tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu §. liberto in
fra de adult. Alberic. in quarta parte ſtat. quæ-
ſtione ſexta. Nell. in tractat. bannit. ſecunda par
te ſecun. temp. quæſtio. 10. Vero. conſilio 5.
Dec.in cap.quæ in eccleſiarum. nu.19.de conſt.
43 † Parique modo locum non habet tale ſtatu-
tum in occidente bannitum ex odio particula-

ri ſecundum Bald.in l.decuriones ad finem.C.
ex quib.cauſ.infa.irrog.Fely.in capitul. ſi per-
fodieus. columua 2. de homicid. Marſ. couſil.
10. Ioan.de Arn. ſolilo. 40. & ſingula. 71. Dec.
& Aquenſ.in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. nam
& illud homicidium eſt qualificatum ab odio
particulari, non autem ſimpliciter ad vendi-
44 ctam publicam factum. † Altera eſt ratio, nam
filij ſpecialiter priuilegiati ſunt in ſucceſſione
parentum, vt ea nec indicio quidem parentum
niſi certis de cauſis priuari poſſint, & ab ea ſum
moueri, quia ingrati ſint.l.cum ratio, & ibi glo.
ff.de bo.da.vnde ſuccedit, quòd dictum decre
tum licèt generaliter prohiberet alienationem
fieri in forenſes venientes ab inteſtato, uon ta-
men comprehendi debent filij, qui reperiuutur
in ſpecie priuilegiati in materia priuationis
45 ſucceſſionis bonorum: † quia diſpoſitio genera
lis uon comprehendit caſus vel perſonas in ſpe
cie priuilegiatas, vt in plæriſque locis uoluit
Dec.videlicet iu l.ſi certis annis. C. de pact.in
l ex teſtameuto. C.unde liber.in capitul. ſedes.
nume.13.de reſcript.conſil.5.conſi.301.colum.
1.conſi.406.colum. penul.conſi. 536. uume.8.
& in l.1.ff.de regu.iur.not.ſecundo. & poſt eum
Cagno.nume. 16. Curt. iun. iu l.hæres abſens.
ff.de iudic.Crot.in l. 1. ff. ſolut. matrim. nume.
12.Ripa latius nume.15.& in l. fina.quæſtio.51.
C.de reuoc.donat.Catel.Cotta. lib. Memoria.
ſuorum verſic. Dos data.in fi. Tiraquel.de vtro.
retr. titul.de retra.linag.§.1. numer. 96.& 103.
Ruiu. conſi.195.nume.5.volum.1.Sap. in l. pre
cibus.nume.9.C.de impub. Alciat.Parad.lib.4.
capit.10. & in l.generali.ff.de verb. ſignifi. Soc.
iuu.conſi.12.nume.12.volum. 2. Crat.reſponſ.
130.nume.9.vol.2.Caſſane.in conſuetu. Burg.
Rubr.7.§.9.nume.14.D.meus Rimi.conſi.447.
nume.16.quos omnes aliàs ego cumulaui Inſt.
quib.alien.lic.in princ.nume.175.quibus acce-
dit Sapia in Rub.ff.de iudi. colum. 2. Crot.in
l.ſi conſtante.lectu.2.ff.ſolut.matrim.nume.11.
Gozad.conſi.97.nu.7.Rub.conſi. 166.in fi.Cæ
ſar Coradus.in repet.l.diffamari.in quæſtioni-
bus.nu.112.C.de ing.& ma.quos refero.in dict.
l.precibus. nume.84.nunc verò, nouiter addo
46 Nattam conſil. 410. nu. 20. † & quod inquit
in terminis decreti Mediolani Plot. conſi.108.
nume.16.volum.1.criminalium, poſt Rip.ſe-
cuudo reſponſ. libr. 1.de legibus, quòd non
comprehendit Cardiuales, nec Epiſcòpos ve-
lut ſpeciali nota dignos, cum quæ ſunt ſpeciali
nota digua, nuuquam comprehendantur in
generali diſpoſitione. l.Item apud Labeonem.
§.hoc edictum.ff.de iniur. quare ſic & idem de
47 filiis dici debet, † & quod tradir Iaſ. conſi.
146. colum.4.verſicul.ſecundo fortius volum.
4.Ruin.conſi. 135. volum. 3. Cephal.conſi. 72.
nume.12.vbi volunt diſpoſitionem generalem
authent. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falc. non
comprehendere diſpoſitionem ſpecialem. l.iu-
bemus. C.ad trebel.quæ ſpecialiter de filiis lo-
48 quitur. † vude Cephal.infert & concludit di-
ſpoſitionem l. hac conſultiſſima. C. qui teſt.
fac.poſſ.non comprehendere diſpoſitionem l.
hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & §. ſi quis
autem. G.de teſtam.de liberis, & ſuccedenti-
49 bus ab inteſtato ſpecialiter loquentium. † &
quod propius ad rem noſtram accedit, citat
Decium.conſi.422.nume.7.vbi dicit prohibita
alienatioue, iura quæ dicunt cenſeri prohibi-
tam hæredis iuſtitutionem, locum obtinere
in inſtitutione extranei, non autem eius, cui
ab inteſtato hæreditas defertur. quare ſic & in
hoc decreto dici debet prohibente forenſes ad-
mitti etiam ab inteſtato illud non habere lo-
50 cum in filiis matri ſuæ ſuccedentibus. † ſiqui-
dem illis dicitur hæreditas debita dicta l.cum
ratio: ibi [ velut ad debitam ſucceſſionem eos
vocando ] l.1. C.de impo.lucr. deſ.lib. 10. ibi
[ in tam enim neceſſarijs ſibi coniunctiſque
perſonis debitum naturale perſoluitur ] l. ſcri
pto. iu fine.ff. vnd. libe. ibi [ vt liberis paren
tum debetur hæreditas ] l. nam & ſi parenti-
bus.in principio.ff.de inoffic. teſt. vbi dicitur,
51 quòd eis piè relinquitur hæreditas. † Nunc
ad deciſionem Bruni deſcendo in dicto tractat.
quòd ſtantibus maſculis. quiuto articul. prin-
cip. quæſtione 24. vbi uult ſtatutum forenſes
excludens ad filias trahi attentis verbis ſtatu-
ti quę ſunt indefinita, & comprehendunt etiam
tales fœminas: & attenta ratione ſtatuti, quæ
eſt geueralis, dico eius opinionem non eſſe
veram per deciſiones omues & rationes ſupra
deductas: nec ratio ſua de verbis indefinitis
52 quicquam valet, † quoniam verba indefini-
ta ſtatuti non æquipollent vniuerſali, vbi in
omnibus caſibus, non eſt eadem ratio ſecun-
dum Bartol.in l. omnes populi. tertia quæſtio.
6.q.princip. ff. de iuſti. & iure. Aretin. conſilio
38. in facto dicitur. Ruin. conſil. 15. numer.9.
volum. 3. conſil. 82. nume.7. uolum. 4. at non
eadem militat ratio excludendi filios forenſes,
quæ in extraneis prorſus: hi enim merum lu-
crum anhelant, at illi velut debitum couſe-
quuntur. Quod uerò ſubdit Brun. de ratione
ſtatuti generali, id eſſe poterat in ſtatuto de quo
ſcribit: at in his decretis ratio expreſſa, filiis
non obeſt, ut ſupra uidimus, meritò non eſt
53 ulterius in hoc elaborandum. † Quare
ad Ruin. me transfero, couſil. 47. uolumiue
tertio, quo loco tenet ſtatutum prohibens fo-
renſem ab inteſtato ſuccedere, matrem & fi-
liam complecti: id enim ſtatutum, ut dicit
Ruinus, dicebat nullus forenſis poſſit ab inte-
ſtato ſuccedere, & ſic aderat in eo uuiuerſalis
uegariua, unde omnis forenſis excludebatur,
& nullus excipiebatur. l. Iulianus. ff. de leg.
tertio: & idem dici poteſt in caſu Soc.iun.con
ſil. 62. numero. 11.uolumine tertio. quia ſta-
tutum Laudæ dicebat, nulla mulier uupta ex-
tra ſuccedat: ideo nimirum, ſi etiam filiam
comprehendebat, & ſic illam Dominam
54 Lucretiam. † At hæc decreta non ſunt uni-
uerſaliter de forenſibus concepta, ſed ſimplici-
ter

ter dicunt quòd non poſſit fieri alienatio in ali-
quem forenſem : quod uerbum, aliquem, non
impedit quominus reſtrictio fieri poſſit ad ex-
traneos, ut in ſimili caſu tradit Capra conſi-
ſil. 39. nu. 13. & 15. Secundò concurrebat ibi
aliud ſtatutum quod matri nocebat, in quo per
modum regulę tradebatur, ꝙ forenſes intellige
rentur omnes, qui non ſoluunt collectam pro
furno trium ſolidorum in ciuitate, & diſtrictu:
quod. n. in eo ſtatuto ponebatur per modū regu
lę, intelligebatur repetitū in quolibet alio ſtatu
to, in quo de forenſi fieret mentio, vt probat
Ruin. meritò cum mater alibi nupta non ſolue
ret illam collectam in ciuitate ſtatuti, dicebatur
abſolutè forenſis, & etiam quo ad effectum ex-
cluſionis ſucceſſionis inductæ per ſtatutum, &
ob id excludebatur. at hæc ceſſant in iſtis de-
cretis, vbi non ita forenſes declarantur, &
collectæ pro bonis ſitis in loco ſtatuti ſoluun-
tur de conſuetudine, prout ſuperius dixi: me-
55 ritò filii non debent includi. † Poſtremò non
obſtat text. in dicta l. 1. C. de impo. lucr. deſ. lib.
10. vt per Bartol. ponderatus, quoniam pace
ſua dixerim, parum conſtans fuit, cum facta
ponderatione ſua de verbo [ liberamus ] ſub-
dat, fateor tamen quòd ſi gabella eſſet impoſi-
ta de eo, quod transfertur titulo Lucratiuo tan-
tum, tunc inter eos locum non haberet per ra-
tionem huius legis, quia non uidentur lucrari,
ſed magis uidentur recipere ſolutionem debiti:
& hoc idem notant ibidem Alex. & Ioan. Plat.
ſe remittens ad not. per Angel. & Imol. in l. in
ſuis. ff. de liber. & poſth. quos ſupra citaui vna
56 cum Angel. de Perigl. † qui tenent ſtatutum
de ſoluēda gabella hæreditatis, quæ percipitur,
in filijs locum non habere: hæc enim arguunt
ius quoddam in eis ſpeciale, non autem quòd
ſub verbis ſtatuti comprehenderentur, & tene-
rentur, ſed ratione dubij quod eſſe aut fieri po-
tuiſſet, an comprehenderentur & tenerentur, ſi
cut in ſimili videmus in Auth. de conſangui. &
uter. fra. colum. 2. vbi in caſu propoſito dicitur,
quòd ſi frater litibus liberare & legem dubi-
tantes voluiſſet, teſtamentum feciſſet, & ſuam
ſententiam feciſſet manifeſtam, nam & ibi po-
nit text. verbum, liberare, non reſpectu litium,
quæ extarent, & in quibus iam partes eſſent
inuolutæ, ſed reſpectu dubitationis tantùm, vt
ſubdit: quam reſoluit Imperator, & hæc mihi
ſatis ſuperque videntur ſufficere reſolutioni
57 primi dubij. † Quod tanto facilius tolli poteſt
conſiderando quòd Dominus Doninus inſti-
tuit ſuam hæredem Dominam Blancam eius fi-
liam, & poſtquàm eam nupſit Illuſtr. Comiti
Ioan. Franciſco Boſchetto ipſa fuit habilitata vi
uente patre ad ei ſuccedendum ex dicto teſta-
mento per ſummum Pontificem Clementem
VII. tunc Dominum Parmæ, derogando ſtatu-
to prohibenti mulieres alibi nuptas ſuccedere:
quo ſtante ſuccedit, quòd ſi res inalienabilis
inter certas perſonas, ſemel effecta ſit alienabi
lis in illas, durat perpetuò alienabilis. l. pater
filium. §. quindecim. ff. de legat. tertio. & ibi
58 not. Bartol. † inferens ex his quòd merum Im
perium ſemel delegatum à Principe, eſt perpe-
tuò delegabile contra l. 1. ff. de offic. eius. de cu-
ius rei ueritate latius ibi diſputaui, numer. 632.
uſque in fin. quare cum Domina Blanca fuerit
habilitata ad acquirendum dicta bona in terri-
torio Parmæ, pariter filij ſui & de ſuo genere,
licèt forenſes, cenſentur habilitati quo ad ac-
quirendum dicta bona in dicto territorio. Ita
tradit eleganter Ripa ſecundo reſpon. libro pri
mo, de legib. nume. 13. Caſſane. in conſuet. Bur-
gun. Rubric. 9. §. 10. numero 46. uerſiculo, ſe-
ptimò limita. & Plot. conſi. 108. nume. 18. uolu-
mine primo criminal. Et ſecundum has de-
clarationes prædicta decreta nullatenus obſtāt
intentioni dictorum Comitum, quominus in
iſtis bonis maternis de iure ſuccedere poſſint.
59 † Sed quò magis in tuto collocentur, aliā de-
clarationem non omitto, namque utrumque
decretum uerè loquitur ubicumque fieret alie-
natio titulo ſingulari, etiam ex ultima uolun-
tate, non tamen titulo hæreditatis uniuerſa-
li, quod manifeſtè probatur in primo decre-
to per exempla, quæ ponit ibi [ *Dare, vende-
re, pignorare & altrimente in qualunque modo alie
nare, anco col dar in emphiteoſi, o in feudo, ò con lo-
catione, ò longo tempo, ò in cauſa di dote, ò in al-
tro qual ſi voglia modo, ò vero queſito colore al-
cune coſe immobili, iuriſdittioni, & ſitti* ]
nam ex illis exemplis, & ante & poſt illa
verba. [ *in qualunque modo alienare* ] declaran-
tur, vt de particulari alienatione ſint intelligen
da, ſicut exempla declarant regulam. Dec. in l.
eum qui. nume. 2. ff. de iur. omn. iudic. & ple-
nius in terminis Cephal. conſil. 13. nume. 16.
60 † Quod & præter eum confirmatur, nam poſt
omnia exempla memorata dicit [ *alcune coſe
immobili, iuriſdittioni & ſitti.* ] quæ ſine dubio
de rebus particularibus loquuntur propter di-
ctionem, aliquas: quæ res ſingulares & deter-
minatas ſignificat. l. ſi debitor. C. de ſent. paſſ.
61 † dicitque ſignum partitiuum. c. ſi pro ec-
cleſiaſticis. de præbend. in 6. tradit Alberic. in
verſic. aliquid. & clarè probatur in l. ſi unquam.
C. de reuoc. dona. vbi dicitur [ omnia, vel par-
tem aliquam ] ad denotandum, quòd dictio,
aliquam, differt a toto & ab vniuerſalitate.
62 † meritò illa verba [ *alcune coſe immobili* ]
adiecta ſuperioribus exemplis, ea declarant,
& reſtringunt, ubi etiam dicta exempla de ſe
tenderent ad vniuerſitatem, vt ad ſingularita-
tem referantur per doctrinam Bartol. in l. ſed
ſi adijciat. ff. pro ſoc. vbi notat ex illo text. quòd
vnum verbum ſpeciale additum alteri verbo ge
nerali, reſtringit eius ſignificatum. Sequitur Go
zadin. conſi. 60. colum. final. Rube. conſi. 50.
colum. pen. Pariſ. conſi. 102. nume. 12. volum. 1.
63 † Quo verò ad ſecundum decretum idem dici
debet, licèt enim dicat [ Sancimus quòd nedum
ſit prohibita quæuis alienatio bonorum mobi-
lium, immobilium, ſeſque mouentium, ac iu-
rium ſubditorum noſtrorū in Dominio noſtro
Parmæ in perſonam nobis non ſubiectam, &

forenſem ex teſtamento uel contractibus ] non tamen mentionem facit de hæredis vniuerſalis inſtitutionis ſpecie, nec eam prohibet. ideoque tamquam ſignanter omiſſa ſub regulis iuris veteris & communis relinquitur, tamquam lege noua ſpecialiter non comprehenſa, argumento l. præcipimus. in fi. C. de appella. meritò reſtringi debent illa verba ad alienationem ex teſtamento titulo ſingulari, cum potiſſimè titulus inſtitutionis uniuerſalis ſit fauorabilior: ita tradit in terminis in ſtatuto Vicentino Fulgoſ. conſi. 215. colum. 1. quem ſequitur in alio ſtatuto Ruin. conſi. 139. colum. 4. volum. 5. & plenius confirmat Cephal. in his decretis Parmæ conſi.
64 13. nume. 18. † Quod præter eum comprobatur in ſecũdo decreto, nã poſtquam dixit, ꝙ nedum ſit prohibita quæuis alienatio bonorum immobilium, ſubdit [ ſed etiam omnis eorum obligatio ac vſus, ſeu vſufructus datio ex quouis alio contractu etiam rei vtcũque aliàs priuilegiatæ ] ex quibus apparet ipſum voluiſſe ſemper loqui de alienatione rerum particularium, ſiue inter viuos ſiue per teſtamentum fieret, quia ſequentia declarant præcedentia. l. ſi ſer-
65 uus plurium. in fi. ff. de leg. 1. † Prædictis accedit & alia declaratio, nam hæc decreta prohibent ſubditis Dominio Parmæ alienare bona in non ſubditos, ergo non includitur Domina Blanca, quæ mortis tempore & conditi teſtamenti non erat ſubdita Parmenſi Dominio cũ Mutinæ ſeu Sancto Cæſario illius Ducatui reperiretur nupta, ibique haberet domicilium, vt conſtat ex eius teſtamento Mutinæ condito, & in domo habitationis dictæ teſtatricis, cuius domicilij ratione propriè quis dicitur ſubditus. gloſſ. in clement. prima, de for. compet. Caſtr. conſi. 89. poſſet quis dicere. volum. 2. Felyn. in capit. fina. de for. compe. Dec. conſi. 661. nume. 6. vnde iſti comites, & eius filij ſibi potuerunt
66 ſuccedere, & ceſſant dicta decreta, † prout in terminis decreti Mediolani concludit Cephal. conſi. 161. colum. 2. vbi vult Domina Clara Feruſina ciue Alexandrina nupta Ferrariæ, Dominum Franciſcum eius nepotem ex filio prædefuncto Ferrarienſem illi ſuccedere in bonis ſitis in Ducatu Mediolani, non obſtante dicto decreto: quia tempore mortis ſuæ nupta erat Ferrariæ & ita non erat ſubdita Mediolano: ſicque ceſſare dictum decretum in ea, quod etiam caſum noſtrum decidit in terminis, nec aliquid præciſius adduci poſſet, meo iudicio.
67 † Et iſta deciſio præterea confirmatur ex alia, nam quando forenſis aut non ſubditus alienat alteri non ſubdito iuriſdictioni ſtatuentium, vtique nihil derogatur vtilitati publicæ, quæ fuit cauſa motiua ſtatuentium, meritò non debet habere locum diſpoſitio ſtatuti l. generaliter. C. de epiſc. & cleric. vnde Bartol. in l. multum intereſt. ff. de verborum obligation. dicens, quòd per ſtatutum prohibens forenſes emere bona immobilia exiſtentia in territorio, non intelligitur forenſis prohibitus vendere quia ceſſat ratio ſtatuti. Ita tradit eleganter Ripa in dicto ſecundo reſponſ. libro primo, de legib. nume. 11. quem ſequitur Plot. in dicto. conſil. 108. nume. 17. volum. 1. crimin. quare bene iuſtificatur, & comprobatur deciſio Ce-
68 phali, † tantoque magis quoniam primum, decretum prohibet ſubditos ſuos alienare bona: item & ſecundum decretum dicens [ ſancimus, quòd prohibita ſit alienatio bonorum ſubditorum noſtrorum ] ergo ſecus eſſe debet in alienatione bonorum facta per non ſubditos ſumpto argumento à contrario ſenſu: quod etiam procedit in ſtatutis, vt per Dec. & alios
69 vbi dixi. ff. de offic. eius. † Immo ſi vellent hæc decreta prohibere quòd non ſubditi non poſſent alienare cuicumque, non poſſent. l. 1. in fin. ff. de tuto. & cura. l. final. ff. iur. omn. iudic. & ibi Marſ. nume. 91. Bartol. in l. 1. quæſtione tertia. verſiculo, ſed circa. & quæſtione ſeptima, ad finem. C. de ſumm. trin. quod procedit etiam reſpectu bonorum exiſtentium in territorio, vt per Imol. in capitulo, quod clericis. verſicul. ſi autem. de for. compet. Alexand. conſi. 44. colum. 4. verſicul. & ſic manifeſtè. volum. 5. Ruin. conſi. 195. colum. 2. volum. 2. cum aliis per Cephal. cumulatis conſi. 161. nume. 11. meritò dicti Comites inſtituti a matre non ſubdita
70 Parmæ debent admitti. † Et licèt (vt nihil intactum remaneat) Ruin. conſil. 49. nume. 9. vol. 3. taxet Caſtrenſem tenentem quòd mulier alibi nupta deſinit eſſe ſubdita, nam dicit Ruin. id non eſſe verum ſimpliciter, ſed in his tãtum quibus abſtraheretur à ſeruitijs viri iux. not. per Bartol. in l. final. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. & idem prior Ruino ſenſit Ioan. Plat. in l. mulieres. colum. ſecunda. C. de digni. libr. 12. dicens, quòd retinet domicilium originis in his, quibus non remouetur a ſeruitiis viri, in aliis ergo illud perdit & deſinit eſſe ſub-
71 dita. † Attamen abſolutè puto veriorem deciſionem Caſtrenſis & ſequacium per illum text. ibi [ forum ex eorum perſona, & domicilia mutamus ] cui conformis eſt alius in l. final. C. de incol. libro 10. nec Bartol. loquitur de non ſubdito, ſed de ciue: mulier enim alibi nupta deſinit eſſe ciuis originis ſuæ quo ad ea quibus remoueretur a ſeruitijs, viri ſecus in alijs: vnde gaudet priuilegiis ciuium ſecundum Bartol. quod concedo, licèt non ſubdita paſſim dicatur. Et Ioann. Platea ſe remittit ad dicta per eum in l. origine. C. de incolu. libro 10. ubi non loquitur de non ſubdita, ſed de ciue & origine, poſt Bartol. in di-
72 cto. §. idem reſcripſerunt. † Nec agitur in caſu noſtro, quòd mulier alibi nupta conſequatur emolumentum ex ſtatuto, ſi id ſibi non nocet: quod iniquum reputat Ruin. loco citato, poſt Alexand. conſilio 44. uolumine quinto. quia nil a ſtatuto conſequitur, ſed eo ceſſante in tali muliere, uelut non ſubdita, de qua non loquitur, ipſa ex iuris diſpoſitione de ſuis bonis diſponit. l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. §. diſponat. in Authenti. de nupt. quare tandem patet ( ne ſim prolixior ) quàm multipliciter eliſum

eliſum remaneat ac prorſus confutatum primum dubium : vnde ad ſecundum venio .

73 † Secunda exceptio quam proponunt iſti Comites,in eo verſatur quòd hæc decreta non vendicant ſibi locum in eccleſiaſticis perſonis, qualis eſt Reuerendus & Illuſt.Comes Iacobus Boſchettus vnus ex eis,vt per Bar.& alios,in l.ſi liusfamiliàs.§.diui.ff.de leg.1.meritò in eius perſona ſuſtineri debet inſtitutio. quę quidem exceptio reuocatur in dubium ; quoniam cum hæc decreta prohibeant ſubditos ſuos alienare in nõ ſubditos & forẽſes,vtique id facere poſſunt, vt in ſimili ſtatuto tradit Ruin. conſi.39.nu.16. volum. 1. poſt Bald. in l. 2. C. ut in poſſ. leg.

74 † vbi concludit valere ſtatutum , quòd filiæ nuptæ extra territorium relinqui non poſſit : licèt enim filia propter matrimonium effecta ſit, de alia iuriſdictione. l. cum quædam puella . ff. de iur.omn.iud.tamen hoc nihil refert, quia nõ inſpicimus perſonam cui quæritur , ſed diſponentem,ideſt teſtatorem qui eſt ſubditus,& obligatur legibus municipalibus, & cui per ſtatutum potuit interdici bonis , & cum quo ad ſubditum ualuerit ſtatutum, & ille ſit cauſa efficiẽs & in habilis , ideo nullus effectus ſequi poteſt.

75 † Et licèt Rui.loquatur de forenſe, & non de clerico acquirente,tamen idem eſt: & doctores, de uno ad alium argumentantur : nam ſicut ſtatuentes non habent poteſtatem aut iuriſdictionem in clericos,ita nec in forenſes,& ita Ruinũ declarat Ceph.conſi.54. nume. 1. ſed in clerico tradit hoc Abb.in c.quòd clericis.de for.comp. nume.30.verſic.quæro quando ſtatutum.quem ſequitur Fel.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ. nume. 58.de conſti.verſicul.quintus, & vltimus caſus.

76 † vbi dicit ſtante ſtatuto,quòd res dotalis alienari non poſſit , ſi clericus emat, alienationem non valere , quia mulier inhabilitatur ad alienandum : vnde etiam naturalis obligatio non oritur.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.nec id ſtatutum ligat clericos,ſed tantum ſubditum , & impedit obligationem oriri ex contractu: & ſuper re ſua poteſt quis ſtatuere.l.in rę mandata . C. mand.

77 † Quibus accedit Caſtr. conſi.89. volum. 1. loquens de forenſibus , & eccleſijs prohibitis per ſtatutum acquirere,dicẽs illud ualere, quia prohibitio dirigitur in perſonas alienantes quæ ſubditæ ſunt ſtatuẽtibus,non in eas in quas fit alienatio,quæ non ſunt ſubditæ : & inſuper effectus prohibitionis dirigitur in res exiſtentes intra territorium ſtatuentiũ , quæ ſimiliter ſunt ſubditæ : & ſic ſtatuentes potuerunt eas afficere hoc onere,ne in alios transferantur,ſicut & alio

78 onere reali. † Poſtremoque idẽ tradit Signor. conſi.21.nume.13.loquens in ſtatuto Mediolani prohibente alienationem immobilium in nõ ſubditos : dicit enim quòd non imponit frenũ eccleſiaſticis ſed ſuis ſubditis, quare nõ poſſunt alienare in perſonas etiam eccleſiaſticas.& licèt eis quoquo modo videatur acquiſitio prohibita,quia tamen venit in conſequentiam, non cõſideratur: & ex prædictis ita concludit in ſtatuto Laudæ Cephal. conſi. 53. nume. 37.cum ſe-

79 quentibus. † Quæ concluſio fortior reddi videtur aduerſus hunc Reuerendum Comitem Iacobum ex eo, quòd ante clericatum forenſis erat , & inhabilis ad acquirendum ex dictis decretis: & ſic iniectum iam erat vinculum incapacitatis,meritò nulla uis & iniuria fit clericatui, cum non excludatur tamquam clericus, ſed vti forenſis : quæ qualitas eſt naturalis , illa verò clericatus accidentalis,vnde illa debet huic prę ualere.l.3.ff. de tutel. & ita conſiderat Cephal.

80 conſi.54.colum.3.in prin. † quod & in ſtatuto fœminarum excluſiuo latè proſequitur Brun. in tractat.quòd ſtant.maſc.ſexto articulo.num. 37.& 44.ubi communem teſtatur, quem ſequitur Pariſ.conſi.40.nume.16.volum.3. Blanc. in tractat.de compro.3.quæſtio.princip.ſub num. 32.verſic.in hac quæſtio. loquens in ſtatuto de compromiſſis , an liget clericos vt per eum : & de clerico & forenſi tradit in alio caſu Ripa libro primo. reſponſ.capitulo quarto,ad finem.

81 † Demumque facilior reddi uidetur hæc concluſio contra hunc Comitem clericum , quòd hæc decreta rem afficiunt , velut in rem concepta, ibi [ nec dicta bona poſſint alienari ] & ibi [ afficientes ſemper bona huiuſmodi,vt non ſint tranſitoria in forenſes ] quo ſtante comprehendunt alinationes in eccleſiam ſeu clericos factas,vt per Felyn.in dicto capitul.Eccleſia Sanctæ Mariæ.numer. 58. Ripa in dicto §.diui. nume.83.Cephal.conſil.53.nume.44.conſi. 54.

82 nume.7. † Quinimmo poſito quòd iſte clericus non comprehenderetur in his decretis,tamen conſequi non poſſet niſi partem ſuam , quia cum alienantibus ſit impoſita pœna confiſcationis pro parte , quæ defertur fiſco,ceſſat ius accreſcendi. l. ſi Titio. vbi Bartol.& alij,ff.

83 de legat. ſecundo. † Et per inſtitutionem factam de iſtis Comitibus à Domina Blanca fuit incurſa pœna confiſcationis, & contrauentum alienando in perſonas non venientes ab inteſtato vigore decretorum , vt tradit Soc.in conſil.43. colum. 6. verſiculo, circa ſecundam.vo-

84 lum. tertio. † Et quia prohibita alienatione in certas perſonas , tenetur prohibitus curare ne bona in eas deueniant,etiam ab inteſtato.l. Codicillis. §. matre.Bartol.in l.peto.§.fratre.ff. de legat.ſecundo.& in l. ſi ita quis. §. ea lege.ff. de verborum obligation. diciturque in eas inſtitutio prohibita. Ripa libro primo reſponſ. capitulo ſecundo,nume. 10. Cephal. conſi.53. nu. 13.& hæc ſunt quæ circa ſecundam exceptionem dictorum Comitum ſcitè atque ele-

85 ganter in dubiis proponuntur : † Quibus tamen non obſtantibus arbitror exceptionem prædictam iuridicam eſſe , & omnino tenendam , quoniam huiuſcemodi decreta,quæ prohibent alienationem bonorum immobilium in forenſes aut non ſubditos,non includunt clericos aut eccleſias, vt uoluit Bartol. in l.final. C.de ſacroſanct. eccle. in l. dudum. C. de contrahend. emptio. in l. final. C. de exac. trib.lib. 10. & in l. filiusfamilias . §. diui . ff. de legat. primo, vbi paſſim ſcribentes dicunt , & teſtan-

tur hanc eſſe commu. ut Iaſ. in prima lect. nume. 82. & in ſecunda, nume. 110. Ferd. Loaz. nu. 82. Rip. nu. 81. dicens quòd ibi communiter legiſtæ & canoniſtæ in c. eccleſia S. Mariæ. de conſti. eam tenent. Idemque teſtatur Crot. nu. 88. & Soc. iun. nume. 166. Fel. in d. c. eccleſia S. Mariæ. nume. 61. verſi. 9. quæro, iuxta proximè.
86 Plot. conſi. 108. nume. 12. vol. 1. crim. † Et hæc opin. meo iudicio, præ cœteris rationibus quibus nititur, efficaciſſimè probatur: quia laici non poſſunt ſtatuere de clericis in ſpecie. d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. & cap. fi. de reb. eccl. non alie. & fatentur omnes in d. §. diui. tale ſtatutum non valere, ſi dicat quòd bona non poſſint alienari in eccleſiam, vel clericos, aut eccleſiaſticas
87 perſonas. † quia ſecundum Card. Florent. in cap. perpendimus. de ſent. excom. laici ſtatuunt de non pertinentibus ad eos: & quia vt tradit Dec. in d. cap. eccleſia. ſub nume. 75. quando prohibitio ſpecialiter loquitur de clericis, & prohibitio eſt generalis, apparet quòd dicta prohibitio facta ſit principaliter in præiudicium clericorum, meritò pœna excommunicationis
88 ipſo iure imponitur. † vnde ſicut in ſpecie nõ poſſunt de clericis ſtatuere, quòd bona immobilia non poſſint in eos alienari, ita nec in genere videntur voluiſſe eos comprehendere ſub ſtatuto ſimpliciter de non ſubditis loquente, cum quis nunquam in dubio præſumatur voluiſſe in ſua diſpoſitione comprehendere illos, de quibus in ſpecie diſponere non poteſt. l. Lucius. §. pen. ff. ad muni. c. à nobis. de ſent. excom. Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de cond. inſt. Bald. & poſt eum Barb. in l. fin. §. in computatione, ad fi. C. de iur. delib. & Luc. de Penna in l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. conſi. 504. colum. 1. Crau. conſi. 106. nume. 6. Dec. in cap. 1. ſecunda lectur. in Glo. ab omnibus. de conſtitut. Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita, colum. 6. ſuper Gloſſ. fina. ff. ad Treb. & ita hanc rationem deducit in ſpecie Crot. in d. §. diui. nume. 88. & eo prior Anchar. conſi. 108. in paucis. eaque pro meliori fundamẽto quod pro hac parte poſſit allegari credit eſſe Brun. in tract. quòd ſtant. maſc. 6. artic. ſub nume. 38. loquens in ſtatuto fœminarum excluſiuo, ſicut & Ancha. loquitur, nec eam tollit ullo modo. quin eã pariter refert & ſequitur Dec. in d. capitul. eccleſia Sanctæ Mariæ. nume. 65.
89 † Cæteras verò rationes & fundamenta prætereo, quæ fiunt pro hac parte, cum ſufficiat nobis hanc eſſe communem doctorum ſententiam, à qua in iudicando, & conſulẽdo non eſt uſque quaquam recedendum, prout ſentit Ambro. de Opizzo in dicto §. diui. vbi nume. 51. poſt multa in contrarium deducta, relataque diſtinctione Zabarellæ ſubdit, licèt conueniat uti eo conſilio quo vtuntur cœteri doctores in hac materia loquentes, ne incidamus in vinculum excommunicationis. ideoque ſe remittit correctioni Sanctæ Matris eccleſiæ, volens dicere ab opinio. communi pro clericis & eccleſia re-
90 cedendum non eſſe. † Tantoque magis id fieri debet, quia tractatur hic de graui præiudicio clericorum, prout contingit in alienatione bonorum immobilium, meritò non debent in ſtatuto contineri ſecundum Dec. in dicto capit. eccleſia Sanctæ Mariæ. nume. 75. colum. ſeque. & Loaz. in dicto §. diui. nume. 82. uerſicul. primò limitatur. Nec agitur de alienatione prohibita fauore filiorum, nec de rebus in confinibus exiſtentibus, quibus caſibus clerici continerentur, ut idem Loaz. proſequitur. quare nos ſumus in communi concluſione doctorum, & hæc decreta non cõprehendant clericos, quam pariter tenet & confirmat Petr. Rebuff. in proœ. conſti. Regiarum. Gloſſ. 1. nume. 57. per text. in cap. certum, 10. diſtinct. & alia de quibus ibi
91 per eum. † Sola ſupereſt igitur difficultas in tollendis adductis in dubio ſupra relato: & in primis ego reſpondeo generaliter quòd loquũtur illi doctores contra communem ſentẽtiam volentes quòd ſtatutum prohibens alienationem bonorum immobilium in forenſes, ſeu non ſubditos comprehendat clericos: nam cõmunis, & magis recepta concluſio ſtat in oppoſitum, à qua in iudicando diſcedi non debet iuxt. nota. per omnes, in capitul. primo. de
92 conſtitut. ad fin. † Secundò dico, quòd licèt prohibitio dirigi uideatur in ſubditos ſtatuto qui alienant, tamen ſi volumus clericos aut eccleſiam comprehendi, negari non poteſt; quin tale ſtatutum videatur fieri in fraudem eccleſiaſticæ libertatis, & ad eam comprimendam: quod non videtur fieri poſſe iuxta. not. per Bartol. in l. prima §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio. Ita tradit Angel. & Flori. in dicto §. diui. quæ reſponſio tanti ponderis uiſa fuit ibi Iaſoni. lectura ſecunda, nume. 110. vt dixerit in illo fundamento non facere magnum capitale, uidelicet quòd ſubditi prohibeantur, quaſi ſit vanum: prout & dictam reſponſionem dicit eſſe notandam ad multa ſtatuta Socin. iun. ibi, num. 168. Et vt non omittam quod inquit Alciat. nume. 18. non poſſunt ſeculares & publicæ vtilitatis cauſa eccleſijs lege ſua quicquam innouare, cum extra eorum iuriſdictionem ſint: ſicque uno uerbo diluuntur
93 omnia. † Ad aliud uerò de uinculo incapacitatis iniecto Comiti Iacobo ante clericatum, quia forenſis erat, ideo per decreta uenit excludendus tamquam forenſis, non tamquam clericus, diligentius eſt aduertendum: nam ſtatutum ita demum dicitur iniceiſſe vinculum ante clericatum quando caſus de quo quæritur, eſſentiam & principium ſumpſit ante clericatum, ſed vbi cœpit poſt eum dici non poteſt, quòd vinculum fuerit iniectum ante clericatum, tam & ſi ſtatutum antea per multa ſecula fuerit conditum: exemplum de utroque tradit Ioannes Andræ. in Regula, facti culpa. de regul. iur. in ſexto, poſt Calderic. in ſua diſputa. quos etiam refert Ancharan. in regula
94 ea quæ. columm. final. eod. titul. † Statuto cauetur aut conſuetudine, quòd primogenito deferatur hæreditas excluſo ſecundogenito, nunquid præiudicet clerico ſecundo genito, ſicque

ſicq́ue ligetur ille clericus ſecundo genitus tali
ſtatuto uel conſuetudine, certè ſic, ut illi dicunt
quia ante clericatum quando natus fuit, dicto
ſtatuto vel conſuetudine aſtrictus erat quò ad
excluſionem ipſius a ſucceſſione: clericatus er-
go ſuperueniens non reſtituit ſibi quod reperit
ademptum, ſcilicet ſpem ſucceſſionis primo ge-
95 nito iam delatam, † ſi verò ſtatuto cauetur ꝙ
debiti ſolutio per teſtes probari nõ poſſit, & cũ
laicus debitum contraxiſſet, poſtea factus cleri-
cus, & ad illud conuentus eius ſolutionem per
teſtes probet, an id facere potuerit tali ſtatuto
non attento? & determinant ꝙ ſic: nec id ſtatu-
tum eum clericum ligare, quia probationes ha-
bent ſuum principium cum coram iudice pro-
ducuntur, nam ante non poſſunt dici probatio-
nes: tunc ergo cum ſit clericus, ſeruari ſibi de-
bẽt canones & ius diuinum, quo cauetur in ore
duorum uel trium &c. Modò in propoſito no-
ſtro quando D. Blanca inſtituit Comitem Iaco
bum, & ſic in eum fecit alienationem bonorum:
tunc cępit & non antè diſpoſitio ſua, quo tempo
re iam erat factus clericus ipſe Comes Iacobus,
vt ſic eum Reuerendum clericum appellat teſta
trix, & ſic erat in veritate, meritò dici nõ poteſt
iniectum fuiſſe vinculũ incapacitatis dicto Co-
miti Iacobo ante clericatum, quia eſſet forenſis:
quia quando forenſis erat, & ſine clericatu, nõ-
dum cęperat inſtitutio, vel alienatio, ſed poſteà
cœpit eo facto clerico, poſito quòd ante clerica-
tum ſuum fuiſſent edita dicta decreta: meritò
ſub eis includi non poteſt nec debet, & ita ſignã-
ter in terminis concludit & declarat Rip. reſp. 2.
lib. 1. nu. 9. & cum Claud. Io. Andrea, & Anch. te
net etiam latè Dec. in d. c. eccleſia S. Mariæ, nu.
67. quo ad illud exemplum ſtatuti de ſolutione
96 debiti per teſtes non probanda. † Quinimmo &
in illa conſuedine de primo genito tenet pro cle
rico ſecundogenito ſicut & pro fœmina facta
moniali, quę per ſtatutum excluditur, quia dicit
ipſe ſecundum illam conſiderationem quòd ſit
iniectum vinculum ante clericatum, videtur ꝙ
fere ſemper ſtatuta laicorum ligarent clericos,
quia quando naſcuntur, ſunt laici & ſubijciũtur
ſtatutis & ſic eis ligãtur, & licèt poſtea fiant cle
rici, remanent tamen ligati, quia eſſet iniectum
vinculum ut doctores dicunt, & ſic ferè ſemper
eſſent clerici ligati ſtatutis laicorũ, quod nõ eſt
dicendum. & licèt quando quis naſcitur ſit pu-
rus laicus, & ſic uidetur ligatus ſtatutis laicorũ,
tamen quia a tali uinculo eximitur per clerica-
tum, meritò per illum conſequitur hoc priuile-
gium, ne amplius ligetur eorum ſtatutis, modò
id in fraudem non ſit factum: & ſic appatet in ca
ſu noſtro dicta decreta non obſtare, cum ante
clericatum Comiti Iacobo nullum ius eſſet quæ
ſitum, nec delatum, cuius incapax dici poſſet:
quicquid in q. de primo genito, & de filia diſpu
tent doctores, quę ad rem noſtram non faciunt,
& ſatis nobis eſſe debet deciſio Ripæ in termi-
97 nis noſtris in d. 2. reſp. lib. 1. nu. 9. † Nec quie
quam facit in oppoſitum alia ſua deciſio Reſp. 4.
in fi. eo. lib. nam loquitur in ſtatuto diſponente
quòd mortuo filio ſine deſcendentibus, fratre
filio fratris, & auo, mater in tertia parte ſucce-
deret, & in reſiduo conſanguinei paterni, de-
inde extabat aliud ſtatutum, quòd clerici non
gaudeant beneficio ſtatutorum, dubitabatur
cum Titius deceſſiſſet relicta matre, & amita
profeſſa in religione Sancti Franciſci ipſa ami-
ta velut conſanguinea patris admitteretur ad
duas partes beneficio primi ſtatuti, vel potius
mater in totum præferretur & amitam exclu-
deret a luctuoſa hæreditate filij iuxt. tex. in au-
thentica, defuncto. C. ad Tertul. nec amita ve-
lut religioſa gauderet beneficio primi ſtatuti
ſtante ſecundo, & in hanc ſecundam partem Ri
98 pa deſcendit: † quia quando clerici ſunt & ha
bitant in loco, ibiq́ue ſuſtinent onera ſpiritua-
lia, & eorum orationibus ciuitas conſeruatur,
debent etiam gaudere beneficijs ſtatutorum, ve
tradit Ancha. conſi. 60. iſta quæſtio. verſic. præ-
tereà Lap. alleg. 101. colum. 8. uerſicul. item
illud. Dec. conſi. 114. colum. 3. at cum illa ami-
ta eſſet profeſſa in monaſterio Terdonenſi, nec
ſupportaret onera ſpiritualia Papiæ, vbi ade-
rant dicta ſtatuta non debebat eorum beneficiis
gaudere, velut religioſa forenſis. Hæc deciſio
Ripæ bona eſt in terminis ſuis, ſed ex ea nõ be
ne inſerri poteſt ad caſum noſtrum, quòd hæc
decreta, quæ prohibent alienationem in non
ſubditos aut forenſes comprehendant hunc cle
ricum, quia ſtatuta laicorum non ligant cleri-
cos ſecundum communem opinio. Nec hic tra-
ctatur ꝙ Comites Iacobus admittatur benefi-
cio alicuius ſtatuti ut erat in caſu Ripæ, ſed ſuo
iure de iure communi ex teſtamento matris.
99 † & aliud eſt tractare de incluſione fauorabi-
li, aliud de odioſa, quia primo caſu includitur
clericus, ſecundo ſecus, ut per Caſtr. conſi. 157.
ad primum quæſitum dicendum eſt. volum. 2.
in nou. aliàs 298. in anti. vnde quòd hic clericus
includeretur ſub his decretis, eſſet ſibi odio-
ſum, quia excluderetur ab hæreditate matris,
meritò, vt hoc odium fugiamus, includi non
100 debet. † Ad aliud verò quòd hæc decreta in
rem concepta ſint, non eſt ſatis elaborandum:
nam bene forenſis includitur ſub ſtatuto pro-
hibente alienationem, vel fœminas excluden-
te propter maſculos, ſiue loquatur in rem, ſi-
ue in perſonam ſecundum communem opin.
quam teſtatur Anchara. in repet. capitul. cano-
num ſtatuta. 12. quæſtio. princip. de conſtitut.
& latè tradit Brun. in tractat. quòd ſtant. maſc.
6. articulo princip. colum. 3. cum ſequent. ſequi-
tur Alciat. conſi. 19. nume. 6. volum. 6. Pariſ. con
ſi. 84. nume. 43. volum. 1. Socin. iun. conſi. 25.
volumin. 3. qui pariter communem teſtatur.
101 † Sed non inde bene inſertur ad clericos fo-
renſes: & ratio differentiæ manifeſta colligi-
tur, nam ſtatuta cuiuſque ciuitatis impedire
poſſunt, ne bona ſuæ iuriſdictionis acquiran-
tur forenſibus etiam per ſucceſſionem, vt tra-
dit ibi Soci. iu. nume. 8. ſed non idem concedi-
tur eis reſpectu clericorum uelut contra liberta
tem eccleſiæ d. c. eccleſia S. Mariæ meritò ſicut

expreſſè non poſſunt eos excludere,nec in dubio cenſentur eoſdem ſub generalitate verborũ excludere voluiſſe , vt ſupra dixi : quare fallax eſt argumentum in his decretis & ſtatutis ſimilibus de forenſibus ad clericos ex defectu pote-
102 ſtatis ſtatuẽtium reſpectu clericorum. † Ad vltimum quod dicitur hunc clericum quatenus eſſet capax admitti non poſſe niſi pro parte ſua, quia in reſiduo,quod defertur fiſco , ceſſat ius accreſcendi . reſpondeo illud procedere quando relictum factum alicui valet , & aufertur ei tamquam ab indigno , tunc enim facit partem, quæ fiſco poſtmodum applicatur , vt ibi declarat Bar.& clarius Caſtr.dicens,intellige hanc legem quando ille non poterat capere, ideſt retinere quia erat indignus,ſed mero iure poterat: & tunc licèt non admittatur pro ſe, quia tamen
103 admittitur pro fiſco,facit partem. † Sed quando legatum deficit in perſona collegatarii omnino , tunc non facit partem , & locum habet ius accreſcendi.l.vnica.§.in primo.& §.pro ſecũdo. C.de cad.tol.cum aliis allegatis per Bar. in d.l. ſi Titio.qui latius eadem ponit in l. huiuſmodi. §.ſi Titio.ff.de leg.1.vbi dat exemplum,ſi relinquo ſeruo militiam liberi,cum ignorarem eum eſſe ſeruum, certè legatum eſt inutile in perſona legatarii & rei legatæ mixtim : nec ille facit partẽ,cũ tale legatũ ſit inutile , & pro non ſcripto,merito accreſſit cõiunƈto.d.§.in primo.& §. pro ſecũdo. hinc Imola quoq; in d.l.ſi Titio.tenet illũ tex. non habere locum in dãnato in metallum, quia omnino eſt incapax , & habetur pro non ſcripto.l.3 . ff. de his quæ pro.non.ſcri. ideo non accipit ad commodum fiſci , nec facit partem.at nos in tali caſu verſamur, ſi verbã primi decreti diligenter ſpectemus : dicit enim [ *Et ogni contratto & alienatione facta contra la forma del preſente decreto,ſia irrito & inane ipſo iure & facto,ancora ſenza alcuna dichiaratione de far*
104 *li ſopra di ciò* ] † hæc enim verba demonſtrant indubitanter inſtitutionem de forenſibus factam eſſe nullam ipſo iure contra formam dicti decreti.c.ſtatutum.in fi.de reſcr.in 6.& ibi not.Anch. Geminian.& alij,vbi dicitur, quicquid contra præmiſſa contigerit attentari,ſit ipſo iure irritũ & innane: nam hic etiam ſunt uerba longè plu-
105 ra,& magis prægnantia. † Quibus & accedit in fine decreti,quod ibi dicitur,videlicet [ *& li inſtrumenti ſintendino,& ſiano nulli ipſo iure* ] nam ex huiuſmodi titulo nullo dominium transferri nõ poteſt. l.1.§.ſi uir,l.ſi quis ui.§.differentia. ff.de acquir.poſſ.Quare ſequitur inſtitutionem factam de Comitibus laicis,eſſe nullam , & pro non ſcripta,ſic ut partem non faciant, & accreſcere Comiti Iacobo clerico, contra quem de
106 creta uires ſuas non operantur: † defectis enim portionibus laicorum,debent illæ iure accreſcẽdi ad clericum ſpectare . l. vnica . & ibi not.C. quando non pet. par. ex quo prohibitum non fuit a teſtatrice.l.dominus.§.1.ff.de vſufr. Guil. May.in l.ius noſtrum.nu.29.ff.de reg.iur.& per illud confiſcatio bonorum , de qua decretum ſubdit,excludi debet, ſicut etiam per illud ſucceſſorium edictum excluditur.l.meminimus.& ibi not.Bal.Fulg.& Cor.C.de leg.hære. §. cum igitur.Inſt.de bon poſſ.& tradunt poſt Glo.doctores in d.l.vnica.vbi latius poſui . nume. 190.
107 † meritò debet intelligi decretum quòd bona alienata ſint fiſco incorporata , nullo capace in medio exiſtente , cui iure accreſcendi deferri poſſint,aliàs ſecus cum potiſſimè ſtatutum debeat intelligi ſecundum ius commune.Gl.Bar. Caſtr.& alii,quos refert Iaſ.in l.fi.§.in computa-
108 tione. C.de iure del. † at fiſcus admitti non ſolet,niſi in defectum filiorum,agnatorũ,cognatorum, & vxoris.l.1.in princ. ff. ſi tab. teſt. nul. exta.l.1.in prin.ff.de ſucc.edict. Immo etiã poſt vxorem quidam alii præferuntur fiſco , de quibus per Iaſ.in rub.C.vnd.vir & vx. ad fi. meritò dicta confiſcatio bonorum ex decreto non debet habere locum extante in medio filio , & hærede & capace vigore clericatus , qui totum conſequi poteſt tum iure inſtitutionis , cum iu-
109 re accreſcendi. † Quod etiam confirmatur,nã ſtatutum ſicut & lex debet eſſe ſanctum & honeſtum.c.erit autem lex. 4. diſtinc.ſicque venit interpretandum ne contineat aliquid iniquum & abſurdum.gl.in l.damnis.§.ſi is qui vicinas.ff. de dam. infe.Bald.in l. quicumque. col. antep.
110 verſi.quarto caſu.C.de ſer.fug. † & ne a ſapiẽte poſſit reprehendi. l. Saluius Ariſto. ff.de leg. præſt.quam ad hoc ſæpius allegat Bal.in ſuis cõſilijs,vt refert Maria.conſi.63.col.pen.Cepha.
111 conſi.76.nu.89.& conſi. 146.num. 20. † vnde quando reſultaret abſurdum , verba ſumi debent eo modo quo ceſſet abſurdum , ut tradit Alex.conſi.61.col.fi.vol.1.Natt.conſi. 266. nu. 4.& latè de prædictis meminit Brun. in tract.de ſtant. maſ.5.articulo nu.12.at certè ſatis iniquũ foret,& abſurdum reſultaret,& a ſapiẽte reprehendi poſſet, ſi filius clericus , & inſtitutus excluderetur,ut fiſcus admitteretur : vnde potius interpretari debent hæc decreta contra fiſcũ, ne filium comprehendant.l.non puto.ff.de iur.
112 fiſ. † cum potiſſimè tractetur de fiſco Illuſtriſſimi , & Excellentiſſimi Ducis Parmæ Octauij Farneſij Principis optimi , de quo dici poteſt , quod Plinius Cœcil.in Panegyrico ad Traianum Imperatorem . Quæ præcipua tua gloria eſt,ſæpe uincitur fiſcus,cuius mala cauſa numquam eſt,niſi ſub bono Principe: unde Iul.Capitolinus in uita M.Antonij fiſco in cauſis compendij numquam iudicans fauit. quæ refert Al. ci.inter alia Parerg.lib.8.c.6.& ita remanet ex prædictis defenſata ſatis exceptio ſecunda tam a magnificis de Zandemariis, quam a fiſco ; quoniam poſito quod reſpectu filiorum laicorum fuiſſet contrauentum eos inſtituendo , tamen reſpectu clerici nequaquam contrauẽtum fuit, & qui cum totam hanc hæreditatem tueatur fi-
113 ſcus & Zandemarij repelli debent . † Quinimmo , ſi licet audaciam uerbis adiungere, puto probabiliter dici poſſe inſtitutionem omnium iſtorum Comitum fuiſſe ualidam : nam uideo eam fuiſſe factam per D. Blancam Mutinæ, ibi cũ filiis habitantẽ,ut in teſtõ dicitur ipſi:nec ap-

paret

paret ꝙ filii ſcientiã habuerint horũ decretorũ,
& ignorãtia præſumitur in dubio reſpectu ipſo
rum foreſiũ,& alibi cõmorantiũ.l.uerius, ff.de
114 prob. † Immo verò etiam in ciue nouello præ-
ſumitur.Bal.in l.data opera, col.6.verſic.quan-
doque.C.de acq.poſſ. Iaſ.in l. is poteſt.n.71.ff.
de acq.hær.Roma.conſi.128.num.8.Boe.dec.
260.col.1.quo ſtante ſuccedit inſtitutionem in
prædictos non ſubditos ignorantes diſpoſitio-
nem dictorum decretorum ſuſtineri debere, ne
ipſis ignorantibus ea præiudicent, prout in
contrahente extra territorium cum ignorante
diſpoſitionem ſtatuti ſimpliciter inhabilitantis
voluit quidam D.Zaccarias Triuiſanus Doctor
Venetus, quem ſequitur Anch.in c.canonum
ſtatuta quæſt.12.de conſt.& Cacial.in l.cũctos
115 populos.nu.99.C. de ſum.tri. † Bene verum
eſt quòd Rocc.de Cur. in tracta.de conſue.nu.
740.& Ruin.conſi.160.colum.2.volu.4. taxant
hanc opi.quia ſtatutum de facili redderetur elu
ſorium, & quia ex quo ſubditus eſt inhabilis,
non poteſt contractus in eſſe deduci.l.is cui bo-
nis,ff.de verb.obli. vnde quia ex vna parte cor-
ruit,non poteſt ex alia parte ſubſiſtere. Tamen
ego libentius priorem ſententiam ſequor vt
humaniorẽ, & in caſu noſtro potiſſimùm: nam
quòd decreta prædicta locum non habeant in
filiis,non inde redduntur eluſoria,cum præter
eos obtinebunt in aliis inſtitutis.ceſſat & inſu-
per ſecũda ratio, quæ in cõtractibus loquitur,
nos in teſtamento,quod ſola voluntate teſtato-
ris nititur ſine præſentia vocatorum. & ita diffe
116 runt in modo ineundi. † Nunc ad tertiam ex-
ceptionem deſcendo quòd hæc decreta ceſſare
debent in perſona Com.Pauli Boſchetti nati in
ciuitate Parmæ ex dicta D.Blanca,quo ſolo me
diante defenditur hæc ſucceſſio. at hæc nõ mul-
tũ põderis habere dicitur domicilio patris ibi
non conſtituto,ſed illic caſu morante.quo ſtan-
te Comes Paulus natus ex patre Mutinenſe ſui
origine,Parmenſis dici non poteſt. Barto. in l.
filios.C.de muni.& orig.lib.10.Abb.in capitu-
lo,Rodulphus,nume.9.de reſcr.& poſt eum Fe
li.col.11.de ſe loquens.Nico.de Neap.Bald.&
Caſt.in lect.Bono. in l.huiuſmodi. §. legatum,
ff.de leg.1.Iaco.à S.Geor.& Lance.Dec.in l.hæ
res abſens.§.ſi quis tutelam.ff.de iudi.qui com-
munem teſtatur.Cagno.alios citans in Rub. ff.
de orig.iu.col.pen. Iaſ.conſi.77.uolumi.3.Ripa
in trac.de peſte,2.par.verſic.18.nu.181. Gram.
deciſ.103.nu.113.tantoque magis tolli videtur
omnis difficultas quòd ſecundum decretum fo
renſem declarat illum,qui tempore illius publi
cati alibi habitaret,licèt aliàs origine fuiſſet Par
menſis, & tantum abeſt quòd dictus Comes
Paulus probauerit habitaſſe Parmæ de anno
1554.quo fuit editum dictum decretum quòd
potius conſtat contrarium per teſtes aduerſario
117 rum. † Ego verò non puto ſic facilè ſpernendã
hãc exceptionem originis Parmæ reſpectu Co
mit.Pauli,de qua plures teſtes deponunt, licèt
ibidem caſu natus eſſet ut in dubiis dicitur,quo
niam Caſtr.in d.§. legatum, lectura Patauina.
Imol.Cuma.Alex.Beſut.& Iaſ. tenent caſuali-
ter natum in aliquo loco,ciuem originarium il
lius loci cenſeri debere, non obſtante origine
patris aliena.Idemque tenet Cuma.in l.cætera.
§.ſed ſi quis.ff.de leg.1.dicens quòd ita de facto
ſeruatur,& quòd ita conſuluit,vt reperitur cõ-
ſi.177.col.2.adeo quòd eſt communis opi.ſecun
dum Iaſ.in d.§.legatum.eamque tenet inſuper
Caſſa.in conſue.Burg.Rub.3.§.7.nume.12.Grã
ma.uoto 10.nu.13.& in terminis noſtris quidã
mod.in l.1.C.de fund.rei pri.lib.11.q.15.quos
refert & ſequitur Boer.dec.13.colum.fi. dicunt
enim quòd ſi quis eſt prohibitus emere immo-
bilia in aliqua terra per ſtatutum, & ibi ſit na-
tus,licèt non ſit de illa terra,nihilominus pote-
rit retrahere ſi cognati ſui uendant,unde quic-
quid ſit in alia materia,ſtat in terminis horum
118 decretorum illa deciſio pro Com.Paulo. † Sed
ulterius duo concurrunt,ex quibus in tuto red
ditur. primum eſt quòd Com. Ioan.Franciſcus
eius pater Parmam uenit,D.Blancam ibi uxorẽ
deſumpſit,in domo magnifici D. Donini ſoce-
ri diutius habitauit,& in figura matrimonii cũ
ea degendo natus eſt in ea Com.Paulus bapti-
zatus,& apud ſocrum patris educatus uſque ad
ſeptennium prout latius teſtes deponunt: quæ
cum ita ſint,nõ fortuitò natus ibi dicitur Com.
Paulus,dum parentes eſſent intrãſitu, uel adue
næ,ſed ex eorum uoluntate eo loco commoran
di deditaque opera: quare Parmenſis omnino
iudicandus eſt,ut ſignãter declarat Cuma. con
ſi.177.col.3.& ſentit Soc.iu.conſil.49.colum.2.
119 uolum.1. † Alterum eſt quod ex facto narrato
colligitur ipſum Com. Paulum fuiſſe conce-
ptum Parmæ, nedum ibidem natum, ſi pater
ſuus ibi D.Blancam deſponſauit & cum ea man
ſit quouſque peperit Com. Paulum: ipſa enim
Parma non recedens eo tempore,nõ potuit ali-
bi concipere, meritò ſtantibus conceptione &
natiuitate Com.Pauli Parmæ, res eſt clariſſima
quòd ciuis originarius Parmæ dici debet, ut
concludit Rip.in tract.de peſt.2.par. verſic. 18.
nume. 183. & ita aliàs iudicatum fuit in cauſa
magni ponderis Ferrariæ per excelſum conſi-
lium iuſtitiæ pro magnifico D.Io.Baptiſta Mol
cio,filio magnifici D.Nicolai Molcii Mutinen-
ſis concepto & nato Ferrariæ, qui matris hære
reditatem defendit aduerſus cõſanguineos ma
tris,uolentes illum uelut forenſem ab ea remo-
uere uigore ſtatuti noſtri Ferrariæ, ſimilis iſtis
decretis, me tunc exiſtẽte aduocato ipſius Mol
cii, qui caſus ad unguem huic eſt conformis.
120 † Sola uiget difficultas in habitatione Com.
Pauli Parmæ tempore ſecundi decreti non pro
bata: ſed & hęc ceſſat,nam cum natus fuerit Par
mæ & ibidem nutritus per multos annos man-
ſerit, quouſque domus auita Do. Donini uen-
dita fuit, & ſubinde fuerint aliæ conductæ per
per eius patrem,rurſusque ſæpe ac ſæpius Par-
mam ueniret, & in eius territorium ad uillam
Gainagi,ubi aderant bona materna(quæ teſtes
dicunt)utique præſumitur tempore ſecundi de
creti fuiſſe & habitaſſe Parmæ,uel in eius terri-
torio

torio iuxt.doctrinam Bartol.in l.is poteſt. ff.de
acquir.hære.quam ſequuntur Alex.Arc.& Iaſ.
ibi,nu.68.Arc.conſi.102.col.6.Alex.conſi.130.
colum.2.vol.6.Soc.conſi.121.Corn.conſi. 50.co
lum.fi.volu.1.conſi.151.col.fi.vol.4.& And. Ti-
raq.alios citans,de leg.conub.in ver.de ſon.Ma
121 ry.glo.6.num.30.† ſed vlterius vt longè magis
clareſcat bona iuſtitia Com.Pauli.conſidero te-
ſtes dicentes vendita dicta domo plures ſubin-
de conductas fuiſſe,in quibus iſti Comites te-
nebant D.Dalmianum de Mattis,qui in eis ſta-
bat & habitabat continuè eorum nomine,curā
tenendo ſupellectilium & reddituum locorum
dictorum Comitum.quę cum ita ſint Com.Pau
lus dicitur in eis domibus habitaſſe, tenens ibi
prædictum de familia ſua , licèt abſens fuiſſet,
vt ſignanter in ſtatuto tradit Bart.in l.1.§.1.ff.de
lib.ag.Ang.conſil.270. ſtatuto ciuitatis.Dec.in
122 l.cum filiusfamilias,nume.4.ff.ſi cer.pet. † Nec
ambigi debet illum Dalmianum dici potuiſſe
de familia Com.Pauli:cum fuerit ibi poſitus ab
eo pro ſeruitiis ſuis,& ab eo ſeruitia receperit,
vt eſt tex.not.in l.ædiles.§.familiæ.ff.de ædil.e-
di.Ceph.conſil 80.nume.4.& hinc corruunt te
ſtes aduerſarii,qui tendunt ad probandū quòd
tempore dicti decreti poſterioris Com. Paulus
habitaret Mutinæ:nil enim refert qn̄ ſic fuiſſet,
123 ex quo familiā ſuam quoque Parmæ tenebat,
videlicet illum Dalmianum. † Præterea teſtes
illi dicentes quòd Com.Paulus habitabat Mu-
tinæ,tacitè innuunt negatiuam,quòd non Par-
mæ vagam tamen & non coarctatam,cum non
dicant quòd alibi habitare non potuiſſet quia
ipſi vidiſſent,& cognouiſſent:meritò non pro-
batur cap.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſ.&
pro & ibi Ripa, nu.88.Iaſ.in l.1.nume 12.ff.ſi
quis iuſdic. & Herculan.in tract.negatiuæ, nu.
132.tantoque magis cum cōtra talem negatiuā
ſit præſumptio iuris,regula, ſeu ius commune,
quòd ciuis præſumitur habitare in loco ſuæ ciui
124 litatis,vt ſupra dixi. † quo ſtante maximè pro-
cedit ea concluſio ſecundum Alex.in l.inter ſti
pulantem.§.1.ff.de verb.obl.conſi.47.conſil.76.
& conſi.77.in fi.vol.6.cum ſimilibus per eūdē
Hercul.nu.147. meritò propter præſumptionē
contrariam requirebantur ex aduerſo probatio
nes fortiores , & efficaciores dictis teſtibus eo
modo deponentibus,vt per Abb. in c.quia ve-
riſimile,de præſump.2. not. conſil. 11. ſecundo
125 dub.volu.1. † vbi dicit quòd probationes eſſe
debent apertiſſimæ,& teſtes tales,de quibus nō
ſit aliqua dubitatio veriſimilis , quòd debeant
deierare,vt not.glo.& Doc.in l.tranſactione.C.
de tranſact.Soc.conſi.263.col.6.verſi.ſecundò
reſpondeo.vol 2.Iaſ.in l.ſciendum, col.5.ff.de
verbo.oblig.Dec.conſi.105.col.3.Cra.conſi.56.
nu.11.concluditur ergo hanc tertiam exceptio
nē eſſe iuridicam ad defenſionem huius cauſę.
126 † Supereſt vt pauca dicam de quarta,quæ fun-
datur ſuper verbis tranſactionis,quæ tamen di-
lui poſſe uidetur,quia renunciatum fuit hæredi
tati D.Donini,vnde non debent agentes impe
diri petere bona quæ ſibi poſtea delata ſunt ex
iure nouo , videlicet ex dictis decretis, ut per
Ang.conſi.52.D.Gillius,velut incogitatò ſecū
dum Bar.conſi. 58.ex themate.Dec.conſi.433.
nu.5.& clarius conſi.230.col.fi.Rom.conſ.471.
in fi.Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.num.77.
ff.de verb.obliga.ſed ego dictam exceptionem
amplector & foueo: moueor quia tēpore dictæ
tranſactionis Dō.Blanca fuerat effecta domina
bonorum Donini uigore teſtamenti ſui & habi
litationis Papæ, & ut ius fideicōmiſſi remiſſum
fuit per aduerſarios , quod ſperabant ex teſta-
mēto dicti Donini, caſu quo illa ſine filiis dece
deret,ſicut ex teſtamento D.Ioan.Andreæ , ſi
quod adeſſet,& ulterius ipſi renuntiarunt om-
nibus actionibus legum,ſtatutorum , prouiſio-
num,& ordinationum quoruncunque factorū,
& faciendorum,quibus contra prædicta, uel eo
rum aliquod facere,uel uenire poſſent tūc , uel
in futurum,quomodocunque qualitercunque,
127 & quacunque de cauſa . † Quæ uerba ſalua ra-
tione recti ſermonis,intelligi non poſſunt niſi
hæc decreta comprehendant, quæ poſtea facta
ſunt contra forenſes,quibus aduerſarii uenire
poterant contra præmiſſa, hoc eſt contra dicta
bona & ea auocare ab hæredibus inſtitutis per
D.Blancam,meritò ea complecti debent,& il-
lis renunciaſſe dicuntur per ea quæ tradit Iaſ.
in l.ſi de certa.col.2. C. de tranſact.poſt citatos
128 per eum . † Et cum dicta uerba reſpectū habeāt
ad cauſam,& ius de futuro,utique renunciatio
valet iuri poſtmodum quæſito,ut tradunt Bart.
Alex.Iaſ.& alii, in l.1.C.de pac. Pariſ.conſilio
69.nume.87.uolu.3.qui propriè loquitur in ſi-
milibus uerbis, ultra quòd dicta renunciatio fa
cta fuit præſente procuratore D.Blancæ & no-
tario pro ea ſtipulantibus, accedente iuramen-
to aduerſariorum, & in iudicio, uidelicet præ-
ſente Gubernatore Parmæ ſedente pro tribu-
nali prædictis omnibus conſentiente & ea ap-
probante & confirmante , quos ſingulos caſus
tradunt Doctores in dicta l.1.C.de pact.pro li
mitationibus ad regulam l.ſi ita ſcriptum. §. ſi
ſub conditione. ff.de lega.2. quòd renunciatio
non trahitur ad ius futurum : nam in prædictis
caſibus bene ualet,& illud comprehendit, pro-
ut & illum de iudice uel notario latè ponit Ro-
129 lan.à Val.conſi.19.nume 20.uolu.1. † Nec dici
poteſt quòd de hoc iure futuro tunc non fuerit
cogitatum,cum de legibus,ſtatutis,prouiſioni-
bus,& ordinibus faciēdis ſit expreſſum, quibus
ipſi poſſent in futurum cōtrauenire quomodo-
cunque,qualitercunque,& quacunque de cau-
ſa:potuerunt enim cogitare in genere,licèt nō
in ſpecie de eo quod ignorabant.l.qui iure mi-
litari.ff.de teſt.mil.declarat Bar.in l.fi.C.in qui
bus caſ.in inte.reſt.Alex.in l.1.in prin.ff.de offi.
eius.& Dec.in l.1.nume.13.C.de eden.quare di
ci non poteſt renunciationem non extendi ad
hoc ius uelut ignoratum ſeu non cogitatū,quia
130 de ipſo fuit quoquomodo cogitatum.† Super-
eſſet ultimum dubium, quod aduerſarios tan-
git,ſed illud ut non neceſſarium mitto , nam ſi
comites capaces ſunt omnes,clericus, uel origi
narius

narius Parmæ præualent aduerſarijs, licèt capa cibus. ſi verò Comites excluderentur, ut in capa ces, ſua non intereſſet aduerſarios eſſe capaces ſed fiſci, inter quem & illos lis remaneret. ſed ve rè Comites capaces ſunt, & aduerſariis & fiſco præferri debent, vt ex præmiſſis patet, pro quibus vnum etiam pro coronide non omitto, 9 tres teſtes eorum 17. & duo ſequentes dicunt, de Illuſt. D. Antonia Palauicina Parmenſi nupta Illuſtriſſimo Do. Sigiſmondo ex Marchionibus de Gonzaga Mātuano, & de Magnifica D. Blanca Baiarda pariter Parmenſe nupta magnifico æquiti Molcio Mutinenſi, ex quibus ſingulis nati ſunt filii Mantuæ & Mutinæ, qui matribus poſt hæc decreta defunctis ſucceſſerunt in earum bonis ſitis in territorio Parmæ, nec quo
131 ad ipſos ſeruata fuerunt dicta decreta, † ex quibus ſumitur validiſſimum fundamentum, quòd cum hæc decreta contra filios forenſes in ſucceſſione matrum Parmenſium non fuerunt in uſu recepta, non debent iſtos Comites ligare, nec attendi debent aduerſus eos venientes ad ſucceſſionem bonorum maternorum iux. glo. in capitulo primo. de tre. & pace. ubi Felin. poſt alios. Bart. in l. fin. §. ſed cum antiquitas. in fi. C. de cur. fu. conſi. 144. iudex communis. Ancar. conſi. 283. iure ſtricto. Alex. cōſi. 132. vol.
132 1. Dec. conſi. 649. nume. 8. † Statutum namque quod obſeruatum non fuit, non valet & nullū eſt. Alexan. conſi. 6. uol. 1. Pariſ. conſil. 53. nume.
133 98. voln. 3. † nec eſt conſiderabile. Pariſ. conſil. 104. nu. 69. volu. 1. latè ponit Cepha. conſil. 155. nume. 16. vol. 2. & cum iſta fuerit potius interpretatio quædam his decretis data quòd aduerſus filios forenſes in ſucceſſione matris non in-
134 telligitur: † uera enim eſt interpretatio, quæ à practica ſumitur. Bal. in capitulo primo. in principio. de feud. ſine cul. non requiritur in tali obſeruantia interpretatiua ſpatium longi temporis, ideſt quòd longo tempore ita fuerit obſeruatum, ſed ſufficit aliquando ſic obſeruatū fuiſſe. Caſtr. conſil. 347. quia circa donationem. col. fina. volum. 1. Are. conſi. 11. col. fina. verſic. ſi tamen. Socin. conſi. 111. colum. fi. uer. ſed certè. uolum. 1. Corn. conſi. 188. col. fina. volum. 3. Dec. in c. cum M. Ferrarienſis. colum. 2. poſt medium, verſiculo. & ex ſupradictis. de conſti. cōnſi. 156. colum. fina. Cra. conſi. 118. nume. 2. Quare vt tandem finem ſcribēdi faciam, in omnem euentum iſti nobiles & Illuſtr. Comites de Boſchettis obtinere debent, & ad eorum fauorem iudicari debet per ampliſſimum Conſilium Ducale, cui me totum trado, ac plurimùm commendo.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

## Pro Illuſtre, & generoſa matrona D. Iſabella Eſtenſe Ràm. ex Illuſtriſ. Comitibus S Agatæ Regni Neapolis.

### ARGVMENTVM.

De Dotario uxori debito, non obſtante ſtatuto Ferrariæ quòd non præiudicet alienatio, & alio de donat. propter nup. non exigendis.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum Ferrariæ quòd non præiudicet alienatio creditor. quibus caſibus non procedat. 9. 10.*

2 *Statutum Ferrariæ de don. propter nupt. non exigen. quibus caſibus ceſſet. 14. 22. 29. 44.*

3 *Hypotheca generalis anterior, præfertur ſpeciali poſteriori.*

*Etiam re ſecundo poſſeſſori tradita ſtante conſtituto in priori inſtrumento. 4.*

*Licèt conſtituens tunc non poßideret. 5.*

6 *Aequalitati dotis & donationis propter nupt. conſuetudine derogatum eſt.*

7 *Dotarium mulier lucrari debet, licèt maritus non habuerit dotem præſenti pecunia.*

*Maximè quando pater eam promiſit. 8.*

9 *Statutum de donatione loquens, non debet habere locum in donatione propter nuptias.*

10 *Actus purus ſtatim debet expediri.*

11 *Creditori futuro an detur reuocatoria.*

12 *Fraus quando præſumatur in debitore.*

*In dubio uero non præſumitur. 13.*

14 *Statuta domicilij uiri debent attendi in lucris nuptialibus:*

*Niſi promißio facta fuerit ſecundum uſum alterius loci.*

*Vel alibi uir habitaret tempore promisſionis. 22.*

*Vel cōntentio ſit inter mulieres & tertium, non autē cum hæredibus viri. 29.*

*Aut ſtante promiſſione cum iuramento. 44.*

15 *Maritus Plumbini, ſi dotem promiſit reddere more magnatum, non attenditur ſtatutum Plumbini.*

16 *Pactum de lucro dotis, locum habet in donatione propter nupt.*

17 *Pacto facto ſecundum ſtatutum, cautum videtur quod ſtatuto diſponitur.*

18 *Dictio ſecundum, limitat actum.*

19 *Iuri prohibitiuo renunciari non poteſt.*

*Si ob pub. utilitatem inductum ſit, ſecus ſi ob priuatam. 20.*

21 *Formæ introductæ fauore hominis renunciari poteſt.*

22 *Attenditur quod ſit principaliter.*

23 *Contractus factus in domicilio habitationis, regi debet ſecundum ſtatuta illius loci, non autem ſecundum ſtatuta domicilii originis.*

*Etiam ſi poſtea contrahens mutauerit domicilium. 24.*

25 *Locus obligationis deſtinata debet attendi, non autē locus obligationis purificata.*

26 *Domicilium quo loco quis habere dicatur.*

*Reque*

*Reẽ & facto transfertur.27.*
28 *Voluntas ex facto colligitur.*
*Et fortiora ſunt facta verbis ad eam declarandam.*
30 *Fiſcus tantùm poteſt indignitatẽ opponere,nõ alius.*
31 *Dominus opponere tantùm poteſt de canone non ſolu to,non tertius.*
32 *Commune Bono.poteſt auferre tantùm bona banni- to,non autem tertius.*
33 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam.*
34 *Statutum quod quis cenſeatur ex Patritijs,ceſſat in eius filijs.*
35 *Statuta tantùm diſponunt,quantum loquuntur.*
*Et ſeruanda ſunt,ut iacent.*
*Et quod non determinant,nec nos debemus termi- nare.*
36 *Tertius cauſam habens ab alio poteſt opponere de il lius iure.*
37 *Perſona defuncti & haredum quando tendant ad di uerſa.*
38 *Hares reputatur perſona defuncti poſt aditam hare ditatem.*
*Et fictè tantùm.39.*
40 *Hares ſaiſitus per conſtitutum non transfert poſſeſ- ſionem.*
*Tiraquell.contra 41.*
*Quem damnat auctor.42.*
43 *Poſſeſſio qua continuatur in haredem uigore ſtatu- ti,qualis.*
44 *Statuta laicorum diſp onere non poſſunt ſuper iura- mento.*
45 *Iuramenti generalis & ſpecialis differentia.*
*Quam confutat auctor.47.*
46 *Teſtamentum ſi quis iurauerit non renocare,debet in ſecundo teſtamento iuramenti mentionẽ facere*
48 *Iuramentum transfundit actum in aliam ſpeciem.*
49 *Dictio ſingula, denotat ſeparationem, & omnimo- dam distinctionem.*
50 *Hypothecam ſpecialem habens non poteſt ad alia bo na prius generali experiri.*
51 *Promittens quicquid iuris habet in tali re, demum rem obligat: ſi probetur in ea ius habuiſſe.*

## CONSLIVM XVI.

*Auxilium meum à Domino*

ILLVSTRIS D. Franciſcus Eſten-
ſis recepit ab Illuſtre Do.Iſabella
Ram,ex Illuſtribus Comitibus S.
Agatæ Regni Neapolitani duca-
tos 2467.ad conputum dotis ſibi
conueniæ in totum ducatorum 11500,eidemq́,
Dominæ fecit dotarium ſcutorum 3833. & in
omnem caſum reſtitutionis dotis & lucri do-
tarii obligauit ei omnia & ſingula bona ſua præ
ſentia & futura,poſtea contraxit debitum ſcu-
torũ 300.cum D.Ludouico Malauolta,cui do-
mum quandam ſuam ſpecialiter obligauit? vn
de quæritur quis in ea præferri debeat: & prima
conſideratione dicẽdum videtur Malauoltam
1 præferri reſpectu dotarii, † quoniam donatio
prius alicui facta non præiudicat creditoribus
cum quibus poſtea contractum ſit, niſi lecta fue
rit,& publicata in maiori & generali conſilio ci
uitatis Ferrariæ vt habetur in ſtatuto, quòd nõ
præiudicet alienatio creditori: at hoc non fuit
factum reſpectu dotarii,meritò nullũ eſt,& eius
reſpectu Malauolta præferri debet: nam reſpe-
ctu dotis tot bona ſuperſunt vltra dictam do-
mum,quòd huic Illuſtri Dominæ ſatisfieri po-
2 teſt. † Secundo confirmatur ex alio ſtatuto de
dona. propter nuptias non exigendis,quo caue
tur, vt viro præmortuo vxor petere non poſſit
donationem propter nuptias, niſi vir in teſta-
mẽto expreſsè de ipſa donatione propter nup.
fecerit mentionem: at de teſtamento Illuſt. D.
Franciſci non apparet, in quo fecerit mentio-
nem de dicto dotario,ergo uana eſt intentio di
ctæ Dominæ ſuper eo.& ideo quantum ſit eius
reſpectu non debet impediri Malauolta credi-
3 tum ſuum conſequi ſuper hac domo. † Quibus
tamen non obſtantibus pro dicta Illuſt. Domi-
na procliuior fui,ſicque per duas ſententias cõ
formes fuit iudicatum,ſtante ſua hypotheca an
teriori, licèt generali, quæ ſpeciali poſteriori
Malauoltæ præfertur.l.2.ff.qui pot. in pig. ha.
l.ſi generaliter.& ibi Bal.& Sal. C.eo.Neguſ. in
tract.de pigno.2.memb.5.par.nu.14.Iaſ.conſi.
6.col.8.verſi.3.adeſt.Ceph.conſi.147.num.14.
4 † tantoque magis ſtante conſtituto mariti, vi-
gore cuius illa præferri debet Malauoltæ, dato
quòd illi naturalis poſſeſſio dictæ domus fuiſſet
tradita, vt voluerũt Guid.Suzar. Alberi. Aret.
& Iaſ.in l. quotiens.C.de rei ven. Oldr. conſil.
114.Bal.in rub. C.de contrah. empt. q.16.cum
ſimil.per Tiraquel.de conſti. prima par. nume.
21.Porti.Imol.in ſuis regulis,lib.2.Reg.40.8.li
5 mit. † Et quòd Malauolta cauſam habet poſte-
riorem à dicto viro conſtituente, licèt tempore
conſtituti prioris facti dictæ Dominæ non poſ-
ſideret, vt tradit Gra.reſponſo 42.col.2. verſic.
quartò reſpondeo.lib.2.Tiraq.de conſti.limi.1.
nu.10.in fi.& hæc intentio Illuſt. Dominæ pro-
cedit nedum reſpectu dotis datæ,ſed etiam do-
6 tarii,licèt ea maioris: † nam æqualitati dotis &
donationis propter nuptias hodie per conſue-
tudinem eſt abrogatum,ſecundum Glo. Bald.
Ange.& Sal. in auth. æqualitas.C.de pac.con-
uent.vnde dicit Ang.quòd in partibus,in qui-
bus viget iſta conſuetudo donationum, pacta
de lucrando dotem & donationem nihilomi-
nus valent Et quia verò dotarium dotem non
excedit,nam præter ducatos 2467.actualiter da
tos viro, conſignati fuerunt redditus annui ſu
per diuerſis locis vſque ad ſummam ducatorũ
7 11500. † Et licèt illud capitale dotis non fuerit
actualiter ſolutum,ſed eius collata ſolutio in ar
bitrium huius Illuſt. Dominæ vel patris ſui, ta-
men ea dotarium lucrari debet, quia ſibi nõ de
bet imputari,ſi maritus ei gratiam dilationis fa
cere voluit,vt tradit Neapodanus Sebaſtianus
in c.regni,quod incipit, mulier dotariũ.ſicque
teſtatur fuiſſe notatum in fauorem magnificæ
8 D.Lucretię Caracciolę. Dec.Neap.333.& Grã
ma.alios citans,deciſ.97.col.2. † potiſſimè verò
Boerium. dec.22. qui col.3. caſum noſtrum at-
tingit

tingit.nu.16.quando mulier dotem non promi ſit ſed eius pater: tunc enim quia ea non fuit in in mora ſoluendi, donationem lucratur: citatque Grammaticus Afflictum in c. Regni, quod incipit, mulier quæ dotarium: idemque tradit Gramma.in additionibus factis per diuerſos ſuper dicto cap. Regni, mulier dotarium. ubi colum.6.ponit additionem Petri Arcamoni. nu. 14.qui ſequitur illam deciſionem Afflicti 333.

9 † Nec ab iſta concluſione me retrahunt ſtatuta noſtra Ferrariæ ſuperius in oppoſitū citata: & in primis illud, ꝙ nō præiudicat alienationi: loquitur enim in eo qui fecerit venditionē uel donationem, & ſic loquitur de donatione ſimplici & irreuocabili, vt eſt pura & inter viuos. Inſti.de don.§.1.ſicut & venditio.l.ſicut. C. de actio.& oblig. ergo non debet habere locum in donatione propter nup. reuocabili, vxore præmortua & uiro reddenda, iux.glo. in authentica, dos data.C. de dona.ante nupt.& in §. aūt eſt aliud.Inſt.de dona. prima enim certè præiudicat creditoribus, ſecūda non, ſed habet ſe ad

10 eſſe & non eſſe. † Secundò uult illud ſtatutum donationem non præiudicare creditoribus, niſi donans uel is in quem facta fuerit eam fecerit legi & publicari in maiori & generali conſilio ciuitatis Ferrariæ, quod debet intelligi ſtatim. §.omnis.Inſt. de uerb.obli.cum purè loquatur: ſed hoc erat impoſſibile ex parte dictæ Dominę & mariti, qui erant Neapoli tempore dicti dotarii, ergo de ipſis ſtatutum nō loquitur, quia dēt interpretari de caſu poſſibili, alias non ligat.§.e

11 rit autem lex.iunc.glo.4.diſtin. † Tertiò tunc Illuſt.D.Franciſcus non contraxerat cum Malauolta, nec dudum poſt contraxit per annos 20. vnde reſpectu temporis dotarii dicitur futurus creditor Malauolta.at an futuro creditori detur reuocatoria, diſtinguitur quòd aut eius pecunia prior creditor dimiſſus eſt, & datur. l.ait prętor.§. ita demum.ff.de his quæ in frau.cre. aut non, & tūc ſiquidem tempore alienationis nullo modo cogitauerat alienans de futuris creditoribus, eis non competit reuocatoria: quia dici non poteſt in eorum fraudem alienatum.l.1. C.de iure fiſ.lib.10. ſed ſi iam de futuris creditoribus cogitauerat, eis competit reuocatoria,

12 l.ſed ſi maritus.in fin. ff. qui & à quib. † Et iſta fraus præſumitur eo ipſo quòd alienans ſcit ſe creditorem habere, vel habiturum fore & bona eius non ſufficere.l.ſi quis. ff. quæ in frau. cred. ita Bar.in d.§.ita demum.& in d.l.1.Doct. in auth.ſed iam neceſſe.C.de donat. ante nup.

13 Ang.Are.in §.fuerat.nu.18.Inſt.de act. † Et in dubio non præſumitur animus fraudandi creditores, ut poſt Barto.dicit Cuma.in d.§.ita demū.at tēpore dotarii Illuſt. D.Franc.ſciebat ſe nō habere creditorē Malauoltā, nec habiturū, nec bona eius non ſufficere, quippe qui habuerat dotem opulentam ducatorum 11500.& ſcutos 500.annuos ab Excellentiſſimo Duce Ferrariæ & ſic de Malauolta futuro creditore ſuo nō cogitauit.ergo nō competit ei reuocatoria, nec ſibi ſtatutum memoratum prodeſſe debet, quia debet intelligi de creditore cogitato, cum quo

14 poſtea donans contraxerit. † Ad aliud uerò ſtatutum de dona.propter nup.non exigendis per vxorem præmortuo uiro, niſi maritus de ipſa fecerit in teſtamento mentionem, iuncta l. exigere dotem.ff.de iudi.quòd in his lucris nuptialibus attenditur domicilium viri & illius ſtatuta, conſiderandum eſt in primis quòd cum Illuſt. D.Franciſcus promiſerit dare dictum dotariū ſecundum uſum procerum, magnatum, Comitum & Baronum Regni Siciliæ, ſtatutum hoc ceſſare debet, & uſus ille præualere, ſecundum quem præmortuo viro lucratur uxor donationem, ut poſt Butri.tradit Fel.in c.1.limita.7.de ſponſ. Cur.& Cagno.in d.l. exigere.limit.7.Rolan.à Val.in trac.de lucr.dot.q.19.colum.fi.Roderic.Suarez.in l.1 in titulo, de las ganancias. impreſſa poſt ſuas allegationes.nume.42. ſecun

15 da limit.Caſſane.conſi.7.num.4.& 5. † Quibus accedit Dec.conſilio 402.ubi maritus dominus Plumbini promiſerat reſtituere dotem modo prædicto.vultque Dec.ꝙ eo præmortuo dos illa reſtituenda ſit more magnatum, non autem iuxt.ſtatutum Plumbini.ſic ergo de dotario dicamus, cum ſtatutum de unō procedat in alio.

16 Bello.conſi.17.nu.3. † Et quia ſi fiat pactum ſuper lucro dotis, & nihil dicatur de donatione propter nuptias, idem pactum repetitum cenſetur in donatione pro pter nup.l.fi. verſi. ſinautē donatio C.de don.ant.nup.not.Butr.Abb.Car

17 di.Alex.& alii, in c.fi.§.fi.de don.inter uir.† Et ad hoc etiam bene facit Fulg.cōſi.203. dicens ꝙ facto pacto in inſtrumento de reſtituenda dote ſecundum formam ſtatutorum Piſauri, perinde eſſe ac ſi cautū eſſet illud, quod in ipſa lege municipali diſponitur.l.ait prætor.§.1.ff.de re iud. vnde pariter in caſu noſtro, ubi dictū eſt ſecundum uſum procerum, magnatū &c.uſus ille, &

18 cōſuetudo ſeruari debet. † quia illa dictio ſecūdum, uidetur limitare talem promiſſionē ad cōſuetudinem, quæ uiget in dicto Regno, ut dicit Dec.in d.conſ.402.ſub num.2.argumēto auth. presbiteros. C.de epiſ.& cler.ibi [ſecundum leges cum ſimilibus] ut ibi per eūm. Nec huic reſponſioni repugnat quod ſtatutum prohibitiuè loquatur, dicens quòd uxor petere non poſſit.

19 † Vnde iuri prohibitiuo renunciari nō poteſt. glo.in l.1.C.ne fide.dot.ſaltem niſi per pactum expreſſum fiat renunciatio, ut poſt Io.And. tradit Lanfr.in cle.ſæpe.de uer.ſig.in uer.libellus. nume.15.quæ renunciatio hic non interuenit,

20 † quoniam procedit illud in iure prohibitiuo introducto ob publicam utilitatem, ſecus ſi ob vtilitatem ſpecialis perſonæ, & ſic fauore priuato.l quamuis.iunc.l.4.§.1. ff. de in ius uoc.Ita clarè Ang.in l.nulla ad fi.ff.de legib. at quòd uxor non poſſit petere dotarium ab hæredibus viri reſpicit eorum fauorem priuatum, ergo bene

21 potuit renunciari, † ſicut & formæ introductæ à lege in fauorem hominis poteſt per eum renūciari.l.filio præterito.ff.de iniuſ.teſta Rui.conſ. 46.in fi.volu.5.Nec utilitas publica ſecundariò quòd hæredes uiri non depauperentur, debet con-

cõſiderari, quominus poſſit renũciari priuatæ,
licèt eſſent inſeparabiles, vt poſt Io.de Ana. tra
dit Fel.in cap. ſi diligenti.nu. 20.de ſor.compe.
22 † quia attẽditur quod principaliter fit. l.ſi quis
nec cauſam.ff.ſi cer.pe.& quia omnes leges ſunt
ad vtilitatem publicam.c.erit autem lex.4.diſt.
vnde nulli legi renunciari poſſet, quod eſt fal-
ſum.l. pen.C.de pac.cum ſimili. Secundò prin-
cipaliter rñdetur eidem ſtatuto, ꝙ cum tempore
contracti matrimonij & ante Illuſt. Do. Franci-
ſcus haberet domicilium habitationis Romę, vt
teſtes huius Dominæ dicunt, & non ex neceſſi-
tate, vt aſſerunt teſtes Malauoltæ propter exi-
lium, quia ex illo iam ſe liberauerat per compo
ſitionem factam cum Illuſtriſſimo & Excellen-
tiſſimo Duce Hercule I I. vt in inſtrumento Sar
23 rachi præuio inſtrumeno dotis, † vtique contra
ctus ab eo factus Neapoli cenſetur factus, & re-
gi debet ſecũdum domicilium habitationis Ro-
mæ tunc, nõ autem ſecundum domicilium ori
ginis Ferrariæ. Ita voluit Bal.in l. ſi arrogator.
ff.de adop. Sal.in l. 1.C.de ſum.tri.Bald. conſil.
31.vol.1.Alex.conſi.101.colum.2. vol.3. Crot.
in l.omnes populi.col.pen.ff.de iuſt.& iur.Cac-
cia.& Purpu.in d.l. 1. Cur.iu.in d. l.exigere.nu.
18.& Cagnol.9.limitatione, cum aliis, quos ci-
tat Rol.in d.tracta.de lucro dot. q.21. nume.25.
& amplè Iaſ.in l.ſi arrogator.num.44. cum ſeq.
ff.de adop.qui uolunt omnes in lucro dotis uxo
re præmortua non attendi domicilium originis
mariti, ſed habitationis, in quo manebat tempo
re contracti matrimonii, & ad quod vxor erat
itura. Sic ergo dicamus in dotario præmortuo
viro domicilium habitationis Romæ in quo vi-
gebat Illuſtr. Do. Franciſcus tempore contracti
matrimonii debere ſpectari, vbi inter perſonas
Illuſt.& nobiles, vxores viris præmortuis lucrã
tur dotarium, ut annis elapſis fuit iudicatũ pro
Illuſtriſſima Domina Baptiſta Varrana de Far-
neſio per Reuerendum Martellum, & Excellẽ-
tiſſimum Paſettum contra Illuſtr. Do. Herculẽ
Varranum eius filium cauſa contractus & pro-
miſſionis dotarii factæ Romæ per eius patrem.
24 † Et hæc etiam procedere debent, licèt Illuſtr.
Dominus Franciſcus mutauerit illud domici-
lium Romæ, & ſe tranſtulerit ad domicilium o
riginis ſui Ferrarię, in quo ſolutum eſt matrimo
nium per eius mortem, prout in lucro dotis tra
dunt Doctores uolentes quòd ſi poſt contractũ
dotis celebratæ in vno domicilio viri, quod tũc
habebat, ipſe poſtea mutauerit domicilium in
alio loco, ubi ſolutum fuerit matrimonium per
mortem uxoris, lucrum dotis attendi debeat ſe-
cundum primum domicilium loci contractus,
non autem iuxta ſecundum poſtea mutatum.
ita Bar.Cald.Abb.& Fel.in c.1.de ſponſa.verſi.
tertia concluſio. Maria.in c.dilecti.col. ſi.de ſor.
cõpe.Alex.conſi.101.volu.3.colum.penul.Cac
cialup.in d.l.1.C.de ſum.tri. verſicu. tertius ca-
ſus.& ibidem Iaſ.lect. 1.col.7. verſic.ſecundum
dubium, & lect.ſecunda.col.14.verſi. iſtam com
munem. Crot.in d.l.omnes populi. num. 170.
Marſi.in l.ſi.num.61.ff.de iuriſd.omn.iud. Cur.
iu.in d.l.exigere. nu.19.& Cagn.colum.8. verſi.
tertio ampliatur.ubi dicit hanc eſſe communẽ
Purp.in d.l.1.nu.124.Rui.conſil. 58. vol.3.quos
omnes allegat Rol.in d.trac.q.21.nume. 3. reie-
cto Saly.in d.l.1.colum.3.& Dec.conſi.283.col.
25 pen.qui contra ſenſerunt, † quia attenditur lo-
cus obligationis ex contractu deſtinatæ, non
autem locus obligationis purificatæ, & ſic atten
ditur primum domicilium uiri: nam dato quòd
tempore exiſtentis conditionis oriatur obliga-
tio, uinculum tamen trahitur ad locum contra-
ctus deſtinati: & quia obligatio cenſetur contra-
cta ſecundum conſuetudinem domicilii, quod
maritus habebat tempore quo dos data fuit, &
quæ obligatio non poteſt variari in præiudiciũ
mulieris: ſic igitur & in dotario dicamus ad un-
guem, quòd præmortuo uiro debeat attẽdi do
micilium ſuum tempore promiſſionis, non autẽ
ſecundum quòd poſtea mutauit, & ubi ſolutum
26 fuit matrimonium per eius mortem. † Et ſi dica
tur non conſtare quòd Illuſt. D. Franciſcus tẽ-
pore dotarii haberet domicilium Romæ, cum
nec ibi cum maiori parte fortunarum ſe tranſtu
liſſet, nec aſſiduè ibi per 10. annos conuerſatus
fuiſſet, quibus modis domicilium contrahitur,
ut de primo tradit Bart. in l. aſſumptio, §. filius.
ff.ad munici. Hoſti.& Io. Andr.in capitulo ſi.de
paroch.de ſecundo tex. Cyn.& Bartol.in l.2.C.
ubi Sen. uel clariſſi. cum ſimil.per Rui.conſi.59.
nume.7.uolumi.3. vnde ſicut quando maritus
neutrum ex prædictis fecit in lucro dotis nõ at-
tenditur ſtatutũ loci ubi maritus contraxit, ſed
loci originis ſui, ut ibi per Ruin. pariter in lucro
dotarii idem dici debet. Reſpondetur ex inſtru-
mento compoſitionis rogato per Sarrachum, in
quo patet quòd Illuſtris Dominus Franciſcus
longo tempore ſteterat in Romana curia litigãs
cum Illuſtriſſi. Duce, & ut intellexi per annos 10.
& ultra cõtinuos ibi permãſerat, ſicque domici
27 liũ ſatis eo tẽpore contractũ dicebat. † Sed ulte
rius ſi domiciliũ re & facto trãsfert. l.domiciliũ.
ff.ad mun. ſine curſu decennii quo quis alibi ſte
te rit, & Illuſt. D. Frãciſcus exul Ferraria fuerit,
omnibus ſuis bonis & gratia potiſſimùm Princi
pis priuatus, & cum eo litigans in vrbe Roma.
quid melius hoc facto & animo ſuo deprehendi
poteſt conſtitui translatique eo loco domici-
28 lii? certè nihil: † Quoniã uoluntas ex facto col
ligitur. l.reprehendenda. & ibi not. Iaſ. poſt a-
lios. C.de inſt.& ſubſti.Ceph.conſil.253. nume.
23. Immo uerò fortiora facta ſunt ad declaran-
dum uoluntatem, quàm uerba, quæ ſæpe profe
runtur contra proferentis intentionem. c. dile-
cti.de appel.tradit Abb.conſi.116. Illud de iure
quæritur.nume.3.uol.1.& Crot.conſil. 64. col.
2.per tex.in l.ſi tamen. §.ei qui ff.de ædil. edi.in
illis uerbis (multo enim plus eſt id facere quàm
29 pronunciare eum in uinculis fuiſſe. † Tertiò re
ſpondetur quòd ſtatutum prædictum diſponit
uxorem nõ poſſe donationem propter nuptias
petere ab hæredibus uiri, & ſic contemplatione
& fauore ipſorum factum fuit, quando uerteret-
ur controuerſia inter ipſam mulierem & hære
des

des uiti,meritò non poteſt adduci per tertium,
qui ſe prætendat creditorem mariti: quia de il-
lo non loquitur ſtatutum , nec eius fauore fa-
ctum fuit. Vnde oppoſitio dicti ſtatuti pertinet
30 duntaxat ad hæredes niri, † iuxta not.per glo.
quam ſequitur Rain. Bald. Floria.& alii, in l.his
conſequenter. §.t. ff.fam.hercif. pulchrè Bald.
conſi.46.volu.3.in anti.vbi volunt quòd exce-
ptio indignitatis, per quam quis priuari poteſt
hæreditate, pertineat ad fiſcum tantùm, nec a-
31 lius eam poſſit opponere, † ſicut etiã dicit Bar.
in l.2.in princ.C.de iure emph. qnòd ſi emphi-
tcota velit vendicare fundum à tertio poſſeſſo-
re, non põt ille tertius opponere de canone nõ
ſoluto, ſicque eum cecidiſſe à inre ſuo, quia hoc
32 pertinct ad ſolum dominum. † Et facit inſuper
quod tradit Anch.conſi.275.ad fin.de commu-
ne Bononiæ, quod licet auferte poſſit. bona bã-
nito, nullus tamen alius ad vtiliratem ſuam po-
teſt opponere de iure dicti communis, ſi ipſum
commune eo iure non vtitur. Sic enim dici de-
bet in caſu noſtro, quòd Malauolta niti non po
teſt dicto ſtatuto, quod reſpicit hæredes Illuſt.
D.Franciſci, & eis prouidet in eorumque gra-
tiam manauit, ſi illi ſuo iure vti nolunt , prout
fecerunt conſignando hanc domum huic Illuſt.
33 Dominæ pro credito ſuo. † Et certè cnm dictũ
ſtatutum de hæredibus uiti tantùm loquatur,
non eſt cur ad eius creditores extendi debeat,
quia non fit extenſio de perſona ad perſonam
etiam ex veriſimili mente diſponentis, & identi
tate rationis, vt tradit Are.in l.Gallus.§.& quid
ſi tantum.col.5.ff.de lib.& poſth.Iaſ.conſi. 228.
col.2.vol.2.Dec.conſi.394 Innoc.in c.cum dile
ctus.col.1.de cap.monac.Goz. conſi.26. nu.34.
Rul.conſi.167.nu.10.vol.3.Rol.à Val.conſ.94.
nume.20.vol.2.latè Ceph.conſi.210.nume.49.
34 † Alcia.reſponſo 86.nume. 3. dans exemplum
poſt Albe.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.
de uerb.oblig. lata lege quòd Titius cenſeatur
eſſe ex Patritiis, ad eius filios extenſionem nõ
35 fieri. † Et ſtatuta tantum diſponunt, quantum
loquuntur. Bald.in l. teſtamentum non ideo.in
fi. C.de teſtam.& in l.ſi furioſi. per illum tex.in
verbo, non loquitur. C.de nupt. Petrus Rebuf.
in tract.nominationum.q.14.nu.172.vnde ſub-
dit idem Bal.in l.cũ ancillis.col.fi. C.de inceſt.
nup.poſt gl.ꝙ ſtatuta ſeruanda ſunt, ut iacẽt:&
illud quod ſtatutũ nõ determinat, nec nos de-
36 terminare debemus. † Et ſi dicatur Malauoltã
habere cauſam ab Illuſt. D.Franc. & ſubinde
ab hæredibus ſuis, qui eum repræſentant.§.1.in
Auth.de tri. & ſemi. meritò debet opponere
poſſe de iure ipſornm, quia tertius habens cau-
ſam ab alio poteſt opponere de iute illius , vt
per Aret.in l.cum ſeruum. verſic. ſecundus ca-
37 ſus.C.de ſer.fugi. † reſpondeo ſi uolumus cõ-
ſiderare perſonam defuncti Illuſt. D. Franciſci
ea Malauoltæ repngnat, quia donauit uxori, &
factum ſuum deſeruit vxori, quo magis dotariũ
conſequatur in hac domo, quàm quòd repella
tur. Si uerò perſonam hæredum ſpectemus, ſer
uiunt Malauoltæ, quia uxore non ualente pete
re dotarium ab eis, res remanent apud eos de
quibus creditor ſibi ſatisfacere poteſt. Cum er-
go perſona defuncti & hærednm contrarientnr
in hoc ſnbiecto, neſcio uidere quomodo ueli-
mns inſerre quòd ex quo Malauolta cauſam ha
ber à defuncto, dicatur ab eius hæredibus eam
38 habere. † Secundò dico quòd tunc demum hæ
res reputatur perſona defuncti, quando adiuit
hæreditatem.l.3.§.ſi quis ita.& ibi not. Imol.ff.
de hær.inſt. Dec.in l.hæredem. in fin.ff.de reg.
iu. Sed non appatet filios Illuſ. D.Franciſci adi
uiſſe eius hæreditatẽ: immo ſcio quòd eam non
39 adiuerunt: ergo corruit argumentum. † Tertiò
qnòd hæres repreſentet perſonam defuncti, eſt
per fictionem.§.1.in Authent. de tri.& ſemiſ.in
uer.quodammodo. Dec.in d.l.hęredem.in prin
ci. at ſi Malauolta canſam habens à defuncto di
ceretur habere cauſam ab eius hæredibus, iſta
eſſet alia fictio, quam paretent hæredes, quòd
ex quo fictè repræſentant perſonam defuncti,
Malauolta fingeretur ab eis cauſam habere: ſed
hoc non toleratur cum una fictio aliam fictio-
nem non admittat. Cyn.in l.ſi nondum. C.de
40 furt.& poſt eum Bald. † & pulchrè in Rub.de
cauſa poſſ.& pro. colum. 3. verſic. ſed pone, di-
cens qnòd hæres qui vigore ſtatuti continuan-
tis poſſeſſionem fictè poſſidet, ſi conſtituat ſe ꝑ
alio poſſidere non poteſt eo modo ficto in eum
poſſeſſionem transferte, quia duæ fictiones nõ
concurrunt. ſequitur Nat.conſil.398.nume.32.
Barb.conſi.8.col.17.ſub nu.37.uolum.2.Catel.
Cott. libro memorialium ſuorum, in uer.decre-
to Mediolanenſi.col.fin.uerſic. Item nunquid.
Caſſane.in conſue.Burg.titu. Des ſnccesſiones.
§.1.gl.2.in uerbo, ſaiſit.& prior omnibns Guil.
de Cun. in l.ab emptione, ff.de pact.& in l.licet.
41 C.de acquir.poſſ. † Et licèt Tiraquel.in tracta.
ſuo, le mort ſaiſ.le uiſ. 2.decla.5.par. hoc depen
dere dixerit ex eo, nunquid talis poſſeſſio, quæ
in hæredem continnatur, ſit ficta, uel uera: nam
ſi ficta ſit, procedit opi.prædictorum, ſi nerò ſit
uera, corruit. Quòd autem ſit uera plnres cu-
mulat idem Tiraquell.in illa 5.par. dicti tracta.
decla.prima.num.4.uſque ad octauum. & ideo
in tract.de conſtituto 3.par.limit.4.in hanc par
42 tem inclinat cõtra prædictos. † Attamen eorũ
ſentẽtiam potius probo, quàm ſolius Tiraquel-
li, motus diſtinctione quadam Claudii de Sei
ſel. Aquenſ.in l.1.in prin.colum.5. verſic. bene
fatendum eſt.ff.de acq.poſſeſſ. qnam recitat ip-
ſe Tiraquel.in d.prima decla. nu. 8.in ea enim
eſt ſententia, ut reſpectu poſſeſſionis natnralis
hæc poſſeſſio ſic translata per ſtatutum, uel con
ſuetudinem ſine aliquo actu naturali ſiue cor-
porali, nõ ſit ucra, ſed reſpectu ciuilis ſit uera,
cum ſit introducta de inre ciuili ſiue ſtatutario,
43 quod eſt ſpecies iuris ciuilis. † & licèt Claudius
huius opi. ſuæ nullum auctorem citauerit, meo
tamẽ iudicio poterat allegare Baldum in Rub.
de cauſa poſſ.& pro.col.3.nume.13.uerſi. quæ-
ro ſtatuto. ubi quærens quæ nam ſit iſta poſſeſſio
dicit quòd eſt datiua, creata à lege, abſque præ-
ſentia corporali: eamque uocat artificialem poſ
ſeſſionem,

ſeſſionem,non naturalem,quia non conſiſtit in ſenſu corporeo,nec in organis corporeis. vnde ſubdit, ſi loquimur de poſſeſſione legali,illa poteſt continuari,ſi de corporali, eſt impoſſibile, niſi per fictionem.ſic Bal.eleganter ibi,quem ſequitur Tiraquel.in d.tracta.le mort. in 7.decla. præfationis.Quare redeundo ad rem noſtram, cum talis poſſeſſio naturalis,& ſic realis non dicatur,& per conſequens hoc reſpectu ficta ſit non autem uera,non poteſt per conſtitutum in alium transferri propter impedimentum duarũ fictionum,quas Doctores ſupra relati conſiderarunt. † Quartam quoque reſponſionem non omittendam cẽſeo,quæ dicto ſtatuto,prioriq́ue ſimul accommodari poteſt, quòd hoc dotariũ roboratum reperitur iuramento Illuſt. D. Frãciſci,meritò ſtatutum hoc ſimpliciter illud prohibens , locum non habet in caſu iurato , quia ſtatuta laicorum non poſſunt diſponere ſuper iuramento,ueluti ſuper re ſpirituali,ut clarè ſirmat Rayner.& Bartol. in l. omnes populi.in 4. q.prin.ff.de iuſt.& iu.Hoſt.in c. quemadmodũ. de iureiu.latè Alex.conſi. 27.col.fi.uol.1.Rom. conſi.343.cõſi.404.conſi. 439.Deciſ. Neap.5.& 111.latè Fel.in c.conſtitutus.de reſcrip. Iaſ.con ſi.173.nume.7.uolum.4.Soc.in conſi.130.num. 17.uolum.3.& eſt Glo.not.in c.cum nõ deceat. de elect.lib.6.qua mouentur omnes. & aliam citat Ceph.conſi.47.nu.24.in authen.ſacramenta puberum.glo.fina.C.ſi aduerſus.uend.& rurſus aliam conſi.170.nume.34.uidelicet in c.con ſtitutus de reſcrip.& infinitos Doctores præter ſupra relatos,ad quem in gratiam breuitatis me remitto,non omittens aliam in clem. dudum. §.ſi.de ſepult.in uer.pacta.quam ſingularem dicit Cremen.ſingul.39.& eam citat Petr.Rebuſ. in forma mandati apoſtolici. uerſi. iuramento. de quo meminit Didac.in 2.par. Rub. de teſta.

45 ſub nume.19.uerſicu.ſecundò inſertur. † Et ſi quis diceret diligentius conſiderandum eſſe ſuper hac 4.reſponſione,quoniã Didacus loco citato ſubdit hanc concluſionẽ de iuramẽto procedere in iuramẽto ſpeciali,nõ aũt in generali, ſecundum Domini.de S.Gemi.conſi.83.verſic. tertio modo. quem ſequitur M. in addi. Alexan.conſil. 27.ad fin.volumi.1.dat exemplum quando quis promiſit ſoluere tot libras ad æſtimationem talis. & hoc iurauit ſoluere,ſeu ſeruare:tunc niſi fiat mentio iuramenti ſpecialis, nõ præiudicat:ratio eſt quia iuramentum habet ſuã ſubſiſtentiam de per ſe a ſimplici diſpoſitione, & non refertur ad contenta ſeparata, & ſic ſunt duo uincula: remotio enim unius uinculi non inducit remotionem alterius.Sed quando iuramentum ſimpliciter præſtatur ſuper diſpoſitione,non ſpecificando particularitatem in ea contentam,tunc remota diſpoſitione intelligitur remotum iuramentum,licèt de eo nõ fuerit facta mentio: quia remoto principali, intelligitur remotum iuramentum ſuper illo fundatum: & in iſto caſu iuramentum non approbat diſpoſitionem,ſed tendit ad illam fortificandam . remoto ergo fortificato intelligitur remotum tendens ad eius fortificationem . & idem tenet Paul. &

46 Dominicus in d.ca.cum non deceat. † Ex quo Didac.loco citato pariter infert, quòd ſi teſtator iurauit non reuocare teſtamentum nec ei iuramentum adiecit,quod habet clauſulam derogatoriam ſpecialem ſequentis , ſecundum Bart. in l.ſi quis in prin. colum.fina ff. de leg.3. Alex. & Iaſ.in l.ſancimus. C.de teſta.& in l. ſi mihi & tibi.§.in legatis. ff.de lega.1.Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante. Inſti.de actio. vtique ſic erit neceſſaria mentio iuramenti in ſecundo teſtamento ꝙ non ſufficiat facere mentionem primi teſtamenti. Et clauſulę derogatorię per illa verba,caſſum & irritum,decernens quodcunque aliud teſtamentum quibuſcunque verbis derogatorijs à me conditum,ſed de iuramẽto fieri debebit expreſſa mentio ſecundum Caſtr.conſil. 284.col. 2.volum.1.& Fulg.conſi.39.quos citat Didac. quia iuramentum fuit ſpeciale,quod ſecus eſſet illo generaliter adiecto,prout in caſu noſtro cõtingit in fine inſtrumenti dotalis & dotarii.meritò ſtatutum de quo ſupra debet habere locum

47 in dicto inſtrumento licèt iurato. † Dico nihilo minus reſponſionem meam de iure procedere nõ obſtante diſtinctione prædicta: moueor per ea quæ tradit Alex.conſi.38. volum.3. repetito conſi.138.volum.6.in vltimo dubio. vbi vult ꝙ ſtatutum Mutinæ loquens de inefficacia obligationis acquiſitæ debeat intelligi, niſi in ea interuenerit iuramẽtũ.adducit Io.And.in add.Specu tit. de prob.§. vt aũt.poſt Nico.de Nea.& Io.de Beluiſ.in diſputatione ſua.vbi dant aliud exemplum ſtatuti de adulto,quòd non poſſit contrahere ſine certa ſolennitate, aliàs contractus ſit nullus,tale ſtatutum ceſſare,ſi iurauerit in contractu: & velle intelligere de iuramento ſpeciali eſt diuinatio,immo de acceſſorio illum intelligit Portius Imolenſ.in ſuis concluſionibus, regula 29.lib.3.vbi & alios citat,dicens eſſe magis communem.Et ad illam rationem,quòd ſublato principali tollitur iuramentum acceſſorium, reſpondet Alex.in ſecundo dubio ſub nume.8.

48 † Sed vlterius præter Alex.confirmatur hæc opi.nam cum iuramẽtum transfundat actũ principalem in aliam ſpeciem,ſi eo modo actus plenius valere poteſt.l.cum pater.§. filius matrem. ff.de leg. 2. Doctores.in l.1.§.ſi quis ita.ff. de verbo.oblig.Bauerius.in tract.de iureiu.num.137. Ceph.conſi.41.nu.15. ſequitur quòd etiam ſi iuramentum fuerit generale,ſic actum transformare debeat ab eo,qui ſine iuramento fuiſſet , ut ſtatutum ſimpliciter de actu loquens, in iurato ceſſare debeat , & officium ſuum perdere.

49 † Quinimò quando uera dici poſſet illa diſtinctio,nihilominus eſſemus in tuto portu: cum iurauerit Illuſt. D. Franciſcus omnia & ſingula dicta fuiſſe & eſſe uera,eaq́ue obſeruare in ampla forma: nam dictio,ſingula , denotat ſeparationem.Iaſ.in l.ſi duobus. in fi.ff.de leg.1. & omnimodam diſtinctionem.Iaſ in l. huiuſmodi.§.penul.eod.tit.meritò iurando ſingula ſupra dicta obſeruare, perinde eſt ac ſi dixiſſet.illud & illud ſeparatim & diſiunctim,& ita ſumus,in iuramẽto ſpe

to ſpeciali, quo ſtante ſtatutum prædictum locũ
50 habere non poteſt. † Sicut autem ſtatutum præ
dictum non obſtat huic Illuſtr. Dominæ, pariter
nec aliud quod obijcitur, ei conſultum eſſe in a-
liis bonis ſpecialiter hypothecatis, vt furnis Gar
magnolli & ſcutis 500. annuis promiſſis eius viro
per Illuſtriſſimum Ducẽ Ferrariæ: vnde nõ videtur
admittenda ad hanc domum obligatam Malauol
tæ. l. 1. C. de pign. & tradit. Neguſ. in trac. de pig.
primo membr. 8. par. nume. 20. quoniam primò
reſpondetur hanc Illuſtr. Dominam nullam ha-
bere hypothecam ſpecialem, nam in inſtrumen-
to dotis ducatorum in totum. 1 1500. maritus ob
ligauit tantùm generaliter omnia bona ſua, de-
inde cõſtituit dotariũ duc. 3833. ſuper omnibus
bonis ſuis, & præſertim dictis furnis & ſcutis 500.
annuis, quod eſt de illis feciſſe dotarium, & pro
illo dictas res ſpecialiter obligaſſe: at de dote nul
51 lam reperio ſpecialem hypothecam. † Secundò
quatenus adeſſet, nullo modo conſultum reperi-
tur huic Illuſtr. Dominæ reſpectu dictorum fur-
norum, cum non appareat eius maritum quic-
quam iuris in eis habuiſſe iuxta not. per Dy. Bar.
& ſequaces in l. ſi ſic. §. 1. ff. de leg. 1. D. meus Rim.
cõſ. 152. nu. 20. reſpectu verò ſcutorũ 500. annuo
rũ, patet ex inſtrumẽto Sarrachi maritũ huius do
minæ non habuiſſe facultatem de illis diſponen-
di, niſi pro dimidia, & in filios ſuos maſculos tan
tùm legitimos & naturales, ſecus igitur in eius
vxorẽ. & cum pro dote & dotatio ſit ea creditrix
ſcutorũ 6300. & cõputatis bonis habitis per eã re
maneat creditrix libr. 8516. ad ſinteſne tantùm no
bilia pro lib. 3928. & hęc domus valoris lib. 1898.
quæ duæ ſummæ faciunt libras 5826. patet etiam
ſi ſibi relaxetur hæc domus cum mobilibus, ad-
huc eam remanere creditricem, nec ſibi conſul-
tum remanere remota dicta domo, & ob id Mala-
uolta repelli debet, vt hac Illuſt. Domina illo me
liora iura habente.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

Pro nobilibus Fratribus de Cumanis cum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Rauennæ.

ARGVMENTVM.

De inueſtitura non accipienda, & caducitate vitanda, nec incurſa.

*SVMMARIVM.*

*1 Emphyteota non ſoluens annuos cenſus, ſibi et ſucceſſoribus præiudicat.*
*2 Deſcendentiũ appellatione veniunt omnes in infinitũ.*
*3 Interpretatio ſit latiſſima in materia Bullæ Bonifaciana.*
*4 Emphyteota nouus quis dicatur.*
*Et expreſſus dicitur in inueſtitura, qui ſub generali, vocabulo continetur. 5.*
*5 Inueſtituram qui non teneantur accipere.*
*6 Ignorans non cadit à iure ſuo.*
*Tempus anni et menſis ad ſumendam inueſtituram, ſcienti tantùm currit, non ignoranti. 6.*
*Et ab initio eſt vtile. 7.*
*7 Vaſallus ignorans feudum, non priuatur eo ſi non petyt inueſtituram infra tempus.*
*8 Tempus non currit ignoranti, quando requiritur factum hominis & mora.*
*Ignorans non contemnit. 8.*
*9 Hæres habet probabilẽ ignorantiam.*
*10 Conductoris factum, non arguit ſcientiam locatoris.*
*11 Probatio debet concludere.*
*12 Coniunctus abſens præſumitur ignorare factum ſui coniuncti.*
*13 Abſentia præſumitur in habitante alibi.*
*Præſumitur quis eſſe in loco domicilij ſui. 13.*
*14 Decimæ duplici reſpectu deberi poſſunt eccleſiæ.*
*15 Dominium directum non trãsfertur per emphyteoſim.*
*16 Cenſus qualiter ſumatur in Bulla Bonifaciana.*
*17 Ignorantia Bullæ Bonifacianæ, facti potius quàm iuris eſt.*
*18 Hæredes reſtituendi ſunt ex clauſula generali.*
*19 Emphyteota per non ſolutionem, qualiter dicatur priuatus.*
*20 Decimæ præſtatio, loco ſeruitij reputatur.*
*21 Prælatus ſine conſenſu capituli poteſt inueſtire de re ſolita concedi in emphyteoſim.*
*Et decimam recipere, quæ loco inueſtituræ ſit.*
*22 Libri cenſuales probant contra eccleſiam.*
*23 Tributum à quocumque ſolui ſufficit, ne res incidat in commiſſum.*
*24 Factum negociorum geſtoris prodeſt ad conſeruationem iuris.*
*25 Conductor non poſſidet, & qualiter.*

CONSILIVM XVII.

*Auxilium meum à Domino.*

ANNO Domini 1420. Magnificus Dom. Iacobus Cumanus, nobilis Patauinus, ac Ferrarienſis inueſtitus fuit ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimo illius temporis Cardinali Archiepiſcopo Rauennæ, de nonnullis bonis ſitis in territorio Ferrariæ ſuppoſitis ſuæ diœceſi, pro ſe, ſuiſque filiis legitimis, & deſcendentibus: quæ bona peruenerunt gradatim ad nobilem D. Iacobũ iuniorem prioris abnepotem, & ſubinde ad magnificos eius filios Matthæum, Claudium, Gaſparem, & Aegidium meos amitinos, contra quos inſurrexit Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus Rauennæ, dicens dicta bona fuiſſe deuoluta ad Archiepiſcopatum ſuũ, quia genitor eorũ per annum & menſem, poſtquàm ſucceſſit in dictis bo

 nis,

nis , inueſtituram non petiit, quo ſtante Bulla
Bonifacij Noni deuolutionē inducit ipſo facto:
1 † idque nedum reſpectu Do. Iacobi debet habere locum,ſed etiam filiorū ſuorum, ſicut quan
do emphyteota non ſoluit annuos cenſus, nam ſibi,ſuiſque ſucceſſoribus præiudicat, vt declarat
Bart.in l.1.ff.de interd.& releg. Specul. in tit.loca.§.nūc aliqua.q.78.Bal.in l.2.colum.1. C. de liber.& eo.lib.& in l. adoptiuum. §. patronum .ff. de in ius uoc.Sal. in l.2. q. 22. C. de iure emphy. Anch.& Imol.in cap. ex parte.de feud. Alex.conſi.119. in fi.conſi.120.vol.5.qui communem teſtatur.Goza.conſi.46.nu.13.Rui.conſi.68.nume.6.
2 conſi.167.nu.9. vol.1. † Sed tamen iſtis non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem & humaniorem puto: moueor, quoniam D.Iacobus antiquus vt dixi, fuit inueſtitus pro ſe,ſuiſque filijs legitimis,& deſcendentibus , per quod vltimum verbum veniūt omnes deſcendentes in infinitū.l.fi.C. de ſuis & leg.& ſic nepotes, pronepotes,& alij deinceps,ut not.Ful.cōſ.86.Ale.cōſ. 159.vol.2.Dec.conſi.413.in fi.cōſ.425.nu.12.cōſ. 495.nume.6.& in terminis emphyteoſis eccleſiæ
3 Gozad.conſi.20.num.7. † tantoque magis ꝙ in terminis,& materia dictæ Bullæ latiſſima fit interpretatio,vt tradit Anch. conſi. 393. in princ.quo ſtāte D.Iacobus modernus incluſus dicitur,cum deſcendat ab illo primo per rectam lineam deſcēdētium,meritò velut antiquus emphyteota cenſeri debet , & ut inueſtitus, non autem nouus.
4 † nam nouus emphyteota dicitur qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehenſus, ut tradit Saly.in l.fi.col.pen.C. de iure emph. Iaſ. poſt eum, nu.41.ver.ſecundò iuxta.Bertr.conſi. 221. col.1. vol.1.nouiſſimorum.Idque confirmat Anc.in ter
5 minis dictæ Bullæ conſi.393.col.1. † vbi vult expreſſos in inueſtitura dici,qui ſub generali vocabulo continentur,& ſic qui tacitè ex verbis inueſtituræ comprehenduntur,ut tradit Fel.qui eum ſequitur,licèt variato numero, in c.trāslato.col. 3.de conſti.meritò non fuit opus ipſi D. Iacobo moderno aliquam inueſtituram accipere, prout habetur in quinta interpretatione ex antiquis ad Bullam, vbi dicitur [ Quòd inueſtituræ,quæ fiunt pro ſe,& ſuis filijs maſculis,& vna filia tantùm, & quibuſcunque alijs diuerſis & varijs modis,ipſi recipientes huiuſmodi conceſſiones,& illi,pro quibus taliter ſtipulantur , inueſtiti intelligantur,& fint ſic & taliter,quòd eis nec alicui eorum ſit temporibus vitæ eorum, aut alicuius eorum aliquā inueſtituram accipere neceſſe ] Confirmatur hoc inſuper per interpretationem tertiā ex nouis, vbi dicitur. [ Quòd inueſtitura ſub hac forma pro ſe & filijs, intelligatur comprehendere nepotes,& alios vſque ad quartum gradum, vt non teneantur præcisè inueſtiri ] quare dici non poteſt ipſum Dominum Iacobum ſecūdum infra quartum gradum conſtitutū cecidiſſe a iuribus ſuis ob inueſtituram non petitam , cum ad
6 eam ſumendam non teneretur . † Secundò poſito quòd ad eam recipiendam teneretur, tamen cum directum dominium dictorum bonorum ſpectaret ad eccleſiam Rauennæ, nec appa-
ret quòd D. Iacobus id ſciuerit, vtique non cecidit a iure ſuo ,quia dictum tempus anni & menſis non currit niſi ſcienti , non autem ignoranti, vt eſt tex. iuncta glo.in cap.1.quo temp.mil.& ibi ſequitur Iacob. de Beluiſ. Bald. præpoſi. & poſt
7 eos Afflict.nume.63. † nam dictum tempus ſui initio eſt vtile,& ignoranti non incipit currere,ſecundum Bald.in cap.1.de capi. Corra.& in l.fin. C.ſi pend.appel.morſ.vbi dicit quòd ſi vaſallus ignorauit eſſe feudum & non petijt inueſtituram infra tempus, non eſt priuandus. ſequitur Ruin. conſi.1.nume.5.volum.1. Et in indiuiduo in terminis huius Bullæ Bonifacij,de qua loquimur tradit Alexand.conſil.13.colum.2. volum. 2.repeti
8 to in conſi.40.nolum.6. † vbi confirmat ex doctrina Bald.in l.quandiu. C. qui admi. dicentis, quòd quando lex , vel ſtatutum præfigit tempus, & dubitatur an currat ignoranti, inter cætera debet attendi nunquid requirebatur factum hominis & mora, & tune tempus non currit ignoranti per illum text.quam doctrinam ſequitur Saly.c. Dec.& Dominus meus Riminald. ibidem . ſed ita eſt, quòd in propoſito factum hominis , ideſt ut acquirens requiratur ad recipiendum inueſtituram, & mora eam non petendi requiritur , vt patet ex verbis Bullæ , quæ ponderat negligentiam : ergo ſequitur quòd iſtud tempus non currit ignoranti. & idem præter Alexand. tradit Fely.conſi.31.nume.16.ponderans Bullam ibi [ petere non curauerit ] & ſic notat iniuriam & contemptū.ignorans antò non cōtēnit.l.ſi ignorans. & ibi glo.ff. loca. c.ſi verò il ſecūdo. de ſent.exco. Domi.in c.2.col.fi.de conſti.in 6.unde dixit Bar. in l.genero.ff.de his,qui not.infa.quòd annus datus executori a conſtitutione Synodali,non currit ignoranti ſe executorem : & in terminis eiuſdem Bullæ Card. conſi. 92. columna 5. ad fin. pariter excuſat quem a nō petita inueſtitura propter iuſtam cauſam abſentiæ;quare tanto magis ob ignorantiam iuris eccleſiæ concurrentem in
9 D.Iacobo præter abſentiam. † Et poſito quòd in inueſtitura Iacobi primi dicatur directum dominium dictarum rerum ſpectare ad eccleſiam, non tamen ſequitur, quòd iſte Iacobus iunior illud ſciuerit. Immo cum in locum prioris ſucceſſerit poſt longa temporis interualla probabilis fuit ignorantia ſua de tali inueſtitura & contentis in ea. l.qui in alterius , ff. de regulis iuris. prout ſic arguit in hærede vaſalli Ruin.in dicto conſilio primo,numero quinto,volumine primo.
10 † Nec ad inducendam ſcientiam Domini Iacobi iunioris, quòd iſta bona fuerint de dominio directo eccleſiæ Rauennæ, ſufficit allegare quòd conductores ſui fecerint aliquas ſolutiones illius nomine librarum decem pro decima , prout in terminis huius Bullæ ſic arguit ſcientiam Corne. conſil. 165. columna quinta. volumine ſecundo. nam reſponderi poteſt ſimul ſtare quòd illi ſoluerint, ipſe verò ius eccleſiæ ignorauerit , vt quia ſoluerint , nihil ei ſignificato , vel quia ſibi commiſſum fuerit a Domino Iacobo quòd ſoluerent onera poſſeſſionis , licèt ne-
11 ſciuerit hoc ius eccleſiæ, † quæ non ſufficiunt ,
cum

cum probatio debeat concludere.l. neque nata
les.C.de prob.l.non hoc.C.unde leg. & quan-
do agitur de priuatione,ſcientia debet articula
ri,& probari.Bal.in l.quandiu. ad fi. C. qui ad-
min. confirmatur hæc ignorantia tanto magis,
quia D. Iacobus tempore dictarũ ſolutionum,
& ante,& poſt ſemper fuit abſens a ciuitate, &
territorio Ferrariæ, vtpote qui ſemper habita-
uit Paduæ,& in eius territorio, vel Lendena-
riæ tamquam ciuis & originarius illius ciuita-
12 tis. † quo ſtante præſumitur ignoraſſe factum
ab iſtis conductoribus per ea qua tradit Bar.in
l.is qui hæres.colum.5.ff.de acquir. hæred. Bal.
Angel.Imol.Iaſ.& Alexand.in l. Titius. §. Lu-
cius. ff.de liber.& poſth.vbi dicunt quòd con-
iunctus abſens præſumitur ignorare factum al-
terius coniuncti ſui momentaneum, ſic limitan
tes l. octaui. ff. unde cog. ſequitur Dec. conſil.
64.colum.2.in fin.Ruin.conſi.123.nume.12.vo-
lum. 1. conſi. 164. nume. 10. volum. 5. D.meus
13 Zuccar.in rubr.C.qui admi.nume.40. † Etab
ſentia D.Iacobi tempore dictarum ſolutionum
ſine dubio præſumitur ex nota. per Bart. Alex.
Aret.& alios;maximè Iaſ.in l.is poteſt.ff.de ac-
quir.hæred.vbi dicunt quòd quis præſumitur
eſſe in loco ſui domicilij.& idem tradit Aretin.
conſi.103.nume.7.latè Tiraquel.de legib.con-
nub.gloſſ. 6. nume. 30. quare hic Ferrariæ non
fuit D. Iacobus ſi Paduæ fuiſſe præſumitur, vbi
domicilium habebat,ſicque Rui. arguit.conſil.
200. nume. 16. volum. 2. Non omitto pariter,
ꝙ ubi D.Iac. habuiſſet ſcientiã dictarũ ſolutio-
num, non tñ inde ſequeretur, ꝙ ſciuiſſet dire-
ctum dominiũ dictarũ rerum ſpectare ad Ec-
14 cleſiam Rauẽnæ; † nam cum decima poſſit ec
cleſiæ deberi tamquam habenti directum domi
nium,toto tit.de decim.vel tamquam cenſus,aſ
ſumendo cenſum propriè prout differt à pen-
ſione,quæ debetur pro re conceſſa in emphy-
teoſim, prout eſt quando eccleſia omne ius
quod habet in alium transfert, & ſic nedum uti
le,uerum quoque directum dominium,& reci-
piens ſoluit aliquid annuũ eccleſiæ,quod appel
latur cenſus,ita ꝙ ceſſando ſoluere per bienniũ
non cadit à iure ſuo, vt eſt text. iunct. glo. in c.
conſtitutus.de relig.do.not.Bar.in l.1.§.1.ff.de
public.Bald.in tit.de pac.conſt. in uerb.perſol-
15 uere. † Sed per conceſſionem in emphyteo-
ſim non transfertur directum dominium. l.1.&
2.ff.ſi ager vecti.potuit credere D. Iacobus di-
ctas ſolutiones fieri& deberi huic eccleſiæ, tam
quam pro cenſu propriè ſumpto, & ſic quòd
dominium directum non remanſerit apud eam,
non autem quòd remanſerit, & uere ſibi deci-
ma tamquam dominæ directæ deberetur, pro-
pterea non poteſt aduerſus eum caducitas ad-
duci:ita in terminis pulchrè declarat Alexand.
in dicto conſil. 13.colum. 2. & 3.in fine.& prin-
16 cipio vol.2. † Et licèt Bulla Boniſa.loquatur
etiam de cenſu,& tamen ſi non petatur inueſti-
ra infra annum & mẽſem inducit caducitatem,
vnde uidetur ꝙ Iacobus cadere debuerit a iure
ſuo,licèt contractus fuiſſet cenſualis, tamen re-
ſpondetur,ꝙ in Bulla cenſus accipitur pro mer
cede, quæ debetur per habentem dominium
vtile habenti directum iuxt. tex.in c. ad aures.
de reb.eccl.non ali.nõ autem habet locum Bul
la in contractu propriè cenſuali,vt colligitur ex
eius uerbis ibi [ & ꝙ uenditioni,donationi,da-
tioni in ſolutum,legato,teſtamẽto,& codicillis,
permutationi,obligationi, hypothecæ, & alijs
quibuſcumque licitis alienationum contracti-
bus inter viuos,& ex cauſa mortis,quo ad utile
dominium duntaxat, ſint ſubiecta ] directum
ergo reſidet apud eccleſiam,quod clare ſubiici-
tur ibi. [ iure tamen directi dominij prælatis,
rectoribus,eccleſiis,monaſteriis & aliis locis prę
17 dictis ſemper ſaluo ] † Inſuper dici poteſt ꝙ cũ
iſtud petere inueſtituram infra annum & men-
ſem deſcendat a dicta Bulla, & ſic a lege priua-
ta,cuius ignorantia magis eſt ex facto quàm iu-
ris communis,quo iure de inueſtituris in rebus
emphyteoticis ratio non habetur,& ſic ignoran
tia dictæ Bullę conſiſtentis in facto eſt iuxta,ma
ximè apud D.Iacobum qui ſtabat Paduæ & in
eius territorio,meritò ipſi & ſubinde eius filiis
ſuccurrendum eſt, & addijciendi ſunt ad peten
dum inueſtituram ex clauſula generali. Ita in
terminis huius Bullæ tradit Anch.conſi. 393.vi
18 ſa diligenter.verſus finem. † Quod & in hæredi
bus emphyteotæ non ſoluentibus canonem de
cidit Crot.conſi.125.ad fi.dicens ꝙ cum ſucceſ-
ſerint in locum alterius,habẽt probabilem cau
ſam ignorandi.l. qui in alterius.ff. de reg.iur.ip
ſis ergo, ſiue ſint minores ſiue maiores,ſuccurri
tur beneficio reſtitutionis in integrum ex clau-
ſula generali,de qua in l.1.ff.ex quibus cauſ.ma
io.& ita tenet glo.Bar.Bal.Ang. Sal. & Iaſ. in l.
2.C.de iur.emph.qui dicunt eſſe commu. opin.
quæ probatur ibi [ ſpontanea voluntate ] ex
quibus verbis patet ꝙ pœna illius legis imponi
tur emphyteotæ voluntariè ceſſanti in ſolutio-
ne canonis,quæ voluntas non cadit in illo qui
non ſoluit,ex eo ꝙ ignorat vel ignorare præſu-
mitur,prout eſt hæres, arg. tex.in l. Item apud
Labeonem.§.ſi quis ignorãs.ff. loca.ſic enim di
ci debet in hærede,qui non petiit inueſtituram
infra tempus Bullæ,non apparente illius ſcien-
19 tia. † Prædictis accedit quod notab. voluit In
noc.in c.potuit loca.in q.quando poſſit emphy
teota moram purgare, cum ſit quòd poſt exe-
cutionem factam mora purgari non poſſit: &
in ſecunda reſponſione concludit quòd emphy
teota non eſt priuatus quandiu dominus pati-
tur eum ſtare in re emphyteotica, quod ibidem
ſequitur Butri. ſubdens quòd licèt emphyteo-
ta ſit priuatus ipſo iure, tamen in totum non eſt
priuatus,quia habet ſpeciem ut reuiuiſcat con-
tractus ipſo ſoluente,& domino recipiente: me
ritò propter hoc admittitur purgatio moræ, &
ſic etiam poſt executionem à iure factam. vnde
Dominus meus Riminal.eleganter conſi. 421.
num.19.poſt prædictos relatos,& Imolam, con
cludit quòd cum poſt ceſſationem ſolutionum
domini directi permiſerint quendam Reueren
dum Epiſcopum ſtare in rebus emphyteoticis

& inſuper receperint ſolutiones affictuum, illum non cenſeri omnino cecidiſſe à iure ſuo. Quod & ad vnguem dici poteſt de D. Iacobo, qui poſt lapſum temporis petendi inueſtituram dum uixit in rebus emphyteoticis manſit, & per conductores annuas penſiones ſoluit pro decima in inueſtituris antiquis conuenta.
20 † Quinimmo plus ex hoc infero, quòd cum præſtatio decimæ nihil aliud eſſet, quam ſeruitium, quod eccleſiæ præſtabatur pro vtili dominio ab ea recognito, eccleſia quæ tot annis illam præſtationem ſcienter recepit videtur remiſiſſe moram, ſi qua præceſſerat ex inueſtitura non petita, iuxt. gloſſ. fin. & ibi Bald. in cap. 1. quo temp. mil. & in terminis ſic arguit Alex. in
21 dicto conſi. 13. colum. penul, † qui pariter colum. fi. facit aliud fundamentum in hunc modum: ſicut enim ſolus prælatus poteſt ſine conſenſu capituli de re conſueta concedi in emphyteoſim inueſtituram concedere, iuxt. cap. 1. de feud. not. Iac. de Belui. in cap. 2. & ibidem Bal. qui feud dar. po. Bald. & Caſtr. in l. etiam. ff. ſol. matrim. pariter poteſt decimam taliter recipere, quòd per eius receptionem dicatur recognouiſſe ſoluentem in emphyteotam eccleſiæ, perinde ac ſi eum inueſtiuiſſet. quod ad vnguem caſui noſtro deſeruit: meritò fruſtra dicitur agi de caducitate D. Iacobi pluribus cauſis de qui-
22 bus ſupra. † Solutiones autem conſtant ex libris cenſualibus eccleſiæ, quibus eſt fides adhibenda in ſui præiudicium, ſeu quo ad declarandam voluntatem agentium pro eccleſia, iuxt. ea quæ habentur in c. ad audientiam. de præſc. & c. cum cauſam. de prob. Abb. conſi. 67. col. 2. vol. 1. & licèt dictæ ſolutiones non fuerint factę à Domino Iac. ſed à conductoribus, tamen ſibi prodeſſe debent quantum ad euitandam cadu-
23 citatem, † ad inſtar tributi, quod ſufficit a quocumque ſolutum fuiſſe, ne res incidat in commiſſum. l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſi. Ita Bal. poſt Guil. de Cune. in l. ſolennibus, C, de rei vendic. Abb. dicto conſi. 67. colum. 3. Tantoque magis cum dictæ ſolutiones factę fuerint per conductores contemplatione Domini Iacobi: vnde cum ſoluerint tamquam negociatores ſui, ſibi prodeſſe debent. l. ſoluendò. l.
24 quæ vtiliter. ff. de nego. geſt. † & per regulam notabilem, quia quotienſcunque tractatur de conſeruatione iuris emphyteotici, ſemper factum negociorum geſtoris prodeſt ad illius iuris conſeruationem & retentionem. l. arboribus. §. quid tamen. ff. de vſufr. & ſic in terminis in emphyteota tradit Angel. in l. lex vectigali. ff. de pignor. Roman. conſil. 103. in princip. Iaſ. in l. 2. nume. 68. C. de iure emphyteo.
25 † maximè uerò in caſu noſtro, nam conductor non poſſidet, neque ciuiliter, neque naturaliter ſuo nomine, ſed tantùm detinet. l. non ſolum. §. quòd vulgò. ff. de vſufruct. & quatenus poſſidet, id eſt naturaliter pro locatore. l. non ſolet, ubi Caſtr. ff. loca. ergo bene conuenit, quòd ſolutiones factæ cedant ad vtilitatem Domini Iacobi locatoris, cuius intuitu poſſidebant dicti conductores. Et ad contraria patet ſolutio ex ſupra deductis tum propter ignorantiam, quæ impedit caducitatem ob inueſtituram non petitam, & ob quam daretur reſtitutio ſi opus eſſet, tum ob ſolutiones decimæ receptas annuatim, quæ caducitatis remiſſionem parit, ſeu recognitionem emphyteote & effectum inueſtituræ, prout ſigillatim ſuperius deduxi, quæ non ſunt hic repetenda. Quare uiſis his rationibus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus iuſſit inueſtiri dictos filios D. Iacobi miſſo caducitatis articulo, ſicut & ipſi prætermiſerunt quòd non tenerentur inueſtituram recipere, & honeſtum laudemium conten ti fuerunt ſoluere.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſſ. D. Aloyſio ex Marchionibus de Gonzaga.

### ARGVMENTVM.

De feudo nunquid prælegari poſſit, & in eo primogenitura erigi in præiudicium ſecundogeniti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Feudum ciuitatis ut primogenito defertur, ſic & Caſtrorum, quæ ſunt in Ducatu ciuitatis.*
*Niſi facta fuerit eorum ſeparatio ab eo. 48.*
2 *Membra non debent à capite ſeparari.*
3 *Contentum ſequi debet naturam continentis.*
4 *Feudum dignitatis diuiſionem non recipit, meritò ſpectat ad primogenitum.*
*Fallit in feudis Italiæ; potiſſimè in Lombardia. 51.*
*Quia Imperator ſciuit, & tacuit. 52.*
5 *Feudum pro te & hæredibus tuis, dicitur hæreditarium.*
*Licèt adiecto verbo, maſculis. 6.*
*Sed contra tenet auctor. 56.*
*Maximè iuncto verbo legitimis, ſeu legitimè deſcendentibus. 59.*
*Et primo caſu quomodo. 58.*
7 *Feudum hæreditarium poteſt uni ex filiis prælegari in præiudicium cæterorum.*
*Idemq́; in feudo iuriſdictionali pro bono publico vt unus adminiſtret. 8.*
*Sed contra. 66.*
*Vel procedit dato tandem ſecundogenito. 70.*
9 *Subditis eſt vtilius regi per vnum, quàm per plures. 22*

*Feudum*

10 *Feudum poteſt alienari, quando conceſſum fuit cum ea facultate.*
*Niſi fuerit limitata. 73.*
11 *Feudum ſemel alienatum durare debet alienabile. Quod declaratur. 74.*
12 *Feudum à primogenito recognoſcendum, qua forma recognoſci debeat. 75.*
13 *Diſpoſitio ſequens, facta cenſetur ſecundum naturam præcedentis.*
14 *Feudum ſimpliciter conceſſum, in dubio reputatur hæreditarium.*
15 *Feudum vt nobile conceſſum, tale debet reputari.*
16 *Feudum francum reputatur ex verbo, honorificum.*
*Sed auctor contra. 80.*
17 *Feudum liberum, dicitur francum.*
18 *Relatum cenſetur in referente.*
19 *Feudum francum poteſt teſtamento relinqui.*
*Vel aliter alienari, ſed contra. 87.*
20 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
*Quod procedit in ſubrogatione facta a lege, ſecus ſi per hominem. 88.*
*Et in natura primordiali, ſecus in accidentali. 89.*
21 *Vaſallus de feudo teſtari poteſt, ſi ſibi fuerit ab Imperatore conceſſum eius domino.*
*Imperator poteſt in feudo primogenituram erigere. 21.*
*Sed contra. 99.*
*Niſi cum cauſa. 105.*
*Sed debet ſuperuenire, nec prius potuiſſe cogitari. 106. 107.*
23 *Priuilegium per quod quis reducitur ad ius, quod ſibi competebat, non dicitur aliquem lædere.*
*Secus ſi non competebat. 114.*
24 *Princeps in iure quærendo poteſt præiudicare.*
*Sed contra ſi ex contractu ſit. 110.*
25 *Princeps quod fecit ex certa ſcientia, non debet in dubium reuocari.*
*Non tamen in notabile præiudicium tertij 115.*
*Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium. 25.*
*Sed Angelus vt mendax locutus fuit. 118.*
*Et adulatoriè, ſicut & Natta, ſi libet licet.*
26 *Princeps ex cauſa remunerationis poteſt auferre dominium.*
*Sed ſibi non creditur de tali cauſa. 123.*
*Nec ſufficit in tollendo ius alterius.*
*Niſi pretium ſibi ſoluatur. 124.*
*Nec in deferendo feudo non deuoluto, ſed deuoluto tantùm. 125.*
27 *Feudum dicitur poſitiui iuris & conſuetudinis.*
*Ideo tolli poteſt à Principe.*
*Sed contra, ſi agitur de præiudicando comprehenſis in inueſtitura. 126.*
*Et quia tale ius poſitiuum dicitur ex contractu quaſitum. 127.*
28 *Conceſſio valet, vbi ius tātū reuocabiliter aufertur.*
29 *Hæres in feudo non confecto inuentario facto defuncti contrauenire non poteſt.*
*Immo etiā illo facto, ſi feudū erat hæreditariū. 30.*
*Fallit ſi nec in legitima ſit inſtitutus. 162.*
*Et quando factum tendit ad eum fraudādum. 165.*
*Item in feudo dignitatis. 166.*
*Et vbi factum eſt nullum, quia iudex poteſt. 167.*
*Sicut et hæres hæredis. 168.*
31 *Feudum nouum reputatur propter nouam qualitatem adiectam.*
*Quod non procedit in præiudicium non conſentientium. 170.*
*Et in hoc Afflic. deceptus fuit. 171.*
33 *Vaſallus ſibi præiudicat alio poſſidente non petens,*
*Sed contra, quia poſſeſſio vitioſa eſt. 176.*
34 *Feudum pro te & tuis filijs, dicitur ex pacto, & prouidentia.*
*Et talis inueſtitura dubium non habet. 35.*
*Idem ſi pro te & liberis legitimè deſcendētibus. 36.*
*Vel ſi recognoſci debet vt in partibus Lōbardia. 37.*
38 *Feudum ex pacto & prouidentia non poteſt vni ex filijs legari.*
*Maximè ſi fuit gratis conceſſum. 39.*
*Etiam ſi legans fuerit auctor acquiſitionis. 40.*
*Tantoq́ magis, ſi non fuit. 41.*
42 *Feudum conceſſum ad conſeruationem charitatis, & Zeli domus, uni tantum de domo dari nō poteſt.*
43 *Proœmium denotat cauſam finalem.*
44 *Fratres æqualitatem ſectantur & deſiderant.*
*Et inter fratres & liberos eſt ſeruanda. 45.*
46 *Dictio quoslibet, inſolidum vocat.*
47 *Filiorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in feudis.*
48 *Vnitorum eadem ratio eſſe debet.*
*Separatorum verò ſeparata.*
49 *Obſeruantia ſubſecuta demonſtrat actum qualis fuerit.*
50 *Qualitas poſterior poſſeſſionis declarat quid a principio fuerit intentionis.*
*Conſuetudo non requirit.*
53 *Feudum dignitatis conſenſu ſuperioris diuidi pōt.*
*Et quando ſimul ab initio pluribus fuit ſeudatum. 54.*
*Non tamen inde fit extenſio quòd vni tantum legetur. 55.*
57 *Verbum hæredibus, in feudis quomodo ſumatur.*
60 *Feudo conceſſo pro ſe & hæredibus, quomodo filij ſint hæredes, pulchrè declaratur.*
61 *In feudis vltimus dicitur ſucceſſor primi.*
62 *Feudum mixtum quale dicatur. 63.*
64 *Intellectus c. 1. de eo, qui ſibi & hæred.*
65 *Maſculinitatis expreſſio quid operetur in feudis.*
67 *Intellectus Caſtrenſis c. 1. de ſucc. feu. malus.*
*Liberi debēt in feudalibus æqualiter ſuccedere. 67.*
68 *Pater non poteſt vni filio duas partes aſſignare feudi, & alteri tertiam.*
69 *Domini intereſt plures vaſallos habere.*
71 *Verba prout decens fuerit, important arbitrium boni viri.*
72 *Pater non poteſt ius dotis filiæ minuere, niſi tantum dem ei relinquat de ſuis bonis.*
73 *Limitata facultas limitatum debet effectum producere.*
74 *Feudum ſemel alienatum durat alienabile.*
76 *Relatio non fit ratione correctionis.*
77 *Feudum francum non dici, niſi fuerit expreſſum.*
78 *Feudum nobile & francum non idem ſunt contra Cald.*

79 *Feudum nobile, cur ſic dicatur.*

80 *Feudum francum & honorificum, non idem.*
*Et francum dicitur honorificum, ſed nõ ecõtra. 82.*

81 *Io. Andra. ſuper feudo franco & honorificio declaratur.*

83 *Feudum francum dicitur liberum ab omni ſeruitio, non tamen à maleficijs. 84.*

85 *Feudum honorificum cur ſic dictum.*

86 *Rei demonſtrata non eſt neceſſaria alia demonſtratio.*

90 *Extenſio in feudis non fit de perſona ad perſonam.*
*Etiam ſi teſtator interrogatus idem diſpoſuiſſet. 91.*
*Et vbi non militat eadem, vel tanta ratio. 92.*
*Quia tota fundatur in identitate rationis. 93.*

94 *Priuilegij formam non ſcrutans, illud amittit. 131.*

95 *Inueſtitura prior debet attendi. 101.*
*Nec per nouam vetus immutatur.*

96 *Feudum eſt contractus nominatus.*
*Et ſtricti iuris. 97.*

98 *Filij dicitur quaſitum ius, viuo patre in feudo.*
*Et admittuntur ad recuperationem feudi. 99.*
*Princeps obligatur ex contractu, licèt lucratiuo. 99.*

100 *Princeps inueſtituris derogare non poteſt.*
*Et faciendo conceſſionem contra primam, praſumitur circumuentus. 102.*

103 *Princeps ſine cauſa non poteſt à contractu recedere, etiam conditionali. 111.*

104 *Contractus etiam conditionalis, eſt irreuocabilis.*

105 *Princeps ex cauſa poteſt reuocare pacta ſecũ inita.*

108 *Cauſa non praſumitur in Principe contra ius naturale, vel gentium quid faciente.*
*Nec ubi concedit poteſtatem derogandi iuri gentium. 109.*

110 *Dec. conſ. 269. col. 3. declaratus.*

112 *Princeps altius peccat frangẽdo fidem, quàm alius.*
*Fidem fallere graue, grauius, & grauiſſimum. 112.*

113 *Fidem contractus non ſeruare, eſt mentiri.*
*Princeps ſicut non eſt dominus elementorum, ita nec contractuum. 113.*

115 *Clauſula ex certa ſcientia, non operatur in notabile praiudicium tertij.*
*Idemq́. de clauſula de plenitudine poteſtatis. 116.*

117 *Princeps auferens dominium de plenitudine poteſtatis an debeat pretium ſoluere.*

119 *Princeps egrè ferre non debet, ſi non poßit vti plenitudine poteſtatis in tollendo ius tertij.*
*Baldus in hoc auctori dedit admirationem. 120.*
*Et auferens ius ſine cauſa dicitur tirannus. 121.*
*Et plenitudo poteſtatis, dicitur plenitudo tempeſtatis. 122.*

128 *Reuocatio primogenitura valida.*

129 *Princeps facilis in concedendo in praiudicium tertij, debet eſſe facilis in reuocando.*

130 *Dictio ita tamen, modificat.*

132 *Pater poteſt inaquales filios reddere, prater legitimam.*
*Et ſibi viſum competens, non debet alijs incompetens videri. 133.*

134 *Fundans ſe in verbis pati debet interpretationem contra ſe.*
*Fallit in beneficijs. 151.*

135 *Datum contemplatione patris uidetur ab eo datũ.*

136 *Iunior robuſtior praſumitur.*

137 *Diſpoſitio per modum conſilij, qualis.*
*Et quando, vel non. 156.*

138 *Occaſio malignandi, auferenda.*

139 *Verbum videtur, denotat liberum arbitrium in eo, qui prius habebat regulatum.*

140 *Primogenitura conſtituta, alijs non debetur legitima, nec ſupplementum: & querela non datur, & ſufficit quoquo relicti titulo praſtare.*

141 *Confirmatio ex certa ſcientia, quid operetur. 142.*

143 *Surreptio, vel obreptio, qua?*

144 *Alternatiua pars aliam declarat.*

145 *Dictio ſicuti, importat ſimilitudinem omnimodam.*

146 *Verbum videbitur, denotat arbitrium boni viri.*
*Arbiter aqualitate nititur. 146.*

147 *Pax per aqualitatem ſeruatur.*

148 *Dotatio patris indiſcreta non attenditur, ſtante ſtatuto, quòd filia ſit contenta, &c.*

149 *Quod conceditur, non eſt ab inteſtato.*

150 *Grauatus in vno, debet in alio releuari.*

151 *Afflictio non debet afflicto reddi.*

153 *Interpretatio mitior & benignior ſumenda.*

154 *Verba cum effectu ſumenda.*

155 *Iuriſdictionum plura commoda.*

156 *Delinquere nemo praſumitur.*

157 *Vbi quid inducitur de nouo certis modis, cenſetur datum pro forma.*

158 *Filius alter, & priuignus alius fieri non debet.*

159 *Inhabilis conceßio, dicitur collata in arbitrium boni viri.*

160 *Surreptio quando non poteſt allegari.*
*Et ceſſare praſumitur. 161.*

163 *Intellectus c. 1. an agnat. vel fili.*

164 *Priuatio praſupponit habitum.*

169 *Minor beneficio reſtitutionis facit inuentarium.*

172 *Producens inſtrumentum, tacitè confitetur in eo contenta.*
*Cui confeßioni non ſtatur in materia prohibita.*
*Et poteſt ei contrauenire. 173.*

174 *Productio impugnatiuè facta, non nocet.*
*Nec vbi inſtrumentum fuerat reuocatum. 175.*

176 *Poſſeßionem vitioſam prator non tuetur.*

## CONSILIVM XVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DIVTIVS agitata fuit lis & controuerſia coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino D. Hercule Gonzaga Cardinale Mantuæ, & Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo, Domino D. Hercule II. Eſtenſe Duce Ferrarię, ſubindeque ipſis vita functis coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinale Tridentino, demumq́ue coram excelſo Collegio Iuriſconſultorum Patauinorum, quibus ſucceſſiuè dicta lis commiſſa fuit a Cæſarea Maieſtate, primum inter Illuſtriſſ. Dominos Maximilianum & Rodulphum fratres ex Marchionibus de Gõzagis deinde mortuo dicto Rodulpho, inter dictum Maximilianum & Illuſtriſſ. Do. Aloyſium eius nepotem, filium dicti Rodulphi, occa-

ſione

ſione Caſtri Luzariæ prælegati per Illuſtriſſimum Do.Ioannem Franciſcũ genitorem dicto D. Maximiliano primogenito ſuo, quoniã dictus D.Rodulphus dum viueret,prætendebat in eo ſe debere concurrere cum fratre ſuo,prout & eo mortuo prætendit dictus Dom. Aloyſius non obſtante dicto prælegato, & ex multis aliàs audiui dum allegarem pro Illuſtriſſimo D.Rodulpo,& in ſcriptis deductum vidi dubiã intentionem ſuam reddi, ſicut & Illuſtriſſimi
1 D.Aloyſij filij ſui. † primò quidem quoniam ſicut feudum ciuitatis Mantuæ per inueſtituram ſereniſſimi Imperatoris Sigiſmondi cæteris priorem defertur primogenito, ſic & iſtud Caſtrum Luzariæ ſitum in ducatu Mantuæ debet primogenito deferri, prout decidit Caſtr. conſi.161.in præſenti cauſa, quæ vocatur maiorie,in antiquis. col. 2. vbi dicit quòd cum lege Regni cautum ſit primogenito deferri ſucceſſionem Regni,quod eſt caput,idem ſeruari debet etiam in membris & ſucceſſionibus inferiorum dignitatum, & maioriarum, & feudorum exi-
2 ſtentium infra Regnum: † quia non debent à capitate membra ſeparari.c.cum non deceat. de præſcr. & per illam deciſionem Caſtrenſis Dec.conſi.389.nu.7.notabiliter dicit in feudo Illuſtrium dominorum de Pijs quòd ex quo ducatus Ferrariæ primogenito defertur,pariter idem dicendum eſt de feudis,quæ ab ipſo Duce cõceduntur in eius Ducatu.ſequitur vtrunque Sigiſ. Lofred. conſi. 39. colum. penult. dicens quòd ſicuti reſpectu totius Baroniæ, & curiæ conſtitutum eſt & ordinatum, quòd in ea ſuccedat primogenitus, pariter idem ſeruari debet in omnibus membris dictæ Baroniæ & cu-
3 riæ, † nam contentum ſequi debet naturam continentis.l.ad teſtium.§.fin. ff. de teſta. c. ad audientiam. de eccle. ædifi. cum ſimilibus per eum.& in alio caſu ſimili tradit Alex. ab eis nõ citatus conſi.87.col.1. vol. 6. vbi præſuppoſita conſuetudine Sabaudiæ & patriæ Pedemontanæ,quòd primogenitus in ea ſuccedat, tenet inueſtituram,vel inſtrumentum dotale de ciuitate Aſtenſi in dotem data Dominæ Valentinæ cum pacto quòd remanere debeat filijs ſuis, interprætari debere ſecundum conſuetudinem prædictam,videlicèt quòd remanere debeat filijs primogenitis. ſequitur Rube. conſi.133. nume. 11.& 16. quare tanto facilius iuſtificatur dictum prælegatum factum prædicto D. Maximiliano primogenito de Caſtro Luzariæ, cum & ſine eo ad eum pertinuiſſet id Caſtrum.
4 † Secundò cum ſit feudum dignitatis Marchionalis,quod diuiſionem non recipit, meritò debet ad primogenitum ſpectare c.1. §.Ducatus, & ibi not.omnes de prohi.feud.alie. per Feder. glo. Butr Abb. & alij,in cap.licèt.de voto.vbi potiſſimè Ioan. Andr. dicit id eſſe ex generali conſuetudine penes omnes gentes.Oldra.conſil.94.eleganter.colum.4.conſil. 237. perlectis. primo dub.vbi loquitur de Baronijs.Bal.conſi. 389.conſuetudo.colum.3.volum.2. vbi dicit id eſſe iuriſgentium,& in l.ex hoc iure. colum. 2. ff.de iuſt.& iur.verſicu.quartò quæritur.dicens ſemper fuit,& ſemper erit quòd primogenitus ſuccedit in Regno, & infinitos propemodum cumulat Tiraquel.in præfatione de iure primigenitorum.nume.32.& in primis Herodotum in Polymnia dicentem apud vniuerſos homines inſtitutum fuiſſe, quòd maximus natu liberorum obtineret principatum: longeque plures citat idem Tiraquel. in eodem tract. quæſt. 4.nume.13.22.& ſequentibus. & vt refert Abb. in d.cap.licèt.diuus Bernardus conſultus à quodam Comite de diuiſione hæreditatis paternæ, belliſſimè reſpondit,quòd ſi ſunt nobiles, melior eſt aliquando aliorum filiorum diſperſio, quàm hæreditatis diuiſio. ſequitur Natta con-
5 ſil.501.nume.34. † Tertiò deſeruit Illuſtriſſimo D.Maximiliano inueſtitura prædicta Sigiſmondi Imperatoris, in qua dictum fuit, tibi tuiſque filiis & hæredibus legitimis maſculis: quo caſu feudum dicitur hæreditarium pro ſe, & hæredibus alicui conceſſum, vt tradit Alex. cõſ.10.col.4.conſi.55. vol.3.conſ.13.col.3.vol. 5.Dec.conſ.208.nu.7.conſ.395.nu.4. Cãp.cõſ. 2.nu.14.inter conſilia Bruni.Cur.iu.conſ.1.nu. 12. Coza.conſi.4.nu.10. Iaſ.in prælud.feud.nu. 46.Sigiſ.Lofre.conſi.1.per totum. Par.conſi. 2. col.4.conſi.4.nu.27.vol.1.Cra.conſi.197.nu.5. D. meus Rim. conſi.302.nu.16.conſi.267.num. 5.Soc.iun.conſi.76.nume.75. vol.1. Franciſcus Viuius in ſuis communibus opi.in ver.feudum hæreditarium,qui communem teſtatur,ſicut & Dec.conſi.445.colum.2.& Rol.à Val.conſi. 67. nu.22.volum.2.& in terminis huius cauſæ Par.
6 conſi.106.nu.21. volum. 1. † Idemque remanet adiecto uerbo, maſculis,ſupra relato: quoniam nomẽ hæredibus, illud alterat & qualificat,vt feudum efficiatur hæreditarium, quod eſſet ex pacto & prouidentia, ſi ſimpliciter dictũ fuiſſet de maſculis ſine uerbo hæredibus,vt tradit Præpoſ.in c.1.de eo. qui ſibi vel hæred.col. pen.& in d.c.1.an agna.vel fil.col. 4. cum ſimil. per Pariſ.conſi.23.nu.165. vol.1. Idemque poſt plures ab eo citatos tenet Alci. reſp.160. nu.9. Rub.conſ.18.& Sylua.conſ.30.nu.11.qui cõmunem teſtantur.Et pro hac parte Rubeus Inquit eſſe tex.in c.1.de eo qui ſibi & hæred.ubi Iac.de Belu. & Andr. de Iſer. dicunt ꝙ in terminis illius tit.ubi dictum fuit de hæredibus maſculis, feudũ eſt hæreditariũ:cõprobaturque ratione, nam in feudis appellatione hæredis intelligitur de maſculo deſcendente.c.1. §. profectò.de leg. Cor.Iac.de feud.in ver.& quibuſcunque.nu.2. vnde feudum receptum pro ſe & hæredibus,intelligitur receptum pro hæredibus ſanguinis & ex ſe deſcendentibus ſecundum Bald.in c.1.§.& quia vidimus.col.3.de his qui feud.dar.poſſ.meritò ſicut feudũ eſt hæreditarium dicto pro ſe & hæredibus,ita additis illis uerbis maſculis ex ſe legitimè deſcendẽtibus,velut expreſſo quod tacitè inerat,ꝙ nihil operari ſolet,velut ad maiorẽ declarationem duntaxat factum ſecundum Alexan. cõſ.187.uol.5.Rui.conſi.82.nume.4.uolum.3.In antiquis.alias 179.uolumi.1.in nouis.

7 † Qua concluſione ſic ſtante ſequitur quòd potuit Illuſtriſſimus genitor dictum Caſtrum Luzariæ prælegare Illuſtriſſimo D. Maximiliano in præiudicium Illuſtriſſimi D. Rodulphi alterius filij, ut not. Iacob. de Rauc. Petr. & Cyn. in l. ſi manumiſſis. C. de lib. & eorum. lib. & Io. Andr. in addi. Specu. in tit. de feud. §. ſi. in addi. incip. debet dicere, vbi concludunt quòd ſi quęritur an factum patris noceat filio in feudo, debet attendi an ſit feudum pro ſe, & hæredibus, & ſic feudum hæreditarium, & factum patris ei præiudicat. §. 1. in Auth. de iur. iur. à mor. præſt. ſi verò eſt feudum receptum pro ſe & liberis, aliter eſt dicendum. ſequitur Alexan. conſi. 19. col. 4. nume. 16. conſi. 28. col. pen. uol. 5. Camp. conſi. 2. col. 4. conſi. 11. nu. 8. inter conſilia Bru. Dec. conſi. 208. nu. 8. conſi. 390. nu. 5. Cur. iun. in tract. de feud. 4. par. nu. 132. Iaſ. in l. 2. nume. 213. C. de iur. emph. Pariſ. conſi. 1. col. 2. & dict. conſi. 106. col. 4. vol. 1. Natta conſi. 159. num. 23. & conſi. 501. nu. 20. vbi citat inſuper Afflictum in c. 1. col. 4. verſi. modò quæro. de alie. feud. pa. Alex. conſi. 118. col. 2. volum. 6. & in l. ſi patroni. colum. 6. verſi. quantum verò. ff. ad treb. tenentes tale feudum poſſe per patrem vni ex filijs legari, vel per fideicommiſſum relinqui: neque filium grauatum poſſe contrauenire facto defuncti, prout etiam tenet Boſſi. in tit. de principe. nu. 310. plures allegans;

8 † Tantoque magis iſtud procedere debet, cum iſtud feudum ſit iuriſdictionale, quo caſu pro bono publico, videlicèt vt vnus adminiſtret, pater poteſt illud uni filio tantùm legare, vt concludit Caſtr. conſil. 163. in cauſa quàm magnificus. quem ſequitur Andr. Sicul. conſi. 66. col. 5. vol. 4. Fel. in ca. prudentiam. vol. 5. Rui. conſi. 72. nume. 4. vol. 3. in antiquis, aliàs. 179. volu. 1. in nouis. nume. 7. de offic. dele. Bru. conſi. 105. in prin. Alex. conſ. 52. col. antep. vol. 4. conſi. 12. ad fi. volum. 5. Rui. conſi. 2. col. 1. vol. 4. Iaſ. conſi. 236. col. pe, vol. 2. conſi. 107. col. 3. vol. 4. Tiraq. in tract. de iure primige. q. 77. latè Cephal. conſi. 12. nu. 22. Laurus de Pallat. in tract. de ſucceſſ. maſcul. excluſ. fœmi. in vlt. q. limit. 2. Nat. conſi. 475. nume. 9.

9 † nam ut inquit Caſtr. vtilius eſt ſubditis regi per vnum quàm per plures. l. 2. §. nouiſſimè, ff. de ori. iur. & propter diſcordias, quæ inter plures præſidentes oriri poſſent ratione communionis. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. vnde etiam ſi non eſſet hoc æquum ꝙ alij filij priuentur ſuo iure. l. 2. §. 1. ff. de his qui ſunt ſui. quia tamen eſt bonum, propter bonum quod inde ſequitur, debet tolerari. iuxt. not. per glo. in l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iur. nam frequenter contigit quem priuari iure ſuo ſine culpa ſua, non tamen ſine cauſa. cap. antiqua. de priuil.

10 † Quartò prædictis accedit quòd in inueſtitura prædicta conceſſit Imperator Sigiſmondus facultatem alienandi quatuor Caſtra de cõtentis in ea, inter quæ reperitur hoc Caſtrum Luzariæ, meritò potuit illius conceſſionis virtute prælegari Illuſtriſſ. Do. Maximiliano, quòd enim dicitur feudum non alienari, locum non habet quãdo feudum conceſſum fuit cum illa facultate, quia vaſallus paciſci poteſt cum domino, ꝙ primogenitus tantum ſuccedat in illo feudo, quia pacta appoſita in feudo ſunt ſeruanda, dant enim legem cõtractui. l. 1. §. ſi cõueniat. ff. depoſi. & quantumcunque ſint pacta inſolita, & cõtra naturam feudi, bene ſunt ſeruanda. c. 1. §. pen. quid ſit inueſt. & ita tradit Iac. a S. Geor. in tract. de feud. in ver. & cum pacto, quòd de ipſo feudo poſſint ipſi vaſalli inueſtiti. num. 16.

11 † tantoque magis quia poſtea fuit alienatum hoc Caſtrum Luzariæ, & a Marchionatu Mantuæ ſegregatum per Maximilianum Imperatorem in executione dictæ conceſſionis Imperatoris Sigiſmondi, inueſtitique fuerunt Illuſtriſſimi Domini Rodulphus & Ludouicus, horum de quibus agitur præceſſores, meritò ſemper durare debet alienabile. l. pater. §. quindecim. cum ibi not. ff. de leg. 3. ſicque Soc. tradit conſi. 67. vol. 1. conſi. 165. col. 8. verſi. 6. reſpondetur. uolum. 2. Tiraquel. in tract. de iure primigeni. quæſtio. 4. nume. 58.

12 † Quintò non omittitur quòd idem Sigiſmondus Imperator in inueſtitura memorata iuſſit illa quatuor Caſtra recognoſci debere per eos, in quos trãslata fuiſſent à primogenito: quo ſtante aut uolumus dicere, quòd debeant recognoſci ſub eadem forma, qua primogenitus a Cæſare Marchionatum Mantuæ recognoſcebat, quaſi quòd ex quo nulla eſt data forma recognitionis habeatur relatio ad formam ſuperius datam in eodem priuilegio, ut in ſimili caſu tradit Caſtr. conſil. 154. colum. 2. ubi dicit in dubio conſtito de inueſtitura antiqua, fratres inueſtitos præſumi tamquam de feudo veteri, & antiquo & ſecundum conditiones & pacta contenta in illa priori inueſtitura:

13 † quia ſequens diſpoſitio cenſetur in dubio facta ſecundum tenorem & naturam præcedentis factæ ſuper eodem. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. cum ſimilibus per eum. & tali caſu debet hoc Caſtrum Luzariæ recognoſci cum hoc, ut deueniat in primogenitum recipientis data ſibi poteſtate diſponendi in alium primogenitum, meritò potuit Illuſtriſſimus Dom. genitor illud prælegare Illuſtriſſimo Domino Maximiliano ſuo primogenito.

14 † Aut uolumus dicere recognitionem non eſſe faciendam ſub illa forma, & tunc dici debet, ex quo non eſt data aliqua forma particularis, hoc Caſtrum debere recognoſci à primogenito ſimpliciter uelut hæreditarium, quia feudum ſimpliciter conceſſum in dubio reputatur hæreditarium, ſecundum Alex. conſil. 26. col. 2. uol. 5. Cur. iu. conſi. 138. nu. 15. Rui. conſi. 17. nu. 3. uol. 1. Rub. conſi. 18. nu. 3. Barba. conſil. 66. uol. 4. Alc. Reſp. 160. nume. 9. Neuiz. conſil. 9. nume. 8. Boſſi. in titulo de principe. nume. 309. ſicque relinqui potuit dicto Illuſtriſſimo Domino Maximiliano, ſicque uidetur in omnem caſum tutus eſſe, & obtinere debere illud totum.

15 † Sextò conſiderandum eſt, quod hoc feudum Luzariæ poſteà conceſſum fuit per Maximilianum Imperatorem

Illuſtriſ-

Illuſtriſſimis fratribus Rodulpho & Ludoui-
co ſenioribus de Gonzagis in feudum nobile
& Francum : primum enim clarè dicitur in
inueſtitura , meritò tale reputari debet , vt ar-
guit Iaſ.conſi.57.col.2.volum.1.Grat. reſponſo
16 4.colum.1.uolumi.1. † Secundum verò proba-
tur ex uerbo honorificum , vt tradit Io.Andr.
in addi.Spec.poſt Vber.de Bob.in rub.de præ
ſcr.Ale.conſi.10.col.4.vol.5.Cur.iu. conſi.158.
nu.10.poſt Cald.conſi.7.de ſeud.D.meus Rim.
17 conſi.305.nu.30. † Item quia liberum eſt , præ-
terea quæ continētur in iuramento fidelitatis:
quo ſtante dicitur francum,vt tradit Bal. in c.1.
de capi.qui.cur.vend.in vltima q.circa fin. poſt
Oldra.conſi.234.ſequitur Iaſ.conſil. 57.colum.
3.volu.1.Rurſus quia dicta conceſſio ſacta ſuit
iuxta formam conceſſionis Illuſtriſſimo Domi.
Ludouico ſactæ de quibuſdam Caſtris in terri-
18 torio Brixiæ : † quo caſu relatum cenſetur eſſe
iu referente.Laſſe toto.ff.de hær.inſt.& ibi Bal.
& Ang. Dec.conſi.434.num.5.at in relato clarè
dicitur in feudum nobile,liberum , ſrancum,&
antiquum:ergo francum reputari debet ſecun-
dum Bald.in l.ſi plures.col.2.C.de condi.inſer.
Iaſ.conſi.57.colum.2.ad fi. vol.1.Rui.conſil.18.
19 nu.13.volu.1.† quo ſtante potuit Illuſtriſſimus
D.Io.Franciſcus de illo teſtari, & illud Illuſtriſ
ſimo Domi.Maximiliano prælegare ſecundum
Bal.in authentica , niſi rogati.col.4.verſi. cæte-
rùm.C.ad Treb.Alex.conſi.30.col.2.volum.1.
repetito conſi.2.vol.5.Iaſ.conſi.57.col.2. volu.
2.Dec.conſ.269.nu.6.Rui.conſi.143.unme.19.
volum.3.Caſtr.conſi.129.col.3.vol. 1. Iacob.in
ſua inueſtitura de feud.in ver. & cum pacto 9
de ipſo ſeudo poſſint.nu.15.ad finem.Cor.con.
ſi.239.col.3.vol.1.Cur.iu.conſi.158.num.20.&
in tract.de feud.prima par.q. 8. Soc.in conſilio
115.nume.31.volu.2.D.meus Rimin.conſi.81.
20 nume.19.† Quibns accedit quòd cum dicta Ca
ſtra Brixiæ conceſſa fuerint Illuſtriſſimo Do.
Ludouico cum facultate de illis diſponendi , &
hoc Luzariæ ſubinde datum fuerit eidem & Ro
dulpho illorum loco,videtur de illo potuiſſe di
ſponi in eorum loco ſurrogato.l. ſi eum.§.qui
iniuriarum.ff ſi quis.cauti. Septimò tutus red
di uidetur Illuſtriſſimus D.Maximilianus:nam
genitor ſuus in prælegato ſibi ſacto teſtatur ei
conceſſam uim fuiſſe hoc faciendi a Cæſarea
Maieſtate ſicque reperitur hoc conceſſum qui-
buſcunque Marchionibus futuris ab Imperato
re Sigiſmondo in inueſtitura per eum facta , &
Illuſtriſſimo Genitori D.Maximiliani particu-
lariter in inueſtituta ſibi cōceſſa tribus annis an
te dictum prelegatū per Carolum V. Impera-
torem nunquam delendæ Memoriæ in hoc Ca
ſtro Luzariæ:quo ſtante potuit dictus genitor
illud Caſtrum relinquere dicto ſuo filio primo
21 genito, † licèt enim uaſallus de feudo teſtari
non poſſit.c.1.in prin.de ſucc.feu.c.1.§. donare.
qual.olim feud.pot.ali.tamē in iſto caſu potuit,
quia expreſſè hoc ſibi cōceſſum fuit à ſacris Im
peratoribus propter eorum ſupremam auctori-
tatem,ut concludit Dec.conſi.194.nu.4.Deciſ.
Neap.nu.112.col.2.& 138.in fi.Pariſ.conſi. 106.
nu.30.uol.1.Octauò coadiuuari uidetur inten-
tio prædicti Illuſtriſſimi Do. Maximiliani, quo
niam Carolus V.Imperator in dicta inueſtitu-
ra erexit primogenituram in hoc Caſtro Lu-
zariæ,quod utique facere potuit, ut in Caſtris
Mirandulæ ac Cōcordiæ. voluit Iaſ. conſi. 236.
uolum.2.& in aliis Caſtris Sauonæ,conſil.107.
uol.4.Tiraquel.in tract.de iure primigen. q.79.
Ceph.conſ.12.nu.9.& in effectu Ruin.ab eis nō
citatus,q.2.uol.4.ubi tenet Sereniſſimū Regem
Romanorum priuare poſſe fratres minores ad
miniſtratione iuriſdictionis, & eam in primoge
22 nitum conferre.& ratio eorum motiua,eſt † vti
litas publica ſubditorum , quòd per unum po-
tius quàm per plures regantur.l.2.§.nouiſſimè.
& §.deinde cum eſſet,ff.de orig.iu.c.in apibus,
7.q.1.Abb.in c.prudentiam.de offi. deleg. Ale-
xand.conſi.15.col.pen.uol.5 Soci.conſi.67.col.
6.uerſi.2.hæc concluſio.uol.1.repetito in conſi.
165.vol.2.Rube.conſ.133.nu.10.quam rationē
præſenſit Carolus indubitanter dicens, ad præ
ſeruationē integralis dominii Caſtri Luzarię.
Et cum prædictis bene conuenit Dec.conſ.269.
colum.3.ubi concludit quòd ſi feudum ſit anti-
quum, & tale quòd Marchio uaſallus agnatis
præiudicare non poſſit, diſponendo de illo in fi
lias ſœminas,poterit prouideri cum auctorita-
te Chriſtianiſſimi Regis,amplian do iteras ſuas
& agnatos excludendo,prout latius ibi per eū,
quare pariter potuit & hoc feudum reſtringi 9
ad primogenitum deferretur in præiudicium ſe
23 cundogeniti,† tantoque facilius qui ſic redactū
fuit ad primęuum ſuum ius, quo fuit cōceſſum
cum Marchionatu Mantuæ,uidelicet cum iure
primogenituræ, iux l.ſi unus.§.pactus ne pete
ret.cum amplè not.ibi per Iaſ. ff.de pact.unde
ſuccedit quòd in materia ſeudali dicit Cur. iu.
conſi.1.num.21.quòd vbi priuilegium concedi
tur alicui,per quod reducitur ad illud ius quod
ſibi antiquitus cōpetebat,ſi hoc facit Princeps
etiam in præiudicium alterius , non poteſt talis
conqueri,nec dicere ex illo priuilegio ius ſuum
24 lædi. † Confirmatur quia tunc non agebatur
de iure quæſito Illuſtriſſimo D.Rodulpho ſibi
auferendo,ſed de quærendo tantùm, & in qua
dam ſpe fundato cū uiueret Illuſtriſſimus ſuus
genitor:quod ius quærendum facilius quæſito
remittitur,ut tradit Campeg.conſi.2.num. 37.
Dec.conſi.269.nume.8. Gozadinus conſilio 9.
numero 49.Brun.conſilio primo , numero 37.
Natta conſilio 506. numero 51. cum ſimilibus
adductis per Craue.conſilio 135.numero 7. Et
præter eum Lucas de Pen.in l.pen. poſt mediū.
verſic.item quòd poſt natiuitatem.C.de decur.
libro 10.ubi dicit quòd etiam poſt filiorum nati
uitatem poteſt princeps militi uel Comiti per-
mittere,ut bona feudalia, quæ poſt eius mortē
ad primogenitum deberent peruenire, poſſit ip
ſe Comes inter alios quoque filios diuidere:ad
ducit rationem,quæ in re præſenti conſert , qa
Id non eſt quid ſtatuere ſuper iure delato, ſed
deferendo ipſi primogenito , cui patre uiuente
ius

ſus non competebat niſi ſpe.ſequitur Cepha. in
terminis noſtris conſi.12.num.19. concludens
in huiuſmodi materia iuribus in ſola ſpe, pro-
ut in præſenti caſu,conſiſtentibus poſſe præiu-
25 dicari. † Tantoque magis quòd erectio dictæ
primogenituræ facta fuit à Carolo V. ex certa
ſcientia: quo ſtante non poteſt in dubium ver-
ti.Barto,in l. conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure
cod.cum ſimil.per Alex.conſi.215.vol.2. Dec.
conſilio 198. Et vltra de plenitudine poteſtatis,
per quam poteſt Imperator auſerre Dominiũ,
vt not.Angel.in l.item ſi verberatum. §.1.ff.de
rei ven.Soc. conſi.83.volum.3.Dec.conſil.198.
conſi. 252.Cur.iun.conſi.1,conſi.138. Gozad.
conſi.5.Cephal,in terminis loquens.conſil.12.
nu.19.Et conſtito de abſoluta eius voluntate &
poteſtate,qua vti voluit,non eſt vlterius quærẽ
dum,vt latè ponit Bru.conſi.1.nu.33.Cur. iun.
26 conſi.1.nu.18. † Accedit quòd hanc primogeni
turam Carolus erexit cauſa remunerandi Illu-
ſtriſſimum D. Io.Franciſcum dicti Maximiliani
genitorem de Repub.& Cæſarea maieſtate, vt
in inueſtitura dicitur: quo ſtante veluti cauſa
probabili ſuggerẽte dominium rei propriæ,po
teſt auferri per Principem, vt tradit Bar. in pro
œmio.digeſtorum,colum.3. Dec.in terminis no
ſtris,conſi.390.nu.10.verſi. ſecundò eſt ponde-
27 randum. † Quinimò cum ius feudorum poſiti-
uum ſit,& in conſuetudine fundatum, vt ibidẽ
Dec.tradit,nume.12.potuit Carolus illud etiã
ſine cauſa ius poſitiuum tollere,iux. not.in l.fi.
C.ſi contra ius vel vtil.publ.latè Bru.de feudo
loquens, cõſi.1.nu.32.Campeg.ibidem conſi.
2.colum.8.Curt.iu.conſi.138.num.4.Cra. con
ſi.135.nume,22.Ruin.conſi.21.num.15.volum.
28 1. † tantoque magis quoniam ius Illuſtriſſimi
D.Rodulphi ſubindeque Illuſtriſſimi D.Aloy
ſii filii ſui nunc agentis reuocabiliter tantùm
dicitur fuiſſe ſublatum ex dicta conceſſione pri
mogenituræ,puta ſi patri prędeceſſiſſet Illuſtriſ
ſimus D.Maximilianus,vel ſi decederet in futu
rum ſine filiis,quia prædicti poterant admitti,
quo caſu ualet conceſſio, quando ius alterius re
uocabiliter duntaxat aufertur ſeu potius proro
gatur,ut per Cur.iu.conſil.1. nu.24 & not.in c.
29 1.§.adoptiuis, ſi de feu.ſue. contro. † Nonò re-
pugnare dicebatur Illuſtriſſimo Do.Rodulpho
dum viuebat, quòd adiuiſſet hæreditatem pa-
tris inuentario non confecto; quo ſtante non
poterat contrauenire prælegato facto de hoc
caſtro Luzariæ Illuſtriſſimo Do. Maximiliano,
vt tenuit Bal.in l. qui ſe patris, columna 7.verſi
culo, item quæritur ſi vaſallus. C. unde liber.
Andræas de Iſer. Aluar. & Afflict. in capitulo
primo. an agnat.vel fil.qui quidem Afflict. nu-
mero quarto, dat conſilium quòd filii faciant
inuentarium,quia multum eis prodeſt: aliàs nõ
poſſunt venire contra factum patris. Idemque
latè tradit Ruin. conſilio 25.numero 10. volu-
30 mine ſecundo. † Quinimò cum hoc feudum ſit
hæreditarium prout ſupra deduxi dato quòd
Illuſtriſſimus D. Rodulphus inuentarium con
feciſſet,prout eo uita functo fecit illud illuſtriſſi

mus D. Aloyſius,facto patris non potuiſſet cõ-
trauenire,ſicut nec aui nepos poſſe debet repu
gnare,prout tenet Iacob.de Beluiſ.& Andræas
de Iſer.in capitulo primo.§. hoc quoque.de ſuc
ceſſ.feud.Caſtr.in l. apud Iulianum. §. ſi quid
alicui,ff.de leg.1. Alex.conſilio 10.ad finem, uo
lumine tertio. conſilio 19.columna quarta.con-
ſilio 28.columna penultima,uolumine quinto.
Aret.conſilio 3.Rui.conſilio 1.numero 13.volu
mine primo. Dec.conſil. 208.numero 9. Rube.
conſilio 84.colum.fina.Goza. conſilio 8.nume-
31 ro 36.Sigiſ. Lofre.conſilio 14.num.43. † Deci-
mò non omitto quòd per erectionem primo-
genituræ factam de hoc caſtro Luzariæ per Ca
rolum V.dicuntur alteratæ priores inueſtiturę
in quibus non aderat hæc primogenitura quo
ad hoc feudum,quo fit ut nouum debeat repu-
tari propter nouam qualitatem adiectam, ut
per Oldr.conſi.178.Factum tale.Bal.in capitu-
lo primo,colum.8.an agnat.Deciſ.Neapol.112.
nu.5.Grat.reſponſo quarto. nu.10. uolu.1.quo
fit ut Illuſtriſſimus D. Teſtator de illo potuerit
diſponere,& uni filiorum illud prælegare ſecũ
dum Andr.de Iſer.in c.1.de alie.feu.pa.cum ſi-
mil.per Afflic.deciſ.112.nu.6.Barb.conſi.66.co
lum.8.& 9.uol.4. Iacobi.à S.Geor.in ſua inue-
ſtitura feudali.& cum pacto quòd dicti inueſti-
32 ti.Cur.iu.de feu.4. par. num.11. † Vndecimò
proponebatur Illuſtriſſimum D. Rodulphum.
filiumque ſimul litigantes cum dicto Illuſtriſſi-
mo D.Maximiliano ſibi præiudicaſſe, producen
do dictam primogenituram conceſſam à Caro
lo V.quia uidebantur eam approbaſſe, licèt eã
produxiſſent in parte & partibus: cũ dictus D.
Maximilianus non acquieuiſſet dictæ proteſta-
tioni, ſed eam reproduxiſſet quatenus faceret
pro ſe contra prædictos,iux.not.per Iaſ.poſt a-
lios, in l.1.§.editiones, colum. penultima.ff.de
eden.Alexander in l.unica,columna ſecunda,
C.ut quæ deſ.aduo.Dec.in capit. cum uenera-
bilis,numero 16.ad finem.de excep.poſt Fulgo.
conſi.177.Pariſ.conſilio 125.numero 22. volu-
mine primo,meritò non poterat impugnari, l.
poſt legatum,ff.de his quib.vt indi.l.ſi pars,§.
finali.ff.de inoffi. teſt.Iaſ.in feudo loquens,con
ſilio 57.columna quarta,uolumine primo. Ale
land.conſil.19.tertio dubio, uolumine quinto.
Grat.reſponſo quarto,numero 68. uolumine
33 primo. † Duodecimò & ultimò confirmatur in
tentio Illuſtriſſimi D.Maximiliani quòd longo
tempore poſſedit hoc caſtrum Luzariæ ſcienti-
bus & tacentibus fratre & nepote, meritò ſibi
uidẽtur præiudicaſſe,c.1.§.Titius.in fi.ſi de feu.
fue.contro.& ibi Bal.circa fi.ubi quòd ius ſuum
amittitur non proſequendo infra annum ut e-
tiam tradit Caſtr.conſi,195.quæſtio iſta.col. 2.
Dec. conſi.389.nume. 8.Fely.in capitulo, quæ
in eccleſiarum,numero 123. verſi: tamen quia.
de conſtit.Goz.conſilio 71.Afflict.in capitulo,
que.feud.ad fœmi.numero vndecimo.Cephal.
conſilio duodecimo, numero decimoquinto.
quibus addo Curt.conſilio 82.numero ſecun-
do, & ita pluribus mediis confutari uidetur

intentio

intentio Illuſtriſſimi D. Aloyſii nunc agentis, ſi
34 cut & patris dum in humanis eſſet. † Quibus
tamen non obſtantibus melius cogitanti mihi
probabilius dicendum videtur Illuſtriſſimum
Dominum Aloyſium cócurrere debere in hoc
caſtro Luzariæ cum patruo ſuo: moueor in pri-
mis ex verbis inueſtituræ Sigiſmondi Impera-
toris ſuperius in cõtrarium pariter ponderatę,
cuius uerba ſunt. Tibi Illuſtriſſimo Io. Franci-
ſco, tuisq́ue filiis, quæ planè demonſtrant feu-
dum eſſe ex pacto & prouidentia, vt voluit An-
dre. de Iſer. in capitulo 1. §. & ſi libellus, colum.
4. verſiculo, quid ergo ſi dictum ſit. de alien.
feu. pat. vbi dicit quòd feudum videtur acquiſi
tum filiis ex pacto & prouidentia concedentis,
35 quando dictum fuit tibi & liberis tuis. † & talis
inueſtitura non habet dubium, quin ſit ex pa-
cto & prouidentia, prout ibi tradit Afflict. nu.
11. ſequitur Dec. conſi. 185. nume. 3. conſil. 395.
col. 2. conſi. 445. nume. 51. Alex. conſi. 55. num.
9. vol. 4. conſi. 26. col. 3. vol. 5. & plures alios cu-
mulat Soc. iu. conſi. 72. nu. 24. volu. 1. conſ. 112.
nume. 6. vol. 2. quibus addo Cephalum conſil.
224. nume. 7. Secundò confirmatur, nam prædi
ctis verbis addidit verbum, legitimis, & infe-
rius de ipſis loquendo dicitur quòd nati ſint ex
ipſo Illuſtriſſimo D. Io. Franciſco ex vero & le
gitimo matrimonio: per quæ ſequentia verba
declaratur illud præcedens, legitimis, vt intelli
gatur de natis ex vero & legitimo matrimonio,
quia ſequentia declarant præcedētia. l. ſi ſeruus
plurium. in fi. ff. de lega. 1. & in ſimili caſu tradit
36 Dec. conſi. 425. nu. 10. † at quando conceditur
alicui feudum pro ſe & liberis ex ſuo corpore
legitimè deſcendentibus feudum dicitur ex pa
cto & prouidentia, vt poſt Andr. de Iſer. Pileū,
& Bulgarum tradit Afflic. in capitulo primo, de
inueſt. quam T it. acce. nu. 3. in c. 1. nu. 3. de eo
qui ſibi & hæred. & in capitulo primo, an agna.
nu. 13. & latè ponit Dec. conſi. 395. colum. pen.
vbi dicit quòd illa uerba de ſuo corpore legiti-
mè deſcendētibus, tollunt omnem difficultatē
faciuntq́ue feudum ex pacto, & prouidentia:
37 † Tertiò comprobatur quòd in dicta inueſtitu-
ra dicitur quòd recognoſci debeat id feudum,
quemadmodum alii nobiles feudatarū in parti
bus Lõbardiæ feuda recognoſcunt. at ibi reco-
gnoſcuntur ut ex pacto & prouidentia, nõ autē
ut hæreditaria, quia omnes æqualiter ſuccedūt
ut tradit Afflic. in pręlud. feudo. num. 166. verſi
38 culo & idem eſſet. † Qua concluſione ſic ſtante
quòd agatur hic de feudo ex pacto & prouiden
tia, ſequitur Illuſtriſſimum D. Teſtatorem non
potuiſſe illud prælegare Illuſtriſſimo D. Maxi-
miliano, ut poſt Iacob. Butrig. tradunt Bal. An-
ge. & alii in l. item uidēdum. §. nunc videamus.
ff. de pet. hæred. omnes in cap. 1. de ſucceſſ. feu.
Aret. in l. apud Iulianum. §. ſi quid alicui. ff. de
leg. 1. Alex. conſi. 28. col. pen. volu. 5. Cur. iu. in
tract. de feud. 4. par. prin. nu. 132. Ioan. Duran.
de arte teſtan. titulo 3. caut. 8. † & licèt hanc
39 concluſionem conetur ampliſſimè Natta in du-
bium refricare conſi. 475. tamen eam fatetur &
concedit, quando feudum gratis fuit cõceſſum
quia pater nihil de ſuo dedit: tunc enim filii ui-
dētur habere ex beneficio concedentis mero,
ex quo ſequitur quòd cum nihil habeant a pa-
tre, ius quod habent ex perſona alterius, pater
nõ poteſt eis auferre. citat Baldum in l. prima.
ad fin. C. per quas perſ. hoc ſtrictius dicentem,
ſequitur Corn. conſilio 182. columna 6. uerſic.
tertio videtur dicendum, uolumi. tertio: & qui
in hoc non habet contradictorem ut poſt Alex.
refert Rui. conſi. 8. numero 7. uolumine primo,
Boſſi. in titulo de principe, nume. 311. poſt Are
tin. in d. §. ſi quid alicui. Et in hoc caſu uerſa-
mur, quia non apparet quòd in inueſtitura Si-
giſmondi Imperatoris quicquàm ſibi fuerit da
40 tum. † Immo uero Natta loquitur in patre, qui
fuit auctor acquiſitionis feudi, & in hoc eſt al-
tercatio penes Doctores, an poſſit filius præin-
dicare uni uel alteri relinquendo, quos Natta
refert & Rui. conſi. 48. conſi. 213. nume. 4. uolu.
primo, ubi concludit eſſe magis communem o-
pi. quòd non poſſit. at nos loquimur in eo qui
non fuit auctor acquiſitionis, ſed ab eo de-
ſcendens, uidelicet pater ipſius Do. Maximilia-
41 ni: † quo caſu clarior eſt opi. negatiua ſecundū
Alex. conſi. 104. viſo themate. col. pen. in fi. re-
petito conſi. 128. uolu. 5. & fuit illud quod alle
gauit, corrupte tamen, Rui. in d. conſ. 8. volum.
1. & in hoc caſu citat Alexand. illam doctrinam
Bal. in d. l. 1. C. per quas perſ. ad fi. dicens quòd
in hoc caſu non reperitur aliquis, qui contrariū
teneat, & quòd rationes illorum, qui tenent ꝙ
pater poſſit alienare in præiudicium filiorum,
non militant in iſto caſu, quod & inquit Ruin.
conſil. 186. columna prima, numero 1. uolu. 1.
42 † Quartò conſiderandum eſt quòd in inueſtitu
ra prædicta Imperatoris Sigiſmondi data fuit
facultas Illuſtriſſimo D. Marchioni tunc inue-
ſtito de ciuitate Mantuæ & pluribus Caſtris, in
terq́ue connumeratur hoc Luzariæ, quòd poſ-
ſet relinquere cuilibet ex aliis duobus ſuis filiis
legitimis uſque ad numerum Caſtrorum qua-
tuor de Caſtris dicti Marchionatus: & idem
cuilibet futuro Marchioni conceſſum eſt, quod
poſteà factum reperitur in hoc Caſtro exempto
à Marchionatu: nam dicta facultas conceſſa
fuit ad perpetuam conſeruationem charitatis
& zeli prædictæ domus ingenuæ de Gonzaga,
43 prout in eius procemio continetur, † quod ſo-
let cauſam finalem denotare ſecundum Barto.
Ange. & Imol. in l. fi. ff. de hær. inſt. Alex. conſi-
lio 36. uolumine quinto, Dec. conſil. 10. colum.
2. conſilio 410. columna tertia, Rubeus conſilio
11. in prin. conſi. 89. nume. 5. D. meus Riminald.
conſi. 33. nume. 19. conſi. 34. nume. 28. Sed ſi cõ-
currat Illuſtriſſimus Do. Aloyſius cum patruo
ſuo in hoc Caſtro, ſine dubio cõſeruabitur cha
ritas & zelus domus Gonzagæ, ſicut econtra
naſcentur diſcordiæ applicando dictum Ca-
ſtrū ſoli Maximiliano, l. cum oporteт. in prin.
& ibi not. C. de bon. quæ lib. nam per æqualita
tem conſeruatur amor, & ne naſcatur inuidia
inter deſcendentes lex hortatur parentem ad
ſeruan-

ſeruādam æqualitatem inter eos, vt tradit Dec. in l.1.C.vnde lib.ergo propter talem rationem finalem debet hoc Caſtrum communicari,& in eo debet Illuſtriſſimus D.Aloyſius concurrere
44 cum d.Domino Maximiliano.† Adeo namque pertinaciter ipſi fratres(vt erāt Illuſtriſſimi D. Rodulphus & Maximilianus) æqualitatem ſectantur, & deſiderant, vt vel ficus indiuiſas non relinquant, ex vetere Græcorum prouerbio in linguam noſtram redacto,ficus diuidere, tracto à fratribus bona diuidentibus,qui eo uſque minima quæque diuidi inter ſe poſtulant, vt ne ficus quidem non partiantur:& veterum ſcriptorum monumentis traditum eſt Chariclē Antiochumque fratres Ponticos cum paterna inter ſe bona diuiderent, poculum argenteum cōcidiſſe,veſtemque mediam abſcidiſſe,vt neuter altero ditior, opulentiorque abiret. vnde Diuus Ambroſius in libro de Ioſeph Patriarcha,cap.2.Quid miraris, inquit,ſi propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob Sancti fi-
45 lios exarſit inuidia? †Aequalitas igitur inter fratres & liberos ſeruanda eſt,quia cum aliàs ſemper concordia & pax atque amicitia, tum maximè inter illos ſeruanda eſt, atque prę cæteris quibuſuis rebus expetenda.l.fratris.& quod ibi not.Bal.l de fideicommiſſo.C.de tranſact.vnde notum eſt illud filii Syrach,Eccleſiaſt.25.dicentis,in tribus placitum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum,& amor proximorum, & uir & mulier ſibi bene conſentientes:quare cum ad hāc charitatem & concordiam Sigiſmondus Imperator reſpexiſſet,non debuit vni tantùm hoc Caſtrum prælegari,quo medio pax non conſeruabatur,ſed diſſidia,rancores,& iniurię graues na-
46 ſcebantur. † Quintò non omitto in memorata inueſtitura Sigiſmondi fuiſſe dictum quòd Illuſtriſſimus Dominus Marchio valeat relinquere cuilibet ex aliis duobus filiis: hinc enim patet eos æqualiter vocatos fuiſſe.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.Alex. conſil.60. volu.3.Cur. conſi.68.nu.8.Immo verò etiam inſolidum propter naturā dictionis, cuilibet.l hoc articulo,& ibi Bar.& alii,ff.de hær.inſt.l.ſi pluribus.in princip.& ibi not.ff.de leg.2.Rui.conſi.76.nu.4.vo-
47 lu.10.† Sextò prædictis accedit poſterior inueſtitura Caroli V.in perſonam Illuſt. Dominorum Io.Franciſci,& Aloyſii fratrum pro ſe ſuiſque filiis legitimis maſculis & eorum in infinitum deſcendentibus:cum enim proditum ſit in feudis appellatione filiorū venire omnes deſcēdentes in infinitum,prout tradit Bald. Iacob. de Beluiſ.Alu.& alii,in c.1.§.& ſi clientulus. de alie.feud.Bald.in capitulo,quæ in eccleſiarum, num.39. de conſti.in l.& in perſonam.circa fi. C.de fideicommiſ.conſilio 170. volumine primo, in anti.Andræas de Iſer.& Aluarot.in capitulo primo.§.hoc quoque. de ſucceſ.feu. Alexand.Socin.& Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituens, colum.pen.ff.de lib.& poſth.Alex.conſ.122.col. 2.volumine quarto, conſilio 17.columna prima, volumine quinto.Dec.conſi 445.num.51. Iaſ.in l.de quibus,nu.19.& 20.ff.de legi.Iacob. à S.Geor.in tracta.feudo.verſic.præſentes. vbi concludit ab hac opi.non eſſe recedendum.Alcia.in l.filii appellatione,in fi.ff.de verb.ſignifi. Moder.Galli in conſuet.Paris.§.3.numero ſexto:multo magis hic etiam facta mentione deſcēdentium debuerunt comprehendi Illuſtriſſi.D. Rodulphus & Aloyſius ſic,ut Illuſtr.D.Maximiliano totū relinqui nō debuerit hoc Caſtrū Luzariæ, & his fundamentis ad hanc partem ſum contentus cæteris omiſſis,ne res trāſeat in volumen, & ut contrariis reſpondere poſſim, in quorum reſolutione magis hæc pars firmabitur,& verior apparebit pro dicto Do.Aloyſio.
48 † Ad primum igitur dico, quòd procederet nulla facta ſeparatione huius caſtri ab ipſo Marchionatu Mantuæ,quia tūc vnitorum deberet eſſe vna & eadem ratio,at ſecus facta ſeparatione cum expreſſa ratione conſeruationis charitatis & zeli Domus Gonzagæ repugnante primogenituræ, prout in 4.fundamento ſuperius docui,meritò ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio,l.naturaliter.§.nihil commune, ff. de acqui.poſſ.Bald.in l.item ſi fundi.§. huic vicinus. ff.de vſufr.D.meus Rimi.conſ.64.numero 26. & de illis ſeparatim debet iudicari, nec illatio fieri.l.finali,ff.de calum.l.ſi maritus.C.de donatio.inter uir.Corn.conſilio 216.numero undecimo, volumine primo. conſilio 64.numero quarto, volumine ſecundo .Dominus meus Riminaldus conſilio 277. numero decimoſexto. tantoque magis quia uidemus ex inueſtituris Federici & Maximiliani Imperatorum hoc feudum Luzariæ perueniſſe æqualiter prius ad Illuſtriſſi.Rodulphum & Ludouicum ſeniores fratres ſecundogenitos, deinde ad Illuſt.Ioannem Franciſcum & Aloyſium fratres
49 pariter ſecundogenitos. † Quæ obſeruantia ſecuta poſt illam ſeparationem facta præſumitur ex titulo & cauſa illius ſeparationis ſic mandantis & uolentis quòd hoc caſtrum perueniret ad omnes æqualiter non habita ratione primogenituræ l.quædam mulier. ff.de rei vendicatio. & in ſimili caſu tradit Craue.conſilio decimo. nume. nono.bonus textus in capitulo cum ueniſſent.de inſti. vbi cōceſſio præſumitur realis, quia ut realis fuerat obſeruata & poſſeſſa,ſecū-
50 dum Butri.& Imol. † Hinc dicit Bald.conſilio 245.Villa uel Caſtrum. volumine tertio.quòd poſterior qualitas poſſeſſionis declarat quid à principio fuerit intentionis: ſequitur Natta latius conſilio 406.columna finali, numero 28. & in terminis noſtris declarat Pariſius conſilio 22.nume. uigeſimoquarto, volumine primo. quòd cum aliàs in Marchionatu Montisferrati fuerit obſeruatum, quando mortuus fuit ſine filiis Ioannes ultimus Marchio ex domo Saxoniæ, quòd tranſitum fecit ad Teodorum Paleologium filium Violantis ſororis dicti Ioannis,& ab ipſo prius excluſæ. Quod tūc obſeruatum fuit,denuò debet obſeruari,ut deficiēte linea maſculina,tranſitus fiat ad fęminas.

capitulo,

capitu. cum dilectus. de conſuetu.l.minimè.ff. de legib.cum ſimilib.ibi per Paris. quare ſic in caſu noſtro dici debet, ex quo fuit obſeruatum quòd hoc feudum pertineret æqualiter ad fratres, non habita ratione primogenituræ, ſic & de præſenti debeat obſeruari, prælegato de quo
51 ſupra non attento. † Ad ſecundum reſpondetur conſuetudini gentium quòd primogenitus ſuccedat in dignitatibus, derogatum fuiſſe in dignitatibus & feudis Italię, potiſſimè in partibus Lombardiæ in quibus primogenitura non ſeruatur, niſi in ducatibus, principatibus, ac in magnis Marchionatibus, vt in Ducatu Ferrariæ, Mantuæ, Mediolani, & Vrbini. tradit Rube.cõſilio 133.nu.18.vel quo ad alia feuda dignitatũ inferiora, niſi ſpecialiter ab initio ſecus ſit conſtitutum. Ita tenent Hoſt. Io. And. Card. & alii, in capitulo licet.de voto. Oldr.conſi.237.Ioan. And.in addit.Spec.ſuper rub.de feud.col.pen. Andr.de Iſer.in capitulo.omnes filii. & ibidem Aluar.ſi de feu. fuer.contro.in capitulo primo, in fi.de feu. Mar.& in c.1.§.præterea Ducatus, de prohi.feud.alie. per Fede. & ibidem Afflict. nu.9.Ang.conſi.286.Soc.conſi.67.col.6. verſi. circa ſecundam dubitationem, volumi. primo. conſilio 165.viſis inſtrumentis, colum.7.ver his tamen non obſtantibus, conſi.252.viſis inſtrumentis conceſſionum, col.pen.conſi.278.in quęſtione, colum.1.uolu.2. Cur. conſil.69.colum. 10.verſi.quarto principali fundamento. Alex. conſi.17.colum.2.vol.2.conſil.60.in prin.volu. 3.repetito conſilio 30.volum.6.conſilio 25.col. 3.volum.5.Dec.in c.prudentiam, nu.14.de offi. deleg.conſilio 389.nu.3.Rui.conſil.29. ad fin. vol.5.Goz.conſil.62.nu.4. Grat.reſponſo 4.nu. 29.volum.1.Pariſ.abundè conſi.10.nume.15.volu.1.Tiraquel.in tract.de iure primoge.q.4. nu. 37.vbi teſtatur hanc conſuetudinem valere, &
52 obſeruandam eſſe, † & vt inquit Ioan. And.loco citato hoc ideo ſeruatur in Lombardia contra diſpoſitionem d.§.præterea, quia Imperator ſciuit dictum morem, & tacuit per tempora longiſſima, & ſic illud eſt ex conſuetudine approbata per Imperatorem, ſicque verificatur illud quod requirit Oldra.conſi.237.& poſt eum Tiraquel.mox citatus, numero 39. talem conſuetudinem inductam & obſeruatam fuiſſe ſciẽte & patiente ſuperiore, nec arbitror opus eſſe quod ille ſubdit poſt Oldr. & Alexandrum cõſilio ſexto, volumine quinto, ſicut & Curt.iun. in tracta.de feud.4.par.quæſtione 30. limitatione ſecunda, id obtentum fuiſſe in contradictorio iudicio, quòd vigore dictæ conſuetudinis facta fuerit diuiſio feudi dignitatis in Italia, ſecus ſi a ſponte volentibus æqualiter ſuccedere: talis enim doctrina repugnat communi Doctorum ſententiæ, qui concludunt ad validitatem conſuetudinis nõ requiri, quòd obtenta fuerit in iudicio contradictorio, vt tradit Bald.conſi. 210.columna ſecunda.uolumine primo. Socin. conſilio 99.columna ſecunda, volumine primo. qui communem teſtatur, ſicut & Craue.plures citans conſilio 55.numero ſexto, & in tract.de antiquitate temporis, quarta parte, numero 17. quam libentius ſequor & in hac materia noſtra feudorum & primogenituræ, quoniam reperio quòd idem Tiraquel.in tract.primigen.quæſt. 91.approbat cõſuetudinem: nec requirit vt obtenta ſit in contradictorio iudicio. Immo teſtatur & ipſe communem opi.& id non requiri in quacunque materia. Et licet ſe remittat ad dicta per eum in allegata q.4.numero 40. non tamen approbat ea dicta, ſed potius diſſentire uidetur ab eis, ex quo priorẽ ſnĩam cõem firmat
53 & ſequitur. † tantoque facilius procedit in terminis noſtris iſta concluſio, quòd & Imperator Sigiſmõdus ſegregationem conceſſit huius Caſtri, & aliis filiis illud aſſignari poſſe uoluit, ſicq; factum fuit & executum per Federicũ & Maximilianum ſucceſſores in imperio ut ſupra retuli, nume.48.nam conſenſu Domini ſuperioris accedente planum eſt feudum dignitatis diuidi poſſe, & plures ad illud admitti, ut tradit Andr. de Iſer.in capitulo primo, de feu.Mar.quem ſequitur Alex.conſilio 30.columna prima, uolumine ſexto. Goza.conſi.62.nume.4. Pariſ. conſilio 10.columna 2.& 3.volumi.1.Zaſ.in tracta. de feud.par.9. titulo de feudi alie.circa finem.
54 † Huiuſque rei probabilis ratio adferri poteſt: nam cum ſic ab initio ſeparationis huius caſtri à Marchionatu Mantuæ pluribus ſimul fuerit infeudatum, dicendum eſt Imperatores memoratos imponere uoluiſſe ſuper eo naturam diuiſibilem concedendo pluribus ſimpliciter: proptereaque uidentur unicuique pro uirili conceſſiſſe.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.l.1. C.ſi plur.vna ſen.declarat Aluaro.in c.1.§. fin. de feudi alie.Soc.conſi.165.col.7.verſi. quintò reſpondetur, vol.2.Cur.iu.in tract. de feud.4. par.q.30.regula 1. limit. 4.Tiraquel.in tract.de
55 iure primig.q.4.nu.55. † Nec inde conſequentia ſumi debet, ſi conceſſum fuit & introductum quòd hoc feudum diuideretur, & pluribus aſſignaretur, pariter Illuſtriſſi. D. Io. Franciſcus potuerit illud Illuſtriſſi. D. Maximiliano prælegare, ueluti quòd prælegatum ſit quædã diuiſio, quoniam talis extenſio non conceditur nec toleratur, ut tradit Oldrad.conſilio 237. ſequitur Cur.iun.in tract. de feud.ſecunda parte 6.q.princip.numero 4. Cephal. conſilio 26. numero 18.pulchrè Alexan.conſilio 6.volum.
56 5. † Ad tertium quòd hic agatur de feudo hæreditario uelut conceſſo pro ſe & hæredibus ſuis, dico motiuum ceſſare propter uerbum, maſculis, adiectum: uigore cuius feudum deſinit eſſe hæreditarium, cum pro deſcendentibus interpretetur, ut uoluit Bal.Caſtren. Alexand. Aretin.Soc.& Iaſ.in l.Gallus.§.etiam ſi parente, ff. de liber.& poſthum. Dec.conſilio 185. numero tertio, poſt Rayner.de Forli.Bald.& Ioan.Andræas quos citat, & quem ſequuntur ibidem Mod.Galli.idemque tenet alibi Dec. uidelicet in conſilio 239.conſilio 294.poſt princ. conſilio 395.columna tertia, conſil. 445. numero 9. & in cap.in præſentia.nu.43.de proba. Baldus ab eo non citatus in l.cum uirum.col. pen. C. de

de fideic. Afflic.in prælud.ſeud.col.pen. Zoan-
net.libro ſuo de rebus quotidianis, capit.4.col.
1. Rube.conſi.85.nu.6. conſi. 110.num.4.conſi.
164.nu.12.vbi dicit hanc eſſe communem, ſicut
& Cra.conſi.38.ad fi.Goza.conſil.26.num.30.
Cur.iu.conſi.171.nu.6.Soc.iu.conſil.72.nu.23.
vol.1.Bellon.conſil.33.Iaſ.conſil.7.col.8.in fin.
vol.3.Guil.Mainer.in l.quod contra.§.vni duo.
nu.10.ff.de reg.iur. Et cæteris latius Roland.à
Valle conſilio 67.nu. 20.per 2.col.vol.1.vbi di-
cit hanc eſſe Doctorum receptam ſententiam,
citans infinitos: & pro ea tex.qui cauillari non
poteſt ſecundum communem literam in c.1. §.
& ſi clientulus. de alie.feu.vbi dicitur quòd il-
la verba, ſine legitimo hærede maſculo, intelli-
genda ſunt in feudis. ideſt ſine filio maſculo.
& tex.ibi non dicit, nec Doctores quòd requi-
ratur filios hæredes eſſe, quoniam ſi legislator
ita voluiſſet, vtique ſciuiſſet dicere.l. vnica.§.ſin
autem.C.de cad.toll. & illum text. latius quo-
que deducit ad hãc opinionem Caccialu.in tra
cta.ſuo de feud.quem facit in c.1.de feud.cogni.
arti.5.nu.13.Confirmatq́ue Rolan.hanc partẽ
ratione, nam ſi tale feudum conceſſum pro ſe
& ſuis hæredibus maſculis eſſet hæreditarium,
ſequeretur quòd illud verbum, maſculis ſuper-
fluum redderetur contra l.ſi quando.ff. de le.1.
57 Bald.in rubr.C.de contrah.empt.q.9. † quia id
verbum hæredibus, non poterat intelligi de ex
traneis, ſed de ſuis hæredibus iux.naturam feu-
di.c.1.de ſucc.feu. Item niſi de maſculis.cap.1.§.
hoc quoque.qui feu.da.poſ.Bal.in c.1. quæ feu.
conſt.poſ.Goz.conſi.8.in prin.ne ergo verbum
maſculis, apponatur ſuperfluò & ſine miſterio,
dici debet poſitum fuiſſe ad declarationem il-
lius verbi hæredibus, & ſic quòd tale feudum
ſit ex pacto & prouidentia, ac ſi dictum fuiſſet
pro ſe & liberis. Et vt latius proſequitur ibi Ro
land.& hanc inſuper opi. tenet Natta conſilio
127.& ſequenti, dicens quòd illa verba pro ſe
& hæredibus maſculis, important quòd feudũ
ſit receptum pro deſcendentibus recipientis:
quia illud verbum hæredibus videtur intelligẽ
dum de hæredibus ſanguinis, attento quòd re-
cipiens uidetur conſideraſſe agnationem & fa-
miliam iuncta illa qualitate maſculinitatis ſecũ
dum Ray.de for. in quadam ſua diſputatione,
quem refert & ſequitur Bald.in l. Caius. ff.ſolu.
matrimo. Et cum prædictis inſuper tenet & con
cordat Soc.iun.conſilio 72.numero 27.volum.
58 1. † Et pulchrè Boſſi.in tit. de principe.nume.
306.vbi poſtquam dixit feudum ſumptum pro
ſe & hæredibus hæreditarium dici, ſubdit rem
eſſe claram quo ad agnatos, ſed quo ad filios in
telligi videtur de filiis, Ita vt non ſint hæredes
ſecundum Iaſ.in l.ſi non ſortem. §. ſi libertus.
colum.fina.ff.de cond. indeb.quod mirabiliter
facit pro Decio in conſi.185.qui vult quòd quã
do dicitur pro hæredibus maſculis, intelligatur
pro filiis, licèt non ſint hæredes: quia ſi quan-
do non adeſt dictio, maſculis, hoc procedit mul-
59 to magis cum dictione maſculis. † tãtoq́ue ma-
gis clara redditur hæc concluſio, quòd in inue-
ſtitura prædicta Sigiſmondi Imperatoris adeſt
etiam verbũ legitimis. Ibi, tibi Illuſtr. Io. Fran-
ciſco tuiſq́; filiis & hæredibus legitimis maſcu-
lis. Et ulterius in inueſtitura Maximiliani ſeu
Federici dicitur, tibi & hæredibus tuis maſcu-
lis ex te legitimè deſcendẽtibus. quæ verba tol
lunt omnem difficultatem, feudumq́ue red-
dunt ex pacto, & prouidentia, prout in ſimilib.
verbis arguit Dec.conſil.395.colum.3.vbi dicit
quòd ſi feudum dicitur ex pacto, quando dictũ
fuit de hæredibus maſculis, à fortiori pariter eſt
dicendum quando dictum fuit de hæredibus
vtriuſque ſexus de ſuo corpore deſcendẽtibus:
quia iſta verba magis clara ſunt, & tergiuerſari
non poſſunt quominus de liberis intelligãtur.
Et idem magis in terminis noſtris concludit So
ci.iun.conſilio 137.ad fi.volum.1.volens feudũ
conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis le-
gitimis deſcendentibus, hæreditarium non eſſe
cum clare conſtet ex uerborum ui, verbum il-
lud, hæredibus, prolatum dici habito reſpectu
ad liberos. Et cum prædictis concordat Afflict.
in capitulo.primo. de inueſt.quam Titius acce
pit, nume. 3.in c.1.nume.3. de eo qui ſibi. & hæ
red. & in capitulo primo.an agna.nu.13.uolens
poſt Andræ.de Iſer.Pileum & Bulga. feudum
conceſſum tibi & hæredibus ex legitimo corpo
re deſcendentibus uel ex tuo corpore deſcen-
dentibus dici ex pacto & prouidentia: quare ſic
& in caſu noſtro dici debet omnino ſimili, eiſ-
60 demq́ue uerbis munito. † Nec prædictis repu-
gnat obex ille magnus ab aduerſariis exiſtima
tus, quòd ſi de hæredibus dictum fuit, filii non
poſſunt admitti niſi ſint hæredes, ſecundũ Bar.
in l. vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.lib.me
ritò feudum debet hæreditarium dici: quoniã
quòd illi debeant hæredes eſſe, debet intelligi
non ultimi morientis, ſed primi inueſtiti me-
diatè uel immediatè: & hoc ſufficit, licet quis
non ſit hæres ultimi morientis: id.n.tm̃ attendi-
tur quòd ſit hæres aliquo modo primi inueſti-
ti, quoniam de illius ſucceſſione ſemper agitur.
& non de ſucceſſione eius, à quo feudum uacat,
hoc eſt qui ultimò decedit, ut tradit Cald. con
ſi.13. conceſſum eſt. in fi. Alex.conſi. 26.colum.
4.uol.1.Bru.conſi. 18.colum.4. verſicu. tertiò
61 quia. † Et propterea dici ſolet, quòd in feudo
etiam quòd per multas manus tranſierit, ſem-
per ultimus dicitur ſucceſſor primi, & ab eo di-
citur habere cauſam à quo feudum habuerit ra
dicem, ut inquit Angel. conſi.110.colum.6.uer.
in feudo. vnde Caſtr.in authentica, poſt fratres
la ſeconda.C.de leg.hær.his bene conſideratis
dicebat quòd licèt quis in feudo ſuccedere nõ
poſſit, niſi ſit hæres, non tamen ſequitur quòd
ſuccedat ut hæres. Quare ut concludam dato
quòd Illuſt.D.Rodulphus & ſubinde D.Aloy
ſius eius filius uenire non poſſent ad hoc feudũ
niſi ſint hæredes, non tamen inde ſequitur eos
hæredes dici Illuſtr. Do.Io. Franciſci teſtato-
ris, ſed primi inueſtiti, meritò non inde feudũ
hæreditarium dici, ſic pulchre conſiderat & re
ſpondet Soc.iun.conſi.72. nume.29.uolumi.1.
& conſi.

& conſi. 80.colum.ſi.volu. 2.Idemq́ue tradit con
62 ſil.42.colnm.2.vol.3. † vbi ex hoc infert tale feu-
dum mixtũ diei,quia ſcilicet de hæreditario par
ticipat in eo ꝙ quis hæres eſſe debet,& etiam (ſed
magis)participat de feudo ex pacto & prouiden
tia concedentis quia ſcilicet in eo tantum deſcen
dentes nocantur, & ex propria perſona nõ ut hæ
redes:& ita feudum mixtum appellat ſignanter
Afflic. in c.1.au agnat.col 4.quod eſt de intentio
ne Bal.ibidẽ.col.3.uerſi.ſed nunquid feudnm:&
ſubdit Affli.ibi,notandum & menti tenendum eſ
ſe, ꝙ datur feudum mixtum declarando modo
prædicto:ſicque feudum mixtum appellat Pariſ.
63 conſi.65.nu.35.vol.3.† vbi panlopoſt ſubiungit
ex aliorum mente, quòd excepto eo quòd quis
hæres eſſe debet,regulariter in cæteris conſidera
ri debet vt feudum ex pacto & pronidentia con
cedentis:ſicque clarè tenet Dec.conſi.185.Rube.
conſi.84.nu.7.igitur iſtis ita ſtantibus concludit
Soc.Iu:quòd Illuſt.Do.Io.Georgius ultimò de-
functus non potuit in aliqno præiudicare circa
feudum Montis Ferrati Illuſtriſſimæ D. Marga-
ritæ Duciſſæ Mantuæ illius nepti,quæ poſt eum
ex propria perſona & ex pacto & prouidentia
concedentis erat ſncceſſura,& tale feudum erat
habitura velnti quoddam æs alienum omnino &
totaliter abſtractum de hæreditate patrui ſui, cũ
illud non haberet ab eo, ſed à concedente & pri-
mo inueſtito,& ſic ex pactu & prouiſione conce-
dentis: ſicq́ue pariter tenet in feudo Caſtri Cor
rigiæ Soc.iu.conſ.112. col. penul. uol.2. prout &
in hoc Lnzariæ dici debet ſiue ſit ſimplex feu-
dum ex pacto & prouidentia,ſiue mixtum quòd
de illo dictus Illuſt.teſtator diſponere non potue
rit eo,priuando pro parte ſua Illuſtr. Do. Rodul-
64 phum,& ſubinde Aloyſium filium ſuum. † Nec
iſtam concluſionem turbat tex.in d.c.1.de eo qui
ſibi & hæred.citatus per Rube.in d.conſi. 18.iun
ctis not.ibidem per Andr.de Iſer.quoniã potius
ille tenet fendum,de quo ibi,eſſe ex pacto & pro
uidentia,dum dicit,hoc eſt regulare in omni feu-
do, quod eſt ex pacto & prouidentia , id-
que clare notat Afflictus ſecnndo loco dicens
qnòd hoc expreſſè probat ille textus. Et licèt
ſe remittat ad dicta per eũ in præludiis feudorũ,
tamen non tenet contrarium, ſed idem cõfirmat
quatenus nu.166.diſcutiens illã quæſt.de feudo
conceſſo pro ſe & ſuis hæredibns ex ſuo corpore
legitimè deſcendentibus, quòd in progreſſu te-
net eſſe ex pacto & prouidentia,id probat nume.
172.per tex.in d.capi.1.concludens in caſu illius
tex.filinm admitti excluſa fœmina , non quia ſit
hæres,ſed ex pacto & prouidẽtia primi inueſtiti.
Idem q́ue ſentit Bal.in l.liberti.colum.pen. uer,
qnid ergo. C.de oper.lib. ubi quærit an feudum
conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis,trã
ſeat ad hæredẽ extraneum, & ita ſit hæreditariũ:
reſpondetq́ue qnòd non, quia adiectio maſculi,
de iure & de facto refertur ad deſcendentes: de
iure ſcilicet ſcripto,& de facto ſcilicet de conſue-
tudine citat tex.in d.c.1.uolũt ergo prædicti per
illnm textum feudum conceſſum pro ſe & hæredi
bns ſnis maſculis eſſe ex pacto & prouidentia nõ
65 autem hæreditarium ut dixit Rubeus. † Me quo
qne parum mouet ratio ſupra deducta, quòd ex
preſſio maſculinitatis nihil operetur,cum tacitè
ineſſet.id enim negatur, per dicta ſuperius,num.
57.& vltra confirmatur, nam quando conceſſio
ſit pro ſe & hæredibus ſuis alio non dicto,maſcu-
li deſcendentes dicuntur expreſſi generaliter pro
pter illud verbum,hæredibus:ſed quando adiici
tur,maſcolis ex ſe legitimè deſcendentibus,dicũ-
tur expreſſi ſpecialiter:quæ quidem expreſſio ſpe
cialis, maioris eſt virtutis & potentiæ generali tã
tùm expreſſione, vt colligitur ex not.per Bar.in l.
ſi quis in principio.ff.de leg.3.in l.ſi. C.ſi contra
ius.& in materia feudali ſic argnit Rui.conſi. 16.
66 nu.7.voln.1.† Poſtremò non vrget hic agi de fen
do iuriſdictionali ꝙ pro bono publico poteſt vni
filio prælegari ſecundum Caſtr.conſi.163.cum ſi
milibus allegatis ſupra:quoniam Caſtrenſem re
prehcndit Iacob.à S.Georg.in tracta.de feud.in
ver.& cnm pacto,quòd de ipſo ſeudo poſſint. ſub
nu.13.vbi relatis argumentis Caſtrenſis, ſubdit
ſe(ſalua reuerentia tanti Doctoris)tenere contra
rium,quia vaſallus in feudo antiquo non poteſt
immutare edictum ſucceſſorum, neque alienan-
do.c.1.de alie.fen. pa.neque diſponendo per ulti
mam voluntatem.capitulo primo. de ſucc. fend.
67 † Nec ad illnm tex. ſnfficienter reſpõdet Caſtrẽ
ſis,intelligẽs illa verba[nulla ordinatione defnn
cti in ſeudo manente vel valẽte]quando in fauo-
rem extranei cederet diſpoſitio,ſecus ſi in fauorẽ
filii: quia liberi debent in feudalibus æqualiter
ſuccedere vt ibi dicitur,& eſt tex.in capitulo pri-
mo.§.& quia videmus.qui feud.dar.poſſ. ibi[ ut
ad omnes liberos æqualiter pertineat ]ergo nec
in fauorem nnius ex filiis ualet diſpoſitio defun-
cti.& nt addit Rui.conſi.25.nu.13.volu.1.reſpon-
ſio Caſtrenſis non eſt bona,& eſt contra genera
litatem illius tex.qui repugnat,& hanc reſtrictio
nem non patitur:& eſt contra intentionem Do-
ctornm, qui volunt quòd pater non poſſit etiam
vni filiorum feudum prælegare in præiudicium
aliorum,quos amplè cnmulat Soc.iun.conſil.72.
nume.33.uol.1.dicens in feudo antiquo omnino
indubitatum eſſe,licet in nouo quoque uideatur
67 eſſe magis communis opin.negatiua. † Et hanc
opi.confirmat Iacob.loco citato,duplici ratione.
Prima eſt, quia pater non poſſet uni ex liberis aſ
ſignare duas partes feudi,& alteri filio tertiã par-
tem,ut uoluit expreſsè Andr.de Iſern.& Iacob.
Aluar.in d.c.1.de ſucceſſ.feu.quare multo minus
debet poſſe pater illud in totum uni ex filiis aſſi-
69 gnare. † Secunda ratio eſt,quia ſi pater poſſet fa
cere quòd primogenitus ſemper haberet totum
feudum,præiudicaretur Domino ſuperiori, cu
ius intereſt habere plures ſubditos, & uaſallos,
qui teneantur ſibi præſtare fidelitatem.c.omnes.
ſi de feu.defunc.fuer.contro. ſubditq́ue conclu-
dendo Iacob.ad alia motiua Caſtrenſ.unico uer-
bo reſponderi poſſe,quòd non loquitur in feu-
70 dalibus,& ſic ad rem noſtram non ſaciunt.† Secũ
do particnlaliter reſponderi poteſt conſilio Ca-
ſtren.qnòd ſanè debet intelligi,quando pater al
teri filio ſuam partem in allodialibus bonis aſſi-
gnauit

gnault, prout ita Iaſ.intelligit conſil. 236.colum. 4.volum.2.conſi.107. vol.4.& certè talis intentionis fuit Caſtr. quatenus ponit thema, quòd pater diſpoſuit in teſtamento quòd primogenitus ſuccederet in iuriſdictione terrarum cæteris excluſis,quibus tamen voluit prouideri per primogenitum,prout decens fuerit pro eorum ſtatu re
71 tinendo: † cum enim illa verba,prout decens fuerit,importent honeſtatem & arbitrium quoddã boni viri,iuxt.not.in l.ſi ſic.ff.de legat.1. conſequẽs eſt quòd ille primogenitus deberet ita prouidere aliis fratribus ſuis vni vel pluribus,quòd haberent ſuas partes æquales,vt ſtatum ſuum retinerent & tanquam filii pariter eiuſdem parẽtis tantundem haberent ſecundum Regulas iuris communis,quas ille primogenitus debuit ſeruare,cuius arbitrio res fuit commiſſa, vt per Barto. in extrauag.ad repri.in verſic.uidebitur. Butr.&
72 Imol.in c.primo.de conſti. Alex.conſi.33. volu. 1.Iaſ.in d.l.ſi ſic.nu.26. † Et hæc intelligentia ni fallor deſumpta fuit à Bart.in l.ut iuriſiurandi.§ ſi liberi. colum. 2.ad fi.ff.de oper.liber.& in conſilio 60.incip.quæſtio iſta habet dubia.vbi dicit in actione de dote,quæ filiæ quæritur ex ſtipulatione paterna, patrem non poſſe illud ius diminuere filiæ, niſi tantum vltra relinquat pater de ſuis bonis, quantum eam grauat.l.ſi cum dotem. §. ſi pater.ff.ſolut.matrimonio.& ab Ang.conſil.184. ex forma & ſerie,col.2.in fin.quem variato numero citant Andr.Sicul.in capitulo, potuit. de loca.& Iaſ.in l.2.nu.210.C. de iur. emph. de patre qui prælegauerit vni filiorum totam emphiteoſim,quod facere non poteſt,niſi tantundem cæteris filiis ſigillatim reliquerit in emphiteoſis recõpenſationem.At in propoſito noſtro teſtator longè minus reliquit Illuſtr. D.Rodulpho quàm Illuſtr. Do. Maximiliano.meritò ceſſat Caſtrenſis
73 deciſio. † Ad quartũ reſpondetur ex quinto pro hac parte ſupra num.46. cum enim talis facultas alienandi limitata fuerit,ut ita demum valeat, ſi fiat duobus filiis non uni tantùm, limitatum debet effectum producere. l.in agris.ff.de acquirenda rerum do. tantoque magis quòd contrarius effectus ſequitur,quòd uni tantùm non duobus relinquatur,nam primo caſu diſcordia,rancores,& odia naſcuntur,ſecundo pax & concordia: & ita primo caſu dignitas non conſeruatur, ſed potius diſſipatur iuxta illud Saluſtii, Cõcordia paruę res creſcunt,diſcordia maximæ dilabuntur: de quo
74 Soc.conſilio 165.colum.9.volum.2. † Et ad illud quòd hoc feudũ ſemel alienatum , durare debet ſemper alienabile per l.pater.§.quindecim. ff. de leg.3.reſpondetur illud procedere quando quis aliquid pretio & ſuo contractu quæſiuit, vt emptione,prout loquitur ille tex. ſecus quando ex alterius diſpoſitione,quia ſibi datum fuerit vel relictum,ita Alex.in l.Marcellus.§.quidam liberis, nume.4. ff.ad Treb Rui.conſi.120.num. 10.in fi. volumine ſecundo,prout in caſu noſtro contigit, quia Illuſtriſſimus Marchio Mantuæ primus inueſtitus iſtud Caſtrum fratribus dedit,& inde peruenit ad Illuſt. Ioannem Franciſcum & Aloyſiũ: nam non inde ſequitur ut præfatus Io. Franciſ.
75 potuerit illud ſoli Maximiliano prælegare. † Ad quintum reſpondetur,immo formam cenſeri traditam, dicendo quòd relinqui poſſint uſque ad quatuor caſtra cuilibet ex aliis duobus filiis: ſic enim patet eos æqualiter fuiſſe uocatos ,ut ſupra dixi nume.46.meritò quòd recognoſci debeant à primogenito,non infert quòd haberi debeat ratio primogenituræ per relationem ad Marchionatum Mantuæ,in quo ſeruatur primogenitura, quia nunquam relatio fieri debet ad aliud,quando reſultaret abſurditas,ut per glo.in capitulo, ut circa. in uer.coram.de electio.lib.6. Glo.Alexan.& alii in l.ſi idem cum eodem.§.fi.ff.de iuriſ.omn.iudicum,& eſt tex. quem ibi not. Abb. in capitulo, eccleſia veſtra. il ſecondo, de electi.ponit Old.cõſi.152.factum tale. Abb.conſi 75.colum.penu. uolu.2.cum ſimili.per Dec.in capitulo,ſecundò re-
76 quiris.nu.6.de app. † at hic abſurdum contingeret,quoniam ſe ipſum corrigeret Imperator uolens duobus relinqui,ſi in primogenitum deberet ex relatione deferri, quod dici non debet:ceſſat enim relatio,nec fieri debet quando per eam induceretur correctio,ut tradit Abb.in capitulo, eccleſia veſtra. de elect.Iaſ.in l.talis ſcriptura.nu. 39.ff.de leg.1.Rubc. conſilio 49.colum.fin. Natta conſilio 270.nume. 5. Et in quantum ſubiiciebã nulla apparẽte forma data feudum cenſeri in dubio datum uelut hæreditarium , reſponſio patet ex amplè deductis ſupra numero 34.& 56.cum ſequentibus utroque loco,ubi demonſtraui feudũ hoc fuiſſe velut ex pacto & prouidentia conceſſum,& ita ceſſat obiectum uelut in falſo præſup-
77 poſito fundatum. † Ad ſextum quòd hic agatur de feudo franco,& ob id de illo diſponi potuerit, & Illuſt.D.Maximiliano prælegari, dico probabiliter negari poſſe hoc feudum Luzariæ francum eſſe: tunc enim demum feudum francum dicitur quando nominatim & expreſſè hoc fuerit dictũ in conceſſione, aliàs ſecus quia excedit naturam recti feudi etiam nobilis. Ita ſignãter inquit Bal. in capitulo,inter dilectos. nu.10.de fid. inſtr. Iaſ. in uſib. feud. col.38.verſic.Illud diligenter nota. Alex.conſi 30.in fi.uolu.1.Rui.conſi.18. col. pen. in prin.uolumi.1. Cur.iu.in tract.feud.8.q.primæ par.prin.nu.27.Soc.iu.conſi.77.nu.74.volumi.1. ubi etiam citat Iaſ.in uſib.feud.8.diui.mihi.num. 116.Afflict.in capitulo primo.de feud. non hab. prop.nat.nu.8. Cattel.Cot. libro memorialium. in uer.feudum ligium.col.2.Capici.deciſ. 64.colum.2.Natta conſi.600.nume. 8.ubi citat Ioan. Andr.in addi.Spec.in Rubr.de præſcr. colum.fi.
78 † Ex quibus apparet in primis Calderinum conſil. 7. de feud.allucinatum fuiſſe, ſupponendo ꝙ uerbum, nobile & francum in idem ſonent & æquipolleant,cum hoc ſit exppreſſè contra doctrinam Baldi in dicto capitulo , inter dilectos. ubi dicit quòd feudum francum excedit naturam feudi etiam nobilis,& ſic plus importat fran
79 cum, quàm nobile. † Et ut ſubdit ibi Bal.dicitur nobile,quia aut nobilem inuenit ſeu recipit ad ſe, aut nobilem facit,quia nobilis poſſeſſio ſuum nobilitat poſſeſſorem: non ergo ſequitur feudum eſt nobile,ergo francum, & cum Bal. reſidet Zaſ.

in trac.

in tracta.feud.ſecunda parte,numero quarto, &
prior eis idem tradit Andræas de Iſer.in capitulo
primo,quis dica. Dux,numero quinto, & Practi.
Papienſ.in forma libelli,quo agitur ad reuo. ſeu.
80 verſiculo, ac nomine recti feudi. † Hinc etiam
non bene ſentiunt æquiparantes feudum honori
ficum & francum ſupra citati, numero decimo-
ſexto,quia ſi francum non dicitur, niſi nomina-
tim, & expreſſè hoc ſit dictum, patet verbum
honorificum non ſufficere ad inducendum quòd
feudum dicatur francum: idque probatur,quia
ſi idem eſſet feudum honorificum & francum,
cur diuerſis nominibus appellaretur? l.ſi idem.
C.de codicill.nec Ioa. And. qui paſſim citatur in
add.Spec. Rub.de præſ.id dicit poſt Vber.de Bo.
quærit.n. nunqnid vaſallus libertatē præſcribat
per annos 30. contra directum Dominum feudi:
& diſtinguit; quod aut vaſallus debebat dare certas
præſtationes Domino, puta tenendi equum pro
Domino & imputandū eſt Domino qui illas non
exegit, & ſic inducitur præſcriptio: ſi verò feu-
dum erat honorificum, non eſt quid imputari
poſſit Domino, qni nihil exigere potuit; & ob
id non inducitur præſcriptio. Ex his planè ver-
bis Ioannes Andræas bene ſupponit quòd in feu
do honorifico vaſallus nil præſtet Domino ad dif
ferenriam alterius feudi, in quo non debentur
præſtationes; ſed quòd illud feudum honorificū
81 dicatur francum,non dicit Ioan. Andr. † bene
verum eſt quòd ſubdit habuiſſe examinare quan
dam cauſam feudalem, in qua dicebatur vaſallū
fuiſſe inueſtitum de feudo gentili & franco,& a-
libi de feudo nobili,& franco, quæ ſatis ſonant
in honorificum, quibus planè verbis dicere vo-
luit Ioan. Andr.inueſtitum de feudo gentili &
franco,ſeu nobili & franco, cenſeri inueſtitum e-
tiam de feudo honorifico:quia illa verba gētile,
nobile,& francum, ſonant in honorificum, ſed
non dicit Ioan. And.quòd feudum honorificum
82 dicatur francum: † & ſic bene francum dicitur
honorificum, ſed non conuertitur vt honorifi-
cum dicatur francum,ſicut de agnato dicitur,qui
dicitur cognatus;ſed non ecōtra.glo.in §. primo,
Inſtit.de leg.agna. tut. plus enim francum quàm
83 honorificum denotare videtur, † cum francum
feudum dicatur liberum & abſolutum ab omni
ſeruitute ac ſeruitio præter expreſſa, & contenta
in ſacramento fidelitatis, vt per Oldr.conſil.234.
factum tale. Bal.in capitulo primo, quæſtione fi-
nali.de capi.qui.cur.uend. Iaſ.conſilio 57. colum
na tertia,volumine primo.Zaſ.in tracta.feudo.12.
par.numero 46.Sylua.conſilio tertio, nume. 56.
84 † Immo fortius vt inquit Bal.in prælud. feud. 8.
diuiſione (quod magis coloratum appellat Cur.
iun.in tracta.feud.prima parte, quæſtione octa-
ua.numero 28. & ſequitur Zaſ. eodem tractatu,
octaua parte,numero 53.)feudum dicitur francū
à ſeruitiis, ſiue operis exhibendis, quia nullum
pro eo ſeruitium præſtatur, ſed non eſt liberum
à maleficiis: ſiue conſiſtant in faciēdo, ſiue in ta
cendo fraudem. Et ſic uult Bal.qnòd ad iſta duo
tantùm teneatur, non autem ad alia quæ ſunt cō
85 prehenſa in noua forma fidelitatis: † tale au-
tem non reperitur feudum honorificum, quod
ideo ſic appellatur,quia honorificat,ſicut nobile,
quod nobilitat, ut ſuperius dixi,& probatur in c.
primo.§.cæteri.quis dic.Dux.Bald.in vſib. feud.
9. diuiſ.& ibidiem Iaſ.colum. 38.verſiculo.circa
9. diuiſ. prætereà nec Alex.conſi.10.col.4. volu.
5.dicens quòd feudum honorificum videtur idē
importare quod feudum francū, ſe firmat in hoc.
Immo ſubdit quòd id non ponit pro conſtanti,
& ideo ſuper eius auctoritate non eſt facienda uis
ſolumque remanet Galder. in dicto conſil.7.de
feud.& Cur.iun.conſil.158.nu.10. qui mouentur
auctoritate Io.And.poſt Vber.de Bob. loco cita-
to id non dicentis,ſed id tantùm quod ſupra de-
claraui, quare meo iudicio non eſt vera eorum
86 cōcluſio. † Nec prædictis obſtāt illa verba inueſti
turæ Federici[iuxta formam prædicto Ludouico
de terris & Caſtris in Brixienſi Dioceſi per nos
conceſſam] quoniam nō operantur illa uerba re-
ſpectu nominis feudi:id enim ſatis ibi paulò ſupe
rius exprimitur, ibi[in feudum nobile & honorifi
cum] vnde rei ſatis demonſtratæ fruſtra adiice-
retur alia demonſtratio per relationem ad aliam
inueſtituram, uelut non neceſſaria.l.1.ff.de in in
teg.reſt.c.tua.de cohab.cler.& mul.Soc.conſi.89.
volumine primo.ſed operantur reſpectu perſona
rum, quæ comprehendi debent in dicta inueſtitu-
tura Luzariæ, prout comprehendebantur in alia
caſtrorum Brixiæ.& ideo ſuperius dicta de feudo
franco alienabili vana puto, cum de illo non aga-
87 tur. † Quinimmo non deſunt plerique uolentes
nec feudum frācum poſſe alienari irrequiſito do
mino, ut Bal.in prælud.feudo.8.diuiſione Caſtr.
conſi.163.in cauſa,quam magnificus.colum.3. A
reti.conſi.14.Dec.conſil.185.col.4.Guil. Bened.
in capitulo, Rainutius,in uer.& uxorem nòmine
Adelaſiam, in tertia deciſione. ad fi.de teſt. & alii
de quibus meminit Roland.à Valle,conſ.1.num.
134.uol.1.qui dicit eſſe comm.& fundatur in præ
iudicio Domini, quia ſi poſſet alienari, ſeque-
retur inconueniens, quòd ſi delinqueret uaſal-
lus, puniri non poſſet in amiſſione feudi cui iam
ex natura talis franchigiæ alienaſſet, & quia
Dominum contemnere poſſet ut per Baldum,
& ſequaces: ſed ulterius non proſequor, quia
non eſt opus cum de feudo franco non agamus
88 ut dixi. † Nec inſuper obſtat ſubrogatio huius
Caſtri Luzariæ loco illorum Brixienſium, ut
de hoc ſicut de illis diſponi potuerit, qnoniam
regula ſubrogationis, de qua in dicto §. qui iniu-
riarum. procedit in ſubrogatione facta per legem,
non autem per hominem ſecundum Bal.ibi per
l.emptor,ff.de noua. ubi ſtipulatio nouans con-
tractum bonæfidei, non ſapit naturam illius con-
tractus, cum non ueniant uſuræ, quæ ueniebant
ex illo contractu:tantoque magis quia hoc eſſet
contra hoc feudum Luzariæ conſtitutum ex pa-
cto & pronidentia, unde illa ſubrogatio debet in-
telligi ſecūdum qualitates illius feudi caſtrorum
Brixiæ, quatenus & in quibus adaptari poteſt, &
non aliter l.1.§.lex Falcidia, cnm ibi not.ff.ad l.
89 fal.Alex.in l.1.nu.9.in fi.ff.de leg.1. † Secundò
reſpondetur ſubrogatū ſapere naturam primor-

dialem,non etiam accidentalem eius, in cuius lo
cum ſubrogatur, vt eſt tex. in l. item veniũt.§.cũ
prædiximus.ff.de pet.hæręvoluit Glo.nota in l.
certi condictio.in prin in ver.in omni cauſa.ad fi.
ff.ſi cer.pet.quam Bartol. Bald. Salic. Alexand.
Iaſ.& Dominus meus Riminal. ſequuntur Ang.
in d.Litem venũit.vbi rationem reddit. Bal.in l.
vnica.§.ſed & ſi.C.de rei vxo.act.Tiraquel.in tra
cta.le mort.Saiſ.9.declaratio.ſecundæ partis.nu.
21.Natta conſilio quarto,nume.4.Soci.iu.conſil.
74.nume.21.volumi.3.at primordialis natura feu
di eſt qnòd ſit inalienabile teſtamẽto,vel alio mo
do.cap.1.de ſucceſ.feudo. contrarium verò venit
ex accidenti;meritò dato quòd illa caſtra Brixiæ
conceſſa fuerint Illuſtr. Do.Ludouico cum facul-
tate de illis diſponendi,& iſtud Luzariæ ſubinde
fuerit eidem datum illorum loco,non dẽt hoc eo
rum naturalem accidentalem ſequi, quæ reſpicit
alienationem, ſed primordialem ſecundum quã
& illa ſicut cætera feuda regulariter alienari non
60 poſſunt. † Ad ſeptimum debet aduerti,quòd illa
facultas teſtandi de hoc caſtro conceſſa ab Impe-
ratore Sigiſmondo data fuit Illuſtriſſimis Mar-
chionibus Mantuę,qui in toto ipſo Marchionatu
ſuccederent poſteà in Ducatum erecto , meritò
non debuit extendi poſſe ad Illuſtr.Domi. Ioãn.
Franciſcum genitorem Illuſt.Domi.Maximilia-
ni,qui non erat talis , licèt eſſet vnus ex cæteris
Marchionibus de Gonzaga , quoniam non fit,
extenſio de perſona ad perſonam.l. ſi quis ita , §
pen.ff.de teſt.tur.quam regulam ponit Aretin.in
l. Gallus.§.& quid ſi tantum,colum.5.ff.de liber.
& poſth.vbi etiam ex tacita , & præſumpta mente
teſtatoris id negat per Glo.in l.Titius,in prin. ff.
de lib. & poſth. Vbi ſi teſtator inſtituit filios ſuos
in genere , iſta inſtitutio non trahitur ad filium,
quem teſtator ignorabat habere, & tamen præ-
ſumpta mens teſtatoris eſt,vt ſi ſciuiſſet illum ha-
bere,ex naturali charitate fuiſſet inſtituturus eũ,
illamque Gloſſ. Dyn.& Barto.ſequuntur in d.l.ſi
quis ita.ſequitur & hanc regulam Dec.ad vnguẽ
conſi.218.nume.9.conſi.287.num.8. & conſilio
91 394.numero 8. † adeoque firmatur hæc regula,
quòd procedit etiam quando ſi fuiſſet interoga-
tus teſtator idem diſpoſuiſſet,vt tradit Iaſ.conſi-
lio 220.colum.4.conſilio 218.colum. 2. volumi-
ne ſecundo, conſilio 66. colum.7. volumi.tertio.
parique modo ſequitur eam Innoc. in capitulo,
cum dilectus. de cap.mona.Goza.conſilio 26.nu-
mero 34. Ruin.conſil.167. numero 10. volumine
3.Rolan. à Valle conſil.94.nume.10.volum.2. &
alios quàmplures cumulat Cepha.conſi.110.nu.
49.uol.2. id amplians,licèt eadem ratio militaret
in aliis perſonis non ſpecificatis , quo fit ut tan-
to minus in caſu noſtro licita fuerit extẽſio, quia
licentia alienandi uſque ad quatuor ex caſtris
Marchionatus Mãtuæ data Illuſtriſſimis Marchio
nibus dictæ ciuitatis & dominii poterat eſſe tole-
rabilis,uel uti non multùm præiudicialis cæteris
ſucceſſoribus in dicto Marchionatu , cum ciuitas
prædicta , multaque caſtra remanebant etiam
quatuor ex eis alienatis. at ſecus erat in perſona
Illuſt.D.Io. Franciſci quoniam legando hoc ca-
ſtrum Luzariæ Illuſt. Do. Maximiliano,talis alie-
natio nimis erat præiudicialis Illuſt.Do. Rodul-
pho & ſubinde D. Aloyſio illius filio, quibus a-
liud caſtrum in quo ſuccederẽt, non remanebat:
licèt enim proponatur D.Rodulpho relicta ca-
ſtrum a Stiueriis & Sulfarinum,tamen ea non ha
92 buit nec habere potuit. † Quo ſtante ceſſare de-
bet omnino extenſio de perſona Marchionum
Mantuæ ad ipſum D.Io.Franciſcum ex quo nõ ui-
get tãta & ita fortis ratio in uno caſu ſicut in alio,
dato qnòd eſſemus in fauorabilibus,ut eſt gl: in
c.in fidei fauorem.de hæret.in 6.quam commen-
dant ſcribentes in l.ſi verò.§.de uiro.ff.ſolut.mat.
& in l.ſi conſtante.ff.eo.Rolan.à Val.conſi.55.n.
93 31.uolu.1. † Nec mirum id eſſe debet , quoniam
materia extenſionis tota fundatur in rationis idẽ
titate,qua ceſſante ceſſat extenſio.l. illud. ff.ad l.
aquil.l.à Titio.ff.de uerb.oblig.Immo ceſſat ex-
tenſio non ſolùm ubi ratio eſt diuerſa , ſed etiam
ſi minor ſit in uno caſu quàm in alio, licèt in ma
teria aliàs extenſibili.l.lege Iulia.§. hoc capite.ff.
de rit.nup.Soc.conſi.9.col.2.uol.3.Arc.conſi.25.
circa finem. Alex.conſi.29.col.2.uol.6.Dec. con-
ſi.261.col.5.conſi.684.col.1.Grau.conſi. 17.col.
94 ſi.conſi.173.nu.13. † Secundò poſito quòd hanc
extenſionem concederemus in perſona D.Io.Frã
ciſci, tamen aduerti debet quòd non ſeruauit li-
mites conceſſionis Imperatoriæ dicentis , quòd
quilibet futurns Marchio cæteris eius filiis de cer
tis caſtris prouidere ualeat: non enim prouidit Il
luſt. D. Io.Franc.Illuſt.D.Rodulpho,ſed tantum
Illuſt.D.Maximiliano,cui hoc caſtrum Luzariæ
prælegauit: vnde quia non ſeruauit formam pri-
uilegii Cęſaris,illud amiſit.l.eos.C. de aquæduc.
lib.11.& ibi Io.Plat.Rui.conſi.28.nu.5.uolnm.1.
95 † Ad octauum de primogenitura per Carolum
V.erecta in hoc caſtro plura dici poſſunt , & pri-
mò ꝙ cum in priorę inueſtitura Sigiſmondi Im-
peratoris reſpectu quatuor caſtrorum poſtea ſe-
paratorũ à Marchionatu Mantuæ,quorũ unũ hoc
Luzariæ fuit,nõ fuerit cõſtituta aliqua primoge-
nitura,ſequitur hanc inueſtituram poſteriorem
contrariũ diſponẽtem nõ attẽdi debere: quoniã
prior inueſtitura præualet, nec illi derogatur ex
poſterioribus,quę ſecus quàm prima loquantur,
ut tradit Bald.cõſi.82.proponitur ꝙ inueſtituræ,
uol.1.Caſtr.conſi.61.uidetur dicendum,col.ſi.cũ
ſimil.per Dec.conſi.185.col.2.maximè Cardi.cõ
ſi.91.dicẽte nouã ĩueſtiturã habẽtẽ nouã formã,
ueterẽ nõ mutare.Idemq; tenet Aluar.in c.1.col.
2.de vaſſal.decrep.æta. Dec.cõſi.193.nu.3.col.2.
cõſ.194.n.3.cõſ.208.col.4.cõſ.268.col.2.cõſ.390.
nu.3.Rui.cõſi.20.& plenius cõſi.187.uol.1.Brn.
cõſi.1.nu.85.Natta cõſi.98.nu.15.Ceph.cõſ.168.
96 nu.18.cõſi.197.nu.9. † Secundò reſponderi põt
conſiderando ꝙ feudũ eſt cõtractus nominatus,
ut tradit Bar.in l.iuriſgẽtium.§.quinimmo, n.19.
ff.de pac.& poſt eũ Iaſ.nu.16.latè per eũdẽ.conſ.
8.nu.32.inter conſilia Bru.in ſuis uerò conſ.233.
uol.2.& in prælud.feud.nu.34.Pariſ.cõſi. 22. nu.
47.uol.1.Zaſ.in trac.feud.in tit.de origi.n.5.Cur.
iun.in eo.tract.1.par.9. q.prin.cum ſimilibus per
mod.Gallos in conſuetu.Paris.§. 1.glo. 9.nu. 4.
& per

& per Craue.in tract.de antiq. tempo. in prine.
97 numero quinto,ubi dicit eſſe commu. † & eſt cõ-
tractus ſtricti iuris , ut per gloſſam in l. de qui-
bus , ff. de legibus . Doctores in prælud. feu-
do.Sigiſmon.Lofre.conſilio primo, numero 50.
Quin & accedit quòd feudum Luzariæ an-
tiquum eſt velut à ſtirpe procedẽs,vt inquit Bal.
conſi. 49.circa fi.volumin.ſecundo,cum aliis per
Dec.conſi.445.nu.5.& Soc.iun.conſil.76.nume.
98 7.volu.1.† Poſtremò verò quòd in tali feudo di-
citur filiis ius quæſitum viuente patre, licèt eo
mortuo magis liberam conſequantur adminiſtra
tionem,vt per glo.fi.in cap.1.de feu.cogni.quam
Bal.comendat ibi,& in l.cum antiquioribus.nu.
9.C.de iure deli. Marinus Freccia.lib.2.feudo.ca
pi.de differen.feudorum regal. & aliorum nobil.
nu.8.in 3.differentia.& in tract.3.libri, q.26.nu.
2.& latè ponit Iacob.de Leonar. conſi.114.inter
conſilia Brun.nu.138.vbi poſt Bal.& Iaſ.dicit fi-
lium poſſidere feudum viuo patre, nec illud ac-
quirere poſt mortem patris,ſed in uita iã acquiſi
99 tum capere : † & probatur in c.1.§.Titius filios.
ſi de feud. ſuer.contro.vbi filii admittuntur viuo
patre ad recuperationem feudi alienati vt ibi di-
citur,non alia ratione quàm propter ius quod in
eo ſibi quæſitum eſt:his enim ſtantibus non po-
tuit Carolus V.contractum reuocare in præiudi
cium Illuſtr. Rodulphi & ſubinde Aloyſii per
ſuos anteceſſores factum conſtituendo primoge-
nituram prout fecit, ſed ad eius obſeruationem
tenebatur.c.1.& ibi not.omnes.de proba.maxi-
mè Feli. Dec.& Bero.Cy.Bal.& Caſtr.in l.digna
uox.C.de legi.Neuiz.inter conſilia Bru.conſ.12.
col.5.Pariſ.conſi.1.conſi.21.nu.46.vol.1. in feu-
do loquens.Cur.iu.in.trac.feud.2.par.n.12.q.1.
Iacob.à S.Geor.de feud.in ver.princeps.& abun
dè Rui.conſi.7.nu.30.volu.1. quoniam principis
obligatio ligat eum, licèt ex cauſa lucratiua pro-
uenerit, vt tradit Dec.in d.c.1.de prob.n.6. Rui.
conſi.27.nu.2.vol.5.Pariſ.conſi.1.nume.134.uo-
100 lu.4.Natta conſil.122.col.2. † Quibus magis ad
terminos noſtros addo mod.Callos conſi.50.nu
me.36.vbi loquentes de Rege dicunt quòd ſi vo-
luiſſet inueſtituris deceſſorum derogare etiã de
conſenſu ſolius maſculi ſuperſtitis,ad quem feu-
da deuenirent, non potuiſſet in præiudicium a-
gnatorũ & collateraliũ ſi qui tunc erant,nec in
præiudicium naſciturorum ex eis. Immo etiam ſi
vaſallus uellet inter filios diſponere , & vni eorũ
feudum prælegare , non poſſet etiam conſenſu
Domini,niſi de conſenſu aliorum filiorum ad eo
rum uitam tantùm,quia poſteris ſuis nec agnatis
quidem præiudicare poſſunt.citant Bald.in c.im-
perialem.de prohi.alie.feu per Fed. in pluribus
101 locis,& alios. † Deinde ſubdunt hoc eſſe perpe-
tuum in feudis,quòd ſemper reſpiciunt primum
ſtipitem & primum conſenſum Domini, cui non
poteſt derogari. Bal. in c.1.prima oppoſitio.de eo
qui ſibi.& hær. & prior inueſtitura tanquam ra-
dix ſemper attenditur,nec mutari poteſt in præiu
dicium tertii.Bal.conſi.375.quando conſtat.vol.
1.Bal.& alii in c.1.de feud.guar.Bal.in l.1.colum.
penult.C.quando non pet.par.Caſtr.conſil.191.
col.2.uol.2.Alex.conſi.9.nu.12.uol.5.Alua.conſ.
1.poſt ſuam lecturam feudorum.Card.conſil.92.
Iacob.à S.Geor.in uer.dictique uaſalli.colum.4.
uerſic.inſuper quæro.Dec.Neap.195.nume.5. &
6.Aret.conſi.193.conſi.263.Bru.conſi.1.in fi. cõ
ſilio 25.in fi.quibus & inſuper addo Dec.conſilio
39.nu. 3.demumque citant idem mod.magis in
propriis terminis quòd non poſſit alterari prior
inueſtitura etiam per principem.Gozad.conſilio
84.nu.8.Et infinitos propemodum cumulat Ce
phal.conſi.168.nume.29.ad demonſtrandum quod
102 princeps non poteſt reuocare priuilegium, quod
in contractum tranſiuit.† Et ideo bene traditum
eſt ab aliis ſcribentibus,quòd princeps faciendo
ſecundam conceſſionem contra primam, præſu-
mitur circunuentus ex obliuione uel ex facto im
petrantis ſecundam conceſſionem,meritò ualet
prima non autem ſecunda,ut latè tenet Rom.cõ-
ſilio 298.& Dec.conſi.192.nume.8.nec poteſt cõ-
trarium dictæ præſumptionis probari ſecundum
103 Bal.conſi.327.pridie conſului.col.2.uolu.1.† Nec
dicat aliquis prædicta procedere quando Caro-
lus V.primogenituram erexiſſet ſine cauſa ,tunc
enim uerum eſt principem à contractu ſuo uel
præceſſorum reſilire non poſſe,ut not. Abb. Feli.
& alii in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. vbi etiã
ponit Dec.ſub num.36.per tex.in c.1.de nat.feu.
& ibi Bal.notantem, quòd ſi Imperator inueſti-
uit aliquem Ducem,Marchionem,vel Comitem
non poteſt eum pro libito diſueſtire , & ſic ſine
cauſa, ſed demum propter coniunctam culpam
104 uel felloniam. † ſequitur latè Ruin.conſilio 7.nu
mero 31.uol.1.conſilio 108.nume.28.uolu. 2. lo-
quens in uaſallis,qui etiam de præſenti ius non
haberent in re,ſed in ſpe tantùm quia cõtractus,
licèt conditionalis,eſt irreuocabilis.c.1.qui ſucc.
105 te. & ibi Andræ.de Iſer.& cæteri. † At hic allega
tur cauſa propter quam motus fuit Imperator
Carolus ad erigendam primogenituram in hoc
feudo Luzariæ, uidelicet ad præſeruationem in-
tegralis dominii dicti feudi, quæ cauſa dicitur
reſpicere publicam utilitatem ut dixi ſupra nu-
mero uigeſimoſecundo,meritò bene uidetur Ca
rolus id potuiſſe facere cum cauſa, ut ſentit Dec.
in dicto capitulo,quæ in eccleſiarum.numero 36.
uerſiculo hoc tamen limitandum . Et clarè tra-
dit Socin.conſilio quarto,columna tertia,conſi-
lio 87.columna ſeptima, uolumine tertio. Iaſ.in
l.Barbarius,columna ſeptima, uerſiculo, decimò
fallit.ff.de offi.præt.Cra.conſilio 241.ſub nume-
ro duodecimo.ubi dicunt quòd ex cauſa princi-
pi permittitur reuocare pacta cum eo impleta.
& pleniſſimè comprobat , infinitos citans Fer-
nand.Vaſquius libro ſuo controuer. illuſt.cap.
uigeſimoſexto, numero decimoſeptimo , dicens
eſſe commu.poſt Socin.conſilio quarto,uolumi-
106 ne tertio.† Namque breuiter dicitur cauſam præ
dictam in propoſito noſtro non ſufficere,cum nõ
ſuperuenerit,nec fuerit incognita prioribus Im-
peratoribus,qui feudum hoc conceſſerunt.l.ſi ho
minem.& ibi Bartol. ff. mandat. & in l.ambitio-
ſa.numero undecimo ff. de decre.ab ord.fac. &
tradit Alexand.conſilio 203.numero 14.uolum.

6.vbi determinat quòd cum princeps conceſſiſſet quibuſdam de Caprariis nullum poſſe ſine eorũ licentia & certa pœna deriuare aquas, non potuit locumtenens dicti Principis contrarium diſpone re, niſi ſuperueniſſet aliqua iuſta cauſa, quæ tempore conceſſionis factæ dictis Caprariis non ſube rat, vel cognita non erat. Et præter Alexan. tradit hoc idem Marinus Freccia libro ſecundo feu. c. 27. nu. ſeptimo. vbi dicit quòd Rex ſi viueret non poſſet ſine iuſta cauſa reuocare gratiam, quam ſemel conceſſit, nec hæres eius, cum vna & eadem perſona cum defuncto ſit, niſi iuſta cauſa de nouo ſuperuenerit, iuxt. not. per Bartol. in l. ſi cũ do tem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio.

107 † Immo uerò ſatis Imperatores præambuli dictã cauſam cognouerunt præſeruationis integralis dominii Caſtri Luzariæ: & tamen ea non attenta primogenituram nõ conſtituerunt in eo, ſed om nes ſimul & æqualiter ſuccedere voluerunt ad cõ ſeruationem charitatis & zeli domus Gonzagæ: quæ ratio debet præualere per dicta ſuperius, nu

108 mero 44. & 45. † Nec alia iuſta cauſa debet præſumi quæ talem primogenituram tueri queat, cũ in principe quid faciente contra ius naturale vel gentium cauſa non præſumatur, ut uoluit Fulgo. conſilio 61. columna ſecunda, Fel. & Dec. in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum. de conſti. nume. 37. ubi Bero. numero 144. latè Soc. conſilio 120. col. 7. volumine tertio. Iaſ. in l. ſi teſtamentum. C. de te ſtamen. & ampliſſimè Cra. in tracta. de antiq. tem

109 po. prima par. numero 7. 8. & 9. † demumque Socin. iu. conſilio 65. columna ſecunda, uolumine ſe cundo. qui ſubnectit vnum quod ſatis accommo dari poteſt ad caſum noſtrum. Quòd enim cauſa præſumatur in Principe, procedere poſſet (ut ille dicit) quando Princeps particulariter & in ſpecie diſponeret contra ius gentium, puta derogando teſtamento, ſecus quando tantùm concederet poteſtatem derogandi, quia deberet intelligi cau ſa demum legitima ſubſiſtente ſic derogandi, nec aliàs plus alteri priuato concedatur quã ipſi Prin cipi, qui ſine cauſa contra ius gentium venire nõ poteſt: in caſu enim noſtro Carolus V. primogenituram non erexit abſolutè, ſed eius erectionem contulit in poteſtatem Illuſt. D. Io. Franciſci, me ritò talis poteſtas illi conceſſa intelligitur, ſi cauſa legitima ſubeſſet, non autem ſine: quæ nec imma ginari nec præſumi poteſt, vt per Imol. in c. nam concupiſcentiam. de conſti. Socin. conſil. 120. col. 8. vol. 3. Soc. iun. conſil. 65. nu. 8. vol. 2. vnde con cludendo patet nõ ſufficere cauſam, quã Iaſ. Rui. & ſequaces adducunt ſupra citati, num. 21. quòd

110 vnus regat, non duo, cum ſubeſſet ab initio. † Et quod inquit, Dec. conſi. 269. col. 3. tolerari poteſt ex cauſa noua ſuperuenienti remunerationis ob labores paſſos pro Repub. ſicut ille loquitur, non autem quòd ageretur de iure quærendo tollendo, vt inquit nu. 8. quoniam cõtrarium tenet pulchrè Rui. conſi. 7. nu. 31. vol. 1. conſi. 108. nu. 28. volu. 2. dicens ꝙ licèt tempore conceſſionis feudi nõ eſſet agnatis ius perfectè quæſitum in feudo, tamen cum ex contractu feudali ui taciti pacti & ex inueſtitura vocarentur ſub ea conditione, ſi talis decederet ſine filiis maſculis, c. 1. & ibi no. Bal. de feu. Mar. meritò non potuit illud ius in ſpe conſiſtens ex contractu prædicto quæſitum ſine cauſa

111 per principem tolli: † quia non poteſt princeps à contractu recedere puro vel conditionali, pendẽ te conditione, cum ſit irreuocabilis ſicut purus. l. 1. C. de peric. & commo. rei uen. & probatur in l. ſi conſtante. in fi. C. de donat. ante nupt. per quã dicit ibi Bal. in fi. quòd quando ex conſenſu contrahentium uel occaſione contractus per diſpoſitionem legalem eſt alicui tertio ius quæſitum re vel ſpe, ab illo contractu recedere non licet in illius præiudicium illo non conſentiente: & quantum ad hoc ius quæſitum re uel ſpe ex contractu, princeps non differt à priuato quando non ſubeſt iuſta cauſa. Idemque probat Rui. locis citatis, & conſi. 69. nu. 14. uol. 3. per tex. in c. 1. qui ſucc. tene. declarando vt per eum: quod etiã tenet Boſſi. in titu. de princi. nu. 198. ſicque falluntur ſupra citati, nu. 24. quando ſumus in iure quærendo ex contractu inito cum principe, quia non poteſt ab eo recedere princeps: alias à contractu conditionali diſcedere poſſet, quod nullus concedit ut inquit Rui. in dicto conſilio 7. numero 31. uolumi-

112 ne primo, & aliis locis citatis. † Quibus ut aliquid addam de principe, dico quòd altius peccat princeps frangendo fidem quàm inferior, ut inquit Bal. conſi. 314. quæritur utrum Papa. ad finem., uolumine. 1. & generalius idem Baldus ſcribit conſilio 343. examinanda ſunt, columna 1. uolum. 1. quòd non dicitur bonus uir qui promiſſa non ſeruat. Quinimmo fidem fallere graue eſt grauibus, grauioribus grauius, grauiſſimis & exemplaribus uiris grauiſſimum: & quòd magis expedit vulgo bonum exemplum, quod à uiris famoſis naſcitur, quàm bonæ rei ſubſtantia à uiris ignotis, & appellat Baldus ſubſtantiam bonæ rei

113 quod tibi non uis fieri, alii ne feceris. † Scribit & alibi Bald. conſilio 24. ius Abbatialis. volum. 2. quòd fidem contractus non ſeruare eſt mentiri. l. dolus. ff. mand. abhominabile verò & horribile eſt mendacium & ſtellionatus in ore principis, & quòd congruum eſſet dicere omnes contractus principis eſſe bonæ fidei ſpirituali iure ſuæ digni tatis, & ut idem tradit Bal. conſil. 275. quod pro regula. columna finali, uolumine ſecundo, ſicut princeps non eſt dominus elementorum, nec eſt dominus contractuum, qui incœperunt à prædeceſſore, ſequitur Craue. conſilio 241. numero decimonono. quare patet erectionem primogenituræ factam per Carolum non fuiſſe ualidam in præiudicium Illuſtriſſimi Domini Rodulphi. & ſub-

114 inde Domini Aloyſii. † Et ad §. pactus ne peteret, iunctis dictis Cur. in conſilio primo, numero uigeſimoſecundo, de quibus ſupra dixi. numero uigeſimotertio, conſiderandum eſt in eo fundamento fallaciam contineri, namque Illuſtriſſimus Dominus Maximilianus bene fuit primogenitus Illuſtr. Domini Ioannis Franciſci, uelut unius ex Marchionibus de Gonzaga, ſed non fuit primogenitus Marchionis Mantuæ. Vnde primæuum ius conceſſionis Marchionatus Mantuæ cum iure primogenituræ bene fuit

reſpectu

reſpectu primogeniti Marchionum Mantuæ, ſed non reſpectu primogeniti Marchionum de Gonzaga, qualis fuit D. Maximilianus, meritò redacto Caſtro Luzariæ ad primogenituram, prout erat ab initio Marchionatus Mantuæ, non poteſt dici conceſſum fuiſſe ius Illuſtriſſimo Domino Maximiliano, quod ſibi prius ab initio competebat, & ita Illuſt. D. Rodulphum & Aloyſium nō poſſe conqueri; quia non eſt verum quòd hoc ius vmquàm competierit ab initio actu vel habitu dicto D. Mximiliano, cum nō fuerit primogenitus alicuius Marchionis Mantuæ; & ita detegitur fal-

115 lacia, quæ latebat in argumento. † Nec defendi poteſt dicta primogenitura per clauſulam ex certa ſcientia in ea poſitam, quoniam non operatur in notabile præiudicium tertii, cui princeps non præſumitur voluiſſe derogare. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. & ita tradit plures citās Socin. conſilio 120. col. 7. verſicul. ſed ad iſta. volumine tertio. Dec. conſil. 198. numero 4. conſilio 544. numero 36. Do. meus Riminal. conſilio 103. nume. 27. Neuiza. latè conſilio 12. inter conſilia Bruni. Bald. in prælud. feud numero 37. Caſtrenſ. conſilio 159. columna finali. volumine ſecundo. Alexan. conſilio 122. colum. penultima. volumine quarto. Pariſ. conſil. 1. numero 75. conſilio 82. numero 55. volumine primo. Fely. in capitulo nonnulli. colum. 14. de reſcr. Soc. iu. conſilio 77. numero 116. volumine primo. Natta conſi-

116 lio 585. columna 3. † idemque de plenitudine poteſtatis pariter expreſſa dici poteſt, nam nec illa procedit aduerſus notabile præiudicium tertii ſecundum Socin. conſi. 164. columna tertia. volumine ſecundo. cum ſimilibus a me cumulatis ſupra conſilio 5. numero 232. quibus nunc addo decis. Senatus Pedemontani 139. nume. 19. ſicut ibidem dixi, numero 230. quòd non operatur mortuo principe qui ea vſus eſt, vt per Alcia. reſpōſo 201. Et quando proceſſit parte non citata, Card. in clemen. paſtoralis. de re iud. Dec. conſil. 407. numero 24. conſilio 508. columna finali. conſilio 544. numero 28. Socin. conſilio 164. columna tertia, volumine ſecundo. Neuiz. conſi. 12. inter conſilia Bruni. nume. 143. quicquid dixerit Decius conſilio 269. quem latè confutant ibidem Mod.

117 Galli in addi. † Et ad doctrinam Angeli in l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei uendi. cum ſequentibus ſupra citatis, numero 25. miſſis, qui dicunt illam procedere pretio reſtituto per principem, prout tenet Dec. in dicto capitulo, quę in eccleſiarum, ſub numero 29. de conſti. Cagnol. in procœ. digeſtorum. in princ. numero 42. Bello. conſil. 2. numero 9. ſicut & illis qui contradicunt, ut eſt Boſſius in titulo de princi. numero 190. poſt Abba. & Andræ. Sicul. quos citat, dico quòd ex multis eam taxat Crauc. conſilio 241. columna quar-

118 ta. † Deinde numero 20. ſubdit quòd non vt Angelus locutus eſt, ſed ut homo mendax: nam contra eum eſt cōmunis opinio: quod & ex infinitis affirmat Anton. Gabrielius Romanus in ſuis concluſionibus, libro tertio, titulo de iure quæſito non tollendo. concluſione prima, columna ſecunda. & moderni prædicti poſt Dec. in allegato cōſi. 269. dicunt illud Angeli dictum eſſe falſum & adulatorium, ſicut & illud quod inquit Natta conſilio 512. nume. 19. ſi aliquod motiuum etiam leue mouet Principem, poſſe eum de plenitudine poteſtatis facere quod ei libet, iuxta illud antiquum, ſi libet, licet: cum potiſſimè idem Natta conſilio 268. numero quarto, requirat talem cauſam quæ reſpiciat bonum publicum, nec cauſa dicatur eſſe legitima ſi concedit aliquid vni priuato in præiudicium alterius priuati ſecundū Ange. in l. Antiochenſium. ff de priui. cred. vnde Baldus in l. fin. colum. ſecunda. ff. de conſti. prin. dicit ꝙ Imperator non debet vnum altare diſcooperire & alterum cooperire. l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pigno. hab. ad quod facit bonus tex. in capitulo denique. 14. quæſtione quinta, vbi dicitur quòd ſi non poteſt uni ſubueniri, niſi alter lædatur, cōmodius eſt neutrum iuuari q̄ alte-

119 rum lædi. † Et ut ad Crau. redeā mox citatum, dicit ille quòd princeps ægrè ferre non debet quòd ei non liceat hoc caſu vti plenitudine poteſtatis, quia non dēt appetere & uelle maiorē poteſtatē ipſo Deo, immo ne quidem parem: proſequendo latius ut per eum poſt Bal. quē citat conſ. 326. Rex Romanorum, uolumine tertio. ubi nonnullis dictis de potentia principis abſoluta tandem concludit quòd his quæ fecit ipſe uel anteceſſores ſui legitimè cōtrauenire nō pōt, nec ſine cauſa derogare, quia totum eſt vnum imperium: vn-

120 de non debet contradicere ſibi ipſi. † Subdit tamē ſe hoc non dicere pro conſtanti, niſi ita uideatur aliis prudētioribus, nā iſta eſt cōtrouerſia, de qua nunquam fuit facta pax apud intellectiuos: de quo modo loquendi temperato Baldi mirum uidetur, cum alibi conſilio 345. ad euidentiam præmittendum eſt quòd Imperator, colum. 2. uolumine primo, dicat quòd clauſula de plenitudine poteſtatis, intelligitur de poteſtate bona & laudabili non uituperabili uel tyrannica: nā non dēt Imperator poſſe, niſi quod de iure poteſt, & ꝙ iſta temeraria & abuſiua cautela, qua hodie Principes utuntur in ſuis reſcriptis, deberet in totum

121 eradicari ab aula, nec ita in uſu frequentari: † ut que ſcribit idem Bald in capitulo primo, de feu. March. Princeps auferens ius alterius de poteſtate abſoluta ſine culpa, dicitur tyrannus, quia plenitudo poteſtatis non tribuit aliquid iniquum: quod dictum refert & ſequitur Cur. conſilio 16. colum. 9. in fin conſilio 35. columna nona. in fin. conſilio 74. colum. 28. in princip. nam debet intelligi plenitudo poteſtatis Imperatoris, aut Papæ, claue diſcretionis non errante, glo. ſecunda in cap. quanto. de iureiur. in cap. non eſt. de voto.

122 Iaſ. conſi. 233. col. 8. uolu. 2. † Et ubi princeps utitur plenitudine poteſtatis in re iniuſta, non dicitur plenitudo poteſtatis, ſed plenitudo tempeſtatis, ut inquit Card. Mediol. in clemen. paſtoralis. de re iud. quem refert & ſequitur Soc. conſi. 164. columna penultima, uolumine ſecundo. conſilio 120. colum. penultima, uolumine tertio. Fulgo. eo prior conſil. 61. columna penultima. Cur. conſilio 73. columna 29. Neuizan. conſilio duodecimo, columna uigeſimaſexta, inter conſilia Bruni:

ni.quos omnes cumulat Crauet.conſilio 241.ſub
numero uigeſimo.qui mihi reuelauit hæc omnia
123 de principe dicta.† Ad illud uerò de primogenitu
ra cauſa remunerationis conceſſa , reſpondetur
quòd cum Carolus liberè dictam primogenitu-
ram erigere non poſſet , ut ſupra de meritis Il-
luſtriſſimi Domini Ioanni. Franciſci , ſuæ aſſer-
tioni ſtandum nō eſt,ſed de ueritate meritorum
aliter conſtare debuiſſet,ut per Bartol.in l. ſi for
tè. ff.de caſtr.pec. Alexand. Iaſ.& abundè Dec.
& Dominus meus Riminaldus in l. ſi donatione.
124 C. de collati. † Secundò cauſa remunerationis
non fuit ſufficiens in auferendo iure Illuſtr. Do-
mi.Rodulphi,ſed debuit Carolus de ſuo largi-
ri illius genitori, non autem de alieno dare : uel
ſaltem debuit pretium dicti feudi ſoluere dicto
Rodulpho.l.ſerui. & ibi Bal.C.pro quib. cau.ſer.
Ruin.in terminis ita reſpondens ac ſi Decium vi-
diſſet conſilio 108.numero 29. uolumine ſecun-
125 do . † Cui ſanè libentius accedo , quia cauſa re-
munerationis bene ſufficit in deferendo feudo de
uoluto ad principem magis uni quàm alteri.cap.
primo. quemad.feu.ad fil.Socin.iun.conſi.76.nu
mero 22. uolumine primo.ſed ſecus in eo non de
126 uoluto, vt hic. † Ad aliud verò quòd feudum ſit
poſitiui iuris & in conſuetudine fundatum ,&c.
adduco diſtinctionem Cur.iun.conſi.138.num.8.
quòd aut tractatur de derogando iuri agnatorū
comprehenſorum in inueſtitura,& princeps non
poteſt:aut ſolo rigore conſuetudinis feudalis ve-
niunt,ut in exemplo quod tradit idem Cur.iun.
conſi.1.numero 24.verſi.6.aduertendum,& tunc
ſecus: nos enim verſamur in primo capite,cum Il-
127 luſtr. D. Rodulphus ſit de comprehenſis. † Præte-
reà licèt agatur de iure poſitiuo,fuit tamen quæſi
tum mediante contractu principis , ideo tolli
non poteſt ab eo. Dec. in capitulo,quæ in eccleſia
rum,numero trigeſimoſexto,de conſti. Rui.con-
ſilio ſeptimo,numero 32.volumine primo.& ſen
ſit Crau.conſilio 135.numero uigeſimoſecundo.
in fin.vltimum verò de conſilio Cur..iun.primo.
numero uigeſimoquarto, confunditur ex rece-
pta concluſione doctorum quòd in feudo prin-
ceps alteri præiudicare non poſſit.Et licèt hæc ſa-
tis ſuperque ſint ad tollendam dictam conceſſio-
nem primogenituræ , quo ſi plura ſcires libet,le-
ctores ad Fernand.Vaſqui.delego , libro primo
controuerſ.illuſt.capitulo quinto, nume. decimo
quinto,&16.qui plenitudinē poteſtatis ab ordina
ria in hac re nihil diferre demonſtrat: tamen inſu
per eneruatur ex illius reuocatione facta per ip-
ſummet Carolum Imperatorem , declarantem
non fuiſſe intentionis ſuæ voluiſſe tollere ius quę
ſitum Illuſt.D.Rodulpho,immo uero declarauit
Cæſar illud ſaluum & illæſum ei remanere, non
obſtante dicta conceſſione primogenituræ per eū
128 facta. † Quæ reuocatio ſine dubio ualida fuit, cū
per eam redditum fuerit hoc Caſtrum Luzariæ
ad priſtinos terminos , in quibus erat ex inueſti-
tura Sigiſmondi poſt ſeparationem , videlicet
ſine primogenitura , & ex pacto & prouidentia.l.
ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis, & in terminis decla-
rat Ruinus conſilio trigeſimooctauo.numero ui-
geſimoquarto, uolumine primo , & melius con
ſilio 108.numero uigeſimoſexto. uolumine ſecun
do, ubi dicit quòd princeps poteſt auferre ius
quæſitum, ut res rediret ad priſtinum ſtatum , &
debet ac poteſt princeps eſſe facilis in reuo-
cando , ſicut fuit facilis in concedendo in præ-
129 iudicium tertii † per ea , de quibus ibi per
eum. potiſſimè uerò per Baldum Caſtrenſem,
Alexand.& Iaſo.in l.ſi pacto, quo pœnam. C. de
pact.vbi ſi facta ſit executio per iudicem parte nō
citata , debet eadem facilitate , & de facto , ac
parte non citata eam reuocare : & apponendo il-
la uerba , non obſtante conceſſione primogeni-
turæ per nos facta , manifeſtè patet eum uoluiſ-
ſe dictam conceſſionem primogenituræ reuoca-
re, ut per Bald.conſilio 119. quidam . uolumine
quinto. in l.ſi teſtamentum . C. de teſtament. Ro
ſel.in tracta.de legitima. dum loquitur de cau-
ſa formali; columna quarta.verſiculo,ultimò cir
ca.Ludouic. de Sar.in eodem tractatu,tertia par
te, ſexto articulo, quæſtione undecima. cum ſim.
per Pariſ.conſilio primo. numero 66. uolumine
ſecundo, & per Neuizan. conſilio duodecimo ;
numero 178.inter conſilia Bruni, ubi Felynum
130 & alios citat . † Sed ut etiam concedamus ſine
veri præiudicio quòd dicta conceſſio primoge-
nituræ ualeat, nec eius reuocatio ſubſiſtat, di-
ci tamen probabiliter poteſt Illuſtriſſimum Do-
minum Maximilianum eius beneficio totum hoc
Caſtrum Luzariæ retinere non poſſe : quoniam
Carolus V.conceſſit hanc primogenituram eri-
gi poſſe Illuſtriſſimo Domino Ioanne Franciſco
eius genitori limitatam his uerbis [ Ita tamen
quòd omnes fructus & prouentus cuiuſcunque
generis prouenientes ex dicto feudo & Caſtro
ac hæreditate ipſius teſtatoris, etiam ſi eſſent e-
molumenta prouenientia ex exercitio ipſius iu-
riſdictionis, diuidantur inter filios ſuos æquis
portionibus ] & hanc modificationem denotat
illa dictio,ita tamen,ut tradit Sal. in l.vbi adhuc.
C.de iure dot.cum aliis per Rui.conſilio 1.num.
duodecimo,uolumine quarto. Pariſ. conſilio 17.
131 numero 19. uolumine primo. † Sed hanc æquali-
tatem fructuum & reddituum non ordinauit te-
ſtator,immo uerò ad maximam inęqualitatem re
degit Illuſtriſſimum Dominum Rodulphum,lon
gè minus ei relinquens,quàm Illuſtriſſimo Do-
mino Maximiliano primogenito,meritò abuten-
do facultate ſibi conceſſa perdidit eam , ſecundū
Bartol. in l.1.C.de his qui ſpon.mu.lib. 12. Ruin.
conſil. 28.numero quinto,uolumine primo,con-
ſilio 93.numero quarto, uolumine quarto, meri-
tò dictus Dominus Maximilianus totum hoc ca-
ſtrum retinere nō poteſt virtute dicti teſtamenti,
ubi dicta facultas ad limites ſuos coarctata , non
fuit ab eius Illuſt. genitore ſeruata ut debebat .
132 † Verum eſt ꝙ hoc fundamētum perpendens Pa
riſ.conſilio 106. columna penultima, uolumine
primo,conatur illud diuellere,& ab eo Illuſtriſſi.
D.Maximilianum defendere,quoniam Carolus
V.in allegata ſua conceſſione primogenituræ ſub
iungit[ uel ſicuti melius uidebitur ipſi patri Ioan.
Franc. pro utilitate, pace,& tranquillitate filiorū
ſuorum

ſuorum ] ex quibus uerbis deprehenditur ꝙ non
ſimpliciter & paſſim Carolus amplexus eſt æqua
litatem prædictam fructuum & prouẽtuum,quã-
do pater diſponeret & teſtaretur,ſed eam remiſit
arbitrio ſuo,prout de iure poteſt inæquales filios
reddere ; dummodo non minus legitima relin-
quat.authentica nouiſſima.C.de inofficio. teſta-
133 mento. † Vnde quòd patri viſum eſt compe-
tens , non debet aliis incompetens videri.l.ſi fu
rioſo,in fin.ff de cur.fur.Et pax , vtilitas,ac tran-
quillitas inter filios conſiderari poteſt per diuiſio
nem:cum communio ſoleat diſcordias parere.l.
cum pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.2.& æqualitas
omnimoda fructuumprius ordinata ab Imperato
re,debet intelligi quando pater inteſtatus dece-
deret,ſecus condito teſtamento propter verba ſe
quentia,vel ſicuti &c. quæ aliàs eſſent appoſita
fruſtatoriè contra l.ſi quando. C.de inofficio. te-
ſtamento,& prout latius in dicto ſuo conſilio pro
134 ſequitur Paris. † Et præter eum confirmabãt hos
ſenſus aliàs aduocati Illuſtriſſi. D. Maximiliani,
dum cum eis congrederer allegando , quoniam
cum Illuſtriſſi. Dominus Rodulphus ſe fundaret
in dictis verbis, aduerſus eum ſic erant ſumen-
da.l.veteribus.ff.de pactis.& quia ſecus intelligẽ
do diceretur ablata poteſtas teſtandi cuilibet pa
tri conceſſa cõtra l.1.C.de ſac.eccl.& l.in re man
135 data.C.mandati . † Sed & addebant fructus æ-
qualiter diuiſos fuiſſe computatis introitibus ſcu
torum 800.Abbatiæ perceptis per Illuſtr.D.Ro-
dulphum , cura & contemplatione ſui genitoris
conſecutis,ita quòd ab eo prouenisſe dicebantur,
iux.not.per Bartol.Bald. Angel. Caſtrenſ.Alex.
& alios,in l.ſed ſi plures.§. in arrogato.ff.de vul-
gari & pupillari. Angel. Alexand.. Dec.& Do.
meus Riminaldus in l.vt liberis.C.de collatio. Io
an.Lup.in rubrica de don.inter vir.& uxo.§. 45.
& ſi quid etiam plus habuiſſet Illuſtriſſimus D.
Maximilianus , conſonum fuit propter maiores
impenſas,quas ſuſtinuit propter onus iuriſdictio
nis: vnde tanquam bonus vir arbitratus eſt pater
136 ei plus relinquere,quàm ſecundogenito. † Rur-
ſus dicebant, ſi maiores redditus darentur Illuſt.
D.Rodulpho,qui ſicut iunior erat, ita robuſtior
reputari debebat,vt per Oldra.conſilio 94.& qui
tot onera non habebat, facilius potuiſſet ad arma
deuenire, fratremq́ue maiorem opprimere; mer
tò cum patri conceſſum fuerit eam diuiſionem
fructuum facere,per quam inter fratres pax con
ſeruari deberet,vtique potuit primogenito plus
relinquere cauſa pacis inter eos conſeruandæ.
137 † Quin & ſubdebant diſpoſitionem Caroli ſu-
per æqualitate inter fratres conſeruanda,fuiſſe fa
ctam per modum conſilii , non autem præcepti,
prout ſimilem diſpoſitionem declarat Imperator
in §.fi.in Authentica,de nupt.& ob id patrem po
tuiſſe dempta legitima pro libito diſponere , eiq́;
ſtandum eſſe .l.hæreditatis.ff.de pet.hæred.& ſa-
tis eſſe videbatur quòd pater iudicauerit diuiſio
nem ab eo factam eſſe pro pace & tranquillitate
filiorũ,licet in effectu aliud ſequeretur,ſicut in ſi
mili, ſi legantur centum debita,valet legatum, li
cèt nõ debeantur,quia ſatis eſt quòd teſtator cre
138 diderit deberi.Caſtr.conſi.461.col.2.volu.1. † Di
cebant inſuper per illa verba[ Vel ſicuti melius vi
debitur ipſi Ioan.Franciſco] Carolum non reſpe
xiſſe ad æqualitatem reddituum inter illius fi-
lios ſeruandam , ſed ad modum duntaxat alte-
randum per eum , ne totum videretur in eius
arbitrium collatum ; & ſic prolata fuerunt illa
verba ad euitandam occaſionem malignandi cõ-
tra filios, vt per Hern.in capitulo primo.§.& ſi li-
bellus,columna prima,in fin.de alie.feud.pat.vbi
dicit patrem non poſſe filios fraudare refutan-
do feudum , quia tollenda eſt patribus occaſio
139 malignandi , vt per eum . † Quinimmo ſubiicie-
bant per illa uerba datum fuiſſe liberum arbi-
trium Illuſtriſſi.Domi.Ioan.Franciſco,cum prius
illud haberet regulatum,iuxt.doctr.Imolæ in l.
filiusfamilias.ff.de donatio.Dec.& Cagnol.in l.
in perſonam.§.generaliter.ff.de regulis iuris. qui
140 mouentur ut aliquid operentur verba. † dicebãt
q́ue cum Carolus ſciens conſtituta primogeni-
tura , cæteris filiis legitimam non deberi , prout
latè probat Tiraquel.in tract.primigen.q.55.nu-
mero nono cum ſequen.nec ſupplementum legi-
timæ , vt per eundem,quæſtione 56.nec illis da-
ri querelam vt per eum,quæſtio. 53. demumq́ue
ſufficere quid eis quoquo relicti titulo relinque-
re ſecundum eundem, quæſtione 57. mandauit
fructus diuidi,prout melius patri uideretur: vnde
quomodocunque fecerit pater, Illuſt.Do.Rodul
141 phus conqueri non poterat . † Poſtremò non o-
mittebant confirmationem Imperatotis Caroli
de teſtamento cõdito per ipſum D.Io.Franciſcũ,
in quo primogenituram erexerat, & hoc caſtrum
Illuſt.D. Maximiliano prælegauerat : talis enim
confirmatio Cæſaris ex certa ſcientia facta opera
ri debebat quòd inferior de re confirmata cogno
ſcere non poſſet,ut tradit Abb.in ca.1. de confir.
util.uel inut.nec eam reuocare ſecundum Bart.
in l.omnes populi.q.15.verſi.iuxta prædicta quæ
ro.ff.de iuſt.& iur.Bal.in l.ex placito.col.3.C. de
rer. permu.Feli.in c.cum acceſſiſſent.col. 3.de cõ
ſti.nec aliquid ſuper ea declarare.Bal.in c.ea quę.
de re iud.quod ualde notat Dec.in d c.1.num.3.
142 † Immo uerò talis confirmatio multum opera-
tur,quia confirmat quod nullum erat,ut per glo.
in capitulo,ueniens.de tranſactio.Bal.in l. priui-
legia.C.de ſacroſan. eccleſ. Cardin.conſilio 62.
Caſtrenſ.conſilio 230.dubitatur.in fin.Dec.in di
cto capitulo primo.numero octauo.Rube. conſi-
lio 16.columna ſecunda.† Nec ſuper allegata de
143 claratione Caroli ſubſecuta dicebant uim fieri
poſſe, ueluti ſubreptitia uel obreptitia : ueluti
quòd narratum nõ fuerit in precibus Illuſt.Do.
Rodulphi de teſtamento genitoris condito, iux.
not.per Bartolum,Baldum , & Iaſ.poſt alios in l.
præſcriptione. C.ſi contra ius uel. util. public.
quo ſtante mendax ille precator impetratis ca-
rere debebat . l.ſecunda . l.& ſi legibus. C.eod.
titulo:& ita multis aculeis adiuuare conabantur
eximii legum uertices intentionem Illuſt.D.Ma
ximiliani clientis ſui, ſicut & illi contrariam Il-
luſt. D. Rodulphi penitus reiicere & annihilare.
144 † Sed his dictis ſigillatim realiter reſponderi po-

teſt,& in primis Pariſii, quæ tam leuia fuerunt
vt tanto viro minimè digna fuerint, & in primis
conſidero quòd voa pars alternatiuæ dubia de-
claratur per aliam claram.l.1.& ibi Barto.& alii,
ff.de reb.dub.Rom.conſ.241.Iaſ.in l.qui filiabus.
nu.4.ff.de leg.1.Ruio.conſi.173.numero 20. vol.
2.Cur.iu.cóſi.113.nu.9,ſed prima pars alternati
uæ de qua in cócceſſione Caroli V.clara fuit: vult
enim quòd omnes fructus & prouentus ex dicto
feudo & Caſtro Luzariæ etiam ſi proueniant ex
exercitio iuriſdictionis diuidantur ex æquo inter
filios Illuſtr.D. Ioan.Franciſci:ergo dum ſubdit,
[Vel ſicuti melius videbitur ipſi patri Io.Franci
ſco]pars hæc ſecunda alternatiuæ dubia declara
ri debet à prima clara, videlicet quòd alius mo-
dus diſpoſitus per ipſum patrem contineat æqua
litatem inter filios ſuos,ſicut expreſſus ab Impe
ratore. ueluti quòd aliud caſtrum, vel alia bona
redditus & prouẽtus æquiualẽtis aſſignẽtur Illu-
ſtr.Do. Rodulpho ſic & taliter, vt æqualis ſit in-
commodo cum Illuſt.D.Maximiliano fratre ſuo.
145 † Comprobatur ex verbo,ſicuti: quod importat
ſimilitudinem ſecũdum Barto. in l. fi. col. 1.ff.de
eo quod cer.lo. Et quidem omnimodam,vt per
Soc.conſi.252.col.7.verſi.ſecundò quia,vol.2.Et
adeo omnimodam,vt eſſe debeat in ſubſtantia &
qualitatibus.cap.fi.& ibi Butr.not.4.de reſt.ſpol.
Soc.iu.conſi.102. vol.2.ergo voluit Imperator in
arbitrio teſtatoris ponere alium modum omnino
ſimilẽ expreſſo per eum reſpectu æqualitatis ſer
146 uandæ inter filios. † Confirmatur ex illo verbo,
videbitur, quod denotat arbitrium boni viri.l.ſi
ſic.& ibi Doct.ff.de leg.1.Bartol.in extrauag. ad
repri.in ver,videbitur. Dec.conſil.493.nu.19.ſed
arbiter æqualitate nititur.l. cum pater.§. euictis,
ff.de leg.2.& pater etiam bene facit ſeruans æqua
litatem inter filios,vt not.Bal.& Soc.in l. ſi ita le-
gatum.ff.de cond.& demonſt. ergo ſic debet in-
147 telligi prædicta conceſſio Caroli Quinti.† Tertiò
concurrunt & illa verba [pro pace,vtilitate, ac
trãquillitate filiorum ſuorum]pax enim & tran-
quilitas per æqualitatem ſeruatur : ex inæqua-
litate verò rancor, liuor,& odium naſcitur ioter
eos l.cum opportet.C.de bon.quæ lib. Dec.in l.
1.C.vnde lib.voluit ergo Carolus denotare mo-
dũ præter expreſſum, quo ſeruaretur æqualiras.
Nec obſtat quod primò dicit Paris.de arbitrio pa
tri collato,quod exequi poteſt inæqualiter: id e-
nim procedit extra legitimam. at in feudo ſecus
de quo diſponere non poteſt. c. 1. de ſucc. feud.
148 † Nec id arbitrium tanta inæqualitate metiri po-
tuit Illuſtriſſi. D.Ioan. Franciſcus vt in legitima
quoque videmus,in qua pater non poteſt exceſſi
uè multum filiam lędere ſtante ſtatuto,quòd illa
contenta ſit eo quod pater ei dederit,nec occaſio
ne legitimæ vel eius ſupplementi quicquã dicere
poſſit,vt extat Ferrariæ:nam donationi patris io-
diſcretæ ſtandum non eſt,vt tradit Caſtren. con-
ſilio 110.ſuper primo quæſito.ſeptimo dubio.quẽ
variato oumero ſequitur Alexan.conſi.32.ad fi.
volum.4.Iaſ.conſilio 133.num.4.&17. volum.4.
Rui.conſi.56.nnm.15.uolum.3. Curt.conſilio 27.
nu.38.D.meus Riminal.conſi.332.numero deci-
mo. Et pax & tranquillitas,quam conſiderat Par.
per diuiſionem procedit,ſi facta fuerit æqualis :
alias ſecus, quia liuor & odium ſequitur inde.
149 † Nec æqualitas omnimoda fructuum procedit
ab inteſtato, vt perpendit Paris.nam verba Caro
li repugnant dicentis[Concedimus prædicto Io.
Franciſco ſupplicanti quòd dictum Caſtrum Lu
zariæ ſemper relinquat in Dominio ſui primoge-
niti]ſi enim voluiſſet ab inteſtato loqui Carolus,
non fuiſſet opus id concedere dicto Io. Frãciſco,
ſed ſatis fuiſſet id ordinare.ſicut ergo erectio pri
mogenituræ diſponitur ex teſtamento Io. Franci
ſci, cui cõcedit eam Carolus,pari modo quando
talem erectionẽ primogenituræ limitat ſubdẽs ;
ita tamen quòd omnes redditus & prouentns di
uidantur æquis portionibus, debet intelligi talis
æqualitas ex teſtamento,cum limitatio debeat eſ
ſe de regula.l.1.& ibi Dec. Cagnol.& Guil.May
150 ner.ff.de reg.iur. † Quin etiam ſi vellemns om-
nino dicere poſitum fuiſſe in arbitrio patris ; vt
partes etiam inæquales conſtitueret, vtique debe
remus dicere id cõceſſum quaodo inæqualitas eſ-
ſet proficua Illuſt.D.Rodulpbo,non autem dam
noſa:cum ueriſimile fuerit Imperatorem,qui feu
do & iuriſdictione priuabat eũ & in eo illum dã-
nificabat, uoluiſſe in alio eum releuare ratione
maioris prouentus & utilioris partis illi conſtituẽ
dæ per parentem.l.ſecundum naturam. cum ibi
not.ff.de regulis iuris. & ſic alludunt illa uerba
[Vel ſicuti melius nidebitur ipſi patri Io. Fran-
ciſco] nam melius ei videbitur, ſi partem utilio-
rem Illuſtriſſimo Domino Rodulpho priuato feu
do conſtituet, quàm ſi uiliorem : tunc enim pe-
151 ius ei videretur,non autem melius: † & duplici
afflictione eum proſequeretur, priuans eum feu-
do, minusque de cæteris bonis illi relinquens ;
quòd ſatis eſſet impium & in humanum,contra-
que patris officium.l.2.ff.de inoſ.teſt.& Inſt.co.in
princ.& contra regulã ꝙ afflictio afflicto non eſt
adiicienda.l.diuus.ubi Glo.& Doct.ff.de offi.præ
ſi.l.tam dementis. C.de epiſ.aud.Marſ.ſingu.241.
ſed teſtator lõgè peius D.Rodulpbum tractauit:
ergo ſuper eius teſtamento uis fieri non poteſt,
quia non ſeruauit formam conceſſionis Imperato
152 ris ſibi præſcriptam. † Et ſicuti dicta Pariſij faci-
lè ſublata ſunt,ita facillimè ſubuerti poſſunt alia
per Dominos aduocatos Illuſt. Do. Maximiliani
cogitata ſupra relata, nam quòd interpretatio
verborum fieri debeat aduerſus Illuſtr. D.Rodul
pbum per l.veteribus.ff.de pact,primò reſponde
tur, quòd illa regula locum non habet in benefi-
ciis,ut ibi tradit Iaſ.per tex.in l.ex facto.& ibi gl.
Bartolus, & alii, ff.de uulgari. & pupillari. Se-
cundò reſpoodetur idem contra Illuſtriſſimum
Dominum Maximilianum dici poſſe, qui & in
eis ſe ſundat ad excluſionem fratris.unde potius
reiici debet interpretatio ſua uelut odioſa, cum
reducat filios ad diſparitatem contra l.ut liberis.
C.de collatio.quod eſt graue.l.cum opportet. in
princip.C.de bon.quæ lib. quàm facta pro D.Ro
dulpho uelut humana, fauorabilis, & boneſta :
153 † nam interpretatio mitior & benignior, eſt
potius adſumenda. l. præſes. ff. de pœnis & illa

fieri

ſieri debet, per quam multis ex ſenſibus ſcripturæ
iuſtior accipiatur, ut per Bal. conſi. 218. col. 1. cir-
ca fi. vol. 3. Crau. conſi. 70. nu. 14. & benignior. l.
ſemper in dubiis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg.
iur. Cor. conſi. 169. nu. 18. vol. 1. de qua pulcherri-
mus eſt tex. in l. proximè. ff. de his quæ in teſt. de-
len. dicens [ in re dubia benigniorem interpreta-
tionem ſequi non minus iuſtius, quàm tutius eſt. ]
& poſito quòd ſic intelligendo pro D. Rodulpho
diceretur ablata poteſtas teſtandi pro libito geni
tori ſuo, mirum videri non debet ex ſubiecta ma-
teria feudi, de quo pater diſponere non poteſt. ca.
154 1. de ſucc. feud. † Quòd verò dicebatur de ſcu-
tis 800. æquantibus diuiſionem, neſcio an ita ſit :
ſed bene ſcio ꝗ nõ perſeuerarunt, nec eos habuit
Illuſtr. D. Rodulphus, & in his quæ requirunt
tractum ſucceſſiuum, requiritur perſeuerantia.
Calder. conſi. 5. locati. Cra. conſi. 182. nu. 3. verba
q́ue cum effectu ſunt intelligenda. l. 1. §. hæc ver-
ba. ff. quod quis. iur. immo verò prolata ſunt illa
verba de redditu ſcutorum 800. beneficialium
ad alium effectũ, videlicet ut cũ eos Illuſt. D. Ro
dulphus obtinuiſſet, conſignaret fratri ſuo curiã
Luzariæ & curtis maioris pro certa parte, non au-
tem vt eis computatis in parte Do. Rodulphi fie-
155 ret æqualis diuiſio. † Nec bene fuit arbitratus
Illuſtr. genitor D. Maximiliani relinquendo ſibi
plus quàm Illuſtr. D. Rodulpho propter maiores
impenſas iuriſdictionis, quia debuit conſiderare
quot emolumenta, præeminentias, dignitates, &
commoda ſecum ferret illa iuriſdictio Caſtri Lu-
zariæ, de quibus partim tractat in Caſtro Ciſter-
næ Natta conſi. 162 nu. 9. & in Caſtro Veſcouati
idem Natta conſi. 631. nu. 13. ego verò longè ple
nius in eodem caſu, conſi. 5. nu. 91. cum pluribus
ſequentibus, vnde patet erroneum fuiſſe dicti ge-
156 nitoris arbitrium. † Quod verò ditebatur Illuſ.
D. Rodulphum, ſi maiores redditus habuiſſet, po
tuiſſe ad arma proſilire, ceſſat ex l. meritò. ff. pro
ſoc. quòd nemo præſumitur velle delinquere, ma
ximè cum Illuſtr. D. Rodulphus eſſet vir præſtãs,
bone uocis, conditionis, & famæ : contra quem
talis occaſio ſeu præſumptio delinquendi conſi-
derari non poterat, vt probat Cra. conſi. 21. nu. 9.
157 poſt Bal. & Iaſ. quos citat. † Ad aliud quoque
quòd Carolus dederit conſilium, non autem præ
ceperit circa æqualitatem ſeruandam, dico quòd
ubicunque quid inducitur de nouo cum certis
modificationibus, omnia cenſentur de forma, vt
tradit Ancha. conſi. 242. in fin. Dec. conſi. 434. in
prin. ſi Carolus ergò primogenituram nouiter e-
rexit cum illa modificatione reddituum æquali,
patet illam non fuiſſe conſilii, ſed præcepti, veluti
de forma quæ debet ad vnguem ſeruari, c. cum di
lecta. de reſcr. l. 1. ff. de lib. & poſth. & vtrobique
158 notatur. † & licèt per illa verba, vel ſicuti me-
lius videbitur ipſi Io. Franciſco, voluerit Impera
tor alterare modum præſtitutum ab eo : tamen
ſua fuit intentio quòd D. Io. Franciſcus æqua lan
ce procederet inter filios ſuos, nec vnum filium,
alterũ verò priuignũ efficeret, ut dici ſolet, & pro
batur ſecundum Ang. in §. fi. in Aut. de nup. ſequi
tur Dec. conſi. 59. ver. quartò facit. & Soc. iun. con
ſi. 160. nu. 15. vol. 2. Item negatur ſibi fuiſſe datũ
liberum arbitrium, cum prius illud haberet regu-
latum. repugnat namque tex. in c. 1. de ſucc. feud.
dicens [ nulla ordinatione deſuncti in feudo ma
nente vel valente ] & ſic apparet quòd antè diſpo
ſitionem Caroli genitor Illuſtr. Do. Maximiliani
159 erat inhabilis ad teſtandum de hoc ſeudo. † ſi
ergo dedit ei licentiam id peragendi in primoge-
nitum, æqualitatem fructuum ſeruando, vel pro-
ut ei melius videretur, in arbitrium boni viri, nõ
autem in liberam voluntatem dicitur rem cõmi-
ſiſſe, iuxt. tex. iunc. gl. in l. ſi quando. in prin. C. de
inoff. teſt. vbi Bal. Sal. Caſtr. & Iaſ. latius tradunt.
& licèt erecta primogenitura ſciret Carolus cœte
ris legitimam non deberi, & id genus, tamen tan-
tùm abeſt vt pro libito fructus genitor potuerit aſ
ſignare, ſed debuit æqualiter eos diuidere, vel
de ſimili & æquiualenti modo conſulere ſecũdo-
genito, prout Carolus ordinauerat. Circa verò
confirmationem ſuam de teſtamento Illuſtr. D.
Io. Franciſci, nõ eſt elaborandum: ſtante illius re
uocatione, de qua ſupra dixi, num. 128. nihil enim
tã naturale eſt, vt vnũquodq; eodẽ genere diſſol-
uatur, quo erat colligatum. l. nihil. ff. de reg. iur. &
ibi Dec. Cagn. & alij. Crauet. conſi. 25. nume. 14.
160 † Nec vitio ſurreptionis notari poteſt illa reuo-
catio, velut non facta mentione teſtamenti condi
ti per ipſum D. Io. Franciſcum, quoniam id nega-
tur : cum enim narraſſet Illuſtr. D. Rodulphus ꝗ
hoc feudum erat ex pacto & prouidentia, in quo
ſibi erat ius quæſitum, & quòd erat tranſiturum
ad omnes filios æqualiter, ſatis erat certus Caro
lus quòd pater de illo teſtari nõ poterat ſecundũ
Iſer. Bal. Aluar. & omnes, in c. 1. de ſucc. ſeu. cum-
q́ue ſubiiceret idem Rodulphus quòd mortuo
iam patre ſuo, frater ſuus conabatur ei præiudi-
cium inferre ſuper dicto feudo, manifeſtè collige
bat Imperator id cauſari propter teſtamentum
patris ad fauorem dicti fratris cõditum, cum ab
inteſtato pariter D. Rodulphus ſucceſſiſſet. vnde
talis generalis vel indefinita locutio, quæ non po
terat referri niſi ad caſum teſtamenti, dicebatur
æquipollere orationi ſpeciali & ſingulari. l. 2. &
161 ibi not. doct. ff. de lib. & poſth. † Quibus ita ſtan
tibus ceſſat omnino vitium ſubreptionis, quando
præſumptiuè quid exprimitur, vt per Soc. conſil.
188. ad fi. uol. 2. & Princeps reſcribens, ſaltem in
genere ſcire potuit quod tacitum fuit. Cor. conſi.
201. nume. 14. uolum. 2. Crau. conſi. 79. nume. 8.
162 † Ad nonum reſponderi poteſt pluribus modis,
& egregiè quidem. Primò quòd cum Illuſt. D. Ro
dulphus nec integram legitimam fuerit conſecu-
tus in bonis paternis, ut in facto ſupponitur, pote
rat uiuens & eo prædeſuncto filius licèt inuenta-
rio non cõfecto contrauenire facto teſtatoris, &
feudum ueluti rem propriam reuocare, ut in ſi-
mili caſu tradit Bal. in l. cum à matre. 3 q. C. de
rei uen. quia obligatio ex cõtractu paterno non
deſcendit in ipſum in legitima tantùm uocatum.
Idemq́ue tradit Bar. in l. 2. ad fi. C. de inoffi. don.
& in terminis noſtris hanc limitationem ponit &
cõmendat Afflic. in prælud. feud. nu. 176. & in c.
1. an agna. uel fil. col. 2. nu. 6. Calca. conſi. 73. col. 2.

in

in fi. Iacob. de Belui. in c. 1. §. Titius, ſi de feu. con ten. ſit. quem refert & ſequitur Marti. Laud. inter
163 conſilia Bru. conſi. 119. nume. 32. † & licèt ſubiungat quòd tex. uidetur ad oppoſitum in c. 1. an agna. uel fil. uerè tamen non eſt: dicit enim text. ille quòd filius non poteſt hæreditatem ſine beneficio, hoc eſt feudo, repudiare, ſed aut utrumque retineat, aut utrumq; repudiet: cū enim loquatur de filio uolente repudiare hæreditatem, patet ꝙ
164 in ea fuerat inſtitutus, † quia priuatio prout eſt repudiatio, præſupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obl. l. manumiſſiones, & ibi Caſtr. ff. de iuſt. & iure. quod enim nō haberet filius, repudiare nō poſſet: confirmatur dicendo, vtrunque retineat, igitur ad hæreditatem vocatus erat, ſed in quæſtione noſtra ſupponimus filium non eſſe inſtitutum, niſi in legitima, ergo text. ille non offendit caſum noſtrum, & ſic illum declarat Iacob. de Beluiſ. & Bald. ibi, colum. final. & Iacob. a Sancto Geor. de feud. in ver. item quòd ipſi inueſtiti col.
165 1. verſi. tertia limitatio. † Secundò reſpondetur, quòd hæres etiam poteſt venire contra factū defuncti, quod tendit ad fraudandum hæredem à legis beneficio, vt not. in l. 1. & 2. C. ſi quid in frau. pat. ſicque declarat Bal. conſi. 215. col. 1. vol. 2. in nouis. Iaſ. conſi. 7. col. 7. ver. nec obſtat. conſi. 56. col. 5. & 6. conſi. 64. col. 2. vol. 3. conſi. 168. col. fi. vol. 4. vbi dicit filium non poſſe contrauenire facto patris, niſi quando non habet illud quod pater ſibi teneretur relinquere, ut in caſu noſtro cōtingit, in quo Illuſt. D. Rodulphus feudum Luzariæ non habet, quòd ſibi pater tenebatur relinquere, nec eo poterat eum priuare: meritò poteſt in hoc patris facto contrauenire, quoniam tendit ad eum fraudandum. & hoc etiam ponit abundè Sylua conſi. 15. nu. 36. Natta conſi. 470. nume. 17. & in ſimili caſu pulchrè Caſtr. conſil. 449. volu. 1. ad fi. vbi dicit quòd cum neptibus neceſſariò de iure deberetur legitima, & vlterius ex forma ſtatuti tota hæreditas, quæ alteri donari non poterat, meritò licèt ſint hæredes, quia ſunt potius neceſſariæ quàm voluntariæ, reuocare poſſunt contractum factum in earum damnum & fraudem, ſaltē re ipſa. ſequitur Craue. conſi. 200. nu. 7. & Gramma. deciſ. 93. nu. 12. quibus addo Zaſium conſi. 18. nu. 22. vol. 1. vbi dicit quòd in negocijs, quæ per fraudem tractata ſunt, hæres ſuo ſe iure excutere & defendere poteſt, & in hoc plus eſſe hæredem
166 quàm defunctum. † Tertiò reſpondetur Baldum loqui & intelligi debere in feudo priuato, ſecus in feudo dignitatis, quia cum cohæreat ſanguini, & ad filium vadat ut filium, non vt hæredem: cū non ſit ius hæreditarium. Bal. in l. eam quam. C. de fideic. cum alijs per Mari. Frecciam lib. 2. feudo. differentia 18. meritò aditio hæreditatis à filio facta ſine confectione inuentarij nō debet no-
167 cere filio. † Quartò non omittitur, quòd vbi non poſſet hæres contrauenire facto defuncti, tamen quia tale factum fuit nullum. c. 1. de ſucc. feu. poſſunt iudices, & debent illud ex officio reuocare, poſtquàm eis conſtat id factum fuiſſe nullum. ita pulchrè Rui. conſi. 47. ad fi. vol. 1. tantoque magis quòd velut Principes debent iudicare ſola facti veritate inſpecta, ſecundum æquitatem & conſcientiam, non autem ſecundum rigorem iuris, vt per Craue. conſ. 198. qualis eſt hæc exceptio omiſ-
168 ſionis inuentarij rigoroſa nimis & dura. † Quintò quicquid dici poſſet aduerſus Illuſt. D. Rodulphū immediatum hæredem genitoris ſui, qui feudum hoc Luzariæ prælegauit Illuſt. D. Maximiliano, res eſt in tuto portu reſpectu Illuſ. D. Aloyſij, qui eſt hæres hæredis, non autem primi defuncti; nam ratio quare hęres defuncti non venit cōtra illius factum, ea eſt quia cenſetur eadem perſona cum defuncto. vnde quāuis fictione iuris hoc inducatur in perſona primi hæredis, ſuper qua fictione conſiſtit habilitas, quia immediatè ſuccedit: nō tamen hoc dici debet in tribus perſonis, nec reperitur hoc iure cautum, quòd hæres hæredis dicatur eſſe eadem perſona cum primo defuncto propter mediam perſonam, quæ tollit habilitatem extremorum: nam eſſet cauſare & coniungere plures fictiones, quod fieri non poteſt. l. 1. C. de dot. pro. meritò talis hæres hæredis bene poteſt contrauenire facto defuncti. Ita ſingulariter declarat D. Saluſtius de Monte Morcino, cuius conſi. ſe ſubſcripſit D. Nicolaus de Sicilia, Abbas Mamacenſis, vt reperitur inter conſilia Caſtren-
169 ſis conſi. 197. vol. 2. † tantoque magis hæc contrauentio tolerari debet in perſona Illuſtr. Dom. Aloyſij, quòd ipſe beneficio reſtitutionis in integrum minoribus conceſſo confecit inuentarium, prout docet Soc. iun. conſi. 112. nu. 12. uol. 2. vnde nihil eſt quod ipſum poſſit ab intentione ſua validiſſima remouere: quoniam ſuppoſitum de feudo hæreditario, in quo filius & nepos contrauenire non poſſunt facto defuncti, vt dicebam nu. 30. non eſt uerum, cum ſimus in feudo potius ex pacto & prouidentia, prout ſupra demonſtraui nu. 34. & 56. cum pluribus ſequentibus vtrobiq;.
170 † Ad decimum reſpondetur, quòd licèt tale feudum propter nouam qualitatem primogenituræ ſuper eo conſtitutam nouum dici poſſet in perſonam Illuſt. D. Maximiliani: tamen de antiquo (vt erat) nouum fieri non potuit in præiudiciū Illuſt. D. Rodulphi & Aloyſij, ad quos ſpectabat eius ſucceſſio. tex. eſt, quem ad hoc ibi not. Andr. de Iſer. & ſequitur Afflic in c. 1. quemad. feud. ad fil. perti. nu. 8. & pulchrè ponit Alex. cōſ. 19. col. 6. vol. 5. demumque Cephal. conſ. 173. nu. 10. vbi dicit, quòd ſi quis inueſtiatur tamquam de feudo nouo, dicitur nouum quo ad illum qui conſenſit, & antiquum quo ad alios, vt declarat Affl. in c. 1. nu. 12. de eo qui fin. fec. agna. idemque tradit Iaſ. cōſ. 136. col. 6. in prin. vol. 4. Cur. conſ. 50. nu 8. & Rol. à Val. conſ. 60. nu. 35. vol. 1. & cōſi. 41. nu. 15.
171 vol. 2. † quare meo iudicio deceptus eſt Afflic. in allegata deciſ. 112. qui fecit hanc cōſequentiam in feudo facto nouo propter nouam qualitatē adiectam, patrem, cui illud conceſſum fuit, poſſe illud alienare in præiudicium filij ſui: hoc enim eſt contra tex. in d. c. 1. quem. feu. per ipſummet Afflic. ibi notatum poſt Andr. de Iſer. de quo non
172 fuit memor. † Ad vndecimum triplex cadit reſpōſio ꝙ licèt verum ſit inſtrumentum producentem tacitè confiteri contenta in eo, ſecundum Bart. & alios

alios in l.poſt legatum.ff.de his,quib. ut indi.tamen tali confeſſioni non ſtatur, quando ſumus in materia prohibita,& quæ non dependet a poteſtate partium,vt tradit Cra.conſi.175.nu.5. dans exemplum in marito, vel patre confitentibus ſe
173 donare vxori vel filio cauſa meritorum : † qua confeſſione non obſtante poſſunt contrauenire, cum talis confeſſio à iure reprobetur,vt per Alc. Iaſ.D.meum Rimi.Dec.& alios, in l. ſi donatione.C.de colla.cum ſimilibus cumulatis per Cra. quibus addo eundem meum Rimi. conſi. 97.nu. 10.at hic ſumus in materia prohibita, ꝙ feudum ex pacto & prouidentia erigatur in primogenituram,cum debeat ad omnes filios æqualiter ſpectare: ergo tacita confeſſio ſurgens ex productio
174 ne nihil præiudicat. † Secunda reſponſio eſt, quòd cum producta fuerit dicta primogenitura animo eam impugnandi,quod patet ex toto proceſſu in quo Illuſtr.D.Rodulphus & Aloyſius intendunt concurrere cum Illuſtr.D.Maximiliano in hoc feudo,non obſtante dicta primogenitura, meritò illius productio non nocet,aliàs ſequeretur quòd producens acta grauaminis in cauſa appellationis,quæ producere tenetur, cenſetur ſententiam primi iudicis approbare, ſicque talis ſententia non poſſet retractari in cauſa appellationis,quod non eſt dicendum : ita pulchrè decidit
175 Cra.in d.conſi.175.nu.7. † Tertia ſuccedit reſponſio quòd cum dicta primogenitura reuocata fuerit & annullata per Imperatorem, productaque fuerit ipſa reuocatio,patet inſtrumẽtum primogenituræ nullam fidem facere, meritò nec illius productionem inducere tacitam confeſſionem quin poſſit reuocari, ut declarat Bellam.
176 deciſ.391.Gram.deciſ.103.nu.85. † Ad vltimũ de poſſeſſione D.Maximiliani dicitur eam fuiſſe uitioſam,ueluti captam ui tituli inualidi, hoc eſt teſtamenti paterni.c.1.de ſuc. feu. prout appellat Cra.conſi.171.nume.3.meritò non debet attendi,quia poſſeſſionem uitioſam & illicitam prætor non tuetur.l.communi diuidundo. §.inter prædones.ff.com.di.Old.cõſ.1.col.2.Bald.conſi.330. ſtatuto cauetur.uol.1.cum ſimilibus per Craue. conſi.104.nume.14.nec etiam pacifica fuit propter conditionem Illuſt.Domini Rodulphi pendente lite, & longè prius. Et ita remanet ad eius fauorem firma concluſio ſeu filij ſui, poſtquàm ille deceſſit: in qua licèt ſciam per quàm nimiùm fuiſſe locutum, tamen ut inquit Bald. in l.final. C.de iure emphyteot. quæ abundant,non ſolent uitiare ſcripturas, ſed implere ciſternas intelligentium.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſſimo D.Aloyſio ex Marchionibus de Gonzaga.

### ARGVMENTVM.

De prælegato Caſtri cum ſpectantibus ad illius defenſionem,& omnibus & ſingulis iuriſdictionibus datiis,trauerſijs,ſalario,& alijs introitibus ad illud pertinentibus,an comprehendat poſſeſſiones legantis ſitas in territorio dicti Caſtri.

### SVMMARIVM.

1 *Caſtro conceſſo cum pertinentijs ſuis, molendina veniunt,niſi ſint priuatorum.*
*Et de ratione.45.*
*Secus domus & poſſeſſiones.46.*
2 *Caſtro conceſſo cum omni iure, vel integro ſtatu,veniunt bona territorij,ſi erant concedentis.*
*Et de ratione.48.*
3 *Bona intra territorium Caſtri præſumuntur ad ipſum pertinere.*
4 *Ciuitate in alium translata, an veniant molendina extra ciuitatem conſiſtentia.50.*
5 *Verba vniuerſalia includunt omnia.*
*Ita quòd nulla perſona, nullusq́ locus excipi poſſunt.*
*Fallit ſi reſtricta ſint.51.*
*Et ubi ſint acceſſoriè poſita ad aliquod principale, quia ad illud reſtringi debent.52.*
*Et ad ſimilia ſpecificatis.*
*Vel vbi de præiudicio tertij ageretur.54.*
*Et ratione adiuncti mutant naturam ſuam.55.*
*Et ſecundum qualitatem annexam reſtringũtur.56.*
6 *Statutum quòd ſuſpectus de fuga capi poſſit,non obſtãtibus quibuſcumque ferijs, comprehendit etiam ferias in honorem dei.*
7 *Verba vniuerſalia non reſtringuntur ad ſpecificata.*
8 *Introituum appellatione quæ contineantur.*
*Et an poſſeſſiones,ex quibus introitus percipiuntur, attento communi vſu loquendi.9.*
10 *Communis vſus loquendi attenditur.64.*
*Probari tamen debet.60.*
*Et nõ in genere,ſed in ſpecie,in caſu de quo agitur.61.*
*Et quòd vigeat tempore actus,de quo agitur. 62.*
*Nec ſufficit ex modico tempore fuiſſe introductum.*
*Ceſſatq́ ubi lex vel ſtatutum mandat attendi debere propriam ſignificationem.63.*
11 *Legans per nomen ſe habens ad locum & iura, videtur legare quæ ad locum ſpectant.*
12 *Res exceptæ ab vno prælegato,an in alio dicantur comprehenſæ.*
*De quo diſtinguitur.65.*
13 *Teſtator in una parte de maſculis loquens, & in alia de filijs ſimpliciter,quomodo intelligendus.*
14 *Caſtrum dicitur quid vniuerſale.*
*Et in eius conceſſione venit ius patronatus.*
*Sacra & religioſa.15.*
*Et de ratione.69.*
16 *Feudalia præſumuntur, quæ continentur intra fines feudi.*
*Sed contra 49.& 70.*
*Ideo declaratur quomodo procedat.72.*
17 *Teſtatoris intentio colligitur ex eo quòd quem prahonorauerit.*
*Declarando 78.*
18 *Pertinentiarum appellatione veniunt acceſſoria.*
19 *Inſtituti ſimpliciter æqualiter vocantur.*
20 *Inſtitutio vniuerſalis omnia complectitur ſuperius non expreſſa.*

*Regula*

*Regula comprehendit omnes caſus in ſpecie non determinatos.20.*
21 *Terra appellatio intelligitur quatenus eſt intra muros.*
*Vel intra continentia ædificia.*
22 *Rocca & caſtrum quid comprehendat.*
*Dictio cum, copulat acceſſoriè.22.*
23 *Participium reſoluitur in relatiuum & verbum.*
*Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè.23.*
24 *Iure conceſſo, quod quis habet in feudo, probari debet de iure concedentis.*
*Nec generalis deſignatio releuat.25.*
26 *Caſtro conceſſo cum ſuis pertinentijs, probari debent quæ nam ſint pertinentia.*
27 *Spectantium ad defenſionem Caſtri appellatione, non veniunt prædia & poſſeßiones.*
*Sed arma, baliſta, & id genus.28.*
29 *Verba ſpecialia vniuerſalibus adiecta reſtringunt eorum ſignificatum.*
30 *Verba vniuerſalia reſtringuntur ad mentem & veriſimilitudinem.*
31 *Voluntas hominis non præſumitur aliena à verbis.*
*Nec præſumitur quis dicere, quod mente non cogitauerit.*
*Et verba ſunt naturalia inſtrumenta, quibus intentio cordis exprimitur.*
*Et quod teſtator non loquitur, nec velle præſumitur.*
*Sicut quod verbum non ſonat, nec certè ſentit.*
*In ore enim & mente præſumitur unum & idem.*
*Et voluntas hominis conſiſtit in verbis, ſicut facies in ſpeculo.*
*Nam lingua eſt cordis preco.*
*Et lingua Imperator, eſt cor.*
*Cor enim datum eſt homini ad ſignificandum deo, labia autem ad ſignificandum hominibus.*
*Vnde vox eſt inſtrumentum voluntatis et intellectus:*
*Et tuba cordis, eſt lingua loquentis.*
*Nullumq́ maius eſt mentis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum.*
*Nec credimus hominem velle, niſi quod dicit.*
*Vnde adagium, loquere, & cognoſcam te.*
*De quo Socratis exemplum pulcherrimum.*
32 *Verba apta importare incluſionem & excluſionem dicuntur dubia.*
*Et interpretantur contra eum, qui ſe in eis fundat.*
33 *Aut ſuper eis fundamentum fieri non poteſt.*
34 *Exempla regulam declarant, & quomodo procedat.*
35 *Ratio reſtringit legatum ad eius limites.*
36 *Et prima eſt in intentione diſponentis.*
37 *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.*
38 *Dictio prout, limitatina.*
39 *Copula una pars declarat aliam.*
*Et copulat ea, quæ ſunt eiuſdem generis.40.*
41 *Fructus ſi diuidi debent, multo magis prædia.*
42 *Relatio fieri debet cum ſuis qualitatibus:*
*Et dicitur in referente.43.*
44 *Teſtator præſumitur minus grauare hæredem, quàm ſit poßibile.*
45 *Molendina plerunque ſunt dominorum Caſtrorum, & Terrarum.*
*Et eodem iure poßidentur, quo Caſtra, Terra, & Ciuitates.*
46 *Poſſeßiones nihil habent commune cum iuriſdictione,*
47 *probatio non concludens, non admittitur.*
49 *Verba conceßionis Caſtri cum agris, nemoribus, paſcuis, & id genus, ſine confinibus non operantur.*
*Principis aſſertioni non creditur in præiudicium tertij.49.*
53 *Promittens habere ratum quicquid fuerit geſtum per procuratorem, intelligitur quo ad expreſſa tantum.*
54 *Liberatio ſocij læſa, quomodo reſtringatur.*
57 *Verba vniuerſalia ampliant quo ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis.*
*Et reſtringũtur, ne quis indebitè dãnum patiatur.58.*
59 *Præcedentia declarant ſequentia.*
66 *Exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis.*
*Et quomodo procedat.67.*
*Non tamen ampliat vt comprehendat, quæ nõ fuiſſent incluſa, exceptione non facta 68.*
70 *Res in dubio præſumuntur allodiales, & libera.*
*Quia primæuo iure omnis terra erat libera.71.*
72 *Princeps eſt dominus vniuerſalis reſpectu iuriſdictionis, non dominij particularium.*
73 *Feudalis res dicitur habere quandam ſeruitutem.*
74 *Poßidere quis præſumitur pro ſuo, & vt dominus, potius quàm alieno nomine.*
75 *Ergo non vt vaſallus, vel emphyteota, qui poßidens etiam alieno nomine.*
76 *Præſumitur quis poßidere ciuiliter, percipiendo fructus.*
77 *Status rei ſi adeſt, vel aptus eſt adeſſe, transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*
78 *Statutum excludens exceptiones, non tamen cenſetur excludere quæ conceduntur ex capite eiuſdem, vel alterius ſtatuti in eodem volumine.*

## CONSILIVM XVIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

INTER eoſdem fratres Illuſtriſſimos D. Maximilianum, & Rodulphum de Gonzagis, dictoque Do. Rodulpho defuncto Illuſtriſſimum D. Aloyſium eius filium coram eiſdem clariſſimis iudicibus, de quibus ſuperiore conſilio præfatus ſum, viguit immenſa lis & cõtentio, nunquid prælegato facto de Caſtro Luzariæ Illuſt. D. Maximiliano per eius genitorem comprehenderentur poſſeſſiones in territorio dicti Caſtri ſitæ, quas viuens tenebat teſtator, ita quòd cedere deberent ad commodum tantùm dicti D. Maximiliani caſu quo ſpectaret ad eum Caſtrum Luzariæ vigore dicti prælegati, vel potius dictæ poſſeſſiones venire deberent ſub vniuerſali inſtitutione facta de dictis fratribus, & ita cedere deberent ad eorum commune beneficium. Quam diſputãdi materiam cum præbere viderentur verba prælegati ſic, vt aliqui ſummi legum vertices, quorũ monumenta foris habentur, contraria ſuper eis ediderint conſilia, placet ea præmittere, quæ ſunt huiuſmodi. [ Item iure inſtitutionis ſeu prælegati reliquit Illuſtr. D. Maximiliano primogenito eius filio legitimo & naturali terram Luzariæ cũ Rocca & Caſtro dictæ terræ, & cum omnibus, & ſingu-

ſingulis ad dictam Roccam & Caſtrum ſpectan-
tibus ad defenſionem eiuſdem, & cũ omnibus iu
riſdictionibus,datijs,trauerſijs, ſalario , & omni-
bus & ſingulis aliis introitibus ad ipſam terram &
Caſtrum ſpectantibus & pertinentibus ] & vt ab
alienis fundamentis exordiar,quæ Illuſt. D. Ma-
ximiliano famulari videntur,reperio quòd in pri
mis Bero.conſi.51.vol.2.citat Bal.in c.1.de capi.
1 qui cur.nu.2.vbi dicit, † quòd ſi mihi conceſſit
Imperator aliquod Caſtrum cum pertinentijs
ſuis & iuribus ad ipſum Caſtrum pertinentibus,
molendina veniunt acceſſoriè,niſi eſſent priuato-
rum,ſecundum glo.ſequuntur Andr.de Iſer.Præ
poſ.& alij,quibus addo Boer.deciſ.50.col.pen.ad
fi. Cor.conſ.321.col.4.vol.4.Iaco.de feud. in ver.
de Caſtro.nu.7.Iaſ.in l.quominus. q.20.ff. de flu
mini.at in caſu noſtro teſtator prælegauit D. Ma-
ximiliano Caſtrum Luzariæ cum omnibus iuriſ-
dictionibus &c. a omnibus & ſingulis alijs introi
tibus ad ipſum pertinentibus , ergo venire debẽt
dictæ poſſeſſiones teſtatoris , & ita quòd veniant
tenet idem Berous conſi.176.nu.85.vol.1. tanto-
que magis venire debent,vt ille dicit priore loco,
velut tales vt apparet ex inſtrumento permutatio-
nis,in quo Illuſtriſſimus Do. Federicus Marchio
Mantuæ aſſignauit Illuſtr. D. Rodulpho Seniori
omnia & quæcumque iura in Caſtro Luzariæ
eiusque datiis,ſalario,& poſſeſſionibus , & ſic di-
ctæ poſſeſſiones reputatæ fuerunt de pertinen-
2 tibus ad dictum Caſtrum : † ſicut etiam ve-
niunt bona territorii ( præter Beroum ) conceſſo
Caſtro cum omni iure vel integro ſtatu,ſi conce-
dentis erant,vt tradit Natta conſi.506.nu. 36.tan
toque magis hoc procedere debet attenta inueſti
tura Caroli V. de primogenitura loquente, vbi
conceditur hoc Caſtrum cum agris, nemoribus,
3 paſcuis, pratis,& villis : † quæ bona ſic ſpecifi-
cata,& quę reperiuntur intra fines & territorium
ipſius Caſtri , præſumuntur ad ipſum Caſtrum
pertinere ſecundum Aret.conſi.165.magnifici.co
lum.1.Cur.iun.conſi.140.col.fi.conſi.184. col. 3.
& Dec.conſi.517.col.fi.Secundò citat idem Bero.
Baldum in d.c.1.qui refert diſputationem Butri-
garii de communitate ciuitatis Mutinæ,quæ tran
ſtulit in quendam Marchionem ciuitatem Muti-
næ , dubitauit enim Butrigar. an etiam molendi-
na dictæ ciuitatis tranſlata cenſeantur in eum , &
4 relatis argumentis hinc & inde † ponit Bal.con-
cluſionem Butrigarii dicentis, quòd tranſlata ci
uitate Mutinæ in iuriſdictione & dominio Mar-
chionis,molendina quæ ſunt ciuitatis peculium,
nõ dici in Marchionem,quoad dominium tranſ-
lata , ſed ſolùm iuriſdictionem , quæ ad ipſam
communitatem pertinebat,at inquit Bal.idem de
molendinis,quod de iuriſdictione dicebat Butri.
ſi molendina erant in dominio communitatis ſi-
cut ipſa ciuitas,& hoc verba conceſſionis patian-
tur : nam ſi de ſola ciuitate facta fuiſſet mentio,
molendina,quæ extra ciuitatem eſſent,in conceſ-
ſione non venirent.l.nam quod liquidè.§.ſi ita le-
getur.& §.fi.ff.de pen.leg.c.ſi ciuitas.de ſent.exco.
in 6.ex quibus Bal.verbis infert Bero.quòd ſi ver
ba paterentur molendina comprehendi , ut quia
de ciuitate non eſſet facta ſimplex mentio,ſed ver
ba eſſent generalia & vniuerſalia de ciuitate , ac
de omnibus iuribus ſuis,prout in caſu noſtro fa-
cta fuit expreſſio, nõ de ſolo Caſtro Luzariæ , ſed
generalis de omnib. iuribus & introitibus ipſius :
meritò ſicut in quæſtione Bald. comprehenderen
tur molendina,pariter ex identitate rationis com
prehendi debent dictæ poſſeſſiones teſtatoris .
5 † Tertiò conſiderat idem Bero.ſimul omnia ver
ba dicti prælegati ſine dubio magis generalia , &
pinguia,aptaque cõprehendere corporalia , & ſic
poſſeſſiones prædictas poſitas extra Caſtrum Lu-
zariæ,quàm eſſent verba quæſtionis Baldi : vnde
ſicut in ea comprehendebantur molendina, mul-
to magis in iſtis comprehendi debent poſſeſſio-
nes,de quibus agitur.Et hoc fundamẽtum, quòd
in amplitudine verborum conſiſtit, latius exornã
dum puto,poſtquàm Bero.conciſè ſatis & ſine le
gibus & doctoribus illud deduxit,nam verba vni
uerſalia,a quibus nihil exceptum fuerit,includũt
omnia.l.Iulianus , ff. de leg.3.l.a procuratore.C.
mand. Dec.in l.omnia.ff.ſi cer.pet. conſi.11.num.
13.conſi.69.col.2.Ita quòd nulla perſona,nulluſ-
que locus excipi poſſunt.Bal.conſi.326. Rex Ro-
6 manorum.col.3. circa fi. † unde Bal.conſi.166.
ſtatuto ciuitatis. vol. 5. dicit ſtante ſtatuto quòd
debitor ſuſpectus de fuga capi poſſit nullis obſtan
tibus feriis,comprehedi ferias , licèt in honorem
Dei.ſequitur Craue.conſi.190.col. 5. & magis in
terminis noſtris uidetur deſeruire Bald. in d.c.1.
col.2.de cap. qui cur. vbi quærit an vendita cu-
ria,videatur vendita cum ſuis iuribus & pertinen
tiis quibuſcumque: & arguit quòd ſic,quia curia
eſt nomen vniuerſale , & quicquid dominus ha-
bet intra curiam,& curiæ annexum eſt , nomine
curiæ ſignificatur , quia in vniuerſali ſermone
omnia veniunt , niſi ſpecialiter excipiantur .
7 † Tantoque magis hoc dicendum uidetur , quòd
hic expreſſa fuerunt quædam particularia , ut de
iuriſdictionibus,datiis,trauerſiis, ſalario : deinde
ſubiunctum fuit, & omnibus & ſingulis &c. quæ
uerba vniuerſalia reſtringi non poſſunt ad ſpeci-
ficata ſalua ratione recti ſermonis, vt inquit Caſt.
conſi.333.col.1.vol.2.vnde Rom.conſi.271.vis to
ta.loquens in conceſſione facta comiti,in qua pri
mo fuerant expreſſi nonnulli caſus Regalium, de
inde ſubiecta fuerant vniuerſalia verba , dicit q
comprehenduntur etiam regalia non expreſſa,ſe
quitur Cra.conſi.209.colum. 2 . quare pariter in
caſu noſtro videtur debere comprehendi dictas
poſſeſſiones, licèt non expreſſas in dicto prælega
8 to. † Quartò ponderat etiam Bero. illa verba,
cum omnibus & ſingulis aliis introitibus &c. nã
introituum appellatione continentur redditus,
obuentiones,& prouẽtus, vt eſt gl.not.in l. Thaiſ.
§.libertatem.ff.de fideic.lib.l.uſufructu.§.uſufru-
ctu.ff.de uſuf.iunctis.not.per Specul. in tit.de lo-
ca.§.1.colum.pen.uerſi.illud autem. cum Glo.in
c.generali.de elect.in 6.& in clemen. prima.uerſi.
fructum.de reb.eccl. non alie.ubi plus eſt in red-
ditu quã in fructu,ſed introitus idem ſunt quod
redditus, ut habetur in d.§.libertatem,ergo in di
cto prælegato uenire debent etiam illi redditus ,
qui

quí ex prędiis & poſſeſſionibus capiuntur, de qui
9 bus agitur. † hocque confirmatur ultra Bero. nam per illa uerba, cum omnibus & ſingulis aliis introitibus, uidetur Illuſt. D. Teſtator ſignificare uoluiſſe poſſeſſiones ipſas, ex quibus introitus cō-ſueuerat percipere, iuxta communem uſum loquendi, quo dici ſolet, quis habet magnos introitus, hoc eſt multas poſſeſſiones & bona, de quibus
10 magnos introitus percipit, † talisque communis vſus loquendi videtur attendendus, & ſecundum illum verba de quibus agitur, intelligi debent. Bar. in l. libellorum. §. ſed ſi aliud. ff. de accu. & in rub ff. de oper. no. nunc. vbi Caſtr. Alex. Iaſ. & alij Mod paſſim ſequuntur. Pet. Rebuf. in tract. nominationum, q. 14. nu. 14. vnde videmus ſi communis vſus loquendi ſit in loco, quòd appellatione filiorum legitimorum & naturalium non veniant legitimati, ſubſtitutus per eos non excluditur, vt tradunt Imol. Alex. & Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff. ad Treb. Alex. conſi. 25. volum. 1. Dec. conſi. 275. col. 4. conſi. 284. col. 5. & conſi. 425. col. 4. quia ſecundum talem communē vſum loquendi diſpoſitio teſtatoris intelligitur. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. & quod ibi not. ff. de leg. 3. l. Labeo. ff. de ſup. leg. cum ſimilibus, & ita pariter à communi vſu loquendi interpretatur verba teſtatoris Socin. conſi. 73. col. 6. volum. 1. & Soc. Iu. conſi. 158. nu. 7. vol. 2. Marc. Mant. cōſ. 87.
11 nu. 16. vol. 1. † Quintò ſubdit Bero. quando quis legat per nomen, habens ſe ad locum & iura, in dubio videtur ea legare, quæ ad locum ſpectant. l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. Bart. in l. cum pater. §. menſe. ff. de leg. 2. at illa verba, cum omnibus & ſingulis introitibus, apta ſunt comprehendere fructus ad locum ſpectantes, item redditus rerum incorporalium; meritò potius intelligenda ſunt in dubio de introitibus locorum, hoc eſt poſſeſſionum & prædiorum de quibus agitur: tantoque magis quòd de iuribus facta fuit per ſe ſpecialis & expreſſa mentio, ibi iuriſdictionibus, da-
12 tiis, trauerſijs, ſalario. † Sextò confirmat hoc Bero. ex mente teſtatoris, quòd ſub illis verbis generalibus voluerit complecti dictas poſſeſſiones, quia ſi noluiſſet eas comprehendi, illas excepiſſet à prædictis verbis, ſicut fecit in prælegato facto Illuſt. Do. Rodulpho de Caſtro Aſtiuerij & Sulfarini, in quo ſimiliter eiſdem verbis generalibus vſus fuit, & ne ſub eis poſſeſſiones dictorum Caſtrorum comprehenderentur, eas excepit, & ita per ſequentia declarantur præcedentia: l. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de lega. 1. l. nummis. in fin. ff. de leg. 3. & hoc idem fundamentum deducit Soc. iu. pro Illuſtr. D. Maximiliano in conſi. 160. nu. 3. vol. 2. motus per tex. in c. inter corporalia. de tranſla. epi. dum ibi dicitur [ ſi circa translationem id fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat, de tranſlatione poterat expreſsè ] & hoc arguendi modo ſæpiſſimè doctores vtuntur in ſimilibus termi-
13 nis, † volentes quòd ſi teſtator in una parte de maſculis expreſſit, idem feciſſet in alia ſi voluiſſet, ubi ſimpliciter de filiis aut deſcendentibus locutus fuit, ideo tam de fœminis quàm de maſculis intelligitur, vt voluit Io. de Ana. conſi. 22. Anch. conſi. 120. pro clariore. ad fi. Alex. conſi. 55. colu. pe. vol. 3. conſi. 38. nu. 6. vol. 6. Soc. conſil. 227. ad fi. vol. 2. conſi. 9. col. 2. uol. 3. Cur. iun. conſi. 49. colum. 3. D. meus Vbert. Zuccar. in l. fi. nume. 68. C. de edi. diui. Adr. toll. ubi concludit eſſe magis cōmunem Soc. iun. conſi. 158. nu. 39. & 40. volu. 2.
14 Crau. conſi. 289. col. 6. † Septimò præter Soc. iu. & Berouм bene facit quòd cū Caſtrum dicatur quid vniuerſale, unde in eius conceſſione uenit ius patronatus quod in eo reperitur, ut per Inno. Butr. Abb. & alios in c. ex literis de iur. patr. Dec. conſi. 149. col. 2. Matt. de Afflic. in c. 1. de capi. qui Cur. nu. 43. pariter uenire debent poſſeſſiones in eo conſiſtentes ſub prælegato facto de Caſtro
15 Luzariæ D. Maximiliano: † & hoc idem latius confirmat Natta conſi. 505. nu. 22. cum ſequenti dicens quòd ſi in uniuerſali conceſſione ueniunt etiam ſacra & religioſa. l. quædam. ff. de acquir. rer. do. l. in modicis. ff. de contrah. emptio. multo magis profana uenire debent, ut dictæ poſſeſſio-
16 nes. † Octauò coadiuuatur iſta concluſio iuris præſumptione, quæ uult ea quæ continentur intra fines feudi præſumi feudalia, niſi probentur exempta, ut uoluit Andr. de Iſer. in c. 1. de contr. inter maſ. & fœmi. quem refert Afflic. ibi, nu. 11. meritò poſſeſſiones de quibus agitur, quæ ſunt in territorio Luzariæ uelut feudales præſumptiuæ, cedere debent dicto prælegato ad commodum
17 dicti D. Maximiliani. † Nonò cum teſtator honorauerit Illuſtr. D. Maximilianum, ditioremque relinquere uoluerit Illuſtr. Do. Rodulpho, quem prohibuit nihil ultra petere poſſe, licèt poſſeſſiones quædam ſibi relictæ minoris eſſent redditus quàm terra Luzariæ relicta D. Maximiliano, colligitur intentio teſtatoris ſub prælegato dictæ terræ uoluiſſe contineri poſſeſſiones de quibus agitur, aliàs D. Maximilianus non remaneret ditior
18 contra teſtatoris mentem. † Decimò, & ultimò cum de pertinentiis ad Caſtrum fuerit locutus teſtator, uenire debent ad illud acceſſoria. Innoc. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. Maria. conſi. 47. col. 2. Bal. conſi. 443. uiſa. uol. 1. Dec. conſi. 516 nu. 24. meritò uidentur includi dictæ poſſeſſiones uelut acceſſorię dicto Caſtro, quia pertinentes ad illud ita conſignatæ fuerunt Illuſt. D. Rodulpho ſeniori, prout in primo fundamento deductum fuit, & ita uidetur ex prædictis Illuſtr. D. Maximilianus
19 fouere iuſticiam. † Sed tamen rem diligentius ego conſiderans in contrariam ſententiam pedibus eo cum Soc. iu. conſi. 160. uol. 2. qui pluribus argumentis partes Illuſtr. D. Rodulphi tuetur, & in primis, nam cùm teſtator ambos filios uniuerſales hæredes fecerit, proculdubio ex eius uoluntate ſunt æqualiter uocandi, ſi aliud in contrariū non appareat. l. quoties. §. hæredes. ff. de hær. inſt. §. ſed ſi plus. Inſt. eo. ſed reſpectu poſſeſſionum, de quibus agitur, non conſtat de contraria uoluntate teſtatoris, quia de illis nullum prælegatum fecit, meritò uenire debent ſub uniuerſali inſti-
20 tutione. † quod præter ipſum Soc. iu. confirmo. namque uniuerſalis inſtitutio debet omnia complecti ſuperius non expreſſa, ſicut regula comprehendit omnes caſus in ſpecie non determinatos.

glo.

Glo.in l.omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bart.in l.
quotiens.ff.ſi quis caut. Dec. in l. 1. ff.de reg.iur.
nu.8.Graue.conſi. 77. nume.4. cum vulgaribus.
21 † Secundò pôderat Soc. iun. verba prælegati,
quo prior ego conſidero Terram Luzariæ fuiſſe
relictã Illuſt. D. Maximiliano, quæ verba ſigni-
ficant quatenus eſt intra muros Luzariæ fuiſſe re
lictum, vt per Gl.in l.quicũque.C.de fund. limit.
lib.11.vel ad ſummum intra cõtinentia ædificia.l.
2.& ibi Bar.& alij, ff. de verb.ſign. idque patet ſu-
22 bijcieendo ſtatim, † Cum Rocca & Caſtro di-
ctæ Terræ, quæ verba ſignificant id quod eſt intra
muros, & vt vulgariter dicitur, la Fortezza de Lu
zara adeò, quòd nõ veniunt pertinentiæ, nec ea
quæ ſunt extra Caſtellum, vt tradit Veronen. in
d.l.2.q.8.cõfirmatur, quia illa dictio cum, poſita
inter res, copulat acceſſoriè.l.1.cum ſeq.ff.de pen.
lega.Bar.& doctores in l.Titiæ textores. §. pen. ff.
de leg.1.& ſic eſt ſenſus, quòd in dicto prælegato
comprehenduntur tãtùm Rocca & Caſtrum, quę
ad dictam terram Luzariæ pertinent acceſſoriè,
prout in terminis ferè noſtris declarat Rui. conſi.
45.in princ.volum.1.quo ſit vt dici non poſſit poſ
ſeſſiones in territorio ſitas extra Caſtrum licèt eſ-
ſent acceſſoriæ contineri, cnm teſtator nimis in
23 verbis ſe reſtrinxerit. † Tertiò perpendo pari
ter ante Soc.Iun.dictum fuiſſe cum omnibus, &
ſingulis ad dictam Roccam & Caſtrum ſpectanti
bus, quod participium, ſpectantibus reſoluitur in
relatiuum & verbum, idest quę ſpectant.gl. in cle.
1.in ver. dignitatibus. In ſi.de præb. Alex.cõſ.119.
col.4.vol.1.& in terminis tradit Natta conſi.636.
nu.36.& relatiuum ſine copula, ſtat reſtrictiuè ad
ea tantùm, quæ ſpectant ad Caſtrum. l. ea tamen
adiectio.& ibi Bar.ff.de leg.3.vnde probari debet
quæ ſint ea quæ ſpectent ad Roccam & Caſtrum
24 Luzariæ, ut legato cedant. † ſicut quando con
ceditur ius quod quis habet in feudo, nam proba
ri debet de tali iure, aliàs cõceſſio nihil operatur
uelut incerta & dubia, prout tradunt Dy. Caſtr.
Alex.Iaſ.& alij, in l.ſi ſic.ff.de leg. 1.latè Alex. in
l.locus.ff. de acquir.poſſ.& in terminis noſtris tra
dit Old.conſi.164.uiſo priuilegio, quem ſequitur
Iaſ.in d.l.ſi ſic.Alex.in d.l.locus.cõſi.43.in princ.
uol.1.conſi.187.col.2. uerſi. circa primum.uol.2.
& clarius conſi.55.num.19.uol.4.Dec.conſi. 302.
25 Gra. conſi. 293. col.4. † ubi citat & Aretinum
conſ.164.col.1.uer. primum probatnr. tenentem
quòd talis deſignatio generalis aut uniuerſalis
nõ releuat, quando conceſſio limitata fuit ad ius
concedētium, ſicut & hic ad Roccam, & Caſtrum
ſimilem quoque loquendi modum poſſumus in-
tueri, quando cõceſſum fuit Caſtrum cum omni-
26 bus & ſingulis pertinentiis ſuis: † ſi enim poſtea
dubitari cõtingat & oriatur controuerſia de ali-
qua uilla, poſſeſſione, uel fundo, nũquid dicatur
de pertinentiis Caſtri conceſſi? id probari debet
ex parte eius qui nititur conceſſione, & in ea ſe
fundat, aliàs nõ uenit uilla, poſſeſſio, uel fundus
in ea, quia de iure Caſtro nihil corpotale pro per
tinētijs deputaſ, niſi quod reperitur expreſſe aſſi-
gnatũ, ut tradit Inno.in c.cũ ad ſedē.de reſt.ſpol.
Io.And.& cęteri in c. ſi ciuitas.de ſent.exc.in 6.
Alc.cõſ.41.col.1.vol.1.cõſ.55.col.9.uol.4. Abb.cõ
ſil.6. 1. dub. uol. 2. qui conſuluit ſuper quadam
cõceſſione de Caſtro Bagnolli Mantuani, & ſu-
per alia de Caſtro Sermidi pariter Mantuani. tra
dit idem Cur.iu.conſ.158.col.pe.& ſi.ubi & alios
citat, & hanc eſſe cõmu. teſtatur Bellon.conſi.10.
nu.11.& in hanc quoque concluſionem deſcen-
dit Portius Imolens.in ſuis regulis, concl. 37. lib.
5.ubi plures alios citat cõcordantes, ſicut & alios
Ceph.conſ.250.col.3.& Nat.cõſ. 514.nu.30.quos
27 in gratiam breuitatis miſſos facio. † Quartò pô
derat Soc. iun. quòd locutus fuit teſtator de ſpe-
ctantibus ad defenſionem eiuſdem Roccæ & Ca
ſtri Luzariæ, quibus uerbis oſtenditur ſine dubio
teſtatorem uoluiſſe includi duntaxat ea, quæ ad
defenſionem Caſtri ſpectarent: inter quæ nõ eſt
dubium prædia prædicta nõ contineri, & ex illis
uerbis ſiue ex eorum qualitate uoluntas teſtato-
ris ſit manifeſta, quia ut dicebat Caſſiodorus, nul
lus eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm
qualitas inſpecta uerborum, ut refert & ſequitur,
Bal.in l.generaliter. poſt prin.C.de nõ num.pec.
28 & in Rubr.de teſtibus in ſi. † Et certè, ſi uerum
amamus, Illuſt. C. teſtator ex illis uerbis ſignifica
re uoluit arma, tormẽta bellica, baliſtas, munitio
nes, & id genus, qnæ tendunt ad cõſeruationem
ipſius Roccæ & Caſtri & ad defenſionem ſuam,
ut uerba ſonant ſecundum Bal.in l.ſi. col. 2. uerſ.
Item ſi princeps.de conſti.prin.& in c. 1. §. ſi quis
de manſo.de cõtro.inueſ.col.1. Anch.in c.cum di
lecti.in ſi.de dona. Dec.conſi.516. col.pe.& ſi.Ia-
cob. de feudis in uer.fluminibus.c.2.Iaſ. in uſib.
feud.num. 22.ſicut enim uolũt prædicti ꝙ legato
Caſtro ueniant arma, baliſtæ, & id genus, quæ de-
putata ſunt, ibi pro defenſione Caſtri, pariter in
caſu noſtro, ubi legatum fuit caſtrum Luzariæ,
cum Rocca, & omnibus & ſingulis ſpectantibus
ad eius defenſionem, debet intelligi teſtatorem
uoluiſſe relinquere dicta arma & inſtrumenta bel-
lica pro defenſione dicti caſtri, nõ autem poſſeſ-
ſiones & prædia, quæ illum effectũ nõ reſpiciũt.
29 † Quod inſuper cõfirmatur, nam dato quòd
illa uerba, cũ omnibus & ſingulis ad dictam Roc-
cam & caſtrum ſpectantibus, dici poſſent genera
lia, lateque patere, quia tamen illis adijciuntur
illa ſpecialia, ad defenſionem eiuſdem, reſtringe-
rẽt ſignificatum illorum præcedentium iux. do-
ctrinam Bar.in l.ſed ſi adijciatur.ff.pro ſoc. quem
ſequitur Goz.cõſi.60.col.ſi.Rube.cõſi.50.col.pe.
Pariſ.cõſ.102.nu.12.uol.1. † Et ad mētem & ue-
30 riſimilitudinem uerba quãtumuis generalia, &
uniuerſalia reſtringũtur, ut tradit Old.cõſ.148.in
ſi.Alb.in 1.par.ſtat.q.16.in ſi.Io.And. in Mercu.c.
in generali.de reg.iu.in 6.latè Iaſ.in l.1.co.3.ff.de
leg.1.Mod.Galli.cõſ.15.nu.21.ſed nulla mens aut
ueriſimilitudo maior dari poteſt excluſionis dicta
rum poſſeſſionum ex prædictis uerbis, ad defen-
31 ſionem eiuſdem. † quia uolũtas hominis non
præſumitur eſſe aliena à uerbis, nec præſumitur,
quis dicere quod mēte nõ cogitauerit. l. Labeo.§.
idem Tubero.ff. de ſup.leg.c.ſecũdò requiris.de
appel.c.ſi.de uerbo.ſig.c.is autem. 12. quæſtio. 2.
unde Bald. in d.c. 2.requiris, inquit quòd uerba
ſunt

ſunt naturalia inſtrumenta, quibus intentio cor-
dis exprimitur.& quod teſtator nõ loquitur, nec
velle præſumitur.Bal.per illum tex. in l. unica.§.
ſin autem ad deficientes.C.de cad. tollend, Et id
quod verbum non ſonat,certè nec ſentit, & hoc,
quia uirtus ſermonis non porrigit ſe ad illud.Bal.
conſi.490.ponitur quòd idem Nicodemus.col.2.
vol.1.in ore enim & mente præſumitur eſſe vnum
& idem. Bal.conſi.472.in cauſa prioris. col.1.vol.
2.& voluntas hominis conſiſtit in uerbis, ſicut fa-
cies in ſpeculo.Bal.conſi.102.omnis poteſtas.col.
3. volu. 3. nam lingua eſt cordis præco ſecũdum
Bal.in tract.ſchiſma.& linguæ Imperator eſt, cor
ut idem Bal.tradit in c.mandatum.de reſcrip.cor
enim datum eſt homini ad ſignificandum deo, la-
bia autem ad ſignificãdum hominibus, vnde uox
eſt inſtrumentum voluntatis & intellectus ratio-
nalis.Bal.in c.ex tranſmiſſa de reſt.ſpol.atque ali-
bi ſcribit idem Bal.conſi. 160. facta fuit. vol.1.quia
tuba cordis eſt lingua loquentis & nullum eſt ma
ius mentis teſtimonium quàm qualitas inſpecta
verborum,idemque Bald.in l.voluntatis ad fi.C.
de fideicom.dicit quòd non credimus hominem
velle niſi illud quod dicit. Ideo adagium illud cir
cunfertur,loquere & cognoſcam te.Bal. in rubr.
de teſti.de quo Socratis illud exemplum præcla-
rum commemorat Eraſmus lib. 3. Apophteg.nã
cum diues quidam filium adoleſcentulum ad So-
cratem miſiſſet, vt indolem illius inſpiceret,ac pæ
dagogus diceret,ad te pater ò Socrates filium mi
ſit, ut eum videres: tũ Socrates ad puerum dixit,
loquere igitur adoleſcens, vt te uideam, ſignificãs
hominis ingenium, non tam in vultu relucere,
quàm in oratione quòd hoc ſit certiſſimum mini
meque mendax animi teſtimonium: & vt ad no
ſtros redeam ſequitur Cra.conſi.20.nu.2.& cõſi.
294.col.13.Soc.iun.conſi.118.nu.8.vol.1. Porti.
Imol.conſil.110.nume.10. Bero.conſi.84.nu.52.
32 vol.2. † Quintò licèt ex prædictis illa uerba, cũ
omnibus & ſingulis ad dictam Roccam & caſtrũ
ſpectantibus ad defenſionem eiuſdem, clara ſint,
& ſatis demonſtrent, ac denotent excluſionem
poſſeſſionum, tamen vbi dici poſſet ea eſſe apta
importare earum incluſionem, vt ex aduerſo cõ-
tenditur,ſequeretur ex hoc ea dici ambigua, ex
quo apta forent importare incluſionem & exclu-
ſionem: meritò deberent interpretari contra Il-
luſtr. D.Maximilianum,qui ſe in illis fundat.l.ve
teribus.& ibi Bar.& alij.ff.de pac. l.ſtipulatio iſta.
§.in ſtipulationibus ff.de verb.obl. c. in præſen-
tia.de prob.c.contra eum.de reg.iur.in 6.& ita ſi-
militer arguit D.meus Rimi.conſi.319.nume.40.
33 † aut ſtante tali dubietate uoluntatis teſtatoris
ſuper ea ſe fundare non poſſet Illuſt.D. Maximi-
lianus.l.ſi duo.ff.de teſt.tut.l.ſi alij fundum. ff.de
vſuf.leg.l.in ambiguo.ff.de reb.dub.Caſtr. conſi
324.ad fi.uol.1.Cor.conſi.30.col.2.vol.1.Craue.
conſi.32. nu.7. Sextò dicta concluſio verificatur
inſuper ex qualitate expreſſorum ſtatim poſt præ
dicta uerba ibi,& cum omnibus iuribus, iuriſdi-
ctionibus,datijs,trauerſiis,ſalario,quæ reſpiciunt
Imperium & ſuperioritatem in dicto caſtro,& ad
Illuſtr.Teſtatorem ſpectabant velut ad Principẽ
& dominum dicti Caſtri velut regalia,de quibus
in titulo quæ ſint rega.nam ex eorum qualitate
declarantur verba generalia,quæ procedunt ibi,
& cum omnibus, & ſingulis ad dictum caſtrum
ſpectantibus, vt intelligantur de reſpicientibus
imperium & ſuperioritatem ſicut particulariter
expreſſa,ita declarat in terminis Soc.iu.in d.con
34 ſi.160.nu.8. † Quod præter eum comprobatur
ex eo quod dicitur exempla regulam declarare,
nam procedit in caſibus ſimilibus exemplis ex-
preſſis,& in terminis exemplorum, quæ fuerunt
expreſſa. l.regula. ff.de iur.& fac. igno.l.vt reſpõ
ſum.C.de tranſ.Pariſ.conſi.110.nu. 62. uol.1.vn-
de ſi expreſſio particularis reperitur facta de ſpe-
ctantibus ad iuriſdictionem & imperium,pariter
& uerba generalia de ſimilibus ſunt intelligen-
da,non autem de poſſeſſionibus, quæ ſunt valde
35 diſſimiles à prædictis exemplis. † Septimò con-
ſiderat Soc.iu.rationem ſubiectam à teſtatore di
cente ſe hoc feciſſe [cum ipſa terra ex diuiſione
ad nihilum reduceretur, & ne partialitatis liuor
ſeu diſſenſio in ea inſurgat] Quæ ratio reſtringit
prælegatum factum licèt verbis generalibus ad
limites ipſius rationis,iuxt.not.per Bart.Imol. &
alios in l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2.Abb.
in c.ut debitus.nu.36.de appell. Pariſ. conſi.32.
nu.62.conſi.102.nu.6.vol.1.conſi.85.nu.9. vol.2.
36 conſ.16.nu.28.conſi.83.nu.13.uol.3. † Et prima
eſt in intentione diſponentis.Soc. conſ.59.num.
20.vol.4.Rol.à Val.conſ.72.num. 44. vol.1. dicta
enim ratio ſolum procedit in his quæ reſpiciunt
ſuperioritatem & imperium,quod diuiſionẽ non
recipit,cum per eam diminuatur,vt not.in c.1.de
37 feud.Mar. † vnde dicitur in Euangelio, omne
Regnum in ſe diuiſum deſolabitur ut refert glo.
in c.licèt.de uoto.& plura cumulat Afflict. in c.1.
§.præterea ducatus.nu.20.de prohi.feud.alie.per
Fed.& hæc diminutio Terræ Luzariæ non cõtin
git per diuiſionem poſſeſſionum de quibus agi-
tur,nec partialitatis liuor aut diſſenſio naſcitur
inde,ſed ſi ſoli duntaxat aſſignarentur.l.cũ opor-
tet.in prin.C.de bon.quæ lib. meritò virtute ra-
tionis prædictæ poſſeſſiones includi non debent
in prælegato.Octauò prædictis accedit relatio fa
cta per teſtatorem ad conceſſionem Caroli V. dũ
dixit [& prout ipſe Illuſtr. Do. Teſtator aſſeruit
ex hac cauſa legitima ſibi conceſſum fuiſſe a Cæ-
ſarea Maieſtate in priuilegiis inueſtituræ ſibi con
38 ceſſis] † ex hac enim dictione,prout, ſe referente
ad illud quod eſt de præterito & apparet, ut eſt
prædicta conceſſio Caroli, colligitur quòd tale
prælegatum fuit limitatum ad tenorem illius con
ceſſionis,iux.not.per Bar.Caſtr.Iaſ.Dec. D. meũ
Rimi.& alios,in l.edita.in uer.prout, C.de eden.
ſed in conceſſione Caroli V.conceditur,ut caſtrũ
Luzariæ primogenito remanere poſſit cum ſuis
iuriſdictionibus & pertinentiis, quæ verba non
includunt poſſeſſiones,ut ſupra dictum fuit in ter
tio fundamento: meritò nec in iſto prælegato ue-
nire debent,quia ſi deficit exemplar, deficit exẽ-
plandum.l.in teſtamento ita quidam.& ibi Bart.
39 ff.de cond.& demonſt. † Confirmatur,nam cla-
rum eſt quòd illa verba, cum ſuis iuriſdictioni-
Socin. conſi.14.uol.3.Dec.conſi.370.& Hier. Al
banum, cōſi.21.nu.11.quod notandum eſt.licèt
caſui noſtro non conferat,ubi de filia nō agitur.
Nec uerum eſt alienationis prohibitionē reſtrin
gi,ſeu limitari ad terminos ſubſtitutionis præam
bulæ,nec aliud fideicommiſſum inducere, quo-
niam nō deſunt qui ſecus putant,& in primis So-
cinummet conſi.149.uol.2.col.3.uerſic. ex qui-
bus & clarius,col.9. uerſi.tertia. difficultas. nam
poſtquàm diſputauit,an deſcendentes in cōditio
ne poſiti prioris fideicommiſſi dicantur grauati
concludendo quòd nō, poſteà tenet contrarium
propter clauſulam prohibitionis alienationis ſe
quentem: & ſic uult quòd licèt ſubſtitutio defece
rit,quia filii cum filiis deceſſerunt, tamen ex pro
hibitione alienationis inducatur aliud fideicom
miſſum quod non deficit, & ſic quòd prohibitio
non reſtringatur ſecundum naturam ſubſtitutio
nis præambulæ.mouetur ex l.Titia Seio.§.Seia li
bertis,ff.de leg.2.iūcta doctrina Baldi in l.ab eo.
C.de fideicom.& per gl.in l.pater.§.mater. ff. de
leg.3.quam ſequuntur Oldr.Cyn,Ray.de Forl.
23 Cy.& Alber.inducendo latius ut per eum.† Sed
& Dec.conſi.182.col.1.uer.conſtat autem. & col.
3.uerſi.Item aduertendum.Cur.iu.conſi.43.col.
pen.& fi. Pariſ.conſi.90.nu.43.uol.2.Rui. conſil.
147.nu.11.uol.2.& in d.§.diui.col.31. quos refert
Alba.conſi.93.col.1, uolunt ex prohibitione alie
nationis in rem concepta & bona conſeruentur
in perpetuum inter deſcendentes ut hic, graua-
men induci reale & omnes perſonas afficere quo
cunque gradu reperiātur ut & alii dicunt ſupra
citati,nu.7.cum ſequentibus,quibus clarè depre
henditur prohibitionem non reſtringi ad limites
ſubſtitutionis factæ filiis,ſi deceſſerint ſine filiis,
ſic ut extantibus filiis filiorum ceſſet prohibitio,
ſicut & ſubſtitutio,imò fideicōmiſſum operatur
24 inter oēs. † Quinimmo Dec.conſ.218.conſ.287.
& conſi.377.qui uoluit per alienationis prohibi-
tionem,licèt cum cauſa,quia uoluit teſtator bo-
na remanere in familia, fideicommiſſum induci
in caſu conuentionis,hoc eſt alienatione demum
ſecuta in extraneum, neceſſariò concedit hanc
prohibitionem latius porrigi, quàm ſubſtitutio-
nem præambulā,nec ad cauſa reſtringi.alioquin
defecta ſubſtitutione per exiſtētiam filiorum ex
filiis quibus erat facta ſubſtitutio ſi decederent
ſine filiis,liberè poſſit alienatio fieri,nec ullo mo
do fideicōmiſſum induceretur uelut ſopita quo-
que dicta prohibitione ſimul cum ſubſtitutione
præambula, cuius contrarium tenet Dec.licèt
non concedat abſolutum fideicommiſſum indu-
ci,quod ex prędictis pendet.Et in caſu noſtro nō
admitto prout ſupra comprobaui nume.10.cum
ſequentibus. Præterea ſi penitius conſideren-
tur Doctores ſupra citati,qui uoluerunt prohibi
tionem reſtringi ad limites ſubſtitutionis,caſum
noſtrum non offendunt,nam Soci.conſil.53.col.
5.uer.prætereà.uolum.1.loquitur de quadā gra-
uatā reſtituere Margaritæ & prohibita alienare
cui prædeceſſerat Margarita, ſicq́ue fideicommiſ
ſum fuerat caducum.l.unica.§.primo.C.de cad.
tol.inquit enim Soc.& prohibitionem extingui,
quia cum tales prohibitiones cenſeantur factæ fa
uore illorū,ad quos teſtator diſpoſuit bona poſt
mortem peruenire.l.qui filiū.in prin.ff. ad Treb.
meritò ceſſante Margarita,cuius genitum dice-
batur facta prohibitio.debet ipſa ceſſare.l. quo-
tiens

tiens.& ibi Bal.C.de fideic.& ceſſante cauſa pro
hibitionis, debet ceſſare prohibitio.l.adigere.§.
quamuis.ff.de iure patro.ſed hic moriente Com.
Franciſco ſeniore cum filiis, licèt ceſſauerit illa
ſubſtitutio ſibi facta, ſi deceſſerit ſine filiis, non tā
ceſſare dēt prohibitio alienationis propter exi-
ſtentiam deſcendentium, quorum ſauore mana-
uit: ſicque longè diuerſus eſt caſus noſter ab illo
26 Socini. † Minus quoque nos turbat Rom.conſi.
206.nu.5.vbi vult grauatum fideicōmiſſo & pro
hibitū alienare, poſſe detrahere trebellianicam,
quia cum talis prohibitio alienationis tacitè in-
eſſet ex diſpoſitione legis, ex quo ſubiecta reſtitu
tioni non poſſunt alienari. authentica : res quæ.
C.commu.de leg.meritò talis expreſſio nil opera
ri debet.l.3.ff.de leg. 1.quoniam præter id quòd
contra Rom.ſtat communis Doct.ſententia, qui
tenent quòd grauatus & alienare prohibitus nō
pōteſt detrahere trebellianicam, vt tenent Bald.
Sal. & Alex.in apoſt.Bal.in auth.ſed in ea. C. ad
l.fal. Ang.in §.ſi verò expreſſim, in Auth.de hęr.
& fal.Cor.conſi.18:.col.pen.vol.2.Ferd.Loaz.in
d.§.diui.nu.108.Crot.nu.21.Rui.conſi. 118. col.
pen.conſi.130.col.fi.conſi.137.nu.7.vol.3.qui cō
munem teſtatur.Paril.conſi.126.nu.34.volum.1.
27 conſi.93.nu.47.uol.2. † Ratio quoque Rom. cō
uincitur vt perpendit Alex.nam expreſſio prohi
bitionis alienationis aliter fieri dicitur quàm in-
eſſet, quia ſine expreſſione valebat alienatio à
principio, ſecus quando fuit expreſſe prohibita
alienatio, vt not.in l.cū pater.§.libertis.ff.de leg.
2.vbi dicit glo.quòd ſi factum ſit fideicōmiſſum
ſimpliciter ſine expreſſa prohibitione alienatio-
nis, & vnus alienet, valet interim dum viuit alie-
natio, poſteà verò illo mortuo reuocatē per aliū.
at ſi fuerit expreſſa prohibitio alienationis & fa-
cta fuerit, ſtatim nulla eſt, & per alium poteſt re-
uocari.ſequuntur Bar.Caſt.& Imo.Caſt. conſil.
28 12.uidetur.in anti.Cor.cōſi.243.uolu.3. † Crot.
in d.§.diui.nu.36. & Rip.num.43.qui ponunt &
aliam differētiam quòd in generali bonorum cō
fiſcatione nō ueniunt bona expreſſè alienari pro
hibita, etiam durāte uita prohibiti, l.Imperator.
ff.de fidei.lib.quod ſecus eſt in tacita prohibitio-
ne, quæ ſurgit ex diſpoſitione legis, quia bona de-
feruntur in fiſcum propter delictum tacitè prohi
biti, durante illius vita.l.Statius.§. Cornelio Feli
ci.ff.de iure fiſc.Alex.in l.ſi conſtante.§. fi.ff.ſol.
matrim.conſi.23.vol.1.repetito in conſi. 88.uol.
3.Iaſ.in d.§.diui.lectu.2.nu.19.Ambro.de Opiz.
nu.30.Ang.Are.de maleſ.in ver.& eius bona pu
blicamus, ver.& nota. Rui.conſi.114.nu.5.conſi.
129.nu.4.vol.2.conſi.23.nu.15. vol.5.Soc.conſ.
121.col.4.vol.4.Marſil.ſingu.314.conſil.49 .Dec.
conſi.442.D.meus Rimi.conſi.343.Goza.conſil.
103.nu.25.Gram. deciſ.105. nu.3.Grat.reſp.21.
nu.68.uol. 2. Cur.iu.conſi.120.nu.10. Boer. de-
ciſ.278.nu.6.& communem teſtatur Rub.conſil.
154.num.1.Nec inſuper deſunt aliæ differentiæ,
quę militant inter expreſſam & tacitam prohibi-
tionem alienationis, per quas apparet primam ſe
cunda potentiorem eſſe, quas ponit Crot. conſi.
144.nu.16.ſed eas ex induſtria breuitati conſulēs
29 miſſas facio. † ut ad Alex.me conferam cōſi. 59.
nu.9.vol. tertio. nam loquitur de prohibitione
reſtricta ad perſonas nominatas in ſubſtitutione
tantùm, cum teſtator dixiſſet, quia volo quòd di
cta bona permanere debeant & remanere in di-
ctos de Arena ſuperius nominatos per modum
ſupra ſcriptum; ſicque perpendit Rube. conſil.1.
col.3.& Rui.conſi.150.col.fi.volu.2.dicentes ceſ-
ſante reſtrictione Alexandrum fateri contrariū :
at hic agitur de prohibitione alienationis in rē
concepta, quæ omnes afficit ut ſupra dixi, meritò
30 longè differt hic caſus ab illo. † Nunc ad Dec.
tranſeo qui cæteris voluit plus ſubtilizare conſi.
636.motus primò quòd prohibitio ſit ad fideicō
miſſum correſpectiua iuxt.deciſ.Bal.in l. petens.
col.pen.C.de pact.meritò non debet præter il-
lud operari. ſecundò quia facta videtur ad exem
plum tacitæ prohibitionis, quæ ineſt fideicōmiſ-
ſo, ideo quicquid opponi poteſt contra tacitam,
poteſt opponi contra expreſſam iuxt. doct.Bald.
in auth.ſi quis in aliquo, col.penul.C.de eden.at
ceſſante fideicommiſſo per exiſtētiam filiorum,
ceſſat tacita prohibitio, meritò & expreſſa ceſſa-
31 re debet. † Tertiò, quia odioſa eſt alienationis
prohibitio.Bar.in d.§.diui.colum.fi.Alexan.con-
ſi.56.uol.5.vnde qua ratione noluit teſtator ſub-
ſtituere filiis habentibus filios, eadem videtur 9
noluerit alienationem prohibere & inducere fi-
deicommiſſum filiis habentibus filios, quibus cō
ſtat quòd noluit ſubſtituere, quia quod directò
noluit non uidetur per indirectum voluiſſe iuxt.
glo.in §.eſt autem caſus.Inſti.de hær.inſt.ideo fa-
cta uidetur alienationis prohibitio, caſu quo tā-
tum fideicommiſſo locus fuiſſet, eoque ceſſante,
32 ceſſet & illa. † Sed iſtæ rationes me parum
mouent, aut certè nihil, nam quod ad primam
dico quòd cum prohibitio reſpectu fideicōmiſſi
ſit adiecta, uidetur illi ineſſe.l.lecta.ff.ſi cert.pet.
hoc eſt perinde haberi ac ſi in eo fuiſſet deducta,
prout de pacto ſtipulationi adiecto tradit Barto.
ibi, colum.fi.& de cohærente contractui, in l.iuriſ
gentium.§.quinimmo, numero 16.ff.de pact.me-
ritò cum hæc prohibitio realis fideicommiſſum
contineat inter oēs, debet illud præcedens cui
adiicitur declarare uel augere, quaſi factum & in
iunctum nedum filiis inſtitutis, ſed & eorum fi-
liis in conditione poſitis cæteriſque deſcendenti
33 bus in infinitum: † cum potiſſime ſoleat hæc in-
terpretatio fieri, quando concurrit aliqua conie
ctura ſecundum Soc.in l.cum auus, col.fin. ff de
condi.& demonſt.Corn.conſil.97.colum.3.uol.
1.conſi.146.col.6.uol.2.conſi.20.col.pen. conſil.
226.col.3.uol.4.Dec.conſi. 655.nu.31. Cur. iun.
conſi.113.col.2.Cro.conſi.58.nu.21.Gallia. in l.
centurio.nu.28.ff.de uulg.& pup.Rui.conſi. 123.
col.3.uol.2.Zanc.in l.hæredes mei.§.cum ita, nu-
me.748.ff.ad Treb.ergo ratio Decii retorque-
34 tur aduerſus eum. † Circa ſecundam nego ſup-
poſitum Decii quòd expreſſa prohibitio dicatur
facta ad exēplum tacitæ, nec id probat Dec. nec
ſtare poteſt, nam exemplum dicitur illud quod
eſt ad alterius ſimilitudinem, adeo quòd ſi deficit
exemplar, deficit exemplandum. l.in teſtamen-

to, ita

to,ita & ibi Barto. ff.de cond.& demonſt.& vt de ſcriptura loquamur, exemplum dicitur quando quis exemplificat originale de verbo ad verbũ, vt declarat Iaſ.in authentica,ſi quis in aliquo.in
35 prin.C.de edend. † vnde Dec.& Cur.iu.ibi poſt Bal.in capitulo primo. de fide inſtrumen.dicunt quòd ſi infra terminum producitur exemplum inſtrumenti quod non probat, ſi elapſo termino producatur originale imperfecta probatio exempli confirmatur,& virtualiter probatio facta dicitur in termino,quod eſt valde ſingulare, neceſſarioque demõſtrat exemplum eiuſdem tenoris eſſe cuius eſt originale;& omnino ſimile: alioquin originale non daret robur exemplo ſi diuerſum eſſet & ſecus loqueretur, at expreſſa prohibitio alienationis differt a tacita,quia expreſſa ligat omnes,tacita verò inſtitutum ſi deceſſerit ſine filiis,& in modo vel effectu differunt vt ſupra demonſtraui,numero 27.& 28.meritò dici non poteſt quòd expreſſa facta dicatur ad exemplum tacitæ.
36 † Et ita ceſſante præſuppoſito Decii corruit eius fũdamentum iuxt.not.per glo.Butrig. Fulg.& alios,in l.mancipia.C.de ſer.fug.Soc.cõſilio 55.col.2.in l.1 §.ſi quis quadringenta, ff. ad Treb.Fel.in c.nonnulli, in prin.pe.car.de reſcri. Alci.in c.cum non ab homine, nume.9.de iudic.

37 † Ad tertiam rationem Dec. dico cauendum ab ea,ne nos decipiat:procedit enim facta prohitione perſonali puta filio: quoniam ad nepotes non extenditur.gl.in §.nos.in Auth. de reſt. fid. Bar.& omnes in d.§.diui.columna finali, & licèt adiectum ſit verbum,in perpetuum, vt ibi,col.2. [& perpetuari in mea familia, & nunquàm egredi de meo nomine]tamen ratione ſubiectæ perſonæ filii tantùm nominati,ad eum reſtringitur & interpretatur.in perpetuum,ideſt dum viuit.l. 1.ff.pro ſoc.tuncque dicitur odioſa & reſtringibilis alienationis prohibitio:ſed quando concepta fuit in rem prout hic,comprehendit nepotes,nedũ filios inſtitutos.l.peto,§.fratre. ver.nec enim. ff.de leg.2.ceſſatque tex.in Auth.de reſt.[illegible] qui ſi benè inſpiciatur, clare loquit̃ de proh[illegible]tione perſonali.ita ſignanter declarat Alex.in d.[illegible].diui. nu.25.dicens quòd ita communiter intelligunt Docto.eumque cęteri ſequuntur à me ſupra relati,numero 7.& ſic in iſto caſu patet quòd prohibitio alienationis non reſtringitur; quare tandẽ patet ſingulas rationes Decii collabi: † Quas verò ponit Albanus conſilio 1.numero 9.conſilio,
38 21.numero 8.de teſtatore qui præcedentia continuando, nõ autem corrigendo prohibuit alienationem bonorum,meritò dicitur tacitam tantũ voluiſſe roborare,citans Alex.conſilio 59.5.col. verſi.& pro corroboratione,volumine tertio .& Dec.conſ.291.col.pen.ſunt ſomnia mortuorum: non enim prudẽs teſtator adiecit expreſſam prohibitionem ut tacitam validaret,cùm ſatis eſſet illa de iure munita.auth.reſque.C. comm.de leg. l.Marcellus.§. resque.ff.ad Treb.ſed ut fideicommiſſum præcedens ampliaret prohibens alienari bona ſua,& inter hæredes & eorum filios & deſcendentes in perpetuum ea conſeruari volẽs, nec in aliam familiam tranſire permittens,vt latius ſupra demonſtraui & in ſimili caſu ſubſtitu-
39 tionis tradit Crot.conſilio 58.nume.13. † Sed ampliare, quod eſt ſupplere vel addere,non eſt corrigere,nel emendare vt per Dec,in l.edita,nume.22.C.de edend.poſt gl.& Arc. Inſti.de bon. poſſ.in princ.meritò patet has rationes Albani uanas & inefficaces reddi.Ad ſecundum de cõſ. Rui.121.nu.7.volum.ſecundò, reſpondeo quòd loquitur in caſu quo illa neptis nullo modo erat honorata,quia uocata fuerat in caſu tantùm,quo Domina Blanca eius auia alienaſſet:quæ alienatio ſecuta non fuerat:vnde quia non conſequebatur illa neptis aliquid ex fideicommiſſo,meritò non cenſebatur grauata ex prohibitione alienationis in teſtamento poſita per regulam d.l.ab eo.ſed hic ſecus eſt,quia filii & ulteriores deſcendentes Com.Franciſci ſen.fuerunt uocati & honorati quo ad partem patruorum decedentium ſine filiis: vnde bene potuerunt grauari fideicommiſſo in parte Com.Franciſci ſen. mediante pro-
40 hibitione alienationis generali, de qua ſupra:†ad hoc enim ut quis fideicommiſſo grauari poſſit neceſſe non eſt in eadem re eum honorari, in qua grauatur,ſed ſufficit in alia eiuſdem generis uel ſimilis honorari.l. planè,la ſeconda,in fi.ff.de lega.1.ſecundò dico quòd etiam ſunt uocati reſpectu partis Comi.Franciſci ſen. quoniam præter prohibitionem alienationis mandauit teſtator bona quæcunque ſuæ hereditatis inter ipſos hæredes & eorum filios & deſcendentes in perpetuum conſeruari;quibus uerbis uocati dicuntur per fideicommiſſum.l.codicillis §. inſtituto. ff. de leg.2. ubi poſt prohibitionem alienationis domorũ teſtator diſpoſuit eas debere remanere apud filios & nepotes in perpetuum, & ex illis verbis inducitur fideicommiſſum abſolutum ſecũdum Doct.ibi,& Dec.conſi.23. col.2. ſicque tradit & Grat.reſpon.31.nu. 3. uol. 2. quare pariter idem dici debet hic,ubi loco uerbi remanere, de quo ibi eſt uerbum conſeruari, & in terminis tradit idem Grat.reſponſo 174.n.43.uol.1.ubi tenet ꝙ ſi teſtator prohibuit alienari bona pro conſeruãda familia fideicommiſſum induci per d.§. inſtituto.cum aliis per eum,quem pariter ea ratione confirmatur,quia quando grauamen fuit reale, & uerba fuerunt imperſonaliter prolata,fideicõmiſſum inducitur penes omnes.l.peto §. fratre, & ibi Bar.numero 4.ff.de lega.1.Alex.in l.filiusfamilias.§.diui. nu.25.eodem titulo,& poſt eum Loaz. nu. 494. Crot. nu. 127.uerſi. aliquando & tertiò. Rip.nu.108.& Alciat.in d.§.fratre. quos citat Marzarius in allegato conſi.10.col. 2.Vanum eſt igitur hic uelle dicere quòd deſcendentes uocati aut honorati non fuerunt , & ob id grauari non potuerint,nam contrarium patet euidenter ex prædictis.Et ita remanet firma concluſio pro dictis Comitibus fratribus de Seſſis aduerſus dictam D.Paulã circa teſtũm Com.Azonis & eius bona.Quid aũt de teſtõ Com.Frãciſci ſen.& eius bonis dicẽdũ ſit, in cõſ. ſequẽti reſeruo,ne pſens prolixius fiat,& in immenſum nimis excreſcat.

*Hippo.Riminal.Ferrar.*

Pro

## Pro Illuſtribus Comitibus de Seſsis.

### ARGVMENTVM.

De ſubſtitutione facta filio, ſi deceſſerit ſine filiis an porrigatur ad nepotem,& de filiis in conditione poſitis an cenſeantur uocati.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta filio,ſi deceſſerit ſine filijs expirat,eo mortuo relicto filio.uel etiam nepote.*
*Et de ratione.3.& 4.*
*Fallit ubi teſtator fuiſſet aliàs relicturus,& ultra diſpoſiturus.53.*
3 *Subſtitutio facta filio, intelligitur niſi filius habuerit filios.*
4 *Subſtitutio facta ſub conditione, deficit ceſſante conditione.*
5 *Paria ſunt nihil fieri, uel ſub conditione, quæ non purificetur.*
6 *Subſtitutiones ſequentes intelliguntur ſi conditio prima extiterit:ſed ea defecta ceſſat prima & ſequentes,quæ dependent ab ea.*
*Niſi coniecturæ ſint in contrarium.54.*
7 *Verba quæ ſubſtitutionem reſtringunt qualia.8.*
*Vt illa,tunc & eo caſu.*
*Et illa,modo & forma,quibus ſupra & non aliter.9.*
9 *Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè.*
*Dictio non aliter,formam præciſam inducit.9.*
10 *Subſtituti differunt à grauatis.*
11 *Filij poſiti in conditione non cenſentur uocati.*
*Et eſt communis opinio.12.*
*Sed plures contra.57.*
*Et ſic omnes ferè Doctores Italiæ conſuluerunt.53.*
*Et de bonis poſſunt diſponere.14.*
*Nec grauari poſſunt.15.*
*Fallit ex coniecturis,ut ſi uoluit teſtator ad alios de familia bona deferri.36.*
*Secunda, quando facta fuit digreſsio ad plures gradus ſubſtitutionum.41.*
*Tertia , quando fœminas excluſit , maſculos uocando.42.*
*Quarta,quando ſæpius fecit mentionem maſculorum.43.*
*Quinta , facta mentione filiorum de legitimo matrimonio.46.*
*Sexta,quando fecit uulgarem,& fideicommiſſariam ſimul.48.*
*Septima,quando uocauit aliquem cum onere , quod ferat nomen familiæ.49.*
*Octaua demum uocata pia cauſa 50.*
16 *Extenſio de perſona ad perſonam non permittitur.*
*Sed plures contra.59.*
*Deinde fallit quando perſona grauati uariatur. 60.*
*Secundò quando perſona habet qualitatem primi grauati.61.*
*Tertiò quando ſequeretur abſurdum.63.*
*Quartò quando diſpoſitio redderetur eluſoria 65.*
*Quintò quando perſona lato ſumpto uocabulo comprehenditur.66.*
*Sextò fauore piæ cauſæ.69.*
17 *Perſona extrinſecus non ſubintelligitur.*
18 *Teſtatoris in corde retenta,non uidentur.*
19 *Subſtitutio facta de filijs non extenditur ad nepotes propter onus fideicommiſsi.*
*Sed contra quando teſtator ad agnationem reſpexit, quia materia dicitur fauorabilis.67.*
20 *Diuiſio ſedat diſcordias.*
21 *Affectio maior cadit circa deſcendentes,quàm collaterales.*
22 *Coniecturæ quales eſſe debeant,ut filij poſiti in conditione cenſeantur uocati.58.& 72.*
*Et plures ſufficiunt.52.*
23 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſsis magis attenditur quàm uerba.*
*Nec eſt curandum de qualitate uerborum,modò conſtet de mente teſtatoris.24.*
*Nec intentio uerbis.ſed intentioni uerba debent famulari.*
25 *Mens eſt radix uerborum & eius ſubſtantia prima.*
*Et cor,eſt imperator linguæ.*
*Et habet eam ſicut mancipium ſub iuriſdictione ſua.*
*Et ſub iugo mētis uerba conſiſtunt tanquam ſub ſuo proprio originali.*
26 *Leges adiuuant uoluntates teſtatorum.*
27 *Teſtatoris mens enixa circa fideicommiſſum qualis.*
*Et quando cenſetur ſubſtituiſſe nedum filio,ſed etiam nepoti decedenti ſine filijs.28.30.& 38.*
29 *Teſtatoris diſpoſitio in uno caſu,locum habet in alio, de quo idem diſpoſuiſſet,ſi fuiſſet interrogatus.*
*Quando caſus omnino non fuit omiſſus,ſed colligitur ex alijs expreſsis in teſtamento.*
31 *Teſtatoris prouiſio locum habet in alio caſu ſimili.*
*Et caſus ſimilis dicitur habens eandem rationem.*
32 *Teſtator agnatos uocando fœminis excluſis , dicitur motus ad inducendum fideicommiſſum fauore agnationis.*
*Eaq; ratio pro expreſſa haberi debet.33.*
*Et an ſtrictè debeat intelligi.22.*
*Vel largè.72.*
34 *Teſtator qui uult conſequens uult & antecedent.*
37 *Diſpoſitio intelligitur de primo actu.*
*Fallit quando per eum non eſt ſatisfactum menti diſponentis.38.*
38 *Procurator ad appellādū , ſemel & bis pōt appellare.*
39 *Statutū de compromiſsis,locum habet ut ſæpius compromittatur.*
40 *Subſtitutio magis extenditur ſi nunquam habuit locum,quàm ſi ſemel.*
42 *Teſtator fœminas excludēdo,dicitur uocare maſculos.*
44 *Legitimati diſtinguuntur à legitimis & naturalibus ſecundum communem uſum loquendi.*
*Nec ueniunt appellatione filiorum.ſi teſtator erat nobilis.45.*
47 *Legitimati ſimul cum legitimis ueniunt ab inteſtato.*
51 *Teſtator prius uocatos cenſetur prædilexiſſe.*
55 *Verba reſtrictiua , quando non impediant extenſionem.*
56 *Pater & filius cenſentur una & eadem perſona.*
62 *Teſtatoris tacita mens quando attendatur , uel non.*

Teſtator

*64 Teſtator non creditur nepotem plus filio dilexiſſe.*
*68 Expreſſum dicitur quod ſub generalitate uerborum comprehenditur.*
*70 Filio grauato, multomagis nepotes cenſentur grauati.*
*71 Illatio non fit de diuerſis ad diuerſa.*
*73 fideicom miſſum inducitur ex agnationis conſeruatione: & quale inducatur.*

## CONSILIVM XXI.

*Auxilium meum à Domino.*

Illvstris Com. Frãciſcus de Seſſis inſtituit Com. Gaſparem eius filium, eiq́; ſi deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis& naturalibus ſubſtituit Com. Theſeũ, ſubindeq́; Com. Guidonem fratres ipſius teſtatoris: poſtea deceſſit Com. Gaſpar relicto Com. Franciſco iuniore filio ſuo, qui pariter obiit ſine filiis prædefuncto Com. Theſeo, ſupſtite Com. Guidone: quare ſub orta fuit cõtrouerſia ſuper bonis liberis ipſius teſtatoris, hoc eſt fideicommiſſo teſtamenti patrui non ſubiectis, inter dictum Com. Guidonem & filios ſuos eo mortuo põdente lite & Magnificam D. Paulam Fontanellam matrẽ ipſius Com. Frãciſci iunioris ab eo inſtitutam dicentibus illis ea bona ad ipſos pertinere vigore dicti teſtamenti
1 totum contrarium ea penitus aſſeuerante. † Et in primis illi fauere videbatur: nam ſubſtitutio facta Com Gaſpari ſine filiis decedenti, defeciſſe videtur eo defuncto relicto ſuperſtite Com. Franciſco, licèt poſteà ſine filiis ille deceſſerit, vt per Oldrad. conſi. 21. cum ſimilibus cumulatis in præcedenti conſilio: quod etiam tenet Guid. Pap. cõſi. 12 col. 1. Iaſ. in l. ſi quis. col. 2. C. de inſt. & ſub. Dec. conſi. 205. nume. 8. Gaſſane. in conſu. Burg. Rubr. 6. §. 5. in tex. & ſe parem. nu. 2. Bru. in tract. quòd ſtant. maſc. 6. art. numero 291. Porti. Imol. conſi. 117. nu. 12. Cra. conſi. 161. nu. 6. latè Ceph.
2 conſil. 17. nu. 4 † & conſilio 107. nu. 16. ubi latius hoc extendit ad nepotes, nam ſi Caius fuerit Titio ſubſtitutus ſi deceſſerit ſine filiis, Caius excludetur nedum ſi Titius reliquerit filios, ſed etiam ſi nepotes. l. Lucius. l. vltima. ff. de hęr. inſt. per quã ſic Ang. & Imol. decidunt ibi. Butri. in c. quibuſdam. de pęn. Anch. in cle. 1. col. 2. de bapt. Card. Flor. in c. 1. de uerb. ſigni. & in Rub. de paren. qui fil. oc. Bar. in l. libetorum. col. pen. ff. de verb. ſign. Soc. conſi. 14. uolu. 1. conſi. 249. nu. 2. volu. 1. & cũ prædictis ẽt concordat Crot. conſil. 143. col. 3. dicens quòd ex quo fideicommiſſum perexiſtentiã filiorum protinus euaneſcit, licèt ipſi poſtea ſine deſcendentibus ex eis uiuis moriantur, tamen fideicommiſſum, quod ſemel eorum ſuperexiſtẽtia fuit extinctum, reuiuiſcere nõ poteſt, argumẽto, l. qui res. §. areã. ff. de ſolut. & quod not. Bar. in l. Titia. §. Imperator, col. fi. ff. de leg. 2. hancq́ue concluſionem legendo tenui in l. poſthumo. nu-
3 mero 160. C. de bon poſſ. contra tab. † Et ultra rationem Croti ſuccedit alia, nam quando teſtator ſimpliciter ſubſtituit filio quandocunque morienti, ſubintelligitur tacita conditio niſi filius habeat liberos. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtratio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. vbi redditur ratio, cum non ſit uериſimile uoluiſſe teſtatorem alienam ſucceſſionem ſuæ præferre, & tradit Io. Siccard. in l. 1. C. de ſent. ex breui. reci. nume. 9. quare ſi ceſſat ſubſtitutio ſuperexiſtentia filiorum non expreſſa ſed tacitè tamẽ ſubintellecta, multo fortius ſopiri debet ſi fuerit expreſſa; cum expreſſa magis obeſſe ſoleant. l. expreſſa. ff. de regu. iur. & quia duplex prouiſio concurrit legis & hominis, quæ fortior eſſe ſolet. in Auth. de con ſan. & ute. fra. & in §. ſed hodie. & ibi glo. fi. Inſt.
4 de adopt. † Sed & tertia ratio adferri poteſt; quia cum facta fuerit ſubſtitutio ſub illa conditione ſi deceſſerit ſine filiis, & illa non habuerit effectum relicto filio, ceſſare debet non exiſtente conditione, ſub qua concepta fuit. l. unica. §. ſinautem. C. de cad. tol. l. cedere diem. ff. de uerbo. ſigni. & tradit D. Paulus Leonius uir erudititiſſimus & Excellentiſſimi Ducis noſtri Ferrariæ Conſiliarius Iuſtitiæ ac Signaturæ meritiſſimus, in tract. de ſubſti. in materia pupillaris, nu. 103. & præter eum tradit Soc. conſi. 180. col. 6. uolum. 2. Bertr. conſil. 18. nu. 2. volu. 1. & idem eſt in quacunque alia diſpoſitione. l. pecuniam quam. ff. ſi cert. pet. l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. ff. de peri. & co. Soc. iu.
5 conſi. 4. nu. 16. conſi. 180. nu. 40. uol. 2. † Paria nãque ſunt nihil fieri, uel fieri ſub conditione, quæ non purificetur. Rip. reſp. lib. 1. ca. 2. num. 23. Cephal. conſi. 17. nu. 6. conſi. 196. nu. 5. meritò uidetur quòd Com. Franciſcus in conditione poſitus ſubſtitutos excludere debuerit. l. non eſt ſine lib. ff. de uerb. ſign. l. 1. C. de cond. inſer. Dec. conſilio 270. in prin. Pariſ. conſ. 44. numero 1. conſilio 86. numero 1. conſi. 87. nu. 3. uol. 2. conſi. 72. numero quinto, uolumine tertio. Ceph. loco citato, conſilio 282. numero 11. Dominus meus Riminaldus
6 conſilio 124. numero 38. † Nec attendi debent aliæ ſubſtitutiones ſequentes, ut illa Com. Guidonis poſt illã Com. Theſei, & alię de agnatis ſubinde factæ, quia debent intelligi locumq́ue uendicari caſu quo conditio primæ ſubſtitutionis euenerit, eaq́ue defecta (prout defecit) moriente Com. Caſpare relicto Com. Frãciſco filio ſuo ſuperſtite, debent aliæ ſequentes ceſſare, ut per Alexand. conſilio 59. col. tertia, uerſiculo, quartò probatur, uolumine tertio, conſilio 139. columna ſecunda, uolumine 6. Dec. conſilio 218. conſilio 287. columna prima, in fi. verſic. & idem. conſilio 291. Socin. conſilio 116. columna quarta, uolum. 3. Rui. conſilio 153. columna quarta, uolumine 2. Pariſ. conſilio 87. nu. 37. uolum. 1. Ceph. conſilio 17. num. 11. conſilio 268. numero 13. per tex. in l. ſi mater, §. primo, ff. de uulg. & Ial. conſilio 35. uolumine tertio. Albanus conſilio 1. nu. 8. duplici ratione motus, Cra. conſilio 98. nume. 11. mod. Galli conſilio. 40. numero 16. ubi ſecundam ſubſtitutionem appendicẽ prioris appellant. Alexander de Neuo, conſilio 79. columna quarta, conſilio
7 80. & 81. per totam. † Tantoq́ue magis nam teſtator uocando Com. Guidonem & alios, ſe reſtrin-

xit

xit ad illum caſum, ſi Com. Gaſpar deceſſerit ſine
filiis ut ibi[adueniente dicto caſu] & ruſus alibi
[aduenientc caſu prædicto] quæ verba reſtrin-
gunt fideicommiſſum ad illum caſum. Crauet.
conſil. 98. nu. 6. Rube. conſilio 31. nu. 5. † ſicut &
8 ibi[tunc & eo caſu] quæ verba reſtringunt ſubſti
tutionem ad caſum expreſſum ſic, quòd ad aliud
non porrigitur. Anch. conſi. 356. col. 2. Dec. conſ.
63. col. 1. conſilio 89. col. 2. conſi. 182. Pariſ. conſi-
lio 87. uol. 1. Bald. conſi. 57. col. 2. vol. 1. Ceph. con
ſilio 269. nu. 29. Bero. conſilio 99. nu. 9. conſi. 102.
nu. t. vol. 1. vbi citat inter alios Soc. conſi. 118. co-
lum. 4. vol. 3. dicentem hæc verba facere conditio
nem, meritoque ſubſtitutionẽ præcisè coarctare
ad caſum nominatim & in indiuiduo expreſſum,
quia conditio dẽt adimpleri in forma ſpecifica &
exp̃ſſa & nõ p̃ æquipollẽs, nec in caſu ſimili. l. Me
uius. l. qui hæredi. ff. de cond. & demonſt. Bartol.
in l. Gallus, ff. de liber. & poſthu. quare fideicom-
miſſum videtur iniunctum duntaxat in caſum,
quo bona peruenerint ad collaterales per mortẽ
Com. Gaſparis ſine filiis, non autem inter deſcen
dentes, vt inter eum & Com. Franciſcum, prout
conſiderat Alex. conſ. 139. col. 2. vol. 6. † Et ean
9 dem reſtrictionem comprobant illa verba [mo-
do & forma quibus ſupra] ſicut & illa [modo &
forma ac ordine ſupraſcriptis & non aliter] quæ
verba multum ponderari debent ad excluſionẽ
fideicommiſſi, & quòd ita demum poſterior ſub-
ſtitutio locum habeat ſi præceden tes fuerint pu
rificatæ iux. earum formam & tenorem. Dec. con-
ſi. 291. col. 4. Cra. cõſi. 98. nu. 11. & quia dictio nõ
aliter, formam præciſam inducit, vt per Dec. con
ſi. 61. conſi. 628. nu. 11. Rui. conſi. 92. volum. 3. Pa
riſ. conſi. 19. nu. 25. volum. 2. demumq́ue ſuadent
id illa verba[cui quidem] ſcilicet Co. Gaſpari ſi
deceſſerit ſine filiis. id enim relatiuum cui, ſine
copula ſtat reſtrictiuè, l. ea tamen adiectio. ff. de
leg. 3. & ex illis verbis cum reſtricta fuerit ſubſti-
tutio ad perſonam hæredis inſtituti, non cenſe-
tur eius hæredibus facta. Dec. conſilio 218. col. 3.
verſi. & iſta concluſin. Pariſ. conſi. 86. nu. 36. uolu.
10 2 Crau. conſi. 98. † Secundò principaliter Do.
Paulæ deſeruire uidebatur, nam Com. Franci-
ſcus non fuit ſubſtitutus Com. Gaſpari patri ſuo
hæredi inſtituto, ſed alii fuerunt ſubſtituti velut
Com. Theſeus, deĩde Comes Guido & alii, quod
probatur: nã ſi Com. Franc. fuit in coditione poſi
tus ad excludendum ſubſtitutos opportet illos
eſſe diuerſos ab eo, cum excluſi ſint differentes
ab excludentibus, l. 1. ff. de ſtip. ſer. c. fin. de inſti.
Are. in Rubr. ff. de acquirenda hæreditate, col. 1.
verſic. hoc præmiſſo, latè Iaſ. in l. cætera, §. 1. ff. de
11 leg. 1. † Et ſicut non fuit ſubſtitutus Com. Fran-
ciſcus patri ſuo, nec etiam fuit honoratus aut ex
teſtamento uocatus, licèt in conditione fuerit po
ſitus, vt tenet glo. in l. Lucius. la ſeconda, in fine,
ff. de hæred. inſt. communiter recepta, ut teſtatur
Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, col.
2. ff. ad Treb. & in §. ex facto, col. 2. vbi plurimos
citat, dicitq́ue quòd ita ſæpe conſuluit, ut appa-
ret conſilio 185. viſo titulo, uol. 2. conſilio 24. col.
3. uol. 3. conſi. 139. uol. 6. conſilio 202. uol. 7. Idem
q́ue tenet Dec. conſi. 377. nu. 6. conſi. 170. num. 1.
vbi multa citat, ſed præcipuè quòd ita fuit conſul
tum per collegium Papienſe, & quòd hæc opi.
eſt canonizata, & idem tenet conſil. 422. numero
1. cõmunemq́ue teſtatur Caſt. in l. filiusfamiliàs.
§. cum quis, ff. de leg. 1. Rub. conſi. 120. nu. 3. & ita
ſæpe iudicatum. Guid. Pap. q. 39. 183. & 600. ſequi
tur idem Rui. conſi. 119. nu. 3. conſi. 177. nu. 12. uo
lu. 2. conſi. 115. uol. 3. Pariſ. conſi. 31. nu. 4. conſilio
77. nu. 6. uol. 2. Dur. de arte teſt. tit. 5. caut. 36. D.
meus Zuc. in l. 1. C. de pac. Repe. in l. centurio, ff.
de uulg. Dominus meus Riminaldus conſilio 16
nu. 5. cõſ. 128. in prin. conſi. 326. nu. 19. vbi citat in
12 finitos, potiſſimè verò Caſtr. in l. cum acutiſſimi,
C. de fideicom. † aſſerentem hanc eſſe com. con-
tra quam non fuit auſus conſulere, & Angelum
in d. l. Lucius. qui aſſerit ita fuiſſe iudicatum.
ſed & inſuper tex. in l. ſi quis ita hæres inſtituatur
ſi legitimus, ff. de hæredi. inſtituend. ubi per
illa uerba[ſi legitimus hæres non erit] non uide-
tur legitimus uocatus ex teſtamento ſecundum
glo. & doctores ibi, atque idem tenet plures alle-
gans Alex. de Neuo conſi. 81. dicens quòd ita ſæ
pe conſuluit & de iure reſpondit. Cro. conſil. 17.
numero 31. Ceph. conſi. 268. nume. 17. Mant. con
13 ſi. 92. nume. 7. uolu. 1. conſil. 16. uol. 2. † Vbi citat
Soc. in l. cum auus, col. fina. ff. de cond. & demon.
atteſtantem quòd id ferè omnes Doct. Italiæ ſem
per conſuluerunt: & ita pariter latiſſimè tenet So-
ci. iun. conſi. 177. nu. 8. uol. 2. dicens quòd hæc opi
nio iam per ſecula dicitur approbata & quaſi ca-
nonizata tam in ſcholis quàm in palatiis, & ita ut
nephas uideretur maximè in iudicando ab ea re-
cedere: citatq́; inter alia tex. in d. §. ex facto. nam
ibi filii poſiti in conditione concepti ante depor-
tationem grauati, quamuis faciant deficere con-
ditionem ſubſtitutionis, tamen non impediunt
quin fiſcus omnia conſequatur, quod certè non
eſſet ſi dicerentur uocati prout illum tex. ſic in-
ducit Rom. ibi, Imol. in d. l. Lucius Cuma. conſi.
t 21. col. 1. Alex. dicto conſilio 185. col. 4. uerſicu-
lo ſexto probatur Corn. conſil. 1. col. 10. volum. 3.
ubi tenet hanc partem ſicut & conſilio 243. col. 4.
eodem uolumine, & cum prædictis tenet etiam
Natta conſilio 551. numero tertio, & octauo. ubi
citat tex. in dicto §. ex facto, & alia iura, & Curtiũ
conſi. 42. & conſilio 45. quod fuit collegii Papæ,
† Et ut tandem finem cumulandi faciam laborio
14 ſum potius quàm ſubtilẽ, ſequitur ex hoc diſcur-
ſu quòd Com. Franciſcus potuit quemcumque,
nedum matrẽ ſuã inſtituere tãquã non grauatus
ex aliquo fideicõmiſſo: nõ. n. teſtator filios Com.
Gaſparis ſubſtituit, licèt eos poſuerit in condi-
tione ſubſtituẽdo patri ſuo: noluit. n. eos repellere
à ſucceſſione patris ſui, ſed eis legitimã, & natura
lem ſucceſſionem conſeruare iux. commune uo-
15 tum parentum, ut concludit Natta conſilio 551.
numero tertio † Immo uerò plus addit Cephal.
conſi. 17. nu. 15. poſt Iaſ. conſilio 228. colum. 3. uo
lu. 2. quòd cum filii poſiti in conditione non fue
rint honorati, fideicommiſſo grauati non potue-
runt. l. ab eo, C. de fideicom. quod & inquit Man-
tua conſilio 9.. columna ſecunda, uolumine pri-
mo.

mo,ſubdens cum Natta,de quo ſupra, quòd poſ
16 ſunt pro libito de bonis diſponere. † Tertiò prin cipaliter agētibus obſtare uidebatur quòd ſi prętendūt fideicōmiſſum iniunctum Com.Gaſpari, pariter iniunctum cenſeri Com.Franciſco, filio ſuo, hoc eſt facere extenſionem de perſona ad perſonam,quæ non permittitur, ut tradit Arc.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,columna quarta,ff. de liber.& poſthu.quem ſequitur Dec.in l.illam, numero 11.C.de collat.conſi.118.numero 9.conſi.311.nume.5.conſi.377.nume.2.conſi. 465.col. 3.nume.16.conſil.697. nu.13.Cra.conſilio 161.
17 nume.11.Ceph.conſilio 107.nume.19. † Confirmans quia non debet interpretatio fieri,per quā perſona extrinſecus ſubintelligatur,l.ſi ita ſtipulatus,§.Griſogonus.ff.de uerb.oblig. Bar. & cæteri in l.poſt dotem,ff.ſoluto matrimonio. Dec.in l.2.nu.10.C.de pact.& ut addit Ceph.conſi.214. colum.3.citans alios concordantes, fieri non debet talis extenſio,quia quod teſtator non loquitur,nelle non præſumitur,ut inquit Bal.per illum tex.in l.vnica.§.ſin autem. C. de caducis tol.nec ſufficit ita uoluiſſe,niſi diſpoſuerit. Bald. & Imol. in l.quidam cum filium,ff.de hær. inſti. Dec.conſi.11.nume.4.conſ.13.nume.1.& in infinitis locis,ut per Tiraquel.in l.ſi unquam, uerſiculo libertis,numero 18. C. de reuoc.donatio.
18 † Quia teſtatoris in corde retenta nōuidentur vt inquit Dec.conſi.465.numero 8. ſubdens nec in ſubſtitutione reciproca extenſionem admitti de filiis ad nepotes,& in hac etiam concluſione perſiſtit idem Cephal.conſilio 210.numero 49.& conſi.269.nu.12.poſt Iaſ.in l.cum res.ff.de leg.1. conſi.220.col.4.uol.2.Soc.in.conſilio 185.nume. 11.volu.2.Neuiz.conſilio 31.nu.21.quibus addi poteſt Iaſ.conſi.228.col.ſecunda,volu. ſecundo, conſil.66.col.7.volu.3.Dec.conſi.287.col.3.† &
19 melius conſil. 95.columna quarta,verſiculo,ſed tamen, vbi dicit quòd quando agitur de onere fideicōmiſſo, diſpoſitio facta de filiis non extēditur ad nepotes.ſequitur Pariſ.conſil.86.num.64. vol.2.Cra.conſi.98.nu.14.Bero.conſil.84.nume. 51.volu.2.conſi.152.nu.1.eo.volumine,demumque quoniam dici poteſt quòd ſi voluiſſet teſtator etiam nepotibus ſubſtituere,qualis eſt Com. Franciſcus,caſu quo deceſſeret ſine filiis,id expreſſiſſet, vt arguit Caſtr.conſi.97.col.ſecunda,
20 vol.ſecundo. † Quartò ſumi poſſe videbatur argumentum ad excluſionem fideicommiſſi reſpectu deſcendentium ratione diuiſionis bonorum prohibitæ tranſuerſalibus,quæ non videtur nepotibus cōuenire,quales erant futuri filii Com.Gaſparis:nam plerunque potius ſolent eam facere parentes pro ſedanda inter eos diſcordia , quàm prohibere.l.cum pater.§.dulciſſimis, ff.de leg.2.
21 † Quintò diuerſitas rationis accedere videbatur, nam maior eſt affectio circa deſcendentes , quā circa tranſuerſales,l.nam & ſi parentibus,ff.de in offi.teſta.teſtator enim noluit grauare fideicommiſſo deſcendentes,vt magis affectos,& cum videret eos aliunde non habere bona , agnatos uerò ſecus,vt minus dilectos & aliunde ditiores.Sextò videbatur conſideratione dignum legatum ſi-

liabus auctum,ſicut & aliud factum ſtudere volēti tranſuerſalibus iniunctum, non autem lineæ teſtatoris,ex quibus deprenendi videbatur,nec illi fideicommiſſum iniunctū fuiſſe, prout ſic arguit
22 Dec.conſi.377.nu.4. † Nec ex aliquibus coniecturis videbatur induci poſſe fideicommiſſum, cum tunc demum id tolleretur quando ſunt efficaces & neceſſariæ.Caſtr.conſi.150.in cauſa quæ uertitur,colum. ſecunda.Rip.in l. hæredes mei. §.cum ita.n.17.ff.ad Treb.ſecus ſi ſint æquiuocæ. Soc.conſil.61.in fi.uolumine tertio, maximè uerò coiectura conſeruandi bona in agnatione per excluſionem fœminarum,nam procedit eatenus quatenus diſpoſuit teſtator,& reſpectu perſonarū ſpecificatarum.Soc.conſil. 116.columna quarta, uerſiculo, quæ omnia.uolumine tertio. Dec.conſilio 511.nu.6.Rub.conſilio 120.nu.9.Pariſ. conſilio 44.nu.15.volumine ſecundo,quare concludēdo videbatur ex prædictis D. Paulam ſe tueri poſ
23 ſe. † Quibus tamen non obſtantibus in contrariam ſententiam pedibus ini,dum cauſa coram grauiſſimis iudicibus ageretur,& partes ipſorum nobilium Comitum de Seſſis nt ueriores tuerer:demumque cum perueniſſent in lucem commentaria inſignis moderni Do.Franciſci Marzarii Vicentini, reperi conſilium eius 4.cum reſolutinnibus dubiorum in hanc partem, & præter eū Crauettam ,qui pariter in hac cauſa cōſuluit,ut poſt conſil. 6. dicti Marzarii latè reperitur.de quibus ſummopere lætatus ſum,quòd tales in hac re ſocios haberem.mouebar ex eo quod in fideicommiſſis inducendis adduci ſolet uoluntatem teſtatoris potius conſiderandam eſſe , quàm uerba,l. cum uirum.C.de fideicom.l.cum proponebatur. ff.de leg.2.D.meus Rimi.conſ.78.nu. 6. Cro.con
24 ſil.1.nu.14.Ceph.conſ.137.nu.31. † non enim curandum eſt de qualitate uerborum , dummodo conſtet de mente teſtatoris.Bal.in l.quoniam indignum.C.de teſta.nec intentio verbis, ſed intentioni uerba debent famulari , capitulo humanæ aures.22 .quæſtione quinta, ſicque præponendæ ſunt ſententiæ uerbis,ut animus corpori. c.ſedulò. 38.diſtinctione. Iaſ. conſ.108.col.2.volumi.4.
25 † vnde Bal.inquit in capitulo,mandatum.de reſcrip.quòd mens eſt radix uerborum & eius ſubſtantia prima:nam cor eſt imperator linguæ , & habet cauſa ſicut mancipiū ſub iuriſdictione ſua: & ultra dicit idem Bal.paulo ſuperius quòd ſemper eſt recurrendum ad intentionem diſponentis,quia cedit lingua cordi , & ſub iugo mentis uerba conſiſtunt tanquam ſub ſuo proprio originali & digniori.
26 † Hinc & Baldo conformis Bero.conſilio 104.nume.18.uol.2.citans tex.in l.fin. C.de libe.præt. corrupto titulo pro C.de fideic. quòd frequentiſſimæ ſunt leges poſitæ adiuuantes teſtatorum uoluntates.& quòd teſtator ſenſerit prius ſpectandum eſſe,l.ex facto,la grande.ff. hær.inſti.l.non aliter,ff.de leg.3.l.in conditionibus primum,ff.de condi.& demonſt.& eſt pulchrior tex. in terminis fideicommiſſi in l. unum ex familia.§.ſi omiſſa. ff. de legat. 2. dicens [ſi omiſſa ſint fideicommiſſi uerba, & cætera quæ leguntur cum his quæ ſcribi debebant conueniant recte

recte datum & minus ſcriptū intelligetur] cui &
alius non minus elegans accedit in l.quiſquis. ff.
de verb.ſigni.filiam cum teſtator ſcripſiſſet[quiſ
quis mihi alius filius,filii ne hæres ſit. Labeo ait
non videri filiam contineri Proculus contra] at
Modeſtinus ſubdit[mihi labeo videtur verborū
figuram ſequi,Proculus mentē teſtatoris.] demū
reſpondet[non dubito quin Labeonis ſententia
vera non ſit]ſecutus vna cum Proculo voluntatē
teſtatoris potius quàm verba:& ſicut priorem ci-
tat vt ſingularem Cur.iu.conſi.121.num.17.ita po
ſteriorem Iaſ.conſi.154.col.antep.in fin.volum.
4.& præter illos tex.addit Iaſ.conſi.108.col. 3.vo
lu.4.glo.not.quæ citari non ſolet in l.pater filiū.
§.pen.ff.de leg.3.Et cum prædictis etiam concor-
dat Marzar.in vltima ſolutione dubiorum,citans
Alexandrum conſi.100.vol.4.nu.5.qui magiſtra
liter dicit materiam fideicommiſſorum taliter eſ
ſe fundatam in voluntate defuncti, quòd quibuſ
cunque verbis,coniecturis,ſeu præſumptionibus
apparere poteſt,ſufficit ad inducendum fideicom
miſſum.ſequitur Curt.iun.conſi.121.nu.10.Soc.
iu.conſi.75.nu.35.vol.2.&eleganter Fortun.in l.
Gallus.§.&quid ſi tantum,num.165.ff.de libe.&
poſth.quos latius deducit Marzar.in ultima ſolu
27 tione dubiorum,col.1. † Sed enixa mens teſtato
ris patet quatenus hæreditatem ſuam deferri vo-
luit ad Com.Theſeum & Guidonem, & eorum
filios maſculos,eiſque ceſſantibus ad alios maſcu
los de Seſſis,demumque vnum eligi,qui denomi
netur de dicta familia,ad quem voluit bona per-
uenire,fœminis ſemper excluſis,quas dotari vo-
luit.ergo patet eum voluiſſe dicta bona ſemper fi
deicommiſſo ſubiacere non tantum ſi Com.Ga-
ſpar ſine filiis decederet, ſed & ſi filii ſui decede-
rent ſine filiis,& ſic apparet plus à teſtatore dictū
minus verò ſcriptum,ſed omiſſum: nec figuram
verborum ſed mentē teſtatoris nos ſequi debere,
28 vt rectè datum intelligatur. † Tantoque magis
hoc procedit quòd teſtator fœminas ſemper ex-
cluſit magis dilectas quàm D.Paulā matrē Com.
Franciſci,nec id in pœnam aut odium earum fe-
cit,ſed principaliter in gratiam fauoremque ma-
ſculorum eos in ſequentibus gradibus uocando,
meritò cenſetur eos ad fideicommiſſum pariter
inuitaſſe moriente Com.Franciſco ſine filiis, li-
cèt id non expreſſè dixerit,ut pulchrè tradit Rui.
conſi.103.nu.8.vol.1.quæ fuit in effectu ſenten-
tia Fulg.in l.1.C.de cond.inſer.conſil.18. Caſtr.
conſ.79.caſus iſte.Soc.in l.cum auus.q.3.ff.de cō
di.& demon.Dec.conſi.15.Pariſ.conſi.72.nume.
14.vol.3.qui fideicommiſſum inducunt ad fauo-
rem maſculorum per excluſionem fœminarū ab
vniuerſali ſucceſſione,prout etiam ponit Cur.iu.
conſi.87.Cra.cōſi.130.nu.4.& hoc pariter nititur
fundamento Marzarius loco citato,dicens quòd
ſi teſtator omni conatu reſpexit ad conſeruatio-
nem agnationis & familiæ, neceſſariò ſequitur
eum uoluiſſe inducere fideicommiſſum:nam qui
vult conſequens, uult neceſſarium antecedens.l.
denique.§.interdum.ff.de lib.leg.nō enim bona
conſeruarētur in familia Seſſiorum, ſi libera nec
in fideicommiſſo ſubiecta remanerēt: ſicque Cu-
man.arguit conſi.11.Dec.conſilio 13.col.1.conſi.
38.colum.3.& conſi.237.num.8. & idem repetit
Marzar.in vltima ſolutione dubiorum,colum. 3.
29 † Secundò confirmatur hæc concluſio,nam di-
ſpoſitio teſtatoris in uno caſu facta,locum habet
in alio,in quo ueriſimiliter idem diſpoſuiſſet ſi
fuiſſet interrogatus,ut tradit gl.in l.tale pactum.
§.fi.ff.de pact. Cur.conſi.52.nu.10.Dec.conſ.64.
col.fi.Dec.Nea.44.nu.16.Marſi.ſingu.343.proce
ditque de plano quando caſus nō eſt omiſſus om
nino,ſed ſequitur ex eo quod eſt in teſtamēto ex
preſſum.Bal.in l.1.verſi.ſed quæro.C.de his qui
ante aper.tabu.Soci.in l.hæredes mei.§.cum ita,
col.5.ff.ad Treb.Dec.conſi.89.col.pen. Rube.cō
ſi.68.col.fina.conſi.92.nu.3.ſed hic licèt in uer-
bis ſubſtitutionis factæ Com. Gaſpari caſus eſſet
omiſſus, quādo filii ſui decederēt ſine filiis. quia
tamen in aliis ſequentibus uerbis uoluit hæredi-
tatem ſuam in familia Seſſiorum remanere,clarè
colligitur idem ipſum fuiſſe diſpoſiturum,ſi fuiſ-
ſet interrogatus,meritò dici debet eſſe debere lo
cum fideicommiſſo,ēt caſu quo Com. Franciſcus
30 decederet ſine filiis. † Et ita ſignanter per has ra
tiones tradunt ambo Curtii Senior conſi.51.col.
1.Iun.conſi.121.col.4.Idemque tradit Soc.conſ.
250.col.4. uol.2.Rui.conſi. 153.n.6.uol.2.ubi ſal
uando dicta conſilia Cur.& Soc.dicit eorum de-
ciſiones procedere, quādo teſtator diuerteret ad
diuerſos gradus & lineas,ita quòd uolebat bona
ſua de uno in alium tranſire, ut hic contingit: &
cum prædictis etiam tenet Alba.conſ.93. colum.
1.ubi facta ſubſtitutione filiis,ſi decederent ſine fi
liis,qui cū filiis perierunt, vult extinctum fideicō
miſſum non eſſe,cum uoluerit teſtator in infinitū
31 bona inter deſcendentes conſeruari. † Tertiò cō
probatur,nam prouiſio teſtatoris in uno caſu,lo
cum habet in alio ſimili. Bar.& alii in l.Gallus.§.
&quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.ubi Crot. nu.
49.Saly.in l.fi. C. de poſt.hær.illique dicuntur ca
ſus ſimiles,qui eandem rationem habent. Bald.in
l.illud.C.de ſac.ſan.eccl.Alex.in d.§.& quid ſi tā
tum,col.4. Crot.loco citato,uel qui eundem effe
ctum ut ibidem Gallia.nu.32.Fel.in c.capitulum,
col.2.de reſc.ſed caſus deficientiæ filiorum Com.
Franciſci habet eandem rationem & effectum ad
uocandum agnatos,ſicuti caſus deficientiæ filio-
rum Com.Gaſparis,quia utroque caſu militat ea
dem ratio & idem effectus agnationis conſeruan
dæ,ſicque dicitur omnino ſimilis,ergo prouiſio te
ſtatoris debet habere locum, ſicut in expreſſo ba
buiſſet,ſi contigiſſet.& ita ſubſtitutionem exten-
dit de caſu ad caſum Cephal.conſi.114.nume.16.
32 † Quartò iuſtificatur intētio dictorum Comitū,
nam teſtator agnatos uocando fœminis excluſis,
intelligitur motus ad inducendum fideicommiſ-
ſum ratione conſeruandæ agnationis & fami-
liæ Seſſiorum.Rom.conſi.16.col.1.Cuma.conſil.
2.colum.1.Soc.conſi.12.nu.13.conſi.63.colum.8.
volum.3.conſi.73.col.3.uol.4. Dec.conſil.15.col.
2.conſi.371.col.3.verſiculo ſexto,conſ.480.num.
2.conſi.516.colum.1.in prin.Rui.conſi.130.num.
5.volum.2.Gozad.conſ.19.conſ.62.nume.15. Al-
ba.conſi.51.nu.8.conſilio 87.nume.14. Arc.conſ.

26.Dec.in l.1.col.5.C.de pact.cõſi.270.col.3.cõ
ſi.318.conſi.546.conſi.574.nu.6.conſi.627.nu.8.
Gui.Pap.q.184.Cur.conſi.40.nu.12.Goz.conſi
26.nu.22.conſi.87.nu.15.conſi.89.nu.8.Rui.con
141.nu.11.volu.3.Cur.iun.in d.l.1.nu.14.conſil.
43.nu.7.conſi.48.col.4.conſ.123.nu.5.conſi.121.
nu.16.Pariſ.conſi.37.nu.35.conſi.44.nu.1.nolu.
2.conſi 66.nu.5.vol.3.Rub.conſi.28.nu.6.conſi
31.nu.11.conſi.120.nu.3.Soc.iu.conſi.114.num.
16.conſi.119.propè fi.vol.1.Iac.Nig.in l.1.nu.35.
ff.de offi.ei.Cra.conſi.62.col.fin.ex quibus patet
hanc eſſe commu.& inquit Cur.iu.in d.conſ.113.
ita fuiſſe conſultum per multos celeberrimos Iu-
re conſultos in contingentia facti Senis, & in d.l.
2.teſtatur ſe pluries ita conſuluiſſe Brixiæ, ſicque
fuiſſe iudicatum, ſententiãque per Illuſtriſſ. conſi
33 lium Venetum fuiſſe confirmatam; † hæcque ra-
tio pro expreſſa cenſeri debet, ut per glo. & alios
in l.quanuis.C.de fideic.& pulchrè tradit Fulgo.
conſi.15.col.2.dicens quòd ſicut rationis vnicæ,
legis ea eſt virtus, vt vbi locum habet, ibi & legis
diſpoſitio, ſic in teſtamentis uoluntatem teſtato-
ris atque eius rationem etiam tacitam inducere
fideicommiſſum.ſequitur Iaſ.conſil.233.colum.
2.uolu.2.Goza.conſi.59.nu.15.Dec.conſi 15.col.
2.& in ſtatuto.conſi.333.num.5.conſi.371.col.4.
uol.2.Petr.Ger.ſingu.7.D.meus Rimi.conſil.401
nu.25.meritò fideicommiſſum pariter induci de
bet moriente Com.Frãciſco ſine filijs rõne agna
34 tionis tuendæ.† Quintò nõ omitto q̃ in teſtamẽtis
qui uult cõſequẽs uult antecedẽs.d.l.quãuis.quã
ſic ſumant Bald.& Doc.& ita Dec.arguit in fidei
cõmiſſo, cõſ.637.n.8.ſed teſtator voluit hæredita
tem ſuam ſtare ſemper in linea maſculina Com.
Theſei, & Guidonis donec durabit, quod eſſe nõ
poteſt niſi præcedat fideicommiſſum quo uocen-
tur, ergo teſtator id uoluit: & ita deducit Marza-
rius ad vnguem, prout in primo fundamento ſu-
35 perius retuli.† Sextò & vltimo deſeruit dictis Co
mitibus Corn.conſi.146.vol.2.vbi latè conſuluit
quòd ſubſtitutio facta filiis inſtitutis ſi deceſſerint
ſine filiis maſculis concurrentibus coniecturis ex
veriſimili mente teſtatoris dicitur etiam facta ne
potibus cum eodem qualitate ſi deceſſerint ſine
filiis, concludens in eo caſu filiam fœminam ne-
potis non excludere ſubſtitutum, ſed eum admit
ti, qui caſus eſt fortior noſtro, cum illa fœmina ſit
de deſcendentibus teſtatoris ut neptis ex filio.ſed
hæc D.Paula mater nepotis ex filio teſtatoris ut
ei penitus extraneæ & illud conſ.Cor.ſequitur
Soc.iu.conſi.70.vol.1.idemque tradit Rui.conſil.
169.nu.3.uol.2.licet Corneum non citet : at hîc
concurrunt plures coniecturæ, meritò fideicom-
miſſum, quod erat iniunctum Com.Gaſpari ſi ſi
ne filiis obiiſſet, intelligitur iniunctum quoque
Com.Franciſco filio ſuo ſine filiis defuncto, iuxt.
tex.in l.1.C.de condit.inſer.ubi dicitur q̃ ſi eſt fa-
ctum fideicommiſſum, ſi filius ſine liberis decede
ret, eo cũ filiis moriente defeciſſe conditionem fi
deicommiſſi, niſi aliam fuiſſe teſtatoris mentem
36 probetur.† Prior igitur coniectura quam mens
ſua deprehenditur eſt, nam uoluit hæreditatẽ ſuã
deferri ad fratres & eorum filios maſculos, eiſque
ceſſantibus ad alios de familia Seſſiorum: quibus
verbis cum detegatur intentionem teſtatoris fuiſ
ſe quòd bona ſua remaneant inter ſuos agnatos
nec id poſſit effectũ ſortiri per mortẽ ſolius Com.
Gaſparis cũ filiis, ſi dicamus eos de bonis ad libi-
tum poſſe diſponere, ſequitur eandem ſubſtitu-
tionem cenſeri repetitã in perſonam Comi.Fran
ciſci ſub eadẽ cõditione ſi deceſſerit ſine filiis (ut
euenit) quæ facta fuit Com.Gaſpari ad fi.ut ſatis-
37 fiat mẽti teſtatoris.† Et hoc in fortiorib. terminis
declarat Rui.conſi.119.num.14.uol.2.nam pater
ibi pluribus filiis inſtitutis, ſi quis eorum ſine fi-
liis decederet, alios ſuperſtites ſubſtituerat : pri-
mus eorum deceſſerat ſine filiis, & ita quoad eius
partẽ locus fuerat ſubſtitutioni, dubitabatur an
in aliorũ perſona ſine filiis decedentium deberet
eſſe locus eidẽ ſubſtitutioni, uidebaturque dicen
dum quòd nõ, quaſi quòd dicta ſubſtitutio facta
ſolum diceretur illi qui primo deceſſit ſine filiis
tanquam de primo ſic decedente deberent intelli
gi uerba l.boues.§.hoc ſermone, ff.de uerb.ſignif.
& not.per Bar.in l.hoc articulo.ff.de hær.inſti.&
per conſequens quòd cum primus qui mortuus e
rat ſine filiis deceſſiſſet, in perſona ſua tantum ſub
ſtitutio locum haberet, & quoad alios expiraſſet,
38 † tamen contrarium determinat Rui.quoniam il
la regula locum non habet, quando per pri-
mum actum non eſt ſatisfactum menti & inten
tioni diſponentis ſecundum Bald.in l.inuitus,
C.de procu.ubi dat exemplum de procuratore
conſtituto ad appellandum, qui nedum ſemel,
ſed & bis poteſt appellare, quia per primã appel-
lationem cauſa non eſt totaliter examinata, &
ſic non eſt ſatisfactum animo conſtituentis.ſequi
tur.Rom.in l.ait prætor.§.hoc interdictum.il ſe
39 condo, ff.de oper.nou.nunc.conſi.504.† & ſimi
le tradit exemplum Bal.in l.fideicommiſſum.§.ſi
quis, ff.de leg.1.de ſtatuto de compro.q̃ intelligi
tur ut iterũ cõpromitti debeat primo finito, ſi nõ
ſit ſatisfactum ſtatuto per primum cõpromiſſum,
quia uendicat adhuc locum ratio litium finien
darum; idemque uoluit Cy.Bald.Alex.& alii in
l.ueluti.§.hoc uox.ff.de eden.Bal.Alex.& Iaſ.in
l.qui per.ſalutem.ff.de iureiu.Bal.conſi.362.pri-
mo uidendũ.uol.5.Ale.conſi.70.uiſo.cõſ.95.col.
2.uol.2.Dec.conſi.22.Tira.in d.l.boues, limit.6.
citatque tandẽ Rui.(ut ad eũ reuertar) Anch.cõ-
ſi.16.qui per hanc rationem uult iſtud in termi-
nis ferè noſtris, niſi quòd ibi loquitur de hono-
ratis, nos de grauatis.† Et ut dixi termini ſunt
40 fortiores in caſu Rui.quia cum ſubſtitutio ſe-
mel habuiſſet locum per mortem primi filii ſine
filiis, negari non poteſt quin ex parte ſaltem ſatiſ
factum diceretur menti teſtatoris.at hic nullo mo
do ſibi ſatisfactum fuit, cum ſubſtitutio facta Co
mi.Gaſpari defecerit per exiſtentiam Com.Fran
ciſci quare ſi ſubſtitutio porrigitur ibi, fortius
hic extendi debet, authen.multo magis.C.de ſac.
ſanct.eccleſ.† Secunda coniectura eſt digreſſio
41 facta ad plures gradus ſubſtitutionum quæ ope-
ratur filios Com.Gaſparis in conditione poſitos
cenſeri vocatos & grauatos, vt per Anchar.conſi
lio 74.ad fi.Cur.iu.conſilio 16.colum.3.Rui.con

ſilio 153.nume.6.volum.2.Dec.conſi.477.in fi.&
iuncta cum aliis coniecturis multum operatur,
vt tradit Ripa in l.Centurio,nu.165.ff.de vulga.
Soc.iun.conſilio 119.nu.28.volum.1.conſil. 110.
nume.28.vol.3.licèt per ſe conſiderata poſſet eſ-
ſe dubitabilis per ea quæ tradit Pariſ.conſil. 87.
nu.35.volu.2. hancq́ue coniecturam pari modo
conſiderat Marzarius poſt Alexand.conſi. 64. vo
lu.5.Cur.iu.conſi.16.nu.7.& Iaſonem conſi.140.
42 col.4.verſiculo,mens autem,vol.2.† Tertia ſucce
dit cõiectura ꝙ teſtator fœminas oẽs excluſit, ma
ſculos ſemper vocando: quo ſtante filii Com.Ga
ſparis in conditione poſiti cenſentur vocati & gra
uati, Rui.conſi.140.col.6.vol.3.Cur.conſi.51.col.
1.& 2.conſi.75.col.3.Cur.iu.conſ.87.col.2.Grat.
reſp.89.n.8.vol.2.Cra.conſi.62.nu.9. Rip.in d.l.
Centurio,nu.164.Soc.iu.conſi.110.num.24. vol.
3.Cagn.in l.1.nu.53.C.de pact.& ut inquit Cur.
iun.loco citato,ex his duobus quòd filii maſculi
ſint in conditione poſiti & fœminæ excluſæ,doti
bus eis tantum relictis,teſtator dicitur admiſiſſe
maſculos,eosq́ue non ſolum in conditione poſuiſ
ſe,ſed & in diſpoſitione,quia excludendo fœmi-
nas ab vniuerſali ſucceſſione dicitur maſculos vo-
caſſe ad eam per reg.l.cum prætor.ff.de iudi.eum
que refert & ſequitur Cra.conſilio 130.n.4.& quę
dicit Pariſ.in d.conſi. 87.n. 36. contra hanc conie
cturam ſic leuia ſunt,ut relatione non ſint digna,
43 nectot auctoritates tollunt.† Quarta cõcurrit cõ
iectura quòd teſtator ſæpius maſculinitatis fecit
mentionem,quo caſu poſiti in conditione cẽſen-
tur vocati,ſicque procedit Guid.Pap.deciſ.184.
Dec.in l.1.C.de pact.nu.16.conſi.270.nu.6.& a-
libi ſæpe,vt refert Cra.conſi.62.nu.15.conſi.130.
col.1.ubi & alios citat.Goza.conſi.26.nu.22.cõ-
ſi.64.nu.7.Rui.conſi.167.col.4.uol.3.Iaſ.conſilio
108.col.antepen.vol.4.Pariſ.conſi.37.nu.21.34.&
ſequen.conſi.41.col.fi.conſi.57.num.18.conſi.61.
nu.30.vol.2.conſi.5.nu.36.conſi.6.nu.77.conſi.
8.nu.17.conſi.17.nu.28.conſi.42.nu.13.conſi.50.
col.4.conſi.52.nu.8.conſi.53.nu.44.conſi.66.co-
lum.6.uol.3.Soc.iu.conſi.65.nu.65.conſi.111.nu.
23.conſi.114.nu.16.conſi.119.nu.29.conſi.126.n.
29.uol.1.conſi.103.nume.55.conſil.108.uolu.2.
Grat.Reſp.31.col.1.uol.2.Boer.deciſ.155.nu.25.
& 28. Ceph.conſi.251.nu.77. qui dicit eſſe magis
communem.Et præter relatos idem Grat.reſpon.
89.col.fi.uol.2. multum ponderat geminationem
maſculinitatis factam,quia magis enixam mentẽ
teſtatoris oſtendit agnationis conſeruandæ. l. cũ
ſcimus.C.de agri.& cenſ.lib. 11.qua remota fortè
periculoſior eſſet hæc coniectura per cumulatos
à Portio Imol.in ſuis Regulis concluſione 12.lib.
2.col.6. Nec aduerſus eam Pariſ. in d. conſil. 87.
nu.28.ſatis efficaciter mouetur,ſed ſolum ꝙ non
eſt ſufficiens nec uera:cuius oppoſitum uerius eſt,
cum & ultra Gratum teneat hoc idem Purpur.
conſ.53.inter conſilia Laurentii Siluani,quem re
fert & ſequitur Hiero.Zanch.in l.hæredes mei, §.
44 cum ita,nu.769.ff.ad Treb. † Quinta pariter acce
dit quòd teſtator in cõditione poſuit filios Com.
Caſparis maſculos cum illa qualitate quòd eſſent
legitimi & naturales: quæ verba ſecundum com-
munem uſum loquendi non adaptantur ad legi-
timatos,nam diſtinctè legitimatum dicimus ab ip
ſo legitimo & naturali, & de hoc communi uſu
loquendi notorium eſt ubique. Vnde ſatis eſt ꝙ
allegetur & non eſt probatio neceſſaria, quia iu-
dex poteſt ſupplere,ut Bald.dicit de conſuetudi-
ne notoria in l.1.in fi.C.ut quæ deſ.ad. cum ſimi.
per Alex.cõſi.14. vol.5.& de ipſo teſtatur Caſt.in
l.fin.C.de his qui uen.ætat.Imol.in l.ex facto,§.ſi
45 quis rogatus,ff.ad Tre. Dec.cõſi.275.col.4. † id-
que ſaltẽ dẽt dici hic procedere ſtante nobilitate
teſtatoris Comitis Illuſt.perſonæ & de nobili pro
ſapia Seſſiorũ:quo ſtante nedũ mentio filiorum
legitimorum & naturalium,ſed filiorum ſimplici
ter,non intelligitur de legitimatis,ſed de illis qui
natiuitate ſunt legitimi,& ita de legitimo matri-
monio nati,ut tradunt Bar.Ale.& alii,in d.§.ſi qs
rogatus.Dec.cõſi.284.col.6.conſi.425.col.4.Par.
conſilio 12.nu.149.uol.2.D.meus Rimin.conſil.
128.nu.6. † At quando filii inſtitutorum maſculi
46 poſiti ſunt in conditione ſub illa qualitate de legi
timo matrimonio,tunc ex eo clara mens teſtantis
oſtenditur quòd eos ex teſtamento uocauerit: nã
ex tali qualitate cõſtat ꝙ legitimè non nati, licet
legitimentur, nõ admittũtur ad excluſionem ſub
ſtitutorum,ſed illi tantum qui de legitimo matri-
monio procreati ſunt: & hæc teſtatoris voluntas
omnino ſeruari debet à quocunque principe le-
gitimentur,quia diſpoſitio teſtamentaria rectè fa
cta tolli non poteſt aut reſcindi per reſcriptũ prin
cipis,l.ſi teſtium,& ibi Fulg.& alii,C.de teſta.& in
terminis ita firmat Dec.conſil. 425.col.4. cum ſi-
mi.per Soc.iu.cõſi.65.col.2.uolu.2. Idemq́ue uo
luit Are.in l.ex facto,col.9.ff.de uulg.& pup.ſub-
ſti.dicens ꝙ eſt cõis opi.Rui.conſi.80.nu.7.conſi.
95.nu.7.uol.3.& illam tenẽt oẽs ſecundũ Bertrã.
conſi.149.n.3.uol.1.poſteriorum. ſi ergo teſtator
uoluit admitti ſolum natos de legitimo matrimo
nio,& non legitimatos, ſequitur ꝙ eos uocauerit
ex teſtõ,cum illud ab inteſtato non contigiſſet,
† quia legitimati una cum legitimis ſimul ab inte
47 ſtato uocantur,ita quidẽ ut ẽt ſi poſt legitimatio-
nem naſcantur legitimi ſit idem, cum per eorum
natiuitatem non infringatur legitimatio, & hanc
coniecturã ponit & potẽtiſſimam appellat, & cui
nihil opponi põt,Soc.iu.cõſi.110.nu.25. & conſi.
48 145.nu.39.uol.3. † Sextam non omitto conjectu
ram,nam teſtator fecit Com.Gaſpari ſubſtitutio-
nem uulgarẽ & fideicõmiſſariã,ut dicitur in uer.
eni quidẽ.unde ſequiť ꝙ illa uerba,ſine filiis, uni
formiter capi dẽnt reſpũ utriuſq; ſubſtitutionis.
l.uã hoc iure,ff.de uulga.& pup.ſub. ſed reſpectu
uulgaris operantur filios eſſe uocatos,ergo & re-
ſpectu fideicõmiſſarię.probatur aſſumptum,quia
niſi dicerentur uocati,facilè ſequi poſſet quòd nõ
admitterentur neque ex teſtamento neque ab in
teſtato,quod eſſet cõtra mentem teſtatoris, & cõ
tra gl.& Doct.in l. Lucius.ff.de hær.inſti.dũ intel
ligunt illũ tex.dicentẽ ꝙ teſtator prætulit ẽt fi-
lios inſtituti ſcilicet ab inteſtato:neceſſe eſt igitur
aliquo modo iſtos filios eſſe prælatos.quòd autẽ il
lud ſequi poſſet oſtenditur, ponas enim ꝙ Com.
Gaſpar deceſſiſſet cum filio ſuo Com. Franciſco
ante

anteaditam hæreditatem , certè ſi non diceretur
Com.Franciſcus vocatus ex teſtamento,nec etiã
venire poſſet ab inteſtato,nam cauſa inteſtati ceſ
ſat , quãdo cauſa teſtati poteſt habere locũ.l. quã
diu.2.ff.de acqui.hære.& ideo cũ adeſſent Com.
Theſeus & Guido ſubſtituti vulgariter,& ex teſta
mento vocati,non poſſet habere locum cauſa in-
teſtatime igitur hoc abſurdum ſequatur ꝙ tranſ-
uerſales excludant nepotẽ ex filio,dici dẽt illum
in cõditione ſic poſitum,fuiſſe uocatum in uulga-
ri:& idẽ dici debet in fideicommiſſaria,vt ęqualis
fiat determinatio . Ita hanc coniecturam deducit
& potentiſſimam ac Vrgentem appellat Soc.iu.cõ
49 ſi.174.col.pe.vol.2. † Septima prædictis aggrega
ri pót ꝙ teſtator poſtoẽs maſculos de familia Seſ
ſiorum voluit fœminas vni nubere , qui ſumat
nomen familiæ de Seſſis,vel ꝙ vltimò ſubſtitutus
poſſit vni relinquere bona,qui de familia prędicta
ſe nominari faciat.hinc enim pariter colligitur e-
uidens coniectura,ꝙ in conditione poſiti cenſeã-
tur vocati,vt tradit Rip.in d.l.Centurio,nu. 164.
50 & in d.l.1.nu.10.Grat.reſp.5.vol.2. † Octaua quo
que concurrit coniectura, quæ colligitur ex vlti-
ma ſubſtitutione facta de monaſterio fratrum S.
Dominici in defectum lineæ omnium Seſſiorum;
& ſic poſt mortem omnũ : nam vigore dictæ ſub
ſtitutionis cenſetur teſtator duos gradus ſubſtitu
tionis feciſſe,vnum tacitè videlicet , quòd omnes
prædicti de Seſſis maſculi dicãtur inuicem ſubſti
tuti ſub illa conditione,ſi quis eorum deceſſerit ſi
ne filijs maſculis,alterum verò expreſſè,ſcilicet ꝙ
poſt omnium deſcendentium mortem de ſamilia
Seſſiorum vocetur d.monaſterium,vt in ſimili eſt
tex.in l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.2.& ibi
51 not.Doct. †& ratione comprobatur,nam non eſt
dubium quòd teſtator prædilexit omnes deſcen-
dẽtes & alios maſculos de Seſſis d.monaſterio cũ
id poſt omnium defectum vocauerit,& ſic volue-
rit illos potius habere quàm d.monaſterium l.Pu
blius,ff.de cond.& dem. vnde ſi uoluit omnibus
de Seſſis deficientibus monaſterium admitti,mul
to magis voluit quòd interim bona penes maſcu-
los de Seſſis extantes remanerent. & cum illud fie
ri non poſſit niſi præſupponantur inuicem ſubſti-
tuti,ſequitur quòd teſtator voluerit eos inuicem
ſubſtituere per locum ab antecedẽti neceſſario.l.
ad legatum,ff.de procu.l. illud.ff.de acq.hære. ſic
in terminis hanc coniecturam deducit Soc.iu. cõ
ſi.110.nu.16.vol.3.ſed longè prius Anch. conſ.74.
ad fi.Caſt.cõſi.404.col.3.uol.1.cõſi.171.col.2. uol.
2.Iaſ.in l.ſi quis id quod. nu.22.ff.de iur.om.iud.
Rui.conſi.139.nu.13.vol.1.& Marzarius vt ſupra
deductus in principio. † Patet igitur ex tot ſequẽ
52 tib. dictis à teſtatore colligi, quòd voluerit diſpo
ſitiuè vocare Com.Franciſcum licèt in conditio
ne poſitum,meritò vocatus cenſeri debet, vt per
Cor.conſi.226.col.3.vol.4.Alex.conſil.202.in fi.
vol.7.Et poſito quòd ſingulæ coniecturæ non ſuf
ficerent de per ſe,ſimul tamen iunctæ ſufficere de
bẽt.Grat.reſp.106.col.fi. vol.2.ſequitur Por.Imo
lenſ.loco citato,limita.5.& 23. vnde concluden-
do dico fideicommiſſum iniunctum cenſeri ne-
dum Com.Gaſpari, ſi deceſſerit ſine filiis , ſed e-
tiam Com.Franciſco filio ſuo,qui mortuus eſt po
53 ſtea ſine filiis. †Et hanc partem tenendo non ob-
ſtant contraria,primoque Conſilium Oldrad.21.
cum ſequacibus de fideicommiſſo ceſſante mor-
tuo Com.Gaſpare cum filiis: non enim procedit
quando teſtator fuiſſet aliàs relicturus & ulterius
diſpoſiturus.ita tradit Alcia.lib. 3.de verb.ſigni.
col.8.verſicu. & licet regulariter,& Dec.conſil.4
ad fin.dum limitando dictum Oldra. dixit illud
non procedere, quando teſtator vlterius proceſ-
ſit diſponendo:tunc enim non tantùm ſi filius de
cedat ſine filiis,ſed etiam ſi cum filiis,& illi poſtea
ſine filiis decedant,fideicommiſſo locus eſt, ut vo
luntas teſtatoris ſeruetur;idemque tradit Socin.
conſilio 250.columna quarta,verſiculo, ſecundò
uenit.vol.2. Rui.conſi.153.num.6.uol. 2. Et cum
prædictis etiam concordat Marzar. in dicto con
ſilio 4.col.tertia,& quarta,addens Decium conſi
lio 570.colum.finali,Curtium iun.conſ.54.num.
quarto,conſilio 116. numero decimo , & con-
ſilio 121. nume.15.& 16. demumque. Guidonem
Papæ q.531.& plenius alios cumulat in prima ſo-
lutione dubiorum,ad fin.& ultima latius per tres
colum. circa fin. & poſtremò in conſil. 5 . vbi licèt
in alia cauſa proſequitur hanc quæſtionem , ſicut
in conſilio 6. At hic apparet de mente teſtatoris
quòd ulterius uoluerit diſponere.& relinquere
ut ſupra deduxi,maximè in primo & vltimo fun
54 damento: meritò ceſſat obiectum. † Et inquan-
tum dicebatur ſubſtitutiones ſequentes intelligẽ
das, ſi conditio primæ extitiſſet, alias ſecus: reſpõ
detur id alio non apparente procedere : at ſecus
vbi militant in oppoſitum cõiecturæ , quibus ſua
detur ſubſtitutionem factam filio ſi deceſſerit ſine
filiis cenſeri quoque illi tactam poſtea ſine filiis
morientibus, ut in vltimo fundamẽto deduxi:nã
tali caſu ſubſtitutiones ſequentes non pendent a
prima,nec eius appendices ſunt. † Et inſuper tex.
in l.ſi mater.§.1.ff.de uulg.& pup. ſubſt.quem ci-
tat Ceph. conſil.17.nume.11.& conſi. 268.nume.
13:cui cõformis eſt alius in l. cum in teſtamento.
ff.de hære.inſti. non obſtat:loquitur enim in uul
gari facta filio ſecundum Conſilium Galli.& in
altera uulgari pariter facta nepori . Vnde ſi filius
fuerit hæres , ceſſat prima & ſecunda ſimul , quia
ceſſant in uulgari coniecturæ ; tantoque ma-
gis quòd illa uulgaris facta fuit à teſtatore ex ne-
ceſſitate,ne teſtamentum rumperetur, ergo non
extenditur ad caſum ubi non militat illa neceſſi-
tas & ſic quando fuit hæres, ut ibi declarat Alex.
columna ſecunda,uerſiculo , ſecundo modo , at
in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſecus eſt , & in
ea ceſſare conſilium Alexandri 139. uolumi-
ne ſexto , cum ſimilibus ſuprà deductis. : vt di-
ſtinguendo declarat Socin. conſilio 298. uolu-
mine tertio,inter conſi.Corne.Dec.conſilio 427.
Socin.iun.conſilio 92.uolumine primo, cum plu
ribus cumulatis per Marzar. in ſecunda ſolu-
55 tione dubiorum , col .ſecunda. †Quod uerò di-
cebatur teſtatorem reſtrictiuè locutum fuiſſe ad
caſũ primæ ſubſtitutionis; fortè dici poſſet illam
decisionem Ancharani & ſequacium dubitabilẽ
reddi ex aliis,qui ſecus ſentiunt,vt Goz.eſt conſi

64.in fine.Gallia. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
nume.14.ff.de liber.& poſthum.Rip.in l.1. num.
169.ff.de vulga.& pup. Aleia. de verbo.ſignifica.
lib.3.Caſſad.titulo de teſta.quæſtio.1.Ioan.Dur.
de arte teſtan.caut.quinta, numero quinto, cum
ſimil.per Franciſ.Marzarium conſilio quinto,co
lum.penultima.ſed tutius admiſſa quoque deci
ſione Ancharani reſpondetur, quòd procedit in
dubio quando non aliunde cõſtat quòd teſtator
voluerit ſe dilatare,alias ſecus: tunc enim verba
contra conſiderata non impediunt extenſionem
fieri ad alios caſus.ita Dec.conſi.227.in fin poſt.
Bart.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,ff. de libe. &
poſth.dum citat l.Titius.§.Lucius. eo. tit. & cum
Dec.reſidet ita quoque reſpondens Soc.iu.conſ.
114.nu.29.uol.1.conſi. 145.nu.29.volumi. 3.nam
vt ille dicit quando conſtat de contraria volunta
te teſtatoris,cum illa ante omnia ſit attendenda;
cedit ei omnis rigor verborum.l.3.C.de lib.præ-
ter.in fi.& idem tradit Gozad.conſi.64.in fin.Pa-
riſ.conſilio 93.numero 60.volumine ſecundo, &
pulchrè Dec.conſilio 372.nume. 10. vbi tenet ꝙ
dictio tunc poſito quòd ſit taxatiua, non ex-
cludat caſus, ſimiles, eandem rationem habentes
agnationis conſeruandæ. Idemq́ue firmat Pariſ.
conſilio 50.numero 53.volumine tertio,conſide
rata mente teſtatoris & ratione qua motus fuit,vt
ibi per eum. Idemq́ue ponit Roland.à Valle con
ſilio 70.nume.51.vol.3.& plenius Marzar. in al-
leg.conſilio 4.col.pen.& in ſecunda reſolutione
dubiorum,col.pen.& in vltima latius,col.6.& con
56 ſi.5.col.6. † Et latè comprobat Cur.cõſ.75.nu.
14.maximè conſiderãdo pſonam pr̃is & filii. qui
cẽſentur vna & eadẽ perſona.l.fi. C.de impu. &
coniunctionem inter eos, qua nulla maior eſſe po
teſt:demumq́ue rationem conſeruandæ agnatio-
nis vel expreſſam, vel quæ ſola poteſt aſſignari,
propter quæ concludit:& tenet diſpoſitionem te
ſtatoris factam in perſonam alicuius tantum,nihi
lominus in eius filios dilatari velut non diſſimi-
les perſonas,ſed vt eaſdem attenta mente & ratio
ne diſponentis.ſed hic conſtat de mẽte teſtatoris
tum ex ratione agnationis tuendæ expreſſa, tum
ex tot coniecturis ſupra collectis, quòd voluerit
eandem ſubſtitutionem factam Com.Gaſpari lo-
cum habere in perſonam Com.Franciſci eius fi-
lii,& identitas coniunctioq́ue perſonarum cõcur
rit.meritò non debet extenſio impediri per verba
in contrarium deducta. Tantoq́ue magis quòd il
la verba modo & forma quibus ſupra ſeu ſupra-
ſcriptis & nõ aliter,prolata fuerunt,ut hi ad quos
hæreditas obueniret,de quibus loquitur eam de
beant vſufructuare,nõ alienare,nec diuidere, tre
bellianicam non detrahere, ſed eam in fructibus
compenſare,eamq́ue inter ſe relinquere,& quòd
ad maiorem natu deueniat, de quibus omnibus
ſupra ponit,ſed non inde infertur quòd fideicõ-
miſſum non dicatur inductum ad fauorem Com.
Theſei, & Guidonis in defectum filiorum maſcu-
lorum Com. Gaſparis attentis coniecturis & a-
57 liis de quibus ſupra. † Ad ſecundum verò de
glo.in l.Lucius.ff.de hæred.inſtituen.quòd poſi-
ti in conditione non cenſentur uocati, primo
dici poſſet infinitos non deficere tenentes contra
rium, quos ad plenum refert Soc.iun.conſi.158.
conſi.174.uol.2.& alios addit.conſi.110.col.4.uo
lu.3.idemq́ue ponit Corra.Miſcellan. li. 2.c.19.
qui tenet hanc opi.affirmatiuam vel ut æquiorẽ,
veriorem & magis conſonam uoluntati teſtatoris
& vt etiam communem:quod & hodie ſic eſſe te-
ſtatur Ceph.conſ.251.num.72.poſt allegatos per
eum, & alios cumulat Franc. Marzarius conſi.8.
col.1.ſed utcunque ſit,accidentibus coniecturis
ut hic pluribus hæc opi.clara eſt & apud omnes
58 decantata. † Et quælibet leuis coniectura ſufficit,
vt inquit Corn.conſi.97.uolum.1.Cur.iu.conſi.
87.nu.4.Soc.iu.conſi.158.col.pen.uol.2.conſilio
100.col.4.uol.3.ſeu ſaltem quales eſſe debeãt, cir
cumſpectioni iudicis relinquitur. Cur. iu. conſil.
43.nu.7.Soc.iu.conſi.158.col.pen. quare ſupra re
latæ tum numero tum pondere ſufficientes exiſti
mari debent: & quaſdam ex eis proſequitur Mar
59 zar.in ultima ſolutione dubiorũ,col.5.& 6.† Ad
tertium de extenſione non permiſſa de perſona
ad perſonã primò dici põt plurimos nõ deeſſe cõ
trariũ tenẽtes,qui noluerũt extẽſionẽ de perſona
ad perſonam fieri debere ex identitate rationis
& ueriſimili mente diſponentis quicquid Are. &
ſequaces dixerint:ſic enim tenet Angel. in d.§.&
quid ſi tantum.col.3.Gozad. nume.86. Crot.nu.
27.Iaſ.in l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& poſth.nu.
3.& 7.conſi.148.col.3.volu.1.conſi.154.col.4.uo-
lu.4.Cur.poſt Butrig.& Caſtr.conſil.75.col. pen.
vbi uult ex identitate rationis uel expreſſa, uel à
iure ſubintellecta qualis eſt agnationis conſeruã
dæ,& quod in ea bona remaneant fieri debeat ex
tenſio de perſona ad perſonam:& ſignanter loqui
tur in diſpoſitione facta in perſonam alicuius ꝙ
extendatur ad eius filios cum pater & filii cenſeã-
tur una & eadem perſona.l.fi.cum glo. C.de im-
pub.& alio.ſubſt.quod in terminis noſtris ſeruit
ut grauamen iniunctum Com. Gaſpari ſi deceſſe
rit ſine filiis,pariter & Comi. Franciſco eius filio
cenſeatur iniunctum caſu quo pariter ille deceſſe
rit ſine filiis maſculis ut deceſſit fauore agnatio-
nis conſeruandæ & ut bona in ea remaneant ad
quam tantopere reſpexit teſtator in pluribus par
tibus teſtamenti:& ultra prædictos hanc opi.quo
que tenet Cor.conſi.146.uolumine ſecundo.Ca-
pra conſilio 123.primo dubio. Pariſ. conſilio 50.
col.fi.conſi. 66.numero 66.uolum.3.Caſſa.conſi.
67.numero 46.Socin.iun.conſilio primo, num.
70.uolumine primo,conſilio 129.col.pen.uolum.
3.Rui.in terminis noſtris conſi.119.nu.14.uolu.2.
conſi.169. nume. tertio, eodem uolumine.Crau.
conſi.155.nume.7.conſilio fi.uol.2. Mant.conſil.
22.nu.72.Grat.Reſp.5.uolumine ſecundo.ſicq́ue
pariter tenet Dec. conſilio 315. numero ſexto,
Cur.in.conſilio 121.numero 14.& Marzari.in di-
cto conſilio 4.colum.4.& copioſius in prima So-
lutione dubiorum, columna prima, & in ulti-
60 ma, columna tertia. † Secundò data quoque
pro uera, ſeu pro magis recepta ſentẽtia Aretini,
nihilominus in pluribus caſibus limitatur, qui de
ſeruiunt noſtro:nam procedit quando perſona
ſubſtituti & ſic honorati uariatur, tunc enim non
fit

ſit extenſio, ſecus autẽ quando perſona grauati mutatur, quia bene toleratur & procedit extẽſio. ita declarat Ang. in d. §. & quid ſi tantum, colum. 3. Cuma. ſecunda Bar. in l. Gallus in princip. nu. 9. Imol. per illum text. in l. ſi pater filium impuberẽ, ff. de vulga. & pup. ſubſt. Alex. in l. nam hoc iure. ff. eodem. columna 3. & in l. 1. numero 11. eo. tit. Soc. poſt eũ, numero 22. limit. ſecunda. Ripa nume. 92. Guid. Pap. conſilio 22. nu. 26. Cur. conſilio 51. colum. fin. verſiculo, maximè. Soc. conſi. 77. colum. penultima, volumine 3. Dec. conſ. 394. numero 7. Guil. Bened. in capitulo, Raynutius. in verſi. ſi abſque liberis, numero. 26. de teſtamen. & fuit etiam de mente Sal. in l. fina. C. de poſt. hær. inſtit. quatenus dixit diſpoſitionem factam erga vnam perſonam ad aliam non extendi, & ſic loquitur de perſona ſubſtituta & honorata: quia diſpoſitio dr̃ fieri erga eum id eſt in eius fauorem & commodum, ſed in grauato dicitur fieri cõtra eũ, & in eius onus. ſed hic non contingit variatio ſubſtituti, ſed de admittendo eodem Comi. Guidone cuius inceptum iudicium filii ſui proſequuntur, ſed variatio tantum contingit reſpectu grauati, videlicet de Com. Gaſpare ad eius filium, quæ nõ attenditur ſecundum Doctores quominus fiat extenſio. Et ſi bene conſideretur Arct. loquitur reſpectu honorati non autem grauati, ſi iura quæ citat perpendantur. Et hanc ſolutionem quoque tradit ille Marzarius in vltima ſolutione dubio-
61 rum, colum. 4. † Tertiò reſpondetur Aretini ſententiam non procedere, quando perſona ad quã ſit extenſio comprehendi poſſet aliquo modo ſub uerbis & mente diſponentis propter vnam qualitatem ſibi inhærentem, licèt de illa non fuerit cogitatum in indiuiduo. ita ſe ipſum limitat Aret. in d. §. & quid ſi tantum. per l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. & ibi clarius tradit Angel. & Iaſ. not. 3. ubi dicit quòd præſumpta uoluntas diſponentis colligitur ut fiat extenſio de perſona ad perſonam, quando diſpoſitio conferebatur in aliquem ratione alicuius qualitatis, quæ deinde in aliam perſonam fuit translata, & hanc declarationem quoque ſequitur Pariſ. conſil. 66. nu. 67. uol. 3. Soc. iu. conſi. 129. col. pen. uol. 3. quod hic contingit, vbi ſubſtitutio facta fuit Comi. Gaſpari ſi deceſſerit ſine filiis, quæ qualitas poſtea translata fuit in Com. Franciſcum eius filiũ pariter ſine filiis defunctum, unde fieri debet ad eum extenſio
62 ex mente diſponentis. † Et hac ratione ſe torqueri quidem ſenſit Dec. conſi. 218. nu. 8. conſil. 377. nu. 1. in fi. conſi. 465. nu. 15. nec ab ea ſe ſciuit aliter extricare, niſi dicendo quòd iſta tacita mens non ſufficiebat nec debebat attendi, allegando not. per Bald. & Imol. in l. quidam cum filium. ff. de her. inſt. Sed ſolutio patet ex not. per Cur. iun. conſi. 121. n. 11. diſtinguendo caſum omnino prætermiſſum ab eo qui ſequitur ex expreſſo iux. doctrinam Bal. in l. unica. circa. fi. C. de his qui ant. aper tab. quando enim dicit Cur. poſt grauamen iniunctum filiis teſtator facit aliam diſpoſitionẽ, ex qua declarat mentem ſuam eſſe quòd bona cõſeruari debeant in familia, tunc etiam talis cõſeruatio fieri debet, quando nepotes non fuerũt ex preſſè ſubſtituti, & contingat aliquem ex eis mori ſine filiis. qui caſus (ut ſubdit Cur.) licèt alio non dicto poſſet omnino omiſſus dici, nec deberet attendi, tamẽ quando ſubſecuta fuit alia diſpoſitio, veluti quòd bona tranſirent ad agnatos tranſuerſales, & quòd non poſſent ad extraneos tranſire, tunc ex hoc quòd expreſſè fuit diſpoſitum poſſumus arguere, quòd ſimus in regula d. l. tale pactum. in fi. quòd nepote moriente ſine filiis bona in extraneos tranſire non poſſint: & ita fideicommiſſo locus exiſtat. ſed hoc ad unguem conuenit caſui noſtro, quia facta ſubſtitutione Com. Gaſpari teſtator aliã fecit reſpectu tranſuerſaliũ & aliorum de familia Seſſiorum, ne bona tranſirent ad extraneos, vnde ſubſtitutio dẽt intelligi repetita in perſonam filii Com. Gaſparis tanquam nõ omnino prætermiſſa, ſed ſequens ex expreſſa, maximè uerò tot cõiecturis concurrentibus ſupra re-
63 latis. † Quartò reſponderi poteſt quòd illa regula poſita per Arct. non procedit, quando extenſione non facta ſequeretur abſurdum, puta quòd minus dilectus ſit melioris conditionis magis dilecto, vt declarat Rui. conſi. 168. nu. 19. vol. 3. Soci. iun. conſilio 129. col. pen. uol. 3. Ceph. cõſi. 251. nu. 31. conſi. 252. nu. 20. at hic abſurdum ſequeretur non facta extenſione ad perſonam Com. Frãciſci, quia bona liberè conſecutus fuiſſet eius uero pater Com. Gaſpar oneri fideicommiſſi ſubnixa, ſicque Com. Franciſcus minus dilectus, quia non fuit expreſſè uocatus ut fuit eius pater, eſſet melioris cõditionis patre ſuo magis dilecto, quod
64 eſt abſurdum, † cum non ſit credendum teſtatorem plus nepotem proprio filio dilexiſſe, argu. l. ſi uiua matre. C. de bon. ma. Bald. in l. uenia. circa fi. C. de in ius uoc. Dec. conſi. 15. col. 2. Rube. conſ.
65 150. nu. 2. † Quintò dici poteſt quòd prohibitio extenſionis non procedit, quando nõ facta extẽſione diſpoſitio redderetur eluſoria: nam ne id ſequatur, extenſio fit etiam in pœnalibus. Geminia. in capitulo, ſi ciuitas, not. 2. de ſent. excommu. in 6. Cra. conſilio 135. nume. 25. Soc. iu. conſi. 129. nu. 37. uolu. 3. Rip. in l. ſi conſtante, nu. 73. ff. ſol. mat. ſed niſi ſubſtitutionem hanc ad Com. Franciſcum extenderemus, eluſoria redderetur diſpoſitio teſtatoris tam enixè facta pro conſeruãdis bonis in nobiliſſima familia Seſſiorum, meri-
66 tò locus eſſe debet extenſioni. † Sextò, non omitto quoque dici poſſe quòd extenſio nõ fit de vna perſona ad aliam, quãdo nec ſtrictè nec lato ſumpto uocabulo poterat comprehendi, alias ſecus. l. filium habeo. ff. ad Mac. ita Goza. conſilio 59. nu. 21. ſed largo ſumpto uocabulo nepotes ueniunt appellatione filiorũ. l. filii. ff. de uerb. ſig. ergo fieri dẽt extẽſio de perſona Com. Gaſparis ad eius filiũ, idẽque tradit ultra Goz. Grat. reſp. 5. n. 45. uolu. 2. Soc. iu. in d. §. & quid ſi tantum, n. 45. † Nec
67 uerũ eſt ut dicebam, nu. 19. ſecus eſſe qñ tractatur de onere fideicõmiſſi, nã qñ teſtator reſpexit ad agnationẽ & familiã ſuã cõſeruandã prout hic, materia dr̃ fauorabilis, rõnabilis, & publicã utilitatẽ concernere, ita tradit in terminis Cur. iu. cõſ. 23. n. 15. cõſi. 121. n. 12. Par. cõſ. 63. nu. 27. uol. 2. ſicque materiã fauorabilẽ appellant, & latè interpretari

volunt in materia ſubſtitutionis Anch.conſi. 27.
col.3.verſic.hic autem. Cuman.conſi.2.col.1.Go
za.conſi.39.nu.12.Soc.iu.conſil.181.nu.36. volu.
2.Ceph.conſil.137.nu.40.Pariſ.conſil.63.nu.27.
& conſi.37.nu.28.volu.2.Marzar.in vltima ſolu
tione dubiorum, col.fi. quinimmo paulo ſupra
probat materiam fideicommiſſorum fore fauora-
bilem,quod non proſequor veluti minimè neceſ
68 ſarium. † Satisque dicitur teſtator voluiſſe quo-
que nepotibus ſubſtituere, licèt expreſſè non di-
xerit,cum ex aliis verbis expreſſis id colligatur:
nam expreſſum dicitur quod ſub generalitate
verborum comprehenditur.l. fi.C.quod cum eo.
Bar.& omnes in l.1.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Natta
conſi.474.nu.13.& pulchrè tradit Ceph. conſilio
196.nu.12.loquens in fideicommiſſo,volēs quòd
expreſſum dicatur quod ex vi verborum deſumi-
69 tur .† Vltimò ceſſat etiam doctrina Aretini fa-
uore piæ cauſæ,& quando tot adſunt coniecturæ,
prout inquit Grat.reſp.5.volu.2.Dec. conſi. 273.
nu.3.at hic monaſterium vocatur,& infinitæ mi-
litant coniecturæ,meritò locus eſſe debet exten.
ſioni ſine vlla controuerſia.Ad quartum de diui-
ſione bonorum tranſuerſalibus prohibita non e-
tiam nepotibus & deſcendentibus,breuiter dico
ex eo neceſſariò non inferri fideicommiſſum in-
ter deſcendentes iniunctum non eſſe tranſuerſa-
libus reſtituendum,cum vtrunque ſtare poſſit.vn
de non concludit obiectum. l. non hóc.C. vnde
70 legit. † Ad quintum de rationis diuerſitate inter
deſcendentes & collaterales,dico primò reſpectu
deſcendentium quòd retorqueri poteſt;ſi enim.
Com.Gaſparē filiū propriū fideicōmiſſo graua-
uit, à fortiori grauati cenſeri dēnt eius filii magis
remoti,minuſque dilecti teſtatori:auth.multoma
gis.C.de ſac.ſan.eccle.Secundò dico rationem il
lam quòd teſtator voluerit bona libera penes de-
ſcendentes remanere, quia nō aliunde bona poſ
ſidebant,non eſſe finalem ſed impulſiuam,cū vi-
deamus grauatum fuiſſe fideicommiſſo Com.Ga
ſparem,qui pariter aliunde bona non habebat.
Et inſuper dari poſſent aliqui de tranſuerſalibus
nihil habentes aliunde,tamen grauati. talis ergo
ratio minus generalis deciſione velut impulſiua
non debet attendi.Bald.in l. generaliter. col.3.C.
de epi.& cle.Bar.in extra.ad rep.ver.nec ex eorū.
Iaſ.in auth.quas actiones,nu.18.C.de epiſ.& cle.
Pariſ.conſil.69.num.179.vol.3.ſed fideicommiſ-
ſum regulari debet à ratione generali & finali a-
gnationis conſeruandæ,propter quam debet ex-
tendi vt ſupra demonſtraui,& tradit Soc.iu.conſ.
71 181.nu.36.vol.2. † Ad ſextum de legato filiabus
auito reſpondetur inde non inferri quòd ſubſtitu
tio Com.Theſei & Guidonis dicatur ad illūmet
caſum reſtricta,quia de diuerſis ad diuerſa nō fit
illatio.l.Papinianus exuli.ff.de min.Et bene tole-
ratur quòd ſubſtitutio per inſtitutionem declare
tur aliquando.l.1.C.de impub.Dec.conſilio 480.
nu.12.Pariſ.conſi.18.nu.75.uolumi. 2.ſed quòd
ex legatis nequaquam. Et quando teſtator facit
diuerſas diſpoſitiones in diuerſis capitulis teſta-
mēti, quælibet in ſuo caſu ſeruari debet,vt tradit
Dec.in ſubſcriptione facta conſil. Socin.iun.128.
72 nu.20.volu.21. † Et quod vltimò dicebatur con-
iecturas non ſufficere ad inducendum fideicom-
miſſum,niſi ſint efficaces,ſecus ſi ſint æquiuocæ,
tollitur in primis, quia ſunt potētiſſimæ quædam
ex eis, ut refert Soc.iu. conſ.174.col.pen.volu.2.
conſi.110.nu.25.conſil.145.nu.39.vol.3. præterea
Caſtr. & Ripa ſupra citati n.22. loquuntur extra
terminos quæſtionis filiorū poſitorū in conditio
ne,de qua nos agimus,in qua conueniunt Docto
res quòd ex quibuſcunque coniecturis recedatur
ab opi.glo.in d.l. Lucius ut refert Soci.iu.conſil.
145.n.36.vol.3.immo verò leues etiam ſufficiūt,
vt dixi,nu.58.Et quod poſtremò dicebam de cō
iectura conſeruandæ agnationis, quæ duntaxat
operatur reſpectu perſonarum expreſſarum,tolli
tur ex longè pluribus cōtrarium ſentientibus,ex
eo quòd volunt fideicommiſſum extendi,de qui
73 bus ſupra dixi,nu.42.& 43. † & præter eos Ru-
beus conſi.120.ad fi.fatetur per conſeruationem
bonorum in agnatione habitam à teſtatore indu
ci ſaltem fideicōmiſſum in caſu contrauentionis,
qui caſus licèt ibi non verificaretur, quia graua-
tus inſtituerat eius liberos, & ſic de familia ſua,
quo caſu toleratur alienatio.l.vnum ex familia.§.
ſed ſi fundum,ff.de leg.1.tradit Alex.conſi.56.co-
lum.fi.uol.1.tamen hic ſecus eſt, quoniam Com.
Franciſcus inſtituit D. Paulam penitus extraneā
teſtatori,& de alia familia :unde dicitur caſus cō-
trauentionis eueniſſe, ſicque locus eſſe dēt fidei-
commiſſo:immo uerò idem Rub conſi.150.col.2.
vult ex tali conſeruatione agnationis neptem ex
filio excludi quæ tamen ſui origine eſt de familia
teſtatoris: unde tanto magis excludi debet hæc
D.Paula.Et ita remotis omnibus cōtrariis rema-
net nitida concluſio pro dictis Nobilibus Comi-
tibus fratribus de Seſſis & hæredibus patris ſui.

*Hippolytus Rimi.Ferrar.*

---

## Pro Domino de Bernardis cum Illuſtribus Comitibus de Calcagninis.

### ARGVMENTVM.

De caducitate non admittenda propter renouationem non petitam infra 29.annos.

### *SVMMARIVM.*

*1 Emphyteoſis accreſcit alterī,pro quo quis eam recepit,qui deceſſit ſi hoc ſit dictum.*

*2 Dies certa interpellat pro homine.*

*3 Emphyteota cadit à iure ſuo ob non ſolutionem canonis.*

*Vel non petendo renouationem,aut alia pacta conuēta non ſeruando.*

*Aut ſi promiſit non alienare,& alienet ſine conſenſu Domini.4.*

*Licet in euidentem utilitatem domini alienet.5.*

*6 Emphyteota delinquens circa contractum, præiudicat omnibus comprehenſis in inueſtitura..*

*Sine*

*Siue fuerit primus acquiſitor ſiue non.7.*

6 *Dominus recipiens canonem poſt caducitatem, uidetur renouare.34.*

*Et ſi recepta fuerit ſolutio à factoribus domini, uide-*

8 *tur illam ratificaſſe, recipiendo illam.11.*

9 *Emphyteoſis de iure ſcripturam requirit.*

*Secus de conſuetudine.10.*

12 *Dominus recipiēdo canonem poſt caducitatem decurſum, uidetur eam remittere.*

*Idemq́; ſi caducitas ex renouatione non petita fuerat incurſa.13.*

*Quod procedit data ſcientia domini.14.*

*Quæ præſumũtur ſi diu emphyteota perſeuerauit in poſſeßione.15.*

16 *Emphyteotæ competit actio perſonalis ad petendam renouationem.*

*Quæ non tollitur minori ſpatio 30. annorum.17.*

*Niſi dictum fuerit quòd lapſis 29 annis teneatur renouationem petere, quia tollitur anno & die.18.*

19 *Emphyteota ignorans excuſatur, renouationem non petens.*

*Idemq́; ſi ſciuerit ſe emphyteotam eſſe, cum potuerit ignorare de renouatione petenda.20.*

21 *Emphyteota non tenetur de iure, niſi ex pacto renouationem petere.*

22 *Ignorans excuſatur à pœna caducitatis.*

*Et ubi decurſa fuerit, in integrum reſtitui debet.23*

24 *Caducitas non inducitur, niſi uolente domino.*

*Licèt dicatur quòd ipſo facto cadat.25.*

*Et contra hæredes emphyteotæ qui cedit, non poteſt allegari caducitas.26. & 32.*

27 *Vaſalli fellonia nocet filijs ſuis, ſi cõtrà eum mota fuerit, alias ſecus.*

28 *Cumanus conſilio 164. defenſatus à Ruino conſi.167. iuſti uol.1.*

29 *Emphyteotæ priuatio nunquid fiat ſub conditione, an ſub modo.*

30 *Intellectus l.fi.C.de reuo.dona.*

31 *Intellectus l.quaro.§.inter locatorem.ff.loca.*

## CONSILIVM XXII.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRES & magnifici Comites
Borſius & Thomas de Calcagninis
anno Domini 1517. die 4. Decem.
inueſtiuerunt iure liuelli Dominicum de Bernardis pro ſe & Stephano eius nepote & ſuis filiis legitimis & deſcendētibus de vna petia terrę ſitæ in territorio Fuſſignani Comitatus eorum ad renouandum de 29. annis in 29. annos, & ſoluendum ſemper tempore renouationis ſol. 10. pro vnaquaque renouatione: & pro liuello promiſit idem Dominicus omni & ſingulo anno temporibus congruis & debitis, dare, præſentare, & conſignare dictis Comitibus ſuiſque ſucceſſoribus decimam partem omnium fructuum percipiendorum ex dicta petia terræ, prout latius in inſtrumento cõtinetur inter eos ce-
1 lebrato. † Intra tempus renouationis uita deceſ-
ſit præfatus Dominicus ſine filiis & deſcendentibus, parſque ſua Stephano accreuit, cum in inueſtitura id ſit dictum, vt concludit Barto. in l. ſi mihi & Titio, columna ſecunda, ff. de verborum obligat. poſteà vero Stephanus deceſſit anno 1547. menſe Iulio, relictis filiis maſculis: & ſic poſt tempus renouationi præfixum, ea aliter non petita. dubitatum fuit an ipſe cum eius ſucceſſoribus deceretur cecidiſſe ab omni iure ſuo, ſicq́; dicta terra deuoluta ſit ad ſucceſſores dictorum Comitũ. & prima conſideratione dicendum videbatur quòd ſic, nam actum eſt quòd finitis primis 29. annis teneatur dictus Stephanus recognoſcere & petere
2 renouationem, & ſoluere ſolidos 10. † quia ergo prædicta promiſit poſt diem certam, quæ interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrah. & comit. ſtipula. l. traiectitia. ff. de actio. & oblig. l. quod te. ff. ſi cer. peta. Pariſ. conſi. 139. ad finem. volumi. 4. Corn. conſilio 176. nume. 6. volumi. 1. & nihil adimpleuit, cecidit à iure ſuo. l. 2. C. de iure emphyt. ubi primò dicitur quod in huiuſmodi contractu poſſunt apponi quæcunque pacta, quæ ſunt obſeruanda. ſicut ergo ſi pactum de ſoluendo canonem non obſeruatur, pœna priuationis committitur ut ibi, ita pariter committi de-
3 bet, quando cætera pacta non adimplentur: † quia de ſolutione canonis omiſſa dicitur ibi, exempli gratia, quod regulam non reſtringit. l. damni infecti. Cor. conſilio 195. numero quarto, conſilio 254. numero 2. volumine 4. meritò non obſeruando pactum petendæ renouationis, & ſoluendi pro ea ſolidos 10. dictus Stephanus debet à ſuo iure cecidiſſe. ita in terminis arguit & decidit Rui. conſilio 167. numero 18. uolumi. primo vbi etiam citat Baldum in l. 1. §. fi. in ultima colum. C. commu. de leg. ad probandum quòd quando emphyteota uenit contra alia pacta præter illud de ſolutione canonis, habeat locum dicta lex ſecunda de pœna priuationis loquens, ut ibi per eum, quod & alibi uoluit Bald. quem citat & ſequitur Iaſ. in l. 1. not. 4. C. de iure emph. & Alber. per illum textum, in l. 1. §. 1. ff. de loc. pub. fru. & in renouatione tradit hoc idem Butri. & Imola. in capitulo primo, de preca. quos ſequitur Bero. conſilio 98. numero 29. uolumine primo, & conſilio
4 116. nume. 15. eodem uolumine. † vnde ſi promiſit emphyteota non alienare, & alienet ſine conſenſu domini, cadit in commiſſum, ut not. in l. 2. C. de iure emph. ſequitur Alexand. conſilio 13. conſilio 185. uolumine ſecundo, conſilio 44. uolumine tertio. Gramma. deciſ. 77. columna prima. Bellon. conſilio ſexto, numero 17. Bero. conſilio
5 107. numero 13. † & conſil. 124. nume. 16. uolu. primo, ubi hoc ampliat notab. procedere licet alienet in euidentem utilitatem Domini, quia prohibetur emphyteota non ſolum alienare propter utilitatem domini, ſed ne cogatur inuitus alium recognoſcere præter emphyteotam, & ne perdat ſuam actionem perſonalem, ut not. in l. finali, C. de iure emphyteotico, & in capitulo, po-
6 tuit. loca. † Tantaque uis eſt in emphyteoſi non ſeruare pacta quòd aduerſus ea uenire dicitur delictũ contractũ, propter quod emphyteota

nocet aliis ſequentibus comprehenſis in inueſti-
tura,prout decidit Bartol.in l.1.ad fi.ff.de interd.
& relega.Bald.in l.adoptiuum.§. patronum.ff.de
in ius vocan.Specul.de loca.§. nunc aliqua.q.78.
Alex.conſi.201.colum.2.& 3.volumi.5. qui com-
munem teſtatur.Rui.conſi.167.ad fi.volum.1.Go
7 zad.conſi.75.nu.2. † & latius conſ.46.nu.13.vbi
citat Salycetum in l.2.q.22.C.de iure emphy. id
ampliantem ſiue emphyteoſis incipiat in eius per
ſona ſiue non: & ita ſiue fuerit primus auctor ac-
quiſitionis ſiue non: quare uidetur filios Stepha-
8 ni prædicti repellendos eſſe. † Iſtis tamen non ob
ſtantibus contrarium dicendum eſt in caſu pro-
poſito,moueor in primis,quoniam ſucceſſores di
ctorum Comitum vel agentes ſui poſt 29.annos
decurſos per plures & plures annos ſolitam pen-
ſionem receperunt,quo ſtante videntur tacitè re
nouationem feciſſe,vt notabiliter concludit Ro-
ma.conſi.103.col.fi. vbi hoc probat ex pluribus,
eumque refert & ſequitur Dec.conſil.329. col.2.
qui ſignanter loquitur in emphyteoſi conceſſa
ad renouãdum de 29.annis in 29. annos,prout in
9 caſu noſtro.† Nec huic fundamento repugnat em
phyteoſim ſcripturam requirere.l.1.C.de iure em
phi.meritò ſine ſcriptura non poſſe induci tacitã
renouationem.Bar.in l.item quęritur.§.qui imple
to.nu.7.ff.loca.& ibi Bal.ſic arguens in addi.ver-
ſiculo.Quæro hic quid in emphyteoſi.in l.legem
C.loca.in l.vnica.col.pen.verſi.ſed nunquid em-
phiteoſis.C.quando non pet.par.Rui. conſi.167.
10 nu.22.uolu.1.† Quoniam reſpondetur ex genera
li cõſuetudine derogatum eſſe diſpoſitioni dictæ
leg.primæ requirentis ſcripturam in emphyteoſi,
prout teſtatur Bar.ibi.col.2.& poſt eum Ang.col.
1.Spec.de loca.§.nunc aliqua.q.5.Marti.de Fano
in tracta.de iure.emph.q.4.Roman.conſilio.103.
col.2.Dec.conſi.329.col.2.& pulchrè Soc. conſili
169.col.6.uerſi.ſed hic ſupereſt.vbi concludit, ꝙ
licet altera opi.de ſcriptura requiſita in emphiteo
ta videatur magis communis,tamen iſta negatiua
ſeruanda eſt,utpote conſuetudine approbata: &
ideo reprobat doctrinam Bal.in d.l.vnica.C.quã
11 do non pet.par. † Et licèt ſolutio facta tantummo
do recepta fuerit a factoribus dictorum Comitũ,
qui nõ videntur potuiſſe Dominis præiudicare,
tamen cum per plures & plures annos dicti Co-
mites receperint ſolutionem medio dictorum fa-
ctorum,videntur ſaltem tacitè ratificaſſe dictam
ſolutionem,quia per receptionem cenſus induci
tur ratificatio,vt not.Bald.conſi.184.ad intelligẽ
tiam,volu.2.in nouis. Alex.conſi.175.in fi.vol.5.
Dec.conſ.167.nu.3.meritò licèt ex facto factorũ
immediatè non fuerit illatum damnum dictis Co
mitibus ſaltem ex ratificatione tacita ipſorũ Co-
mitum pręiudicium ipſis illatum dici debet,& ita
notab. in terminis noſtris, loquens in eccleſia,
quod eſt plus,concludit Dec.in d. conſi.329.col.
2.vnde patet hoc primum fundamentum eſſe fir-
12 mum. † Secundò dato etiam quòd tacita renoua-
tio non diceretur inducta ex dicta receptione ca-
nonis,adhuc tamen dici poteſt ex ea ius caducita
tis eſſe remiſſum, quatenus illa caducitas fuiſſet
incurſa ex dicta renouatione non petita: moueor
nam ſimiliter videmus quòd ſi Dominus poſt ca
ducitatem decurſam ex non ſolutione canonis
receperit ſolutionem canonis temporis futuri,vi
detur caducitatem remittere, ſibique præiudicat,
ſiue fuerit proteſtatus de iure ſuo,ſiue non: ita tra
dit Cyn.Iacob. Butrig. Alberi. Salyc. & Iaſ.in l.
2.C.de iure emph.vbi Iaſ.num.12.& ante. verſi.
Item inquantum.Bar.Butri.& Imol. in c. potuit.
loca. Cor. conſi.187.col.pen.uolum.1.Rui.conſi.
13 166.nu.14.volu.3.† Ergo pari modo dicti Comi-
tes recipientes ſolutionem canonis temporis fu-
turi poſt caducitatem decurſam ex renouatione
non petita dicuntur dictam caducitatem remiſiſ
ſe,& ita in terminis arguit Dec.in d.conſi.329.co
14 lum.2.ibi,& ad idem facit. † Et licèt hoc demum
procedat data ſcientia dictorum Comitum,ſecus
ignorantia,prout in dubio præſumitur, l.uerius,
ff.de prob.quia non intelligerentur renuntiaſſe
dictæ caducitati,quam ignorabant.l. mater.ff.de
inoff.teſta.ſicque poſt Dyn.tradit Bald.in l.Me-
uius.§.duobus.col.pen.ff.de lega.2.Specul.de lo-
ca.§.nunc aliqua. q. 14.tamen ex quo poſt dictã
caducitatem decurſam dictus Stephanus & ſubin
de filii ſui perſeuerarunt in poſſeſſione dictæ pe-
tiæ terræ per longum tempus annorum 10.15.&
20.& hodie perſeuerant ſoluendo canonem an-
15 nuum: † vtique præſumitur in dictis Comitibus
ſcientia dictæ caducitatis,& per conſequens taci-
ta illius remiſſio, prout latè tradit Alex.conſ.111.
& diligenter.volum.4.Dec.conſil.185.colum.4.
16 & 5. † Tertiò conſiderandum eſt quòd hæc em-
phyteoſis conceſſa fuit cum pacto renouandi de
29. annis in 29.annos,ex quo pacto acquiſita eſt
actio perſonalis dicto Dominico & Stephano &
filiis ad petendum renouationem, ut in terminis
tradit Ange.conſi.184.col.fi.Alex.conſi.164. col.
fi.uolu.2.Rui.conſi.167.num.13.vol.1.Barba.in
addi Bal.in l.uoluntas.uerſic. idem puto.C.de fi-
17 deicommiſſ. † at actio perſonalis non tollitur
minori ſpatio triginta annorum. l.ſicut.l.omnes.
C.de præſcrip.triginta annorum:ergo poteſt ad-
huc hæc renouatio peti, & fruſtra caducitas ad-
ducitur ex iſto capite. ita tradit Dec.in dicto cõ-
ſilio 329.columna prima, & idem ſupponit Rui.
in dicto conſilio 167. columna quarta, quando
non eſſent decurſi anni quadraginta,prout erant
in caſu ſuo,& Berous conſilio 119.nume.10. uol.
primo, qui ſequitur Decium in dicto conſilio
329.quando ſimpliciter conceſſio facta fuit em-
phyteotæ ad renouandum de 29.annis in 29. an-
nos,& ſic ad effectum ut Dominus renouare te-
neatur: hæc enim obligatio reſpicit ipſum Domi
num,ut is renouare teneatur; & ideo per annos
30.durat,donec Dominus declarauerit ſe uelle
18 emphyteotam cecidiſſe. † licèt ſecus eſſet,ut ſub
dit Bero.quando præter quòd facta fuerit con-
ceſſio de 29. annis in 29.annos, expreſſum
quoque fuiſſet quòd emphyteota lapſis annis
29. renouationem petere teneretur à Domino;
id enim pactum emphyteotam reſpiciens opera
retur ut ſi lapſis 29. annis emphyteota renoua-
tionem non peteret, abſque alia declaratione
Domini ſtatim & ipſo iure,vel ſaltem lapſo anno
&

& die diceretur a ſuo iure cecidiſſe, adeo quòd
Dominus de re liberè diſponere poſſet, & illi cui
vellet concedere, & vt ibi latius per eum. quē ca
19 ſum nō attingo velut à noſtro diuerſum. † Quar
tò non omitto quòd Stephanus non fuit ille, qui
hanc emphyteoſim rececepit, ſed Dominicus pro
eo, ſicut in inſtrumento dicitur, vnde potuit iſte
Stephanus ignorare quòd hæc res eſſet emphy-
teotica, & de iure dictorum Comitū, meritò de-
buit excuſari ſi renouationem non petiit cum
ignorans, facultatem petendi non dicatur habe-
re. l. annus. ff. de calumni. ita ferè in terminis ar-
guit Pett. de Anch. conſi. 174. col. 2. & Soc. iu. con
ſi. 70. col. 2. vol. 1. de vaſallo loquens, qui non pe-
tiit inueſtituram infra annum & diem: ſi enim
fuit ignorans excuſatur, nec cadit à iure ſuo, ſub-
ditque Anch. & Soc. iun. talem ignorantiam pro
bari iuramento. Et hoc idem præter eos tradide-
runt Iaco. de Belui. Bal. Præpoſi. & poſt eos Affl.
nu. 63. in c. 1. quo temp. mil. quos ſequitur Ruin.
conſi. 1. nume. 5. volum. 1. & pulchrè tradit Alex.
conſi. 13. vol. 2. col. 2. repetito conſi. 40. vol. 6. &
præter Alexandrum ponit Fely. conſi. 31. nu. 16.
prout etiam ſupra tetigi. conſi. 17. nu. 6. cum ſequ.
quibus nunc addo Beroum conſi. 98. nu. 22. uol.
1. vbi excuſat ad vnguē eū, qui nō contraxit reci
piendo emphyteoſim, ſed contrahenti ſucceſſit,
vt iſte Stephanus, eique filii ſui, cū ignorauerit,
quod ad aliquam renouationem infra aliquod
tempus teneretur, vt per Anchara. loco citato, &
20 conſi. 421. † Quin plus & eleganter addit Be-
ro. conſi. 117. nu. 5. vol. 1. quòd licèt quis vt hæres
alterius ſciuerit ſe eſſe emphyteotam, quoniam
vidit eius genitorem tamquam emphyteotam
ſoluere eccleſiæ, vel quia ſibi denuntiatum fuit,
vel aliter de hoc notitiam habuerit: tamen non
ſequitur quòd ipſe de renouatione facienda no-
titiā habuerit, & quòd virtute conceſſionis inſtru
menti ad illam petendam teneretur: nam qui in
alterius ius ſucceſſit, probabilem habet ignoran-
tiam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. nec ſequitur
ſciuit ſe teneri tamquam emphyteotam, ergo ſci-
21 uit ſe teneri ad petendam renouationem, † quia
de iure communi regulariter niſi ex pacto non te
netur emphyteota renouationem petere, vt per
Docto. in c. 1. de preca. & in l. 1. C. de iure emph.
neque hoc iure cautum reperitur, vt per Bald. in
auth. ſi quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccl. meri-
tò cum pactum fuerit inter Comites & Domini-
cum, potuit Stephanus & ſubinde filii ſui potue-
22 runt illud ignorare: † & ita excuſandi ſunt, &
de æquitate non debent in pœnam caducitatis
incidiſſe iuxt. glo. & docto. in c. ſi loca. Bertr. con-
23 ſi. 1. nu. 38. vol. 1. Goz. conſ. 56. nu. 10. † qui ſub-
dit vbi fuiſſet incurſa caducitas, reſtitutionem in
integrum concedendam eſſe ex clauſula genera-
li, per allegata per eum, quibus addo gloſſ. final.
in l. 2. C. de iure emphyt. Specul. de loca. §. nunc
aliqua. verſic. 28. Alex. conſ. 168. colum. 4. volum.
2. Caſtr. conſi. 311. circa id in fi. vol. 1. in nouis &
24 Grat. conſi. 125. nu. 5. vol. 1. † Quintò & vlti-
mò conſiderandum eſt in caſu noſtro caducita-
tem non induci, niſi uolente domino, vt poſt
Bero. ſupra tetigi, nume. 17. & probatur ex illa ca
ducitate quæ fit ob non ſolutionem canonis. l. 2.
ver: volēti. & ibi Bar & alij, C. de iur. emph. Dec.
abundè conſi. 138. col. 1. conſi. 146. nu. 5. conſ. 185.
nu. 9. conſi. 206. col. 2. conſi. 341. Dominus Rimin.
25 conſi 389. nu. 48. † Quod procedit etiam ſi di-
catur quòd ipſo facto quis cadat. Corn. conſ. 115.
uol. 1. Dec. d. conſi. 138. col. 2. at deceſſit Domini-
cus & ſubinde Stephanus priuſquam dicti Comi
tes declarauerint uelle eos a iure ſuo cecidiſſe,
meritò cum hæc conditio non extiterit in ipſorū
uita, hæc pœna quæ nondum commiſſa erat, ſed
ueniebat committenda, non debet ad hæredes
tranſire, & ſic ad filios Stephani: ita ſingulariter
tradit Cuma. conſi. 164. col. 3. quem ſequitur ad
unguem Rui. conſi. 10. col. 1. conſi. 159. nu. 11. cō-
ſi. 168. nu. 20. uol. 1. concludens quòd dicta decla-
ratio uoluntatis non facta in uita non ſoluentiſ
canonem, non poteſt fieri poſt eorum mortem
ad præiudicium, & excluſionem ſucceſſorum.
26 † Et addit Rui. in d. conſi. 159. ꝙ cum Cumano
concordat Imol. & Andræ. Sic. in c. ſi. de dona.
uultque hoc procedere, licèt dominus fuerit igno
rans, quia morte delinquentis extinctum fuit de
lictum, ideo non competit contra hæredem de-
linquentis. Bar. in l. 1. ff. de priua. delic. & vt ibi la
tius firmat Ruin. quod & latè proſequitur Caſ-
ſad. de loc. deciſ. 2. cum duabus ſequentibus, &
D. Petrus Benintendus deciſ. 37. nu 17. cuius ami
cus non uulgaris fui dum Ferrariæ fuit in Excel
ſo conſilio iuſtitię, atque de prædictis nullam mē
tionem faciens tenet idem latè Bero. conſ. 98. nu.
31. uol. 1. nedum rationibus motus, quas conſultò
prætereo breuitatis gratia, ſed & deciſione Baldi
in c. imperialem. §. inſuper. col. fi. de probi. feud.
27 alie. per Fed. † qui de uaſallo loquens dicit, ꝙ
licèt ex feudorum conſuetudine delictum ſeu fel
lonia uaſalli filiis ſuis noceat, tamen ſi contra
uaſallum uiuentem lis mota non fuerit, non
poterit poſtea contra filium moueri, ex quo do-
minus contra uaſallum declarare, & quærelare
potuit & tacuit: nam ex hac taciturnitate remiſiſ
ſe uidetur: & propterea contra filios hæredes
amplius quærelare non poteſt, meritò ſic idē dici
debet in emphyteoſi, de qua tractatur in caſu no
28 ſtro. † Non prætereo tamen ut omnia quæ ui-
derimus diſcuſſam aneant, ꝙ idem Rui. cōſ. 167.
in fi. uol. 1. conatur impugnare Cumanum, quem
ſuperius tribus in locis comprobauit per tex. qua
ſi expreſſum ut ille putat in l. ſi. C. de reuo. dona.
ubi habetur ꝙ ex cauſa ingratitudinis poteſt re-
uocari donatio mortuo etiam donatario. Idem
ergo de emphyteoſi dicamus, quòd ex cauſa ca-
nonis non ſoluti uel renouationis non petitæ, eo
mortuo reuocari poſſit emphyteoſis ab eius hæ-
redibus: ſubditque Rui. quòd hoc etiam præſup
ponunt omnes prædicti, qui uolunt indiſtinctè,
ꝙ ex cauſis prædictis factum primi inueſtiti no-
ceat ſuis deſcendentibus, quicquid dicat Cuma.
in d. conſ. 164. qui etiam non firmat contrarium:
29 † & eius ratio non eſt uera, quia priuatio non
fit ſub conditione, ſi dominus declarabit uelle ut
ille ſupponit, ſed in dubio dicitur potius fieri
ſub

in pœnam facta, hoc eſt quòd bona à maiore na-
tu & deſcendentibus ſuis auferantur, ſi nolint ſe
vocare de Cantellis, ſecus autem ſi non poſſint,
quia vbi non eſt delictum, prout non eſt in ſecū-
do caſu, ibi pęna eſſe non debet. l. aliud eſt fraus.
ff. de verbor. ſignif. igitur qui non deliquerunt
non debent hæreditate priuari. Ita per illum tex.
tradunt Bar. Caſtr. & Imol. in l. pater Seuerinam
ff. de cond. & demonſtr. Bal. in l. cum proponas.
in fi. C. de her. inſti. Imol. in l. ex facto. la grande.
ff. eo. Soc. & Iaſ. in l. 1. ff. de vulg. & pup. Guil. Be-
ne. in cap. Raynutius. in ver. ſi abſque liberis. ſe-
cundo nume. 43. Dec. conſi. 290. colum. 2. Cagn.
in l. eius eſt nolle. ff. de reg. iu. col. 1. D. meus Rim.
conſi. 259. nume. 15. & Io. Duran. de arte teſt. tit.
31 5. caut. 5. col. 2. † Quibus addi poſſunt magis in
terminis noſtris Soc. conſi. 259. col. 2. volum. 2.
& Dec. conſi. 273. concludētes quòd ſubſtitutus,
ſi hæres & eius filij non aſſumpſerint cognomē
& arma teſtatoris, non eſt admittendus caſu quo
nulli filij naſcantur, qui poſſint cognomen & ar-
ma teſtatoris aſſumere, vel quòd inſtitutus uiuo
teſtatore moriatur: hoc enim fuit quædam tran
ſlatio facta in pœnam ſi nollent aſſumere nomē
& arma, quæ non debet habere locum ex capite
32 impotentię vt per eos. † Quartò prædicta con
cluſio confirmatur aduerſus dictum Comitem,
nam cum poſt Dominam Mariam Chaterinam
primogenitus eius vocatus fuerit, & ipſo ſe no-
lente nominare de Cantellis ſecundogenitus, ſe
cunda ſubſtitutio facta uidetur poſt locum pri-
mæ, ita quòd ſi prima ceſſauit, ſecunda ceſſare ui
detur, ut in ſimili caſu tradit Alc. conſi. 59. col. 3.
uol. 3. & in alio conſi. 139. colum. 2. vol. 6. Dec.
conſi. 287. colum. 1. in fi. conſi. 636. Ruin. conſi.
153. colum. 4. vol. 2. Hiero. Albanus conſi. 1. nu.
7. & conſi. 21. nume. 8. Zanch. in l. hæredes mei. §.
cum ita. nu. 37. ad treb. meritò quia ſecūdogeni
tus primo ſubſtitutus non ſucceſſit, ex quo pri-
mogenitus ſe nominauit, nec Com. Io. Ludoui-
cus ſecūdo ſubſtitutus debet admitti. Accedit in
ſuper quòd deſcendentes cenſentur vocati per
vulgarem tantùm, non autem per fideicommiſ-
ſariam, cum in eorum perſona ſubſtitutio nō ha
beat tractum temporis, iux. doctr. Bart. in l. Gal-
lus, §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. Alex.
conſi. 22. uolum. 3. Dec. conſi. 205. conſi. 248. nu
me. 5. conſi. 287. conſi. 291. colum. 2. Ruin. conſil.
192. volum. 2. Item ſubſtitutio facta fuit per ver-
ba merè ciuilia, quæ fideicommiſſariam non cō-
tinent, licèt addito uerbo communi, vt per Cro.
conſi. 2. nu. 12. poſt Bal. in l. precibus. C. de im-
33 pub. ubi & ego firmaui, nu. 507. † Quinto princi
paliter dato quòd Comes Io. Ludouicus ex te-
ſtamento uocatus dici poſſet, tamē ex eo ſe iuua-
re non poſſet, quoniam pater, auus, & patruus
ſui nunquam ſe de Cantellis nominarunt, meri
tò uno nedum pluribus ſpernente præceptum
teſtatoris, omnes eius deſcendentes excludi de-
bent, & ſic iſte Comes, ut per Pariſ. conſi. 19. nu-
mero 84. uolumine ſecundo. Alba. conſil. 57. nu-
mer. 18. Confirmatur hoc ſtante teſtamento
Comitis Antonij Manfredi ſui proaui & appro
batione de illo facta per Comitem Vgolinum,
& Ludouicum illius filios, nam in dicto teſtamē
to Comes Antonius reliquit Com. Ludouico
multa bona ſita in Dominio Illuſtriſſ. & Excel-
lentiſſimi Ducis Ferrariæ: Comiti verò Vgolino
ſita in Dominio Parmæ: † mandauitque dicto
34 Ludouico, ꝙ non poſſet quicquam de bonis
Parmæ petere ab Vgolino fratre ſuo, quia uoluit
illa ad ipſum ſpectare & pertinere, & eidē rema-
nere libera, quòd utique uidetur illum teſtato-
rem facere potuiſſe, cum res hæredis alteri lega-
ri poſſit. §. non ſolum. Inſt. de lega. & teſtator ita
poſſit diſponere de rebus hæredis ſicut de pro-
priis. Cra. conſi. 133. nu. 3. Soc. iu. cōſ. 107. nu. 57.
uol. 3. demumque Comes Ludouicus eſſenſit uē
ditioni quorundam bonorum factæ per Comitē
Vgolinum, ſicut ille uerſa uice teſtamentū patris
approbauit, unde cum Com. hic Io. Ludouicus
fuerit hæres Com. Aſtoris filii & hæredis dicti
Com. Ludouici, nō uidetur impugnare poſſe fa-
ctū ab ipſo Ludouico. l. cū à matre. C. de rei uē.
tantoque magis, nam quando actum fuit etiam
de iuribus hæredum, hæredes quoque contraue
nire non poſſunt, licèt ex iure proprio ſecundū
Ful. conſi. 67. & Alba. conſi. 29. nu. 17. quin & ac
cedit amplitudo uerborum Com. Antonij circa
filios prolata de ſtando per eū diſpoſitis, quibus
uidet remiſſum dictū fideicōmiſſū Vgolini teſta
toris iux. not. per Io. And. in tit. de teſta. §. in pri-
mis. quem ſequitur Ale. in l. qui Romę. §. duo fra
tres. ſub nu. 29. uer. aduerte tamen. & poſt eum
Crot. nu. 45. uer. limitatur tamen. ff. de uer. obl.
demumque data fuit ab eo Com. Antonio facul
tas alienandi, dicendo ꝙ bona relicta Com. Vgo
lino, in totum & per totum debeant ei remanere
liberæ: quo ſtante poſito ꝙ nō cenſeretur remiſ-
ſum fideicommiſſum, tamen ſecuta alienatione
poſſeſſores moleſtari non poſſunt. Bar. & omnes
in d. §. duo fratres. 8. q. ubi cæteri ſequunt. † Sex
35 tò poſito ꝙ hic Comes ad fideicōmiſſum quod
petit agere poſſet, utique teneri uidetur ad præ-
ſtandum tantūdem reis conuentis de bonis ſitis
in Dominio Ferrariæ, & Romandiolæ, quæ fue-
runt dicti Com. Antonii, quoniā petendo Com.
Io. Ludouicus bona Parmæ conuenit teſtamēto
dicti Com. Antonij, qui noluit ſuos hæredes ſe
inuicē moleſtare ſub pœna priuationis: unde re-
ctè ur recōueniri Com. Io. Ludouicus ab aduer-
ſariis ad præſtādū tot de bonis relictis Com. Lu-
douico quæ ad ipſum peruenerunt uelut eis pri-
uatum ex contrauentione ſua in petendis bonis
36 Parmæ: † ſi quidem planum eſt ꝙ teſtator in ſuo
teſtamēto poteſt hæreditatem adimere & reuoca
re, & apponere pœnam priuationis inobedi-

cens quòd ſi dominium nō probatur per teſtes,
pars aduerſa debet abſolui, quia fideicommiſſa-
rius agens ad fideicommiſſum tenetur probare,
quòd bona quæ petit eſſent in dominio teſtato-
ris, qui fideicommiſſum reliquit: ſicque conclu-
dit latè Natta conſi.400.ad fin.& nouiſſimè Rol.
à Val.conſi.46.nume.10.volum.3.vbi citat etiam
Crauettam conſi.315.colum.fina.& Ioachinum
Miſingerium in tract.de obſerua.patrocin.16.nu
me.18 at Comes Ioannes Ludouicus non proba
uit dominium teſtatoris in bonis, quæ petit,
45 † nec etiam probauit identitatem per cohæ-
rentias antiquas & modernas, vt erat opus,& do
cet Bart. in l.demonſtratio ad fi. ff. de conditio.
& demonſt.Fely.in c.cum cauſam.colum.fin de
proba.Dec.conſi.109.nume.2. Nec teſtes de au-
ditu tantùm per eum inducti ſufficiunt, cum re-
quireretur etiam probatio famæ, licèt ſimus in
antiquis, vt per Alex.conſi.112.& conſi.139.col.
fi. volum.6.latè ponit Craue.in tractat. de antiq.
tempor.prima parte. nume. 305. nec per inſtru-
menta alienationum probatur poſſeſſio Comitis
Vgolini.l.prædia.ubi Bart.ff.de acquir.poſſeſſ.ſi
cut nec quòd poſſideret tempore confeſſionis
ſuæ, vt per Alexand.conſi.16.colum.2.volum.5.
46 † Octauò poſito quòd identitas & dominium
teſtatoris eſſent probata, tamen obſtare uidetur,
quòd maior eorum pars alienata fuit cauſa do-
tandi filias & neptes Comitis Vgolini, meritò vi
detur obſtare auth.res quæ.C. communia de le-
gà.& reſpectu tam eorum quam cæterorum alie
natorum, cum non conſtet de ſcientia fideicom-
miſſi hæredis alienantis, videtur eſſe locus diſpo
ſitioni tex.legis fi.§.fi.ff.de le.2.quo diſponit alie
nationem valere quantum ad hoc vt retractari
non poſſit, reſeruato iure fideicommiſſario con-
47 tra alienantem ad pretium. † Nonò dicebatur
omittendum non eſſe legitimam, & trebelliani-
cam deduci poſſe ex perſona Dominæ Mariæ
Chaterinæ filiæ teſtatoris fideicommiſſo graua-
tæ ſub conditione, prout tenet glo. Bart. Angel.
Caſtr.& omnes in l. Papinianus. §. meminiſſe.ff.
de inoff.teſt. vbi dicit Angel.quòd in iudicijs,&
ſcolis hæc opini.communiter approbatur. & vt
addit Cagnol.nume.10. ex generali conſuetudi-
ne etiam in terris imperij per totum mundum
obſeruatur,& dimidiam comprehendit talis de-
ductio, ſecundum doctores ibi, idemque tenent
Cano.in c.Raynutius.de teſta. Alex.in l.in ratio
ne.§.quod vulgò.ff.ad l.Falc.& conſi.26. colum.
fi.volum.1.Dec.copioſè conſi.236.conſi.238.nu
me.4.conſi.320.nu.3.conſi.419.in princ.Deciſ.
Neap.367.nu.4.Rui.conſi.143.nu.12.vol.2.Par.
conſ.25.nu.30.vol.2.Cor.conſ.104.nume.4.vol.
4.Iaſ.conſi.43.colum.pe.volum.3. Goza. conſi.
104.nume.24.Are.conſi.27.nume. 2. & alibi ſæ-
48 pe doctores, quos omitto. † Decimò & vltimò
nec illud negligendum videbatur, ex quo Co-
mes Ioannes Ludouicus conuenit aduerſarios,
& ab eis reconuenitur, eum teneri præſtare ido-
neum fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & iudican-
dum ſoluendo, & expenſis reſtituendis, aliàs
eum non audiri,& hoc à ſufficienti partium enu
meratione ſumpto argumento, quod licet. l.
patre furioſo,& ibi Bartol.Bald.Angel.Alberic.
& alii, ff.de his qui ſunt ſui. capitul. cum dile-
ctus,& ibi not.Abb.de iure patro.Inſtitu. de ob-
ligat.ex quaſ.male.in princip. iunct. gloſſ.& ibi
Angel. Aretin.cum ſimilibus per Euer. in ſuis
locis legalibus. aut enim ſupponimus hunc Co-
mitem forenſem, & ſtatutum Parmæ repellit
eum ſub rubrica de non ſubiecto iuriſdictioni
communis Parmæ non audiendo niſi præſtita
49 fideiuſſione. † tali enim ſtatuto ſubiici debet,
quoniam in ordinanda lite ſtatuta loci vbi cau-
ſa uentilatur, attendi debent & ſeruari. Calder.
in diſput. ſua, incipient. ſtatuto cauetur, de qua
latius Abb.in capitul.quod clericis. numero 10.
de for.compet. vnde ſi in foro perimitur inſtan-
tia certo tempore, vel actor tenetur dare fide-
iuſſorem, cum hæc concernant ordinationem li
tis, etiam cauſa clerici talem inſtantiam recipiet
tenebiturque dare fideiuſſorem, quo fit, vt de
forenſe idem dicamus: aut verò dicere velimus
dictum Comitem eſſe ciuem Parmæ, prout ſe
talem prætendit, & cum ibi non poſſideat im-
mobilia cauere tenetur.l.ſciendum. ff. qui ſatiſ.
cogant.aut verò ſumus in dubio, quia licèt ſe
ciuem prætendat, tamen id ex aduerſo nega-
tur, nec interim conſtat eum eſſe, priuilegia-
50 tum ab onere fideiuſſionis præſtandæ: † me-
ritò illi ſubiectus eſſe debet, vt in ſimili ca-
ſu determinat Bartolus, in l.diuus.ff. de teſtam.
milit. nam ſtante ſtatuto, quòd contra inſtru-
mentum non poſſit opponi aliqua exceptio, ta-
men prius conſtare debet, quòd ſit inſtrumen-
tum: vnde Curt. iunior in l. prima. numero
decimoquinto. C. de edend. voluit cauſam
depoſiti priuilegiatam eſſe ita demum, quan-
do conſtat de depoſito: alioquin ſecus.
Ex his ergo tot fundamentis dicebatur, lon-
gè periculoſam reddi intentionem huius Co-
mitis in hac cauſa circa conſequenda bona per
eum petita contra reos conuentos.

Sed tamen illis non obſtantibus diligentius
rem perſcrutando contrariam ſententiam ve-
riorem ſemper exiſtimaui, nuncque pariter
in ea perſiſto: in qua me ſatis facturum puto,
ſi probato prius extare fideicommiſſum ad fa-
uorem Comitis Ioannes Ludouici agentis, &
ſuper eo diligenter illius intentione fundata,
cæteris poſtmodum contrariis ſupra relatis re-
ſpondebo, ſicque ſingula diuellam, quòd nul-
51 la difficultas eorum remaneat. † In primis
ergo perpendo, quòd teſtator in defectu
Dominæ Mariæ Chaterinæ per eius mortem,
non vocauit filios ſub nomine proprio, ſed ma
iorem ætate tantùm, & eius deſcendentes ma-
ſculos uſque in infinitum cum onere ſe nomi-
nandi de domo Cantellorum: quo ſtante
dicitur iniunctum fideicommiſſum, inter fi-
lios Dominæ Mariæ Chaterinæ, & deſcen-
dentes ab eis ordine ſucceſſiuo, videlicèt,
quòd in defectum lineæ maſculinæ maioris
natu, ſequens & eius, deſcendentes ma-
ſculi admitterentur, ut in ſimili caſu pul-

cherrimè tradit Ancharan. conſil. 27. non ſer-
uato.colum.2.& 3.vbi teſtator ſubſtituit duos an
tiquiores de domo & progenie ſua cum onere,
quòd in perpetuum darent ſingulis menſibus
vnum ſtarium frumenti inter pauperes: conclu-
dit enim Anch.excluſis duobus primis antiquio-
ribus repudiatione fideicommiſſum non fieri ca
ducũ, ſed ad alios duos antiquiores deuoluere,
ſicq́ue cẽſetur illud fideicommiſſum relictum fa
miliæ in quo proximi ſucceſſiuè, & gradatim vi-
dentur inuitati iux.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.
ff.de leg.ſecundo. moueturq́ue duplici ratione.
Prima, quia magis conſiderauit domum & pro-
geniem ſuam, quàm perſonas quas non nomina
uit, ergo progeniei fauendum eſt. Secunda quia
iniunxit onus perpetuum menſtrui frumenti,
quæ perpetuitas conſiſtere non poteſt in duobus
primis antiquioribus de progenie, meritò debet
in aliis dilatari, ſed vtraque ratio militat in caſu
noſtro: perſonas enim hic non nominauit, &
onus iniunxit nominationis de familia Cantello
rum, meritò ſemota linea maioris natu, maſculi-
na ſequens & ab ea deſcẽdentes admitti debent,
& illud conſil. Ancharani ſequitur Andr.Sicul.
conſi.27.col.10.ver.capio tertium.volum.1.con-
ſi.18.colum.4.ver.tertiò præmitto.volum.2.So-
cin.in l. Gallus.§. quidam rectè.nume.9. ff.de li-
ber.& poſthu.conſi. 113. colum.4.volum.1. Dec.
conſi.516.col.4.Cra.conſi.161.nu.9. Rui. conſil.
110.nu.14.conſi.153.nu.3.volum.2. Alba.conſi.
51.nu.14.Tiraquel.in l.boues.§.hoc ſermone.li-
mit.12.nume.5.ff.de uerbo.ſignif.Crot. conſ.58.
nu.28.Natta conſi.531.nu.27.& hoc idem repe-
rio nouiter in hac cauſa tenere Ceph. conſi.196.
nu.10.dicentem quòd ex quo teſtator poſt mor-
tem filię non vocauit filios ſub nomine proprio,
ſed maiorem ætate & eius deſcendentes maſcu-
los uſque in infinitum cum onere ſe nominandi
de domo Cantellorum, dicitur iniunctum fidei-
commiſſum inter filios D. Mariæ Chaterinæ, &
deſcendentes ab eis ordine ſucceſſiuo quòd in
defectum lineæ maſculinæ maioris natu, ſequens
& eius deſcendentes admittantur, & hæc, vt ſub-
dit Cephalus, fuit expreſſa teſtatoris intentio,
quamuis ineptè extenſa fuerit groſſitie ac ſimpli
citate notarij, quæ tamen teſtatori nocere non
debet vt per eum. Quin & ante omnes optimè
deſeruit Ancharano Fulg.conſi.68. vbi legatum
factum maiori natu ex nepotibus in perpetuum
extẽdit ad pronepotes & alios ob illud verbum,
in perpetuum: cum in nepotibus non poſſit eſſe
perpetuitas, ſi de filiis tantùm fratrum intelliga-
mus: ergo debet intelligi de his qui in locum ip
ſorum nepotum cooperantis naturæ beneficio
ſubrogati perpetuitatem conſeruare poſſunt, vt
per eũ: ſic enim dici debet in caſu noſtro, quòd
vocando filium maiorem natu, & omnes filios
maſculos uſque in infinitum debeant uenire ne-
potes, & alij propter id uerbum, in infinitum: cũ
in filiis tantùm non poſſit eſſe infinitas ſed per
ulteriores conſeruetur. Demumq́ue ſequitur il-
lud conſilium Ancharani Roma.conſil. 438. in
quarto dub. ubi caſum noſtrum decidit: uult
enim ſubſtitutionem factam de filio maiore na-
tu Dominæ Corneliæ uerificari in quocumque
alio, qui maior ſit inter filios tempore cedentis
fideicommiſſi, ſicut in illo qui fuerit maior tem-
pore teſtamenti, uel mortis: unde ſic uerificari
debet hoc fideicõmiſſum in Com. Ioanne Ludo
uico qui nunc reperitur maior natu, licèt tempo
52 re teſtamenti non eſſet. † Sed quoniam reuo-
catur in dubium conſilium Ancharani, dignum
eſt & obiecta recenſere, & quid ſuper eis ſentio
proponere: dicebatur ergo primo loco quòd uo
catus ibi fuerat antiquior de domo, conſidera-
ta principaliter agnatione, non autem perſona
non expreſſa; quæ ratio hic ceſſat nullo maiore
natu filio dictæ dominæ tunc extante, qui voca-
ri poſſet, & conſiderata potius proximitate ſan-
guinis quàm agnatione, aliàs non maiorem na-
tu ex filiis dictæ dominæ, ſed maiorem na-
tu de Cantellis uocaſſet. Ego uerò puto caſum
Ancharani ſuamq́ue rationem caſui noſtro ma-
ximè conuenire, nam teſtator ibi uocauit duos
antiquiores de domo & progenie ſua de Calca-
guis, quo ſtante uult Ancharanus fideicom-
miſſum per repudiationem primorum deuolue-
re ad alios duos ſequentes antiquiores de domo
& progenie teſtatoris, quoniam cum nomina
perſonarum fuerint ſuppreſſa, & nomen agna-
tionis fuerit expreſſum, dicitur habita conſide-
ratio ipſius agnationis, non perſonæ: ſed hoc
idem contingit in caſu noſtro, nam teſtator uo-
cauit filium maiorem natu Dominæ Mariæ Cha
terinæ ipſo tamen ſe nominante de domo & ca-
53 ſali de Cantellis. † Quæ dictio tamen, habet
uim taxationis reſpectu uocati, ut not. Guil. &
Angel.in l.nulla.ff.de legi. Alexand. in l.legata
inutiliter.ff.de legat. primo. Ruin. conſilio 74.
numero 17. uolumine ſecundo. ut ſic non fi-
lius ſimpliciter Dominæ Mariæ Chaterinæ, ſed
taxatiuè, qui ſe nominaret de Cantellis. Sciens
enim teſtator quòd filius Dominæ Mariæ Cha-
terinæ futurus eſſet alterius familiæ, & agna-
tionis, ut in eo quoque conſeruaretur familia,
& agnatio ipſius teſtatoris, adhibuit hoc reme-
dium, ut ſe uocaret de illius familia Cantella,
ut in terminis tradit Pariſ. conſilio 19. numero
54 35. uolumi. ſecundo. † & ex illis uerbis pa-
tet quòd nomen perſonæ non fuit expreſſum,
ſed agnationia tantùm ex nominatione domus
& caſalis de Cantellis impoſita uocato ſignan-
ter ordinata ad conſeruandam agnationem, &
eius habita ratione per dictam nominationem,
ut per Crauet.conſilio 113.columna prima. Rui,
conſilio 110. numero 14.uolumine ſecundo. Ri-
pa in l.t.numero 10. C. de pact. Grat. Reſponſ.
quinto. numero 16. uolumine ſecundo.
Pariſ. dicto conſilio 19. numero 35. & in
hac cauſa Cephalus conſilio 196. numero
55 uigeſimo primo. † Nec inde ceſſat habitam
fuiſſe rationem agnationis, quia nullus filio-
rum Dominæ Mariæ Chaterinæ tunc extaret,
ſed eſſent naſcituri, immo uerò retorquetur
hoc, ut inde magis dicatur habita ratio a-
gnationis, ut in caſu ſuo perpendit Ruinus
in

in dicto conſil.110.numero. 14. cum enim ( di-
cit ipſe ) teſtator uocauerit etiam naſcituros,
circa quos non cadit affectio, vt per gloſſ.& do-
ctores in l.qui filiabus. in princip. ff. de legat. 1.
dicitur magis conſideraſſe agnationem , quàm
perſonas quas non expreſſit, meritò ſubdit Rui.
agnationi fauendum eſſe,citans conſiliū Ancha-
rani memoratum: nec ex eo quòd uocauerit ma
iorem natu ex filiis,non autem maiorem natu ex
Cantellis, dicitur conſideraſſe potius proximi-
56 tatem ſanguinis, quàm agnationem. † nam &
in caſu Ancharani vbi vocati fuerant duo anti-
quiores de domo,dicit ipſe quòd cenſetur illud
fideicommiſſum relictum familiæ,in quo proxi-
mi ſucceſſiuè , & gradatim videntur inuitati. l.
cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de legat. 1. & in l.
peto.§.fratre.ff.de legat.ſecundo. vnde ſicut An-
charanus vult habitam fuiſſe conſiderationem
agnationis , cum iſta qualitate ſubintellecta ,
quòd illi antiquiores de domo eſſent de pro-
ximioribus ſanguine coniunctis , ita pariter fe-
cit hic teſtator,nam uocauit filium maiorem na-
tu nominantem ſe de Cantellis , ut denotaret
habuiſſe conſiderationem agnationis ſuæ per di
ctam nominationem de Cantellis circa perſo-
nam proximiorem ſanguine Dominæ Mariæ
Chaterinæ per expreſſionem verbi filium, qua-
re caſus noſter mihi uidetur omnino ſimilis po-
ſito per Ancharanum. Quo verò ad ſecundam
rationem ſuam,quæ mordetur ex eo,quòd onus
iniunctum duobus antiquioribus de domo in
perpetuum dandi frumentum,extenditur ex ne-
ceſſitate ad vlteriores,quia vt concludit Ancha-
ranus,illa perpetuitas conſiſtere non poterat in
duobus primis de progenie, cum duo antiquio-
res uocati perpetuò uiuere non poſſent: at hic o-
nus nominationis de Cantellis iniunctum filio
maiori natu,& deſcendentibus ex eo poterat in
eis in infinitum porrigi,quia progenies primò na
ti poterat durare uſque in finem ſeculi, meritò
non debet ad ſecundogenitum , & eius deſcen-
dentes porrigi , & ſic diuerſa ratio videtur mi-
litare . Dico quòd ſi in hunc vſque diem dura-
ret linea primogeniti Dominæ Mariæ Chateri-
næ procederet obiectum de non porrigendo fi-
deicommiſſo ad lineam ſecundogniti ; quia ceſ-
ſaret neceſſitas id agendi,cum infinitas illa nomi
nationis in linea primogeniti perſeuerante poſ-
ſet verificari : ſed cum ceſſauerit linea primoge-
niti , ſicque ceperit eſſe neceſſarium , quòd fi-
deicommiſſum porrigatur ad lineam ſecundo-
geniti, ut onus nominationis iniunctum in infi-
nitum poſſit adimpleri & exequi,certè iſtud fie-
ri debet ratione neceſſitatis certæ ab initio & ex
poſt ſuperuenientis ſicut in caſu Ancharani fit
57 ratione neceſſitatis certæ ab initio: † idem e-
nim operatur liquidatio ex poſt facto quod pu-
rum ab initio. l. cum teſtamento. C. de teſtam.
ma. Roma. conſil. 388. in fine.& puri & purifica-
ti idem eſt iudicium.l.ſi pupillus. ff. de conditio.
inſtit. l. ſed & ſi de ſua.propè finem.ff.de verbo-
rum obligatio. Ruin. conſil.31. nume.4.volum.
4. Pariſ.conſilio 11. nume.64. volumine 1. Soc.
iun.conſil.113.nume.2.conſil.125. nume. primo,
58 volumine 2. † Et conditio purificata habetur
pro pura.Socin. iun. conſil. 160. numero 73. vo-
lumine ſecundo. quod procedit etiam in mate-
ria ſtricti.Socin.iun.conſil. 35. numero 11.con-
67. numero 58.volumine 1.Cephal.conſi. 272.
numero 60. quare ſic ſubtiliter conſiderando
patet quòd etiam ſecunda ratio Ancharani no-
59 bis deſeruit. † Tertiò conſiderantur in caſu
Ancharani illa verba , duo antiquiores de do-
mo, quæ propriè conueniunt tam primis quàm
vlterioribus : at hic nomen filij magis impedit
extenſionem fieri ad ſequentes , quàm ſi ſolum
nomen maioris natu prolatum fuiſſet, per A-
lexand.conſil.4.colum.3.volumine 4.Alba.con-
ſil.60.nume.5. ſed nec iſta conſideratio me quic-
quam turbat , aut à mea ſententia diuertit :
nam Alexand. & Alba. qui citantur ( vt dici-
tur ) in terminis longè ab eis diſtant: loquuntur
enim quando teſtator vocabat filium maiorem
natu , & extabat nepos ex primogenito , & pa-
truus maior natu qui fuerat filius teſtatoris , li-
cèt ſecundo, vel tertio genitus: dicunt enim pa-
truum præferendum eſſe dicto nepoti quia ille
filius eſt, & maior natu : at nepos licèt aliàs ve-
niret appellatione filij, tamen propter qualita-
tem maioritatis , quæ ſibi non conuenit ſtante
patruo, venire non poteſt appellatione filii : &
bene dicunt in eo caſu : ſed hoc impedimentum
ceſſat in caſu noſtro : Comes enim Ioannes Lu-
douicus inter eos qui deſcenderunt à Domina
Maria Chaterina nunc reperitur maior natu ,
meritò uenire poteſt appellatione filii , prout
60 concedit Alexand. tali caſu loco citato. † Quar
tò dicebatur deciſionem Ancharani ad rem no
ſtram non facere,quoniam vocati fuerant ibi an
tiquiores de domo indefinitè & ſolutè , at hic
verba teſtamenti reſtricta ſunt ad filium Domi-
næ Mariæ Chaterinæ cæteris excluſis per illa
verba, maiorem natu, omnibus aliis filiis, iuxta
nota. per Alexand. conſil. 204. colum. 2. volu-
mine ſecundo. Zanc. in l. hæredes mei. §. cum
ita. nume.237.ff.ad trebel. meritò Comes Ioan.
Ludouicus dudum poſt natus contineri non po-
teſt ſub nomine filii maioris natu. Sed & hic
nodus optimè diſſolui poteſt, nam & in caſu An
charani uocabantur antiquiores de domo reſtri
ctiuè: probatur, nam duo tantùm, non omnes.
rurſus illa verba , de proximioribus , intellige-
bantur ex diſpoſitione iuris,vt ſubdit Anchara.
per l.cum ita.§.in fideicommiſſo: ff. de legat. ſe-
cundo, ibi [ qui ex his proximo gradu ſunt ]
quibus ita ſtantibus manifeſtè patet , quòd illa
verba reſtrictiuè fuerunt poſita, non autem in-
definitè , & ſolutè. † Nam generalis , & in-
61 definita locutio , quæ referri non poteſt niſi ad
aliquos , habet vim nominis proprii & ſingula-
ris,& æquipollet orationi ſpeciali , & ſingulari.
l.2.& ibi not. Doctores,maximè Iaſ. ff. de liber.
& poſthum: vnde vocando duos antiquiores de
domo,qui cenſerentur ex diſpoſitione legis pro-
ximiores , erat perinde ac ſi vocati fuiſſent Pe-
trus , & Martinus, qui tales eſſent, & ſic verba

teſtatoris erant reſtricta, prout & in caſu noſtro ſupponitur,& tamen illis ceſſantibus deuoluit fideicommiſſum ad alios duos,quare pariter idem 62 fieri debet in caſu noſtro. † Quintò dicebatur Ancharanum loqui per verba pluralis numeri de duobus antiquioribus, qui propriè cõueniũt pluribus,hic verò verba ſunt numeri ſingularis, vocando filium maiorem natu,quæ propriè non cõplectuntur plures.c.gaudemus.de diuor. Cor. conſi.52.nu.9.vol.1.Sed hoc confunditur ex doctrina Dec.conſi.321.col.1.vbi loquitur de fideicommiſſo relicto proximiori maſculo de parentela de Puteo,& arguit quòd debeatur ſucceſſiuè proximiori in infinitum ex allegato conſilio Ancharani 27.qui loquitur in plurali de duobus antiquioribus,deinde ad fi. reſpondens illi conſilio non mouetur ex hoc,quia caſus ſuus eſſet in ſin-
63 gulari, caſus verò Ancharani in plurali. † Sed quia caſus ſuus loquebatur de proximiore, hoc eſt vſque ad decimum gradum,vt alibi tradit Ancharanus conſi.94.in quæſtione.quæ proximitas non erat probata.Sed Anch.in d.conſi.27.loquitur de antiquioribus,quæ qualitas nõ erat reſtricta ad decimum gradum : patet ergo non eſſe vim an de filio maiore natu dictum ſit in ſingulari,vel in plurali,ſi diligenter intueamur Decium
64 in d.conſi.321.& rectè quidem, † quia numerus ſingularis verificatur in plurali,quotiens militat eadem ratio in plurali ſicut in ſingulari, vt in l.ſi quis ita.§.1.ff.de teſt tut.Dec.in c.prudentiam.§. adijcimus.col.2.de offi.deleg.Calca. conſi.1.col. 20.at in caſu noſtro ſicut & Anch.d.cõſ.27.tractatur de agnatione conſeruanda mediante nominatione de domo Cantellorum.propterea dicta ratio conſeruandæ agnationis ita militat in quocũque maiore natu deſcendente a D. Maria Chaterina,ſicut in filio ſuo maiore natu, & ſic in pluribus ſicut in uno tantùm : meritò in eis diſpoſitio debet verificari. Et ex his tandem patet Anchar. conſ.27.ſatis abundè fuiſſe defenſatum,& eſſe ſolidiſſimum,iamque diu excogitatum ab illo Iure conſulto famigeratiſſimo D.Bartholomeo Prato Parmenſe,qui ſatius duxit veritatem ſequi conſulendo pro Comite Ludouico huius agentis auo,quàm propriis ciuibus originariis blandiri, cum amicus Socrates, amicus Plato, ſed magis amica veritas eſſe debeat, & omnibus ſemper
65 præualere. † Secundò principaliter confirmatur hæc concluſio ad fauorem Comitis Io.Ludouici ex ſecundo capite ſubſtitutionis, nam teſtator in defectum filij maioris natu & filiorum ſuorum vocauit quemlibet alium filium maſculum ex D. Maria Chaterina vnà cum filiis maſculis ex eo deſcendentibus vſque in infinitum, ita q vocando quemlibet alium filium maſculum filiæ ſuæ,intellexit de Comite Ludouico ſecundogenito: & ſubiiciendo unà cum filijs maſculis ex eo deſcendentibus vſque in infinitum, intellexit de Comite Aſtorio & Comite Ioan. Ludouico nũc agente, qui fuerunt pronepos, & abnepos reſpe-
66 ctiuè teſtatoris: † licèt enim fuerit vſus verbo filiorum,non autem nepotum vel pronepotum, tamen quia diſpoſitio ſua collata fuit in quendam futurum incertum euentum, in quem veriſimiliter poterat dubitari an tunc extarent filii, vel nepotes,aut inferiores,cenſetur teſtator latè intellexiſſe verbum,filiis,vt etiam veniant nepotes & pronepotes & alij inferiores,quia parem uidetur affectionem habuiſſe ad illos,prioribus in gradu non extantibus. Ita tradit Imol.Iaſ. & Alex.in l. Gallus.§.inſtituens.ff.de lib.& poſthu. Alexand. conſi.9.colum.2.uolum.1.conſ.5.nume.10. conſi. 26.colum.1. uolum.3. Rui.conſi.115.nume. 11.cõſi.129.nu.1.volum.3.Cur.iun.conſi.111.num.19. Soc.iun.conſi.146.nume. 4. volum.2. & conſi.1. nume.1.nume.38.volum.3.Cephal.conſi.16.nu-64.conſi. 107.nume. 15. & conſil.242. nume.5.
67 † Confirmatur, nam clarum eſt appellatione filiorum nepotes venire quando conſtat de mente teſtatoris. vt tradit D.meus Rimin. conſi.117. colum. fi.ponderando Bal. in d. §. inſtituens. vt per eum. Idemque Bal. voluit in l. 1. prope finẽ. C.de his qui ante aper.tab. Aret.conſi. 146. poſt med.cum ſimilibus per Cephal.conſi.262.num. 11.ſi ergo teſtator vltra filium maſculum ſecundogenitum,vocauit filios ex eo deſcendentes vſque in infinitum,manifeſtè apparet eum ſenſiſſe de quibuſcumque naſcituris ex eo, ſiue nepotes
68 ſiue pronepotes ſiue poſteriores forent, † cum alioquin illa verba uſque in infinitum non operarentur officium ſuum : quod tamen facere debent,ut per Bal.in rubr.C.de contrah.emp. q.9. & l.ſi quando.ff.de leg.1.cum ſimil.& ad hoc bene conferunt plura,quę tradit Pariſ.conſ.37.col. 4.uol.2.de uerbo,perpetuo,in ſubſtitutione poſito,quod operatur ut omnes deſcendentes comprehendantur,ut per eum: ſic enim propter hoc uerbum in infinitum dici debet,ut de illo ponit
69 in terminis Rui.cõſi.115.nu.11.uol.3. † Nec ſanè tutum eſt dicere quòd appellatione filiorum non ueniant alii deſcendentes propriè, quando diſpoſitio continet onus fideicommiſſi,prout tradit Caſtr.conſi.170.ne in propriis.col.2.Corn. conſi.182.col.3.conſi.199.col.12.uol.2. Cur.cõſi.45.cum ſimilibus per Dec.conſ.95.col 4.conſ. 545.nu.9.Rube.conſ.28.col.1.Roma. conſ.438. colu. fi. Porti. Imol. conſi.11.nume.28.ubi uult quòd appellatione nepotis maioris natu, non veniat pronepos,& de filio vocato cum onere ſe nominandi de familia, quòd veniat vnus tantùm & maior natu. Guid. Pap. q.467.quoniam loquuntur illi de ſubſtitutione filiorum ſimpliciter facta,ſub qua nepotes non continentur : ſed hic magis ultra proceſſit teſtator, quoniam filiæ inſtitutæ ſubſtituit filium ex ea maiorem natu ſe nominantem de Cantellis, & ſi ipſe ſe nollet nominare, ſubſtituit alium filium eiuſque deſcendentes maſculos uſque in infinitum ſe nominantes de Cantellis : quare negari non poteſt hic nepotes, pronepotes & alios inferio-
70 res eſſe ſubſtitutos. † Sed ulterius dato quòd eſſemus in terminis Decij & ſequacium, dico quòd ipſum grauiter reprehendunt mod. Galli. in additio.ad dictum conſil. 95. dicentes, quòd peſſimè loquitur,ibique neptem uenire velut appellatione filiorum cõprehẽſam,& in eadem ſententia

tentia perſiſtunt idem moder.contra Dec.in apo
ſtillis ad eum,conſi.545.Sed longè plenius hoc re
petunt in addi. Alex.conſi.1.vol.1.ſub nu. 12. di-
centes,quòd Dec.in d.conſi.95.nimis impuden-
ter abutitur auctoritatibus doctorum , quos tan-
quam à ſe ſtantes citat, licèt loquantur aliàs in di
71 uerſis,aliàs in oppoſitis terminis. † Certiſque ca
ſibus oſtendunt illi mod.docentque quando ap-
pellatione filiorum veniunt nepotes, vt quando
verbum filii prolatũ fuit in plurali , & in genere,
& in futurum euentum,& agitur de cõmodo ne-
potum,& eis eſt eadem ratio,nec ſequitur abſur-
ditas,& maximè quando uerbum filii, additur ad
augendum,& continuandum gradus ſubſtitutio-
nis, vt in eo caſu vbi ſubſtitnebatur Antonius cũ
filiis: tũc enim ſub verbo filiis, velut ſub verborũ
cõpendio omnes liberi cenſentur inuitati,& hoc
plenins ex multis quotis cõfirmant idem Mod.
72 † qui demum ſubiungunt quòd Dec.rectius con
ſulens communem ſecutus eſt in conſ.391.vbi ſic
tenet & communem teſtatur , numero 5.& con-
cludit hoc indubitanter procedere,quando ver-
ba referuntur ad futurum,quod & hic concurrit
vt mox dixi: cæteraque concurrunt excogitata
per illos Mod.in addi.Alexandri cõſi.1.ſupra me
morato, vbi pro hac ſententia quoque citant Iaſ.
conſi 52.col.3.uolum.3.Bertran.conſilio 196. ui-
ſo conſultationis. uolum. 2. Rube. conſilio 28.
columna 3.conſil.47.præter quos addo Gozad.
73 conſi.4.num.18. † qui copioſè tenet in fideicom-
miſſis appellatione filiorũ venire nepotes & pro-
nepotes,citans infinitos & potiſſimè Alex.conſil.
9.vol.1.qui dicit eſſe comu.Idemque Iaſ.in l.Cal
lus.§.inſtituens, ff.de lib.& poſth.Soc.cõſi.17.uo
lu.4.qui vult quòd etiam ad excluſiooem piæ cau
ſæ comprehendantur nepotes & pronepotes. Et
ita plenius confirmat hanc concluſionem Gozad.
in d.conſil. 4. ut de illa nullatenus dubitandum
74 ſit. † Sed ut clarius eluceſcat,unum ualde ſingula
re non omitto , quòd appellatione filiorum ue-
niunt omnino nepotes,pronepotes,& alii,licèt in
fideicommiſſis uerſemur,quando teſtator reſpe-
xit ad agnationem & familiam ſuam conſeruãdã,
prout hic in toto ſuo teſtamento fecit teſtator , il-
lud percurrendo. Quare materia dicitur eo caſu
fauorabilis, rationabilis , & publicam utilitatem
concurrere.ita tradit in terminis Cur.iu.conſil.
23.nu.15.conſi.111.nu.12.Pariſ.conſi.63.nu. 27.
uolumine ſecundo. Alex.conſi.37.uol.6. Cepha.
conſi.137.nume.40.Ancha.conſi.27.col.3. verſi.
hic autem loquimur. Cama.cõſ. 2.col.1.in fi. Go
zad.cõſ.89.nu.12.Soc.iun.conſil.181. nu.36.cum
ſequent.uol.2.Bero.cõſ.121.nu.10.uol.2. ubi pro
bant hoc ex infinitis & potiſſime quòd in ſacra
ſcriptura Chriſtus uocatus fuit filius Dauid,qui
75 tamen longè ſatis ex eo deſcendit . † Præterea &
aliud ingenioſum adduco,quod in propoſito po
nit Natta conſi.602.nu.16.quòd enim dicit fidei
commiſſum onus & grauamen continere , meri
toque uelut in materia odioſa appellatione filii
uenire tantùm filios primi gradus , procedit ubi
uerbum poneretur ex parte eorum,qui tenentur
reſtituere fideicommiſſum,quia ſi grauarentur fi
lii ad eius reſtitutionem,poſſet dubitari nunquid
nepotes ad id teneantur, ſed ſecus eſt ubi verbũ
filii , ponitur ex parte eorũ quibus reſtitui debet
fideicõmiſſum: & ſic qui honorantur. Vnde latè
verbum filii uenit accipiendum, ut comprehen-
dat nepotes (licèt corruptè textus Nattæ dicat,
ne comprehendat nepotes)non enim inconuenit
ꝙ vna & eadẽ diſpoſitio ex parte aliquorum ſit fa
uorabilis,& ex parte aliorum ſit odioſa: at in pro
poſito noſtro uerbum filii , poſitum eſt ex parte
honoratorum,ibi unum alium filium &c. & ibi,
hæredem uniuerſalem fecit &c.ergo omnes com
76 prehendi debent ex dicta deciſione Nattæ pul-
cherrima. † Sed ulterius,quòd teſtator in caſu no
ſtro uerbum filium,latius acceperit ſic, ut aptitu
dine poſſet ad deſcendentes referri, clarè demon
ſtratur: nam poſtquam ſubſtituit D. Mariæ Ca-
therinæ filium maſculum ex ea maiorẽ natu,ſub-
iunxit ipſo tamen filio & omnibus ex linea ma-
ſculina filiis maſculis & deſcendentibus uſque in
infinitum ſe nominante uel nominantibus de do
mo & caſali de Cantellis: ſi enim uoluiſſet intelli-
gere de uocatione filii ſtrictè ſumpti ad primum
gradum,nõ erat opus in nominationis onere de
dicta domo facere mentionem de omnibus aliis
filiis & deſcendentibus uſque in infinitum . † Im-
77 mo nec fieri ualidè potuiſſet , cum non uocatus
grauari non poſſit.l.ab eo.C. de fideic. cum ergo
præſumi debeat illud onus fuiſſe ualidè impoſi-
tum cæteris deſcẽdẽtibus, ut potius ualeat quàm
pereat.l.quotiens,la ſeconda ff.de reb.dub.l. quo
tiens.ff.de verb.oblig.gl.in c.Abbate ſanè.de ver
bo.ſigni. Ang.in l.eum debere.ff.de ſer.urb. præ
dio.Soc.conſi.173.col.2.vol.2.Bertran.conſi. 27.
78 nu.9.uol.1. † taliſque præſumptio ſit cæteris for
tior & efficacior,ut per Dec.in capitulo , quoniã
Abbas.col.6.de offi.delega.conſi.14.col.2.Caſtr.
in l.ex imperfecto. .de teſtam. Galli in l.Centu-
rio,ſub nu.101.ff.de uulga.& pup.ſubſtitu. Pariſ.
conſi.88.nu.51 . uol.3.dici debet oneratos quoq;
fuiſſe uocatos ſub illo uerbo filium , latè ſumpto
per teſtatorem:& ita tradit in terminis Rip.in l.1.
C.de pact.nu.10.volens in conditione poſitum
dato ſibi ſubſtituto cum onere deferendi nomen
familiæ teſtatoris cenſeri in diſpoſitione, & uoca-
tum,ſequitur Cephal.conſi.251.nume.84 Quin
& in ſequenti capite ſubſtitutionis adeò clarè cõ
prehenſus reperitur hic Com. Ioa. Ludouicus,ut
uel cœcus id intueri poſſit uel mente contempla
ri,nam teſtator poſt filium maiorem Do. Mariæ
Catherinæ ſe nominare uolentem de Cantellis
uocauit unum alium filium maſculum ſe ſemper
nominantem in ætate maiorem,eiuſque maioris
in ætate nominantis deſcendentes maſculos uſ-
que in infinitum nominantes de dicta domo & ca
ſali ſibi teſtatori hæredes uniuerſales: ſed clarum
eſt Comitem Ludouicum fuiſſe filium D. Mariæ
Catherinæ,& de illo teſtatorem ſenſiſſe , quoniã
uocauit unum alium filium , fuiſſeque maiorem
ætate dictæ Do.Mariæ Catherinæ reſpectiuè ad
eos,quos illa potuiſſet poſtea generare, licèt non
79 generauerit in effectu. † quia opinio teſtatoris
qui cogitauit eam plures ſucceſſiuè poſſe genera-
re,

re,præualere debet ueritati,quæ poſtea contigit
de Comite Ludouico tãtum edito.l.is qui putat.
cum ibi not.ff.de acquir.hære. Deſcendentes au-
tem maſculi vſque in infinitum ex eo fuerunt Co
mes Aſtorius genitor huius Com. Io.Ludouici,
80 & ipſe ſucceſſiuè,nec iſtud negari poteſt;† quia ap
pellatione deſcendentium ueniunt omnes in infi
nitum §.1.in Auth.de hær.ab inteſt.Iacob.de Bel
ui:in Auth.de teſti.fideicom.in fi.Alex.conſ.118.
in fi.vol. 6. Crot.conſi.28.num.8. Vbi dicit quòd
verbum deſcendẽtes habet latam ſignificationẽ,
nec ſalua ratione recti ſermonis reſtringi poteſt
ad filios:& contrarium dicere ſunt quædam cauil
lationes euertentes voluntatẽ teſtatoris,de qua
apertiſſimè conſtat, quæ continent quandam ſub
tilitatem,nõ ueram nec amicam legibus, ſed per-
nicioſam,ex qua ſæpius errari ſolet,vt ibi plenius
per Crotum.ſic ergo patet hunc Comitem Ioan.
Ludouicũ clarè fuiſſe vocatum à teſtatore eo lo-
co,nec aliter dici poſſe, ſi citra paſſionem loqui
81 velimus,ut fieri debet. † Tertiò principaliter ne-
dum verba teſtatoris expreſſa de quibus ſupra
fundant intentionem Com.Io. Ludouici, ſed &
alia,quibus coniecturata mens teſtatoris ad idem
tendens deprehenditur:& quæ ſufficit ac inſpici-
tur in fideicommiſſis.l.cum proponebatur , & ibi
glo.& Doct.ff.de leg.2.Alex.conſi.100.col.1.vo-
lu.4.Iaſ.conſil.103.col.4.volu.2. Soc.iu. conſilio
primo. conſi.110.uolum.3.Pariſ.conſil.37.nu.39.
vol.2. Idq́ue licèt verba non adſint quę fideicom
miſſum inducant,quia nihilominus mentem ma
gis ſpectare debemus.l.cum uirum. C. de fideic.
& eſt tex.egregius,in l.ſi quiſquis mihi,ff.de ver.
ſign. quem citat Iaſ.conſil.154. col. antepen.in fi.
uolum.4.ſequitur Soc.iu.conſi.75.nu.32.volum.
3.Torni.in l.heredes mei. §.cum ita. nu.22.ff ad
trebel.Grat.reſp.31.nu.14.Reſpon.156.nu.43.uo
82 lu.2. † prima enim eſt coniectura, quòd vocauit
filios maſculos ex eo naſcituros excluſa filia. ſecũ
do in eorum defectum eam uocauit, & poſt illã
filios ſuos maſculos,& alios deſcendentes maſcu-
los, & ubi ex dicta filia non extarent aliqui filii
maſculi ſed filiæ tãtum, dote quadam eis relicta,
eas excluſit ab hæreditate;hæc igitur qualitas ma
ſculinitatis totiens repetita , & excluſio neptum
ab hęreditate ſignanter demonſtrat teſtatorem in
tellexiſſe de filiis in quocunque gradu & in infini
tum,ut expreſſit,prout in ſpecie tradit Iaſ. conſi.
52.col.pen.uol.3.& ſic Comes Io.Ludouicus in-
83 cluditur & uocatus dicitur. † Confirmatur, nam
teſtator habuit ſemper rationem agnationis,quã
tum potuit maſculos præferendo. Caſtr.conſilio
421. quòd iſta mater.col. 2.vol.1.Soc.cõſi.12.pri.
mo dubio. cõſ.61.col.8.circa fi.uol.3.conſi.73.co
lum.1.vol 4.Rom.conſi.16. Cuma.conſi.2. col.1.
Guid.Pap.q.184. Dec.in l.1.C.de pact.cõſ. 270.
nu.3.cõſi.318.conſi.471.col.3.conſi. 480. num. 2.
conſi.546.cõſi.574.nu.6.conſilio 627.nu.8.Goz.
conſi.20.nu.22.conſi.87.nume.15.conſil.89.nu.
8.Ruin.conſi.150.nu.5.vol.2.conſi.141.num.11.
uol.3.Cur.iu.cõſi.1.1.nu.13. Pariſ.conſil.37. nu.
35.cõſi.44.nu.1.uol.2.conſi.66.nu.5.volu.3. Ru-
be.conſi.28.nu.6.conſi.31.nu.11.conſ.120.num.
3.Soc.iu.conſi.114.nu.16.conſ.119.prope finem.
uol.1.cõſi.110.nu.37.uol.3.Cra.conſil.62.col.fin.
cõſi.113.nume.2.cõſi.130.nu.9.Iacob. Nig.in l.1.
nume.35.ff.de offic.eius Hiero. Zanc.in d.§.cum
ita,nu.633.late Ceph.cõſi.137.num.12.vbi citat
ad hoc infinitos & dicit eſſe commu.poſt Cur.iu.
conſil.113. & in l.1.nu.14.C.de pact. qui dicit ita
fuiſſe conſultum per multos celeberrimos Iure-
84 conſultos & iudicatum. † demumque probat Be
ro.cõſi 96.nu.6.cõſil.102.nu.19. conſil.112.nu.19.
uolu.2.& cõſi.188.nume.13.uolu.1.ubi ſignanter
dicit quòd propter familiæ & agnationis conſer
uationem ſæpe à verborum ſignificatione,& na-
tura diſpoſitionis receditur, quia ſemper teſtato-
res præſumuntur uelle agnationes & familias cõ
85 ſeruari debere. † Proceditq́ue ſine controuerſia
talis ratio conſeruandæ agnationis ad inducen-
dum fideicommiſſum,quãdo maſculos diſpoſiti-
ue fuerunt uocati,ut hic.Soc.cõſi. 40. inter conſi-
lia Curtii. Dec.cõſi.371.col.3.conſi.515.in fi.Go-
zad.cõſi.6 .nu.14.Alba.cõſi.51.nume.8. Cephal.
cõſi.137.nu.13.debet igitur Comes Io. Ludoui-
86 cus cenſeri uocatus ex prædictis. † Tantoq́ue ma
gis quoniam teſtator tantiſper inſudauit agnatio
ni conſeruandæ, quòd maſculos ex filia deſcen-
dentes uocari uoluit de familia ſua Cantellorum,
quæ nominatio fuit ordinata non ad alium finẽ,
quàm ad cõſeruationem ſuæ agnationis, ut in ſpe
cie tradit Cra.cõſil.113.col.1. & latius Rui.cõſil.
110.nu.14.uol.2.Demumq́ue Pariſ.cõſi.19.num.
33.uolu.2.ubi præciſè loquitur in filiis maſculis
deſcendentibus ex filiabus ipſius teſtatoris, qua-
87 lis eſt caſus noſter. † dicitq́ue quòd ſciẽs teſtator
quòd tales filii erãt alterius familiæ, & agnatio-
nis.§.finali.Inſti.de pa.pot.ut etiam in illis fami-
lia & agnatio ſua conſeruaretur , adhibuit reme-
dium,ut ita demum uenirent,ſi ſe uocarent de e-
ius familia,& agnatione,& ſi aſſumerent eius ar-
ma per quos actus eius familia & agnatio cõſer-
uabatur,unde conſequenter tale præceptum to-
tum tendit ad cõſeruandam memoriam & hono-
rem teſtatoris.& hoc conſilium Pariſii ualde præ
ciſum in terminis noſtris, ſicut aliàs in hac cauſa
perpendi,ita nunc ego reperii quòd illud allegat
Cephal.in hac cauſa conſulẽs conſil.196. nu.21.
88 † Quibus ut aliquid addam memoratu dignum,
non omitto quòd per hanc coniecturam Ripa di
cit in l.1.nu.10.C.de pact.ſe reſpondiſſe quòd fi-
lii maſculi in conditione poſiti cenſentur uocati,
ſi deficiente linea maſculorum ſit alius ſubſtitu-
tus cum onere deferendi nomen & arma familiæ
ipſius teſtatoris,quia tunc apparet teſtatorem vo
luiſſe æternam facere familiam ſuam, & cum præ
dictis etiam concordat Grat. reſpon. 5.numero
16.uol.2.ubi dicit in terminis noſtris unum ſin-
gulare,quòd ſi nepotes maſculi ex filiabus nõ eſ-
ſent grauati caſu quo decederent ſine filiis maſcu
lis,utique ad fœminas & quod peius eſt ad peni-
tus extraneos potuiſſent bona peruenire , prout
in caſu noſtro peruenerunt;& ſic uoluntas teſta-
89 toris non ſortiretur effectum. † & hanc illationẽ
pariter facit Graue.d.conſi.113. & clarius conſil.
130.nume.6.ubi dicit quòd ſi teſtator bona inter
maſculos

maſculos conſeruari voluit, neceſſe eſt dicere ꝙ
liberi inter ſe mutuò & inuicem cenſeantur ſub-
ſtituti, quia aliàs filiæ admitti poſſent contra ver
ba teſtamenti, & contra mentem, & voluntatem
teſtatoris: & ita quoque conſiderat fideicommiſ-
ſum Cor. conſi. 229. col. fi. uer. tertia via. volu. 3. &
pulchrè Crot. conſ. 58. nu. 27. vbi dicit quòd cum
teſtator uocando proximos, reſpexerit progeniẽ,
videtur uoluiſſe hoc fideicommiſſum eſſe perpe
tuum, & quòd detinetur de proximo in proximũ
ſemper & in omni caſu, ideo debent admitti nati
& concepti poſt mortem teſtatoris, quia aliàs de
facili fideicommiſſum expirare poſſet: † & ex ra
90 tione conſeruandæ agnationis expreſſa vel præ-
ſumpta fideicommiſſum extenditur de caſu ad ca
ſum, & de perſona ad perſonam. Cur. conſi. 75. co
lum. pen. Dec. conſi. 15. Pariſ. conſi. 66. nu. 36. vo-
lum. 3. meritò per eam dicitur vocatus Comes Io
an. Ludouicus. Verum eſt quòd dicebatur ex ad-
uerſo dubitari poſſe, quid inferri poſſet ex ea,
cum reſtringatur ad caſus expreſſos exemplo
prohibitæ alienationis extra familiam expreſ-
ſa ratione, quia voluit teſtator bona conſeruari
in familia, qua non inducitur abſolutum fideicõ-
miſſum ſecundum Soc. in l. qui Romæ. §. cohære-
des. ff. de verborum obliga. Cur. conſi. 43. Alban.
conſi. 54. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui, in fi. ff de
legat. 1. vnde ſi hoc eſt in illa ratione expreſſa, for-
91 tius eſſe debet in hac tacita: † cum ex actibus taci
tis nihil inferatur, niſi quod neceſſariò infertur
ex actu. Barto. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de
itin. actuque. priua. Dec. in ſubſtitutione loquens
92 conſi. 416. col. pen. † Sed tamen hoc dubium tol-
li poteſt, quoniam huiuſmodi ratio agnationis ha
bita, licèt non expreſſa fuerit, pro expreſſa habe-
ri debet ad extẽſionem & dilatationem fideicom
miſſi, cum ſit unica quæ allegari poteſt, ut per gl.
Caſt. Alex. Iaſ. & omnes in l. quamuis. C. de fidei
com. Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. ec
cle. nu. 22. cum ſimilib. per Rip. in l. ſi conſtante,
nu. 65. ff. ſoluto matrim. & latè Cra. in tract. de an
ti. temp. 4. par. nu. 42. & ad hoc eſt in terminis do-
ctrina Gozadini cõſi 59. n. 15. ubi dicit, ꝙ teſtator
vocando maſculos & excludendo filias & alias fœ
minas, hoc fecit fauore agnationis conſeruandæ,
nec alia ratione dicitur motus, taliſque ratio ha-
betur pro expreſſa, quia eſt vnica. Et ultra Goza.
tradit idem pulchrè Soc. in conſi. 181. nu. 36. uol.
2. dicens quòd ratione conſeruandæ agnationis
pari modo uocari debet ultimo loco ſubſtitutus
non natis aliquibus deſcendentibus ex prius uo-
cato, ſicut ſi nati fuiſſent, & ſine deſcendentibus
maſculis deceſſiſſent, cum ſemper uigeat ratio cõ-
ſeruandæ agnationis, & licitum ſit arguere ab vni
ca ratione etiam in diſpoſitione teſtatoris: ſubdit
que Soc. iu. quòd cum agatur de fauore agnatio-
nis, etiam ſi caſus eſſet anbiguus, ei parti adhærẽ
dũ eſſet, ut ſubſtitutio fauore agnationis facta lo-
cum habeat, cum iſtud dicatur benignius, ut ibi
per eum, poſt Signor. & Fulg. quos citat. unde ſic
& in caſu noſtro dici debet, quòd cum Comes
Io. Ludouicus noſter ultimo uel remoto loco ſub
ſtitutus ut deſcendens à ſecundogenito pari mo-
do vocari debeat, dato quòd Comes Vgolinus
& Io. Albericus ſe nominauerint & deinde nulli
alii deſcendentes ex eis maſculi nati fuerint, ſicut
ſi nati fuiſſent & ipſi, vel omnes vſque ad primo-
genitum noluiſſent aut non potuiſſent ſe nomina
re de Cantellis: quia ſemper viget ratio cõſeruan
dæ agnationis. Et ita benignius eſt hanc ſubſtitu-
tionem admittere fauore agnationis, vt inquit
Soc. iunior, qui mirificè caſum noſtrum coadiu-
93 uat, & intentioni Com. Io. Ludouici fauet. † Qui
nimmo plus addi poteſt quòd vbi ratio memora-
ta agnationis tuẽdæ deberet omnino tacita dici,
nec pro expreſſa reputari, nihilominus adhuc ſuf
ficere deberet ad inducẽdum fideicõmiſſum, pro
ut pulchrè tradit Fulgo. cõſi. 15. col. 2. dicẽs quòd
ſicuti rationis unicæ legis ea eſt uirtus ut ubi lo-
cum habet, ibi & legis diſpoſitio pariter in teſta-
mẽtis uoluntatem teſtatoris, atque eius rationem
etiam tacitam inducere fideicommiſſum, ſequi-
tur Iaſ. cõſi. 133. col. 2. vol. 2. Dec. cõſil. 15. col. 2.
conſi. 333. n. 5. cõſi. 372. col. 2. Pet. Ger. de Petra
Sancta ſingu. 7. D. meus Rimi. cõſil. 40. nu. 25. &
pulchrè moder. Galli cõſi. 5. & 6. poſt Alex. cõſil.
21. in fi. uol. 2. cõſi. 34. nu. 8. uolum. 5. conſi. 89. nu
me. 4. volum. 6. Veronen. cõſi. 74. cauſarum ciui-
lium, quicquid ſolus Soc. conſi. 259. uolum. 2. ci-
94 tatus ex aduerſo cõtra ſenſerit. † Nec illi exem-
plo prohibitæ alienationis cum cauſa ſeu ratione
cõſeruãdi bona in familia deferẽdum eſt; quoniã
nõ tantùm cõtinet fideicommiſſum ſecuta aliena
tione, ſed ſimplex & abſolutum in caſum mortis,
licèt alienatio nõ fuerit ſubſecuta: quia talis ratio
adiecta prohibitioni extẽdit uires illius, & facit
ut cõprehendat nepotes & ulteriores, ut pulchre
tradit Crot. in d. §. diui ſub nu. 127. uerſi. aliquan
do & quartò. Ferdi. Loaz. n. 98. ad finem. poſt So
ci. iu. nu. 209. poſt Iaſ. & alios quos citat, & ante ip
ſos Soc. cõſi. 43. col. 1. & 4. uolum. 3. cõſil. 40. col.
pe. & fi. inter cõſilia Curtii cõſi. 251. colum. 4. uo
lum. 2. & in d. §. cohæredes, col. 7. in quarto caſu.
Cur. iu. conſi. 43. col. 4. conſi. 114. nu. 16. conſi. 167.
Dec. conſil. 481. pulchrè D. meus Rimi. cõſil. 185.
nu. 20. & ibidem in apoſtillis dixi. Ceph. cõſ. 137
nu. 11. cõſi. 153. nu. 88. Didac. Conuar. in c. Ray-
naldus. nu. 9. de teſta. Bero. cõſ. 81. cõſi. 88. colum.
2. conſi. 102. nu. 12. uolu. 2. quare patet hanc eſſe
commu. contra Ripam, in d. §. diui. colum. fi. nec
ab ea diſcrepat Alba. in d. conſi. 54. quando prohi
bitio alienationis fuit ualida, & adiecta fuerunt
uerba uſque in infinitum; ut per eum poſt Socin.
in d. §. cohæredes in quarto caſu, & Decium con-
ſi. 481. quæ uerba reperiuntur hic in primò & ſe-
cundo capite ſubſtitutionis; unde res remanet cla
95 ra ad fauorem Comitis Io. Ludouici. † Secunda
cõiectura eſt, nam teſtator inferius dicit ꝙ ſi ali-
quis natus ex filia ſua, & deſcendẽtes ipſius ſe nol
lent nominare de domo & caſali de Cantellis in
perpetuum, tunc & eo caſu eum & eos priuauit
eius hæreditate & inſtitutionibus & ſubſtitutioni
bus prædictis & qualibet earum de eo & eis factis
ut ſupra, cum enim priuatio præſupponat habitũ
l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure, l. decem, ff. de
uerb. oblig. & utrobique not. fateri oportet teſta
torem

torem uolniſſe eos vocare, alioqnin priuari non
poſſent.l.non poteſt videri, ff.de reg.iu.vbi Dec.
96 & Cagnol. †Et quoddatum non eſt, adimi non
poteſt,l.2.§.conditio.ff.de condit.& demonſt.&
ab eo cui datum non eſt adimi non poteſt. Soc.in
l.legatum, n.4.ff.de leg.1.& eſt textus in l.legatū.
ff.de adimen.leg.ſicq́ue Dec.argumentatur conſi.378.col.pen.ver.6.& facit Ceph.conſi. 37.nu.
97 27.& in hac cauſa conſi.196.nu.20.& 24. † Hinc
prohibitus detrahere trebellianicam, neceſſariò
dicitur grauatus vt hæres, vt tradit Soc.iu.conſi.
132.nu.75.volum.1. & clauſula ſine præiudicio,
cum ſit priuatiua præiudicii, neceſſariò venit intelligenda de his, in quibus erat habitus præiudicii, ut inquit idem Soc.iu.conſil.95.nu.64.vol.3.
vnde patet efficaciſſimam reddi dictam coniecturam: quinimmo teſtator hoc expreſſè ſenſit, nam
loquens de primo & ſecundogenito & eorum deſcendentibus inquit, quòd eum & eos priuauit &
priuat hæreditate & inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus & qualibet earum de eo & eis factis vt
ſupra: quibus verbis apparet eum fateri & confir-
98 mare ſe ſuperius eos omnes vocaſſe. † Tertia ſuccedit coniectura, nam teſtator prætulit filios maſculos & alios deſcendentes D. Mariæ Caterinæ
filiæ ſuæ, filiabus ipſius teſtatoris: ergo multo fortius prælati cenſentur dicti maſculi neptibus &
proneptibus ex dicta filia, quales ſunt aduerſariæ & earum ſucceſſores ne ſint melioris cōditionis filiabus teſtatoris proximioribus, argumento
l.ſi viua matre.C.de bon mat.Ita Dec.conſil.15.
col.2.vbi hanc coniecturam euidentem & fortem
appellat, ſicut & efficacem conſi.270.col. 3. verſi.
quartò hoc idem. & fuit Caſtr.conſi.79. caſus iſte
frequenter, in antiquis, aliàs conſil.410.volum.2.
in nouis, ſequitur D.meus Rimi.conſi.223.num.
22.& 27.Rui.conſi.153.nume.2.in fin. uolumi. 2.
99 † Et inquantum dicebatur quòd huic rationi
vel coniecturæ reſpondet Alex.conſil.139.volu.
6.Cur.conſi.63.Rui.conſi.153.volu.2. Cra. conſi.98.conſi.161.in fi.conſi.306. replicando dico q
non ignoro varios varia dixiſſe, vt Alexandrum
230 cupari debet. † Et hæc compendioſa facta D.
Mariæ Chaterinæ de filio primogenito continet
ex intentione teſtatoris fideicommiſſariam ſecū-
dum Bar.in d.l.Centurio.verſ. quæro utrum cō
pendioſa.Ang.conſi.204.Alex.conſi.13.uolum.
4.conſi.165.uolum.5.adeo quòd Bero.conſi.99.
nume.5.uolum.2. ſubſtitutionem factam poſt
mortem alicuius ſimpliciter fideicommiſſariam
appellat.quod ſaltem uerum puto ut Do. Maria
Chaterina poſt aditam hæreditatem decedens
cenſeatur grauata per fideicommiſſum reſtitue-
re primogenito: talique caſu compendioſam in
fideicommiſſariam reſolutam cenſeri,& ut de fi-
deicommiſſaria iudicari,ut not.Barto.in l. hære-
des mei.§.cum ita.colum.fi.ff.ad Treb.Alex.con
ſi.1.colum.pe.uolum.1. Dec.conſ.238.num.3.
231 † Quibus ita ſtantibus infero quòd illa quali-
tas mortis D.Mariæ Chaterinæ expreſſa in pri-
ma ſubſtitutione primogeniti,debet intelligi re-
petita in ſecunda ſubſtitutione ſecundogeniti fi-
liorum & deſcendentium ſuorum uſque in infi-
nitum per doctrinam Dec.conſi. 227. nume. 3.
ubi uult quòd ſicut prior ſubſtitutio facta fuit
uulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum,
ſic & poſterior facta cēſeatur: quia qualitas ſub-
ſtitutionis facta primo inſtituto, uidetur in ſecū
da locum habere,arg. l. 1.C.de impub.& bonus
tex.in l.fundum inſtructum.ff.de fund.inſtr.Tan
toque magis quia ſicut in caſu ſuo Decius conſi-
derat dictionem,ut ſupra,repetitiuam præceden
tium,poſitam in ultima ſubſtitutione, pariter in
caſu noſtro reperitur ibi [ & ipſo tali filio & hæ-
rede ut ſupra inſtituto nolente &c. quemlibet
alium filium hæredem uniuerſalem ut ſupra fe-
cit &c.] & ſic in ſecunda ſubſtitutione uirtute di-
ctionis repetitiuæ debet illa qualitas mortis D.
Mariæ Chaterinæ cenſeri repetita, ſicut ſecun-
dogenitus & deſcendentes ſui dicantur compen-
dioſè ſubſtituti,& per conſequens per fideicom-
232 miſſum ſicut primogenitus. † Secundò confir-
matur quia teſtator D.Mariæ Chaterinæ ſubſti-
tuit primogenitum ſe nominantem,& eo ſe non
nominante ſecundogenitum cum ſuis deſcendē
tibus,& ſic iſtas duas ſubſtitutiones uniuit: er-
go altera aſſumit ſibi de natura alterius. l.qui pa
tri.ff.de acquir.hæred.tradit Soc.conſi. 249. col.
6.uerſi. tertia eſt.uolam. 2. & Pariſ. conſi.18.nu.
28.uolum.2. ut ſicut prima facta fuit Do. Mariæ
Chaterinæ decedenti,pariter & ſecunda ſub eo-
233 dem mortis conditione facta dicatur. † Tertiò
comprobatur, quia teſtator dixit [ quemlibet
alium filium una cum filijs ſuis maſculis ex eo de
ſcendentibus uſque in infinitum in loco dicti fi-

lij maſculi maioris etatis hæredem vniuerſalem
fecit ] ſi ergo vocatos in ſecunda ſubſtitutione
in loco primogeniti vocati in prima ſubſtitutio-
ne ſubrogauit, vtique illi ſapere debent naturam
illius, in cuius loco ſubrogati ſunt. l. ſi eum §. qui
iniuriarum. ff. ſi quis caut. & ita dici debent ſub-
ſtituti compendioſè, & ſubinde per fideicommiſ
234 ſum, quemadmodum fuit primogenitus. † Ad
aliud demum quòd ſubſtitutio dicatur facta per
verba merè ciuilia, quæ fideicommiſſariam non
continent, licèt addito verbo communi, reſpon-
detur & pulchrè illud non habere locum ſtante
clauſula codicillari, de qua in hoc teſtamento cō
cepta per verba in futurum, ibi [ & ſi iure teſta-
menti valere & tenere non poteſt aut non poſſet
ſiue non poterunt valeant & valere debeant iure
codicillorum] cuius clauſulæ ſic conceptæ ea vis
eſt, & energia, quòd ſubſtitutio facta per uerba
directa trahitur ad fideicommiſſum : ita voluit
eleganter Bal. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. &
pupil. fuitque ſuum nouum dictum, prout refert
Ang. ibi, ſequunturque Caſtr. Imol. Iaſon & A-
lex. dicētes hoc perpetuò menti tenendum eſſe:
cum attenta communi forma teſtatorum, in qua
ſemper apponi conſueuit clauſula codicillaris,
ceſſabunt opiniones arduæ, de quibus in l. Cen-
turio. ff. eo. idemque tradit Alex. conſi. 51. & con-
ſi. 201. vol. 6. Cur. iu. conſ. 48. nu. 6. Dec. conſ. 431.
235 circa fi. & in d. l. precibus : † vbi plures alios
ego cumulaui, nume. 422. cum ſeq. vbi ſignanter
dico id procedere ſiue clauſula dicat, ſi non vale
bit iure teſtamenti, ſed etiam ſi poſita ſit cum ali-
quo termino extenſiuo in futurum, ſicut eſt ver-
bum poteſt : veluti ſi non poteſt valere iure teſta
menti, vt per Bar. in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. &
Conſtantium Rogerium in tract. ſubſtitu. in ma-
teria compendioſæ, cap. 4 nume. 47. quod hic ad
unguem fuit dictum. Immo fortius quia poſitum
fuit verbum non poteſt, non poſſet, ſiue non po-
terunt vt ſupra retuli, & cum prædictis etiam re-
ſidet Paul. Leonius Iuriſcō. grauiſſimus & Excel
lentiſſimi Principis noſtri conſiliarius meritiſſi-
mus in tract. ſubſtitu. in materia compendioſæ,
236 nume. 379. † Et nedum procedit hæc concluſio
in compendioſa facta verbis directis, cui ſit adie
cta clauſula codicillaris modo prædicto, uerum
etiam in ſola vulgari, quicquid dixerit Dec. cō-
ſi. 205. in fi. & alij quos præter eum cumulaui in
d. l. precibus. nume. 448. quoniam hoc tenet Soc.
conſi. 6. volum. 3. Gallia. in d. l. Centurio. nume.
65. Grat. reſp. 8. uolum. 2. Ioa. Duran. de arte te-
ſtan. tit. 5. caut. 29. Catel. Cotta lib. memorialiū
ſuorum, in ver. ſubſtitutio directa. Cur. iu. in d. l.
precibus. nu. 55. Mātua lect. 1. nu. 82. & ſecunda,
num. 125. & ibi ſecutus ſum. nume. 449. poſt præ
dictos. & poſt Pariſ. conſi. 45. nu. 53. volum. 2. qui
dicit hanc eſſe magis communem contra Dec.
237 † pro qua Ripa in d. l. Centurio. nume. 84. pul-
cherrimam rationem adducit : nam teſtator au-
diendo publicationem ſeu vulgarem expoſitio-
nem & declarationem huius clauſulæ, ſatis intel
ligit cum notario cæteriſque præſentibus quid
importet in ſui generalitate, videlicèt quod pro-
uidet in præſenti, & in futurum caſum quo teſta-
mentum annulletur, licet in ſpecie non intelli-
gat ipſe cum alijs omnes cauſas quibus poteſt an
nullari : vnde hæc clauſula debet operari contra
omnes nullitates, contra quas uerſimiliter pro-
uidiſſet, ſi de illis in ſpecie cogitaſſet, prout eſt quod
adita hæreditate ſubſtitutio directa quæ valere
potuit debeat corruere, neque ſubſtitutus etiam
iure fideicommiſſi admitti : veriſimile eſt enim
quòd de hoc caſu prouidiſſet, ſi de illo cogitaſſet
in ſpecie, meritò ex hac ratione hæc clauſula co-
dicillaris operari debet : ita pulchrè Ripa in d. l.
Centurio. poſt Aret. conſi. fi. colum. fi. vnde hoc
excerpſit, & mirificè notandum eſt in propoſito
238 noſtro. † Non enim recurri debet ad illud refu
gium Bar. in l. 1. q. 6. ff. de iure cod. dicētis quòd
talis clauſula velut appoſita ex ſtilo notariorum,
& magis ex eorum conſuetudine quàm quòd te
ſtator deliberet quid importet, nihil operari de-
beat : ſi quidem non deſunt infiniti qui paſſim
damnant Bart. dicentes quòd immo apponatur
ex intentione teſtatorum, & ſic in dubio cenſe-
tur appoſita, ut per Imol. in l. filio præterito. col.
11. ff. de lib. & poſth. Abb. in c. quod tranſlatio-
nem. de offic. dele. Alex. conſ. 1. colum. 9. uolum.
5. conſi. 53. uol. 7. Dec. in l. ſemper in ſtipulatio-
nibus. ff. de reg. iur. conſ. 490. colum. pen. latè Ri
pa in d. l. Centurio. nu. 80. Capiti. deciſ. 159. nu.
42. Bero. conſi. 16. nume. 22. uolum. 2. latè Didac.
Couuar. in ſuis Epitom. ſecundæ par. rub. de te
239 ſta. nume. 14. † Immo uerò cum talis clauſula
notoriè conſueta ſit, notarius poteſt eam appone
re, licèt teſtator eum non rogauerit, immo nec
uirtutem eius intelligat. Barb. in d. c. quod tran-
ſlationem. Alex. conſi. 1. col. 6. uol. 1. Soc. conſ. 93.
colum. 6. uolum. 4. Dec. in l. ut liberis. colum. 3.
C. de colla. Craue. conſi. 75. nume. 4. Nunc ad
quintum fundamentum deuenio de præceſſori-
bus Com. Io. Ludouici, qui ſe non nominarunt
de Cantellis : ideo cum eis ſpernentibus præce-
ptum teſtatoris excludi debet, & dico quòd iſta
nec facto nec iuri conueniunt : nam quod attinet
ad Com. Ludouicum huius auum, ſi conſilium
fieri fecit per Excellent. Pratum pro obtinenda
hac hæreditate, qui nam certior actus nomina-
tionis ab eo fieri potuiſſet? cū enim fuerit actus
congruus, & ualde pertinens ad dictam nomina
tionem, illum conſtituit in quaſi poſſeſſione di-
240 ctæ nominationis. † Sicuti dicitur de actu per
patrem celebrato, qui filio congruit : nam eum
conſtituit in quaſi poſſeſſione filiationis, ut tradit
Bar. in l. 1. §. item per contrarium. ff. de lib. agno.
Anch. in c. ſi epiſcopus. de ſent. exco. cum ſimili-
bus per Dec. in c. per tuas, nume. 9. de prob. latè
Pariſ. conſi. 10. nume. 50. & 53. & conſ. 13. colum.
2. uolum. 2. Sed præter illud conſilium obtentū,
teſtes omnes examinati dicunt & ipſum & Com.
Aſtorium & Antonium filios ſuos ſemper dum
uixerunt ſe nominaſſe, & nominatos fuiſſe de
Cantellis ex cauſa prætenſionis & conſequendi
hanc hæreditatem, quibus omnimoda fides eſt
adhibenda, ut uiris, & illuſtribus, & grauibus, &
optimam cognitionem de prædictis habētibus,
Nec

Nec quicquam faciunt inſtrumẽta quædam adi
tionis hæreditatis, cõſtitutionis procuratorum,
tenutæ,& id genus, quas faciũt Comes Aſtorius
& Antonius, vti filij Com. Ludouici,& ſubinde
mortuo Com. Aſtorio aditio hæreditatis facta
per hunc Comitem tunc pupillum, vti filium di-
cti Com. Aſtorij medio matris ſuæ tutricis teſta
mentariæ,& tutoris Attiliani, in quibus inſtru-
mentis prædicti de Manfredis appellantur, non
autem de Cantellis: namque cum tractaretur,
de bonis Comitis Antonij ſenioris, & ſubinde
Com. Aſtorij ſitis Ferrariæ & in eius territorio,
ac Romandiola conſequendis, ſatis impertinens
241 fuiſſet nominatio Cantellæ domus: † ſicut di-
citur de preteritione & exhæredatione, quæ ſunt
impertinens in extraneo. l. non putauit. §. in ado
ptionem. ff. de contra tab. l. quidam cum filium.
& ibi Iaſ. ff. de verb. obl. dixi in l. poſthumo. C. de
bon. poſſ. contra tab. nu. 350. & in l. ſi emancipa-
ti. nume. 88. C. de colla. ad quid enim ſe nomina-
re de Cantellis pro conſequendis bonis & hære-
ditate Manfredorum? Accedit quòd D. Vgoli-
nus teſtator poſt D. Mariam Chaterinam voca-
uit illius filios & deſcendentes in bonis & hære-
ditate ipſius teſtatoris ſe nominantes de eius do
mo: ſi verò id non facerent eos priuauit hæredi
242 tate ipſius teſtatoris. † cum ergo onus dictæ no
minationis limitatum fuerit, & coarctatum ad
bona ipſius teſtatoris. limitatum debet effectum
producere. l. in agris. ff. de acquir. rer. domini. vt
ita demum eius defectus noceat, ſi de illis bonis
agatur, non autem ſi de aliis, prout agebatur in
allegatis inſtrumentis, quia de diuerſis ad di-
uerſa non fit illatio. l. Papinianus exuli. de
243 mino. † Nec quicquam confert ad caſum
noſtrum Cra. conſi. 134. nume. 17. quòd contra
non producentem inſtrumenta fit præſumptio,
quòd faciant aduerſus eum: loquitur enim quã
do conſtat illum habere penes ſe inſtrumenta, vt
de capitulo librum habente, in quo ſcribuntur
capellæ,& aliæ res ad ipſum capitulum pertinen
tes: at hic non apparet Com. Ioa. Ludouicum
habere penes ſe aliqua inſtrumenta de hac hære
ditate tractantia, in quibus præceſſores ſui non
244 ſe nominauerint de Cantellis. † Quòd ſi volu
mus præſumere eum habere & ex eorum nõ pro
ductione præſumere, quòd faciant aduerſus eũ,
incidimus in manifeſtum abſurdum, quia non
datur præſumptio præſumptionis, hoc eſt quòd
ex vna præſumptione alia ſuboriatur & reſultet,
ſicut etiam non datur fictio fictionis. Bar. & alij,
in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuca. & ſic ius nõ
patitur quòd ex vna præſumptione reſultet & ſe
quatur alia ad præiudicium alterius. l. cum de in
debito. ff. de proba. cum ſimilibus: ex quibus ita
ſignanter concludit Bero. conſi. 169. ad fi. uol. 2.
Nec aſſentire poſſum ilationi, quòd ubi pater &
auus ſpreuiſſent præceptum teſtatoris, excludi
deberet Com. Io. Ludouicus: talis enim non fuit
intentio teſtatoris, ſed contraria prout probatur
ibi [ſi aliquis natus ex ipſa D. teſtatoris filia ſe
nollet & deſcendentes ipſius ſe nominare nollẽt
de domo & caſali vt ſupra in perpetuũ] nam pre
ſuppoſuit quòd vno nolente ſe nominare, deſcẽ
dentes ſui poſſent id facere ſi vellent: alioqui ſi
ſtatim illo nolente illi fuiſſent excluſi, fruſtra no-
luntas eorum fuiſſet requiſita, quia etiam ſi vo-
luiſſent ſe nominare non potuiſſent. Accedit 9
teſtator ſubiunxit [tunc eum & eos priuauit hæ
reditate & inſtitutionibus & ſubſtitutionibus de
eo & eis factis] uolens dicere quòd ſucceſſiuè
& gradatim, eum & eos vocatum & vocatos pri
uabat, quando ille nollet, vel illi nollent ſe nomi
nare: & ita ſingulariter eos conſiderauit in ad-
mittendo & priuando. Quod etiam confirmatur
ex dictione in perpetuum, nominatim adiectà:
quoniam perpetua nominatio de dicta domo ve
rificari non poſſet, nec perpetuari ſi ſtatim uno
ſe non nominante cæteri poſteriores eſſent ex-
245 cluſi. † Prætereà non video quomodo Comes
Ludouicus Com. Aſtorius & Antonius dici poſ
ſint noluiſſe ſe nominare de Cantellis, quia ſi ex
preſſè non conſtet de eorum conditione, quòd
noluerint ſe ita nominare, excludi non debue-
runt: illa enim uerba ſi nollet, ſeu nolente ſe no
minare, exponuntur ſi fuerit in mora ſe nominã
di, hoc eſt quia requiſiti denegauerint ſe velle
nominare de Cantellis, ſed non apparet umquã
eos fuiſſe requiſitos, nec ipſos denegauiſſe: ergo
pro nolentibus haberi non debuerunt. Et ita for
maliter arguit in ſimili caſu Bero. conſi. 101. nu.
7. vol. 1. meritò tanto minus excluſus dici poteſt
Com. Io. Ludouicus, & obiectum ceſſat omnino.
246 † Sed in quantum dicebatur hunc Comitem,
velut hæredem patris hæredis Com. Ludouicũ
contravenire non poſſe diſpoſitis per Com. An-
tonium, cõſiderandum eſt in primis, ne ſine fun
damento fiat ædificium: namque in teſtamento
Com. Antonij nullibi fit mentio nominatim de
bonis Do. Vgolini Cantelli, ſed de bonis ipſius
Com. Antonij D. Mariæ Chaterinæ, & matris
ſuæ, deinde ſub generalitate de alia quacumque
ſucceſſione, vel legato & de omnibus & ſingulis
bonis relictis Com. Vgolino: non tamen adijcit
per D. Vgolinum teſtatorem de Cantellis. Quo
ſtante cum dictus Comes Vgolinus eſſet habitu
rus bona teſtatoris, ſequitur quòd ſub illo gra-
uamine & prohibitione iniuncta Com. Ludoui-
co per dictum Comitem Antonium de non pe-
tendo quicquam ab ipſo Com. Vgolino fratre
ſuo, non veniunt dicta bona D. Vgolini Cantel-
li, poſtquàm de illis nominatim non fuit dictum
ſed ſub generalitate tantùm quadam verborum
locutus fuit Com. Antonius. l. ſequens quæſtio.
& ibi not. Bar. & omnes. ff. de leg. 2. l. cohæredi. §.
cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. Ang. conſil. 287.
pro clariori. colum. 2. conſi. 307. teſtator de Ve-
rona. in vltimis verbis. Alex. conſi. 20. pondera-
tis. colum. 3. volum. 3. Cor. conſi. 228. volum. 4.
Soc. iu. conſi. 72. nume. 62. volum. 1. & hæc etiã
fuit una reſponſio tradita per excellẽtiſ. Leoniũ,
247 qui conſuluit in hac cauſa. † Sed vlterius ſecũ-
do loco, eſto ſine ueri præiudicio quòd Com.
Antonius loqueretur de bonis D. Vgolini Can-
telli debet animaduerti circa deciſionem Io. An
dreę citatam ſupra, nume. 34. quòd contrarium,
tenet

tenet Bal. conſi. incip. Vannes Procardi, quem
refert & ſequitur Alex. in d. §. duo fratres. nu. 30.
& latius confirmat Rui. conſi. 137. nume. 9. & cō-
ſi. 138. volum. 2. & vltra Caſtrenſis conſ. 188. quia
dubia. uolum. 1. ponit clauſulam contrauentio-
nis amplam: & tamen non vult eſſe remiſſum fi-
deicommiſſum, ſequitur Goza. conſi. 36. colum.
248 ſi. Rlpa in dicto §. duo fratres. nume. 46. † & ubi
clauſula non continet remiſſionem fideicommiſ-
ſi, non operatur vltra contenta in inſtrumento,
ſed ad expreſſa tantùm reſtringitur, vt inquit
Rui. in d. conſi. 137. nume. 16. & regulari debet
ſecundum naturam actus in quo ponitur, vt per
Aquenſ. in d. §. duo fratres. nume. 11. poſt Bal. in
l. cum quis. C. de cond. ob cauſam. prætereà Ioa.
Andreæ loquitur adiectis illis verbis, quæ dici
vel excogitari poſſit, quæ nō reperiuntur in hoc
teſtamento, ſicut nec in caſu Ruini d. conſi. 138.
249 vt ipſe perpendit. † Et ad illud de data faculta-
te alienandi, conſiderandum eſt id negari poſſe,
vt in terminis tradit Rui. in d. conſi. 138. ſub nu-
me. 7. volum. 2. quia vult quòd licèt verbum ple-
num & liberum æquipolleant. l. fideicommiſſa.
§. quamquam. ff. de leg. 3. tamen fallit, ſi ſubiecta
materia aliud ſuadeat, & prout non patitur quā-
dò talia verba proferuntur circa rem ſubiectam
reſtitutioni. l. Iulianus. §. ſi. ff. de rei uend. l. gene-
raliter. §. 1. ff. qui & a quibus, & vt ibi latius p eū.
250 † Secundò dato ſed non conceſſo quòd inde
diceretur data facultas alienandi, nihilominus,
vt inquit Bar. in d. 8. q. ea nihil operatur ſi aliena
tio non ſequatur. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib.
mod. plg. vnde Caſtr. conſi. 92. colum. 2. in anti-
quis, & Rom. conſil. 403. in princip. clarè dicunt
quòd data licentia alienandi, non cenſetur renū
tiatum fideicommiſſo, ſi alienatio non eſt ſecuta.
251 † Quin & aliud longè præſtantibus, & ſingula
rius perpendi debet, quòd talis permiſſio alienā
di debet intelligi de alienatione hominis & non
legis, ſicut in caſu econuerſo, prohibita aliena-
tione cenſetur prohibita alienatio hominis, non
autem legis. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2.
vbi probatur ſecundum communem intellectū,
de quo Bar. ibi, & in l. peto. §. fratre. eo. tit. & in l.
ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. quòd prohi-
bita alienatione extra familiam, non prohibetur
qui non eſt de familia ſuccedere ab inteſtato in
re prohibita alienari: & hoc quia in illum non
dicitur facta alienatio à prohibito, ſed a lege. l. 3.
§. de illo. & ibi Bart. ff. pro ſoc. unde patet quòd
alienatio legis non continetur in diſpoſitione fa
ciente mentionem de alienatione, quia illi non
poſſunt verba conuenire, ex quo perſona cui con
ceditur, vel prohibetur alienatio, non alienat ſed
252 lex. l. 4. §. tollens. ff. de dam. infe. † Quinimmo
vbi etiam inſtitueretur ille, qui erat ab inteſtato
ſucceſſurus, ſicut non diceretur factum contra
prohibitionem alienationis ſecundum gl. in l. pa
ter. §. Iulianus Agrippa. ff. de leg. 3. Imol. & Mod.
in d. §. ea lege. ita pariter permiſſa alienatio non
diceretur magis alienatio facta in inſtitutione,
quàm ſi ille ſucceſſiſſet ab inteſtato, quia dicere-
tur expreſſio facta eius quod tacitè inerat, quæ
nihil operatur, & ideo ſicuti ſi venientes ab inte-
ſtato ita ſucceſſiſſent, non poſſent ſe excuſare, ne-
que tueri a reſtitutione fideicommiſſi, quia ad il
los perueniſſent bona ex diſpoſitione legis, &
non per alienationem hominis; ita nec ſe excu-
ſare poſſunt, quamuis ſint inſtituti, nec ex tali in
ſtitutione dicūtur bona alienata, quia dicta alie-
natio facta eo modo quo inerat, nihil quantum
ad hoc de quo agitur debet operari, ita pulcher-
rimè declarat Rui. conſi. 92. nume. 28. volum. 3.
quam deciſionem caſui noſtro applicando dico,
quòd cum bona D. Vgolini Cantelli peruene-
rint ad Com. Vgolinum primogenitum D. Ma-
riæ Chaterinæ, deinde Comes Vgolinus inſti-
tuerit Com. Io. Albericum eius filium, non dici-
tur in eum facta alienatio, cum eſſet ſucceſſurus
ab inteſtato, quod & de filiabus ſuis dici poteſt,
quæ ſucceſſerunt defuncto dicto Com. Io. Albe-
rico earum fratre in pupillari ętate. meritò ſequi
tur non dici remiſſum fideicommiſſum, non ſe-
253 cuta alienatione modo prædicto. † Tertiò poſi
to quòd facta diceretur alienatio per Com. Vgo
linum ſic inſtituendo, tamen inde nō diceretur
alienatio talis inducta, quæ ſufficeret & operare
tur ad diminutionem fideicommiſſi, ſeu quòd
poſſeſſores inquietari non poſſent, ex quo non
facta fuit ſpecialis & expreſſa mentio in inſti-
tutione, quòd fieret de bonis hęreditariis ſu-
biectis fideicommiſſo Domini Vgolini Cantel-
li, vt ſingulariter tradit Cuma. in l. Titius. ff.
ad Treb. per text. in auth. nunc autem. C. de ſe-
cund. nup. vbi videmus quòd illa lucra nuptia-
lia per ſimplicem inſtitutionem, non cenſentur
ſublata filijs, niſi de ipſis in inſtitutione facta ſit
expreſſa mentio: unde ſic & in rebus fideicom-
254 miſſo ſubiectis uult Cuman. † Quare poſito,
ꝙ ſecuta diceretur alienatio, quia tamen inuali-
da fuiſſet, hoc eſt non facta legitimo modo, pro
non ſecuta deberet reputari, prout ſic arguit Ro
ma. conſi. 403. in princip. facit l. 1. §. & quidem. ff.
quod cuius. uni. no. Deciſ. Neap. 366. nume. 10.
quòd paria ſunt quid non eſſe, & eſſe nullum,
poſt Alex. conſi. 77. uolum. 3. & ex prędictis non
eſſet opus reſpondere motiuo de Comite Io. Lu
douico patris hærede & illo Comitis Antonii,
qui non poteſt ob id contrauenire diſpoſitioni,
ſuæ teſtamentariæ. d. l. cum à matre. C. de rei uē-
dic. Fui. conſi. 67. Alba conſ. 73. quoniam ſi non
ſecuta fuit alienatio, uel ſi facta fuit, inualida
fuit, neutro caſu nocet uocatis in conſequendis
rebus fideicommiſſo ſubiectis a poſſeſſoribus,
& per conſequens non obſtat dicta lex, cum a
matre, quoniam locum habet in alienatione tā-
tùm ualida, ſecus in inualida, prout dicit Andr.
de Iſer. in c. imperialem. de proh. alie. per Fed.
in c. 1. §. alienare. qual. olim feud. Soc. conſi. 79.
uol. 4. Compoſt. in c. cauſamque. de reſcri. So-
cin. iu. conſi. 77. nume. 134. uolum. 1. Grammat.
255 dec. 93. nu. 8. † tantoque magis hoc dici debet,
quoniam pariter, & diſpoſitio Com. Antonij
fuit inualida eo reſpectu, quia uoluit bona per-
uenire & remanere liberè Com. Vgolino, cum
tamen ex teſtamento D. Vgolini eſſet onus im-
poſitum

poſitum nominandi ſe de domo & caſali de Can
tellis,nec aliter haberi poſſent : ſi enim voluit re
manere liberè,ergo ſine dicto onere.c.1.de regu
lar.in 6.cum ibi not.per Io.Andr.& in c.cum epi
ſcopus.de offi.ordi.in 6.iuncta expoſitione Ar-
chi.& Io.Andr.in ver.liberè.Sed vt diſputationi
257 ſit locus. † quia diſputando facilius veritas in-
uenitur,iuxt. celebre dictum Archadij in l.mu-
nerum.§.mixta.ff.de mun.& ho.quod etiam reaſ
ſumit Bar.& probat Soc.iu.conſi.128.num.176.
volum.1.immo uerò veritas ſæpius exagitata ma
gis ſplēdeſcit in lucem.c.nec illud,c.iudicantem.
30.q.5.Alex.conſi.51.volum.4.Cur.iu.conſi.116.
Roland.à Valle conſi.6.in prin.volum. 1.poſito
quòd ſecuta fuiſſet alienatio legitimo, & valido
258 modo : † nihilominus dico quòd Comes no-
ſter poſſet illi contrauenire,prout in terminis no
ſtris tradit Rui.cōſi.138.nume.10.volum.2.poſt
Bald.in l.qui ſe patris.C.vnde libe.quem latius
inducit.Et idem tradit Leonius in d.§. duo fra-
tres.ſub nume.314.in 5.caſu.& præter ipſos alio
quoque modo Comiti noſtro conſultum reperi
tur,quem ponit pulchrè D. Saluſtius inter con-
ſilia Caſtrenſis,conſil.197. colum. 2.volum.2.in
nou.volens regulam dictæ l.cum à matre,locum
habere in primo & immediato hærede teſtatoris
non autem in hærede heredis ipſius teſtatoris,de
clarando latius vt ibi per eum : meritò non de-
bet habere locum in Com.Io.Ludouico, qui nō
fuit nec eſt hæres immediatus Comitis Antonij.
259 † Quod etiam comprobatur, nam poſtquam
Com.Antonius prohibuit Comiti Ludouico ni
hil petere de bonis relictis Comiti Vgolino,adie
cit inferius pęnā priuationis partis relictæ ſibi,in-
obſeruāti & cōtrauenięti volūtati ſuæ, meritò ta
lis prohibitio pęnalis facta dicto Com.Ludouico
hæredi ſuo nominatim , non tranſit ad hæredes
hæredis qualis eſt Com.Io.Ludouicus , qui nec
eſt etiam hæres illius,ſed patris immediatus , vt
voluit Bar.conſi.7.Imol.& Aret.in l.ſi quis filiū.
§.fi.ff. de acquir. hæred. Aret.in l. paterfamiliàs
primis tab.ff.de vulga.& pup.ſubſti.Alex. in l.fi.
C.de her.inſt. Dec. in l.qui per ſucceſſionem. nu
me.5.ff.de reg.iur.Tiraq.in tract.le mort.ſais.in
5.decla.2.par.nume.8.& Rui. conſi. 139. nu.22.
260 volum. 5. † nec meo iudicio rationes, quas ad-
ducit Alba conſi.73.citatus ex aduerſo conclu-
dunt in vlteriore hærede,ſed in primo tantùm,
prout de prima patet,quòd hæres cenſetur eadē
perſona cum defuncto.§.1.in Auth. de tri. & ſe.
nam hoc iuris fictione inducitur in perſona pri-
mi hæredis,quia ſuper illa fictione conſiſtit habi
litas,cum immediatè ſuccedat : ſed hoc induci
non debet in tribus perſonis , nec reperitur hoc
iure cautum , quòd hæres hæredis dicatur eſſe
eadem perſona cū primo defuncto propter me-
diam perſonā,quę tollit habilitatem extremorū:
nam eſſet cauſare plures fictiones , quod fieri
non debet.l.1.C.de dot.ita formaliter declarat,
261 ille Saluſt.in dicto conſil. 197. † Præterea tunc
quis dicitur eſſe eadem perſona cum defuncto,
quando quis eſt eius hæres,& agit vt eius hæres.
vt declarat Socinus iunior conſi.77. numero
134.& conſilio 181. nume. 84. volumine primo,
cuius neutrum concurrit, neque verificatur in
caſu noſtro,ſi libellus Com.Ioa.Ludouici videa-
tur.Secunda verò ratio Albæ quòd ex qua per-
ſona quis lucrum ſentit, eius factum præſtare de-
bet,fundata in l.ex qua perſona.ff.de reg.iur.nō
262 conuenit Com.Ioa.Ludouico. † quoniam illa
dictio , ex , denotat cauſam proximam & imme
diatam,Bartol.in l.1.§.ex incendio. ff. de incen.
ru.& nau.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur.at il
le nihil immediatè conſecutus fuit à Comite An
tonio,quinimmo lucrum non eſt ab eo conſecu-
tus, quoniam longè plura bona Parmēſia Com.
Antonius reliquit Comiti Vgolino , quàm Fer-
rariæ uel Romādiolę Com.Ludouico, quorum
Parmenſium velut D.Vgolini teſtatoris, mater-
næ dotis,& ſocrus ita ſucceſſor eſſe poterat Co-
mes Ludouicus ſicut Com. Vgolinus , vnde ſe
ditiorem Comes Vgolinus appellabat vt dicunt
teſtes:quare facta compenſatione bonorum filijs
relictorum Comes Ludouicus non dicitur cepiſ
ſe lucrum ex perſona Com.Antonij , & ſic ceſ-
ſat ratio ſecunda, quæ tollitur etiam : quoniam
hæreditas non obuenerat ad Com. Vgolinum,
& in defectum lineæ ſuæ ad Com. Ludouicum
& ſuam lineam ex prouiſione Com. Antonij,
ſed fato & fortuna hoc eſt ex teſtamento Domi-
ni Vgolini Cantelli : meritò non debet hic Co-
mes Ioa.Ludouicus impediri, ſicque reſpondet
ille D.Saluſtius in dicto conſi. 197. colum. final.
263 † Tertia quoque ratio ipſius Albæ , quòd quē
de euictione tenet actio, eundem agentem repel
lit exceptio, non eſt ſufficiens ad repellendum
hæredem venientem contra factum defuncti ,
prout ſingulariter declarat Rodericus Suarez
in l.quoniam in prioribus , ampli. 7.nume. 10.
C.de inoff.teſt.quia ſi illa eſſet ratio , ſi eſſet ca-
ſus in quo defunctus non teneretur de euictio-
ne ex contractu a ſe celebrato, vt quia fortè em-
ptor ſcienter emit rem alienam, vel ob aliam cau
ſam , tamen hæres eius non poteſt propter hoc
venire contra factum defuncti , nec eius contra-
ctum impugnare, dicta l.cum à matre , ſicque ſi-
gnanter ponderat Fulgoſ. conſil. 67. colum. 2.
quem Roderic.non citat: & ſic apparet quòd ra
tiones Alberic. in dicto conſi. 73. vel non ſunt
idoneæ , vel primo tantùm hæredi conueniunt.
264 † Vlterius quando erat in poteſtate defuncti
relinquere , vel non hæredi ſuo, tunc eſt uerum
hæredem non poſſe venire contra illius factum.
at ſecus quando defunctus tenebatur omnino
hæreditatem hæredi ſuo relinquere , puta voca-
to ad eam per alium teſtatorem : tunc enim hæ-
res illius bene poteſt eius facto contrauenire.
ita Caſtr. conſi. 449. nume.4. volum. 2. Crauet.
conſi. 200. nume. 7. Grammat. deciſ. 93. nume.
12.ubi loquitur in terminis noſtris , in quibus
apparet quòd ſi bona Parmæ fuiſſent apud
Com. Ludouicum, non fuiſſet in eius poteſtate
illa relinquere vel non huic Com. Ioa. Ludoui-
co ſuo nepoti , ſed omnino fuiſſet obligatus ex
teſtamento Domini Vgolini ea relinquere ſibi:
meritò dato quòd Com. Ludouicus approbaſ-
ſet

ſet teſtamentum paternum, nihil impedit quo-
minus hic nepos aduerſus illius factum venire
265 poſſit. † Sed quæſo reuelemus qualis fuerit
hæc approbatio Comitis Ludouici,& cuius effe
ctus,nam certè ad nihilum redigerur. Ille dun-
taxar aſſenſit Com.Vgolino fratri ſuo,quòd vē
dere poſſet quandam poſſeſſionem ſitam in vil-
la Porti diſtrictus Ferrariæ,quod facere non po
terat Com.Vgolinus, niſi in perſonam Com.
Ludouici, & pro libris decem minus pro quoli-
bet centenario,vt in teſtamento Com.Antonij
continetur: ex quo conſenſu licèt dici poſſet ip
ſum Com.Ludouicum approbaſſe dictum teſta
mentum,tamen quia fuit tacita tantùm appro-
bario,tacituſque cõſenſus,ſufficere non deber,
vbi requiritur expreſſus, lux.not.in l.2.§.volũ-
tate.ff.ſol.mat.vbi Bald.Caſtr.Alex. Iaſ.& alij,
266 D.meus Rimi.conſi.82.colum.3.nu.10. † ſed
ulterius vbi ſufficeret tacitus conſenſus, uel ap-
probatio tacita,tamen cum fuerit adhibitus re-
ſpectu dictæ poſſeſſionis Porti,non deber ope-
rari quo ad bona Parmæ relicta Comiti Vgoli-
no,vt per glo.in clem.1.in uerſi.partibus.de ver
bo.ſignif. Caſtr.conſi.25.Roma.conſi.123.Do.
267 meus Rim.conſi.66.num.19. † limitatus enim
conſenſus non capit alios caſus, ſed limitatum
producit effectum l.iubemus. C. ad velle.l. age
cum Geminiano.vbi mod. C.de tranſ. Iaſ. in l.
ſi fundum.nume.20.ff.de leg.1.Pariſ.conſi.18.
n.8.vol.1.conſi.19.n.49.uol.2.cõſ.5.n.8.vol.4.
Tertiò cum poſſeſſio Porti eſſet de bonis & hæ-
reditate Com.Antonij, bona verò Parmæ eſ-
ſent de bonis D.Mariæ Catherinæ,ſeu D.Vgo-
lini patris ſui,cõſēſus Com.Ludouici ſuper illa
poſſeſſione non debet porrigi ad bona Parmæ,
quæ ſunt alterius hæreditatis, vt rradit Pariſ.
268 conſi.49.nume.42.volum.3. † Poſtremò non
obſtant Fulg.conſi.67.& Alba conſi.29. ſupra
citati,nam quo ad Fulg.deber aduerti quòd lo-
quitur quando quis promiſerat omnia & ſingu
la in contractu contenta obſeruare,& non con
trauenire per ſe, vel alium: quæ ſtipulatio ut
ſubdit Fulg. continere uidetur in effectu illud
quod ſtipulatio habere, ideſt per ſe non fieri
quominus habere liceat: at ſtipulatio habere li-
cere non tantùm continet factum promiſſoris,
verum etiam hæredum ſuorum, & non tantùm
ius tunc competens, ſed etiam futurum. Quæ
promiſſio vel obligatio non legitur in teſtamen
to Com. Antonij, meritò Fulgoſius ad rem no
ſtram non facit. Alba verò loquens de vocatis
ad fideicommiſſum qui ei renuntiauerint,quòd
deſcendentes eorum hæredes contrauenire nõ
poſſunt quatenus ſunt hæredes, tolerari poteſt
in deſcendentibus hęredibus immediatis: at in
vlterioribus ſecus,qualis eſt Comes noſter per
269 ſuperius dicta,nu. 258. † quinimmo plus dico
quòd cum D.Vgolinus Cantellus teſtator voca
uerit primogenitum cum ſua linea,& pariter ſe
cundogenitum cum onere ſe nominãdi ſemper
de domo ſua,ſicque dicatur eos vocaſſe nõ vt hę
redes ſimpliciter, ſed vt hæreds ſanguinis, etiã
quòd Com.Antonius fuiſſet de uocatis, & Co-
mes noſter fuiſſet illius hæres proximus, poſſet
cõtrauenire diſpoſitioni dicti Com. Antonij in
petendo fideicommiſſum: moueor ex eo quod
not.gloſſ.in c.1.§.hoc quoque. in uer.inueſtitu-
ræ.de ſucc.feud.quę uult quòd pater alienando
feudum antiquum non præiudicat filio, quomi
nus illud filius poſſit reuocare, quamuis ſit hæ-
res patris: quoniam ut addit Bal.col.2.filius nõ
uenit ut hęres quilibet,ſed iure ſanguinis,quod
eſt immutabile: & idem ſequitur Aluar. in c.1.
§.fi.17.cõclu.quæ fuer.prima cauſa benefi.ami.
demumque Natta hæc ad fideicommiſſum tra-
hens conſi.470.nu.16.unde ceſſant omnino ex
270 aduerſo cõſiderata. † Nunc ad ſextum funda-
mentum deſcendo quod reſpicit recõuentionē
partis aduerſæ fundatam in priuatione bonorũ
relictorum moleſtanti per Com. Antonium in
eius teſtamento,& reſpondeo uanam eſſe iuren-
tionem prædictam: moueor,quoniam priuatio
prædicta bonorum & translatio eorum in pœ-
nam facta,ſtrictè & limitatè prout loquitur intel
ligi debet,nec de caſu ad caſum extendi.l. pater
Seuerinam, & ibi Bar.ff.de cond.& demonſtra.
nam licèt diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu
porrigatur ad alium similē.l.Gallus.§.& quid ſi
tantùm.ff.de lib.& poſthum. tamen Bart.ibi di-
cit hoc locum non habere in legato relicto in
271 pęnam per illum textum. † & idem not. Bald.
in l.cum proponas.colum.fi. C. de hæred. inſti.
ubi dicit,quòd in d.l.pater Seuerinam,fuit tran
ſlatio legati in pęnam facta, & quòd caſus pœ-
nales ſunt ſtricti iuris, & non recipiunt inter-
prætationem extenſiuam,ſeu ſimilitudinariam,
argumēto l.in teſtamēto. la prima.ff.de cond.&
demonſtrat.ſequitur Bero.conſi.15.nume.7.uo-
lum.1.conſi.169.nume.4.& conſi.163.nume.10.
uolum.3.& idem Natta conſi.339.nume. 9. ubi
272 plus addit, † quòd adeò pœnæ ſunt odioſæ,
quòd etiam ſi diſpoſitio legis principalis exten-
datur ex identitate rationis,non tamen extendi-
tur quantum ad pœnam, ut eſt celebre dictum
Ioannis Andr.in c.diſpendia. de reſcr. in 6. ubi
Domi.colum.3.& alij,quos citat Natta: quibus
addo Soc.conſi.275.nume.12.uolum.2. Alci.de
præſump.reg.3.præſump.45. nu. 5. Crauet. de
antiq.tempo.4.part. numer. 88. Cephal. conſi.
216.nume.19.unde Dec.eleganter.conſ.273.po
nit caſum de hoſpitali ſubſtituto hæredi, ſi nol-
let capere cognomē teſtatoris: euenitque quòd
hæres ille teſtatori prædeceſſit, uolebat hoſpi-
tale ſuccedere ex ſubſtitutione, concludit Dec.
ei locum non eſſe: cogitauit enim teſtator
quòd hæres illi ſuperuiueret, & tunc ſi nollet
accipere cognomem ſuum, in pœnam ſubſti-
tuit hoſpitale. Cum ergo præmortuus ſit hæ-
res teſtatori, caſus hic omiſſus remanere de-
bet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſ
ſime.ff.de liber.& poſthum. & locus eſſe debet
ſucceſſioni ab inteſtato, ſubſtitutioque facta de
hoſpitali limitata in pœnam primi hæredis in-
ſtituti, caſu quo diſpoſitionem teſtatoris non
impleret, nullo modo debet habere locum eo
273 præmoriente teſtatori, † quia pœna ſine

fraude eſſe non poteſt. l. aliud eſt fraus, ff.
de verborum ſignificat. & pœna arguit culpam
& delictum. l. ſancimus. C. de pęn. Crauet.
conſi. 4. nume. 23. conſi. 63. numero 9. conſi. 66.
nume. 2. Cephal. conſi. 230. nume. 27. conſi. 242.
nume. 27. quæ culpa non cadit in hærede mo-
riente viuo teſtatore, meritò ſubſtitutio hoſpita
lis facta in pęnam vno caſu, non debet ad alium
extendi: ſed & alium caſum notabilem deter-
minat idem Dec. conſi. 290. fuerat enim factum
legatum 400. florenorum quibuſdam nepoti-
bus, & caſu quo peterent ab hæredibus inſtitu-
tis quoddam prædiũ nominatum in codicillis,
vel aliam rem vltra 400. florenos illis relictos,
eorum legatum teſtator reuocauerat, & illud ec
cleſiæ Crucifixi reliquerat: dicti nepotes mor-
tuo teſtatore dictum prædium petierunt, & con-
ſecuti ſunt contra prohibitionem teſtatoris, le-
gatum verò 400. florenorum non acceptarunt;
inſtabat eccleſia ad illud conſequendum, dicens
illud in eam tranſlatum propter inobſeruantiã
dictorum nepotum: concludit Dec. id eccleſiæ
non deberi, quia tranſlatio illius in pœnam fa-
cta ſtrictè debet intelligi, nec ad alium caſum
extendi. dicta l. pater Seuerinam. meritò cum fa-
cta fuerit in effectu ſub duplici conditione, vi-
delicet ſi dicti nepotes peterent dictum legatum
274 & dictum prædium, † quia dictum fuerat ſi pe
terent prædium vltra 400. florenos, quæ dictio
vltra ſui natura includit. Bart. in l. qui ita. in fi.
ff. de dot. præl. Angel. conſi. 294. Cuman. conſil.
111. ideo implementum vtriuſque conditionis
requirebatur ad purificationem tranſlationis di
cti legati, l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt. vnde
cum dictum legatum 400. florenorum non pe-
tijſſent, ſed prędium tantum, & ſic vtraque con-
ditio purificata non fuiſſet: ideo tranſlatio di-
cti legati 400. florenorum in eccleſiam facta non
dicebatur: & cum Decio vtrobique tranſit, &
reſidet Alba conſi. 97. nume. 41. concludens &
ipſe quòd huiuſmodi pœnæ priuationis adiectę
per teſtatorem ſtrictè debent interpretari, non
autem extendi, etiam ſi agatur de fauore eccle-
ſiæ, vt in caſibus Decii clarè patet. Ex his infe-
rens ad caſum noſtrum dico, quòd cum Comes
Antonius nominauerit Comitem Vgolinum
& Ludouicum filios ſuos, eiſque particulari-
ter multa bona ſeparatim reliquerit, adijciens
quòd ſi alter eorum alteri fratri moleſtiam in-
ferret ſuper bonis ſibi relictis, tunc & his caſi-
bus inferentem moleſtiam alteri fratri priuauit
ſua parte bonorum, quam peruenire voluit ad
alterum fratrem, eaque iure inſtitutionis reli-
querit ei non contrauenienti & obſeruanti. ſe-
quitur quòd talis pœna priuationis, & tranſla-
tio facta in pœnam ſtrictè debet intelligi, nec
275 ad alium caſum extendi. † Quare cum limita-
ta ſit ad filios nominatos ipſius teſtatoris, uide-
licèt ad Vgolinum & Ludouicum, & de illis tan
tum ſemper locutus fuerit, vt denotant illa ver-
ba, alteri fratri, ad alterum fratrem, ſæpius repe
tita, ſicut & illa, tunc & his caſibus, ſui natura
reſtrictiua, vt per Anchara. conſil. 357. & in ca-
ſu ſuo perpendit Dec. in dicto conſilio 290. nu-
mero tertio. & iſte caſus non euenerit quia Co-
mes Ludouicus nihil vnquã petiit à Com. Vgo-
lino dum uixit, nec eum moleſtauit in iſtis bo-
nis Parmæ, nec in alijs. Immo aſſenſit, quòd
Comes Vgolinus uenderet illam poſſeſſionem
Porti, ſequitur quòd extenſio fieri non debet
ad hunc caſum Comitis Ioann. Ludouici peten
tis ab aduerſarijs bona Parmæ, qui non eſt de
276 filijs Com. Antonij. † comprobatur & ſecun-
dò, nam pœna priuationis locum non habet ni-
ſi in caſibus expreſſis. §. optimè. in Authentic. de
non elig. ſecundò nub. ibi [ nec lex eſt tale quid
dicens ] quem ad hoc allegat Bald. in authent.
ex teſtamento, colum. antepenul. C. de ſecun-
dis nupt. gloſſ. in capit. final. de iure patr. quam
ibidem not. Abb. Alexand. conſilio 92. conſil.
212. volumine ſexto, & in l. etiam. §. primo. ff.
ſolut. matrim. Dec. conſilio 90. conſilio 581. co-
lumna quarta. Cozadin. conſilio 47. Pariſ. con-
ſilio 106. columna ſecunda, volumine quarto.
Roland. à Valle conſilio 27. numero 14. uolumi
ne primo. conſilio 86. numero 22. volumine ſe-
cundo. at in teſtamento Com. Antonij non repe
ritur expreſſum de aliqua priuatione bonorum
facta huic Com. Ioan. Ludouico caſu quo pete-
ret hæc bona Parmæ à dictis mulieribus, vel
earum hæredibus: meritò pœna priuationis
277 ceſſare debet. † Tertiò Comes iſte nec hono-
ratus eſt, nec nominatus in teſtamento Com.
Antonij, quia filios inſtituit, nec vltra progreſ
ſus eſt: meritò nec onerari potuiſſet hac priua-
tione, ſi moleſtaret &c. l. ab eo. C. de fideicomm.
Dominus meus Riminald. conſilio 119. nume.
27. quare tanto minus id factum cenſeri debet
à Com. Antonio, nec iſte caſus comprehendi
debet ſub eius teſtamento, qui ab ipſo diſponi
non potuiſſet, vt per Bartol. in l. ſi quis ſub con-
ditione. in fine. ff de conditio. inſtitut. Baldus in
l. final. §. in computatione. C. de iure deliberan.
& ibidem Barb. in apoſtill. Luc. de pen. in l. fina.
C. de exact. trib. libro 10. Dec. in capitul. primo,
ſecunda lectu. in gloſſ. ab omnibus. de conſtitu.
conſilio 504. colum. prima. Crauer. conſi. 106.
nu. 7. Vltimò vana eſt, vt prædixi, hæc intentio
priuationis ſtante ſtatuto noſtro Ferrariæ, ſub
Rubr. Quod non fiat aliq. reddente penitus inca
paces aduerſarios vti forenſes, quod ſeruari de-
bet in dominio excelſi Ducis Ferrarię, vbi bona
ſita ſunt, quæ petuntur ex aduerſo. Bartolus, &
alij in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. Do-
minus meus Riminaldus conſilio 376. nume-
ro 8. & ex his ceſſant contraria, nam poſito
quòd teſtator apponere poſſit pœnam priua-
tionis, & alia de quibus ſupra: tamen id factum
negamus reſpectu Com. Ioann. Ludouici. & vbi
278 factũ fuiſſet non releuaret vt inualidum, † nec
quicquam facit, quòd pœna priuationis com-
minata Com. Ludouico debeat habere locum
in eius filijs, & deſcendentibus. capitulo pri-
mo. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. Alba
conſilio 57. numero decimo octauo, quia a-
gitur ibi de patris delicto, quod nocet filijs,
qui

qui habent eſſe, à patre generante : & ideo
macula paterna aſpergitur, & obeſt eis pa-
terna culpa ; vt tradit Andreæ.de Iſern. in di-
cto capitul.1.colum.1.ſed Com. Ludouicus non
deliquit vllo modo: nihil enim petijt à Com.V-
golino, meritò nec eius deſcendentibus vllo
279 modo præiudicauit. † Supereſt vt ex ordine ca
piam ſeptimum fundamentum ſuper dominio
bonorum Domini Vgolini non probato, cum
lis directa ſit contra tertios poſſeſſores: & in pri
mis conſidero dictum teſtatorem iam centum
annis deceſſiſſe, ſicque nos in antiquis verſari,
vt latè tenent Alexand. & Iaſ. qui communem
teſtatur, in l.cum aliquis. C. de iure deliberand.
Dec.conſil.13. colum.6.Deciſ.Neap. 245.colu.
3.Boer.deciſ. 39.colum. 4. latè Crauet. in dicto
280 tractat.de antiq.tempo.in princip. † at per in-
ſtrumenta antiqua probatur dominium, quo-
niam illis creditur propter antiquitatem, etiam
ſi verba ſint enunciatiua, vt not Bald. in l. cum
aliquis.colum.1.C.de iur.deliberand.Alexand.
conſi.6.colum.fin.volum.1.Sociu.conſil. 39.co-
lum.2.conſi.187.Dec.conſi.428.colum.2. Alba
conſi.64. nume. 21. quæ cum ita ſint ſuccedit in
primis inſtrumētum diuiſionis inter Dominum
Vgolinum teſtatorem dum viuebat, & eius fra-
tres anno 1427. celebratum; in quo deſcripta
ſunt bona quæ ipſi Domino Vgolino contige-
runt, & licèt ab illo tempore vſque ad mortem
fuerint intermedij anni 30: tamen cum propo-
natur eum poſt diuiſionem alia quoque bona
quæſiuiſſe: tanto magis præſumi debet, & alia
conſeruaſſe, quæ ſibi in diuiſione contigerunt,
281 † cum dilapidatio non præſumatur. l. cum de
indebito.ff.de prob.& eorum alienatio ſit, quid
facti, quod non præſumitur niſi probetur. l.in
bello.§.facta.ff.de captiu. & poſtlimit. reuer. &
quoniam ſi ſemel poſſedit, præſumitur vſque ad
tempus mortis poſſediſſe, ex quo mortuus nō ne
gat, & poſſeſſio ſemel apprehenſa non amittitur,
niſi prius animo deſinat poſſidere.l. 3.§. in amit-
tenda.ff.de acquirend.poſſeſſ. & mutatio volun-
tatis non præſumitur.cap.maiores.de Baptiſ.ita
Rota.deciſ.130. Item ſi probat. Butri. in capit.
cum ad ſedem.de reſtit.ſpol. & ibi Abb. colum.
5.Alexand.conſi.33.circa fin. volum. 3. Claud.
Aquenſ.In l. Pomponius, §.fin. ff. de acquirend.
poſſeſſ. Barb.conſi.25.colum.1.volum.4. Natta
loquens in terminis noſtris conſi. 400. nume. 6.
vnde ſi probatur ex inſtrumento prædicto diui-
ſionis Dominum Vgolinum conſecutum fuiſſe,
dicta bona in partem ſuam, ſatis eſt poſito quòd
non probaretur eum illa vſque in tempus mor-
tis poſſediſſe. Secundò accedit quòd anno 1462.
cum quidam Chriſtophorus & Iulianus de Gra
nellis vt fratres & hæredes Leonis ſui fratris prę
tenderent ſe creditores Dominæ Mariæ Cathe-
rinæ vti filiæ & hæredis Domini Vgolini pro fa-
ctoria plurium annorum de certa ſumma, pro-
curator dictæ dominæ præter exceptiones fa-
ctas libello, reconuenit eos ad reddendum ratio
nem adminiſtrationis bonorum Domini Vgo-
lini Cantelli, & ſubinde Dominæ Mariæ Cathe-
rinæ, eamque bona ſigillatim expreſſit & nomi-
nauit dicens quòd Dominus Vgolinus ea tene-
bat & poſſidebat, tenuit & poſſedit vſque ad
eius mortem & ſubinde Domina Maria Cathe-
282 rina: ſicque fuerunt condemnati. † Ea enim
acta, iam centum annis & vltra confecta, pariter
opitulantur ad probandum dominium Domini
Vgolini dictorum bonorum, quæ nunc petun-
tur à Com.Io.Ludouico: probantque acta tam
antiqua, licèt verba fuiſſent enuntiatiua nedum
diſpoſitiua, prout fuerunt, vt in inſtrumentis
tradit Bald.in d.l.cum aliquis.in l.emancipatio-
ne.C.de fide inſtrum.Alexand. conſi. 6. volum.
1. Dec.conſi.428.nume.4. Alba conſi.64. nu.21.
283 † De quibus actis ad inſtrumenta validum eſt
argumentum, cum ſicut inſtrumēta faciunt rem
notoriam ſecundum ſcribentes in l.1.in princip.
ff.de oper.nou.nunc.Pariſ.conſil. 10. nume.70.
volum.1. Dec.conſi.488.colum.1.Roland.à Val
le conſi.4.nume.23. Idem de actis dici ſolet.cap.
final. de coha.cle.& mu. Iaſ. in l. ait prætor.§.ſi
284 damnetur.colum.1.ff.de iur. iurand. † tanto
que magis hæc probatio coadiuuatur, quòd in
illis actis recitantur bona de Panochia, ſicut &
in inſtrumento prædictæ diuiſionis, vnde ſucce-
dit quod in ſimili dicit Caſtr. conſilio 140. ad
habendum. In antiquis, de quibuſdam capi-
tulis in libro contentis verificatis, vt & in alijs
ei ſit ſtandum. ſequitur Angel. Aretin. in §. actio
num. colum. 28. quæſtio. 13. Inſtitut. de actio.
Corn.conſil. 81. volum. 4. Iaſ.in l.admonendi.
nume.128.ff.de iure iurand.Pariſ. conſi. 90.co-
285 lum.2.volum.1.Craue.conſi.198.nume.6. † &
prædictis accedit, quòd iidem fratres poſtmo-
dum anno ſequenti ſatisfecerunt Dominæ Ma-
riæ Catherinæ iuxta contenta in lando, ſic il-
lud factis approbando. l.Paulus.ff.rem rat.hab.
Dec.conſilio 316. conſilio 367. Socin.iun.conſi.
97. nume. 9. volumine ſecundo. & per ſolutio-
nem ad eius formam Specul.in titulo de Sindi.
verſicul.ſed pone. Alexand. conſi. 127. colum.
1.conſil.175.in fine vol.5.Cra. conſi.55.num.5.
Tertiò concurrit quòd Com. Antonius in ſuo
teſtamento reliquit Com.Vgolino filio ſuo pri
mogenito omnia bona ſita in territorio Par-
mæ, quæ ſibi obuenerant vigore dotis Domi-
næ Mariæ Catherinæ coniugis ſuæ, & in eius
286 hæreditate manſerant: † cum enim conſtet
eam fuiſſe hæredem Domini Vgolini Cantel-
li, fateri debemus ea fuiſſe de bonis illius ra-
tione turpis quæſtus euitandi. l. Quintus, ff. de
donat.inter vir. quæ poſtea a Com. Vgolino
deſcenderunt ad manus filiarum ſuarum, &
287 tandem ad aduerſarios gradatim. † Quartò
non omitto quòd Comes Antonius nulla bona
immobilia, vel perexigua Parmæ poſſidebat,
ſed Ferrariæ, & Romandiolæ tantùm, quæ
probari poſſunt ex æſtimis vtriuſque loci: nam
Ferrariæ deſcripta ſunt, Parmæ nequaquam:
ſicque negatiua probatur exhibita ſcriptura,
vbi quid ſcriptum non reperitur, vt tradit Bar-
tol. in l. final. C. de reb. cred. Ioann. Andrę.
in capit. fine poſſeſſione. colum. penul. de regu.

iur.in 6. Aretin.conſi.133.colum. pen. Dec. in l. Iuſtum.C.de edend.conſi.424.nume.19.Cur.iu. conſi.106.D.meus Rim.conſi.6.nume.31. conſi. 61. nume.44. Vnde ſi Comes Vgolinus immenſa bona Parmæ conſecutus fuit à patre ſuo, conſequens eſt ea fuiſſe de bonis ſoceri patris ſui, ſicque D.Vgolini Cantelli,peruentis ad D.Mariam Chaterinam. Quintò concurrunt plures teſtes deponentes de bonis Parmæ per teſtatorem,deinde per Dominam Mariam Chaterinā, poſtea per Com.Vgolinum eius primogenitum poſſeſſis,& quòd ex cauſa fideicommiſſi poſſederunt: item quòd Com. Antonius Manfredus, Dominæ Mariæ Chaterinæ nulla habebat bona in territorio Parmæ,præter iſta, quæ inde deſcēdens relaxauit Comiti Vgolino: ergo bene iuſtificatur iſta probatio eo modo quo potuit.

188 † nam in his antiquis,illa quæ aliàs eſſet ſemiplena probatio & adhuc minor, tamen vim habet plenæ probationis,vt tradit Bertran. conſil. 171. nume. 5.volum.3. & vbi res ſunt multùm antiquæ,difficilis eſt probatio, & vbi cadit difficultas probationis,admittuntur probationes minus integræ.capit.tertiò loco,de prob. l.conſenſu.C.de repud.Corn.conſi.142.volum.3.Hiero. de monte in tract.de fini. reg. capit.50.nume.9.

189 † & per coniecturas.l.filium.ff.de his,qui ſunt ſui.Bart.in l.1.§.fi.ff.de verb.obli. Bald. in auth. quas actiones.C.de ſacr.ſanct.eccleſ. in l. ſi quis hoc genus.C.de epiſ.& cler.Fed. de Sen. conſil. 118.D.meus Rimi.conſi.64.nume.25. conſi.65. nume.13.& in ſumma in materia difficilis probationis,ea recipienda eſt probatio, quæ haberi poteſt.Pariſ. conſi. 67. nume. 19. volum. 3. Et licèt prædicti teſtes de auditu tantùm, non etiam de fama deponant,ſufficiunt propter antiquitatem,

190 quicquid dixerint allegati ſupra,nu.45. † ſi quidem crebrior opi.ſtat in oppoſitum, quòd in factis antiquis ſufficiant teſtes ſimpliciter de auditu deponentes ſine probatione famæ,vt per Bartol.& alios in l.ſi arbiter.ff.de prob. glo. Bart. & alij, in l.2.§.idem Labeo. ff.de aqua plu.arcend. Bar.Cy.& alij, in l.teſtium. C.de teſti.Rui. conſ. 14.nume.8.volum.4. Alex.conſi.187.colum.fin. volum.2.Soc.conſi.205.colum.2. uolum. 2.Iaſ. conſi.128.colum.2.volum.1,conſi.65.colum.pe. volum 3.Soc.iu.conſi.89.nume.15.vol.2.& infiniti,quos cumulat Portius Imol.conſi.39.colu. 3.& 4.ſicque communem teſtatur Aret. in capit. tam literis.col.4.verſi.tertiò hoc confirmatur.de teſti.unde ipſe conſ.37.nume.4.reprehendit Hoſtien. Io.Andræ.& ſequaces,qui uoluerunt unà cum teſtimonio auditus debere concurrere pro-

191 bationem famæ: † nam eorum dictum conuincitur ea ratione, quia ſi ſic eſſet, teſtimonium de auditu parum aut nihil de ſe omnino operaretur; nam fama, & teſtimonium de fama præſupponit uirtualiter in ſe, immo formaliter auditū,& non ſimplicem,ſed maioris partis: unde ſi fama ſemper requireretur, nulla eſſet uirtus teſtimonii de auditu,aut utilitas,præſertim cum in iſtis antiquiſſimis ſola fama ſufficiat: ſed multa iura admittunt pro ſufficienti teſtimonium de auditu, quæ citat Portius in dicto ſuo conſilio: ergo non cauillandò illa,apparet quòd non requiritur probatio famæ: & ideo concludit Aretin. quòd profectò numquam ſibi placuit illa

192 doctrina. † Et licèt des conſilium ad euitandas opinionum auctoritates,ut ſi poſſit probetur publica uox & fama, tamen planum eſt conſilium alterius eum cui datur non neceſſitare,14. quæſtione prima. ca. quod præcipitur. capitul. cum olim. de arbi. explorare namque quis apud ſe ipſum debet,an conſilium ſibi expediat. l.2.§. finali, ff. mand. & exhortatur ille qui dat conſilium: & exhortatio liberam uoluntatem excitat, ut dicitur quarta diſtinctione,in fine.ſequitur Dec.in l. conſilij. in princip.ff. de regul. iur.Sextò ne longius uagemur, accedit confeſſio Comitis Vgolini, de qua deponunt plures teſtes prouectioris ætatis, aſſerentes ipſum dixiſſe quòd licèt Com.Antonius eius genitor ſibi tot bona non reliquerat in territorio Ferrariæ, ac Romandiolæ,tamen habebat tot bona in territorio Parmæ ſibi relicta à Domino Vgolino Cantello auo materno poſt mortem matris ſuæ, ſi uolebat ſe uocare de Cantellis, ut faciebat, quò poterat melius, & honorificentius uiuere

193 Comite Ludouico fratre ſuo. † Quid enim fortius aut apertius propria confeſſione? quæ maior eſt quolibet publico inſtrumento, & quibuſcumque depoſitionibus teſtium.Baldus conſilio 191.proponitur.columna ſecunda.uolumine ſecundo,adeo quòd ubi adeſt confeſſio, ibi eſt relaxatio omnis probationis, ut idem Bald. tradit conſilio 354. quæritur utrum. columna prima,uolumine tertio.ſequitur Crauet.conſil. 61. numero tertio. Dominus meus Riminald. conſilio 300.numero 88.& meritò,quia confeſſio dicitur probatio ſuperlatiua.Baldus in Rub. C.de probatio.doctores in Rubri. eod. titul.extra. Bero.conſilio 161.columna prima. uolumi-

194 mine ſecundo. † Nec ad impugnandam prædictam confeſſionem Com. Vgolini releuant quædam, quæ dicuntur ex aduerſo: primò quòd incidenter emiſſa fuerit & iactatoriè,cum gloriaretur Com. Vgolinus ſe eſſe diuitiem ſicut fratrem, iuxta nota.per Felyn. in capitulo, ſi cautio. de fide inſtrument.il ſecondo, quòd nimis generalis fuerit, & incerta, exprimendo bona in genere tantùm. Crauet. conſilio 157. numero 9.& in tractatu de antiq. tempo.prima parte.§.ampliatur.nume.uigeſimoſexto: Tertiò quòd abſente parte ac nemine recipiente facta fuerit ſecundum Abb.in capitul.final.de ſucceſ.ab inteſt. Fely.in dicto capitulo, ſi cautio. Quartò,quòd teſtes de illa deponentes ſuſpecti ſint, cum non ſit ueriſimile per tantum temporis ſpacium eos meminiſſe præciſè uerborum nihil ad eos pertinentium.Felyn. in capitulo, quia ueriſimile. de præſumptio. Pariſ. conſilio 81. numero vigeſimoquarto, uolumine primo. Quintò quòd de falſo notatur dicta confeſſio, cum conſtet Com. Vgolinum in territorio Parmæ habuiſſe alia bona præter hæreditatem teſtatoris Cantelli aui

ſui

ſui, vt petitam terræ quæ fuit Com. Agolan-
tis de Agiraſio,& alia quædam bona per Com.
Antonium patrem ſuum quæſita, ſibi per eum
295 relicta. † Nam ſigillatim tolli poſſunt: & ad
primum quòd incidenter emiſſa fuerit dicta con
feſſio, reſpondeo, quòd cum cauſam contineat,
nam dicebat Com. Vgolinus ſe ditiorem fratre,
quia conſecutus fuerat omnia bona auita In ter
ritorio Parmæ. Et cum fuerit geminata dicta con
feſſio, quia pluries ab eo facta, & coram diuerſis
repetita, vt deponunt teſtes, vtique probare de-
bet, vt tradit Felyn. in d. cap. ſi cautio. nume. 14.
poſt Roma. in l. nuda. ff. de dona. & hoc idem con
firmat Grat. reſponſ. 81. nume. 47. conſi. 150. nu-
me. 12. volum. 2. Grammar. conſi. 79. nume. 12.
296 in ciuil. † Immo verò tollitur ex hoc erroris
præſumptio: nõ enim præſumitur erronea dicta
confeſſio, ſed ex certa ſcientia, vt concludit ele
ganter Ruin. conſi. 118. nume. 13. volum. ſecun-
297 do. † Quo verò ad iactantiam, ſecundum quã
uerba prolata non ſolent inducere diſpoſitio-
nem. l. final. & ibi Bartol. Caſtr. & alij. ff. de teſta.
Iaſ. in l. ita ſtipulatus. nume. 5. ff. de uerborum
obligatio. dico quòd illud procedit quando tra
ctatur ex eis de quopiam obligando & acquirẽ-
do alteri, ut in caſu d. legis final. & capitul. cum
uenissent. de inſti. de quo per Alexand. & Iaſ. in
dicta l. ita ſtipulatus. at ex confeſſione Vgolini
primogeniti, non agebatur de illo obligando,
nec de alteri quærendo, ſed manifeſtando ſta-
tu ſuo & bonis ſibi relictis ab auo & matre, lo-
quendo cum ſuis amicis, quæ iactationis gratia
non dicebantur, ſed pro ueritate rei: & cum ſæ-
piua id diceret coram diuerſis, & per uerba
de præſenti quòd poſſidebat illa bona prius ab
auo & matre poſſeſſa, & in quibus ſucceſſerat ui-
gore teſtamenti auiti cum illa conditione quòd
de Cantellis ſe uocaret, utique patet quòd deli-
beratè & per modum animi deſtinati dicebatur
ea proferre: ſicque diſpoſitionem inducere de-
bent, ut ex multis in ſimili caſu declarat Pariſ.
298 conſi. 89. colum. 2. uolum. 3. † Tantoque magis
dicta confeſſio debet attendi quòd ex multis a-
diuuatur & uerifimilis redditur: quæ ueriſimili
tudo multum conſideratur in probationibus.
Bald. in l. ſcripturæ. colum. 2. C. de fid. inſtrum.
Innocent. & doctor. in capitul. auditis. de præ-
ſcrip. Dec. conſi. 100. colum. 4. in fin. Boer. conſil.
40. nume. 41. Dominus meus Rimin. conſi. 156.
nume. 14 & conſi. 471. num. 101. Pariſ. conſi. 139.
nume. 7. uolum. 4. Aret. conſi. 9. colum. 2. Craue.
conſi. 61. nume. 9. & in confeſſione tradit Dec.
conſi. 96. colum. 2. nam uidemus ex teſtamento
Do. Vgolini Cantelli primogenitum uocatum
fuiſſe poſt D. Mariam Catherinam, qualis fuit
Com. Vgolinus eiuſdem nominis ſic appelatus
in memoriam teſtatoris, cõcurruntque acta præ
dicta & inſtrumẽtum diuiſionis, & teſtes, de qui-
bus ſupra: quæ ſcripturæ multum coadiuuãt pro
bationem dominij, ſtante temporis antiquitate.
ut tradit Rui. conſi. 14. nume. 8. uolum. 4. ponde
299 rando rationem Baldi in d. l. cum aliquis. † Hæc
enim ueriſimilitudo dicitur cognata naturæ: &
adeò potens eſt, quòd pro lege habetur. Oldra.
conſi. 13. cum quæſtio. in fi. Immo tot ueriſimili-
tudinibus concurrentibus iſtud dicitur plenè &
ſufficienter probari, quia unum ueriſimile addi-
tum pluribus ueriſimilibus inducit plenam pro
bationem. Soc. conſi. 149. col. 7. uol. 1. poſt Bald.
in l. ſi creditoris. anti. lectu. C. de fideic. ſequitur
Cra. conſi. 61. col. fi. ſicut etiam dicitur, quòd ex
pluribus præſumptionibus iudicatur. ca. afferte.
de præſum. Calca. conſi. 61. col. 4. verſ. & ſicut ſo-
liti, & inducitur plena perfectaque probatio In
quacumque cauſa. Marſ. in l. 1. §. idem Cornelio.
nume. 4. ff. de queſtl. Deciſ. Neap. 13. Cra. conſi.
300 275. nume. 11. Cephal. conſi. 297. nume. 7. † &
in his, quæ de facili probari non poſſunt, quia
probationes imperfectæ facillus coniunguntur,
vt per Butr. in c. veniens. il primo, de teſti. Alex.
conſi. 24. colum. fi. uolum. 2. Dec. in c. cum cau-
ſam. colum. pen. de prob. hincque tollitur ſecun-
dum motiuum de cõfeſſione generali & incerta:
nam loquendo de bonis, quæ tenebant auus &
mater in territorio Parmæ, certa ſatis reddeba-
tur ea cõfeſſio per relationem ad perſonas memo
ratas iunctis inſtrumentis & actis, qui nominant
dicta bona: nam certum dicitur per ſe uel per re
lationem ad aliud. l. certum. ff. ſi cer. pet. Pariſ. cõ
ſi. 78. nume. 19. uolum. 1. conſi. 9. nume. 16. uo-
301 lum. 3. † unde Alciat. reſp. 142. nume. 6. dixit
probationem incertã nõ eſſe, quę ſtatim depre-
hẽdi poteſt & ex inſpectione, & ex libratoribus,
302 & ſic aliundè. † Ad tertium uerò, quòd abſente
parte dicta confeſſio proceſſerit, dico quòd ex
quo fuit geminata, probationem inducit, ut tra-
dit Rui. conſi. 128. nume. 13. uolum. 3. rurſus ex
æquitate canonica probare debet, licèt abſente
parte manauerit quicquid de iure ciuili dici poſ
ſet. Butr. & Imol. Gard. Felyn. & alij in dicto ca-
pitul. ſi cautio. Bald. in l. generaliter. C. de non
nume. pecu. quia de dicta æquitate ſola mens ui-
detur ſufficere. Gloſſ. in c. totiens. 2. quæſtio-
ne ſexta. Corn. conſil. 113. nume. 15. uolumi. 1.
Aretin. conſi. 64. Pariſ. conſi. 120. nume. 7. uo-
lumine. 1. quos omnes cumulaui poſt Dominũ
meum Riminald. idem tenentem conſi. 118. nu-
303 me. 16. † Quod ius canonicum Parmæ ſeruari
debet ut Eccleſiæ ſubiecta, ſicut de noſtra ciui-
tate Ferrarię tradit Cardin. conſilio ſecundo. &
Fulgoſ. in l. quid ſit fugitiuus. §. idem Celſus,
304 ff. de ædil. edict. † Ad quartum de non ueri-
ſimili teſtium depoſitione, dico quòd facti
tam notabilis, quòd teſtator filiam uocaſſet, &
ex ea maiorem natu, modò ſe de familia ſua
uocaret, & alios ſubinde bene præſumitur me-
moria retentum, non autem ob temporis lon-
ginquitatem, uelut in flumen Lethus merſum
obliuioni demandatum. cap. cum illorum, de
ſenteut. excommuni. Butri. in capitul. cum ab
excommunicatione. de reſcript. Alexander
in l. peregrè. ff. de acquirenda poſſeſſione: tan-
toque magis, quòd ipſi teſtes non deponunt
de dicta confeſſione per eadem uerba forma-
lia, ſed diuerſa, licèt ad eundem ſcopum
tendentia, quorum primum damnatur,

ut tradit Pariſ.conſi. 83. nume. 31. volumine 1.
305 ſecundum verò nequaquam. † Præterea poſi-
to, quòd illud quod deponunt teſtes non eſſet
veriſimile, tamen cum plures ex eis ſint val-
de fide digni, probare debent, vt per Felyn.
in d.capit.quia veriſimile. quod inquit eſſe ſin-
gulariter notandum.ſequitur Marſ. conſi. 1.nu-
me.73.Ad quintum quòd illa confeſſio falſa fue-
rit,dico quòd inſtrumentum acquiſitionis terræ
a Domino Agolante de Agiraſio, celebratum
fuit anno 1515.19. April.at quo tempore Com.
Vgolinus fecerit dictam confeſſionem non appa
ret, eamque feciſſe poſuit ante dictum inſtru-
mentum, quare ſi aduerſarij volunt eum con-
uincere de falſo,oportet quòd probent eum ſic
306 confeſſum poſt illud inſtrumentum: † quia qui
ſe fundat in tempore,præcisè debet illud proba-
re.glo. Bart.& doct. in l.cum actum. ff. de negoc.
geſt.Bart.& alij in l.non ſolum.§.ſed vt probari.
ff.de nou.oper. nunc. Iaſ. poſt Andræ. Sicul.in
Rubr.C.qui admi.& ibi latius ego dixi, nume.
307 136.citans alios. † Et quo ad alia bona Com.
Antonij relicta Com. Vgolino dico pro reſpon
ſione vera & clara,quòd in dubio confeſſio alicu
ius debet in eius fauorem interpretari. Butr. in
capit.ex literis,il primo.in fin.de ſponſ.Dec.con-
ſi.118.colum.fin.& vt nihil contrarietatis conti-
tineat, vt tradunt Petr. Cyn. & Bald. in l.cum
falſa.in fi.C.de iur.& fac. igno. Crot. conſil.61.
nume.14.conſi.93.nume.15.at Comes Vgolinus
non fuit expreſſè confeſſus nihil habuiſſe Par-
mæ a patre ſuo præter bona matris, & aui, ſed
comparatiuè de illis locutus fuit à patre ſuo ſibi
relictis hæreditatis aui, cum aliis agri Ferrarien
ſis & Romandiolæ relictis fratri ſuo,qui loquen
di modus non excludebat alia bona Parmæ ſibi
308 per patrem relicta: † quoniam incluſio vnius,
non eſt excluſio alterius, quod alia via compre-
hendi poteſt,vt uoluit Salycet.in l. quod de cri-
mine,ſecunda oppoſi. C.de accuſat. Dec.conſil.
11.nu.18.Dominus meus Riminal.conſi.529.nu-
me.26.& ego dixi Inſtit.de dona.in princip.nu-
me. 313. referunt enim teſtes Com. Vgolinum
dixiſſe,dato quòd non habuiſſet bona hæredita
tis Com.Antonij ſui patris,nihilominus habue-
rat omnia Parmenſia : quorum verborum ſen-
ſus non excludit bona paterna ſibi eo loco reli-
cta: voluit enim dicere Com. Vgolinus poſito,
quòd nihil habuiſſem de bonis paternis ( licèt
verè habuerim ) tamen tantum habui Parmæ
de auitis, quòd æquiualent relictis alibi fratri
309 meo. † Vlterius iſta confeſſio Com. Vgolini,
quæ falſa ſupponitur ex eo quòd dixerit, quòd
habuerat omnia bona Parmæ,quæ fuerant Do-
mini Vgolini teſtatoris, cum tamen habuerit,
& alia tum per eum quæſita, tum paterna: nam
verè non ſumus in vniuerſali affirmatiua, quæ
in vno falſa,in totum redditur falſa.l.ſi is qui du-
310 centa.§.vtrum.ff.de reb.dub. † nam licèt vſus
fuerit dictione, omnia, ſua natura vniuerſali.l.
omnia.cum ibi not.ff.ſi certum petat.l. Iulianus.
ff. de legat.tertiò.tamen reſtricta fuit ex illa qua-
litate ſubiecta, [ Quæ fuerunt Domini Vgoli-
ni aui ſui ] verbum enim ſpeciale additum ge-
nerali reſtringit eius ſignificatum, vt per illum
tex.declarat Bar.in l.ſed ſi adijciatur. ff. pro ſoc.
Gozadin.conſi.60.colum.final.Rube. conſi. 50.
colum.penultima Pariſ. conſi. 102. numero 12.
311 volum. 1. † Potius ergo dicuntur duæ oratio-
nes affirmatiuæ ſingulares,quòd Comes Vgoli-
nus haberet omnia bona Domini Vgolini Can
telli, & quòd haberet alia bona per ſe, vel per
partem quæſita, quæ dicuntur orationes ſub-
contrariæ, & quarum natura eſt, vt poſſint eſ-
ſe ſimul veræ, cum oratio non ſumatur ex vni-
uerſo,ſed ex aliquo, quàm quòd dicantur ora-
tiones vniuerſales : tunc enim dicitur oratio
vniuerſalis, quando ſumitur ex vniuerſo non
coarctato, vt contingit in vniuerſali affirmati-
ua.Omnis homo currit,& vniuerſali negatiua,
nullus homo currit: quæ dicuntur orationes re
ctè contrariæ, & quarum natura eſt econuerſo
ad præcedentes quòd non poſſunt eſſe ſimul ve-
ræ: ita pulchrè declarat Caſtr. in dicto §.utrum.
312 columna ſecunda. † Quòd ſi dari poſſet falſi-
tas in dicta confeſſione Com. Vgolini dicentis
quòd habebat omnia bona Domini Vgolini aui
ſui, ea contingere poſſet quando probaretur
ipſum Comi. Vgolinum quædam ex illis bonis
non habuiſſe, & ſic in eodem ſubiecto illa affir-
matiua vniuerſalis, falſa redderetur, prout
exempli gratia, Omnes homines currunt: Pe-
trus autem non currat.at quòd probetur Com.
Vgolinum habuiſſe alia bona aliunde quàm à
Domino Vgolino profecta: non eſt falſificare
eius confeſſionem, quia nulla propoſitio falſa
oſtenditur, niſi per contrarium vel contradi-
ctorium illius oſtenſum eſſe verum: veluti
quando dicimus, Titius & Seius puberes deceſ-
ſerunt, per contrarium interimitur, ſi dicamus,
Titius & Seius puberes non deceſſerunt, vel
per contradictorium ſic dicendo, Seius pubes
non deceſſit, vt exemplificat Bartholomæus
Calepius in dicto.§. vtrum. numero 14. ſtant er-
go ſimul quòd Com.Vgolinus habuerit omnia
bona aui ſui, & habuerit inſuper aliundè bona:
nec vnum aliud conuincat, aut falſum reddat:
quia non verificatur illud vulgatum de duobus
contrarijs in eodem ſubiecto conſiſtentibus,
ſed quid diuerſæ qualitatis potius proponitur,
quod affirmatiuam non vitiat, velut incongruè
313 poſitum, † prout de exceptione dicimus,quæ
debet eſſe de regula, & ſic eiuſdem qualitatis,
vt ſi regula ſit de homine, pariter exceptio fiat
de homine: aliàs non eſt bona, neque congrua,
veluti ſi dicatur, omnis homo currit, niſi aſi-
nus: quia diuerſæ qualitatis eſt, ut per Dyn.
in Rubric.de regul. iur. in ſexto, Bartol. Dec.&
Cagnol.in l.1.ff.eod.& hæc ſatis ſuperque ſint,
314 ad dictam confeſſionem Com.Vgolini. † Qua-
tenus uerò pertinet ad identitatem non proba-
tam per cohærentias antiquas & modernas, re-
ſpondeo ſecundum doctrinam Bartoli in tract.
de teſti.colum.6.verſi.hanc eandem quòd quan-
do uetuſtas non patitur, vt teſtes habeantur de
viſu, ſufficit ſi teſtis dicat, ſe a ſuis audiuiſ-
ſe

ſe antiquis fide dignis, quòd talis fundus, qui
pro fine apponitur, iam fuit Titij: poſtea venit ad
aliū gradatim ſingulos nominando, vſque ad eū
qui nunc eſt poſſeſſor. ſequitur Hiero. de Monte.
in tract. fini. regum. cap. 51. addens etiam Corn.
conſi. 142. uolum. 3. dicentem, quòd probatio
per auditum ſufficit in antiquis memoriam ho-
minum excedentibus, quia probatio per viſum
eſt impoſſibilis: ſed nos in antiquis verſamur
præter annos centum, & teſtes quamplures de-
ponunt de bonis Parmę per teſtatorem poſſeſſis,
deinde per Dominam Mariam Chaterinam, po
ſtea per Com. Vgolinum eius primogenitum, &
quòd ex cauſa fideicommiſſi poſſederunt, & alia
id genus: ergo ſufficere debet talis probatio.
315 † Et ad aliud de inſtrumentis alienationum,
quæ poſſeſſionem Com. Vgolini non probant,
dico ſatis eſſe poſtquàm de illa deponunt omnes
teſtes dicentes, quòd ipſe tenebat, & poſſidebat
dicta bona ad eum peruenta vigore teſtamenti,
& qui erant maioris redditus, & introitus bonis
peruētis ad eius fratrem: ſic enim probatur poſ-
ſeſſio, vt per Bar. & alios in l. ſtipulatio iſta. §. hæc
quoque. ff. de verbor. oblig. Bart. in tract. de teſti.
car. prima. verſic. teſtis dicit. Bald. in l. 1. colum.
fin. C. de ſeru. fug. Alex. conſi. 55. volum. 1. Dec.
conſi. 215. colum. 3. quæſtio. 221. colum. fi. conſi.
252. colum. 2. conſi. 272. colum. 5. Tindar. in trac.
316 de teſti. 2. part. cap. 6. nume. 15. † Sed nec erat
opus probare quòd Com. Vgolinus poſſideret
tempore confeſſionis, cum qui olim poſſedit prę
ſumatur & hodie poſſidere. glo. Bart. & Caſtren.
in l. ſiue poſſidetis. C. de prob. Butr. Abb. & alij
in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. Alex. conſi. 113.
colum. 2. volum. 1. cum ſimilibus ab Alciat. cumu
latis in tract. de præſum. reg. 2. præſum. 21. Et cir-
ca poſſeſſionem de Nuceto præter teſtes ſuper ea
deponentes accedit teſtamētum Com. Vgolini,
in quo reliquit vſumfructum Dominæ Gene-
præ vxori ſuæ omnium, & ſingularum petiarum
terrarum ipſius teſtatoris ſitarum in villa de Pā
nochia, ubi dicebatur eſſe poſſeſſio prædicta ſe-
cundum teſtes, quod arguit ipſum fuiſſe domi-
num & poſſeſſorem dictæ poſſeſſionis, cum de
ſuis non alienis quis regulariter teſtetur. §. diſpo
317 nat. in Auth. de nup. † & à communiter accidē
tibus ſufficiat probationem concludere. gloſſ. &
ibi Bald. in l. cum dotem. C. de iure dot. & in par-
ticulari circa palatium dell'arena, cum D. Vgoli-
nus de illo faciat mentionem in teſtamento & co
dicillis ſuis, quòd in eo habitaret, ſicut & in in-
ſtrumento dationis inſolutum factæ anno 1463.
Dominæ Mariæ Chaterinæ, quòd in eo ipſa ha-
bitaret: patet illud per patrem & filiā poſſeſſum
fuiſſe, prout fit habitando. Bart. in l. ſi duo, §. cæ-
terorum. ff. uti poſſ. Alex. conſi. 51. colum. fi. uol.
1. Dec. conſi. 56. colum. 2. & licèt verba ſint enun
tiatiua, tamen probant ut in antiquis & gemina-
ta. Iaſ. Dec. D. meus Rimi. & alii in l. ex his. C. de
teſt. mi. Crauet. de antiq. temp. in princip. nume.
3. nec recognitio ad aſſictum Com. Antonij ma-
riti Dominæ Mariæ Chaterinæ repugnat, cum
fuerit de domo, non de palatio: quæ diuerſitas
nominis arguit diuerſitatem rei. l. ſi idem. C. de
codicil. ſicut & modica penſio libr. 25. imperia-
lium palatio non correſpondens, vt per Aretin.
conſi. 6. colum. 4. Cagnol. in l. ſemper in ſtipul.
nume. 5. ff. de regul. iur. Hiero. de mont. in tract.
fin. reg. ca. 88. nume. 8. potuit enim Com. Anto-
nius præter palatium conducere illam domum
pro ſuis indigentijs, vt fieri ſolet: & ut locus nota
bilis dictum palatium iuſtificatur ſine alijs con-
finibus, aut cohærentijs, ut per Bartol. in l. de-
monſtratio. nume. 17. ff. de condit. & demonſtra.
Bald. Imol. & cæteri, in l. ſi quis in fundi uocabu
lo. ff. de legat. 1. Dec. in l. ſi teſtamentum. nume. 3.
C. de inſtit. & ſubſtit. Hiero. à mont. d. tract. cap.
22. Quo uerò ad bona de Albaris & Fontaninis
poſſeſſio Com. Vgolini iuſtificatur ex conſtitu-
to per eum poſito in inſtrumento uenditionis,
quam fecit de dictis bonis, cum per illud poſſeſ-
ſio transferatur. l. quod meo. in princip. & ibi
Bartol. & alii, ff. de acquirend. poſſeſſ. l. quædam
mulier, & ibi gloſſ. Bartol. Angel. & alij, ff. de rei
uend. cum ſimilibus per Tiraquel. in tractat. de
conſtitu. in prin. & licèt id procedat quando con
ſtat tempore conſtituti cōſtituentem poſſediſſe,
aliàs ſecus. l. quamuis. §. 1. & ibi gloſſ. Roma. Ale-
xand. Angel. Cuma. Aretin. & Aquenſ. ff. de ac-
quirend. poſſeſſion. Tiraquell. abundè in dicto
tractat. limita. 1. tamen id fallit in antiquis. Soc.
conſi. 187. colum. 5. uerſicul. tertiò probatur. uo-
lum. 2. Dec. conſi. 302. colum. 3. uerſicul. nec ob-
ſtat. Caſtr. conſi. 81. uolum. 2. Marſ. ſingula. 521.
Tiraquel. dicto loco, nume. 19. resque dicitur in
antiquis, licèt circa centum annos, quando non
agitur de graui præiudicio. Crauet. de antiq.
tempo. in princip. nume. 11. prout eſt poſſeſſio.
Mattheſ. nota. 3. Dec. conſil. 56. columna prima.
Supereſt ut ad octauū fundamentum deueniam
318 ſuper alienatione bonorum cauſa dotium: † &
dico hic agi de bonis D. Vgolini teſtatoris aui,
proauique materni reſpectiuè, qui dictas mulie-
res dotare non tenebatur, ut tradunt Glo. Bart.
& doct. in l. fi. C. de dot. promi. Bal. no. in tracta.
dot. 6. par. prin. nu. 16. Rip. in l. 1. nu. 81. ff. ſolut.
mat. qui communem teſtatur: meritò in eis ceſ-
ſat auth. prædicta, res quæ. prout ſignanter ita li-
mitat ibidem Iaſ. nu. 33. tantoque magis cum de
bonis Com. Vgolini tum maternis, ideſt dotis
D. Mariæ Chaterinæ, tum per eum quæſitis, & à
319 patre ſibi relictis dotari potuiſſent. † quo caſu nō
tenetur auus etiam paternus neptes dotare, ſecū
dum Bal. & Sal. in d. l. fi. Bal. in l. pater. cum Glo.
ff. de euict. Aret. conſi. 17. conſideratis. colum. 13.
Iaſ. in d. auth. res quæ. nume. 33. Rube. conſ. 114.
nume. 3. & ideo non debebant apponi manus ad
alia bona Parmæ fideicommiſſo ſubiecta ſecun-
dum Bald. in dictis locis & Rube. conſilio 124.
320 nume. 3. † & particulariter reſpectu Dominæ
Vrſinæ, quæ proponitur filios non habuiſſe,
qui ſolent eſſe reliquiæ matrimonij, cum ex
hoc ceſſauerit cauſa dotis, ceſſare quoque de-
bet alienatio aliàs ob eam petmiſſa: ſicque
quicquid ei datum fuit, ad fideicommiſſa-
rium redire debet, ut tradit pulchrè Baldus

conſi. 72. filia de reſtituendo , volum. 2,quod
adliteram tranſcribit Cor.conſi. 3.colum. 3.uo-
321 lum.3. † Ad aliud verò de lege fin. §. fin. ff. de
leg. 2. propter quam ſtante præſumpta ignoran-
tia hæredis alienantis dicitur alienationes rerũ
retractari non poſſe,ſed Com. Ioa. Ludouicum
agere debere ad pretium contra alienantem dili
gentius,& plenius conſiderandum eſt , ac inſi-
ſtendum: nam in hoc teſtamẽto reperitur prohi
bita alienatio bonorũ expreſſe nedũ quo ad D.
Mariam Chaterinam filiam teſtatoris,ſed paſſim
quo ad alios,licèt hoc negetur : ſed probo,nam
poſt primogenitum vocauit quemlibet alium fi-
lium vnà cum filijs ſuis maſculis ex eo deſcendẽ
tibus vſque in infinitum,legatis & iudicijs ac cõ
ditionibus ipſius teſtatoris infraſcriptis ſemper
ſaluis & exceptis . Quæ verba nihil aliud ſignifi-
cant , niſi quòd quemadmodum filiæ prohibet
alienationem bonorum inferius, ſic & eius filijs
322 & deſcendentibus : † nam id verbum,iudiciis,
latè patet,& vltimam voluntatem inferius deſcri
ptam teſtatoris denotat.l. 3.ff.de teſt.mil.ibi [ ad
impugnanda ſua iudicia ] & nota. Alberic. in di
ctionario ſuo , vnde iure merito Calepinus di-
xit quòd apud Iureconſultos iudicium pluri-
bus modis accipitur,tantoque magis adiectis il-
lis verbis, ac conditionibus : quare dici poteſt
teſtatorem voluiſſe vocare filiam & ſuos deſcen
dentes maſculos cum conditionibus de non alie
nando bona ſibi relicta . ſed vlterius etiam cir-
cumſcriptis dictis verbis, dico prohibitionem a-
lienationis appoſitam Dominæ Mariæ Chateri-
næ latius porrigi ad eius filios & deſcendentes,
323 & in eis locum habere debere : † ſicut enim
quando prohibitio alienationis facta filijs fuit
cum expreſſione cauſæ aptæ comprehendere
ẽt nepotes , puta prohibeo filios meos alienare,
quia volo bona conſeruari in familia , latius ex-
tenditur etiam ad nepotes , velut tealis ex do-
ctrin. Bartol. in l. pater filium. §. fundum. ff. de le-
gat. 3. Rom. conſi. 457. Dec. conſi. 182. Ripa poſt
Moder. in l. filiusfamiliàs. §. diui. nume. 108. ff. de
legat. primo. ita pariter in caſu noſtro , vbi poſt
filiam primogenitum vocauit , & ſubinde ſe-
cundogenitum cum alijs ſuis filijs , & deſcen-
dentibus maſculis vſque in infinitum , cum
ea ſemper conditione , quòd ſe denominari
faciant de domo , & caſali Cantellorum , di-
ci debet prohibitionem alienationis factam fi-
liæ debere in eius filijs & deſcendentibus mi-
litare , cum teſtator inſudauerit in conſeruan-
da familia ſua per omnes partes teſtamenti .
324 † Hac igitur prohibitione alienationis bonorũ
expreſſa ſic ſtante,dicitur diſpoſitionem text. in
d. l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. minimè locum ſibi vendica
re,ſed fideicommiſſarium ad reuocationem bo-
norum alienatorum admitti,non obſtante igno-
rantia acquiſitoris,prout ſignanter voluit Caſtr.
conſi. 17. in cauſa quæ uertitur. col. 10. in antiq.
ſequitur Alex. in l. quidam teſtamento. §. ſi quis
filium. colum. 2. ff. ad Treb. & in l. Marcellus. §.
resque limit. 4. nume. 5. & poſt eum Soc. colum.
1. verſic. quartò non habet. dicens quòd ab hac

opi. non recederet in conſulendo & iudicando,
ibidemque Claud. Aquenſ. colum. 1. verſi. item
circa quartam. Soc. conſi. 49. colum. fi. conſi. 75.
in fi. conſi. 123. colum. pe. volum. 3. & in regula
35. Cor. conſi. 294. colum. 2. volum. 3. Cur. conſi.
88. in fi. Rip. in d. §. diui. nume. 23. & 47. Rui. cõſ.
3. in fi. conſi. 150. colum. fi. volum. 2. & abundè
Rol. à Valle conſi. 81. nume. 17. uolum. 2. qui re-
ſpondet quibuſdam contrariis Ruini in alijs lo-
325 cis. † Sed in terminis terminantibus addo Rui-
num cõſi. 123. nume. 12. volum. 2. qui propriè lo-
quitur in alienatione facta ex cauſa dotis : vult-
que ſtante prohibitione alienationis expreſſa te
ſtatoris bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta
non poſſe alienari ex cauſa dotis, nec habere lo-
cum d. §. fi. vt ibi plenius per eum,quem non trã-
ſcribo,quia videri poteſt : ſed bene vnum aliud
non omitto pulcherrimum & ſingulare, quod ip
ſe Rui. ibidem ſubdit num. 13, poſt Ang. in Auth.
326 de reſti. & ea quæ parit . † inquit enim quòd
ad hoc, ut bona ſubiecta reſtitutioni fideicom-
miſſi poſſint alienari pro dote danda vel reſtituẽ
da,neceſſe eſt quòd obligatio dotis præcedat gra
uamem fideicommiſſi : & ideo ſi filia poſtquam
eſt de reſtituendo grauata, uellet de bonis quæ
ſubiacent reſtitutioni pro ſe dotem conſtituere,
non poſſet , ſed ſi eam promiſerit marito priuſ-
quam eſſet grauata, & poſtmodũ hæres inſtitua-
tur & grauetur, poterit marito promiſſam dotẽ
de illis bonis ſoluere,& idem in filio:quia ſi poſt
quam promiſit uxori donationem propter nu-
ptias fuerit inſtitutus & de reſtituẽdo grauatus,
poteſt de bonis ſubiacentibus fideicommiſſo do
nationem conſtituere:ſed ſi uellet poſtquam in-
ſtitutus eſt & grauatus de illis bonis donationẽ
conſtituere,non poſſet. Et iſtos caſus in dote pa-
riter attingit Alciat. reſp. 555. per totum. at nos
uerſamur in ſecundo caſu,quoniam Com. Vgo-
linus & Do. Maria Chaterina mater ſua longè
prius uocati & grauati fuerunt,quàm dotes con
ſtitutæ fuerint nepotibus: ergo dotes cõſtitui nõ
potuerunt , & hæc eſt realis & uera reſponſio .
327 † Sed & aliam addo quòd cum teſtator uoca-
uerit filios & eorum filios maſculos & deſcendẽ
tes uſque in infinitum, modo ſe uocantes de do-
mo ſua,& ſic iſtud fideicommiſſum fecerit ad cõ
ſeruandam familiam ſuam,ſub hac ſimplici pro-
hibitione alienationis uel expreſſa uel tacita cõ-
prehendi debet alienatio ſecuta ex cauſa dotis
uel alia quauis etiam neceſſaria,quia propter il
lud uerbum,in infinitum,patet de mente teſtato
ris fuiſſe quòd res ad alium numquam debeant
peruenire,prout in ſimili caſu tradit Alex. conſi.
73, colum. fi. volum. 1. & Rui. pulchrè conſil. 147.
328 nume. 13. uolum. 2. † Præterea ubi bona graua
ti non ſunt ſoluendo , neqne ſufficientia ad im-
plendum fideicommiſſum,tunc retractari poteſt
alienatio cum potentius eſſe debeat ius fideicõ-
miſſi,quàm eius, in quem facta fuit alienatio,ex
quo eius cauſa præceſſit: ita Caſtr. conſi. 10. clarũ
eſt. in anti. per tex. ubi dicit eſſe caſum in l. planè
ſi filium, §. qui rogatus, ff. de leg. 2. Soc. cõſi. 49. n.
13. uol. 1. conſi. 75. col. fi. eod. vol. in d. §. tes quæ ,

colum.4.uerſi.tertio. & in Reg.37.uerſicu. limi-
ta illum tex. Iaſ.in d.authen.res quæ. colum.2.li
mit.4.Cor.cõſ.294.uolu,3.Bertac.in tract.de ga-
bel.3.memb.8.par.prin.nu.49.Rui.cõſil.66.col.
3.uol.2.conſi., 46.col.fi,vol.3. Rol. à Valle con-
ſilio 81.nu.16.vol.2.Sed non puto nũc extare bo
na Com.Vgolini,contra quæ poſſet Com.Ioan.
Ludouicus ſibi cõſulere ac ſatisfacere,meritò re-
cta uia debet uẽdicare poſſe iſta ſubiecta fideicõ
329 miſſo D.Vgolini teſtatoris. † Et cum non fuerit
oppoſita exceptio excuſſionis, valet iudiciũ,nec
ulterius opponi poteſt,vt per Cy.& Bal. in l. ex-
ceptionem,C.de prob.cum ſit dilatoria. Bartol.
in l.4.ff.de prob.& ante lit. cõteſt. debeat oppo-
ni.l.ita demũ,C.de procu.& hanc opi,tenet Bar.
in l.prolatam, C.de ſent.Alex.cõſi,73.col.6.vol.
1.Neg.de pigno.primo mem.8.par.num.34. ubi
plus ſubdit,quòd quando opponitur , debet op-
poni ſpecificè & clarè,vt per Alex.cõſi. 29.num.
330 27.uol.7. † Poſtremo nõ prætereo quòd in cal-
ce teſtator uoluit teſtamentum ſuum ualere iure
teſtamenti,codicillorum, donationis cauſa mor-
tis,& cuiuslibet cõtractus & obligationis , quæ
uerba denotant,quòd in euentum fideicommiſſi
bona ſua illi ſuppoſita dicerentur obligata per-
ſonis in eo uocatis,ergo ſequitur quòd Com. Io.
Ludouicus præferri debet in eis dictis mulieri-
bus,quibus aſſignata proponuntur pro dotibus
ſuis:quoniam creditor anterior habens expreſ-
ſam hypothecam præfertur creditori poſteriori,
ut tradit gl,quam Iacob.Butri.Bal.Ang.Sal.& a
lii ſequuntur,in l,aſſiduis,C.qui pot.in pig. hab.
Ang.Aret.in §.fuerat,col.6.Inſtitu.de acti.Cor.
cõſi.182.col.pen.uol.1.& latè Neg.in trac. de pi-
331 gn.4.parte ſecundæ partis,n.100. † Et licèt hęc
hypotheca uocatorum ad fideicommiſſum fue-
rit conditionalis,ueluti pendens ab exiſtentia fi-
deicommiſſi,quæ conditio fortè non euenit niſi
poſt cõſtitutionem dictarum dotium ,tamen ex
quo cõditio fuit caſualis,retro trahi debet ad tẽ-
pus,quo contracta fuit obligatio,& ex ea Com.
Io.Ludouicus præferri debet , l.qui balneum,§.
1.& ibi Bart.l.potior, §.1.ff.qui pot.in pign.hab.
Ang.Alex.& Iaſ.in l.ſi filius. in prin.ff.de uerb.
obligat.cum ſimil.per neguſ.in dicto tracta.ſecũ
332 do membro quintæ partis,nu.9. † Nunc ex ordi
ne deſcendo ad nouum fundamentum de legiti-
ma & trebellianica factum,& reſpectu legitimæ
D.Marię Catherinę filię teſtatoris dico quòd cũ
extarẽt agnati de Cantellis ſi Parmæ uiget ſtatu
tum excluſiuum fœminarum , fruſtra tractatur
de legitima,quia filiæ non debetur,ut latè tradit
Iaſ.in l.ſi quando,in fi.& in authẽtica.nouiſſima,
colum.pen.C.de inoffi.teſta.quam opi. commu-
333 nẽ teſtatur Alci. Reſp.52. † Comprobaturq́ue,
nam cum legitima ſit quota eius , quod quis eſ
ſet habiturus ab inteſtato, ei nõ debetur,qui nõ
ſuccedit ab inteſtato, ut tradũt Bar.Bal. Ang.&
Fulg.in l.Papinianus,§.vnde ſi quis,ff.de inoffi.
teſta. Cur.iu.cõſi.21.nu.11.D.meus Rimi, conſil.
234.nume.5. Si uerò tale ſtatutum nõ extat Par
mæ,tunc in legitimam deberẽt imputari ducati
500.cum aliis ueſtibus,margaritis,iocalibus , &
aliis monilibus relictis in teſtamento patris D.
334 Mariæ Catherinæ, † quoniam in legitimam im-
putãtur quæcunque iudicio teſtatoris capiũtur
quocunque titulo, Bar. Caſtr.Alex.& omnes in
l.in quartam,ff.ad l.fal.vbi Ripa numero 140. &
in reſiduo ( ſi quod eſſet ) ſucceſſiſſet pro rata
cum ſororibus Com.Ludouicus filius naturalis
Com.Vgolini,cuius eſt hæres ab inteſtato Co-
mes hic noſter, unde parum aut nihil talis legiti
335 ma dici poteſt. † Quòd uerò pertinet ad trebel-
lianicam,dico ꝙ fructus percepti in cauſa,cõputã
di ſunt iux.l.qđ de bonis.§.fructus ff.ad leg.falc.
l.mulier, §.ſi hæres, ff. ad Trebellian.aut enim
dicimus hic agi de detractione trebellianicæ ex
perſona Dom.Mariæ Catherinæ filiæ teſtatoris:
& tunc dico,quòd priuilegium filii ſub cõditio-
ne grauati,quòd in quartam ſibi fructus non cõ-
pùtet.l.iubemus,C.eo.non procedit in caſu quo
filius detrahit duas quartas ſecundum Caſtr.in
dicto §.fructus,& in d.l.mulier,§.cum propone-
retur,conſi.188.nu.3.vol.2.in d.l.iubemus,&cla
rius in l.ſcimus in prin.C.de inoffi.teſtam. vbi di
cit quòd ſi eſſet iudex ita iudicaret;idemque tra
dit Cuma.conſ.25.colum.3.q.52.Alex.in d.§.cũ
proponeretur,col.6.conſi.165.in fi.vol.5. conſil.
250.volu.6.Cur.conſil.51.col.12. Iaſ.conſi.231.
nu.2.vol.2.conſi.43.col.fi.vol.3.Dec.conſi. 236.
conſi.489.col.pen.conſi.495.col.fi.Corſet.in tra-
336 cta.de trebel.§.tertio. † & pulchrè Crot.in l.qui
Romæ,§.duo fratres,nu.41.ff.de verb.oblig.mo-
tus ea ratione,quoniam vbicunque filius legiti-
mam & trebellianicam detrahit,trebellianicã de
trahit vt extraneus, ca.Raynutius,de teſta.quod
etiam tradit Rube.conſ.73.nu.12.meritò ſi extra
neus non habens aliam quartam in ea fructus cõ
putat,multo magis filius,qui etiam legitimã ha-
bet,& ſic in alio eſt priuilegiatus , debet fructus
in trebellianicam computare, arg.l.eum qui.ff.
de iureiurando . Et ita dicit Crot.ſe aliquando
cõſuluiſſe,& quòd ſemper cõſuleret,eumq́ue ſe-
quitur ſicut & alios ſupra relatos Ceph. conſilio
337 153.nu.69. † Aut verò dicimus agi de trebellia
nica pertinente ad Com.Ioan.Albericum ſecuti
conſi.Anch.27.quod cẽſeatur relictum fideicõ-
miſſum familiæ ibi[Et ſucceſſiuè proximiores in
telligantur vocati & grauati] & tunc dico quòd
ex quo d.l.iubemus,loquitur in caſu , quo filius
erat grauatus reſtituere alteri deſcẽdẽti,vt appa
ret ex principio illius tex.& fine,dum dicit ꝙ nõ
extendatur ad alias perſonas,vtique locum non
habet quando reſtitutio fieri debet trãſuerſali-
bus,vt in caſu noſtro Com.Io.Ludouico,qui de
ſcẽdit à fratre Com.Vgolini meritò tali caſu fru
ctus debẽt imputari in trebellianicam:ita Cyn.
Rayner.Fran. de Ramp. Alber.Fulg.Cor.& Pe-
trus ibi.Fulg.in auth.qui rogatus,C.ad Trebel.
Cuma.conſ.123.ultimo dubio Alex.in l.in fidei
commiſſaria,ff.ad Treb. & ibidẽ Claud. Aquẽſ.
ubi dicit hanc partem ueriorem & magis com-
munem,Corn.conſi.121.col.penul.uolum.3.ubi
dicit ita Romæ obtentum fuiſſe & iudicatum.
Hancq́ue partem tenet veluti magis communẽ
Pariſ.conſi.21.colum.fi.conſi. 27.colum.4.uol.3.

Rui.cõſi.84.col.4.in prin.vol.3. meritò cum ſine
fructus quamplurium annorum à morte Com.
Ludouici citra, ſine dubio trebellianicam abſor-
338 bent, & extinguũt, vt ei locus eſſe nõ poſſit. † Ad
decimum, quod eſt vltimum fundamentum par-
tis aduerſæ, dico primum, quòd cum rei cautè
nõnunquam proponant recõuẽtiones aduerſus
actorem petentes eum audiri nõ debere ſuper li
te per eum mota, niſi prius præſtita fideiuſſione
de ſtando iuri in cauſa reconuẽrionis, & de ſoluẽ
do quicquid fuerit iudicatum, facilè animaduer-
tentes ipſum eã eo loco præſtare non poſſe, ſicq;
ab agendo repelli, vt hanc cautelam docẽt Ang.
Caſtr. & Alex. in l. filiusfamilias, ff. qui ſatiſ. cog.
Alex. in rub. ff. iud. ſol. in addi. Barto. mirificè no
339 tans, quia de facili poteris euadere iudiciũ. † Ideo
iura talem calumniam ſine remedio nõ prætermi
ſerunt, cum alioquin eſſet impoſſibile euitare ta-
lem calumniam, quin actor ſemper repelleretur,
vt inquit Cyn. in l. actionem, circa finem, C. de
proc. Quare ſtatutum memoratum Parmæ de a-
ctore non audiendo, niſi præſtita fideiuſſione, ve-
nit intelligendum, dum tamen per ipſum præſta
ri poſſit arbitrio boni viri: nõ autem quòd tenea
tur ad impoſſibile, prout declarat Cy. ibi. Idque
præter eum tradit Imola, in l. cum nõ facilè, ff. ſi
cui pluſquam per l. fal. & Alex. conſi. 57. colum.
fi. volum. 3. ea ratione moti, quia ſtatutum nõ de
bet inducere obligationem ad impoſſibile, l. im-
poſſibilium, ff. de reg. iur. vnde ſufficit, vt illi di-
340 cunt, iuratoriam cautionem præſtare. † Et licet
ea non contentetur dictum ſtatutum, tamen ca-
ſum noſtrum non offendit: nam conſidero quòd
de duabus perſonis loquitur, primò de forenſi-
bus & non ſubiectis communi Parmæ, qui tenen
tur fideiubere, ſecundò de clericis dicẽs [& ſi cle-
ricus eſſet, qui dictam fideiuſſionem præſtare re-
cuſaret, nullo modo audiatur quouſque eam prę
ſtiterit] ſtatimque ſubdit [nec ſufficiat iuratoria cau
tio] unde dico quòd iſta clauſula in fine poſita
referri debet ad clericos tantum, de quibus pro-
ximè dixit, nõ autem ad forenſes, de quibus ſu-
341 pra magis remotè. † nam vbicunque ratio diuer
ſitatis adduci poteſt, clauſula in fine poſita refer-
tur ad proxima tantum, non autem ad omnia ſu-
pra relata, Bal. in l. 1. C. de lib. præt. Bart. in l. talis
ſcriptura, ff. de leg 1. Dec. in c. ſecundò requiris,
de appella. at clerici difficiliores ſunt in conue-
niendo laicis, vt experientia docet rerum magi-
ſtra, c. quam ſit. de elect. libro quinto, l. legatis, §.
ornatricibus, ff. de leg. 3. Cor. conſil. 144. nume. 4.
conſi. 181. nume. 57. vol. 2. conſi. 25. nume. 1. uolu.
3. propter eorum multa priuilegia, & diuerſas ap
pellationes eis magis quàm laicis conceſſas: ideo
conſentaneum fuit quòd ſtatutum noluerit eos
litigantes magis onerare, quam laicos; nempe q
in fideiubendo non ſufficeret iuratoria cautio, li
cet in laicis ſecus. Hoc igitur ſenſu dato ſtatuto
prædicto ſequitur arbitrium iudicis eſſe debere,
Com. Io. Ludouicum debere audiri ſine præſta-
342 tione fideiuſſoris, † cum Parmæ de præſenti, nec
in prõptu facultates habeat, nec amicos, qui pro
ipſo fideiubeant: idque communiter accidit liti-
gantibus alibi, ut inquit Marſi. in l. fi. nu. 122. ff.
de iur. omn. iud. Secundò tunc demum reconue
niens actorem auditur petens caueri, quando iu-
ſtè hoc poſtulat, ut quia actor eſt ſuſpectus: ita tra
dunt Ang. & Imol. in d. l. cum non facilè. ſequi-
tur Andræ. Sicul. cõſi. 11. col. fi. volu. 3. Marſ. lo-
co citato. at hic Comes nõ eſt ſuſpectus, cum iuri
bus optimis moueatur, & eſt diues Ferrarię & Ro
mandiolæ bonorum ualoris ſcutorum uiginti mi
lium, ut aduerſarii dicunt in ſua reconuentione,
meritò cauere non tenetur: & ita de diuite tradit
Bar. in d. l. cum non facile. & Bertach. in ver. fo-
343 renſis agens. il ſecondo. † Tertiò cum ciuitas Fer
rariæ à ciuitate Parmæ non diſtet ultra centum
milliaria, ſed infra numerum prædictum ſit con-
ſtituta, debet audiri dictus Comes offerens cau-
tionem Ferrariæ, quatenus teneretur ad eam,
prout ſignanter tradit Alex. in dicto conſi. 57. co
lum. fi. uolum. 3. de muliere Mantuana Mutinæ li
tigante, & ex prædictis reſolutæ manent omnes
difficultates aduerſus dictum Comitem propoſi
tæ, & ita remanet efficax intentio ſua conſequen
di bona, de quibus agitur ex fideicommiſſo præ-
dicto D. Vgolini teſtatoris de Cantellis, iuxta la
tius petita per dictum Comitem in libello ſuo.
344 † Sed vlterius aliunde putatius fouere median-
te perſona Comitis Ludouici filii naturalis, ſed
poſtea legitimati, Comitis Vgolini: nam dictus
Comes Vgolinus inſtituto Com. Io. Alberico fi
lio ſuo legitimo & naturali, ſi decederet in pupil
lari etate, ſubſtituit quatuor filias, & dictum Co-
mi. Ludouicum æqualiter, data ſibi licentia & fa
cultate ſe legitimari faciẽdi, quo ſtante nulla ſub-
eſt difficultas ipſum potuiſſe petere ſe legitimari,
ut per Bar. & omnes in l. Gallus, §. & quid ſi tan
tum. ff. de libe. & poſthu. col. fina. idque ſtantibus
etiam filiis legitimis & naturalibus, quãdo Comi
ti Palatino data fuit poteſtas ab Imperatore uel
Papa, prout hic ab utroque Dominis de Campe-
gio legitimandi, etiam ſtantibus filiis legitimis &
345 naturalibus, † prout facere poſſunt Imperatore
& Papa, ſecundũ Bal. in l. cum filius, in prin. ff. de
teſta. milita. Alex. conſi. 187. col. 7. volumi. 5. Ca-
ſtren. conſi. 223. ſuper eo, quòd primo loco. & in
d. §. & quid ſi tantum, circa fi. ubi ſequitur Iaſ. n.
97. & in precibus & legitimatione facta fuit mẽ-
tio de filiis legitimis & naturalibus, prout plures
requirunt, quos citat Iaſ. nu. 102. licet ipſe ſecus
putet nec plus dicto legitimato cæteris legitimis
& naturalibus fuit relictum, iux. textum ſo-
lennem in §. & quoniam, in authentica, quibus
mod. nat effi. ſui, & ibi not. Angelus, Bald. in
capitulo, per tuas, de maioritate & obedien. Ia-
ſon loco citato, nume. 108. unde cum Comes Io.
Albericus deceſſerit pupillus, ſucceſſit pro rata
ſua in bonis paternis Comes Ludouicus legiti-
matus, reſpectu vero bonorum D. Vgolini Can-
telli dicitur ipſam legitimationem ſubſiſtere & o
perari debere, cum facta ſit in ampliſſima forma
iuxta facultates legitimanti conceſſas ab Impera
346 tore & ſummo Pont. † dictumque fuerit dictum
Com. Ludouicum legitimatum habere locum in
quacunque diſpoſitione inter viuos, vel in vlti-

ma

ma voluntate loquente & diſponente de filiis legitimis & naturalibus,& ex uero & legitimo matrimonio conceptis & natis,& legitimatus fuerit ad quaſcunque ſucceſſiones & bona quęcunque quorumcunque aſcendentium tam paternorum quàm maternorum,& ſic etiam D. Vgolini Cantelli proaui ſui materni,prout in terminis ſuis cõſuluit collegium Paduanum cõſi.191. poſito inter cõſilia Mantuæ,vol.1.& illi conſilio dicit eſſe plurimum deferendum Soc.iun.cõſil.77.nu.15. vol.3.licèt dicat noluiſſe ſecundum illud referre,
347 † & incontrarium pungat conſi.65. volu.2.quia nulla ſuberat iuſta cauſa vt per eum:tamen in caſu noſtro bene ſuberat,vt fuit narratũ in petitione Ludouici,quòd nulli aderant filii maſculi legitimi nec naturales,præter ipſum ex Com.Vgolino:& ne caſata,proſapia,& linea ab eo deſcendens extingueretur,& quòd ipſe Com. Ludoui-
348 cus denominari poſſet de Cantellis.† Et quia tractabatur in caſu conſilii Paduani de legitimatione ſpurii,vt refert Soc.iu.in dicto cõſi.65.quæ dicitur in effectu diſpenſatio & odioſa dicitur, nec ſine cauſa fieri poteſt.7.q.1.§.niſi rigor.Caſtren. conſi.117.notandum eſt,col.2.Anch.conſil.242. col.2.at in caſu noſtro tractabatur de legitimatio-
349 ne naturalis tantum,uelut ex ſolutis nati, † quæ dicitur fauorabilis,vt per Anch.loco citato,& cõſilio 528.in prin.latè Nat.conſi.623.nu.9. & facilius conceditur. capitulo,per venerabilem.in fi. & ibi Butr.qui filii ſint legitimi. Oldr.conſi. 247. cum ſimil.per Dec. conſi.307.in prin.& cum adeſſet præordinatio patris ſatis dicebatur adeſſe legitima cauſa,vt per Bald. in l.reſcripta,q.3.C.de preci.imper.offer. quem ponderat Soc.cõſi.120. col.8.verſic. aliquando & tertiò,vol.tertio, Gozad.conſi.6.nu.37.quare Comes Ludouicus ita legitimatus ſucceſſit in bonis D.Vgolini Cantelli remotis ſororibus,ſiue per teſtamentum ſuum excluſis,ſiue per ſtatutum Parmæ de ſucc.ab inte-
350 ſtato, † ſic vt earum citatio non fuerit neceſſaria in obtinenda legitimatione,veluti quòd ſua nõ intereſſet per vocationem maſculorum.Dec.conſi.15.Pariſ.conſi.86.nu.31.volum. 2.hic enim terminus maſculus,non poteſt in fœmina verificari.Dec.conſi.193.nu.1.Gozad.cõſi.87.nu.16.nec ad eam , bona ſed patris tantum vocarentur ex il-
351 lius teſtamento, † tum quòd data fuerat poteſtas legitimanti procedendi citatis & non citatis huiuſmodi perſonis,& ſic de poteſtate abſoluta non ordinaria,l.nam ita diuus,ff.de adopt.Soc.& alii in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de libe.& poſthum.Dec.conſil.415.nume 10.Ceph. conſil.117. nume.28.& quæ poteſtas illi concedi potuit:nec tali caſu requiritur citatio,vt amplè docet Pariſ.
352 conſi.10.nu.130. cum ſequen.volum. 2.† Quibus ita ſtantibus infertur,quòd cum Comes Ludouicus inteſtatus poſtea deceſſerit relicto ſuperſtite tunc alio Com.Ludouico,& ſubinde Com.Aſtorio ſuis tranſuerſalibus, in eos tranſmiſſio facta fuit hæreditatis prædictæ:nam quando ſtatutum fingit hæreditatem delatam aditam,tunc per agnatum tranſuerſalem tranſmittitur ad quoſcunquę ius adeundi,vt per Corn.conſi. 305.col. fin. vol.4. Soc.conſil.116.col.3.volu.1.quos ſequitur Bru.in tract.quòd ſtant. maſc. art.11.prin. num. 102.& ſtatutum prædictum dicit quòd agnati ſuccedant,quod verbum locum habet poſt aditã hæreditatem.l. nihil aliud.ff.de verb.ſigni.ergo &c.
353 † Sed vlterius quando tranſmiſſioni locus nõ eſſet,alio remedio conſultũ eſſet,nã cum dicti Comites Ludouicus & Aſtorius eſſent abſentes à ciuitate Parmæ,quando Comes Ludouicus legitimatus deceſſit,& poſtea competere debuit eis reſtitutio in integrum ex clauſula generali aduerſus læſionem cauſatam ob aditionem nõ factam, licèt abſentes fuerint voluntariè citra delictum & dolum,vt tenet Bar.Imol.Caſtr.& alii,in l.Pãtonius,ff.de acqui.hær.quã, Publius Antonius, legendam eſſe dicit Alciat.Parerg.lib.7. cap.16. idemque tenet Alex.conſi.20.in fi.volum. 1. D. meus Rimi.conſil.88.nu.30.conſil.120. nu.9.ubi
354 pariter in apoſtillis ad eum dixi. † Et hæc reſtitutio nedum competit abſenti , ſed & eius hæredi. Bar.in l.1.ff.de acqui.hæred. Mauri.in tracta.de reſti.in inte.c.78.& ob id Comiti Io.Ludouico, hæredi Com.Aſtorii competere dẽt,ut adire poſſit,ut fecit quatenus opus eſſet,& conſequi dictã hæreditatem D.Vgolini Cantelli. Quare tandẽ finem faciendo,& in portum uela nauis claudendo,cõcludo ipſum Com.Io.Ludouicum ex utroque capite ius fouere.

*Hippolytus Rimi.Ferrar.*

## Pro Illuſtre & magnifico Comite Alfonſo Calcagnino cum Comite Teophilo fratre ſuo.

### ARGVMENTVM.

De aqua in ſuum fluente pro libito diſponenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Aqua eius eſſe dicitur,in cuius loco reperitur.1*
*Et ubi in territorium alicuius intrauit, poteſt ille de ipſa facere quicquid uelit.2.9.*
*Quod procedit dum eſt in ſuo,ſecus poſt exitum.2.*
3 *Aqua,quæ exiuit molendinũ meum,capi nõ poteſt per uicinum ducendi cauſa ad ſuum inferius.*
*Quod declaratur.12.*
4 *Conſuetudo in aquis ducendis attenditur.*
*Non tamen ex uno actu.13.*
5 *Aquam,ſi naſcitur in fundo tuo, mihi poteſt impedire,ſecus ſi aliunde uenit in tuum.*
*Et qui in eius commodum ſupra recipit, pati debet ut inferior eius utilitatem conſequatur.6.*
7 *Aquæ uſus limitatus,ad alium uſum uel effectum porrigi non debet.*
8 *Canale,per quod aqua extrahitur de flumine,priuatum dicitur.*

*Aqua*

10 *Aqua de meo egreſſa deſinit eſſe mea.*
*Nec de illa diſponere poſſum. 11.*
*Niſi ante egreſſum cum vicino conuenerimus.*
12 *Bartolus in l. quominus, q. 12. ff. de flumi. declaratur.*
13 *Conſuetudo non inducitur ex uno actu.*

## CONSILIVM XXIIII.

*Auxilium meum à Domino*

ILLVSTRIS Comes Teophilus Calcagninus emit aquam, originem aliunde trahentem, gratia illam ducē di ad molendinum ſuum Fuſſignani, quæ illuc ducta, & circa prædictū molendinum functa officio ſuo, fluēs vlterius in prædia Illuſt. Comitis Alfonſi fratris ſui deſcenditi; ſed nihilominus Comes Teophilus intendebat de ipſa diſponere aliis eam cōcedendo, quod abnegabat Comes Alfonſus eum facere poſſe, ſed ad ipſum diſtributionem illius aquæ fluentis in ſuo pertinere. Quare ſuborta inter prædictos Nobiles Comites controuerſia, quæſiuit à me Comes Alfonſus, vt ſuper ea ſententiam meā iuri cōformem proferre vellem, quoniam cum aliquo, potiſſimeque cum fratre ſuo cōtendere nō intendebat, niſi ius ac iuſtitiam foueret. Cuius honeſto deſiderio ſatisfacere volens, primum in
1 partem Comitis trahebar ex nonnullis, † nam licet aqua prædicta in eius territorio nō oriatur, tamen quāprimum in illud ingreditur, ſua fit, q a cuius eſt locus, eius aqua ibidem exiſtens eſſe videtur, vt not. Bal. in capitul. cum omnes, colum. 5. verſi. pone ex publico, de conſti. Alexan. conſilio 107. in cauſa & lite vertente in prin. volum. 2. & prior eo Bar. in l. quominus, q. 14. ff. de flu-
2 min. † vbi dicit quòd quando aqua licitè intrauit territorium alicuius, licet ei in cuius eſt territorio, de illa aqua facere quicquid velit, per tex. in l. 1. §. illud Labeo, in fi. ff. de aqua plu. arcen. & idem Bart. in l. cum eſſent. §. per plurium, ff. de ſerui. ruſt. præd. concludit quòd quando aqua ingreditur fundum meum, poſſum illam concedere cui volo: & cum prædictis cōcordat Bal. in l. aquam. in prin. C. de ſerui. & aqua. inferens ꝙ ſi ex flumine publico duco aquam ad meum molēdinum, poſſum illam aquam ducere quo volo, nec teneor facere gratiam vicino habenti molendinum inferius. ſequitur Dec. conſilio 244. colum. 2. & conſi. 373. in prin. poſt Ruinum conſilio 98. nu. 11. & ſequen. vol. 4. & latè ponit Pariſ. conſi. 112. col. 1. & 2. vol. primo, demumque Bero. cōſi. 144. nume. 39. volu. 3. quare dicendum videbatur licere Com. Teophilo diſponere pro libito dictæ aquæ, poſtquam ſuum territorium ingreſſa
3 fuit, tanquam de re ſua. † Secundò confirmari poſſe videbatur iſta concluſio per doctrinam Bartoli in l. quominus, q. 12. ff. de flumi. vbi dicit ſe vidiſſe de facto quòd aqua quæ ducitur ex mea formula, poſtquam exiuit molendinum meum, non poteſt capi per vicinum inferiorem, vt ducat ad molendinum ſuum me inuito, quamuis nihil noceat molendino meo, per l. in concedendo, ff. de aqua pluuia arcen. & illam deciſionem ſequitur Iaſ. ibi, nu. 88. & in l. 2. in prin. nume. 23. ff. ſol. matrimo. Alex. conſi. 107. vol. 2. de quo ſupra, & conſi. 203. nu. 6. vol. 6. Dec. d. conſi. 244. nume. 5. meritò non videtur Comiti Alfonſo diſponere poſſe de dicta aqua, poſtquam exiuit territorium Co-
4 mitis Teophili eo inuito. † Tertiò concurrebat quòd eſſet probatum pro parte Comitis Theophili, aliàs fuiſſe venditam dictam aquam per agentes ſuos, meritò nunc idem ſeruandum videbatur; quia in huiuſmodi aquis & aquarum cōmoditatibus, ſtandum eſt antiquitati & conſuetudini, vt tradit Bal. in titulo de pac. Cōſt. colum. 6. ſequitur Veronenſ. cap. 4. de ſerui. aquæd. titu. de ſerui. ruſt. præd. nu. 47. Alex. d. cōſi. 203. nume. 7. volum. 6. Rui. conſil. 191. nume. 7. volumi. 1. & ex his intentio Comitis Teophili ſatis fundata videbatur aduerſus Comitem Alfonſum eius fratrē.
5 † Maturius tamen cogitāti mihi viſum fuit partes Com. Alfonſi veluti veriores tuendas ſuſcipere, mouebar in primis auctoritate Baldi in l. item lapilli, col. 2. ff. de rer. diuiſ. verſi. ſed ſi agrum. dicentis, quòd ſi aqua naſcitur in prædio tuo, bene potes mihi tollere vel impedire illius vſum, quia beneficio tuo, hoc eſt prædii tui conſequor aquā illam: ſed ſi agrum tuum fluit aliunde, tunc mihi tale beneficium auferre non potes, cum tibi nō proſit & mihi noceat: & illam deciſionem Bal. in ſecundo capite ſequitur & admittit Ripa in d. l. quominus, nume. 28. qualis eſt caſus noſter; namque aliunde venit hæc aqua ad molēdinū Com. Teophili, nec in ſuo territorio naſcitur: meritò nō poteſt extra territorium ſuum de illa diſponere, nec auferre illius beneficium Com. Alfonſo
6 de ipſa diſponendi. † Secundò accedit, nam qui ſuperius percepit commoditatem aquæ, pati debet ut exinde ſequens habeat aquæ cōmodum; nam ita naturaliter ſe habet aqua, ut fluat de ſuperiori ad inferius, l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arcen. & naturalis cōmoditas nemini auferri dēt. ita Bal. in l. pen. col. 2. C. de cōd. infert. ſequitur Iaſ. cōſi. 32. col. 2. vol. 1. at Comes Teophilus percipit aquæ commodum triturando ad molendinum ſuum, quæ ſubinde fluit in agros Com. Alfonſi, meritò pati debet, & æquo animo ferre Comes Teophilus ut frater utatur ea, pro libitoque
7 diſponat, cum ſibi proſit nec fratri noceat. † Tertiò concurrit quòd Comes Teophilus habet uſum aquæ limitatum pro molendino ſuo, ergo præter illius vſum, nō poteſt ad alium locū aquā diuertere, aliis eam vendendo uel aliter cōcedēdo: probatur in l. nō modus. C. de ſerui. & aqua, vbi cōceſſio aquæ limitata pro vno prædio, ad alia nō porrigitur, prout illum tex. declarat Petr. Cu. Bal. & Salyc. facit l. in agris, ff. de acqui. rer. do. igitur aqua cōceſſa Com. Teophilo ad unum locum & effectum, non debet ad alium locū uel
8 effectum porrigi. † Quartò cōfirmatur hæc cōcluſio, nam clarum eſt quòd canale huius aquæ deriuans à flumine Seni, vnde extrahitur hæc aqua, dicitur eſſe locus priuatus, ut tradit Bart. in d. l. quominus, q. 12. ibique Iaſ. & Ripa numero 83.

ro 83. Caſtr.conſilio 357. notandum eſt, vol. 2. re
petito inter conſilia Calca.cõſi.54. Alex.in dicto
cõſi.107.vol.2.Cur.cõſi.33.colum.1.Rui.in indi
9 uiduo de hoc canali loquens,cõſi.96.vol.4.† quo
ſtante poteſt Comes Alfonſus cum in ſua loca
fluit de tali aqua diſponere,& quò velit eam di-
uertere,ſecundum Bar.in d.l.quominus,quæſtio
ne 14.& poſt eum Ripa nu.85.Bal.& Caſtr.in d.
l.aquam,& dicto cõſi.357.Bal.in l.ſi quis ex ar-
gentariis,§.ſi initium,in fi.ff.de eden.Calca.con
ſi.31.col.3.Alex.cõſi.194.conſideratis verbis, co
lum.1.vol.1.cõſi.203.nu.10.vol.6.Bertran.conſil.
35.ſecunda parte priorum,Dec.conſil.373.col.
1.Rui.conſi.98.n.14.uol.4.Pariſ.conſi.112.conſi.
114.vol.1.Boer.deciſ.352.nu.4. Quare tm̃ abeſt
ut à Com.Teophilo quoquo modo poſſit impe-
10 diri. † Et hanc partem tenendo non obſtant con
traria,namque ad primum reſpondendo, dico
prædictã aquã quamprimum ingreditur locum
Com.Teophili ſuam eſſe, & donec ibi reperitur
per eum poſſe contineri uel diuerti, ne fluat ad
loca Comitis Alfonſi, eſto quòd ipſi noceret:
& ad hoc tendunt illæ deciſiones,ſed non inde ſe
quitur,nec idem iuris eſt poſtquam dicta aqua
fuerit egreſſa locum Comitis Teophili: tũc enim
deſinit eſſe ſua.& propterea poteſt Comes Alfon
ſus eam ducere ad loca ſua:ita Caſtr.tradit in d.
11 l.aquam,& ſequitur Pariſ.cõſi.129.volu.4 † Et
hoc idem pulchrè declarat Veronẽſ. in d. cap.4.
nu.31.verſiculo quartus & vltimus caſus, dicens
quòd ſi aqua exiuiſſet fundum tuum, tu regulari
ter non poſſes alteri cõcedere dictam aquã: quia
quamprimum ingreſſa fuit alium fundum vici-
ni,facta eſt ſua,ideo de illa tu diſponere non po-
tes.Sed iſta regula fallit quando iſta ſeruitus im-
poneretur per te priuſquam peruenerit ad locũ
inferiorem de voluntate domini illius loci, per l.
aquam,C.de ſeru.& aqua.exemplum, aqua dum
exiuit de fundo tuo,poteſt diſcurrere per diuerſa
loca ad fundos uicinorum, & eſt in poteſtate tua
per quam partem fundi tui facias exire aquam:
nam potes cum uno vicino inferiori,cui aqua ſit
vtilis,conuenire de dimittendo dictam aquam
ad fundum ſuum cum hoc,quòd poſtquam irri-
rigauerit fundum teneatur mittere ad alium cer
tum fundum inferiorẽ. Et iſto modo poteris im-
ponere ſeruitutem aquæductus poſtquam exiue
rit aqua fundum tuum:licèt poſtquam exiuit ta-
liter cõuenire non poſſis, nec de illa diſponere,
12 prout prætendit,& malè Com.Teophilus.† Et eo
dem modo reſpondetur ſecundo fundamento
de doctrina Bar.q.14.quia uerum eſt ꝙ aqua, quę
exiuit molendinum tuum,non poteſt capi per a-
lium inferiorẽ,quandiu ſcilicet eſt in fundo tuo,
ſecus poſtquam egreſſa fuit,quia tua eſſe deſinit,
& ita Bartolum declarant Caſtr.& Pariſ.locis ci-
13 tatis. † Ad vltimum dicitur id ſemel factum pro-
poni,& inſcio Comite Alfonſo, quo actu unico
nec inducitur conſuetudo,ad not.per Bar.in l.de
quibus.ff.de leg.: nec d. Comiti prẹiudicatũ fuit.

*Hippolytus Rimi.Ferrar.*

---

Pro Illuſtre Comite Alfonſo Calcagni-
no, nobili Ferrariæ cum Communita
te Fuſignani.

## ARGVMENTVM.

An bona allibrata per Dominum loci quæſita, col-
lectis in futurum ſint ſubiecta, & Comes poſſit
quoſdam immunes reddere ſic, ut onus eorum cę
teris accreſcat.

## *SVMMARIVM.*

1 *Munera ordinaria quæ dicantur.*
*Quæ uerò extraordinaria.58.*
2 *Collecta bona concernunt.*
3 *Prædia ſunt affecta obligationi publicarum collatio-num.*
*Quod in collectis non procedit, niſi ut nu.20.*
*Tributa realia ſunt.3.*
*Nec ab eis excuſantur priuilegiati.nu.4.*
4 *Prædia tributaria tranſeunt ad eccleſiam cum one-re ſuo.*
*Et per ſtatutum talia fieri poſſunt pro ſoluendis colle-ctis.5.*
6 *Bona prius allibrata tranſeunt cum onere ſuo in pri-uilegiatum.*
*Quod procedit reſpectu temporis decurſi, non autem futuri.23.*
*Et de rationibus.7 & 8.*
8 *Ius quæſitum alicui ſine facto ſuo, ſibi auferri non poteſt.*
9 *Forenſium bona de conſuetudine collectantur.*
*Vbi uiget, non alibi, conſuetudo 25.*
*Et contra quos ſeruata fuit, de alijs ſecus.26.*
*Nec contra forenſes teneantur ſoluere collectas & a-lia onera ualidum eſſe.*
*Licèt aliqui contra.33.*
*Sed demum procedit factis bonis tributarijs.*
11 *Statutum facere poteſt quòd ingredientes portam tan-tùm ſoluant.*
12 *Collecta forenſibus imponi non poſſunt de iure pro bo-nis alibi per eos poſſeſſis.*
13 *Eccleſia non tenetur ad collectas, niſi præteritas pro rebus in eam tranſlatis.*
14 *Collectorum impoſitio reſpicit rem, obligatio uerò ſol-uendi perſonam.*
15 *Collectas non tenentur Domini ſoluere in communita-te impoſitas per ipſam.*
16 *Res quamprimum tranſit in eccleſiam, eximitur ab æſtimo.*
17 *Liber ab oneribus dicitur liber a collectis impoſitis onerum loco.*
ſ9 *Tributum quale ſit, & dicatur.*
20 *Collecta non tranſit in perſonam priuilegiatam, tribu-tum ſic: & de ratione differentia.*
21 *Aeſtimatus alienando quando ſe liberet ab æſtimo, uel non, declaratur.22.*
*Statutum obligans prædia ad collectas, non operatur contra eccleſiam uel priuilegiatum pro futuro.23.*

De-

*Deſcriptio in æſtimo non inducit obligationem ante oneris impoſitionem.23.*

24 *Scientia alicuius non ſufficit, quando ſcire debet vt quid faciat, ſed requiritur notificatio.*

27 *Epiſcopus ſolitus à quibuſdam exigere, non poteſt à cæteris exigere.*

28 *Iuriſdictione vſus in homines exiſtentes in aliqua parte caſtri, non poteſt illa vti contra alios alibi commorantes.*

*Conſuetudo contra ius non extenditur de re ad rem, neque de perſona ad perſonam.28.*

29 *Diſpoſitio non comprehendit maiora expreſſis.*

30 *Legitimandi poteſtas certum genus ſpuriorum, non trahitur ad eos, qui laborant maiori ſpurietate.*

*Statutum in eccleſia parochiali non extenditur ad eccleſiam parochialem collegiatam.30.*

31 *Ens qualificatum differt à ſimplici.*

*Marmore legato, non venit marmor ſculptum.31.*

32 *Funiculus duplex arctius ſtringit.*

34 *Verba vbi non conueniunt, nec diſpoſitio.*

35 *Princeps recognoſcens ſuperiorem, non poteſt immunitatem concedere in aliorum præiudicium.*

*Cum cauſa tamen ſic concernente pub. utilitatem, 36.*

37 *Verba, quæ ſupponunt, non diſponunt.*

*Niſi in antecedenti neceſſario.51.*

38 *Verba præſentis temporis, non trahuntur ad futurum*

*Fallit in legibus aut ſtatutis.52.*

*Niſi detur occaſio delinquendi.54.*

*Priuilegia ſtrictè interpretanda.38.*

*Maximè uerò immunitatis.39.*

40 *Poſterorum, generis, aut deſcendentium appellatione non veniunt deſcendentes ex filia in priuilegio immunitatis.*

41 *Immunis ob numerum 12. liberorum, quibus oneribus ſit liber, & quibus non.42.*

43 *Immunitatem quibuſdam conceſſa quando cæteris onus accreſcat, & quando non.*

*Diſtinguitur, ut per auctorem.44.55.56.*

45 *Priuilegium immunitatis, quod incipit eſſe nimis onerosum, reuocari debet.*

46 *Io. Baptiſta Plotus, & Franciſcus Maria illius filius nominantur & honorificè prædicantur ab auctore.*

47 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem uel habens iura imperij concedere poteſt immunitatem.*

*Nec opus eſt facere mentionem de præiudicio tertij.48.*

49 *Reges, Duces, Marchiones, & Comites habentes iura imperij poſſunt omnia facere in ſuis terris quæ Imperator in toto orbe.*

50 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

52 *Legis natura eſt dare formam futuris.*

53 *Statutum derogans conſuetudini, futura quoque cenſetur derogare.*

56 *Communitas in præiudicium ſui poteſt aliquos immunes facere.*

57 *Reſtitutio pro minimo non datur.*

## CONSILIVM XXV.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa Illuſtris Comitis Alfonſi
Calcagnini Domini Fuſſignani cũ
illius caſtri communitate duo vi-
denda ſunt, primò nunquid bona
per eũ quæſita prius allibrata, ſint
exempta à collectis & oneribus, quæ imponũtur
in dicta communitate. Secundò nunqnid dictus
Comes potuerit quoſdam immunes reddere in
præiudicium dictæ communitatis, ita quòd onus
accreſcat aliis. Circa primum dicendum videba
tur dicta bona nihilominus collectis remanere
1 ſubiecta, † quoniam onera pro quibus imponũ-
tur collectę, ſunt ordinaria, velut ab Illuſtriſſimis
principibus Eſtenſibus olim conſtituta. i ux. do-
ctrinam Bar. in l. 2. ff. de iure immu. vbi dicit il-
lud onus eſſe ordinarium, quod imponitur à le-
ge vel principe: idemque tradit in l. 1. nu. 24. C.
de mul. & in quo loco, lib. 10. nu. 24. Bal. in l. fin.
col. pen. verſi. aduerte tamen. C ſine. cenſ. Ruin.
conſi. 117. nu. 9. uol. 4. meritò priuilegiatus ut ec
cleſia, vel loci dominus ad ea teneri debet. l. pla-
cet. C. de ſacr. ſanct. eccle. in ver. nihil extraordi
narium. ſecus igitur in ordinario, prout ibi ſignã
2 ter põderat Parpal. col. 2. † Secũdò q̃a dictæ col
lectæ cõcernunt bona, velut impoſitæ pro quãti
tate patrimonii ſine diſtinctione perſonarũ. Bar.
in l. 4. §. actor, ff. de re iudic. & in l. 1. C. de apoc.
pub. lib. 10. & poſt eum Io. Plat. colum. fina. Iaſ. in
d. l. placet col. 1. vbi dicit quòd imponuntur per-
ſonæ pro rebus per æs & libram: ſequitur Natta
cõſi. 1. nu. 11. & pulchrè Bal. in l. propter honorẽ.
C. qui bon. ced. poſſ. vbi per illum tex. dicit colle
ctam naturaliter eſſe onus rerũ, licet formaliter
3 perſonarũ; † ſequit̃ Egidius Thomatus in tract.
de collect. in prin. col. 5. inferens ex hoc, & ſubiũ
gens quòd prædia quamprimum fuerunt in eſ-
ſe producta, reperiuntur affecta obligationi pu-
blicarum collationum, quæ ſemper rei adhæret
& rem cõcomitatur, tranſeat in quamuis perſo-
nam quauis dignitate munitam, meritò bona de
quibus agitur debent remanſiſſe ſuppoſita colle-
ctis, dato quòd tranſierint in Comitem Alfon-
ſum, cum potiſſimè dictæ collectæ ex earum natu
ra reali videantur tributis æquiparari, quæ rea-
lia ſunt, vt per Iaſ. in d. l. placet. Nattam d. conſi.
1. nu. 11. & Thomatum in d. tract. cart. 21. vbi plu-
4 res eorũ ſpecies enumerat. † Ergo nullus priuile
giatus à dictis collectis excuſari debet, ſicut nec
à tributis, ut per Bar. in d. l. placet, & in d. l. 1. C.
de mul. & in quo loc. quia quando prædia ſunt
facta tributaria, tranſeunt etiam ad eccleſiam cũ
onere ſuo. l. de his. C. de epiſ. & cler. c. tributum,
11. q. 1. nec mirum, cum Chriſtus interrogatus
vtrum liceat cenſum dari Cæſari, reſponderit in
Euangelio [Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.]
5 refert Parpal. loco citato. † Vnde Bart. ibi conſi-
lio

lio 180.ſi aliqua poſſeſſio,& in l.reſcripto.§. fina. ff.de mun.& honor.dat cautelam quòd prædia fiant tributaria per ſtatutum pro collectis impo nēdis prout fecerunt Peruſini & Eugubini,quia tunc tranſeunt etiam ad eccleſiā cum onere ſuo: & cum Bartolo tenet Ancha.& Peruſi. in c.1.de immu.eccl.Fel.in c.eccleſia S.Mariæ,colum. 30. q.5.de conſti.& Iaſ.plures citans in d.l.placet:de mumque latè conſuluit Bero.conſi.150.per totū,
6 vol.3.† Tertiò accedit quòd dicta bona fuerant allibrata priuſquàm peruenerint ad Comitem Alfonſum, meritò cum onere ſuo tranſiuerunt ad eum ſecūdum Bal.in l.1.§.quod ſi nemo. 2.& 3.q.ff.quod cui.vni.no.in l.fi.col.3.verſ. ſed hic dubitatur.C.ſine cenſu vel rel.& in l.etiam,col. fin.C.de execu.rei iud.Caſtr. Alex.& Areti. in l. apud Iulianum.§.hæres.ff.de leg.1. Alex. conſil. 144.quoniam abundè,circa finem,vol.2.Abb.in capitulo,non minus,col.5.de immu.eccle.Ruin. cōſi.83.col.1.vol.3.loquentes de re prius allibrata in eccleſiam tranſlata;quam concluſionem latè defendit & comprobat ille Thomatus in dicto
7 tracta.de collect.car.52.cum ſequentibus † citās inter cæteros Angelum conſi.206.pro deciſione uolentem quòd non ſolum per impoſitionē collectæ communis,immo etiam per deſcriptionem æſtimi quis dicitur oneri deſtinatus,l.1.C.de cenſi.cenſit.& per æqua.lib.10.glo.in l. incola.ff.ad munic.vnde ſi uirtute æſtimi res eſt oneri affecta,tenetur clericus.Rurſus adducit Decium cōſi.289.poſt Ange.in l.fi. C.ſine cenſ.dicentem quando imponitur collecta ſecundum æſtimum, non attenditur poſſeſſio bonorum, ſed ſolum æſti
8 mum. Item quia ius quæſitum vniuerſitati ab ipſa auferri non poteſt ſine facto ſuo,l.quod nostrum,ff.de reg.iur.nec per tranſlationem prædij in clericum mutatur ius vniuerſitati quæſitū per deſcriptionem,licèt millies alienetur per laicum in perſonam clerici,quia liberare prædium per alienationē factā clerico,eſt res inter alios acta nō uocata vniuerſitate,quę nulla eſt,l. fi.ff.de pac. Sed & alia rōne mouet ille Thomatus,quia tempore acquiſitionis non ignorabant clerici prædia affecta eſſe oneri collectæ per deſcriptionem,meritò imputetur eis ſi ſpontanea volunta te emendo approbarunt dictum munus, à qua probatione poſtea fruſtra reſiſtere nituntur. Demum quòd hoc inductum fuit vt occurratur auaritiæ & uoragini clericorum, nam poſſent in in tam magna ſumma prædia diuerſimodè acquirere,quòd miſera plebs infeliciter vexata cogeretur omnem collectam ſufferre, quod eſſet abſurdum & à iure alienum,quæ rationes idem cōcludunt in domino loci prædia acquirente, qualis Comes Alfonſus eſſe proponitur in Caſtro
9 Fuſſignani. † Quartò plurimum videbatur operari poſſe contra dictum Comitem conſuetudo uigens per totam Italiam collectandi bona foreſium non ſubditorum, de qua teſtatur Bar.in d. l.1.C.de mul.& in quo loco.num.19.& in l.1.C. de auro coron.lib.10.quem ſequitur Alex.cōſil. 67.& viſo,col.4.vol.2.Rube.conſi.9.num. 10.Iaſ. conſi.83.col.1.vol.3.latè Pariſ.conſi 25.num.57. vol.1.Parpal.in d.l.placet.nu. 20. Aret. conſilio 132.col.3.Craue.conſi.201.ſub nu.14.Roch. de Cur.in c.fi.nu.726.cum ſequen.de conſuetu. dicens talem conſuetudinem valere:& idem firmat Natta cōſi.304.colum.3.qui dicit quòd cum hæc conſuetudo ſit notoria, non indigere probatione,& ſatis eſſe quòd allegetur, prout etiam dicit Cur.iun.conſil.61.nu.7.&cum prædictis etiā tenet Dec.conſi.694.& Gramma.conſi. 69.in ci-
10 uilibus. † Quinimo particulariter in Caſtro Fuſſignani viget ſtatutum quòd foreſes teneantur ſoluere collectas & alia onera impoſita per commune,quod valere plures teſtatur, per quod obligantur foreſes ad collectas pro bonis quæ poſſident in territorio ſtatuentiū,vt Bal.in l.fi.C.ſine cenſ.uel reli.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo. col. 7.& conſi.228.in cauſa.in fi.uol.5.Caſtr.conſilio 329. viſis & conſideratis,col.3.uol.1.& conſi.89. poſſet quis dicere, col.2.vol.2.Alex.conſi.67.colum.3.uol.ſecundo.conſi.52.col.2.uol.5. conſi. 148.uol.6.Dec.conſi.694.colum.1.in fi.Iaſ.conſilio 83.col.2.vol.3. Cur.iun.conſi.60.colum.3. & conſilio 61.col.2.& 4.Bru.in tractat. quod ſtant. maſc. in 6.articulo. colum. ſexta quos omnes ci-
11 tat Craue.conſilio 201.nume.14. † Et mouentur Doctores ea ratione poſt Bal.in d.l.prima.quia ſicut ſtatutum facere poteſt quòd omnes portam ingredientes ſoluant,ita facere poteſt quòd omnes ſoluāt colentes agros in ſuo diſtrictu: ex eo enim quod ibi colunt,ſeminant, metunt, & ſimiles actus gerunt, uidentur quaſi contrahere in illo loco,quem quaſi contractum poteſt ſtatutum de nouo inducere,meritò ligantur etiam nō ſubditi,tanquam in illo territorio quaſi contraxerint,ſicque refert etiam Cephal.conſilio 171.numero 24.quæ cum ita ſint,dicendum uidetur pari modo dictum Comitem,licet dictæ communitati non ſubditum,nec caſtro Fuſſignani, collectari poſſe pro dictis bonis per eum quæſitis ſtante prædicta conſuetudine ac ſtatuto,quibus forēſes,qui non ſunt ſubditi,collectantur: & ex his uidetur communitatem Fuſſignani fundatam habere intentionem ſuam contra d. Comitem.
12 † Quibus tamen non obſtantibus in eius defenſionem deſcendo:moueor,quoniam ex quo ipſe non eſt ſubditus loci, ſed ei præeſt, non tenetur ad collectas in futurum pro bonis in eum tranſlatis,quia collecta imponitur perſonæ pro rebus, & ideo non poteſt imponi nō ſubditis etiam pro rebus poſſeſſis in loco,prout in clericis & forenſibus exemplificat Bar. in l.reſcripto,§.reſcripto, de mun.& hono. Bal.in l.fin.colum.2.c,ſine.cenſu.Bar.in l.1,nu.13.& 14.C.de mul.& in quo lo
13 co,libro 10. † Bal.in d.l.placet,colum. prima.vbi ſignanter dicit,quòd ſi res quæ eſt in æſtimo cōmunis deueniat ad eccleſiam, ea non tenetur ad collectam, niſi ad retro indictam , quæ eſt onus iam formatum. Et poſt Bal.idem tradit Sal. ibi, numero 5.Caſtr. nu.7. Parpal.nume.20.col.ſeq. Alex.conſi.67.colum.1,uolu.2.conſi.52. in prin. uolum.5.Cur.iu.abundè conſilio 42.nu.2.Pariſ. conſilio 25.nume.6.vol.primo. Calca.conſil. 97. colum.5.Bertran.in tract.de gabell.7.q.7.partis.

prin.

princi. Ioan.de Amic.cõſi.146.Bertran.cõſi.160.
nu.4. vol.1.poſteriorum.Guid.Pap.q.382.Boni.
14 de vitali.in clemen.præſenti,nu.30.de cenſi.† Et
pulchrè Aret.conſil.132.col.1.vbi loquendo de
collecta dicit, quòd licèt quantitas impoſitionis
reſpiciat de directo rem & eius æſtimationem, ta
men obligatio ſiue neceſſitas ſoluẽdi reſpicit per
ſonam,ſecundum Bal.quem citat in authentica,
defuncto,col.fi.C.ad Tertul. & ideo non poteſt
imponi forenſi,qui non eſt ſubiectus: eumque ſe
quitur Rui.cõſi.111.nu.9.vol.5.cõcludens quòd
vbi talis collecta eſt incerta & variabilis, quia im
ponitur per plus & minus ſecundum quòd neceſ
ſitas ſuperuenit & imminet,prout ad vnguem di
cunt teſtes in caſu noſtro: tunc ſine dubio foren
ſi pro re prius allibrata & in æſtimo poſita impo
ni nõ poteſt: & ſic ampliat Ruinus in effectu hoc
procedere etiam in bonis ſubditi allibratis quæ-
ſitis per forenſem, prout etiam Baldus in d.l.
placet,ſupra relatus.idemque tradit Bartol.con-
ſi.180.ſi aliqua poſſeſſio.Bal.in authentica,item
nulla.C.de epiſ.& cle. Ang.conſi.206. in fi. Ro-
ma.in l.ſi publicanus.§.1.nu.6.ff.de public. Old.
15 conſi.169. † Vnde ſi prædicta vera ſunt in eccle
ſia vel forenſe,quia non ſunt ſubiecti,pariter mi
litare debent in prædicto Comite pariter nõ ſub
iecto,l.illud,ff.ad l.aquil.cum ſimilibus. Secun-
dò cõfirmatur hæc concluſio deciſione,quam tra
dit in terminis Chriſtoph.de Nicell.in tract. de
muner.verſi.an autem nobiles,quem refert & ſe
quitur Bertran.conſi.141.nu.4.volu. 1.priorum,
dicentes quòd iſti nobiles habentes merũ & mix
tum imperium & omnimodam iuriſdictionẽ in
aliquo caſtro,quia non ſubiiciuntur vniuerſitati
ipſius Caſtri,nec vniuerſitas ipſa in eos habet ali
quam iuriſdictionem,meritò ipſis non poteſt im
ponere munera perſonalia vel mixta,quales ſunt
collectæ quæ perſonæ pro rebus imponuntur,vt
per Iaſ.in d.l.placet,in prin. quia perſona nõ ſub
iicitur illi vniuerſitati,& eſt eadem ratio ſecundũ
eos quo ad tales, quæ eſt in forenſibus, quibus
pariter dicta munera imponi non poſſunt, d.l.re
ſcripto,§.fina. & eos etiam ſequitur And.Tiraq.
in tracta.de nobili.cap.20.nu. 161. idemque tra-
dit Corn.conſi.194.verſus fi.vol.5.Guid. Pap.q.
16 385.& Natta conſi.555.num.11. † Tertiò com-
probatur nam quamprimum res tranſit in eccle-
ſiam, ipſo iure eximit à Regiſtro communitatis,
vt ponit Fel.in c.eccleſia S.Mariæ.nume.48. ver
ſi.ſecundò nota.de conſti.& in c.verum,in fi.poſt
Innoc. de for.compet. Bello.cõſi.140.ſicque ſub-
lato æſtimo,ſeu re,ab eo ceſſare debet grauamen,
vt latè ponit Cur.iun.conſ.42.col.2.quare idem
eſſe debet re in dominum loci tranſlata,& ob id
amplius collectis non eſt ſubiecta,cum regiſtrata
17 tantùm ſoleant collectari. † Quartò non omitto
quòd in collectis inquit Bal.conſi.112.quæritur
qui intelligantur laboratores,in tertio dubio,vo
lumi.1.in nouis,ꝙ liber ab oneribus eſt ẽt liber à
collectis,quæ imponũtur oneris loco, & eum ſe-
quitur Natta cõſi.157.nu.5.dicens quòd inſpici
debet cauſa collectæ,vt qui liber eſt à cauſa,liber
ſit etiam ab effectu cauſæ: ideo vbi cõdemnata

eſt vniuerſitas pro delicto in pecunia, & ad ſol-
uẽdum cõdemnationem imponitur collecta,qui
nõ deliquerũt,nõ cõcurrũt in collatione,vt de-
clarat Bart.in l.aut facta.§.fi.col.fi. ff.de pœn.&
magis proximè videmus ꝙ ſi imponeretur colle-
cta pro redimendo aliquo munere ſordido, licèt
de iure fieri nõ poſſet ,l.illud. C. de excuſ.munc.
tamen ſi id cõtingeret,nõ teneretur ſoluere,qui
nõ tenebãtur ad munera ſordida; aliàs alter pro
altero grauaretur,ſecũdũ Bar.qui ſic declarat in
l.vnica col.4.verſiculo,quæro ergo.C.de mul.&
in quo loco, libro 10.ſequitur Natta cõſi.158.nu-
me.10.at in propoſito noſtro Comes Alfonſus li
ber eſt ab oneribus,quorum cauſa collectæ impo
nũtur Fuſignano vt militum,præceptoris Gram
maticæ,Medici,& id genus,meritò ad ipſas col-
lectas teneri nõ debet,ſed ab eis liber eſſe debet
18 vnà cum bonis ſuis. † Sola uis ſupereſt hanc par
tem tenẽdo cõtrariis reſpõdere, quod vt expe-
diam, nõ obſtat primum quòd onera collecta-
rum ſint ordinaria velut à principibus cõſtitu-
ta,quoniam negatur id cõſtare.Quinimmo ſtatu
tũ,Fuſignani quod obligat deſcriptos in æſtimo
cõtrarium ſuadet dicens,teneatur ſoluere colle-
ctas,& alia grauamina impoſita per communita-
tem & eius Maſſarium: nõ enim inducit impoſi-
tionem,ſed obligat ad ſolutionem tantum impo
ſitionis factæ à cõitate uel Maſſario, meritò col-
lectæ dicuntur onera extraordinaria ſecundum
Bart.in l.1.q.pen. ff. de iure immu. vbi poſtquam
dixit munera ordinaria eſſe; quæ imponuntur à
Principe vel lege,ſubiungit,ſed collectæ quæ im
ponerentur ab aliquibus magiſtratibus,ut à prio-
ribus vel à maioribus gabellariis,qui habent ſu-
per hoc auctoritatem,dicerentur munus extraor
dinarium: ſequitur Petr.de Vbal.in tract. de col
lect.nu.23. & idem tradit Bar.cõſi.130.colum.1.
Rui.cõſi.117.nu.9.vol.4.Iaſ.in d.l.placet,colum.
fi.& Parpal.col.22. inferens à dictis collectis ec-
cleſiam excuſari,quare & hic Comes ab eis ue-
19 nit excuſandus eadem ratione. † Ad ſecũdum
quod in effectu de tributo loquitur, aduerti de-
bet quòd in eo non verſamur: id enim eſt certũ,
vniforme,perpetuum,& a principe uel lege con-
ſtitutum,vt per Bal.in l.fi.col.2. C.ſine cenſu. in
l.neminem,in fi.C.de ſacroſanc. eccle. & conſil.
408.vol.5.dãs exemplum quòd pro quilibet mã
ſo terræ ſoluantur 10.in perpetuum quolibet an
no,at hic agitur de impoſitione facta à cõitate,
& ſic ab inferiore incerta & uariabili, ut qñque
plus qñque minus,ut dicunt teſtes,& ita de col-
20 lecta: † meritò nõ trãſit in perſonam priuilegia
tam,qualis eſt Comes Alfonſus, ſicque diſtin-
guit Ange.cõſi.24.Felinusque ſequitur in c. ec-
cleſia S.Mariæ,nume.47.de conſti.Caſtr.in l.in-
ter debitorem,col.1.in fi.ff.de pact.& ratio diffe
rentiæ inter tributum & collectam reddi poteſt,
quam ponit Caſtr.in l.imperatores.ff.de public.
nam in tributis incipit hipotheca ab initio, quo
tributa fuerunt impoſita, nec multiplicatur ſin-
gulis annis,cum illa ſint uniformia & ſemper &
uniformiter præſtantur,ſed in collectis,quæ ſunt
onera extraordinaria, multiplicatur obligatio

ex qualibet indictione,& antequam ſit indictũ
onus, bona non ſunt obligata. Vnde dat exem-
plum Caſtren. de ciuitate Florẽtiæ tempore quo
fuerunt in uſu præſtantiæ, quæ ſunt onus extra-
ordinarium, quia non ſemper imponuntur, nec
uniformiter, ſed aliquando maiores uel mino-
res, licèt enim quis in libris communis reperia-
tur præſtantiatus in uiginti, bona tamen ſua nõ
ſunt obligata communi, quouſque præſtantia ſit
indicta:& ideo ſi alienat non tranſeunt bona cũ
onere illius præſtantiæ; ſic enim caſus noſter ad
unguem deciditur, licèt enim dictus comes ac-
quiſiuerit dicta bona in æſtimo poſita pro certa
ſumma,& eorum uenditores eſſent deſcripti in
communi, tamen illa bona non erant obligata
communi, niſi poſt collectas indictas, ideo ſi a-
lienarunt in dictum Comitem, non tranſierunt
21 in eum cum onere ſuo. † Nec inde communi-
tas læditur, ſi non uult, cum poſſit habere regreſ
ſum contra uenditores, quia æſtimatus non po-
teſt ſe liberare ab æſtimo, niſi transferendo res
in alterum idoneum, qui faciat æſtimum, ut tra-
dit Bartol. in l. incola, quæſtione ſecunda, ff. ad
municipa.& Bal. in authentica, ſed periculum.
C. ſine cenſ. vel reli. vbi dicit per illum textum,
quòd res poſitæ in æſtimo non poſſunt prætextu
alicuius alienationis de æſtimo leuari, niſi ponã
tur in æſtimo alterius idonei,& qui ad collectas
cogi poſſit: unde Baldus infert ad eum qui alie-
nat in eccleſiam, quòd cum eccleſia non tenea-
tur ſoluere futuras collectas, nunquã leuabitur
res de æſtimo uenditoris, ſed ſemper tenebitur
ſoluere: lex enim arctat ad uẽdendum idoneo,&
eccleſia non eſt idonea conueniendi facilitate,
cum ad collectas cogi non poſſit, niſi ſibi faciat æ
ſtimum, & Baldum ſequitur ibi Salyc. idemque
tenet Caſtren. in l. 2. C. eodem titulo, in l. ſi ne-
gotium, ff. de nego. geſt. in l. inter debitorem, ff.
de pact. in fi.& in l. placet. C. de ſacro ſanct. ec-
cle. Lancell. Dec. in l. apud Iulianum. §. hæres. ff.
de legar. primo. Andr. Sicul. conſil. 83. colum. fi.
22 uolum. 3. † Roma. in l. ſi publicanus. §. de rebus
ff. de publica. vbi dicit non eſſe opus cautelis,
vt eccleſia pro prædiis, quæ in eam transferun-
tur, ſoluat collectas, quia laicus qui tranſtulit,
cogetur eas ſoluere, licèt prædia non poſſideat
ne Reſpub. ſit in damno: nunquam enim dicta
prædia poterunt de eius regiſtro leuari, ſubdens
de hoc eſſe caſum notab. in d. authentica, ſed peri
culum,& cum prædictis tranſit Iaſ. in d. l. placet,
ſecunda lectura, in ultimis uerbis, & Parpal. nu
mero 31. Fely. in capitulo, eccleſia S. Mariæ, col.
32. quæſtione quinta, de conſtitutio. Corn. con-
ſilio 24. ſecundo dubio, uolumine tertio. Bertach.
in tracta. de gabell. ſeptima quæſtione, ſepti.
part. principa. demumque Natta conſilio 515.
columna prima, quare idem iuris eſſe debet fa-
23 cta translatione in dominum loci. † Et ad illud
quod dicebat Egidi. Tomatus prædia remanere
affecta obligationi collectarum, tranſeant in quẽ
cunque, quæ fuit etiam ſententia Caſtr. Alexan
dri, Aretini & Iaſonis in l. apud Iulianum, §. hæ
res, ff. de legat. primo. Socin. conſilio 243. colum.
ſecunda, uolumine ſecundo.& Neguſ. in tracta
tu de pignor. quarto membro, ſecunda parte, nu
mero 125. dicentium quòd bona tacitè ſunt ob-
ligata pro collectis, procedit in collectis iam de-
curſis, & præteritis, quibus hæres uel alius pri-
uilegiatus, eccleſia, ſuperior, & id genus, ad
quem bona perueniant, tenetur: tranſeunt enim
cum onere ſuo iam formato propter collectas
retro indictas, vt inquit Bald. in d. l. placet, col.
prima, in fin. at ſecus in indicendis per dicta ſupe
rius in primo fundamento, num. duodecimo, ubi
me remitto. Et eodem modo reſpondetur ad ter
tium de bonis prius allibratis, quæ tranſiuerunt
cum ſuo onere ad Com. Alfonſum: nam proce-
dit reſpectu collectarum præteritarum, non autẽ
futurarum, ſicque Doctores allegati loquuntur,
& intelligẽdi ſunt: nam quo ad futuras collectas
ceſſat obligatio uelut non nata, priuſquam indi-
cantur, ut pulchrè declarat Caſtrenſ. in dicta l.
Imperatores, ff. de publicanis, ſupra relatus. nu.
20.& hoc idem pulchrè declarat Bald. in au-
thentica, item nulla, columna ſecunda. C. de e-
piſcopis & clericis, uerſiculo deinde quærit. dicẽs
quòd ſtatutum obligans prædia pro futuris col
lectis non operatur, ut ſi prædia tranſeant ad
clericum, & ſic ad immunem, quòd teneatur
ad futuras collectas, quia hypothecaria non po-
teſt contrahi ante perſonalem obligationem, &
idem uoluit Bald. in titulo de pac. Conſtan. in
uerſiculo, munitionibus. Domi. poſt alios, in ca-
pitulo primo. de immu. eccle. in ſexto, & optimè
Bartol. conſilio 180. ſi aliqua poſſeſſio, uolens
quòd deſcriptio in regiſtro non obliget, niſi per
ſonam regiſtrantem, quia onus ſoluendarum
collectarum, pro quibus fit deſcriptio, non in-
hæret rei ratione ipſius rei, ſed ratione perſo-
næ. l. reſcripto. §. finali, ff. de muner.& hono. er-
go quando res non eſt talis perſonæ, quæ ad
collectam teneatur, ipſa res non eſt obligata,
quia cum perſonalis obligatio non ſit propter
perſonam, non poteſt remanere res obligata. l.
item liberatur, in principio, ff. quibus modis pig.
uel hyp.& cum prædictis tenet etiam Natta con-
ſilio primo, numero nono, comprobans ratio-
ne, quia hypotheca non poteſt præcedere de-
bitum, nam ſubſiſteret tunc acceſſorium ſine
principali, quod fieri nequit. l. cum principalis.
ff. de regulis iuris. ſed ex eo, quòd bona ſunt
deſcripta in æſtimo non eſt orta obligatio pro
futuris collectis, niſi poſtquam onus fuerit im-
poſitum ſeu ſaltem denunciatum, ut per gloſſ.
& Bar. in l. incola, ff. ad muni. Bal. in l. 1. §. quod
ſi nemo, q. 3. ff. quod cui. uni. no. Caſtr. in l. inter
debitorem ff. de pact. Angel. conſilio 106. col. ſe-
cunda. eſt enim obligatio pro ſequentibus an-
nis conditionalis ad inſtar annui legati, &
ut latius per Nattam. Et ad idem tendunt ra-
tiones Thomati, de quibus ſupra, de iure quæ
ſito uniuerſitati ſibi non auferendo, & re inter
alios acta, nam reſpiciunt collectas debitas in
24 præteritum. † Tertia uerò ratio quòd clerici ſciẽ
tes prædia eſſe affecta oneri collectarũ per deſcri
ptionẽ dicãtur emẽdo id approbaſſe ſpõte, meri

tò ſibi imputandum eſſe, præter id quòd uera nõ eſt in collectis futuris ex dicta deciſione Caſtr. ceſſat ex alio, nam quando requiritur alicuius ſcientia non ad finem ſimpliciter vt ſciat, ſed ut faciat aliquid de nouo, debet ei fieri denunciatio, licet ſcienti. Barto. in l. denunciaſſe. per illum tex. ff. de adulte. in l. 2. § uoluntate. ff. ſoluto matr. in l. non ſolum. §. morte. ff. de operis nou. nũciatio. & in l. qui abſentem, vbi quoque Bald. & Angel. ff. de procu. Specul. & Ioannes Andræas in titulo de emptio. & venditio. §. final. ad finem. Ioannes Andræas & Abb. in capitulo finali, de emptio. & venditio. Angel. & Caſtren. in l. in executione. §. inſolidum. & in l. cum ex cauſa, ff. de verborum obligatio. Bald. in l. ſi cum quæſtio. C. de euict. & in capitulo, ſi de feud. vaſal. Dec. conſilio 74. columna ſecunda, qui dicit eſſe communem, à qua in iudicando non eſt recedendum, & Soc. iu. conſilio quarto, in fine, volumine ſecundo, at quando quis acquirit prædium, requiritur vt ſciat id eſſe allibratum, non ad finem ſimplicis ſcienitæ, ſed ut inde teneatur ad collectas futuras: meritò debet ei, licèt ſcieti denunciari, quòd illud prædium eſt regiſtratum in æſtimo & oneri collectarum ſuppoſitum: quæ denunciatio cum facta non fuerit Gomiti Alfonſo tempore, quo acquiſiuit res, de quibus agitur, ſequitur vt ex ſimplici ſcientia non teneatur. Vltima quoque ratio Thomati ceſſat, non ſecuta acquiſitione in magna quantitate & exceſſũ, prout eſt hæc, de qua contenditur: quia modicum eſt communi-
25 tatis præiudicium. † Ad quartum de conſuetudine collectandi bona forenſium, dico primum quòd Bartolus de tali conſuetudine loquens nõ atteſtatur, niſi quo ad ciuitates Italiæ: ſed ſtant iſta ſimul quòd in ciuitate ſit vna conſuetudo, & alia in comitatu, l. fi. C. de teſtamen. & not. Bald. in cap. 1. uerſic. intus. de pac. Conſtan. ita reſpondet Aret. conſilio 132. nume. 3. & cum talis conſuetudo ſit contra ius, vt ille ſubdit, ſecundum quod non ſubditis collectæ imponi non poſſunt, extendi non debent de loco ad locum, & de perſona ad perſonam ſecundum Cy. in l. 1. C. quæ ſit long. conſ. Innocent. in capitulo finali, de offic. Archi. Abb. in capitulo, cum inter. columna prima, de electi. Ruin. conſilio 157. in fine, uolumine tertio, conſilio 119. numero 6. uolumi. quarto, & præter Aret. tradit hoc idem Bertrand. conſilio 346. numero undecimo, uolumine ſecundo, prio rum. Dec. conſilio 483. numero 22. unde Natta conſilio 150. in fine cum miſterio loquens de hac conſuetudine collectandi bona forenſium, quæ opponebatur in caſu ſuo, dicit de illa oſtendi nõ poſſe in loco Coſtigliollarum, ſentiens quòd de loco ad locum non extenderetur, ut de ciuitate
26 ad caſtrum ſeu uillam. † Secundò dico quòd à tempore quo Comes Alfonſus acquiſiuit dicta bona, nunquam pro eis fuit collectatus nec communitas Fuſignani collectas eorum cauſa exegit ab ipſo Comite, meritò nunc non poteſt niti cõſuetudine prædicta in exigendo dictas collectas ab ipſo Comite: talis enim conſuetudo reſtringi debet ad eos forenſes, aut non ſubditos tantum, qui ſoluerunt, cùm ſit ſtricti iuris, & conſuetudo non arctat eos, contra quos conſuetudinantes non ſunt uſi conſuetudine. ita ſignanter declarat Bald. conſilio 125. quæſtio uertens, uolumine primo. in anti. alias conſilio 257. uolumi. ſecundo. in nouis. ſequitur Gra. conſilio 111. numero 16. & Natta conſilio 555. numero quinto,
27 † comprobans hoc ex not. per Caſtren. conſil. 412. Quia breue ſpatium. in fi. uolu. primo, dum concludit quòd epiſcopus, qui ſolitus erat ab aliquibus hominibus exigere quaſdam operas, non poteſt illas à cæteris exigere, per not. per Innocen. in cap. dilectus, de capell. mon. & Cy. in l. 1. in fine. C. de eman. libe. Adducit inſuper Nat. quod ſcribit Alex. conſilio 16. col. 7. uol. quinto,
28 dicens † quòd ſi quis uſus fuerit iuriſdictione in homines exiſtentes in aliqua parte oppidi, nõ poteſt illa uti in homines exiſtentes in alia parte oppidi, quia quantum poſſeſſum tantum præſcriptum, l. quòd ſi meo. §. fina. ff. de acquiren. poſſ. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, & quod ibi not. Bar. & Ang. ff. de itin. actuque pri. demumque quòd conſuetudo contra ius, & per quam derogatur iuri tertii, non extendatur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, citat Romanum conſilio 368. pręſens conſultatio. ſecundo dubio, unde cõcludit Natta quòd conſuetudo cui innititur communitas Caſtri noui, qua uſa fuit in cæteros forẽſes in eis collectandis, non extenditur ad quoſdã nobiles inueſtitos de illo caſtro: cum ab illa communitate nunquam fuerint collectati, quod in indiuiduo caſum noſtrum decidit, & ad gladium
29 ponit radicem, ut dici ſolet. † Tertiò reſpondetur efficaciter dictæ conſuetudini, quia collectantur hi qui ſunt ſimpliciter forenſes, ut trahi non poſſit ad Comitem Alfonſum, qui habet maiorẽ qualitatem quàm ſit non ſubiectio, cum ſit etiam Dominus loci & caſtri Fuſignani, & ſuperior ipſorum hominum, & communitatis Fuſignani, ſicut quælibet alia diſpoſitio ſic intelligitur, ut nõ complectatur maiora expreſſis: & quæ ſunt alterius qualitatis. ca. ſedes. de reſcr. Cle. non poteſt. de procu. l. fi. §. cui dulcia, ff. ui. tri. & oleo leg. Bar in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, col. 1. ff. ſi quis caut.
30 † Vnde uidemus quòd poteſtas legitimandi certum genus ſpuriorum, nõ trahitur ad eos, qui laborant maiori ſpurietate, ut Bal. dicit in c. naturales, circa fi. ſi de feud. defun. Hinc etiam ſtatutum in eccleſia parochiali non extenditur ad eccleſiam parochialem collegiatam. capitulo, ſtatutum, iuncto capitulo, licet canon. de elect. in ſexto, & quod de clerico dicitur, non procedit in clerico, qui ſit canonicus, ut Abb. dicit in rubrica
31 de uita, & honeſtate clericorum. † demum ens qualificatum uidetur eſſe alterius ſpeciei & naturæ, quàm ſit ens ſimplex, unde legato marmore, non uenit marmor ſculptum: & ſi legetur lana, non uenit lana tincta, l. ſi cui lana. in principio, l. hæres meus. §. primo, ff. de legat. tertio l. 1. ff. de auro, & argento legato. meritò cum dictus Comes habeat diuerſam qualitatem à forenſibus ſimpliciter ſumptis, quia hoc etiam habet, quòd eſt domi

dominus loci, dici debet ꝙ conſuetudo collectā-
di forenſes eum non comprehendit. & ita ſubtili-
ter arguit & ingenioſè quidē in terminis noſtris
Natta conſil. 555. nume. 8. & 9. quo nihil melius
32 aut præciſius adduci potuiſſet in hoc caſu: † qui
pariter addendo ſubdit quòd illi nobiles in caſu
ſuo duplici ratione nō erant ſubditi. Primò quia
forenſes, Secundò quia Domini & habentes in
homines iuriſdictionem: & duplex funiculus ar-
ctius ſtringit, & difficilius rumpitur. capitulo, pri
mo. de tre. & pac. l. pen. §. ſi verò. C. de adop. §. pe
nul. in Auth. de conſan. & vt. ſic enim ad vnguem
33 dici poteſt. † Poſtremò circa ſtatutum Fuſigna-
ni, quod obligat forenſes ad ſolutionem collecta-
rum pro bonis in territorio Fuſignani poſſeſſis
per eos, non me latet Ruinum conſilio 111. col.
penult. uolumine quinto, & Nattam conſil. 447.
acerrimè tenentes tale ſtatutum non valere de
mente Bartoli & Baldi id comprobantes in locis
per eos citatis, ſed omiſſa nunc illa diſputatione
dictique ſtatuti ualiditate præſuppoſita, ſufficiat
illa reſponſio, quòd procedat tale ſtatutum quan
do per illud bona efficerentur tributaria, & ſic af
ficerentur ut collectę pro illis ſoluendæ merè rea
les redderentur, tunc enim forenſes vel alii priui
legiati, in quos tranſirent, tenerentur; nam mu-
nera ſui natura extraordinaria per ſtatutum fieri
poſſunt ordinaria, & vt tributa vel præſtationes
merè reales reputentur; ſicque tenet & declarat
Calde. conſilio 7. de conſtit. & Cur. iu. conſil. 68.
nume. 4. & prior eis Bald. conſilio 434. columna
ſecunda, volum. 3. demumque Bero. latè conſil.
150. colum. 4. volum. 3 quo modo non loquitur
34 iſtud ſtatutum: † quinimmo loquitur de foren-
ſibus deſcriptis in æſtimo, quos obligat ad ſolu-
tionem gabellæ; quare locum non habet in foren
ſibus non deſcriptis ibi, qualis eſt Comes Alfon-
ſus, quia verba non conueniunt, l. 4. §. totiens, &
ibi not. Bartol. & alii, ff. de dam. infect. & ita patet
ex prædictis omnia contraria ſublata remanere,
ſicut & primum quæſitū pro dicto Comite. Nūc
ad ſecundum tranſeo, quod eſt nunquid dictus
Comes potuerit exēptare quoſdam, maximè in
præiudicium communitatis, ita quòd onus pro
rata exemptorum accreſcat? Et prima conſidera-
35 tione dicendum videbatur quòd nō: † nam Co-
mes Alſonſus uelut princeps inferior & ſuperio-
rem recognoſcens non poteſt exemptionem con-
cedere in aliorum præiudicium. l. uacuatis. & ibi
glo. Bart. Bald. & alii, C. de decur. libro decimo.
vnde Ioann. de Plat. dicit quòd per illam legem
Imperator reuocat omnia priuilegia ſuper im-
munitatibus hactenus conceſſa, & in futurum
prohibet cōcedi, & conceſſa non ualere, niſi ipſe
Princeps concederet talia priuilegia & reſcripta.
l. unica. C. de his qui à princi. uaca. acce. lib. 10.
& cum clauſulis derogatoriis non obſtantium. l.
fi. C. ſi contra ius. & cum prædictis tenet inſuper
Abb. in c. antecedente, de præſc. per not. per Bar.
36 in l. 2. ff. de iure immu. † Et quamuis poſtea ſub-
iiciat Abb. quòd hoc facere poſſit inferior, cum
cauſa, tamen hoc intelligi debet, quando cauſa re
ſpiceret utilitatē publicam, ſicut etiam loquitur
Bar. quem citat in d. l. uacuatis, ſcilicet quādo im
munitas concederetur uenientibus ad habitādū
de nouo in loco, uel Doctori, uel medico. & aliàs
non ſequitur Rui. conſi 126. nu. 6. uol. 3. quod in
caſu noſtro non uerificatur. Nec prædictis repu-
gnare uidetur ſtatutum Fuſignani, quod excipit
perſonas immunes factas à collectis per Domi
37 nos Fuſignani, † quia dicta uerba non diſponunt
ſuper exemptionibus fiendis ab ipſis Comitibus
Fuſignani, ſed id tantum ſupponunt eos facere
poſſe, cum uerba prolata, quæ ſupponunt aliud,
nihil diſponant ſuper eo quòd ſupponunt, ut tra
dunt Domini de Rota. deciſ. 446. de proc. in an-
ti. Gemi. in c. 1. §. licet. eod. tit. lib. 6. Alex. conſilio
38 126. col. 2. uol. 5. Mar. ſing. 60. † Præterea dictum
ſtatutum loquitur per uerba præſentis temporis
quæ non trahuntur ad futuros caſus, quando di
ſpoſitio continet materiam odioſam & contrariā
iuri communi Bart. in l. cum lex. ff. de legi. Are-
tin. in c. fi. col. 3. de conſti. & in c. 2. col. pen. de pro
ba. at nos loquimur de priuilegio immunitatis
conceſſo per dictum Comitem: quod priuilegiū
ſui natura ſtrictiſſimè & propriiſſimè uenit intelli
gendum. l. ſi quando. C. de inoff. teſta. l. ex facto,
ff. de uulg. & pup. ſubſti. traditur per glo. Abb. &
Feli. latè in c. cauſamque de reſcrip. Anch. conſi.
241. Soc. conſi. 212. in fi. uol. 2. Iaſ. in l. 1. ff. de con-
ſti. prin. Dec. cōſi. 516. col. fi. Porti. Imolenſ. conſ.
106. nu. 79. gl. in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, ff. de
leg. 2. Alex. cōſi. 125. col. fi. uol. 2. Dec. cōſi. 32. & in
39 c. nouit, col. 3. de iudi. Silu. cōſi. 4. n. 15. † Et ſi reli-
qua priuilegia reſtringēda ſunt, & ſtrictè interpre
tāda, multo fortius reſtringenda ueniūt immuni
tatis priuilegia, quia ſunt cōtra publicam utilita
tem, ſecundum Paul. de Caſt. in l. maritum, ff. ſo-
lut. mat. Alex. in l. quia tale. ff. eod. tit. & cōſi. 15.
col. 3. uol. 2. Bero. cōſi. 148. nu. 37. volu. 2. † hinc
40 eſt quòd appellatione poſterorū, generis, aut de
ſcendentiū in priuilegio immunitatis, nō ueniūt
deſcēdētes ex filia, quia tale priuilegiū eſt odioſiſ
ſimū, l. 1. ff. de iure immu. licet in alia materia fa-
uorabili cōtineantur nepotes ex filia, prout tra-
dit Dec. cōſi. 223. ſub nu. 6. & Ripa lib. 2. reſponſ.
c. 26. nu 19. Bero. cōſi. 96. nu. 4. uol. 1. & cōſi. 120.
41 nu. 35. uol. 2. † Demumque uidemus quòd licèt
habens numerum 12. filiorū ſit immunis ab omni
bus oneribus tam patrimonialibus, ſeu collectis,
quā à perſonalibus, l. ſi quis decurio. C. de decur.
lib. 10. & ibi glo. Bar. Andr. de Barulo, Io. de Plat.
& alii, Bar. in l. ſemper. §. demonſtratur, ff. de iure
immu. Io. Plat. in l. 1. & in l. eos. C. de his qui pro
nume. lib. & in l. neque, C. de mune. patri. lib. 10.
Bal. cōſi. 312. in prin. uol. 3. Anch. in c. licet, de cē-
ſi. Ang. Aret. in §. 1. col. 2. inſti. de excuſ. tut. ubi di
cit in practica ſeruandum, & poſt eum Iaſ. in ad-
di. Portii, Guid. Pap. q. 401. Petr. Antib. in tract.
de muner. 3. par. nu. 12. Rui. conſi. 127. uol. 4. cum
ſimil. cumulatis per Rol. à Valle cōſi. 52. col. 2. uo
42 lu. 2. ubi latius inſiſtit & cōprobat: † tamē id ſignā
ter procedit & intelligi debet de muneribus pu-
blicis, d. §. demonſtratur, iunc. l. fi. ad fi. uer. hæc
omnia munera. ff. de mun. & hono. & declarat A
lex. conſi. 123. col. ſecunda, vol. 5. inferens ex hoc

talem 12. filios habentem non excuſari ab onere
ſoluendi Quinquageſimam, quæ ratione rei em-
phyteoticæ venit præſtanda: iuxta l. final. C. de
iure emphyteoti. vel ſoluendi decimam, loco il-
lius ſubrogatum: quia id onus reſpicit priuatam
vtilitatem cuiuſque locantis eo modo: meritò cũ
iura vel priuilegia concedentia immunitatem à
muneribus publicis ſint exorbitantia, & contra
regulas iuris communis, debent reſtringi, nõ au-
tem extendi, l. ſi quando. C. de inofficio. teſtam,
& cum Alexan. reſidet quoque Natta conſilio
43 508. nume. 15. † Secundò principaliter poſito,
quòd dictus Comes potuiſſet dictas immunita-
tes concedere, tamen adhuc aduerti debet quòd
reſpectu onerum, quæ tendunt ad eius commo-
dum, cæteri grauari non debent, nec onus eis ac-
creſcere debet, ſed tantum quanta eſſet rata exẽ-
ptorum detrahi debet de tota ſumma, tantoque
minus ipſi Comiti ſolui debet: vnde in præiudi-
cium exemptantis, non autem cæterorum debet
hæc exemptio procedere. ita Ioan. Andræ. Butri.
Abb. & alii in capitulo, peruenit. de immu. eccle.
Imo. in l. omnibus, col. fi. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. auus.
colum. 4. ff. de pact. Abb. & poſt eum latè Felyn.
in capitulo, accedentes. col. 8. de præſcri. Alexan.
conſi. 177. col. 5. vol. 2. Rui. cõſi. 125. col. 2. volum.
44 4. † Reſpectu verò ſalarij poteſtatis, percepto-
ris, & id genus onerum, quæ non ueniunt præſtã-
da Comiti, licèt tali caſu, quia priuilegium tẽdit
ad præiudicium tertii, ex ille damnum patiatur,
aliis accreſcat in id quod exemptus abſoluitur,
& liberatur, ea ratione quia non præſumitur, quod
eximens voluerit illi tertio præiudicare, l. 2. §.
meritò, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco,
pub. ſicque declarat Specul. & Ioan. Andr. in tit.
de cenſi. §. ſecundo, ver. quid ſi vniuerſitas. & Io.
Andr. in c. 2. de immu. eccle. Guil. & Bald. in l. ſi
vnus. §. ſed ſi generaliter, ff. de pact. & in d. l. auus,
vbi Caſtr. inquit ita de facto ſeruari vidiſſe. Ro-
ma. in l. 4. in pin. ff. de re iud. Caſtr. & Imol. in d.
l. ab omnibus de quo tñ aliter ſentit Rui. conſil.
45 125. col. pe. uol. 4. † Attamẽ ſi alii nimium grauã-
tur ex eo quod ſoluunt pro exemptis, pront in
caſu noſtro ſupponitur, poſſunt principi ſupplica-
re, ut priuilegium immunitatis reuocet: idq; prin-
ceps facere debet, ex quo cæteris eſt pernicio-
ſum. capitulo, ſuggeſtum, de decim. ita declarat
Imol. in d. l. ab omnibus, in fi. Iaſ. in dicta l. auus,
numero duodecimo, Cardi. in clementi. præſen-
ti, quæſtione fina. de cenſib. & in dicto capitulo
accedentes, vbi pariter Abb. numero nono. Pe-
trus de Vbal. in tracta. de collect. nu. 26. & Ripa
libro 2. reſpon. capitulo 7. numero. 15. ubi indu-
cit tex. in dicto capitulo, ſuggeſtum. ubi priui-
legium immunitatis à ſolutione decimarum nõ
eſt obſeruandum eo caſu, quo priuilegiatus po-
ſtea acquirat tot prædia, pro quibus ſi decimas
non ſolueret, inferretur enorme damnum Ec-
cleſiæ. Et idem tradit Boſſi. in titulo de principe,
numero 164. & ſequenti. Natta conſilio 63. nu-
46 mero quarto. † demumque Dominus Franci-
ſcus Maria Plotus, tunc licèt nondum Laurea
corona decoratus, ingenio tamen iureconſul-
tos vincens, in addi. quas ille pulcherrimas qui-
dem fecit conſiliis Martini Garrati Laudenſis,
conſilio 41, ubi loquens de immunitate conceſ-
ſa per quam uniuerſitas ciuitatis, Caſtri, ſeu uil-
læ nimis læderetur, concludit aduerſus eam da-
ri reſtitutionem in integrum, l. Reſpublica. ubi
tex. Caſtren. & alii, C. ex quibus cauſ. mai. eam-
que ſubdit eſſe communem ſententiam teſtimo-
nio genitoris ſui Do. Ioan. Baptiſtæ Ploti Iure-
conſ. celeberrimi, ſupraque modum copioſi in
l. ſi quando, numero uigeſimoquarto. C. vnde
ui, quorum utrique plurimum me debere ſen-
tio, cum nunquam ab eis uiſum prior in addi.
d. Garrati conſilio 59. numero nono, me nomi-
nauerit, & plurimum comendauerit. Secundus
uerò idem ſeruauit in indice ſuo locupletiſſimo
præuio d. legi, ſi quãdo, in uerſiculo, decreti Do-
minii Mediolani, ſub Rubric. de donationibus
& in conſilio 130. numero 53. primo tomo crimi-
nal. diuerſorum auctorum Venetiis anno 1566.
impreſſorum, demumq; se literis ad me tranſmiſ-
ſis, & ſalutem plurimam exoptare, & intenſum
amorem erga me ſuum notificare curauit. Et
ex his, vt concludam ſuper hoc ſecundo quæſi-
to, uidebatur intentio dictæ communitatis ho-
minum Fuſignani fundata contra dictum Co-
47 mitem. † Sed tamen illis minime refragantibus
contrariam ſententiam libentius amplector. Et
moueor, quoniam Princeps non recognoſcens
ſuperiorem uel habens iura imperii, concedere
poteſt immunitatem ab huiuſmodi oneribus, e-
tiam quòd eſſent realia & ordinaria. l. ſunt mu-
nera. ff. de uaca. mun. ibi [præter eos, quibus be-
neficio principali conceſſum eſt] per quam ſic tra-
dit Ioan. Plat. in d. l. uacuatis. & Bartol. in l. 2. ff.
de iure immu. latè Alexand. conſilio 30. colum-
na tertia, volumi. quinto, qui loquitur in Illuſtriſ-
ſimo Duce Mediolani, & conſilio 33. columna
finali, eodem uolumine, ubi loquitur in excelſo
Duce Hercule primo Eſtenſe, & latius ponit Pa-
riſ. conſi. 68. colum. prima, uolumi. primo. idem-
que tradit Bartol. in l. 1. C. de decre. decur. lib.
decimo. Abb. in capitulo, ſecundo, columna pe-
nultima, poſt Ioan. Andr. & alios, de immu. ec-
cle. & in capitulo, accedentes. columna finali,
de præſcrip. quos refert Roland. à Valle conſi-
lio primo, numero trigeſimoprimo, uolumine
ſecundo. & Natta conſilio 310. columna prima,
48 † ſubdens quòd ubi fit conceſſio immunitatis,
non expedit ut fiat mentio de præiudicio ter-
tii, quia conceſſio immunitatis de ſui natura
hoc importat, ut eſt glo. not. quam Abb. ibi-
dem notat in capitulo, cum olim. il primo in
ver. Dioceſani. de priuil. & in capitulo primo,
& ſecundo, columna finali, ſuper glo. commiſe-
49 rimus. de teſtibus. † Et hæc ideo procedunt,
nam Reges, Duces, Marchiones & Comites
habentes iura imperii in ſuis terris, poſſunt
in oppidis infeudatis ea omnia, quæ reſer-
uata ſunt Principi in ſignum ſupremæ pote-
ſtatis, & inſignis priuilegii: cenſenturque
Principes in ſuo Regno, Ducatu, uel comi-
tatu, & omnia poſſunt, quæ poteſt Impe-
rator

rator in toto orbe, ut concludit Caſtren. conſi.
127.ſuper primo dubio,colum.3. in anti.quem
ſequitur Alexand.conſilio 2.uolum.primo, re-
petito in conſilio 87.uol.2.And.Sicul.conſi.34.
colum.penult.volum.ſecundo.Curt.iun.conſil.
61.nu.9.& conſil.100.nu.3.Natta conſilio 554.&
nu.9.& Emilianus conciuis meus conſil. 39.nu.
15.de Comite Galeotto Mirandulæ loquens:&
de Marchionibus Palauicinis Bellon.conſi. 37.
colum.3.volens quòd ſtantibus ſuis ampliſſimis
inueſtituris poſſint immunitates concedere. At
in propoſito noſtro Dux Hercules Illuſt. Eſten-
ſis princeps æternæ memoriæ in inſtrumento do
tis Comiti Alfonſo conceſſit inter alia, quòd in
caſtro Fuſignani haberet omnimodam poteſta-
tem, iuriſdictionem,bailiam,& dictionē, quam
& quæ habuit,habebat,& habere poterat præfa-
tus Illuſtriſſ. Dux ante præſentem conceſſionem
& auctoritate Ducali & de plenitudine poteſta-
tis ſuæ dictum Comitē ſibi ſubſtituit & in locū,
ius,& ſtatum ſuum poſuit, & ſubrogauit, nihil
penitus ſibi reſeruato,niſi ea tantum modo ſupe
rioritate,quæ ſibi competit ratione ſui directi do
minii feudi in dicto caſtro:quo fit vt dictus Co-
mes iam nō vt princeps inferior cenſeri debeat,
vt ex aduerſo ſupponitur,ſed vt ſuperior,& in iu
riſdictione dicti caſtri par excellentiſſimo Duci
50 Ferrariæ in ſuo Ducatu, † quia ſubrogatū &c.
l.ſi eum,§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. l.1.&
ibi Bartol.ff.ſi quis teſt.lib.iuſſ.eſſe fuer. cum ſi-
milibus meritò potuit dictus Comes immunita-
tes concedere,de quibus agitur, & conceſſæ va-
lent. Et hanc partem tenendo non obſtant con-
traria,ſi quidem ceſſat primum quòd Comes Al
fonſus ſit inferior & ſuperiorē recognoſcat:tol-
litur enim,& contrarium patet ex dicta conceſ-
51 ſione Ducali. † Sed & ſtatutum Fuſignani fa-
mulatur dicto Comiti quatenus excipit immuni
tates conceſſas à Dominis Fuſignani, nam cum
ſit impoſſibile res immunes etiam vigore conceſ
ſionis Comitū,niſi habeant vim exēptandi, uer
ba illa licet enunciatiua diſpoſitionē inducunt
in illo antecedenti neceſſario. l. Proculus, ff.de
vſuf.Bar.in l.ex hac ſcriptura.ff.de donatio. Ale-
52 xand.conſilio 116.colum.ſecunda,volum.5. † Et
licet idem ſtatutum loquatur per verba præſen-
tis temporis,nihilominus trahi debet ad futurū,
quia natura legis eſt dare formam futuris, & lex
ſemper loquitur.ita Bartol.in d.l.cum lex, ff.de
legi.& in l.omnes populi,nume.64.ff.de iuſti. &
iu.Cano.in capitulo ſecundo,de conſti.Barto. &
latè Iaſ.in l.1.ff.de conditio.ex leg. Bartol. in l. ſi
ita,ff.de auro & argen.leg.Domi.in capitulo, vt
animarum,colum.fina.de conſti.in 6.Alexa.con
53 ſil.ſi.col.antepen.volum.4. † hinc eſt, quòd ſi
lex vel ſtatutum derogat conſuetudini, futura
quoque cōſuetudo intelligitur derogata,& pro-
hibita,quia lex,& ſtatutum ſemper loquitur, ut
tradit Abb.& abundè Dec. in capitulo, ſecun-
do,numero decimooctauo,de probatio. Alexan.
in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen. & in l. ſi mihi
54 & tibi,§.in legatis,ff.de leg. primo. † Et quod
inquit Bartol.in d. l. cum lex. procedit quando
daretur occaſio delinquendi, puta ſi dicit ſtatu-
tum quòd bannitus ſoluendo 10.liberetur, ſicq́;
pœnam remittit, nam intelligitur de bannitis
præteritis, non autem de futuris, ne detur oc-
caſio delinquendi, ſicque tenet Alberic.in ulti-
ma parte ſtatut.quæſtio. 16. Angel. conſilio 67.
ex themate.ſecundo dubio.Salic.in l. 2.per illum
textum.C.de gener.abol. Felyn.in capitulo fina
li,de conſti.& Dec.in capitulo ſecundo, in prin.
eodem titulo,quæ quidem occaſio delinquendi
non datur hic,licèt verba dicti ſtatuti porrigan-
tur ad futurum:quare ſeruire debent naturæ di-
55 ſpoſitionis legalis. † Ad ſecundum reſponde-
tur ex diſtinctione Romani,in l.ſi ſe non obtulit.
numero 30.verſiculo,quartò dubitatur. ff.de re
iudic.quem ſequitur Petr.de Vbald.in tracta. de
collect.numero 18.verſiculo,ſextò dubitatur. q
aut contigit aliquorum exemptio ante obliga-
tionem contractam, & tunc reliqui tenentur ſol
uere totum,l.ab omnibus,ff.de legat.primo, aut
contigit poſt obligationem contractam, idest
poſtquam facta fuit ſeparatio eius, quod ſol-
uendum eſt diſtinctè inter omnes, & tunc cæte-
ri non tenentur ſoluere partem contingentem
exempto rationibus, de quibus per Roma. ſed
hic agitur de collectis impoſitis poſt exemptio-
nem conceſſam per dictum Comitem, meritò
56 cæteri teneri debent.† Secundò dico quòd in
quantum communitas Fuſignani per ſtatutum
ſuum excipit à ſolutione collectarum immunes
factos à Dominis Fuſignani, dicitur eos rurſus
immunes facere, meritò cæteri teneri debent
ad ſolutionem totius, & portio exemptorum
debet eis accreſcere: ita glo.final.in d.l.uacua-
tis, Iaſ.in d.l.auus,numero nono,in fi. & Bellon.
conſil. 37.col. 3.vbi tenet quòd communitas in
præiudicium ſui bene poteſt immunitatem con-
cedere Poſtremò negatur enormis læſio cætero-
rum, cum non aſcendat ad lib. uigintiquinque
annuas, quæ ſunt quid exiguum diſtributæ in-
57 ter cæteros non exemptos. † vnde æquanimi-
ter ferre debet modicam læſionem, quia nec pro
modico fieri debet reſtitutio,l.ſcio,ff.de in inte-
grum reſtitutio.ita poſt Ioannem Andræam, tra
dit Abb.in capitulo,peruenit. numero 17. uerſi-
culo,dicit tamen.de immun. eccleſ. & loquitur
Abb.ſignanter in caſu,quo collecta ueniebat ſol
uenda eximenti, meritò Cardi.in clementina,
præſenti. in fine, de cenſibus conſiderat quòd
præiudicium ſit graue, quod infertur communi-
tati:& Idem tradit Vbal.loco citato,nu.25.Vnde
remotis contrariis in hoc ſecundo quæſito rema-
net firma concluſio contra dictam communi-
tatem.

*Hippolytus Rimi.Ferrar.*

ćti loci deputatos ab ipſo , retentę fuerunt di-
ćtæ beſtiæ memoratis colonis velut in com-
miſſum collapſæ propter denuntiam non fa-
ćtam nec bullettam deſumpta , quas ne domum
tranſducerent, fideiuſſores præſtiterunt de ſoluē
do quicquid occaſione prædićta tenerentur, cum
tamen ſecus putarent, petierunt coram iudice de
legato ſe declarari liberos & immunes à ſolutio
ne datii, tranſitus, & gabellæ ſine bulletta, & in ea
poſſeſſione manuteneri, dićtumque Illuſtr. Do.
Gibertum & eius officiales compelli ad deſiſten-
dum à prædićta moleſtia, fideiuſſoreſque datos
liberandum. Quæritur ergo quæ nam partes eſ-
ſe debeāt in iudicādo? Etiā prima conſideratio-
ne viſum fuit petitioni dićtorum colonorum ſub
1 ſcribendũ fore, † quoniam eum Illuſt. D. Giber-
tus in ſoperiorem recognoſcat Illuſtriſſ. & Excel
lentiſſ. Ducem Ferrariæ, noua vectigalia impone
re non poteſt ſine conſenſu ſuo, vt de Barone tra
dit Salic. in l. 2. colum. ſecunda. C. noua vectig. &
de caſtris ciuitatis Florentiæ & Peruſii Bald. ibi-
dem, quos refert & ſequitur Bertach. in tract. de
Gabel. in prima parte, quæſtio. 3. & 7. Corn. con
ſi. 199. nume. 11. volum. primo, Boſſi. in tit. de prin
ci. nu. 119. Quinimmo de Rege Franciæ dubita-
uit D. Anto. Boidi poſt Signoroll. in rubr. C. no-
ua vectiga. numero 35. prout ibi latius per eum.
Et cum prædićtis tenet inſuper Angel. poſt Iaco.
de Are. per illum tex. in l. 2. §. fi. ff. ne quid in lo-
2 co pub. † Et hinc infertur quòd Illuſt. D. Giber
tus habet præſumptionem iuris contra ſe, verſa
verò vice dićti coloni fundatam habent inten-
tionem de iure communi, quòd ſint liberi à tali
exactione pedagii, quia quælibet res & perſona
præſumitur libera, niſi probetur affecta & obliga
ta. l. altius. C. de ſerui. & aqua. gl. not. in l. ſi prius,
in verſiculo, egiſſet. ff. de operis noui nunciatio.
Hoſtien. & Ioannes Andræas in capitulo, nimis,
de iureiurando. Bald. conſilio 351. in bonis feu-
dalibus, volumine ſecundo. Caſtr. conſilio 179.
in cauſa, quam magnificus. columna prima, ad
finem, volumine primo. Alexander conſilio
129. columna prima, volumine primo, conſilio
54. columna decimaquinta, volumine quarto,
Cur. iun. conſilio duodecimo, columna quarta,
conſilio 183. columna prima. Brun. conſilio 83.
Deciſ. Neap. 277. col. fina. Crau. conſil. 11. nu. 9.
& conſi. 132. nu. 10. Bero. conſil. 115. nu. 30. vol. 1.
meritò ſequitur quòd in hoc poſſeſſorio iudicio
potiores eſſe debent dićti coloni, quibus ius cō-
mune fauet: cum pro illis ſit iuris adminiculũ,
& ſic obtinere debent, iux. not. per Bal. in c. ſi di-
ligenti, col. pen in fi de præſcrip. Cur. conſil. 24.
col. 1. & in terminis firmat Iaſ. conſi. 81. col. 3. nu.
3 5. uol. 3. † Secundò probari videtur eorum liber
tas ex inſtrumento permutationis celebrato in-
ter Illuſtriſſ. D. Marchionem Nicolaum Eſten-
ſem & quendam D. Galaſium de Piis, in quo di-
ćtus D. Marchio reſeruauit ſibi ſuiſq; ſucceſſori
bus omnem iuriſdićtionem, dominium, & impe-
rium in terris & rebus poſitis in uillis Gallorum
& Suzzorum datis in permutationē dićto Gala-
ſio, quo ſit ciues Mutinæ dićtarum terrarum poſ
ſeſſores exēptos eſſe ex dićta reſeruatione à iuri
ſdićtione dominorum de Piis & liberos ac immu
nes ab eorũ grauaminibus redditos fuiſſe, quod
fieri potuit ab illo principe. Bar. in l. hi qui. ff. de
iure immunitat. Quin & accedunt capitula per
dićtos colonos allegata, quibus blada, vinum,
fructus, & redditus dićtarum rerum ciuium Mu
tinenſium eximuntur ab onere quicquam ſol-
uendi cauſa conducendi ea vel eos ad ciuitatem
4 Mutinæ. † meritò cum tale priuilegium ſurgens
ex dićtis capitulis & inſtrumento præallegato
ſit reale, quia rebus conceſſum, l. & talem, §.
rebus, l. forma. §. quamquam, ff. de cenſibus. tran-
ſire debet ad colonos dićtorum ciuium, vt eſt
de mente Bartol. in l. 1. C. de anno. libro deci-
mo, ubi etiam Ioan. Plat. & in l. licitatio, § mer-
catores. ff. de publica. not. glo. in clementina pri-
ma, de deci. Abb. in capitulo, ex parte. il primo,
eodem titulo, conſilio nono, ſecundo dubio, vo-
lumine primo, Rui. conſilio 157. columna finali,
uolumine tertio. Pariſ. conſilio 69. numero ſex-
5 to. volumine primo. † Et licèt dićta capitula
loquantur quando fructus & redditus de dićtis
villis Mutinam conducerentur, hæc autem a-
nimalia retenta ſint Sollieriæ, dum à mercato
Mutinæ coloni redirent ad dićtas uillas: nihi-
lominus eis prodeſſe debent, quia priuilegiatus
in eundo, cenſetur etiam priuilegiatus in redeũ-
do. prout not. Bar. in l. utimur. ff. de ſepul. vio. &
in l. 1. ad fi. C. de nauicul. lib. 11. Abb. & Imol. in
capit. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. Deciſ.
Neap. 307. nu. 23. vbi concludunt quòd ſecuritas
alicui conceſſa in eundo, etiam in redeundo da
ta cenſetur; & in terminis noſtris ita concludit
6 Dec. conſilio 48. columna ſecunda, in fi. † Ter-
tiò concurrit quòd cum dićtæ uillæ tunc tem-
poris, quando conceſſe fuerunt dićto Galaſio,
non eſſent vllo uectigalis onere affectæ, nō poſ
ſunt Illuſtr. Domini de Piis eas grauare, cum de
beant eſſe contenti muneribus duntaxat impoſi-
tis tempore conceſſionis feudi, nec ſubditos ul-
terius grauare debent. l. cum ſatis. §. caueant. C.
de agri. & cenſib. libro vndecimo. Iac. à Sanct.
Georg. in tracta de homag. columna nona, ver-
ſiculo, in quæſtione prædićta. Grammatic. con-
7 ſilio 147. numero uigeſimo, in ciuilibus. † Quar
tò accedit dićtos colonos conſueuiſſe bullettam
Carpo ſumere, non Sollieriæ iuxta tenorem præ-
dićti inſtrumenti ibi [cum bulletta tamen do-
minorum de Piis] (qui Carpi tunc erant Domi-
ni) unde à tali conſuetudine non eſt receden-
dum, cum magna ſit eius auctoritas, l. ſecun-
da. C. quæ ſit long. conſuetu. capitulo, cum con-
ſuetudinis. de conſuetudi. Dec. conſilio 48. co-
lumna prima. Quintò non omittitur quòd per
quatuor ex eorum teſtibus prætendunt dićti co-
loni probaſſe, quòd ipſi ſuique præceſſores in
laboratura dićtarum rerum ab annis 50. & ul-
tra conſueuerunt conducere fructus & beſtias
per territorium Sollerïæ liberas, & immu-
nes a ſolutione datii & gabellæ, receptio-
8 niſque bullettæ: † quo ſtante ſuccedit doctri-
na Bartoli, in l. licitatio. §. earum, ff. de

publica.& poſt eum Caſtr.nbi quærit quanto tē
pore debeat eſſe ceſſatum in ſolutione uectiga-
lis ad hoc, ne quis ad illud teneatur, & conclu-
dit quòd ſi exactio pertinebat ad fiſcum, uel rem
publicam ſufficit tempns annorum quadraginta
per l. omnes, C. de præſcr.30. ann. idemque tra-
dit Bār.cōſ.59.commune Spoleti, nu.7.ſequitur
Cor.conſi.268.num.19.ver.& ideo. vol 4.Anto,
Boid.in d.Rubr.C.noua vecti.nu.44.latè Crau.
conſi.111.col.3. D.meus Rimi.conſi.307.num.9.
Herculanus Peruſi.in trac.qui teneantur proba-
re nega.nu.288.immo lapſus annorum 30. vide-
tur ſufficere, vt per Cur.iu.conſi.42.col.pen. con
ſi.177.col.4.Cra.conſi.111.nu.12.Cepha. conſi.
129.num.5.tanto magis ergo ſufficiunt anni 50.
Quinimmo per teſtes dictorum colonorum pro
batum videtur de tanto tempore cuius initij me
moria non extat in cōtrarium: nam dicunt quòd
audiuerunt ab alijs antiquis ita ſeruari à tāto tē
pore &c.quo ſtante res videtur reddi clariſſima
9 pro dictis colonis, † quia lapſus tanti temporis
habet vim conſtituti.l.hoc iure,§.ductus aquæ.ff.
de aqua quot.l.2.§.idem Labeo, ff.de aqua plu.
arcend.Bald.in l.vectigalia, C.noua vecti.Marti.
Garrat.conſi.38.nu.7.& ideo per ceſſationem ſo-
lutionis non ſoluendi tanto tempore, inducitur
præſcriptio libertatis, vt voluit Ange.conſi.337.
col.pe.circa fi.& col.fi.Soc.cōſi.257.col.4. verſi.
præterea, vol.2.Abb.cōſil.82.col.1.volu.1.& in
terminis gabellæ Dec.cōſi.496.nu.5. quem cum
cæteris refert Cra.conſi.111.nu.25. idemque po-
nit Ripa, lib.1.Reſpon.c.18.& Cephal.conſi.166.
nu.26.qui & abundè d.conſi.129.col.1.Bero. cō-
ſi.25.nu.13.vol.1. vbi dicit tantum tempus cau-
ſare iuſtum titulum præſcribēdi etiam aduerſus
ius commune ſeu illum, qui habet fundatam intē
tionem de iure communi, c.1. in fi.de præſc.in 6.
& moder.Galli in conſuetu.Pariſij, titu.1.§.7.nu.
12.dicentes quòd iſta præſcriptio nunquam cen
ſetur excluſa etiam per legem prohibitiuam, &
per vniuerſalia negatiua & geminata verba om-
nem quancunque præſcriptionem excludentia.
Sed & vltra teſtes talis ceſſatio ſolutionis & aſ-
ſumptionis bullettæ poſſet optimè iuſtificari per
exhibitionem librorum officialium Sollerię, in
quibus nō appareret quicqnam de his ſcriptum,
ſecundum Bal.in l.fi.4.oppo.C.de reb.credi.Bar
to.in l.Titiæ textores, ſecūdo no.ff.de leg.1.Dec.
conſi.496.nu.6.Cur.iu.conſi.106.nu.10.conſi.111.
nu.13.Gramma.deciſ.59.nu.16.Cra.cōſi.38.col.
1.conſil.313.& Hercul.loco citato, numero 171.
10 † Sextò tanto minus videtur Illuſt. Do.Giber-
tus obtinere poſſe, quòd ſui teſtes non probant
ſolutionem dicti vectigalis paſſim factam per di-
ctos colonos, ſed de quibuſdam paucis tantùm,
meritò ſequitur per iſtos teſtes non eſſe probatā
quaſi poſſeſſionem dicti iuris incorporalis, ex
quo ſolutio facta non fuit ab omnibus nec à ma-
iori parte: talis enim quaſi poſſeſſio paucarum &
ſingularium perſonarum dicto Domino Giber.
non debet opitulari.l.quòd maior, ubi gl.& Bar
tol.ff.ad municipa.l.nulli, ff.quod cui.vni.no.Ia-
ſon in caſu noſtro, conſilio 81. columna ſecunda,
volumine tertio, idque confirmatur ex not. per
Innocen.in capitulo, dilectus.& Caſtr.in l.reſti-
11 tuta, in princip.ff.ad Trebell. † qui concludunt
quòd actus iuriſdictionis cōtra aliquas certas &
particulares perſonas non comprehendunt alias
quæ ſunt diuerſæ & ſeparatæ, vnde dato quòd
fuiſſent exactæ gabellæ contra quoſdam paucos
dictarum villarum, non bene infertur alios tene
ri, Bal.conſi.268.columna ſexta, circa finem ver
ſiculo, & ſi probatur quòd exegit.volum.4.Cra.
12 conſilio 111.num.15. † Confirmatur ex not. per
Bar.in l.prima, §.ſi quis hoc interdicto, ff.de itin.
actuque pri.vbi dicit quòd ſi aliquis vult dicere
ſe præſcripſiſſe ius colligendi pedagium, & pro-
bat quòd ſolitus eſt illud percipere de talibus re
bus, in illis tantùm dicitur ius ſibi quæſitum, de
quibus apparet uſus, in aliis ſecus. idemque po-
nit Bartol.in l.ſi publicanus, in fi.ff.de publica.
& vectiga.Roma.in l.uectigalia, ff.eo.Imol.in l.
inter pares.ff.de re iudic. Anton. Boid. in d. Ru
brica C.noua vectig.nume.19.Craue.dicto con-
13 ſilio 111.numero ſexto. † meritò arguendo de re
bus ad perſonas, quod valet, l.miles ita, §.1.ff.de
teſtamen.militari, l.qui furere, & ibi Bald.& Al-
beric.ff.de ſtatu hominum, l.ſi quis inquilinos,
§.ſi ita legatum, ff.de lega.primo, cum ſimil.per
Euerar.in centuria ſua, loco à perſona ad res,
& econtra, dici debet quòd ſicut exactio peda-
gii de quibuſdam rebus, quo ad alias non præiu-
dicat, ita facta contra certas particulares perſo-
nas, non debet contra alias præiudicium infer-
re: ſicque propriè Iaſ.argumentatur in dicto con
14 ſilio 81.columna tertia. † Septimò concurrit quia
in terminis noſtris eſt conſtitutum minori ſuccur
ri, ſi non denuntiauit gabellario, l.finali, §.diuus.
ff.de publica. at minor & ruſticus æquiparantur
l.1.in fi.ff.de edend.ergo ſequitur dictos colonos
excuſari debere, caſu quo tenerentur, non ſoluē-
do uectigal, nec ſumendo bullettam minoris exē
15 plo. † quia ubi duo caſus ſunt æquiparati per
modum regulæ, diſpoſitum in uno locum ha-
bet in alio, l.ſi quis ſeruo, in fine, ubi glo Barto.
& alii, C.de furt.& per eundem Bartol.ac cæ-
teros, in l.1.§.Marcellus, ff.ad Trebel. Poſtremò
16 quando res eſſet ambigua, † cum tractetur de
gabella impoſita exigenda, quæ dicitur odioſa,
fieri deberet interpretatio aduerſus eā, & ſic quod
non debeatur per dictos colonos, ut tradit Bart.
in l.ſi pupillus, ad finem, ff.ad legem Falc.Corn.
conſilio 106.volumine quarto.Dec.conſilio 457.
numero octauo.Crau.conſilio 111.in fine, Ruin.
conſilio 112.numero 14.uolumine quinto, & ex
his periculoſa ualde reddi uidebatur intentio
præfati Illuſtr. Domini Giberti contra dictos co
lonos. Quibus tamen non obſtantibus liben-
tius amplector eius partes defenſandas, præmit-
tens primò, quòd de iure datiandi competen-
te in loco Sollerię ab immemorabili tempore
deponunt teſtes utrinque, & ſupponunt aduer-
ſarii negantes ſoluiſſe vectigal ibi per tantum tē
pus, cuius initii memoria non exiſtit: unde faten
17 tur adeſſe datium, ſed negant ſoluiſſe. † meritò
probatū dr ius datiandi tāto tēpore, licet de ſcīa

Prĩcipis ſuperioris nõ appareat, vt voluit Cy.in
l. 2. C.noua vectig. Bart.& alij, in l.ſi publicanus.
§.in vectigalibus.in prin.ff. de public. Bal. conſi.
110.antiqua quæſtio. vol. 1. Bertach. in tracta. de
Gabell. 1.par.q.10.nume.27. qui communem te
ſtatur, ſicut & Alex.conſi.6.colum.2.vol.1.Dec.
conſi.85.col.2.Rube.conſi.21. colum. pe. Balb.
in tract.de præſcri.2.par.3.partis.princ. q.6.nu-
18 me.22. † Secundò præmitto quod habuerunt
dicti Coloni ſcitẽiam extantis datij Sollerię, pro
ut fatentur quidam ex eis. Et vlterius cum com-
muniter per totam Italiam adſint ſtatuta ſoluen
di gabellas ad portam, vel ſimilia loca, ſupina eſt
eorum ignorantia, qui eam prætendunt: ita q
eos non excuſat, cum tales gabellæ dicantur vſi-
tatæ: caſus eſt & ibi not. Bar. Caſtr. Rom.& alij,
19 in l. interdum.§.licet. ff.de publica. † Hinc di-
cit Bal.in l.3 C.de naut.fęn.col. 3. quòd in vecti
galibus culpa eſt non explorare conſuetudinem
loci.l.fi.§. diui. ff. de publica. & hoc eſt propter
generalem conſuetudinem, quia vbique con-
ſueuerunt eſſe ſtatuta ſuper huiuſmodi deuectis
& vectigalibus præſtandis: immo non exploran
do de tali conſuetudine, ſuper qua conſueue-
runt mercatores & negociatores inquirere me-
tu amiſſionis mercium, arguitur quis in lata cul-
pa. Bald.conſi.463.ſtatuto communis Papiæ.co-
lum.1. vol.3. repetito conſi. 436. vol. 5. Crauet.
20 conſ.115.nume.3. † Tertiò præmitto quòd de
qualibet re, quæ vehitur de vna ciuitate in aliam
cauſa commercij ſoluitur vectigal, nec per reſcri
ptum, nec per militiam quis excuſatur.glo.eſt
notab.& ibi not. doctores in l. ſi publicanus. §.
de rebus.ff.de publica.glo.Bal.& Saly. in auth.
habita.C.ne fil.pro pa.Card.cõſi.12.primo dub.
Rui. conſi.112.nu.5.in fi.vol.5. His ita ſtantibus
ſequitur manifeſta concluſio, quòd animalia de
quibus agitur ceciderint in commiſſum; nam di
cti coloni ſciuerũt adeſſe datium Solleriæ, aut ſi
ignorauerũt, ſupina fuit eorum ignorantia. Rur
ſus conduxerunt ea animalia cauſa commercij,
prout in precibus dicunt ibi [ venientes à Mer-
cato Mutinæ, tranſeuntesque per territorium
21 Solleriæ] † quæ preces aduerſus eos probant.
l. cum precum.& ibi not. Salyc. C. de lib.cauſa.
Bero. conſi.144.nume.1.volum. 3. ergo non ſo-
luta gabella, bulletta nõ accepta, nec etiam facta
profeſſione ceciderunt in commiſſum. l. commiſ
ſa.in prin. & ibi gloſ. Bart.& alij, l.fi.§.diuus.vbi
22 Roma. ff.de publica. † Secundò probatur iſta
concluſio contra dictos colonos ex ſcientia ſua
datij Solleriæ & eorum tranſitu cum beſtiis per
eum locum iuncta uoluntate ſoluẽdi gabellam:
ex his probatur animus ſuus fraudandi datium
ſecundum Alex.conſi.188.poſt princ. volum.7.
Crauc.conſi.115. colum. 1. Tertiò confirmatur
hoc idem ſola profeſſione non facta, poſito quòd
gabellam ſoluere non tenerentur aliquo reſpe-
ctu, d.§.diuus.& ibi not. Bar. Ang. Caſtr. Rom.&
alij, Bal. conſi. 245.colum.2.vol.2.Rui.conſi.112.
23 num.8.cum ſeq, vol.5. † Quartò non probant
coloni ſuam intentionem quòd Illuſtr.D.Giber
tus ius exigendi vectigal ab eis non habeat.& ita
quòd aduerſus eos hæc ſint noua vectigalia, quę
vellet inſtituere; nam qui porrigit libellum con
tra aliquem, quòd noua vectigalia impoſuerit, id
probare debet. l. fi. C. noua vect. c.1, de grad.ſuc-
ceſſ. per quæ iura ſic in terminis tradit Cur.iun.
conſi.124.nume.9. nec teſtes, quos inducunt eos
24 iuuant vt inferius oſtendam. † Quintò probant
teſtes Illuſtr. D. Giberti quòd officiales ſui ga-
bellas exegerunt ab omnibus ducentibus fętus,
& beſtias per territorium Solleriæ, ſicque exer-
cuerunt uniuerſaliter iuriſdictionẽ contra quoſ-
cumque datiandi beſtias inde tranſeuntes cum
caſus contingeret: ergo pariter dicitur ius com-
petere contra dictos colonos, qui ſub tali iuriſdi
ctione comprehendi poſſunt: ita Cy.& Sal.in l.
1.C.de emanc.lib.dicens quòd in dubio præſu-
mitur generaliter & vniuerſaliter quis vſus. ſe-
quitur Alex.conſi.67.& viſo.col.6.ver. hoc pro-
batur.volum.2.de quo meminit Cor.conſ.242.
25 volum.1. † Sextò concurrit quòd caſtrum Sol-
leriæ fuit & eſt Dioceſis Mutinæ,& aliàs ſub eo-
dem Principe, quòd probat inſtrumentum ve-
tus anni 1408. ibi [ iuxta territorium Solleriæ
Dioceſis Mutinę ] & ita præter annos centum
dicitur de antiquo, ſecundum communem opi.
de qua teſtantur Alex. & Iaſ. in l. cum aliquis.
C. de iure delib. Dec.conſi.13. colum. 6. Deciſ.
Neap.245.col.3. Boer.deciſ.39.col.4. Craue. in
26 tract.de antiq.temp.in prin. † meritò plenam
facit probationem in illis verbis, licet enuntiati
uis, vt tradit Bald. Sal. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d l.
cum aliquis. Fel.& Dec.in c.cum cauſam.de pro
bat.& idem Dec.poſt multos.in l.ex his. nume.
24. C.de teſt.mil.ſed per teſtes Illuſtr.D.Giber-
ti probatur tranſeuntes per Mutinam cum be-
ſtijs & id genus ſoluere gabellas, & bulletas ac-
cipere, aliàs incidunt in commiſſum: ergo pari-
27 ter idem Solleriæ ſeruari debet, † quia conſue
tudo generalis prouinciæ, licèt contra ius, ſerua-
ri debet in locis eius particularibus, vt probatur
in c.cum eccleſia Vulterana.de elect. & ibi tenet
Hoſt. Ioa. Andr. Butr.& alij communiter, vt ibi-
dem teſtatur Abb. Septimò eadem conſuetudo
datiãdi Carpo probata reperitur per eoſdem te-
ſtes, cuius territorium cohæret dictis villis Gal-
28 lorum & Suzorum, † meritò ſeruari debet in
eis & ſpectari.c.catholica.9.diſtin.c.ex parte Cõ
poſtellani cum glo.de cenſi. Boeri.deciſ.263.nu
me.9. nam etiam in oneroſis conſuetudo vicino-
rum attenditur. l. venditor.§.ſi conſtat.ff.comm.
præd. l. Chriſtianos. C. de epiſ. & cler. quæ iu-
ra citat ad hoc Oldra.conſi.247.circa fi.ſequitur
Crauet.conſi.94.nu.5. Poſtremò ſuccumbere de
bent ex eo potiſſimùm dicti coloni quòd ſe fun-
dant in capitulis & conuentionibus initis inter
Illuſtr. Dominos de Pijs, cum Illuſtriſſ.& Excel-
lentiſſ. Ducibus Ferrariæ de non exigendo quic
quam a poſſidentibus terras in dictis villis pro
trãſitu fętuum & beſtiarum per territorium Sol-
29 leriæ verſus Mutinam. † Sed ex duobus dicta
capitula ſibi non proſunt: loquuntur enim de
poſſidentibus terras, & ſic de dominis ciuibus
Mutinę, meritò ad eorum colonos trahi non poſ
ſunt,

ſunt, vt perſonalia, iuxt. glo. not. in cle. 1. de deci. quã ſequuntur ibi Steph. Paul. Card. & Imol. idemq; tradit Abb. in c. ex parte. 1. col. 2. eo. tit. conſi. 9. 2. dub. volum. 2. Fed. de Sen. conſi. 111. col. 4. uer. item quæritur, & poſtremò Rui. conſi.
30 157. col. fi. vol. 3. † Alterum eſt quòd dicta capitula dicunt quòd poſſint extrahere, cum bulletta tamen dictorum fratrum de Pijs & ſuorum hæredũ & officialium. at iſti coloni nõdum gabellam ſoluere recuſarunt, ſed etiam bullettam ſumere, prorogantes & amplian̄tes priuilegium ſibi conceſſum (vt putant) extra cancellos ſuos, meritò in totum illud amittere debent propter illius abuſum, l. eos. C. de aquęduc. lib. 11. & ibi not. Io. Plat. Rui. conſ. 28. col. 3. vol. 1. quare patet iſtos colonos ex multis in præſenti cauſa ſuc-
31 cumbere debere: † Nec obſtant ita tenendò deducta pro eis: namque ad primum reſpondetur quòd cum ſui teſtes fateantur extitiſſe datiũ Solleriæ à tanto tempore, cuius initij memoria non extat: vtique ſatis dicitur eſſe probatum ius exigẽdi gabellas, vt tradit Ang. in d. §. ductus aquę. dicens quòd ſi Nobilis tanto tempore fuit vſus imperio in aliquo loco, habet fundatam intentionem, dato quòd aliud priuilegium nõ oſtendat: facit quod inquit Rayn. de Forli. in l. ſanè, ff. de iniur. de Gulpho Venetorum, & Bar. in l. iniuriarum. la j. §. fi. eo. tit. Ang. conſi. 289. circũſcripta pactorum ſerie, col. 2. & quod not. Bart. de ciuitatibus Italiæ, quæ ſibi præſcripſerunt merum Imperium vt ille ponit. in l. quominus. q. 2. ff. de flumi. in l. infamem. in fi. ff. de pub. iu. & in l. hoſtes. ff. de capti. Rui. conſi. 111. vol. 5. Ceph. conſi.
32 129. col. 2. † Et virtute talis præſcriptionis etiã dominium directum acquiritur, vt concludunt Bal. Sal. & Alex. in l. traditionibus. C. de pact. & talis præſcriptio pro veritate habetur, ut no. Bal. in c. cum cauſam, col. 3. ver. porrò. de prob. & eſt glo. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. ſequitur Dec. prædicta referens, conſi. 85. col. 2. Quæ præter eum confirmantur, quoniam curſus ſolus tãti temporis habet vim conſtituti. d. §. ductus aquæ. & vim cõceſſionis imperialis, C. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign. tradit Natta conſi. 524. nu. 7. Soc. iun. conſi. 76. nu. 85. cum ſequen. vol. 1. Rui. conſi. 3. nume. 17. vol. 1. Pariſ. plenè, conſi. 26. nume. 27. uol. 1. Craue. conſi. 134. num. 42. conſi. 170. nu. 7. Marſi. ſing. 80. Ceph. conſi. 18. nu. 10. & alia pertinentia cumulat Balb. in trac. de præſcri. ſecunda par. 3. partis prin. q. 6. Rip. in l. rem quæ nobis, nu. 50. ff. de acq. poſſ. Et in d. l.
33 quominus. nu. 41. † Quod procedit etiã in his quæ reſeruantur Imperio vel Eccleſiæ in ſignũ ſpecialitatis, ut per Soc. iun. d. conſ. 76. num. 89. Ceph. conſi. 176. nu. 27. in fine. & in tali præſcriptione non requiritur ſcientia ſuperioris ſecundum glo. in d. §. ductus aquæ. unde dicit Ange. ibi quòd ſi ciuitas ignorante Papa, uel Cæſare exercuit merum Imperium per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, præſcribit illud ius, & idem tenet Bald. in c. 1. quæ ſint rega. Butri. in c. peruenit. de cenſib. Imol. in l. ſi publicanus. §. in vectigalibus. Roma. in l. vectigalia. ff. de publica. Cy. in l. 1. C. no. uec. Bal. conſi. 110. antiqua eſt quæſtio. uol. 1. Bertac. in tract. de Gabell. prima parr. q. 10. nu. 27. qui dicit eſſe cõmu. prout teſtatur inſuper Alex. conſ. 6. col. 2. uol. 1. Dec. conſ. 85. col. 2. Rube. conſi. 21. col. pe. Balb. in tract. de præſcri. 2. par. 3. partis prin. q. 6. nu. 11. Fel. in c. cum nobis. col. 2. eo. tit. Craue. conſi. 21. nu. 12. quare ut concludam ceſſat obiectum quòd Illuſtr. D. Gibertus ſuperiorem re-
43 cognoſcat eũ †, per tantum temporis interuallum quòd extitit datium Sollerię inducatur prę ſumptio priuilegii quæ talis eſt ac tanta quę dicitur eſſe iuris & de iure: contra quam non admittitur probatio in contrarium, ut per Fel. in d. c. cum nobis, col. 3. de præſc. Balb. loco citato, nu. 19. Ceph. d. conſi. 129. nu. 3. & ob id eſt proinde ac ſi Illuſtr. hic D. Gibertus oſtenderet priuilegium Cæſareæ Maieſtatis imponendi huiuſmodi uectigal, de quo contenditur: & ita conclu dit Marti. Garrat. in alio caſu, conſ. 38. nume. 8. Sed quid opus eſt in præſumptione priuilegii verſari, cum de ipſo clariſſimè conſtet aliunde? nam patet ex inſtrumẽto rogato de anno 1502. per Ser Ludouicum Bonomellum, quòd excellentiſſimus & numquam delẽdæ memoriæ Princeps Dux Hercules primus cõceſſit in Feudum magnifico D. Alexandro Pio pro ſe & ſuis filiis maſculis legitimis & deſcendentibus caſtrum Solleriæ cum omnibus terris, uillis, locis, &c. & cum uectigalibus, pedagiis, & gabellis, & cum mero & mixto imperio ac gladii poteſtate & iuriſdictione ſimplici & omnimoda, meritò de iurę datiãdi Illuſtr. D. Giberti liquidò conſtat per illud inſtrumentum cum deſcendat ab illo Do-
35 mino Alexandro. † Nec ſuper illo priuilegio tãti principis eſt dubitãdum, quominus valuerit, ſicut nec de alio eiuſdem principis dubitat Alc. conſi. 33. col. fi. uol. 5. & ex inſtrumento prędicto tollitur ſecundum fundamentum partis aduerſæ de reſeruatione facta per Marchionem Nicolaum: nam Dux Hercules poſtea concedendo Dominis de Piis caſtrum Solferiæ cum gabellis, pedagiis, vectigalibus &c. dicitur in eos illud omne tranſtuliſſe, quòd in terris & uillis memoratis præceſſor ſuus reſeruauerat, cũ ultima derogent prioribus. l. pacta nouiſſima. C. de pact. & aliàs dicta conceſſio redderetur inutilis. Vnde reſeruata prius uenire debet, l. 2. cum ibi not.
36 ff. de iur. om. iud. † Et talis interpretatio latiſſima fieri debet in præiudicium Principis concedentis, l. fi. ubi Ang. nu. 6. uer. beneficium, ff. de conſti. prin. nec enim intereſt iſtorum colonorum bullettas accipere potius Carpo quam Solleriæ, ſi Mutinam ituri ſunt. Et ad capitula quibus nituntur, ſolutio patet ex dictis ſupra, nu. 29. & ſequenti. Ad tertium uerò reſpondetur, quòd illud procedere poſſet alio non conceſſo Dominis de Piis, ſecus ſibi dato in feudum caſtro Sollerię cum uectigalibus & aliis, de quibus ſupra: grauant enim ſubditos non ex antiqua, & priori conceſſione, ſed ex poſteriore. Quo uerò ad quartum dicitur illud uiguiſſe quouſque celebratum fuit aliud inſtrumentũ de ann. 1502.

prius

prius enim Solleria erat ſub eadem iuriſdictio-
nem ſub qua Carpum, videlicet Dominorũ de
Pijs, propterea ſumpta bulletta Carpo, non erat
opus eam recipere Solleriæ. ſed quoniam de an
no 1499. Carpum & Solleria per Dominos Pios
fuerunt in permutationem data Illuſtriſs. Duci
Herculi primo poſtea, verò de anno 1502. prin-
ceps ille magnanimus iure feudi conceſſit tantũ-
modo dictum Caſtrũ Solleriæ Dominis de Piis
retento ſibi Carpo, cœperunt dicta caſtra eſſe ſe-
parata, & ſub diuerſorum dominorum iuriſdi-
ctione, & ſic res eſſe deſiit in eodem ſtatu quo
prius fuerat: meritò ceſſare debuit allegata con
37 ſuetudo, † quia quælibet diſpoſitio ſemper in-
telligitur rebus ſic ſtantibus & in eodem ſtatu
permanẽtibus. l. ſi. ff. qui ſatiſ. cog. l. quæro, §. in-
ter locatorem, ff. loca. l. quod ſeruus. & ibi Doct.
ff. de cond. ob cauſam. hinc promittens aliquem
non offendere ſub pœna, ad eam non tenetur,
ſi eum offendit ex cauſa nouiter ſuperueniente.
Bar. in l. aut facta, §. cauſa, ff. de pęn. Bal. in c. 1. co
lum. 2. de pact. tenen. cum ſimil. citatis à Marſ. in
l. 1. §. ſi quis vltro, nu. 34. ff. de quæſti. Alciat. in
tract. de præſump. regula 2. præſump. 16. ad fi. Ce
phal. conſ. 187. nu. 4. & licet bulletta Carpo ſume
retur, vt loco Principis Excelſi Ducis Ferrariæ,
ſumi quoque debuit Solleriæ, veluti loco Do-
minorum de Piis & ſic alterius Principis, & ſu-
38 perioris, quicquid ſecus antea ſeruaretur. † circa
quintum de teſtibus colonorum dico quòd non
probant intentionem ſuam: nam omnes, exce-
ptis tribus primis & vltimo, ſunt ſuſpecti, quia
ſunt de habitantibus in villis Gallorum & Suz-
zorum, de quibus agitur, ita quòd veriſimiliter
vellent habitantes in eis exemptos eſſe propter
intereſſe proprium. Vnde repellendi ſunt, velut
in cauſa propria deponentes. Bald. conſi. 237.
quando pro debito. vol. 5. Cra. conſi. 99. num. 2.
39. † vbi ſubdit teſtes ſatis deponere in cauſa pro-
pria ſic ut repellãtur, quando tractant de ſe exo
nerãdo per doctr. Bar. in l. deferre. ff. de iure fiſ.
Caſtr. conſi. 301. uol. 1. quod etiam tradit Abb.
in c. inſuper. nu. 8. de teſti. ubi Fel. & Dec. Cuma.
conſi. 68. in princ. Alc. conſi. 43. uol. 2. Guid. Pa.
conſi. 74. col. fi. Dec. conſi. 94. in prin. Gramma.
40 conſi. 41. nu. 4. in ciuil. † hinc teſtes vniuerſita
tis, quorum ſinguli commodum conſecuntur, ut
ex nemoribus aut paſcuis, incidendo ligna, uel
animalia ſua paſcendo, repelluntur ut in cauſa
propria deponentes. Bal. in Rub. ff. de rer. diuiſ.
Guil. de Cun. Cyn. Bar. Bal. & Alber. in l. in tã
tum, §. vniuerſitatis, ff. eo. & in l. ſed ſi hac. §. qui
manumittitur. ff. de in ius uoc. Iacob. de Rauc.
Petr. Cyn. Bal. & Sal. in l. parentes. C. de teſti. &
alij, quos congerit Curt. in trac. de teſtib. cõclu.
3. Sed iſti teſtes ſe exonerant abſolutione gabel-
læ & receptione bullettæ dicentes ſe immunes
41 fuiſſe, & non ſoluiſſe: ergo repelli debent: † &
ita ſignanter arguit in terminis noſtris Alex. cõ-
ſil. 135. in cauſa & lite vertẽte. col. 6. uol. 2. loqui-
tur enim de iure collectandi, quod à pari proce-
dit cum iure datiãdi & gabellarum. ut per Cor.
conſi. 141. num. 5. uol. 1. ubi pariter in fin. arguit
contra teſtes ob commodum, quòd uelut in cau
ſa propria deponentes non probent & repellan-
42 tur. † Quinimmo ueriſimilis affectio ad cau-
ſam repellet teſtem, ut per Iaſ. in l. dictantibus.
C. de teſta. Gramma. conſi. 41. nu. 7. quod facit
contra Valentinum dominum unius ex labora-
toribus prędictis, ut optet eos immunes eſſe, quò
facilius inuenire poſſit qui ſuas terras colãt ſub
43 pactis uberioribus. † Quo uerò ad alios teſtes
perpendo, quòd non deponunt de quibus fru-
ctibus & fętibus deponant, & intelligi poſſunt
de reſpicientibus partem dominicam per eos
Mutinam uectis. & hæc intelligentia fundatur
in eo, quod communiter fieri cõſueuit, quod in
materia probationis cõcludit glo. fi. in l. cum do-
tem. quam ad hoc ibi no. Bal. C. de iure dot. Bal.
in l. neque. la j. C. de nupt. cum ſimi. per Iaſ. in l.
non hoc. nume. 18. C. unde legi. Alex. conſi. 36.
in fi. uol. 5. Soc. 32. col. 2. uol. 1. conſi. 166. uer. 5.
conditio. conſi. 187. co. 4. uol. 2. Fel. & Dec. in c.
in præſentia. de proba. Dec. conſil. 184. col um. 2.
conſi. 596. in fi. D. meus Rimi. conſi. 345. nu. 11.
at à communiter accidentibus fructus & anima
lia, quæ ad ciuitatem cõducuntur, ſunt domino
44 rum, non autem colonorum. † Rurſus cũ plu
ra ſint animalia dominorum & colonorũ, dubia
redditur probatio dictorum teſtium, quæ non
releuat. c. in præſentia. de prob. l. neque natalos.
C. eo. tit. pulchrè Rui. conſi. 69. nu. 11. uol. 4. de
pluribus partitis exiſtentibus in charta, ſuper u-
na quarũ teſtes deponentes non concludebant,
cum non conſtaret de qua deponerẽt, ut ibi per
eum. Vnde ſi de beſtiis ciuium Mutinenſium te
ſtes intelligantur, mirum uideri non debebit ſi li
bera fuerunt cõducta per territorium Solleriæ,
cum ciues earum domini, ſint immunes ex pri-
45 uilegio; † ſed cum limitatum ſit ad ipſos, ibi
[ poſſint dicti ciues extrahere ] nõ debet ad par
tem colonorum prorogari, ueluti perſonale. Fe
de. de Sen. conſi. 114. nu. 9. Gemini. in c. quamq̃
in fin. de cenſib. in 6. Abb. conſi. 9. 2. dub. uol. 1.
& in c. ex parte, col. 2. nu. 4. de decim. Sed eſto ſi-
ne ueri præiudicio quòd teſtes prædicti depone
rent de fętibus colonorũ, non tamen adhuc cõ
cludunt eorum intentionem, cum deponant de
annis 10. 20. in 25. quibus ſolutum non fuit; qui
non ſufficiunt ad præſcribendum libertatem cõ
tra fiſcum, ſed 40. requiruntur, uel ad ſummum
30. prout ſupra retuli, nu. 8. quibus addo Alex.
conſ. 30. uol. 5. caſtr. conſ. 113. col. 1. uol. 2. in nou.
Balb. in tract. de preſc. 2. par. 5. par. prin. q. 5. Pa-
46 riſ. conſi. 69. uol. 1. † Nec etiam probant dicen
tes quòd audiuerunt ab aliis ſic obſeruatũ fuiſ-
ſe à tãto tempore, cuius initii memoria non ex-
tat, ſed debuiſſent deponere communem opin.
uel publicam famam eſſe, quòd memoria non
extat in contrarium. l. arbiter. ff. de prob. tradit
Bar. in l. 1. §. item Labeo. in fi. ff. de aqua plu. arc.
Butr. in c. quod per nouale. de uerbo. ſign. Cu-
ma. conſi. 77. col. 2. Corn. conſi. 268. nu. 11. uol.
4. Rui. conſi. 34. nume. 12. uol. 1. conſi. 66. nume.
22. uol. 3. Alex. conſi. 16. col. 1. nu. 9. uolum. 5. Grã
ma. conſi. 12. nu. 6. in ciuilibus, quo modo non
deponunt

47 deponunt. † Tertiò non probant dicti teſtes,da
to quòd dicerent colonos dictarum villarũ nun
quam fuiſſe moleſtatos ab officialibus Sollerię,
non addentes de contemptu iuris, vt quòd dicti
coloni fuerint grauati ſoluere pro conductione
beſtiarum Mutinã & bulleitas accipere,& quòd
ſemper contradixerunt & officialium præcepta
contempſerunt : ita Bald. in l.de quibus, col.8.
verſ.modo quæritur,an ex non actibus. ff.de le-
gib.ſequitur Alex.conſi.135.in cauſa & lite, co-
lum.8.vbi & alia quædã requirit,de quibus per
48 cum: † potiſſimè quòd probetur ſcientia & pa
tientia collectantium,& ſic in caſu noſtro officia
lium Illuſtr. D.Giberti,iuxt.not.per Bart.Bald.
& alios in l. 2. C. de ſerui. & aqua. cum ſimili-
bus à Beroo cumulatis, qui idem ponit conſi.
137.nume. 10. & conſi. 152. col. 2. volum. 3. &
licèt in eo de contradictione Grauetta conſ.111.
nu.21.taxet Alexandrum in d.conſi.135.tamen
ego ſuperius in conſi.10.nu.34. cum ſequentib.
eum defendo,quod cum videri poſſit,non tran-
49 ſcribo. † Vnum tamen non omitto, quòd ad
tollendas difficultates diſtinguit Balb. in tracta.
de præſcr.2.par.5.partis prin.q.7.dices,ꝙ aut in-
teruenit titulus coloratus,vt conceſſio immuni-
tatis,licet inualida: & tali caſu ſufficit tempus an
norum 40. cum ceſſatione ſolutionis,licèt requi
ſitio ſeu interpellatio vel contradictio non inter
uenerit. Et ita procedat doctrina Bar. in d.§. ea-
rum. Alexandri.conſi.30.vol.5.in 5.dub. Roma.
conſi.198.non eſt dubium,& Cornei variis in lo
cis per Grau.cumulatis in d.conſi.111. num. 11.
prout ſentit nu.25.ibi, & aliqui veluti Roma. &
Corn.in allegatione tituli, ſicut & ipſe Graue.ſi
thema ſuum conſideretur in princ.poſitum. aut
verò non interuenit aliquis titulus coloratus, &
tunc ad præſcribendum libertatem ſeu immuni
tatem non ſoluendi collectas aut gabellas requi
runtur illa plura,de quibus per Alex.in d. conſ.
50 135. † & hæc opi. Balb. cum cæteras diſſiden-
tes conciliet, eſt recipienda ſecundum Sal.in l.ſi
liæ eius.C.fam.her.Grat.Reſpon.30.nu.33.cõ-
ſi.118.nu.7.vol.1.nam opiniones per diſtinctio-
nem reducendæ ſunt ad concordiã,vt not. Imo.
in c.ſuper literis.in prin.de reſcri.ſed in caſu no-
ſtro nullus interuenit titulus coloratus, nec ul-
la conceſſio immunitatis aduerſus ſolutionem
gabellarum & receptionem bullettarum, meri-
tò ſumus in deciſione Alexandri d. conſi. 135.
quam reperio quoque ſequi Curtium iun.conſ.
51 60. nu.17. † Quartò non probant dicti teſtes in-
tentionem agentium, quia deponũt negatiuam
quòd dicti coloni non ſoluerunt gabellam,non
acceperunt bullettam, non fuerunt ab officiali-
bus Solleriæ moleſtati,nec ſe reſtringunt ad cer-
tam diem vel horam, ſed de valde prolixo tẽpo-
pore deponunt: quare cum talis negatiua ſit ſim
plex,nec coarctata per teſtes, probari nõ poteſt,
iuxt.not per Innoc.Abb. Imol. & alios ubi latè
Ripa declarat,in c. cum eccleſia Sutrina de cau-
ſa poſſ.& pro. Corn.conſi.123.nu.18. uolum.1.
conſi.43.nu.12.uol.2.conſ.185.nume.7. & conſi.
299.nu.10.nol.3. talis enim negatiua per rerum
naturam probari non poteſt.l. actor.C.de prob.
l.obſeruatio. C.de non nu. pecu. c. bonæ.ij. de
elect. c. quoniam contra. de proba.& in eis locis
Doct. tractantes qualiter illa verba [per rerum
naturam] ſint accipienda, quod operæpretium
non eſt in præſentiarum declarare,ſed ſtudioſos
lectores ad Herculanum Peruſinum delego in
tract. quòd teneatur probare negatiuam, num.
52 124. cum ſequent. † Sed quod ad rem pertinet
proſequens, dictæ concluſionis eſt ratio,quia cũ
per ſpecies & differentias negatiua cognoſci nõ
poſſit, & non cadat in ſenſum teſtis, commodè
probari non poteſt. Alex.conſi. 65. col.2. conſi.
141.col.5.vol.1.conſi.108.col.4.conſi.132.in fin.
conſi.136.col.fi.uol.2.Dec.conſi.534.col.fi. Ign.
in l.neceſſarios,§.non aliàs,nume.79.ff.ad Silla.
Boſſ.in tit.de defenſ.reo.nu.20.quos citat Her-
53 cul.loco citato,nu.141. † Et potiſſimè procedit
vbicunque teſtes deponũt ſuper negatiua actuũ,
qui reiterari ſolent, ut eſt ſolutio gabellæ,quo-
ties cõtingit res duci, vt per Igne.d.§.non aliàs,
nu.165.Hercul.nu.143. Bero.conſi.45.nu.17.vo
54 lum.3. † Quinimmo plus inquit Bald.in d.l.a-
ctor.col.2.ꝙ licèt negatiua coarctata ſit ad an-
num vel menſem,veluti quòd hoc anno vel mẽ
ſe non deliquerim,vel non contraxerim, tamen
vt parũ coarctata probari nõ poteſt. Quis enim
probabiliter hoc ſcire poteſt? nullus, aut perdiſ
ficilè: cum potuerint ea contingere dormienti-
55 bus aut non videntibus teſtibus: † unde ſunt
valde ſuſpecti.ſequitur Corn.conſi. 105. nume.
14.volum.1.& idem paſſim firmant Doct. & in
uariis locis, vt Inn.& poſteriores in d.c.cum ec-
cleſia Bar.in l.1.§.hoc interdicto.ff. de iti. actu-
que priua.in l.pen.§.docere.ff.ne quis eum.& in
l. 1.ff.ſi quis inſ.di.Bal.in l.cum hi.§.1.ff.de trãſ.
in c.ſi quis per 30.ſi de feu.fuer. Alex.conſi.136.
in fi.uol.4.conſi.104.col.fi.volum.5.conſi.112.in
prin.vol.6. Dec.conſi.173.col.1.conſ.534. conſil.
649.col.fi.Cor.conſi.125.col.fi.Graue.conſi. 9.
nu.7.conſi.75.nu. 26.Hercul.loco citato, nume.
56 127. † qui volunt teſtes aſſerentes talem nega
tiuam non coarctatam ſuſpectos reddi,vel in la-
ta culpa cenſeri,quod tradit Cur.in tract.de te-
ſti.conclu.24.nu.48. at teſtes dictorum colono-
rum ſunt tales, cum deponant ꝙ ab annis 10.20.
in 25. gabella ſoluta non fuit per eos, ergo non
probant, ſicque concludit in terminis Alex.con
ſi.135.col.fi.vol.2. Dec.d.conſi.534.col.pe.& cõ-
57 ſi.649.nu.10. † Et licèt addant affirmatiuã,quia
fuerunt præſentes,& prædicta viderunt obſerua
ri, quo caſu probare videtur, vt per Bal.in d.c. ſi
quis per 30. Abb.in d.c.cum eccleſia. Alexan.&
Iaſ.in l.1.col.1.ff.ſi quis ius di. Rui.conſi.63. col.
pen.uol.4.Fel.in c.3.loco, nu. 5. de prob. tamen
non releuat,cum nõ ſemper cum dictis colonis,
nec cum aliis fuerint: unde militat doctrina
Bald. in d.l.actor. Et quod inquit in d.c.ſi quis.
procedit in vna tantum perſona, puta quòd Ti-
tius non poſſedit,quia viderunt teſtes Caiũ poſ-
ſidere: talis enim negatiua velut ad certum cor
pus relata,coarctata dicitur: & ideo probabilis,
58 ut alibi dicit Bar.in trac.de teſt nu.35. † Nec in-
ſuper

ſuper prodeſt quod dicant teſtes ſi ſecus ſeruatũ
fuiſſet, ſciuiſſent, vidiſſent, aut intellexiſſent: qđ
ſufficere videtur, vt poſt gl. tradit Ang. in §. hinc
nobis in Auth. de hær. & fal. Bar. & alij in l. hære
des palàm. in ſi. princ. ff. de teſta. Bal. in l. cum hi.
§. nihil ff. de tranſ. Dec. conſi. 94. in ſi. Rip. in d. c.
cum eccleſia, nu. 88. Alci. conſ. 156. col. pe. vol. 5.
quoniã primò videtur dubitabilis hæc opi. quã
damnat Dyn & Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de
iti. actuque priua. & Vero. de ſerui. ruſt. præd. c.
1. nu. 37. & Iac. Nig. in l. 1. nu. 46. circa ſi. ff. ſi cer.
59 pe. † Secundò ſi vera eſt, intelligi debet in ne-
gatiua coarctata, puta Titium non fuiſſe tali lo-
co, die, & hora: ſi enim ſubijciat teſtis, nec eſſe
potuiſſet, quin ipſe teſtis eũ vidiſſet, dicitur pro-
bata negatiua, ſecus vbi non eſt coarctata. Ita
declarat Ange. in d. §. hoc interdicto. colum. 2.
quem ſequitur Corn. conſi. 105. nume. 14. vol.
3. ubi concludit ex hoc teſtem deponentem de
pluribus perſonis, quæ non potuiſſent accipere
aliquas quantitates in pluribus annis, quin ipſe
vidiſſet, non probare, cum talis negatiua non ſit
coarctata loco & tempore veriſimili. & eſt quo-
dammodo impoſſibile eos omnes tanto tempo-
re ſimul fuiſſe cõtinuè, prout erat neceſſarium,
ut illud dictum poſſit eſſe verum. quæ deciſio
caſum noſtrum determinat, in quo agitur de plu
ribus & diuerſis colonis dictarum villarum: &
pluribus vicibus & annis in quibus d. coloni di-
cunt conduxiſſe fœtus & fructus ex dictis uillis
per territorium Solleriæ Mutinam abſque ſolu-
tione datij, gabellæ, uel tranſitus & receptione
bullettæ: teſtes enim deponentes de hac negati-
ua nõ coarctata loco & tempore veriſimili eam
non probant, licet dicant quod ſi fuiſſet ſeruatũ
contrarium id vidiſſent & ſciuiſſent, quia eſt im
poſſibile quòd ſemper & continuè fuerint cum
dictis colonis ſingulis annis, uicibus, & diebus,
quibus inde tranſiuerunt dicti coloni, ad hoc vt
60 poſſit eſſe verum quod dicunt. † Et hoc in ter-
minis noſtris etiam tenet Alex. in d. conſi. 135.
col. ſi. verſ. vlterius vbi dicit circa teſtes deponen
tes, quem & eius anteceſſores numquam ſoluiſſe
collectas, ſi fuerint interrogati, nunquid ille ta-
lis potuiſſet ſoluere quin ipſi fuiſſent præſentes
& vidiſſent, reſpondent quòd non. quòd quãta
ſit fides eis adhibenda, tu magis ſcire potes, qua
ſi dixerit nullam eis fidem adhibendam, prout
verè voluit Alex. dicere, quia tractat ibi de tollẽ
61 dis illis probationibus teſtium. † Et ſi bene pon
derentur Doctores de hac negatiua loquentes,
dant exemplum in vna tantùm perſona, & actu
non reiterabili, puta quòd Titius talem non oc
cidit tali die & loco. Peruſ. in c. ſine poſſeſſione.
in ſi. de reg. iur. in 6. vel Titiũ non fuiſſe in ſcol
lis tali die. Bal. & Imol. in l. ſi binæ tabulæ, ff. de
iniuſt. teſt. aut quòd accuſati Titium non vulne-
rarunt tali loco & hora. Alex. conſi. 4. vo. 6. addẽ
tes teſtes debere dicere quòd prædicta non po-
tuiſſent fieri, quin ipſi vidiſſent, cum quibus trã-
ſit Rip. in l. in illa. in ſi. ff. de verb. oblig. ſentiunt
enim ꝙ ſecus eſſet in negatiua vaga & minimè
62 coarctata. † Nec poſtremò talis defectus ſolu
tionis oſtendi poteſt per exhibitionem librorum
gabellarum, cum coloni ſint actores in præſenti
cauſa, quibus fiſcus edere non tenetur ad fundã
dam eorum intentionem. Glo. Caſtr. Alex. D.
meus Rimin. Dec. & omnes. in l. iuſtum, C. de
eden. & in caſu Decij, & Curtij iun. de ouibus
ſupra, numero 9. fiſcus agebat, vnde teneba-
tur edere rep. ad fundandam exceptionem.
Bartol. & omnes. in dicta l. iuſtum. Iaſ. in
63 l. non eſt nouum. eodem titulo. † Non ob-
ſtat deinde ſextum fundamentum, quia proce-
dit quando quis fuit vſus particulariter iuriſdi-
ctione contra certas particulares perſonas, vt ibi
dictum fuit, quia non porrigitur ad alias. at ſe-
cus vbi iuriſdictionis vſus fuit vniuerſalis, ut di-
xi ſupra, nu. 24. nam ſemper Illuſtr. D. Gibertus
illud ius poſſedit, niſi conſtito quòd amiſiſſet
poſſeſſionẽ, velut quòd expulſus fuiſſet, & pri-
uatus, vt per Innoc. in c. dilectus. col. 3. de Cap.
mona. Specul. in tit. de iur. omn. iud. §. 1. verſi. il-
64 lud. colum. 2. quæ hic non conſtant. † Ad ſepti-
mum dico ruſticos excuſari duntaxat in caſi-
bus expreſſis, aliàs ſecus. Ita Alexan. & Iaſ.
in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudic.
nume. 32. Iaſ. in l. 1. §. ſi. nume. 5. ff. de eden. ſed
hic caſus non eſt de expreſſis, ergo ruſtico non
eſt ſuccurrendum, nec æquiparatio minoris & ru
ſtici quicquam releuat, iuncta l. ſi quis ſeruo. in
65 ſi. C. de furt. cum ſimil. † quoniã procedit quan
do reperitur æquiparatio facta punctaliter in ea
dem materia, quam volumus extendere de vno
caſu ad alium, ſecus ſi in alia, ut poſt Gemi. quem
citat, tradit Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 30. ff. ſol. ma.
Rom. conſi. 179. col. 4. ver. 3. reſpondetur. Pariſ.
conſi. 49. nu. 86. uol. 3. at æquiparatio, de qua in
d. l. 1. in ſi. eſt in alia materia, uidelicet editionis,
66 ergo non procedit in caſu noſtro. † Rurſus illa
æquiparatio non reperitur facta per uiam regu-
læ, ſed in illo tantum caſu editionis: quo ſtante
pariter ceſſat illa regula Soc. in l. 2. col. pe. ff. de
leg. 1. Iaſ. in l. 1. nu. 43. eo. tit. Ad vltimum dicitur
illud in dubio procedere, & quando vno reſpe-
ctu gabella deberi poſſet & alio non, nam tunc
attenditur ille, ſecundum quem gabella non
debetur ut per Barto. in dicta l. ſi pupillus, &
ſequaces. at in caſu noſtro clarum eſt varijs
reſpectibus eam deberi, remque in commiſſum
cecidiſſe, meritò in claris non eſt opus con-
iecturis. l. continuus. §. cum ita, ff. de verbo-
rum obligatio. & ſic remanet firma concluſio
pro Illuſtr. D. Giberto, ſublatis omnibus con-
trarijs, de quibus ſupra.

*Hypolitus Riminal. Ferrar.*

Pro

## Pro Illuſtre D. Hercule Varrano cum commune Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De immunitate collectarum conceſſa poſſeſſioni loco aliarum duarum ſubrogatæ.

### SVMMARIVM

1 *Princeps in dubio non cenſetur voluiſſe praiudicare iuribus tertij.*
*Licèt motu proprio conceſſio facta fuerit.*
*Quæ procedunt in dubio, ſecus ſi aliter conſtet de mẽte principis. 23.*
*Et ex quibus conſtare dicatur. ibi. & 24.*
2 *Immunitas conceſſa videtur in praiudicium concedentis, non autem tertij.*
*Quod declaratur quomodo ſit intelligendum. 31. 32.*
3 *Priuilegium non citatis his, de quorum praiudicio tractatur, inualidum.*
*Sed plærique contra. 33.*
*Quod ſaltem procedit adiecta clauſula, ex certa ſciẽtia, & de plenitudine poteſtatis. 35.*
4 *Citari quis debet etiam in extraiudicialibus.*
*Priuilegium immunitatis intelligitur de oneribus extraordinarijs, non autem de ordinarijs, niſi de illis expreſſum fuerit. 4.*
*Sufficit autẽ expreſſio verbis vniuerſalibus facta, diſtributiuis, & geminatis. 9. cum ſequentibus.*
5 *Immunitates reſtringendæ.*
*Et de ratione.*
6 *Munus ordinarium quale dicatur.*
*Et quod extraordinarium. 39.*
7 *Clauſula, non obſtantibus requiritur, quando lex habet clauſulam derogatoriam.*
*Et debet fieri mentio ſpecialis, quando lex in aliquo ſpeciali loquitur. 40.*
*Secus ſi in genere, quia ſufficit.*
*Clauſula, non obſtante aliqua lege in contrarium faciente. 43.*
*Seu derogatoria vel habente, clauſulam derogatoriam 42.*
*Vel ſi eſſent plures leges. 41.*
*Vel ſtante clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. 44.*
8 *Princeps concedere poteſt immunitatem ab oneribus realibus ordinarijs.*
9 *Immunitas plena, quibus verbis conceſſa dicatur.*
10 *Dictio omnibus, nihil excludit.*
11 *Verba vniuerſalia comprehendunt omnia, quæ excogitari poſſunt.*
12 *Dictio ſingulis, eſt diſtributiua.*
*Et quid operetur.*
*Hæredes quòque extraneos comprehendunt. 12.*
13 *Verba quocunque in iure, & cauſa, quid importent.*
14 *Verba vniuerſalia ab homine prolata reſtrictionem non recipiunt.*
es *Priuilegium immunitatis verbis generalibus & vniuerſalibus conceptum comprehendit munera ordinaria.*
16 *Immunitas à collectis nõ excuſat à collectis propter guerram ſuperuenientem.*
*Licèt contra Rayn. & alij. 17.*
*Quorum ſentẽtia præualet, ſi verbis vniuerſalibus conceſſa ſit.*
18 *Geminata verba plurimum augent.*
*Et magis enixè demonſtrant voluntatem diſponentium. 19.*
*Veluti iuſdicentis in ſententia. 20.*
*Et æquipollent motui proprio.*
21 *Principis bona non ſubiacent collectis.*
*Princeps nõ ligatur prouiſionibus ſuæ ciuitatis. 21.*
22 *Exæquato communicantur conceſſa rei, ad quam fit exæquatio.*
23 *Priuilegium à ſolutione decimarum factum, cenſetur in præiudicium eius, cui decimæ debentur.*
24 *Clauſula motus proprij non operatur in præiudicium tertij, niſi iũcta ſit cum clauſula, de plenitudine poteſtatis. 25.*
*Vel clauſula, ex certa ſcientia.*
*Licèt Petrus Rebuf. contra ſenſerit. 26.*
*Quem damnat auctor.*
25 *Clauſula, ex certa ſcientia, ſuadet principem voluiſſe tertio præiudicare.*
*Et per eam nihil opponi poteſt diſpoſitioni. 26.*
*Si modò princeps fuerit informatus, aliàs ſecus.*
*Et vim habet ſpecialis derogationis.*
*Et præiudicat in his, in quibus princeps ſciuit, aut veriſimiliter ſcire potuit præiudicium tertij.*
27 *Clauſula, ex certa ſcientia, æquipollet clauſulæ de plenitudine poteſtatis.*
*Et ſunt paris potentiæ.*
28 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt tertio præiudicare.*
*Et qui contra dicunt, mentiuntur.*
*Et per dictam clauſulam princeps voluit ſupra ius diſponere. 29.*
*Nec quid opponi poteſt, quod annullet gratiam. 30.*
33 *Priuilegium quando conceditur, non eſt de more quod quis citetur, niſi ſit præſens in curia. 34.*
*Quod in duobus caſibus fallit.*
36 *Princeps contra partem inauditam nihil poteſt, niſi de plenitudine poteſtatis.*
37 *Collectæ non imponuntur ſtatuto Ferrariæ.*
*Sed à magnifico Iudice 12. ſap. cum eis. 38.*
*Auctor eſt vnus de ſapientibus.*
*Et Conſultor magnifici Iudicis.*
*Magnificus D. Ioan. Antonius Rondinellus nobilis Ferrariæ.*
*Iudex 12. ſap. nominatur, & laudatur.*
39 *Collecta, quòd onus dicantur Ferrariæ.*
42 *Bart. in l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. damnatus.*
44 *Clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis æquiparantur.*
45 *Bona collectis regulariter ſunt ſubiecta.*
46 *Subrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur, quo ad naturam accidentalem.*
*Nec quando ſubrogatio facta fuit ab homines. 47.*
*Quod primum procedit in accidente in habitu & potentia tantum, ſecus in deducto ad actum. 61.*
*Secundum verò confunditur. 62.*
48 *Clauſula reuocando alios procuratores, de quibus intelligenda ſit.*

*Generali*

49 *Generali in diſpoſitione non veniunt ea, quæ ſunt ex accidenti.*

50 *Filij iuſſi tractare matrem honorificè, ad quid teneantur.*

51 *Diſpoſitio generalis intelligitur de ordinarijs, non autem de extraordinarijs.*

52 *Verba inſtrumenti debet aliquid operari, nec eſſe ſuperuacanea.*

*Et habere debent aliquid ponderis 53.*

*Nec ocioſa remanere. 55.*

*Et trahi ad improprium ſignificatum, ne ſint ſuperflua. 56.*

*Aliàs eſſent ludibrio, & elaſeriè poſita. 53.*

57 *Aequiualens cambium quod dicatur.*

58 *Res minus valet ratione oneris annexi.*

*Res autem liberæ plus. 59.*

59 *Valor rerum conſideratur non tantum quo ad quantitatem redituum, ſed etiam quo ad qualitatem.*

*Res tanto plus valet, quanto cum minori grauamine venditoris præſtatur. 59.*

60 *Res loco immunis ſubrogata, cenſetur immunis.*

*Ciuitas deſtructa poſtea reædificata retinet priuilegia ſibi conceſſa. 60.*

63 *Nouationis effectus qualis.*

64 *Subrogatum tendens ad diuerſa non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

*Et ubi eſt diuerſæ qualitatis. 66.*

*Statutum derogatorium iuris communis, in eo non recipit interpretationem de iure communi. 64.*

65 *Stipulatio ſtricti iuris, & in ea non veniunt vſuræ.*

67 *Dare importat dominium transferre.*

*Et quidem directum in potentiori.*

68 *Principis eſt liberalitatem exercere.*

69 *Bona in dubio libera potius & alledialia cenſeri debent, quàm feudalia.*

70 *Relatiuum quæ, ſine copula reſtringit.*

71 *Dictio prout, relatiua præcedentium.*

72 *Felinus in c. ſedes. de reſcr. declaratus.*

*Principis conceſſio continet etiam adiacentia & accidentalia. 72.*

## CONSILIVM XXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRISS. quondam Princeps Dux Hercules Eſtẽſis anno 1490. iure feudi donauit Illuſtri D. Herculi Varrano de Camerino duas poſſeſſiones poſitas in uilla Tamaræ & Ruttedullæ cum ampla immunitate, de qua dicetur infra: anno uerò 1501. eidẽ Varrano fuit aſſignata pro cambio locoque dictarũ duarum poſſeſſionum alia poſſeſſio Barci, de qua eodem iure feudi fuit inueſtitus anno 1505. demum uerò anno 1536. fuit inueſtitus de alia poſſeſſione Cogomarij ſubrogata in locũ dictæ poſſeſſionis Barci liberatæ à iure feudi per talem ſubrogationem factam per factores generales Excellentiſs. Ducis Herculis ſecundi. Quibus ſic ſtantibus de duobus orta fuit cõtentio coram cõmune Ferrariæ, primò nunquid immunitas conceſſa prioribus duabus poſſeſſionibus comprehẽdat immunitatem collectarũ, quæ dicto cõmuni ſoluuntur annuatim. Secondò poſito, quòd ſic, an eadem immunitas tranſiiſſe dicatur in poſſeſſionẽ Barci earum loco ſubrogatam, demumque in aliam Cogomarij loco illius Barci ſuppoſitum, ſicque dicta poſſeſſio Cogomarij cenſeri debeat immu-
1 nis à collectis dicto cõmuni perſoluendis. † Circa primum dubium facere videbatur quòd immunitas prædicta non deberet intelligi facta ab oneribus communis Ferrariæ ob præiudicium dicti cõis, cuius iuri tanquam tertij non cenſetur princeps in dubio voluiſſe præiudicare, licèt motu proprio ſit facta conceſſio, prout tradit Abb. in c. 1. de iudic. nume. 20. per l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. Bal. per illũ text. in l. cum auus. C. de emanc. lib. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. Cano. in ca. ſuper eo. vbi Fel. & Dec. de off. deleg. Oldr. conſi. 268. Alex. conſi. 124. col. 1. vol. 1. conſi. 34. col. 2. uol. 4. conſ. 3. col. 1. vol. 5. Fel. in c. cauſam quæ. in ver. interpretatio. de reſcr. Dec. conſi. 11. nu. 4. & latè Bero. conſi. 146. nu. 12. vol. 3. vbi poſt Alex. conſi. 25. col. 2. vol. 2. dicit hoc procedere, licèt in priuilegio eſſent appoſitæ clauſulæ derogatoriæ
2 prægnantes. † vnde talis immunitas videtur intelligẽda reſpectu principis & præiudicij ſui, non autem reſpectu tertij, quale dicitur ipſum communo: ſicque declarat idem Bero. conſi. 151. nu. 2. vol. 3. dicens exemptionem ſolùm principi ſeu domino loci præiudicium inferre veluti quando ſolum redditus ſui minuerentur: at ſecus quando per eam cæteri ſubditi grauarẽtur, quia tunc exemptio talis aliis damnoſa eſſe non deberet, ut per Hoſti. & Henric. Boich. in c. peruenit. de immu. eccle. cum ſimilib. de quibus ibi
3 per eum. † Secundò poſito quòd dictum priuilegium complecteretur ius ac præiudicium communis, tamen cum citatum non fuiſſet quando conceſſum fuit illud priuilegium, uidebatur inualidum, quia priuilegium conceſſum à principe lædens ius tertij nõ valet, niſi citatis his, quorum intereſt. l. 2. in fi. ff. de nat. reſt. l. in concedẽdo. ff. de aqua plu. arcen. l. adoptio. & l. nam ita dinus. & ibi Bar. & Bal. ff. de adop. l. fi. C. de anc. præſt. cum ſimil. à Natta cumulatis conſil. 589.
4 col. fi. & conſi. 636. nu. 19. † quibus in locis ſubiungit hoc procedere nõ ſolum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus: nam & in eis requiritur citatio eorũ, qui pretendere poſſunt intereſſe, ut per Bal. in c. 2. §. ſancimus, col. 2. verſ. ſed hic incidẽter, quo temp. mil. Tertiò præſuppoſita quoq; citatione cõmunis, tale priuilegiũ immunitatis nõ uidebatur prodeſſe poſſe dicto Illuſtr. Varrano, quo ad collectas, de quibus agitur: nam priuilegium immunitatis intelligitur de extraordinariis oneribus, non autem de ordinariis niſi ſpecificè & diſtinctè de illis ſit facta mentio, ut tradit Bal. in l. hi qui, ff. de iure immu. in l. 1. C. de indict. lib. 10. & in l. vacuatis, C. de decuri. eo. lib. & poſt eum Ioan. Plat. Luc. de Pen. in l. medicos. col. fin. C. de profeſſ. & med.

lib. 10

lib.10.& in Rubr.C.de excu.mu.eo.lib.1. vbi dicit quòd cum immunitates ſint reſtringendæ eo quia redundant in diminutionem publicę vtilitatis, vel reliquorum, qui ex talium immunitate grauantur, nunquam generaliter immunitas conceſſa extẽditur ad collectas ſeu munera, quæ pro patrimonio ordinario iure debentur.l. jubemus.C.de prox.ſacr.ſcri.lib.12.& ſic Lucas de Pẽna dat exemplum in collectis negãs ab eis videri conceſſam immunitatem: quod etiam tradit in l.3.C.de mun.patri.eo.lib. vbi pariter ponit Io.Plat.& hanc diſtinctionem ponit inſuper Io.de Ana.conſ.18.nu.5.& 6.volens ꝙ immunis ſimpliciter ab oneribus nõ excuſetur ab ordina-
6 rijs,ſed ab extraordinariis tm̃. † At collectæ,de qbus agitur, imponuntur à lege municipali lata in ciuitate ſuper hoc à toto populo, ſicq; dicunt munus ordinarium ſecundũ Bar.in d.l.hi qui.q. pen. Io.de Plat.in d.l.vacuatis.Bal.& Sal. in l.fi. C.ſine cenſ.vel reli.Rui. conſi.117.nu. 3.vol. 4. dicentes quòd vbi lex, vel ordinatio generalis præcedit impoſitionem,tunc dicitur munus ordinarium, quod imponitur ex illa ordinatione generali,etiam ſi ſit variabile,& vniformiter nõ imponatur,meritò ſub dicto priuilegio non con-
7 tinetur immunitas iſta collectarum. † Quartò dubium videbatur augeri, nam quando conceditur immunitas ab oneribus, quia leges de hoc loquentes habent clauſulam derogatoriã ad reſcripta in cõtrarium,d.l.uacuatis. ideò de dictis legibus debet fieri mentio ſpecialis, vt non obſtante tali lege: ita Bar. ibi Abb.in c.2. col.pen. de immu.eccle. Anch.conſi.261. in q. quæ vertitur.& conſi.390. uiſis diligenter iuribus. Ruin. conſi.127.nu.3.vol.4.Steph.Aufre.in addi. Deciſ.Tholoſa. deciſ.348.in 5.conclu. quod hic factum non video, & hæc ſunt quæ prima conſideratione dubiam reddere videbantur intentionẽ
8 Illuſtr. Varrani. † Quibus tamen non obſtantibus,in eius opinionem deſcendi: motus in primis, nã clarum eſt quòd princeps poteſt ex eius priuilegio concedere immunitatem ab huiuſmodi oneribus realibus ordinariis. caſus eſt ĩ l.ſunt munera,ff.de vaca.mun. ibi [præter eos, quibus Principali beneficio conceſſum eſt] per quã ſic ponit Ioan. Plat.in d.l.vacuatis,col.1.Bar.in d.l. hi qui. plenè Alex.conſ.30.col.2.in fi.vol.5.Deci.conſ.262.col.fi.Pariſ.conſi.68.col.1.uol.1.ſed in caſu noſtro priuilegium Ducis Herculis hoc concedit: probatur dum mandat illas duas poſſeſſiones eſſe liberas & exẽptas perpetuò ab omnibus & ſingulis oneribus & grauaminibus realibus & perſonalibus ac mixtis, angariis, ac perangariis,& impoſitionibus,tam pro rebus quam pro perſonis debitis,& quæ deberentur quocũ-
9 que modo,iure,vel cauſa. † Pondero quòd dicit oneribus, realibus, & perſonalibus,ex quibus verbis patet plenam immunitatem ſibi concedi, vt docet Bar. & Io. Plat.in d.l.vacuatis dicentes,quòd ad hoc ut habeatur immunitas plena, priuilegium continere debet quòd liberat à muneribus realibus & perſonalibus: & dum addunt,ordinariis & extraordinarijs, dico hic adeſſe verba ſatis æquipollentia, nempè illa, ab omnibus, & ſingulis,adiecta dictis verbis,oneri-
10 bus realibus & perſonalibus. † nam illa dictio omnibus, vniuerſalis,nihil excludit.l.Iulianus, ff.de leg.3.immo ſub ea veniunt, quæ aliàs non venirent in diſpoſitione ſecundum Bar. in l. ſerui electione,§.fi.ff.de leg.1. Dec.conſi.69.col.3. Craue.conſi.8.nu.15.Aret.in §. non ſolum, col. 2. Inſt.de leg. Dec.conſi.472.conſ.599.num.2. Rui.conſi.149.nu.10.uol.2.conſi.112.num. 16. vol.5.latè Cephal.conſi.183.nu.54. cum ſequen-
11 tibus. & Crot.conſi.125.col.fin. † Et vniuerſalia verba ſimplicia comprehendunt omnia,quæ excogitari poſſunt.l.in fideicommiſſi,§.cum Pollidius,ff.de vſur.l.cum uirum,C.de fideico.tradit Soc.conſi.26.col.2.vol.3. & præter eum ſtat glo.not.& fortè ſingul.in l. qui ſcit, §. prætereà, ff.de vſur.in uer.à quolibet. nam tex.dicit quòd fructus ad fructuarium pertinent à quolibet ſati ſint. addit glo.& de cuiuſlibet frumento,quę maxima eſt ſubauditio: refert & ſequitur,Cra. conſi.227. nu. 13. plenius confirmans. quibus addo Marſ.in l. vnius,§.cogniturum, nu. 19.ff. de quæſt. Alciat.in l.mouentium.ff.de ver.ſign. Gozad.conſi.6.nu.41.Soc.iun.conſ.38.nu.2.cõſi.89.num. 13.vol.3.& in terminis noſtris immunitatis Nattam conſi. 63. nu.12. cum ſequent.
12 † Succedit & illud verbum ſingulis, quod eſt diſtributiuum, & tantum operatur quantũ ſingularis dinumeratio rerũ,l.huiuſmodi,§.pen.& ibi Iaſ.poſt alios,ff.de leg.1.Aret.in l.ſi ex toto, §.ſi ita legatum,ff.eo.Doct.in l.ſi Stichum,§.ſtipulatio,ff.de verbo.obliga.Hinc Alex.& Imol. in l.quod dicitur,ff.de uerb. oblig. dicunt quòd per illa uerba, pro hæredibus, & ſucceſſoribus omnibus & ſingulis, quicunque hæredes, licèt extranei comprehenduntur in diſpoſitione, de cuius natura tales hæredes non comprehenderentur. ſequitur Bero.conſi.81.nu.19.uol.2.quare perinde eſſe debet ac ſi dictum fuiſſet, ab omnibus oneribus,realib. & perſonalibus, ordina-
13 rijs & extraordinariis. † Quin & accedunt illa,debitis & quæ deberentur quocũque modo, iure,uel cauſa: quę uerba referuntur ad modũ, vel ius ordinarium, uel extraordinariũ, quibus dicta onera imponerentur, & deberentur, eosque comprehendunt, ut in ſimili caſu docet Soci.conſi.32.col.4.uerſ.nec obſtat.uol.1. Et hanc præciſam interpretationem ſuadent, ſicut uerbum omnino,penitus,uel omni modo,l.Grecè, § illud. ubi glo.Bar.Alberic.& Imol. ff. de fidei-
14 iuſſ.Porti.Imol.cõſ.92.nu.41.& † prolata ſunt ab homine,quare reſtrictionem non recipiunt, ut tradit Bald.in l.fi.col.1.C. ſine cenſu.uel reli. quem refert & ſequitur Iaſ.in prælud.feud. nume.49.& idem Bar.ponit in l.generali,§. uxori, ff.de uſufr.leg.quem ſequitur Rui.conſi.86.nu. 11. uol.3.conſi.161. nu.35.uol.5.poſt Alex. in l. 1.in prin.ff.de leg.1.& in l.ſi patroni.in prin. ff. ad Treb.D.meus Rimi.conſi.575.nu. 9.ex quibus tot uerbis idem cenſeri debet, ac ſi de ordi-
15 narijs oneribus in ſpecie dictum fuiſſet. † Et ne deſit in terminis noſtris auctoritas,quòd uerba generalia

gēneralia & vniuerſalia ſufficiant, vt onus ordi-
narium comprehēſum dicatur in priuilegio im-
munitatis. tradit hoc in terminis Alexan. con-
ſi.30.col.4.in princip.volum. 5. vbi declarando
doctrinam Barto. in d.l. hi qui,ff. de iure immu.
volentis in effectu quòd facta ſit expreſſa men-
tio de oneribus ordinarijs, vt ab eis intelliga-
tur immunitas conceſſa,dicit Alexan. quòd ex-
preſſa mentio poteſt dici facta, ſiue ſit facta per
verba generalia; ſiue per verba ſpecialia, ſiue
per verba ſingularia,l.fin.cum ibi not. C. quod
cum eo.& declarat Bartol. in l.1.2. quæſt. ff. de
vulga. & pupilla. meritò conſiderat Alex. ver-
ba latiſſima immunitatis, quòd illi non teneren
tur ad aliquòd onus reale ſiue perſonale, anga-
riam ſiue perangariam, ſiue mixtum, impoſita,
& imponenda: ſed ab eis omnibus & quibuſuis
aliis impoſitis, ſeu quoquo modo imponi poſ-
ſent, eſſent exēpti, liberi, & immunes: hic enim
ſunt ſimilia,vel æquipollentia verba prædictis,
cum dictæ poſſeſſiones factæ fuerint liberæ &
exemptæ perpetuò ab omnibus & ſingulis one-
ribus, & grauaminibus realibus, & perſonali-
bus,ac mixtis, angarijs,& perangariis,& impo-
ſitionibus tam pro rebus quàm pro perſonis de
bitis, & quæ deberentur quocunque modo, iu-
re,vel cauſa, & ſic verbis vniuerſalibus conce-
16 pta fuerit immunitas prædicta. † Et hæc con-
cluſio confirmatur ex alia, nam videmus quòd
licèt alicui fuerit immunitas à collectis conceſ-
ſa, non excuſetur à collectis propter guerram
ſuperuenientem ſecundum Dyn. Bal. Alberic.
Cuma. Floria. Alex. Iaſ. & Ripam, qui duo po-
ſteriores teſtantur eſſe commu. in l. ſi ex toto,ff.
de leg.1. Ioan. Andre. in addi.Specul. in titulo
de cenſib. §.nunc uidendum verſ. item pone.in
addi.magna. Butri.in c.peruenit.eo.titu. Flori.
in l. ſi ſeruitus,ff.de ſerui.vrb.prædi. Alberic.in
ſecunda parte ſtatutum.quæſt.138. ſtatutum eſt
in ciuitate. Veronēſ.caut.63.Quia priuilegium.
Roma.conſi.436.nume.10.Alex.conſi.215.nec
17 arguendi,nu.15.volum.2.† Quicquid Rayner.
Caſtrenſ.Imol. Soc.& Aret. dixerint in d.l ſi ex
toto.quos ſequitur Natta conſi.406.nu.16.Atta
men quando verbis vniuerſalibus concepta fuit
immunitas, quia conceſſa fuit ab omnibus exa-
ctionibus,impoſitionibus, collectis &c. & à cæ-
teris grauaminibus, quibus etiam nominibus
appellentur, intelligitur immunitas conceſſa
quoque reſpectu onerum belli ſubſecuti, prout
latè deducit ipſe Natta conſ.63.col.5.cū ſequen.
18 & conſi.397.col.1.& per totum. † Sed inſuper
accedunt in caſu noſtro, ſicut & Alexandri, ver
ba geminata,velut illa, Ab omnibus & ſingulis
oneribus, & grauaminibus,ac impoſitionibus,
quæ plurimum augent,vt ille probat. & confir-
mat Excel.D.Io. Baptiſta Plot. in l. ſi quando,
nume.18.C.vnde vi. loquens de prædicta q.mu
nerum cauſa belli.poſt Pariſ.conſi.68.nu.29.vo
lum.1.nam talia verba voluntatē principis ma-
gis exuberantem demonſtrant, l. baliſta, cum
ibi not.ff.ad Treb.Bar.in l.cum ſcimus,C. de a-
gri.& cenſ lib.11.D.meus Rimi.conſ.224.nu.18.

19 Cra.conſ.329.nu.6. † Crauc.conſ.105.num.4.
poſt Caſtr.conſ.115.col.2.uol.1. dicentē ꝙ vbi
verba ſunt geminata, magis enixè dicitur appa-
rere de voluntate diſponētium, ne verba ſuper-
fluò cenſeantur appoſita: hinc geminatio ver-
borum in vltima uoluntate oſtendit enixam te-
ſtatoris opinionem. Iaſ. in l.cū filio,nu.65. ff. de
leg.1.& in l.Gallus.in prin.nu.27.ff.de lib.& po
ſthu.dans exemplum de verbo poteſt,& debet:
quæ uerba important neceſſitatē præciſam. cle.
2.in uer.debeant.de ſtat.mona.& in c.1.ibi,poſ-
20 ſumus & debemus.ut eccle.bene. † & geminata
verba ſententiæ arguunt voluntatem iuſdicen-
tis, ut ſi dicatur ꝙ verba in inſtrumento conten-
ta caſſentur & irritentur, nam intelligitur ipſo
iure,& abſq; alia ſententia,Bal. de pac. Conſtā.
c.1.§ hoc quod nos.& geminata conceſſio pon-
tificis arguit certam ſcientiam & voluntatē con
cedentis,& æquipollet motui proprio. Cremen.
ſing.136.Bal.in l.nec dãnoſa,C.de preci. imper.
offer.Rom.in l.ſi vero,§.de uiro.nu.31.ff.ſol.ma.
21 Ale.in l.3.in prin.ff.quod quis.iu.† Et prędicta
tanto magis procedunt,ꝙ accedūt illa verba, &
quidem in omnibus & per omnia, quemadmo-
dum ſunt,fuerunt, ac erūt poſſeſſiones eiuſdem
D. Ducis Belreguardi & Caſaleç: ſi quidem illæ
non ſoluerunt,nec ſoluunt Collectas communi
Ferrariæ, cū princeps nō ligetur prouiſionibus
ſuæ ciuitatis.Card.conſ.1. Fel.in c.1.nu.13.de cō
ſti.Bru.In tract.ꝙ ſtāt. maſ. in 6.art. prin.q.7.nu.
67.Rolā.à Valle in tract.de lucr.dot.q.8 .col. fi.
meritò nec illæ duæ conceſſę Varrano, nam cum
æquiparentur alijs poſſeſſionibus Illuſtriſ. Du-
22 cis, † quicquid in illis reperitur,intelligitur cō
municatū illis duabus exæquatis, ut tradit Bar.
in l.1.in prin.ff.de leg.1.Cū quo tranſeūt omnes
dēpto Cumano,prout refert Iaſ.nu.37.& eſt ca
ſus in l.illud,ff.de don.cau.mor.Demū nō omit
to ꝙ ꝑ dicta verba negari nō pōt,quin princeps
ſaltem in genere cogitauerit de iſtis oneribus cō
munis, maximè quia in fine mandauit officiali-
bus quibuſcunq; & iudicibus præſentibus & fu
turis hanc immunitatem ad unguem ſeruare, &
ſic habuit relationem pariter ad iudicem 12.Sa-
pientum & eius officiales: ergo ad iſtum caſum
debet fieri extenſio dictæ immunitatis,arg.l.qui
iure militari,ff.de teſt.mil.& l.ſicut certi. C. eo.
titul. per quas ita declarat & arguit in terminis
immunitatis Ale.conſi.30.col.2.uolum.5.& Pa-
riſ.abundè poſt eum,conſi.68.nu.18.vol.1.& ita
patet ex prædictis intentionē Illuſtr. Varrani la
23 tis de iure iuſtificari.† Quam tenendo non ob-
ſtant contraria, namque ad primum quòd
princeps non cenſetur voluiſſe tertio præiudi-
care,reſpondetur illud in dubio verum eſſe,ſic-
que iura & Doctores in contrarium citatos lo-
qui: at ſecus ubi cōſtat de mente principis,quia
poteſt princeps ſi uelit ius ſuum auferre alicui:
dicitur autem conſtare de mente principis ex
qualitate priuilegij, nam ſi conceditur uni pri
uilegium ꝙ non teneatur ſoluere decimas, ipſo
facto conſtat illud eſſe in præiudicium tertij,cui
decimæ de iure communi debentur: & ideo

non requiritur quòd illius iuri derogetur, in cu
ius præiudicium tendit priuilegium. Ita gloſſ.
& Abb.in c.cum olim. il j.nume,6, de priuileg.
Ioann. Andr, Card. & Abb.in c, dudum. eod,
titu. Guma, conſil. 100. viſo tenore literarum,
Dec.in cap.ſuper eo. col.2,de offi.deleg, ver, ſe-
cunda regula,conſi,113.Crot.conſi.94,num,22,
& Natta conſi. 340. nume.4.meritò, cum prin-
ceps voluerit immunes reddere dictas duas poſ
ſeſſiones verbis ita latè conceptis quòd collectæ
communis Ferrariæ continẽtur, patet eum vo-
24 luiſſe iuri communis præiudicare. † Secundò
conſtare dicitur in caſu noſtro de voluntate prin
cipis, quòd voluerit iuri cõmunis pręiudicare,
ex clauſulis appoſitis in hoc priuilegio, ibi [ mo
tu proprio, ex certa ſcientia, & de ſuæ poteſta-
tis plenitudine ] licèt enim clauſula motus pro-
prij ſimpliciter prolata non operetur in præiudi
cium tertij ſecundum Abb.in c.1. de iudi. cum ſi
milibus ſupra citatis,& plenè tradit Rui.cõſ.70.
nu.15.uol.5.D.meus Rimi. conſi.103.num. 27.
cum ſequen, Bero.conſ.146, nu.39, uol.3, Ceph.
conſi.235,nu, 18, Dec,conſi.407.num.20.& Soc.
25 iun,conſi.91.nu. 21. vol.3. † tamen quando iun
cta reperitur cum clauſula, de plenitudine pote
ſtatis at hic, operatur etiam præiudicium tertij
ſecũdum Lap. Imol.& Domini.in c. ſi propter.
de reſcr in 6.quos refert & ſequitur Rui.cõſ.161.
col.fin.in princ.uol,2.Goz,conſi.14.nume.10.&
hoc idem operatur clauſula, ex certa ſcientia, nã
quando apponitur in priuilegio donationis, vt
hic reperitur, apparet quòd princeps ſciens uo-
luit præiudicare tertio, cui ius erat quæſitum,
vt voluit Caſtr. cõſ. 105. Donatio prædicta. poſt
glo.in c.ad hæc. de reſcr. idemq́ue tradit Ioan.
de Ana.conſi.81.col.fi.Alexan.conſi.101. nu. 9.
volum.1.conſi.115. nec arguendi ſumus.verſi.6.
confirmatur,vol.2. Dec.abundè conſi 191. col.
2.conſi.341.col. 2. Cur.iun.conſi.174.nu.2.Rui.
conſi.104.vol.3.Porti. Imolenſ.conſi.107.nu.15.
26 † addens ſtante hac clauſula, nihil diſpoſitioni
opponi poſſe ſecundum Bar.in l.conficiuntur,
§.codicilli,ff.de iure codicil.Bal.in l.eos,in prin.
C.de app.Butri.& Abb.in d.cap.ad hæc.& licèt
Petrus Rebuff.in tit.de nõ tollen.ius quæſitum.
regula 16. glo. 6. non concedat per dictam clau-
ſulam, licèt iunctam cum motu proprio, conſta-
re de mente principis, quòd ius tertij tollere uo-
luerit, allegando Cardinalem & Dec. in variis
locis, tamen aut loquũtur illi quando dictæ clau
ſulæ ſeparatæ ſunt, aut quando princeps inſtru-
ctus non erat de facto, & ſic de iure tertij: ſicq́;
pari modo loquitur Caſtr. conſi. 159. quæſtio
iſta vertitur, ad fi. Rui,conſi.123.nu.20.uolum.
3.Cur,conſi,49, nu.34.ver. 13, dicunt.Soci.iun.
conſ.77,nu.105. volum,1,Grat.reſpon. 158. nu.
30. uol.2, at ſecus in principe informato, ut hic
de collectis communi ſoluendis pro bonis. Nec
immeritò talis clauſula debet operari, quia uim
habet ſpecialis derogationis, quando prolata
reperitur a principe informato de facto, ſecun-
dum Caſtr. conſi.41.uiſo teſtamento, conſi.102.
uidendum primo, col.fina.uolum.2. quem citat
Craue.conſi.182.nume.13. & ponit Franc. Mar
ci, quæſt.527. nu.13.in prima parte. meritò præ-
iudicatur in his, in quibus Princeps ſciuit, uel ſci
re potuit veriſimiliter præiudicium tertij, ut per
Alciatum in trac. de præſumpt.3.regu.præſum.
11.nume.13. uer. puto priorem. Ceph. conſ.28.
27 nume.80. † Nec ſanè mira nobis uideri debet
virtus huius clauſulæ, ex certa ſcientia, cum æ-
quiparetur clauſulæ de plenitudine poteſtatis,
& ambæ ſint paris potentiæ, ut tradit Abb.in di
cto cap.ad hæc.& in cap.cum inter. colum.1. de
exce. conſi.84. col.3.uolum.1. Cor.conſi.113.2.
dub.volum.4.Dec.conſi.191.col.2.conſ.198.co-
lum.pen.conſi. 271. colum. 3.conſi. 341. colum.
2. Cur.iun conſi.1.col.9.circa med.Craue. con-
ſi.182.nu.18. D.meus Rimi.conſi.93.nu.50.conſ.
103.nu.13. Bal.ante omnes, in l.eos.in prin. C.de
app.Soc.iu.conſi. 65.nu.53.uol.1. Gramma.cõſ.
28 100.col.1.in ciuilibus. † Vnde ſi de plenitudine
poteſtatis princeps etiam ſine cauſa poteſt præ-
iudicare tertio.Bal.in l. reſcripta, col.fi.uerſi.3.
quæritur, C.de prec.in per.offer.in l.2.C. de ſer
ui.& aqua, col.7.Ang.in l.item ſi uerberatum,§.
1.ff.de rei uend.dicens ꝙ mentiuntur qui contra
rium dicũt.Andr. Sic.conſ.64,col, pe, uol.4. De
ci.conſ.191.col.2.& plenè poſt alios, in c. quæ in
29 eccleſiarum.de conſti. † & apponendo dictam
clauſulam patet principem uelle ſupra ius diſpo
nere.Fel.abunde.in c.nonnulli,nu.13.lim.5.de
reſcr.Goz.conſ.14.nu.11.Gramma.conſ.100.col.
4.in ciuil. & ab ordinaria poteſtate recedere.ca.
propoſuit.de conceſſ.pręb.c.quamuis. de pręb.
in 6.Bal.in proœ.decret.& in prælud. feud.uer.
ſed pauca de principe.Ioan. And.Butr. & Imol.
in c,in noſtra.de procur.Porri.Imol.cõſ.107.nu.
16.ita pariter utendo clauſula, ex certa ſcientia,
30 illi ſimili, † iuncta ex abundanti prædicta, de
plenitudine poteſtatis, per quã nihil opponi po
teſt, quod annullet gratiam, ut not.Bal.in proœ.
decret, col.4.nec dici poteſt principi, cur ita fa-
cis, ut idem Bal.in prælud.feu. col.9.uer.ſed pau
ca. Dec.conſi.191,& conſi.341.col. 2. Et ita ſatis
abundè remanet ſublatum primum fundamen-
31 tum contrarium. † Id unum non omittens oc-
caſione Beroij ſupra citati conſ.152.nu.11. uol. 3.
quòd priuilegium immunitatis debeat intelligi
reſpectu præiudicij principis, non autem cætero
rum, qui grauarentur: nam primò quòd vnus à
collectis eximatur, cæteri non plus grauantur,
ſed ratam ſuam tantum ſoluunt, iuxta quantita
32 tẽ præfixam quando collecta fuit impoſita.† Se
cundò quod inquit Bero.procedit, quando per
tale priuilegium contingeret vniuerſitatem gra
uiter lædi: tunc enim ſuper hoc ipſius principis
remedium eſſet implorãdum.c.ſuggeſtum. cum
ibi not.de decim.aliàs uniuerſitas æquanimiter
ferre debet modicam læſionem, quia nec pro
modico eſt facienda reſtitutio, l.Seio.ff.de in in-
teg.reſti. ita concludit Abb.in d.c. peruenit, nu
me.17.de immu.eccle.Immol.in l. ab omnibus,
in fin. ff.de leg.1. Iaſ.in l. auus.ff de pact.nume.
12. Petr. de Vbal. in tracta. de collat. nume.
26. & latè Roland. à Valle. conſi.1. nume.166.
volum.

uolum. 1. at hic commune non læditur gra-
33 uiter, meritò ceſſat obiectum. † Nunc ad ſe-
cundum deſcendo de commune Ferrariæ non
citato, cui reſpondeo primò dubitabilem eſſe
illorum ſententiam, qui tenuerunt priuilegium
Principis non tenere non citato illo, de cuius
præiudicio agitur, quoniam contrarium tenuit
Bald. in d. l. nam ita diuus. colum. 1. dicens quòd
vbi priuilegium conceditur, non eſt de more,
nec de iure quòd aliquis citetur, quia eſt donũ
ſuperioris, l. libertus, ff. de in ius uoc. cap. eum
qui. de præben. in 6. Vnde dicit idem Bal. in l. fi.
C. quib. res iud. quòd ſicut ſolus Princeps legem
condit, ita ſolus priuilegium concedit. Et idem
Bal. in l. fin. in fin. C. de fruct. & lit. expen. dicit
quòd actus priuilegiandi eſt ſupernę poteſtatis,
cui contradici non poteſt: unde præiudicat ab-
ſenti. Idemq́ue tenent Calder. Bald. & Abb. in
c. cum olim. colum. 5. de re iud. Inno. in cap. niſi
cum pridem, col. fi. de renunc. Rom. conſi. 369.
circa primum, col. 7. ver. & huius eſt ratio. Dec.
conſi. 498. colum. fina. & Natta conſi. 636. nu-
34 me. 153. † Et licèt in præſenti in curia citatio
videatur eſſe neceſſaria, ut per glo. & Bar. in d. l.
nam ita diuus. & in auth. offeratur. in ver. petiit,
C. de lit. conteſt. cum ſimilibus per Fel. in d. cap.
cum olim. num. 9. verſiculo tertia declaratio. ta-
men ab hoc excipit duos caſus Felynus ibi. pri-
mum, quando ſumus certi quòd princeps ſcit
de præiudicio exiſtentis in curia: alterum quan
do curiæ ſtilus aliter ſe haberet de non vocando
præſentem: quorum vterque conuenit caſui no
ſtro, nam & princeps ſciuit extare commune,
cui ſoluuntur collectæ, & quotidie priuilegia cõ
35 ceduntur nemine citato. † Secundò poſito ꝙ
illa prior opin. verior eſſet, ut citatio requiratur
in priuilegiis præiudicialibus, tamen non pro-
cedit, ubi princeps concedit priuilegium cum
clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine po-
teſtatis, prout in propoſito: nam vbi princeps
vtitur his clauſulis, oſtendit ſe uelle tertio præ-
iudicare, ut uolunt Butri. & Imol. in c. quæ in
eccleſiarum. de conſti. idemq́ue clarè tenet. Bar
to. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in fin. ff. de
lib. & poſth. Roma. conſi. 369. 5. dub. Alex. con-
ſil. 11. aliàs conſului, colum. 3. volum. 7. Soc. con
ſil. 164. colum. antepen. uerſi. quintus caſus. vo-
lum. 2. quos latius inducit Natta conſi. 636. nu.
36 154. cum ſequent. † vt enim ſubdit quod dici-
tur principem nihil poſſe contra partem inaudi-
tam, cap. 1. de cauſ. poſſ. & prop. procedit inſpe-
cto iure communi, ſecus ubi proceditur de ple-
nitudine poteſtatis, ut not. Hoſti. Ioan. Andre.
Butr. & Imol. in c. in noſtra. ſuper. gloſſ. fin. de
procur. Bal. in l. nec cauſas. C. de appel. ſicq́ue
37 reſpondet Alex. conſi. 2. circa fi. volum. 1. † Ad
tertium reſpondetur primò negando præſup-
poſitum quòd collectæ debitæ communi Fer-
rariæ dicantur munus ordinarium, nam licèt
adſit ſtatutum Ferrariæ quòd non ſoluentibus
collectas ius non reddatur, attamen ab eo non
imponuntur collectæ, nec quid, aut quantum
ſolui debeat in eo ſtatuitur: ſed præſupponit
eas aliunde deberi. Et ſuper diſpoſitis alibi ſta-
tuit, quòd quicunque ſteterit per annum cum
dimidio à die impoſitæ collectæ numerandum,
quòd non ſoluerit collectas à ſe debitas commu
ni Ferrariæ, nullo modo audiatur, immo peni-
tus eidem a quocunque iudice audientia dene-
38 getur, & cætera quæ ſequuntur: † at collectę
imponuntur à magnifico D. Iudice 12. Sapien-
tum cum illis coadunatis in officio communis
Ferrariæ ſingulis annis, inter quos ego quoque
iam pluribus annis aggregatus ſum, & poſtquã
clariſſimus Iuriſconſultus, & Reuerendus D.
Proſper Paſettus ad cœlos abiit, apud nos ęter-
nam ſui nominis memoriam relinquens, in eius
locum ſubrogatus in Conſultorem quoque ma-
gnifici Iudicis 12. Sap. electus fui, quem magi-
ſtratum per plures annos iam tranſactos geſſit,
& nunc etiam gerit magnificus Dominus Io. An
tonius Rondinellus nobilis Ferrariæ meritiſſi-
mus huius patriæ moderator, & præfectus uni-
uerſitati noſtræ digniſſimus, cuius innumerabi-
les laudes, & egregias animi ſui dotes hic con-
ſultò prætereo, cum nimis à propoſito deuia-
rem, & in eis commemorandis difficilius eſſet
exitum quam principium inuenire. Quare un-
de paululũ digreſſus fueram gradũ reuocando,
39 † dico quòd ſi collecta ſingulis annis imponi-
tur per ipſum D. iudicem cum 12. Sapien. ſimul
ciuitatem regentibus cum eo, ſuccedit quòd di-
cta collecta dicatur eſſe munus extraordinariũ
per doctrinam Barto. in dicta l. hi qui. ſub nu-
me. 5. ff. de iure immu. ubi dicit quòd ſi colle-
ctæ imponuntur ab aliquibus magiſtratibus, ut
à prioribus, uel à maioribus gabellariis, qui ha
bent ſuper hoc auctoritatem, dicitur munus ex-
traordinarium: quare ceſſat obiectum quòd de
collectis iſtis debuerit in ſpecie fieri mentio, ue
lut de muneribus ordinariis, cum tali qualitate
non fungantur. Sed dato ꝙ tales eſſent, ſatis dici
tur expreſſa mentio facta de ipſis in priuilegio
principis ponderando uerba uniuerſalia, gemi-
nata, & id genus alia, prout ſuperius apparet pro
40 hac parte, nu. 9. cum pluribus ſequentibus. † Ad
ultimum diſtinguendo dico ꝙ aliquando lex in
aliquo caſu ſpeciali & particulari prohibet re-
ſcriptum, ut in caſu legis ſecundæ, C. de ſum. tri.
l. 1. C. ſi nup. ex reſcri. & l. ratas, C. de reſci. vend.
tũc uerũ eſt ꝙ ſpecialiter, & in indiuiduo debet
fieri mentio in reſcripto de tali lege derogato-
ria, aliàs non ualet reſcriptum: & in hoc primo
caſu debent intelligi deciſiones ſuperius in con-
trarium citatæ, ſicut & Bero. conſi. 2. col. fi. uol. 3.
ſi bene conſideretur. aliquãdo verò prohibetur
in genere & per uiam regulę, ut in caſu legis, nec
damnoſa. C. de prec. imper. offer. legis fi. C. ſi cõ
tra ius. & id genus. tũc ſufficit clauſula generalis
non obſtante aliqua lege, quæ in cõtrarium face
ret, licèt de illa non fiat expreſſa mentio. iſta fuit
diſtinctio Baldi. in d. l. fi. quam cõfirmat Are. in
c. 1. de reſcr. & Fel. in c. nonnulli, col. 14. uerſi. ad-
41 uerte 4. eo. tit. † & idem eſt ſecundum Caſtr. in
d. l. fin. colum. 2. quando eſſent plures leges, quæ
dicerent vnum & idem, quia eſſet velut impoſſi-

biliſ clauſula non obſtante ſpecialis, ſi deberet
fieri mentio ſigillatim de cunctis & hoc caſui
noſtro deſeruit: nam in hac materia immuni-
tatis ſunt plures leges, quæ reprobant hu-
iuſmodi reſcripta & priuilegia, vt patet in di-
cta l. vacuatis. in l. in fraudem. & in l. obſiſte-
re. C. de anno. & trib. lib. 10. cum ſimilibus,
de quibus per Alexand. conſil. 33. in fine. vo-
lum. 5. & ſingulæ loquuntur in genere, repro-
bantes priuilegia immunitatis munerum non
magis in vno caſu oneris quam in alio loquen-
tes. meritò debet ſufficere mentio clauſulæ,
non obſtante aliqua lege in contrarium facien-
42 te. † Et in hoc meo giudicio defecit Barto.
in dicta l. vacuatis. requirens clauſulam, non
obſtante tali lege: quia hæc eſſet mentio indi-
uidua, quæ non eſt neceſſaria, vt ipſe ponit
in l. fina. ad finem. C. ſi contra ius. Sed ſatis
eſt dicere non obſtante aliqua lege derogato-
ria, vel habente clauſulam derogatoriam, ſecun-
dum Cyn. quem refert Barto. in l. omnes po-
puli. colum. 10. verſicul. circa ſecundum. ff.
43 de iuſtit. & iur. † uel in contrarium diſpo-
nente ſeu faciente, ſecundum Bald. Aretin. &
Felyn. ſupra citatos: quod etiam tradunt Bal.
& Caſtr in l. humanum, C. de legib. Barto.
in extrauag. ad reprim. verſic. non obſtantibus.
poſt princ. Alexand. in l. 1. in princip. ff. ad leg.
Falci. Caſtr. conſi. 125. dubitatur primò ſecun-
do dubio. quem uariato numero citat Dec. con
ſi. 10. colum 3. ſicque tandem concludit Crau.
conſi. 126 nume. 4. & Caccial. in d. l. omnes po-
puli, nume. 69. hancque communem teſtatur
Alexan. conſi. 187. nume. 17. volum. 5. & plures
alios citans Portius Imolenſ. conſi. 33. nume. 15.
44 per duas col. † Sed plus, accedunt in caſu no-
ſtro clauſulæ, ex certa ſcientia, & de plenitudi-
ne poteſtatis, quæ idem important quod clau-
ſula, non obſtante, in valida & ſolemni forma
poſita, vt per Alexan. conſi. 33. colum. fina. uo-
lum. 5. quare ceſſat obiectum quocunque reſpe
ctu, & remanet firma concluſio prioribus illis
duabus poſſeſſionibus conceſſam fuiſſe immu-
nitatem à collectis ſolui conſuetis pro aliis bo-
45 nis communi Ferrariæ. † Nunc ad ſecundum
quæſitum deſcendo, quod eſt an in ſubrogatio-
nibus poſſeſſionis Barci, & ſubinde Cogoma-
rij comprehendatur hæc immunitas à collectis
communi Ferrariæ ſolitis ſolui. Et in eo prima
conſideratione dicendum videbatur quòd ne-
quaquam, nam cùm talis immunitas ſit quod-
dam accidens, cum regulariter bona dictis col-
lectis ſubiecta ſint, l. ſunt munera, ff. de vaca.
mune. & ſi quæ ſunt immunes, id eſt per acci-
dens, vtique non videbatur hoc accidens in ſub
46 rogatione contineri, † quia ſubrogatum non ſa
pit naturã eius, in cuius locum ſubrogatur, quo
ad naturam accidentalem, ſed quo ad regula-
rem tantum, l. item veniunt, §. quod prædixi-
mus. & ibi not. Angel. Caſtr. Salyc. & alij, ff.
de pet. hæredi. not. gloſſ. Bart. Alex. Dec. do-
minus meus Rimin. & cæteri in l. certi condi-
ctio. in princip. gloſſ. 2. in fin. ff. ſi cert. pet. An-
gel. & Bald. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ff. ſi
quis cauti. Tiraquell. in tracta. le mort. ſaiſ. 9.
declarat. ſecundæ part. nume. 11. Natta. con-
ſil. 4. nume. 4. Soci. iun. conſil. 74. nume. 21.
47 volum. 3. † ſicut nec quando ſubrogatio ſa-
cta fuit per hominem, vt in caſu noſtro, prout
declarat Bald. ibi, columna ſecunda. Secundò
accedit, nam illa ſubrogatio poſſeſſionis Barci
facta fuit non ſimpliciter, ſed in feudo tantum,
meritò limitatum debet effectum producere, l.
in agris, ff. de acquir. rer. domin. nec immuni-
tatem comprehendere, qua fungebantur illæ
duæ poſſeſſiones, cum illius reſpectu nulla facta
48 fuerit ſubrogatio: † facit quod notant Domi
ni de Rota deciſ. 18. de procur. in nouis, dicen-
tes quod ſi habebam plures procuratores ad
iudicia & negocia, poſteaque conſtituo vnum
procuratorem ad iudicia cum clauſula, reuocan
do omnes alios procuratores, intelligitur de
procuratoribus ad iudicia tantum, non etiam
ad negocia, ex quo in conſtitutione illius pro-
curatoris dictum fuit de iudiciis tantum. ſequi-
tur Felyn. in capit. ſedes. columna 5. de reſcrip.
alia ſimilia cumulans. Vnde ſic in caſu noſtro
dicendum uidebatur, quòd cum in ſubroga-
tione fieret mentio de feudo, uerba quæ ſequun
tur [prout erant illæ duæ, quas habuimus] de-
berent intelligi reſpectu feudi, non autem im-
49 munitatis collectarum, † præſertim cum ut
dictum eſt immunitas ſit quid accidentale; quo
caſu in generali diſpoſitione non veniunt ea,
quæ ſunt ex accidenti, ut probat idem Felyn. in
dicto capit. ſedes. colum. 3. ubi poſt Innocen. in
capit. ex literis. ad finem, de iure patrona. dicit
quòd ſi uendo tibi rem cum iuribus ſuis, intel-
liguntur ea tantum vendita, quæ ſunt de natu-
ra rei venditæ, non autem quæ per accidens.
50 † parique modo ſi pater mandat filiis, ut tra-
ctent eorum matrem honorificè, eo modo &
forma, & prout ipſe tractabat, non tenentur fi-
lij ad ea, quæ potius erant ex accidenti, quàm
ex natura regulari, ſecundum Bald. in l. 1. ad fin.
C. de leg. ſequitur Felyn. in dicto capit. ſedes,
51 colum. 4. † demumque videmus quòd diſpoſi-
tio generalis intelligitur de ſolitis ordinariè,
non autem de extraordinariis, uelut accidenta-
libus, l. Seio. §. medico. & ibi not. Bart. & Alex.
in apoſt. ff. de annu. lega. Dec. conſi. 430. nume.
7. Bero. coſin. 187. colum. 1. uolum. 1. quare pa-
riter hæc ſubrogatio poſſeſſionis Barci loco dua
rum primo conceſſarum, & alia Cogomarij loco
illius Barci, non uidebatur referri poſſe ad im-
munitatem collectarum illis conceſſam vel ut
ad quoddam accidentale, quod venire non ſo-
let, neque contineri ſub generali diſpoſitio-
52 ne. † Sed nihilominus ulterius mihi cogitan
ti contraria ſententia probabilior uiſa fuit, pro
cuius fundamento præmitto quòd uerba po-
ſita in inſtrumento debent aliquid operari, nul-
lumque uerbum licèt minimum debet eſſe ſu-
peruacaneum. Bald. in Rubric. C. de contrah.
emptio. quæſtio. 9. Dec. conſi. 47. col. 2. D. meus
Rimi. conſi. 79. nume. 6. conſi. 388. nu. 33. Bero.
conſi.

conſi.38.nume.1.volum.1. Ange. in l.ædem.C.
loca.Ale.in l.ſi cum dotem,nume.8.ff.ſolu.mat.
Dec.in c.licèt cauſam,nume. 9.de prob. Porti.
Imolenſ.conſi.31. nu. 12. Caſtr. conſi.57.primò
videndum eſt de intellectu, colum. 1. volum.1.
53 † aliàs ſi verba non operarentur, ludribiò cen-
ſerentur apposita,& eluſoriè,quod fieri non de-
bet.l.fi.§.non autem filio. C. de bon. quæ lib. l.
cum aliis.in fi. C. de cur. furi.c.cômiſſa.§.porrò.
de elect.in lib.6. vnde Bal.conſi. 51. generali ſta
tuto.in fi.lib.5.dicit in propoſito noſtro ꝙ ſingu-
la verba priuilegij debent habere aliquid pon-
deris,& ad aliquem effectum trahi, per l.item
veniunt,§.aptanda,ff.de pet. hære. & ita pariter
arguit in priuilegio Iaſ.conſi.184.nu.4.ver. nec
obſtat inquantum dicitur,volum.2. Pariſ. conſi.
12.nu. 183.vol.2.Soc.iun.conſi.93.nu.13. uol.3.
54 † Et ideò priuilegium conceſſum clerico ſtu-
denti ſuper fructibus percipiendis extéditur ad
quotidianas diſtributiones, quando nulli alij
ſunt fructus, & ſic aliàs nihil priuilegium opera
retur, vt tradit Old. conſi.300. factum tale eſt,
colum. fina. Et ſtatutum tollens exceptionem
præſcriptionis, cenſetur tollere etiam præſcri-
ptionem longiſſimi temporis, quando aliàs ni-
hil operaretur. Abb. conſi. 14.col. 3. volum.2.
55 † Vnde ſtatutum quòd ea quæ fiunt in domo
probentur per teſtes domeſticos, intelligitur de
domeſticis etiam fœminis,vt aliquid operetur.
Alex.conſi.24.col.3.vol.4.Gozad.conſi.74.col.
2.& alia id genus ad ornatum cumulant Crau.
conſi.135. nu. 14.ſequiturque Soc. iun. eandem
regulam de verbis quæ debent aliquid operari,
ne fruſtra prolata dicantur, & ocioſa remaneát.
conſi.116.nu.55.vol.1.conſi.40.nu.8.conſi.75.
nu.19.conſi.89.nu.15.& conſi.119.nu.19.uol.3.
Crot.conſi.14.nu.37. Natta conſi. 111.nu. 6.&
56 conſi.130.nu.3.† vbi plus addit,ꝙ verba quan
doque trahuntur ad improprium ſignificatum,
ne ſint ſine effectu, vt inquit Bal.in c.paſtoralis,
col.4.de app.per tex.quem reputat ſingularem,
in l.hæredes,§.fi.ff.ad Treb.& per alia iura com
probat idem Abb.conſi.32. col. 1. uol. 2. Deci.
conſi.48.col.2.& conſi.69.col.3.his ita ſtantibus
perpendo uerba literarum Ducalium circa ſub-
rogationem poſſeſſionis Barci, in quibus prin-
ceps narrat ſe aliàs donaſſe, iure tamen Feudi Il
luſtriori D.Herculi Varrano dictas duas poſſeſ-
ſiones Tamaræ & Ruttæ Dullæ: demum com-
mittit factoribus ſuis generalibus, vt earum lo-
co aſſignent dicto Varrano poſſeſſionem Barci,
quæ debeat ſuccedere in feudo; prout erant il-
læ duæ. nam poſtrema illa verba [ prout erant
illæ duæ ] ſi intelligerentur reſpectu feudi, re-
manerent ſuperflua & ocioſa, & nihil operaren-
tur:quia quòd illę duę poſſeſſiones eſſent in feu
dum datę dicto Varrano, iam ſupra fuerat di-
ctum,meritò ut aliquid operentur, debent in-
telligi quòd poſſeſſio Barci loco illarum dua-
rum ſuccedere debeat in feudo, prout erant il-
lę duę,hoc eſt cum eiſdem immunitatibus,quas
illæ habebant, & quæ illis fuerant conceſſæ, &
ſic voluit concludere Princeps Excelſus, quòd
dicta poſſeſſio Barci deberet eſſe feudalis & im-
munis, ſicut erant illæ duæ prius dicto Illuſtri
57 Varrano. † Secundò moueor, nam princeps in
literis ſuis dicit habuiſſe dictas duas poſſeſſiones
cum intentione tamen dandi præfato Illuſtr.
Varrano cambium æquiualens, & ideo uolens
ei ſatisfacere vt æquum eſt,committit factoribus
ſuis generalibus quòd aſſignent dictam poſſeſ-
ſionem Barci loco illarum duarum. pondero ꝙ
ſi Principis intentio fuit dare cambium æquiua
lens Varrano, idque commiſit fieri mediante
poſſeſſione Barci, fateri oportet illam fuiſſe aſ-
ſignatam immunem, ſicut erant illæ duæ, alio
qui cambium non fuiſſet æquiualens propter
inæqualem effectum onerum, quibus affecta
fuiſſet poſſeſſio Barci.ut in Auth.de æqual. dot.
col. 2. ibi [ & videantur quidem æquas facere
ſtipulationes, pro vero autem inæquales ma-
58 neant effectus ] † Nam ratione oneris annexi
collectarum poſſeſſioni Barci, ea minus valuiſ-
ſet, ut not. Abb. Imol. Felyn. & alij in capit.
cum Ioannes.de fide inſtrument. & tradunt An
ge. & Alex.in l.1.§. ſi hæres, ff.ad Trebel.dicen-
tes quòd ſi venditor tradidit emptori prædium
alteri obligatum, debet emptor agere ad id,
quod ſua intereſt fundum non eſſe obligatum,
hoc eſt ad illud minus quod æſtimaretur fun-
59 dus valere, conſiderata illa obligatione. † Et
ſicut ratione dicti oneris minus valuiſſet poſ-
ſeſſio Barci; ſic illæ duæ ab eo liberæ, velut
immunes plus valuiſſent: ualor enim rerum
immobilium conſideratur non tantum quo ad
quantitatem reddituum, ſed etiam quo ad qua-
litatem earum, l. ſi quos, & ibi Barto. Saly. &
alij, C. de reſcinden. vendi. & res tanto plus
valere dicitur, quanto cum minori grauamine
venditoris præſtatur, veluti ſine cautione eui-
ctionis, vel ſine præſtatione fideiuſſoris, ut
per Angel.& Imol. in l. pretia rerum, §. cor-
pora. ff.ad leg. Falcid. per l. eum qui, §. me-
lior autem conditio. ff. de in diem adiect. un-
de poſſeſſiones illæ duæ receptæ per Princi-
pem cum immunitate plus ualuiſſent illa Bar-
60 ci data cum onere collectarum. † Tertiò com-
probatur hæc concluſio per Ale. in terminis
noſtris, conſil. 193. ex themate præmiſſo, ſe-
cundo dubio, volum. 2. vbi concludit molen-
dinum ſubrogatum loco cuiuſdam ædificij con-
ceſſi cum immunitate, immune reputandum
eſſe, quia ſubrogatum ſapit naturam eius,in cu-
ius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniu-
riarum.ff.ſi quis caut.citatque Baldum in capit.
primo, de pace Conſtan. in ver. nos Roma-
nos. vbi poſt Oldrad. dicit quòd ciuitas de-
ſtructa, poſtea reædificata retinet priuilegia ſi-
bi conceſſa prius, quia dicitur ſubrogata lo-
co prioris. Vnde cum poſſeſſio Barci ſubro-
gata fuerit loco duarum immunium,& alte-
ra Cogomarij loco illius Barci, conſequens
eſt ut immunitas duarum transfuſa fuerit in il-
lam Barci, & inde in alteram Cogomarij., me-
ritò non ſit amplius oneri collectarum ſub-
61 nixa, ſed de libri extimi delenda ſit. † Et te-

nendo hanc partem, non obſtant contraria:
namq́ue ad primum de ſubrogatione, quæ lo-
cum nō habet in accidente, reſpondetur id eſſe
verum, quando accidens erat in habitu & poten
tia tantùm, non aūt in actu, ſecundū Ang. in d. l.
item veniūt, §. quòd prædiximus, ff. de pet. hær.
& per Iaſ. in d. l. certi condictio. vbi glo. dat exē-
plum in certi condictione generali ſubrogata lo
co actionis legis Aquiliæ, quæ poterat creſcere
in duplum per inficiationem, l. 2. in prin. l. cōtra
negantem, ff. & C. ad l. Aqui. nondum tamē cre
uerat, quia deuentum non erat ad negationem:
ſi quidem agatur certi cōdictione & negatur, du
plum peti non poteſt vigore ſubrogationis, quia
duplum illud per accidens auctum non erat in
actu à principio, ſed in potentia tantùm, meritò
non venit in certi condictione ſubrogata. Sed
quando accidens eſſet deductum ad actum ab
initio, bene ueniret in actione ſubrogata, prout
determinat Dec. in d. l. certi condictio, num. 10.
circa medium, per l. 1. §. ſi quis ſub conditio-
ne. iunc. §. ſi. ff ut leg. no. ca. nos autem verſamur
in hoc ſecundo caſu, nam tempore quo poſſeſ-
ſio Barci ſubrogata fuit loco duarum, illæ erant
immunes, & ſic accidens immunitatis erat in
eſſe deductum. meritò poſſeſſio Barci debet ea-
rum naturam ſequi reſpectu dicti accidentis:
parique modo poſſeſſio Cogomarij loco illius
62 Barci ſubrogata. † Non obſtat etiam dum di-
cebatur ſubrogationem factam per hominem,
non ſapere eandem naturam ſecundum Bald.
in d. §. qui iniuriarum. qui dat exemplum de ſti
pulatione nouante contractum bonęfidei, quæ
non ſapit naturam illius contractus. l. emptor.
ff. de noua. Vbi non veniunt uſuræ, quæ uenie-
bant in actione ex vendito: quoniam in primis
iſta diſtinctio Baldi inter ſubrogationem factam
ab homine & lege confunditur per text. in l. 1.
§. ſi ſub conditione, ff. ut leg. no. ca. vbi loqui-
tur in ſubrogatione hominis, & tamen ſapit ean
63 dem naturam. † Nec repugnat dicta l. emptor,
quia in nouatione agitur de veteri obligatione
immutanda, & alia noua deducenda, l. 1. ff. de
noua. & ſic partes non intendunt ſequi natu-
ram prioris obligationis, ſed ab ea penitus re-
cedere: meritò nimirum ſi ſtipulatio nouans
non ſequitur naturam obligationis nouatæ,
64 † quia quando ſubrogatum tendit ad diuer-
ſa, non ſequitur naturam eius in cuius locum
ſubrogatur, l. ſi in feudo, §. ſi fundus, ff. de iu-
re dot. Bartol. ita declarans in repetitio. l. pa-
ter filium. colum. penult. verſicul. non obſtat,
ff. de inoffic. teſtament. Socin. in regula. 383.
fall. 2. Socin. iun. conſil. 74. nume. 22. volum.
3. Simile videmus in ſtatuto quod recedit à
iure communi, & venit derogatiuè ad ius com-
mune in aliquo caſu, quod non recipit inter-
pretationem à iure communi in eo caſu, cum
de mente ipſius conſtet quòd voluit à iure com
muni recedere in eo caſu, ut optimè declarat
Imol. in l. ſi verò, §. de viro. in materia inter-
pretationis reſtrictiuæ, ff. ſolut. matrimo. quem
refert & ſequitur Socin. conſi. 52. colum. fina.

volum. 3. Gozad. cōſil. 19. numero 18. Pariſ.
conſi. 91. nume. 12. volum. 3. Sed ſecus eſt in
caſu noſtro, vbi vna res loco alterius fuit, &
ad eundem effectum ſubrogata, hoc eſt ut Il-
luſtr. Varranus poſſeſſionem Barci, deinde
alteram Cogomarij conſequeretur pro cam-
bio æquiualenti loco duarum poſſeſſionum,
quas primò fuerat conſecutus liberas & im-
65 munes, meritò & illa ſic eſſe debet. † Secun-
dò dico quòd in terminis d. legis emptor. ideo
ſtipulatio nouans non ſequitur naturam con-
tractus nouati quo ad illas vſuras, ſtipulatio
ſtricti iuris eſt, in qua non ueniunt vſuræ, ni-
ſi fuerunt expreſſè promiſſæ. l. quamuis, C. de
vſur. ſed actio prima erat bonęfidei, in qua ue-
niunt vſuræ officio iudicis, l. mora. §. in bonæ
fidei, ff. de vſur. ita tradit hanc rationem Caſt.
in d. l. emptor. ex quo apparet quòd illæ duæ
actiones proueniunt ex diuerſis cauſis & prin-
cipijs: quo ſtante actio ſubrogata nunquam ſu-
mit naturam principalis, vt tradit Barto. in l. 1.
§. hæc actio. ff. ſi is qui teſt. libe. eſſe ius. ſe-
66 quitur Deci. in dicta, l. certi condictio. † Item
ſunt diuerſæ qualitatis, ſi vna ſtricti iuris eſt,
& altera bonæfidei, quo caſu ſubrogatum non
ſapit naturam eius, in cuius locum ſubroga-
tur, ut tradit Alex. conſi. 106. nume. 17. vol.
3. Pariſ. conſi. 49. nume. 78. volu. 3. at hic poſ-
ſeſſiones Barci & Cogomarij proueniunt ab eo-
dem principio quo priores, & ſunt eiuſdem
qualitatis cuius illæ, quia ab eodem principe
fluunt & pendent, cum fuerunt omnes immu-
nes & eiuſdem naturæ: meritò regula ſubro-
gationis militare debet. Ad ſecundum verò
contrarium ſolutio colligitur ex latè deductis
67 in primo fundamento huius partis. † Et vlte-
rius nihil repugnant illa verba principis circa
poſſeſſionem Barci relata [ Quæ debeat in
feudum ſuccedere ] nam prolata fuerunt ad
alium finem: quippe cum penes eum fuiſſet
allodialis, ſi tantùm dixiſſet, vobis comitti-
mus, ut detis & aſſigneris Illuſtr. Varrano poſ-
ſeſſionem Barci, cenſeretur voluiſſe quòd eam
præſtarent pariter allodialem, tum ex verbo da-
re, quod importat dominium transferre. l. ubi
autem non apparet, §. fina. ff. de verborum obli-
gatio. §. ſic itaque Inſt. de actio. & quidem dire-
ctum, in potentiori, l. 1. §. fin. ff. ſi ag. vectig.
68 † tum ex perſona dantis & aſſignantis, qui erat
princeps, ad quem ſpectat liberalitatem exerce-
re, prout in terminis tradit Oldr. conſi. 159. ex
præſenti themate. primo dub. Alber. in Rubr.
C. de dona. verſi. item quæro. Deci. conſi. 32.
69 colum. 2. conſi. 289. nume. 3. † & talis interpre-
tatio coadiuuari potuiſſet & ſubinde fieri, cum
in dubio bona potius libera & allodialia, quàm
feudalia cenſeri debeant. vt not. Hoſti. Ioann.
Andr. Abb. & alij in capit. nimis. de iureiu-
rand. Alexan. conſi. 129. volum. 1. Deci. in d.
conſi. 32. Bru. conſi. 1. nu. 1. conſi. 83. nu. 2. conſi.
89. nu. 9. Io. Campe. conſi. 2. nu. 9. inter cōſilia
Bru. Cur. conſ. 68. Barb. cōſi. 19. vol. 2. conſi. 57.
vol. 4. Dec. conſ. 85. col. 1. conſi. 208. cōſi. 269. in
prin.

prin.cõſi.413.conſi.414.conſi.468.& cõſi. 488. Rui.conſi.156.nu.1.vol.1. Bertran.conſi.66. nu. 4.vol.3. Par. conſi.15.nu.1.vol.10.conſi. 20.nu.1. conſi.23.eo.vo.Grat.Reſpon.3. nu.9.vol.1.Caſſa.conſi.66.nu.3.Soc.iun.conſi.67. nu.5.cõſ.75. nu.25.vol.1. conſi.115.nu.31.vol.2. Deciſ. Nea. 266.277.& 361. Vnde ne fieret talis interpretatio, ſubiunxit princeps illa verba [quæ debeat ſuccedere in feudo] vt ſic reſtringeret ſignificatum verborum præcedentium,

70 † prout relatiuũ quæ, ſine copula ſolet reſtringere, l. ea tamen adiectio.& ibi Bart.ff. de leg.3. ſed quo ad immunitatem, quæ jam veniebat in ſubrogatione ex intentione principis dicentis de cambio æquiualenti, illa limitatio nõ operatur effectum ſuum, cum ſequeretur inde correctio, quæ non præſumitur incontinenti facta, l. nam ad ea, ff. de cõd. & dem.& ex bis tollitur illud ſimile dominorum de Rota & Felini, nam in illa conſtitutione procuratoris, de iudiciis tantum dictum fuerat: unde reuocatio ſimplex ſubſequens eodem modo debebat intelligi. Sed hic non modò de feudo, ſed etiam de immunitate fuerat dictum,

71 † meritò illa verba [prout erant illæ duæ] de vtraq; poſſunt intelligi, cùm ſint relatiua præcedẽtium ſecundum Bal. in l. edita. lect. 2. nume. 109. C. de eden. ubi Dec. nume. 85. Bar. in tract. ad reprj. in ver. prout.

72 † Non obſtant & alia ſimilia poſtremo loco deducta poſt Fel. in d. c. ſedes. nam procedunt in conceſſione & diſpoſitione facta per alium, quàm per principem, in qua veniunt etiã adiacentia & accidentalia, vt colligitur ex not. per Bar. in l. 2. ff. de verb. ſig. & tradit Alex. in l. 3. in prin. nu. 26. ff. de acqui. poſſ. adducentes q secundo caſu diſpoſitio cõtinet beneficiũ, quod eſt latiſſimè interpretandum, l. 1. ff. de conſt. prin. præterea illa procedunt in dubio, hic verò conſtat de intentione principis, ut accidens etiam veniat ex cambio æquiualẽti & aliis ſupra deductis. Vnde remanet firma concluſio ſubiatis omnibus ſpinis, quòd poſſeſſio Cogomarij ſit ut immunis à collectis communis Ferrariæ iudicanda, & ex libris dicti communis delenda.

*Hypolitus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre Comite Iulio Boiardo, Domino Scandiani.

### ARGVMENTVM.

De receptatore banniti qualiter puniendo.

### SVMMARIVM.

1 *Proclama prohibens bannitos receptari, cur introductum fuerit.7.*

*An reſtringi debeat ad bannitos, qui deliquerunt in territorio proclamantis 2.*

*Et comprehendat ſubditum delinquentem extra territorium.15.*

3 *Delinquens extra territorium non offendit maieſtatem ſtatuentis.*

4 *Puniendi pœna particulari vnius ſtatuti, teneri nõ debent alia generali alterius ſtatuti.*

5 *Receptans bannitum, qui toleratur in ciuitate, non tenetur pœna ſtatuti.*

6 *Scientia præſumitur ex qualitate facti.*

7 *Statuentium mens principalis ſpectanda.*

8 *Publicus fauor conſiſtit, ut ciuitas purgetur malis hominibus.*

*Ratio finalis colligitur ex proœmio.8.*

9 *Diſpoſitio dicitur tota fauorabilis, ſi principaliter inducta fuit in fauorem publicum, licèt ſecundariò redundet in odium aliorum.*

10 *Statutum fœminarum excluſiuum, abſolutè dicitur fauorabile.*

*Nec dicitur odioſum, niſi perſona, cõtra quam quid ſtatuitur odium meruerit.11.*

13 *Statutum prohibens alienationem in forenſes, fauorabile dicitur.*

*Et in pluribus locis uiget.12.*

14 *Diſpoſitio dicitur fauorabilis, quando fauor eſt inſeparabilis ab odio.*

15 *Statutum continens prohibitionem fauorabilem porrigitur extra territorium.*

16 *Bannitus ex vna ciuitate cenſetur bannitus ex alia illi confœderata.*

17 *Statutum extenditur ad locum confœderatum.*

18 *Proclama prohibens receptari bannitos, principaliter diſponit contra receptatores.*

19 *Statutum poteſt diſponere ſuper actu ſpirituali, uelut iuramento in conſequentiam.*

20 *Receptans bannitum quandoque mitius punitur arbitrio iudicis.*

*Velut ſi conſanguineus fuerit.21.*

*Etiam læſæ maieſtatis reus.22.*

*Vel quòd receptans, de banno tantùm per famam ſciuerit.24.*

*Et Afflictus ſecus ſentiens errauit.23.*

25 *Lex ſanctio legum, ff. de pœn. declarata.*

26 *Receptans bãnitum toleratũ in ciuitate excuſatur.*

*Ignorantia præſumitur.26.*

## CONSILIVM XXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

PVBLICATVM fuit in terra Scandiani proclama, q nullus audeat receptare quempiam bannitũ ſub pœna ſcutorũ quinquaginta: poſt quod quidam Ioannes Caiuus cõfeſſus eſt magnifico D. Comiſſario dicti Caſtri receptaſſe quendã Bigũ Caluum bannitũ ex terra Ruberiæ iuriſdictionis Illuſtriſs. Ducis Ferrariæ. Vnde dictus Cõmiſſarius declarauit ipſum Ioannẽ incidiſſe in pœnã dicti proclamatis: nihilominus ſtantibus nonnullis exceptionibus ſuis & cauſis animum ipſius D. Comiſſarij mouentibus, moderauit illam pœnã, reducẽdo eã

ad dimidiam, in qua eum condemnauit. poſtea per Illuſtr. Comitem D. Iulium Boiardum dominum Scandiani proceſſus mihi fuit tranſmiſſus vnà cum allegationibus duorum clariſs. aduocatorum dicti Ioannis, ut omnibus diligenter viſis dicerem pro veritate nunquid rectè vel malè fuerit iudicatum. Quare uiſum mihi fuit operæpretium referre fundamenta facta pro defenſione dicti Ioannis, deinde quæ ſibi aduerſarentur proponere: demum rem ipſam in eam partem reſoluere, cui meus animus magis inclinaret.

1 † Igitur in primis dicebatur huiuſmodi præclamata prohibentia bannitos receptari, emanaſſe in pœnam ipſorũ delinquentiũ, vt nullum poſſint inuenire refugium, & ad terrorẽ delinquentium, & delictorum, ne homines faciliter cadant ad delicta, & ut ſe ab eis cuſtodiant, ut in ſimili ſtatuto de bannitis impunè offendendis concludit Ricar. de Salyceto, conſi. 9. in fin. vol. 2. crimi.

2 † quo ſtante licèt proclama, de quo ſupra, loquatur generaliter de bannitis, reſtringi debet ad bannitos, qui deliquerint in territorio dicti Comitis. c. fi. de conſti. in 6. Bart. in l. cũctos populos. 8. q. ver. quæro, quid ſi ſtatuto. in fi. C. de ſumma tri. Alexan. conſi. 111. vol. 1. qui fortius volunt non comprehendi ſubditum delinquentem extra territorium, ergo tanto minus forenſem alibi delinquentem, vt eſt hic Bigus de terra Ruberiæ.

3 † Et ratio eſt ſecundum Caſtr. in l. fina. ff. de iuriſdictione omn. iudic. quia delinquens extra territorium non offendit Rempub. nec maieſtatem ſtatuentis, & per conſequens hic non agitur de intereſſe publico Caſtri Scandiani, ubi factum fuit proclama, meritò dictus Ioannes non videtur in aliquo teneri: & ſecundum prædictam concluſionem conſuluit etiam Barto. conſi. 18. volum. 1. crimi. referens eam tenuiſſe Odofre. & Albert. Gandi. & eſſe caſum in d. cap. fin. ubi Ioan. Andr. reprobat opin. Cy. contrariam; meritò concludit Barto. quod dicitur de taberna ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis Aſſiſii, non habere locum in commiſſis extra territorium.

4 † Secundò dicebatur contra receptantes bannitos ex terris Excellentiſſ. Ducis Ferrariæ vigere particulare proclama prius editum, quo puniuntur in ſcutis centum: meritò non debent comprehendi ſub iſto ſecundo generaliter de bannitis loquente, l. ſanctio legum, ff. de pœn. c. generi. de reg. iur.

5 † Tertiò dicebatur tale proclama non habere locum in dicto Ioanne receptante Bigum bannitum, qui tolerabatur in terra Scandiani, ſicut nec ſtatutum permittens bãnitum offendi, procedit in bannito ſic tolerato in loco ſtatuentium, ut tradit Sal. in l. nullus. C. de Iudæ. Ioan. de Ana. & Fel. in c. ſicut Iudæi. eod. tit. Alexand. conſi. 1. conſi. 107. uolum. 2. cõſil. 8. uolum. 6. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum, colum. 3. verſi. quartus caſus. de conſtitu. & in c. 1. colum. 8. de treu. & pac. Marſ. conſil. 10. nume. 26. conſi. 46. nume. 31. in practi. crimi. §. aggredior. nume. 18. cum ſequent. & in ſingul. 77. Iaſ. in repe. l. omnes populi. nume. 48. ff. de iuſt. & iure. D. Iulius Scarlatinus Regiens. Doctor eximius, & aliàs prætor Ferrariæ meritiſſimus, conſi. 113. tomo primo crimi.

6 † Et licèt Doctores loquantur ſtante ſcientia ſuperioris vel officialis, tamen dicebatur ſatis conſtare de ſcientia propter qualitatem facti, ſecundum quod ſcientia præſumitur, vt per Corn. conſi. 268. colum. 2. vol. 4. Craue. conſi. 168. nume. 5. nam verſati in foro, triuiis, & eccleſiis, vnicuiq; innoteſcere ſolent: & hæc ea potiſſima ſunt fundamenta, quibus adiuuari videbatur dictus Ioannes, ne pœnæ dicti proclamatis obſtrictus eſſe videretur.

At nihilominus contrarium iudicatum fuit ab ipſo D. Commiſſario Scandiani, cuius opinioni plura fuerunt, vt audio, quæ deſeruire uiſa fuerunt, & in primis,

7 † quia mens & principalis intentio ſtatuentium ſpectari debet, l. in cõditionibus primum locum, ff. de cond. & dem. l. non aliter, ff. de leg. 3. quibus ſic arguit Pariſ. conſi. 21. nu. 52. volum. 2. ſed principalis intentio huius proclamatis fuit prohibere ſubditis receptationem bannitorum propter pacem & tranquillitatem Comitatus Scandiani, & ut purgetur malis hominibus, in quo publicus fauor conſiſtit. l. congruit, ff. de offi. præſi. ponit Boſſi. in titulo de pœnis, nu. 13.

8 † & hoc in procemio proclamatis dicitur, ex quo ratio finalis colligitur, l. fi. & ibi Barto. Ang. & Imol. ff. de hær. inſt. Alex. conſi. 36. col. 2. vol. 5. Dec. conſil. 10. col. 2. conſi. 410. col. 3. vol. 3. Rube. conſi. 11. in princ. conſi. 89. nu. 5. D. meus Rimi. conſi. 33. nu. 19. & pulchrè Bald. in proœ. Codic. §. quibus. vbi dicit quòd procemium in ſtatutis multum operatur, quia ex eo colligitur ratio finalis, quod inquit menti tenendum, quia non dicit ſine cauſa;

9 † meritò ex quo fuit inductum dictum proclama principaliter in fauorem publicum, licèt ſecundariò redundet in odium bannitorũ, quoniam ex tali receptione prohibita, denegatur eis refugium, totũ hoc proclama debet reputari fauorabile. l. qui exceptione. & ibi declarat Bar. ff. de cond. inde. dans exemplum in Velleiano, quod fuit principaliter inductum in fauorem mulierum, licèt ſecundariò redundet in odium creditorum, meritò dicitur totum fauorabile inſpecto principali propoſito. ſequitur Caſtr. Alexan. & Iaſ. Alex. conſi. 197. col. 1. vol. 7.

10 † latè Dec. & Cur. iun. in l. 1. C. de in ius uoc. loquentes de ſtatuto fœminarum excluſiuo, quod abſolutè dicunt etiam fauorabile attenta ratione principali, quæ fuit conſeruare bona in familia fauore agnationis, ut tenet Cyn. in l. 1. C. de adult. Ioann. Andr. in addi. Specul. in Rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. ver. eſt ſciendum, cum multis adductis per Deci. ſub nume. 5. quibus addo Rube. conſi. 16. nume. 7. D. meum Rimi. conſi. 38. nume. 1. conſi. 223. nume. 13. conſi. 336. nume. 34. conſi. 376. nume. 11. Crau. pulchrè, conſi. 118. nu. 9. Vbi citat inter alios Baldum, conſi. 473. circa quæſtionem, col. 2. uol. 5.

11 † dicentes q; ſtatutum dici non poteſt odioſum, niſi perſona contra quam quid ſtatuitur, tale odium meruerit, & ideo ſtatutũ matrem excludens

excludẽs propter agnatos non dicitur odioſum, quia mater tale odium non meruit, ſed dicitur fa uorabile, velut editum principaliter agnatorum fauore. Idemque multis exornat & corroborat Brun. in tracta. quod ſtant. maſc. in quarto articu. nume. 6. ubi hanc ueriorem & magis communem appellat, & apud omnes eſſe fauorabile. Et cum prædictis latè quoque tenet Tiraquel. de utro. retract. in præfati. nu. 56. & in titulo de retractu lignagier. §. 30. glo. 1. nume. 5. quibus in locis
12 plures allegat. † Simile uidemus in ſtatuto prohibẽte ciues alienationem bonorum immobiliũ in forenſes facere, quod in omnibus ciuitatibus viget, ſi credimus Alberico in ſecunda parte ſtatutorum, q. 2. ſeu ferè per totam Italiam, ut paulo modeſtius teſtatur Soc. iun. conſi. 76. num. 30. ad fi. uolum. 3. & plerique ſummi legum vertices ſigillatim tradunt, nam quòd extet Ferrariæ, tradit Alex. conſ. 156. uiſo inſtrumento donationis, col. 3. uol. 2. Barba. cõſi. 43. colum. 9. vol. 1. Ruin. conſi. 200. volum. 2. Soc. iu. conſi. 18. uolum. 3. D. meus Rimi. conſi. 244. Florentiæ, Ang. conſi. 58. quidam Franciſcus. & D. meus Rimi. conſil. 471. Pergamo, Alberi. in d. 2. q. Peruſio, Anch. in cõmento cap. canonum ſtatuta ver. quæro vlterius. de conſti. Mantuæ, Soc. conſi. 81. uol. 3. Soc. iun. conſi. 9. uol. 1. conſi. 3 uol. 3. Brixiæ, D. meus Rimi. conſi. 242. Lucæ, Bal. conſi. 454. vol. 1. conſil. 308. uol. 3. in anti. Regio, Dec. conſi. 661. Vincentiæ, Caſtr. conſi. 181. in anti. Fulgo. conſi. 215. Placentiæ, Bal. conſi. 349. uol. 1. no. Veronæ, Fulgoſ. conſi. 102. Feltro, Cuma. conſi. 84. Cardi. conſilio 135. Parmæ, Ceph. conſi. 13. Laudæ, Idem Ceph. cõſi. 53. Mediolano, Plot. conſi. 108. vol. 1. crimi. Boſſi. in tit. de pœnis, nu. 43. & in titulo de principe, nu. 104. Quin & in caſtris & aliis locis reperitur, ut de Arceto ponit Rui. conſi. 160. uolu. 4. Saxollo Soc. iu. conſi. 76. uol. 3. Brexilla idem conſi. 25. uol. 3. loco Calli, Iaſ. conſi. 11. nume. 4. uolu. 4. & de territorio S. Gemi. Corn. conſi. 78. colum. 2. uol. 1. nam ut cæteros auctores præter eã, quos curioſus lector inuenire poterit de ſimili ſtatuto
13 alibi commorante, † id obtinet in eo quòd fanorabile dicatur, uelut principaliter introductũ in fauorem publicum cuiuſque ciuitatis & loci, quò bona inter ciues conſeruentur, licèt ſecũdariò reſultet in odium forenſium, qui excludũtur ab acquiſitione bonorum, ſed id non attenditur, ſed principalis intentio ſtatuentiũ, ut tradit Roma. conſi. 509. 3. dub. Ripa. in l. filiusfamilias, §. diui. nu. 80. ff. de leg. 1. Barba. conſi. 43. col. 13. uolu. 1. Craue. pulchrè conſi. 118. nu. 9. Alex. conſi. 116. nu. 8. uol. 6. Soc. iu. conſi. 25. nu. 10. uol. 3. Cephal. conſ. 53. & alibi ſæpe Doctores, quos cõſultò præ
14 tereo in gratiam breuitatis. † Id tamen unũ non omittens ad hoc proclama. iure quodam poſtliminii redeundo, quòd tanto magis illud fauorabile cenſeri debeat: nam effectus & materia huius fauoris publici de qua agitur in eo, eſt indiuiduus & inſeparabilis ab iſto odio bannitorũ, de quo etiam in dicto proclamate: non enim poteſt purgari dictus Comitatus, admittendo receptationem bannitorum, ſicut nec poſſet Velleianũ prodeſſe mulieri, ſi creditores admitterẽtur. quo ſtante diſpoſitio debet attendi in eo in quo magis incaleſcit, & ſic iuxta eius principalẽ intentionem in totum fauorabilis reputari debet, ut eleganter declarat Aretin. in l. 2. col. 2. C. de in ius
15 uoc. & poſt eum. Cur. iu. nu. 20. † & ex his tandem ſequitur concluſio quòd hoc proclama cõprehendere debet etiam bannitos extra territorium, uelut continens prohibitionem, & actum fauorabilem, ut tradit Bar. in l. 1. 6. q. princ. C. de ſumma. tri. & ibidem Signor. nu. 17. Dec. in l. fin. nu. 13. ff. de iur. om. iu. Secundò principaliter accedebat ad fauorem iudicati, nã Comitatus Scãdiani confœderatus eſt cum Ducatu Ferrariæ, immo reſpectu directi dominii eſt Illuſtriſſ. Ducis Ferrariæ, cum ab eius Excellẽtia recognoſcatur
16 in feudũ. † meritò bannitus ex dominio & iuriſdictione immediata excelſi Ducis Ferrariæ, qualis eſt dictus Bigus ex Rubrica bãnitus, intelligitur etiam bannitus ex Comitatu Scandiani illi confœderato. ita uoluit Bal. in l. etiam, q. penult. C. de iure dot. Nell. in tract. bannit. 2. par. ſecundi temp. q. 36. Alex. in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda: in apoſt. Bar. prima addi. in fi. ff. de pign. act. Marſil. in prac. crimi. §. oportunè, nu. 37. & conſil. 32. nu. 8. Lauren. Silu. in tracta. de feud. recogni. q. 70. D. Bernard. Plotus conſilio 133. nu. 43. tomo primo crimi. quo ſtante hic bannitus comprehẽ
17 di debet ſub iſto proclamate Scandiani, † quia ſtatutum unius loci bene porrigitur ad alium locum extra territorium, quando confœderatus eſt ut tradit Bar. in d. l. 1. C. de ſumma tri. q. 8. quẽ ſequitur Iaſ. in d. l. fi. 25. limi. & ibi Marſil. nu. 27. Tertiò conſiderandum eſt quòd hoc proclama principaliter diſponit contra receptatores bannitorum, prohibendo eos ſub pœna bannitos receptare. Et licèt in conſequentiã diſponat de bannitis, auferendo eis recapitum & auxilium, tamẽ iſtud non debet attendi, ſed quod eſt in eo principale. l. ſi quis nec cauſam, cum multis exemplis
18 ibi per Iaſ. ff. ſi cer. pet. † quibus accedit quod not. Bal. in l. rogaſti. in prin. tertio. not. ff. ſi cer. petã. & poſt eum Dec. ibi, quòd ſi ſtatutum diſponit non poſſe quid prouideri in fauorem bannitorum, intelligitur quando prouiſio fieret principaliter & directè, ſecus quando in conſequentiam, quia non attenderetur: debet igitur attendi principalis intentio proclamatis prouidendi contra receptatores bannitorum, qui debent puniri recipiendo bãnitos quoſcũque, licèt extra
19 territorium. † Et hoc in ſuper cõfirmatur deciſione Abbatis in cap. eccleſia S. Mariæ, nu. 18. de cõſti. dicẽtis quòd licèt lex uel ſtatutũ nõ poſſit diſponere ſuper actu ſpirituali, ueluti iuramento principaliter, in cõſequentia tamen ſecus, ut præſumẽdo contractum fictum & ſimulatum, cui ſit annexus ſpiritualis, uidelicet iuramentum, quia non diſponit ſuper eo, niſi per quandam conſequentiam, quod non eſt in conſideratione: & cum eo tranſit Fel. ibi nume. 38. in 8. declaratione, & latè Rui. conſi. 194. col. pen. uol. 1. unde ſic in propoſito noſtro dato quòd proclama non poſſet principaliter diſponere ſuper bannitis extra dictum co

mitatum,

mitatum, debet tamen poſſe diſponere principaliter contra receptatores eorum, nõ attẽto quod in conſequentiam diſponi dicatur contra ipſos bannitos: quoniam iſtud non attenditur ſecundum deciſiones prællegatas. Et hæc erant quæ contra dictum Ioannem receptatorem Bigi ban

20 nitiſfacere videbantur. † Nunc operæpretium eſt animum meum aperire: diligenter igitur hinc inde deductis animaduerſis exiſtimaui dictũ Ioannem in pęnam dicti proclamatis incidiſſe. Sed ex arbitrio iudicis pœnam ſibi minui potuiſſe, prout in ſententia factum reperitur, vbi redacta fuit ad dimidiam ex cauſis & exceptionibus per

21 dictum Ioannem deductis. † Potiſſimum huius concluſionis fundamentum fuit, quod dictus Bigus eſſet conſanguineus dicti Ioannis, licèt ènim quando ſtatutum certam pœnam imponit, receptans bannitum agnatum ſcienter, incidat in pęnam ſtatuti: poteſt tamen iudex pœnam minuere receptãti propter ſanguinis vnionem. Doctrina eſt Bar. in l. 2. ff. de recepta. quem ſequitur Angel. Aret. in tract. de maleſ. in ver. dicto maleficio ſemper aſtitit, nu. 23. Gand. in Rubr. de furi. & latro. nume. 30. Alex. in conſi. 143. in fi. uolu. 2. & in addi. Bar. in d. l. 2. poſt Cy. & Bal. in l. 1. C. de his qui latro. Nellus in tract. de banni. 2. par. ſecundi

22 temp. q. 21. † Et in hanc quoque ſentẽtiam trãſit Bero. conſi. 190. nu. 4. vol. 3. plus hoc extendẽs nu. 5. ad recipientes in domo ſua criminoſos læſæ maieſtatis affines ſuos, vt leuius puniendi ſint ſecundum glo. in c. fœlicis, de pen. in 6. quam ſequuntur Ioan. And. Domi. & alii paſſim, & inſuper Porti. Imolen. conſi. 206. nume. 11. lex inquit eos apud quos affinis uel cognatus latro cõſeruatus eſt, admodum ſeuerè puniendum non eſſe: principum namque reſcripto cautum eſt, illis ipſis ignoſcendum eſſe, qui ſanguinem ſui quomodocunque redemerint, cum ſanguinis atque affectionis coniunctioni plurima ſingularia iura cõceſſa fuerint: & cum prædictis etiam tenet Andr. de Iſer. & Iaco. de Belui. in c. 1. §. receptatoribus. de pac. iur. firm. volentes ꝙ qui receptauerit conſanguineum pacis uiolatorem, nec condemnetur nec abſoluatur in totum, ſed mitius pũniatur ar-

23 bitrio iudicis, ut per eos. † Et licèt Afflic. ibi deducat Bartolum in d. l. 2. ff. de recept. volentem quòd vbi certa pœna ſtatuta fuit in receptatore, vendicat ſibi locum in quocunque, licet conſanguineo, ſicque diſtinctio perſonarum non habetur: tamen idem Bar. ſubdit iudicem, ſi velit vti arbitrio ſuo per legem ſibi conceſſo ſecundũ l. quod ergo. §. pęna grauior, ff. de his qui not. infa. poſſe minuere. Vnde mirum eſt quomodo Afflict. totũ contextum Bartoli licet perbreuem non viderit. Sicut autem motus fuit D. Commiſſarius ad diminuendam pœnam proclamatis dicto Ioãni ratione conſanguinitatis, ita moueri potuit ex alia cauſa quod Bigus bannitus fuerat in terra Ruberiæ abſente dicto Ioanne, & Scandiano commorante, qui dicti banni ſcientiam non habuit, niſi per famam, quia ſic dictum fuit & communiter vociferatum Bigum prædictum fuiſſe bannitum

24 ex terra Ruberiæ: † meritò conſentaneum fuit, ex quo dictus Ioannes dicti banni ſcientiam habuerat tantum per famam, ei minuere pœnam receptationis iuxt. tex. in capitulo, illud. de cler. excom. ibi [cum eo miſericordiã facientes] per quẽ ſic declarat Fel. in cap. cum contingat. col. 2. de reſcr. Marſi. in l. de minore. §. plurimum, nu. 129. ff. de quæſti. & in terminis noſtris Boſſi. in tit. de rapinis, nu. 30. ex his igitur aut aliis cauſis motus iudex, ut poteſt, ſecundum Blanc. in practi. criminal. § poſtquam uidimus, nu. 90. pœnam proclamatis ad dimidiam reduxit, & ita bene iuſtificata remanet eius condemnatoria. Nec obſtant ita tenendo contraria, namque primum reſoluitur ex ſupra deductis, nu. 15. cum præcedentibus, ꝙ ex quo dictum proclama dicitur fauorabile, por

25 rigitur extra territorium. † Ad ſecundum reſpõdetur hoc proclama ſic certam pœnam, & in certo caſu, ſicut primum continere, quia primum punit in ſcutis centum receptãtes bannitos, hoc in quinquaginta: meritò nõ uerſamur in caſu l. ſanctio legum, ff. de pœn. quæ loquitur quando lex noua certam pœnam generaliter irrogat ei, qui legis præceptis non obtemperauerit, & ſic ad unum caſum magis quàm ad alium ſe non reſtringit: igitur in caſu noſtro nihil impedit quominus Ruberiæ ſeruetur lex ſua, Scandiano uerò hoc proclama. l. omnes populi, cum ibi not: ff. de iuſt.

26 & iure. † Ad ultimum reſpondetur quòd illud procedere poſſet in terra Ruberiæ, ſi Bigus inter alios ciues conuerſatus fuiſſet ibi; & palam pro rebannito reputatus, nam quis ibidem cum receptãs fuiſſet excuſatus, ut per Angel. & Imol. in l. ſi duo. ff. de acqui. hære. Ang. Aret. conſi. 79. nu. 30. tomo primo crimi. at ſecus in terra Scandiani, ubi dictus Bigus notus non erat, nec commiſſarius ſciens eum bannitum tolerabat. Immo præſumitur id ignoraſſe l. uerius, ff. de proba. meritò Ioannes eum receptans non poteſt ex hoc excuſari, ſed aliunde ſic, in parte tamen, ut ſuperius fuit declaratum.

*Hippolytus Rimi. Ferrar.*

## Pro Illuſtre D. Hercule Varrano.

### ARGVMENTVM.

De lucro donationis propter nup. quando ei locus eſſe non poſſit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Statutum non diſtinguens, diſtingui non debet.*

*Statutum de lucro dotis procedit, ſiue maritus ſit diues, uel inops. 1.*

*Item ſiue nupſerit cum iuuene, ſiue cum ſeptuagenaria. 2.*

*Rurſus tam liberis extantibus, quam non extantibus. 3.*

*Dos*

4 *Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulāt.*
*Pactum lucrandæ donationis propter nup. cenſetur & in dote factum. 4.*
5 *Donatio propter nuptias dicitur antipherna.*
6 *Relatio cēſetur facta cū omnibus ſuis qualitatibus.*
7 *Contrahentes cenſentur ſe uoluiſſe conformare cum ſtatutis ciuitatis.*
*Et illis ſe ſubijcere, ubi contraxerunt. 8.*
9 *Diſpoſitum in uno ex æquiparatis, locū habet in alio.*
10 *Statuta Romæ de donatione propter nuptias, procedunt in conſtituta.*
*Qualitas ſtatuti debet uerificari. 10.*
11 *Donatio propter nupt. non conſtituitur ipſo iure.*
*Et non conſtituta, peti non poteſt. 12.*
13 *Mandatum ſpeciale requiritur ad donandum, alias donatio non ualet.*
*Sed quid ſtante conſuetudine donandi in loco. 14.*
*Auctor quòd non declarans. 15.*
*Et quòd in mandato ueniat quod eſt conſuetum, quomodo ſit intelligendum, declarat. 16.*
17 *Procurator apponere poteſt pœnam pro obſeruantia contractus ſine mandato ad hoc.*
18 *Contractus dicitur imperfectus, quando actus fuit de ſcriptura interuenienda.*
*Quod declaratur, 20.*
*Sed an requiratur fuiſſe dictū ꝙ aliter nō ualeat. 19.*
*Plures quòd ſic, ſed auctor contra 22.*
21 *Contractus per notarium rogandus quando dicatur perfectus.*
23 *Obligatio acceſſoria contractus ceſſat eo ceſſante.*
24 *Fundamento ſublato corruit ædificium.*
25 *Dictio uerò repetit qualitates præcedentium.*
*Quia, licèt aduerſatiua ſit, eſt coniunctio. 26.*
27 *Oratio imperfecta ſuppletur per aliam.*
28 *Repetitio fit in ſtatuto ad aliud ſe referente.*
29 *Lex interpretans, intelligitur ſecundum terminos legis interpretatæ.*
30 *Statuto priori non cenſetur derogatum, niſi expreſſè hoc dicatur.*
*Et unum ſpeciale diſtinguit aliud ſimplex.*
31 *Verba legis uniuerſalia reſtringunt ratione cōtrarietatis uitandæ.*
*Et de habilitate reſtringuntur ea ratione. 32.*
33 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditione.*
*Licèt interuenerint uerba modum denotantia.*
*Diſpoſitio ſub conditione ceſſat ea ceſſante. 33.*
34 *Agere ut quis poſſit, debet prius adimpleuiſſe pro parte ſua.*
35 *Ignorantia iuſta impedit moram committi,*
*Pupillus in mora conſtitui non poteſt, niſi ut per auctorem declaratur. 35.*
*Et læſus in integrum reſtituitur.*

## CONSILIVM XXVIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

FVNDATA uidetur intentio ſatis Illuſtr. Dominæ Baptiſtæ Varranæ de Farneſiis Nobilibus Romæ ſuper donatione propter nuptias, quam ſibi deberi prætendit in bonis Illuſtris quondam D. Mathias Vatrrani mariti ſui prædefuncti, quoniam ex ſtatutis Romæ libro primo, capit. 77. cauetur donationem propter nuptias eſſe debere quartam partem dotis, & aliud ſtatutum lib. 4. cap. 21. vult uxorem præmoriente viro talem donationē lucrari. † Quod cum non diſtinguat inter filios extantes uel nō, paſſim uidetur intelligēdum: nec per nos diſtingui poſſe, l. ſi uerò, §. de viro, ff. ſol. mat. nam & in ſimili ſtatuto videmus quòd maritus vxore prædecedēte dotem lucretur, id habere locum, ſiue maritus ſit inops, ſiue diues: quia cum nō diſtinguat inter maritum inopem & diuitem, generaliter eſt intelligendum, l. de pretio, ff. de publi. in rem acti. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſtand. tradit Alex. conſi. 249. uolum. 6. Rol. à Valle in tract. de lucro dot. q. 92. nu. 4.
2 † Prout ex eodē ſtatuto maritus dotem lucratur ſiue cum iuuene, ſiue cum ſeptuagenaria muliere nupſerit, eadem ratione, quia cum generaliter & indiſtinctè diſponat maritum ſuperſtitem dotem lucrari, generaliter eſt intelligendum cuiuſcunque fuerit ætatis uxor præmortua, l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæred. prout ſic arguit Rol. à Valle dicto tract. q. 103. nu. 11.
3 † & magis in terminis noſtris dictum ſtatutum de lucro dotis procedit uxore præmortua, tam liberis extātibus quam non extantibus, ut eſt tex. iunct. gl. in l. ſecunda, ff. de pact. dot. & tenet Caſtr. in l. 2. in prin. col. 2. ff. ſoluto matrimonio, nec habere dubium ſubdit Alex. col. 2. tranſeuntque Socy. colum. 1. & Iaſ. 3. idemque uoluit Rui. conſi. 101. col. tertia, uol. 1. Rolan. loco citato, q. 87. nu. 4.
4 † quæ cum ita ſint in eo ſtatuto, pariter locum habere debent in iſto de donatione propter nuptias lucranda, quia dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant, ut in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. Hinc eleganter Cuma. 26. col. 1. dicit quòd ſi mulier dederit in dotem tria millia ducatorum, pactaque fuerit de duobus millibus pro donatione propter nuptias lucrandis uiro præmortuo, ſimile pactum cenſeri factum cum marito de lucrandis per eum duobus millibus dotis datæ uxore præmoriente, adeo quòd eueniente dicto caſu, hoc tacitum pactum effectum & executionē mereri debet in duobus millibus dotis conſtitutæ, l. fi. C. de don. ante nupt. l. fi. C. de pact. conuent. quoniam tanta uis eſt æqualitatis ſeruandæ inter dotem & donationem propter nuptias, ut pactum ſuper uno porrigatur ad aliud, auth. æqualitas. C. de don. ante nupt. & cum Cuma. reſidet Rolan. à Valle in illo ſuo tract. q. 10.
5 † Nec ſanè mira uideri debet æqualitas inter donationem propter nuptias & dotem, cum donatio propter nuptias antipherna dicatur, id eſt contra dotem datio. d. l. fi. & ibi glo. C. de don. ante nup. & ego dixi in Rubr. Inſti. de dona. num. 23. meritò dictum de dote, debet in ea locum uendicare & hoc lucrū donationis propter nuptias, quod petit hæc Illuſtr. Domina uidetur habere locum poſito, ꝙ in inſtrumento dotali nulla fuiſſet facta mentio dictæ donationis, ut habetur in dicto c. 21. quo fit ut tanto magis hoc in caſu noſtro dicendum

ſit

ſit,quoniam conuentum fuit in inſtrumento do
tali Romæ confecto donationi propter nuptias
locum eſſe debere. Et licèt non fuerit expreſſa
quantitas,tamen quia relatio facta fuit ad ſtatu-
ta Romæ, in quibus diſponitur eam eſſe debe-
re quartam partem dotis, meritò dicta quarta
6 pars intelligitur in inſtrumento cōuenta,† quia
relatio facta ad illa ſtatuta,cenſetur facta cū om
nibus qualitatibus eorum,vt not.Bar.in l.1.§.fi.
circa fi.ff.ſi fami.fur.& in l.1.ff.de rece. Soci.cō
ſil.27.col.4.vol.4.Dec.conſi.11.nu.18.conſil.47.
2.col.conſi.182.col.6.poſt Caſtren.conſi.283.co
lum.8.uol.1.Ceph.conſi.256.nu.42.Crot.conſ.
13.nume.29.cum ſimil.Et dato quòd etiam de
7 dictis ſtatutis nulla fuiſſet facta mentio, † ni-
hilominus cum Romæ fuerit inſtrumentum cō
fectum,cenſerentur contrahentes ſe uoluiſſe cō-
formare cum ſtatutis illius ciuitatis,iux.not. per
Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita,ff.ad Treb. Do-
ctores in l.Gallus.§.etiam ſi parente, ff. de lib.&
poſth.Pariſ.conſi.13.nu.29.cōſil.21.nu. 47. vol.
8 primo Crot.conſi.32.nu.3. † Contrahentes.n.
videntur ſe ſubieciſſe ſtatutis quæ in locu cōtra-
ctus ſeruantur & uigent.Bar.in l.vt iuriſiuran-
di,§.ſi liberi.ff.de oper.lib.Andr.Sic.conſil.41.
nu.20.vol.1.Pariſ.conſi.53.nu.15.uol.primo.&
ita uideretur conuentum de donatione propter
nuptias ad quartam partem dotis, & ſic de
ſcutis 2000.cum dos fuerit de ſcutis 8000. Et
huius donationis,quam hactenus non fuit con-
ſecuta hæc Illuſtr.Domina videtur vſufructum
petere poſſe contra Illuſtr.D.Herculem Varra-
num filium ſuum & hæredem mariti ſui ab eius
morte vſque in tempus præſens,quia dies eius
ceſſit & uenit per mortem mariti,l.cedere diem.
ff.de verb.ſignifi.& hic vſufructus videtur eſſe
debere de florenis 7. cum dimidio pro quoli-
bet centenario, ſicut in dote ſtatuta Romæ præ-
figunt, cum inter dotem & donationem pro-
pter nuptias æqualitatē dicta ſtatuta cōſtituāt,
ſicut & ius commune per dicta ſuperius, num.4.
9 † meritò diſpoſitum in vno debet habere lo-
cum in alio,iux.glo.Bar.& alios,in l.ſi quis ſer-
uo.in fi.C.de furt.Bart.in l.Marcellus, vbi latè.
Caſtr.Alexa.& Iaſ.ff.ad Trebell.Rube.conſilio
151.D.meus Rimi.conſil.40.nume. 35.conſilio
371.nu.9.Cra.conſi.205.colum.penul.& ex his
fundata uidetur intentio huius Illuſtr. & gene-
roſæ Matronæ contra prædictū m Illuſtr.eius fi-
10 lium. † Quibus tamen non obſtantibus arbi-
tror hanc Illuſtr. Dominā nullam donationem
propter nuptias,nec eius fructus de iure petere
poſſe;moueor in primis, quoniā ſtatuta Romę,
quibus & ipſa nititur,requirunt conſtitutionem
donationis propter nuptias eſſe factam,vt locū
habeat,prout habetur in dicto cap.21.ibi[etiam
ſi in inſtrumento dotali nulla fiat mētio de dona
tione facta] pondero illud verbum, facta, per
quod apparet conſtitutam eſſe debere donatio-
nem,ad hoc ut uxor eam lucretur:& ubicūque
ſtatutum loquitur cum aliquo præſuppoſito,de
bet illud præſuppoſitum uerificari, ad hoc ut
habeat locum dictum ſtatutum,l.mancipia, vbi
Fulg.& alii.C.de ſer.fug.Roma.ſing.486.ſtatu
tum puniens.Dec.conſi.291.nume.7.Pariſ.cō-
ſil.49.nu.83.uol.3.Sed clarius hoc confirmatur
ex eiſdē ſtatutis Romæ lib. primo c.77.quo loco
dicitur[Item circa conſtitutionem dotis & do-
nationis recipitur æqualitas hoc modo, quòd
maritus faciat donationē propter nuptias quan
ta eſt quarta pars ipſius dotis in tempore reſtitu
tionis]non igitur ipſo iure conſtituitur donatio
propter nuptias,ſed expreſſam mariti conſtitu-
tionem deſiderat ex diſpoſitione dicti ſtatuti,
11 † quod ſatis eſt in hoc iuri communi confor-
me,quo pariter donatio propter nuptias dote
conſtituta non conſtituitur ipſo iure,ſed condi
tione ex lege agēdum eſt, ut conſtituatur,vt eſt
glo.not.in auth.dos data.C.de dona.ante nup.
quam Bal.Ang. & Odofre.ſequuntur,inſuper-
que Bar.eam nō reprobans.idemque tenet An-
gel.in Auth.de æqua.dot.§.primo,vbi dicit opi.
Azonis contrariam non eſſe ueram & ab opin.
glo.prædictæ dicit Rui.conſi.110.nu.2.uolum.5.
non eſſe recedendum in iudicando & conſulen
do,quem ſequor ego quoque.Inſti.de dona. in
princ.nu.154. At in propoſito noſtro nulla repe
ritur facta donatio propter nuptias per Illuſtr.
D.Mathiam Varranū maritū donec uixit huic
Illuſt.D.Baptiſtæ,nec ipſa petiit eam ſibi con-
ſtitui,meritò ſequitur quòd non poteſt aliquā
partem donationis lucrari,quia ſtatutum de lu-
cranda dicta donatione loquitur de conſtituta;
12 † & de hoc inſuper eſt in terminis glo.in d.au-
thētica,dos data.in uer.exactio; quam ſequitur
ibidem Sal.& Rui.in d.cōſi.110.nu.4.uolumi.5.
clarè dicens,quòd ſi non fuit conſtituta dona-
tio,nec petita conſtitui,non poterit mulier ſolu-
to matrimonio petere, ut conſtituatur & partē
lucretur ex pacto præcedenti,quanuis etiam do
tem dederit,ſed ſibi imputet quare conſtante
matrimonio non fecit fieri donationem: & hoc
tutiſſimum fundamentum reputat Rui.ad ex
cluſionem mulieris,præter quem tenet hoc idē
Deciſ.Neapo.242.col.1.& ſecunda, dicens illā
glo.eſſe communiter receptam. ſequitur Ange.
in auth.de æqua.dot.in princ.col.3.& in §.fin.in
auth.de non eligen.Innoc.& Alb.in c. donatio.
de dona.inter uir.& ita reſpectu Illuſt.Domini
Mathiæ res eſt in tuto portu contra hanc Il-
luſt. D.Baptiſtam, quia de nulla conſtitutione
donationis propter nupt.apparet.ſed nec ab a-
lio mandatum legitimum habēte à marito ſuo
reperitur facta donatio propter nuptias, quo-
niam D.Alexander capellina procurator ſuus
conſtitutus tantum fuit ad tractādum matrimo-
nium & conueniendum de dote futura,de dona
tione uero propter nupt.conſtituenda per eum
ne uerbum quidem poſitum reperitur in man-
13 dato. † Quare ſine mandato non potuit paciſci
quòd donationi propter nupt.locus foret, cum
ad donandum nedum requiratur mandatum,
uerum ſpecialiter ad donandum, ut tradit Bar.
in l.filiusfamil.col.2.uerſiculo,tertiò facit, ff.de
dona.nec ſufficit generale cum libera,ut tradit
Ang.& Alex.in l.reſcriptum,§.fi.col.fina. ff.de
pact.

pact. Ang. Aret. in §. præterea. il ſecōdo, colum.
33. Inſtitutio. de excep. Bero. q. 33. nu. 9. Crot.
conſi. 78. nu. 49. dicens quòd in mandato quan-
tumcunque generali non includitur facultas do
14 nandi. † Nec prodeſſe poteſt huic Illuſtr. Do-
minæ, ſi diceret ex quo factum fuit mandatū de
tractando matrimonio, & conueniendo de do-
te Romæ, vbi cōſueuit fieri donatio propter nu
ptias, meritò & ad id procurator cenſetur con-
ſtitutus, & ſic ille potuit donationem conſtitue-
re, ut per Alex. in addi. Bart. in l. vel uniuerſorū,
quam legit cum l. ſolutum, §. fi. ff. de pignor. act.
motus per tex. in c. 3. de dona. hincque Bar. in l.
ſi fraudator, in fi. prin. ff. quæ in frau. cred. con-
cludit quòd in generali mādato uenit id, quod
eſt de conſuetudine per l. quod ſi nolit, §. quia
aſſidua, ff. de ædil. edic. & idem Bart. in l. 1. C. de
paſcu. priu. vel pub. lib. 11. Roma. conſi. 114. Dec.
15 conſi. 441. col. 2. in fi. & conſi. 449. col. pen. † Quo
niā. Alex. loco citato non perſiſtit in ea ſnīa, ſed
calculum mutat, dicens gl. in c. 2. de don. expreſ
sè ſecus ſentire, & vt uerbis utar Alexandri, con
trarium tenere; & rectè quidem, quia loquens
de prælato ſicut ille tex. inquit, quòd modicum
donare poteſt, ſi eſt conſuetudo, ut in ſequenti
cap. quod ſi interpretatur. & ſequuntur Abb. &
Imola. Et in hoc ſubdit gloſſ. differt prælatus a
procuratore, quia procurator nihil donare po-
teſt, etiam generaliſſimam habēs poteſtatē: qua
re ſi differt à prælato, ſequitur ut nec ſtante con-
ſuetudine donare poſſit modicum, & hoc etiā
uoluit Abb. ibi, n. 2. dicens quòd prælatus poteſt
latius & liberius diſponere de rebus eccleſiæ,
16 quàm procurator. † Et ad aliud quòd in man-
dato uenit, quod eſt de conſuetudine, dici poteſt
illud procedere in acceſſoriis & de natura cōtra
ctus principalis geſti, ut de clauſula conſtituti in
contractu ponenda, de renūciationibus, & aliis
clauſulis in inſtrumento ponendis, quæ ſunt de
conſuetudine, ut per Ange. in l. bene à Zenone,
col. 1. C. de quad. præſcri. Veronenſem, in dicto
§. quia aſſidua, nu. 18. ubi ſic interpretatur illam
doctrinam Bartoli in d. l. ſi fraudator, quę eſt lex
17 fin. ff. quæ in frau. credit. † uel in apponendo
pœnam pro obſeruatione contractus, vt per An
gel. in l. ſi quis ita hæredem, in fin. C. de inſtit. &
ſubſti. Bal. in Rubric. de conſti. pec. Abb. in ca-
pitu. tertio. de preca. & Alex. in addi. Bar. in d. l.
uel uniuerſorum. ſed quòd poſſit procurator ad
vnum contractum peragendum alium contra-
ctum facere, velut donationem prætextu cōſue-
tudinis loci, hoc cautum non reperitur. Sed ulte
rius, dato ſine præiudicio ueritatis quòd dictus
procurator habuiſſet mandatum ſufficiens ad
donandum, nihilominus adhuc corrueret inten
tio huius Illuſt. D. Baptiſtæ, quoniam in capitu-
lis inſtrumenti dotalis poſt tractatum matrimo
nii, & dotis conſtitutionem dicitur, quòd de om
nibus & ſingulis fiant contractus rogati ſecun-
dum ſtatuta Romæ inter perſonas nobiles & Il-
luſtres, etiam ſuper lucris dotalibus & donatio-
nibus propter nuptias, quibus uoluerunt eſſe lo
cum. Sed nullibi reperitur factus contractus ro-
gatus ſuper dicta donatione propter nuptias, er
go nnnquam talis donatio perfecta fuit, nec con
18 ſtituta: † quia ex quo partes uoluerunt contra
ctum rogatum ſuper ea fieri, cogitarunt de die,
quo notarius erit rogatus, & in illam diem uidē-
tur conferre uoluiſſe ſubſtantiam contractus.
ita tradit Caſtren. in l. cum res, col. 2. C. de prob.
in l. qui bis idem, ff. de uerb. oblig. & in l. contra-
ctus. C. de fide inſtrum. ubi ſubiungit quòd ita
cōſuluit Florentiæ, ſubſcripſitque Fulg. & quòd
obtentum fuit. ſicque Fulg. tenet conſil. 200. ad
fi. ſequitur Dec. conſi. 11. col. 1. cōſi. 48. nu. 18. cō
ſilio 159. nume. 4. Soci. cōſi. 169. colum. 4. in fi. uo
lumi. 2. conſilio 120. nume. 7. uolum. 4. Boer. de.
ciſ. 48. nu. 13. Iaſ. in d. l. qui bis idem, col. 2. conſi.
151. uol. 2. ubi teſtatur hanc eſſe ueram, & magis
19 communem opi. † Et licèt hæc concluſio mul-
tos habeat contradictores, qui uoluerunt nō ſuf
ficere fuiſſe dictum per partes, quòd fiat ſcriptu
ra de contractu, ſed etiam requiri fuiſſe dictum,
quòd aliter cōtractus non ualeat, ut uoluit Bart.
Ang. Fulg. & Sal. in d. l. contractus. Bar. in auth.
ſed nouo iure, in fi. C. ſi ſer. pet. Ang. conſil. 156.
D. Angelina, circa fi. Aret. conſi. 160. col. 4. Ang.
Aret. Inſt. de empt. & uend. in prin. Fab. de Mō
te in tracta. de emptio. & uenditio. q. 5. princip.
nu. 53. Dec. Neapo. 105. in fi. Aret. qui commu-
nem teſtatur, in d. l. qui bis idem. col. 2. & poſt
eum Dec. conſil. 340. col. 2. & in l. pactum, quod
bona fide, nu. 3. C. de pact. Sigiſmond. Lofredus
20 conſ. 19. col. fi. num. 20. † Attamen in caſu no-
ſtro res de plano procedit uno concurrente,
quod eſt, namque in capitulo dotalis inſtrumē
ti primò dictū fuit ꝙ fieret cōtractus rogatus ſu-
per donatione pp nuptias, antequā fuerit cōuē
tum, quòd donationi propter nuptias locus eſ-
ſe deberet, ut probatur ibi [& fiant contractus ro
gati etiam ſuper lucris dotalibus, & donationi-
bus propter nuptias, quibus inter eos locum eſ-
ſe uoluerunt] ſed quando prius dictum fuit de
interuentu ſcripturæ, quàm de contractu fuerit
conuentam, tum indubitanter contractus poſtea
celebrandus non dicitur perfectus, niſi confecta
ſcriptura ſuper eo, ita declarat Bal. in d. l. contra
ctus, colum. 2. quem ſequitur Speculum aureum
in 9. diſtinctione principali iudiciorum, nu. 88.
Anto. de Canna. in tracta. de inſinua. num. 39. q.
21. Fabi. de Monte in tract. de emptio. & uendi.
5. q. prin. nu. 76. uerſi. dicetur autem contractus.
21 & Sigiſ. Lofred. in d. conſi. 19. col. fi. † Immo ue
rò quando contractus per notarium rogandus
uenit, nunquàm dicitur perfectus, niſi per eum
recitetur & partes recitationi cōſentiatur, ut tra
dit Ang. in d. l. cōtractus. Rui. conſi. 1. nu. 10. uo-
lu. primo. Natta. conſi. 357. ubi pariter citat Bal-
dum dicentem quòd tunc dicitur concluſum in
contractu, quando conſtat de perfectione reſpe
ctu uoluntatis concluſiuè, quia eſſe conſiſtit in
perfectione, quæ habetur ex concluſione. Et in
terminis donationis in ſpecie reperio Iaſonem,
conſi. 151. uol. 2. qui tenet opi. Bal. ſupra relatam
22 in d. l. contractus. † Immo uerò ſubdit quòd ue
ra & magis communis eſt cōcluſio, quòd ad hoc
ut

ut inter partes dicatur actum, quòd contractus fiat in ſcriptis, non eſt neceſſe quòd fuerit inter partes dictum quòd aliter contractus non ualeat, ſed ſatis eſt fuiſſe dictum inter eas quòd fieret inſtrumentum, atque ultra Iaſ. cum Bal. reſidet Catel. Cotta libro memorial. ſuorum, in uer. contractus inſcriptis. nec dicatur inſtrumẽtum rogatum apparere ſuper dicta donatione, quatenus poſt dicta capitula ſubiicitur [pro quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum inuiolabili obſeruatione partes obligarũt omnia bona] quia non inde ſequitur contractũ fuiſſe rogatum ſuper donatione & eius tenore, ſed tantùm fuiſſe hipothecata pro ea, cum de illa fuerit factus contractus rogatus iuxta conuenta inter partes ſuperius ſtatim, a quibus non intelliguntur uoluiſſe recedere, & ſe in continenti cor
23 rigere. l. non ad ea, ff. de conditio. & demon. † talis autem contractus rogatus, adhuc non reperitur factus, ergo dicta obligatio uelut ad eum acceſſoria ceſſare debet eo ceſſante, ut per Soc. cõſi. 31. col. pen. vol. 1. Tiraquel. in trac. ceſſan. cauſa, prima parte, nu. 184. nam & ſublata principali obligatione, ſeu contractu, tollitur obligatio bonorum pro illius obſeruatione facta, ut not. in l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pact. Bertran. conſi. 140. nu. 15. 2. vol. & ita patet ex prædictis Ill. Dominum Baptiſtam nullum ius prætendere poſſe in aliqua donatione propter nuptias, ſibi conſti-
24 tuta. † Et hanc partem tenendo non obſtãt cõtraria quia reſpondetur eis uno uerbo, quòd ꝓcederent, ſi facta fuiſſet donatio propter nuptias ab Illuſtr. D. Mathia, aut ab eius procuratore legitimum mandatum habente, quod non apparet in præſenti caſu, prout ſuperius demonſtraui: merito ſublato fundamento corruit ædificium, cap. cum Paulus. prima q. prima. Sed ubi cõcederemus huic Illuſt. Dominæ. ſine tamen ueritatis præiudicio, quòd donatio facta fuiſſet, & legitimè, non tamen eam conſequi poſſet (ut petit) integram, nec reſpectu proprietatis ſed ad uſumfructum medietatis tantùm. moueor ex ſtatuto Romæ, libro primo, capit. 77. ubi formaliter dicitur [pacta dotalia & donationes propter nuptias ſecundum antiquã urbis conſuetudinẽ, ad hunc modum redacta ſunt, uideli cet quòd mulier medietatem donationis propter nuptias ad proprietatem lucretur liberis non extantibus uiro præmortuo, liberis uerò extantibus ad uſumfru-
25 ctum] † Quæ uerba ſecundi caſus, in quo uerſamur, debent intelligi cum repetitione dictorum uerborum, [medietatem donationis propter nuptias lucretur] ex illa dictione uerò per quam qualitates caſus præcedentis intelliguntur repetitæ, ut not. Bal. in l. omnes populi, col. 8. ff. de iu. ſti. & iu. Rui. conſi. 111. nu. 6. uolu. 3. Caſtr. in l. 2. §. quòd ſi. ff. ſolut. matr. col. 2. Soc. in l. 1. §. quæſitum, col. 3. ff. ad Treb. & in l. 1. §. 1. col. 2. ff. de ac
26 qui. poſſ. Bero. conſi. 98. col. 1. uolu. 2. † Nec id mirum, quia licèt illa dictio, uerò, ſit aduerſatiua, eſt nihilominus coniunctio: unde repetit ſuperiora. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inſtr. glo. in §. item lapilli, inſti. de rer. diuiſio. ſequitur Ancha. in c. canonum ſtatuta. in uer. quæritur. & Bal. de conſti. Alex. in l. filius a patre colum. 7. ff. de lib.
27 & poſthu. & Natta latius 570. nume. 9. † Quibus accedit in caſu noſtro quòd illa pars ſecunda orationis eſt imperfecta: unde repetitio fieri debet ex qualitatibus primæ partis, ut not. Bar. in l. in repetendis. uerſi. ſecundò caſu, ff. de leg. 3. & ſic quòd mulier lucretur medietatem donationis ad uſumfructum. nec adiuuari poſſet hæc Illuſtr. Domina capite 21. libro 4. ſtatutorum Romæ, quo ſimpliciter dicitur mulierem hanc
28 donationem acquirere: † quia diſtingui debet per aliud cap. 77. libro primo, poſitum, de quo ſupra dixi: ad quod ſe refert, ubi de dimidia uſufructus loquitur ſtantibus liberis, cum in eo cẽſeantur repetita omnia prius in alio poſita. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demonſt. & ita declarat in duobus ſtatutis Dec. conſi. 19. col. 3. cunq; ueniat continuatiuè ad illud, indefinita non æquipollet uniuerſali, ſed ſecundum legem præambulam debet intelligi. Cur. iu. in l. mandata.
29 nu. 6. ff. de offi. eius † Et quando diſpoſitio, lex, aut ſtatutũ uenit ad interpretationem alterius, intelligitur ſecundum terminos legis interpretatæ, ut habetur in Aut. de fil. ante dot. inſt. Bar. in l. nihil. ff. de coniun. cum eman. lib. Pariſ. conſilio 69. n. 34. uol. 3. at illud caput 21. uenit ad interpretationẽ capitis 77. quatenus inquit ꝙ mulier acquirat iſtam donationem, ſiue dos ſoluta fuerit &c. quæ prius dicta non fuerant in illo capit. 77. meritò debet intelligi prout illud loqui-
30 tur, uidelicet de medietatis uſufructu. † Confirmatur hoc, nam ſi ſecus diceremus, ſequeretur quòd illud cap. 21. corrigeret illud præcedẽs 77. quod minimè dici debet, quoniam nunquã priori ſtatuto derogatum uidetur ab alio poſteriore, niſi quatenus expreſſum reperitur, ut declarat Bal. in l. pen. in fi. C. per quas perſ. Dec. conſi. 3. nu. 7. conſi. 358. col. pen. Pariſ. conſi. 56. nu. 28. uol. 2. & pulcherrimè tradit Soc. iu. conſ. 40. col. 1. uol. 1. ubi poſt Guil. de Cun. & Bart. in l. ſed & poſteriores. ff. de legib. dicit quòd ſemper ultimum ſtatutum debet intelligi, ne primũ corrigat in aliquo, ſed recipiat potius declarationem a primo, maximè quando primum erat ſpeciale, ſecundũ uerò generale, quia tunc ſemper generi per ſpeciem derogatur. c. generi de reg. iur. in 6. ſic enim reperitur in illo cap. 77. quod eſt in ordine prius, uidelicet lib. 1. & diſtinguit inter proprietatẽ & uſumfructum, liberos extantes, uel non, quod non facit cap. 21. poſterius in ordine, lib. 4. ſed ſimpliciter loquens, meritò debet interpretari & diſtingui ſecundum præcedens. ad quod bene facit tex. in authentica, offeratur. C. de lit. conteſta. iuncta, l. ſciendũ ff. qui ſatis. cog. & utrobique doctores: ubi uidemus legem poſteriorem ſimpliciter loquentem diſtingui & declarari per priorem magis diſtin
31 ctè loquentem: † & ex hac ratione contrarietatis euitandæ conſtitutum eſt, ut uerba legis generalia uel uniuerſalia reſtringantur: cum alioquin generaliter intelligendo induceretur aliarum legum correctio, quæ uitanda eſt, l. unica. C. de

C.de inoffi. dot.& ita tradit Bal.in l.fi.col.1.C.
ſine cēſ.Iaſ.in uſib.feud.nu.49.Rui.alios citans
conſi.86.nu.11.uol.3.conſil.161.nu.35.uolum.
32 5.Natta conſi.159.nu.7. † dicens per hæc uer-
ba legis generalia reſtringi de habilitate nec in
ducatur iurium correctio, l.1.C.de ſacroſanct.
eccle.l.2.§.quod ait prætor, ff.qui ſatiſ.cog.nec
minus inſtare poteſt hæc Illuſtr. Domina pro
conſequendo uſufructu decurſi temporis a mor
te mariti, poſito quòd ratione futuri quicquam
conſequi deberet( quod ex prædictis negatur)
nam mulier ad hoc lucrum uocatur præſtita ido
nea cautione, quòd dicta donatio finito uſufru-
ctu reuertatur ad illos, ad quos de iure pertinet,
ut habetur in dicto cap.77.& ſic ſub hac condi-.
33 tione ſi præſtiterit idoneā cautionē, † quia illi
ablatiui abſoluti reſoluūtur in cōditionē, l.à te
ſtatore, ff.de condi.& dem.not.omnes, in Rubr.
ff.sol. matr.Corn.conſi.156.nu.4.uol.1.conſilio
160.nu.7.uol.4.Alex.cōſi.102.col.1.uol.1. Nat-
ta cōſilio 373.nu.29.id ampliās etiam ſi interue
nerint uerba quæ denotent modum.Ergo defi-
ciente conditione, ſub qua uocatur hæc Illuſtr.
Domina, quia nunquam præſtitit dictam cautio
nem, ceſſare debet uocatio & diſpoſitio dicti ſta
tuti, l.qui hæredi, l.Meuius, ff.de condit.& de-
monſtra.& in ſtatuto declarat Soc.in.cōſi.27.co
lum.pen.uol.1.ubi dicit quòd ſi ſtatutum uocat
maritum ad lucrum dotis, liberis non extanti-
bus, ſi liberi extant, & ita deficit cōditio ſub qua
uocatur, non poteſt habere locum uocatio nec
diſpoſitio dicti ſtatuti, quare ſic in caſu noſtro di
34 ci debet ad unguem. † Confirmatur hæc con-
cluſio contra dictam Dominam, nam ad hoc ut
aliquis ui rtute alicuius contractus agere poſ-
ſit, debet prius oſtendere ſe impleuiſſe pro par
te ſua, ſi aliquid implere tenebatur, capitulo
primo, & ibi Bald.quali. domi.pro.Bald.in l.ſti
pulatione talium, ff.de iure dot.& in auth. dos
data.C.de donatio.ante nuptias. bonus tex. in
l.Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Socin.
conſilio 273.columna ſecunda, uolumine ſecun
do, ſed hæc Illuſtr. Domina tenebatur cauere,
& ſic adimplere, quod hactenus non fecit, meri-
tò ſibi non competit actio: tantoque magis hæc
procedunt, quòd Illuſtr.Domi. Hercules eius
filius eſt hæres patris, ideoque præſumitur igno
rare hanc donationem ( caſu quo deberetur)l.
qui in alterius, ff.de regu.iur. † at iuſta igno-
35 rantia impedit moram committi, quia in mora
conſtituitur qui ſcit aut ſcire debet ſe debere,
alias ſecus, l.quod te, ff.ſi certum petatur, in fi.
not.gloſſ.in l.mora, in princip. ff. de uſur. Item
hic Illuſtr. Dominus Hercules eſt pupillus, qui
non poteſt in mora conſtitui per interpretatio-
nem tacitam, nec etiam per expreſſam ſibi fa-
ctam ſine tutore, ſed demum ſi facta ſit ei cum
tutoris auctoritate, uel ſoli tutori, l.ſed & ſi ex ſti
pulatu.ff.de uerborum obligatio.declarat Cor.
conſilio 77.columna ſecunda, uolum.3.& latius
Natta conſi.513.nume.5.cum ſequen. quod hic
minimè factum fuit. Rurſus ubi prædicta ceſſa-
ret tanquam minor & læſus, in integrum reſti-
tuendus foret, ut per Alex.conſi.141.col.3.uol.
5.& natura reſtitutionis eſt, ut in priſtinum quis
reponatur.l.quod ſi minor.§.reſtitutio, ff.de mi
nor.Quare quocunque ſe uertat hæc Illuſtr. Do
mina ſuccumbere debet.

*Hippolytus Rimi. Ferrar*

---

# Pro Illuſtre D.Mamina Fogliana.

## ARGVMENTVM.

De exceptione Dominii, nō obſtante remedio re integrandæ, & ex quibus protocollo non ſit ſtā dum, aut inſtrumentum ſuſpectum reddatur.

## SVMMARIVM.

1 *Remedio reintegrandæ obſtat exceptio dominij, quā do proceditur ſola facti ueritate inſpecta.*
*Et quando res peruenit ſine uitio ad poſſeſſorem. 2.*
*Sed primum refellit auctor. 4.*
*Sicut & ſecundum. 14.*
2 *Petrus Benintendus nominatur.*
3 *Intellectus l.ſi coloni. C. de agricolis & cenſit. libro 11.*
4 *Remedio reintegrandæ non obſtat exceptio dominij.*
5 *Spoliatus, ante omnia reſtituendus.*
6 *Cumulatio non admittitur, licèt ſummariè procedatur.*
7 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.*
*Licèt procedatur ſola facti ueritate inſpecta. 8.*
*Clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, quid in commiſſione cauſæ operetur. 8. 9. 10.*
11 *Exceptiones ex æquitate procedunt.*
*Aequitas mater eſt exceptionis.*
12 *Stilus magnifici Conſilij Ferrariæ, qualis in cauſis de legatis.*
13 *Interpretatio uera ſumitur à practica.*
*Decius conſi. 449. declaratur. 13.*
14 *Remedium reintegrandæ datur contra quemlibet poſſeſſorem, licèt non uitioſum & ignorantem.*
*Et hæc eſt magis communis opi. 15. 16. 17.*
*In quo damnatur Menochius contra ſentiens. 18.*
19 *Protocollo ſtandum.*
*Licèt per tranſuerſum folij cancellato. 20.*
*Niſi tantùm ſit ſuſpectus, uel erroneus. 47.*
20 *Cancellatio quæ propriè dicatur.*
21 *Peritis in arte ſtandum.*
*Recipiunturq; uſque ad concluſionem. 22.*
*Et licèt deponant de credulitate. 23.*
*Niſi uera notitia poſſit haberi 48.*
24 *Teſtes dicentes habere notam manum alterius, an probent: quidam quòd ſemiplenè.*
*Licèt ſine aliqua comparatione.*

*Sed*

*Sed auctor poſt plures contra.49.*
*Et Ruinus ſe ipſum corrigit; 50.51.*
52 *Fides ex pluribus integratur.*
26 *Bonus quilibet præſumitur.*
*Falſum dicitur mutatio ueritatis.26.*
*Et à falſo deriuatur, quod eſt decipio.*
27 *Inſtrumentum præſumitur uerum, non falſum.*
*Et duæ præſumptiones oriuntur ex eo, una quòd ſit uerum, altera quòd ſolenne.28.*
*Plenamq́ facit probationem.*
*Probata, euidentem, ac manifeſtam.*
*Euidentiſſimam, realem.*
*Manifeſtiſſimam, liquidam, potentem.*
*Indubitatam & notoriam.29.*
*Nec indiget diſceptatione fori.30.*
*Et habet uim deciſionis cauſæ.*
*Et ex eo fundatur intentio.31.*
32 *Peritioribus eſt ſtandum.*
*Et per eos relatio priorum reuocatur.*
33 *Protocollo neceſſaria quæ ſint.*
34 *Inſtrumento præmitti ſolet inuocatio Domini.*
*Et ſignum notarij requirit. 35.*
*Sicut & eius rogitum.36.*
37 *Notarius non debet quid mutare, uariare, aut incidere de protocollo.*
38 *Falſitas ex quibus arguitur in ſcriptura 39. 40. 41.44.*
40 *Cancellatio circa diem uitiat protocollum.*
42 *Veriſimile debet attendi.*
*Et ex eo conſiſtit ueritas.*
*Et ante omnia attenditur, quod eſt ueriſimilius.43.*
*Præualetq́ ueriſimilitudo proprietati uerborũ. 44.*
*Quod autem non eſt ueriſimile, arguit ſuſpitionem falſitatis.44.*
*Et eius imaginem.*
45 *Inſtrumentum non ueriſimile, non probat.*
46 *Delictũ præſumitur ex pluribus præſumptionibus.*
*Suſpitio falſitatis habetur pro falſitate quando ciuiliter agitur.46.*
52 *Teſtibus de comparatione quãdo non ſit ſtandũ.53.*

## CONSILIVM XXX.

*Auxilium meum à Domino.*

IN Cauſa Illuſtr. D. Maminæ Foglianæ agentis remedio reintegrãdæ poſſeſſionis aduerſus Illuſtr. Comitem Marium Montecuculũ eius fratrem ad quandam poſſeſſionem, quoniam magnificus D. Iudex duo promouit dubia, quibus videtur hanc Illuſt. Dominam obtinere nequaquam poſſe: referam prius ea, deinde demonſtrabo ius eam fouere, motiuaque D. Iudicis non obſtare.
1 † Inquit ille ꝙ ex quo cauſa delegata fuit excelſo Conſilio iuſtitiæ, corã quo tali caſu proceditur ſola facti veritate inſpecta, exceptio proprietatis & dominii, quam dictus Comes opponit, videtur admittenda, licèt in remedio prædicto uerſemur, ut in terminis decidit Rube. conſil. 4. col. pen. poſt Decium, conſi.449. nume.10. ſequitur Craue. conſi.299. col. pen. uerſi. quartò reſpondeo. & D. Petrus Benintendus aliàs conſiliarius iuſtitiæ dum Ferrariæ manſit, tuncque mihi gra-
2 tiſſimus, deciſ.33. colum. fi. † Secundò mouetur, nam quando poſſeſſio peruenit ad reum ſine uitio prout hic, tanquam uacãs exceptio dominii, poteſt opponi in remedio prædicto ea ratione, quia reus conuentus poſſeſſor allegat fortius ius, uidelicet dominium cũ poſſeſſione præſenti, agens uerò ſe tantum fundat in antiqua poſſeſſione, l. 3. C. de edi. diui Adri. l. bona fides ff. depoſ. ita uoluit Bellame. deciſ. 36. contra agẽtem, col. 2. quem in hoc caſu loqui Soci. intelligit in l. rem quæ nobis, col. pen. uerſi. circa ſecũ-
3 dum, ff. de acqui. poſſ. † ibiq́ue reſpondet ad tex. in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſit. lib. 11. qui uidetur in contrarium, nempe quòd ſeruus ſine uiolentia fuiſſet occupatus, & tamen quòd primò & antè omnia fieret eis reſtitutio, poſtea uerò de illius ſtatu quæreretur, prout ſic eum Soc. induxerat col. præced. Dicit enim quòd immo loquitur ille tex. quando poſſeſſio peruenit ad poſſeſſorem cum uitio, prout Bar. intelligit in d. l. rem quæ nobis, col. 1. & poſt eum Alexan. in ſecunda col. & conſi. 94. col. 6. uolu. 5. probaturq; in d. l. ſi coloni ibi[fugæ uitio tranſeuntes ad alium] loquitur ergo de re affecta uitio reali, ſcilicet fuga, quæ furto æquiparatur, ergo peruenit ad poſſeſſorem cum uitio, hoc enim caſu ceſſat ratio, de qua ſupra, quia poſſeſſio, quæ apud reum reperitur, non dicitur magis iuſta, quàm illa, in qua ſe fundat actor, ideo ille debet obtinere. Et ultra Soc. tenet inſuper hanc opi. Alex. conſ. 117. in cauſa & lite, col. 1. uol. 2. ubi clarè dicit tale remedium non dari contra titulo poſſidentem, niſi res eſſet uitioſa, uiolenta, uel furtiua: & ſic quando non ſubeſt uitium apud reum uult Alex. opponi poſſe de dominio poſt multos, quos allegat ibi, & idem tenet conſi. 89. nu. 5. uol. 5. unde conciliantur deciſiones Zuccardi in l. fin. C. de edic. diui Adria. nũ. 134. & Afflicti deciſ. 7. quorum prior negat admitti probationem dominii, ſecundus uerò concedit: ut ille loquatur reo cum uitio poſſidente, dum dicit. Quia uiolenta poſſeſſio non poteſt iuſtificari:
4 hic uerò quãdo ſine uitio poſſideret. † Iſtis tamen motiuis non obſtantibus exiſtimaui tutiores eſſe partes Illuſtr. D. Maminæ, quàm ſui fratris, nam in hoc remedio reintegrandæ poſſeſſionis non admittitur exeptio dominii ſecundũ Bar. in d. l. ſi coloni. Io. And. But. Imol. cæteroſq; in capitulo, poſt electionem, circa fi. de conceſſ. præb. Innoc. Butr. & alii in c. ſæpe. de reſti. ſpol. latè Alex. qui dicit eſſe commu. in l. naturaliter §. nihil commune, col. 8. ff. de acqui. poſſ. conſi. 116. uiſo proceſſu, col. 2. conſi. 200. uiſo & diſcuſſo, col. pen. uol. ſecundo, ubi teſtatur eſſe magis communem, idemque latè firmat in l. rem quæ nobis, nu. 19. ff. de acqui. poſſ. Dec. conſi. 57. colum. fi. Soc. iu. conſi. 127. col. 1. in prin. uolu. 2. Bero. conſi. 61. nu. 21. conſi. 64. nu. 5. uol. 3. & abundè in cap. 1. de reſti. ſpolia. nu. 29. per duas columnas

lumnas, ubi ſæpius teſtatur eſſe communem.
5 † Et fundatur iſta concluſio in ea ratione, q. a
ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, l. ſi quis
ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. quæ ratio utiq;
militat ſiue agatur ſola facti ueritate inſpecta, ſi
ue non, ergo utrobique debet habere locum di
cta concluſio, quæ illa ratione mouetur, l. illud,
ff. ad leg. Aquil. l. fi. C. ad leg. falc. ſecundò tenet
hoc in terminis Alex. conſi. 6. uol. 3. ubi conclu-
dit exceptionem dominii non admitti, col. 5.
& tamen in caſu per reſcriptum commiſſa fue-
rat cauſa ſola facti ueritate inſpecta, vt per eum,
col. 1. comprobat hoc idem Menochius in t 5. re
medio recuperandæ poſſeſſionis, nu. 477. ubi re
fert Rubeum. Dec. & Crau. de quibus ſupra, di
citque dubiam eſſe admodum ſentẽtiam eorũ,
6 & contrarium quotidie ſeruari: † nam licet in
cauſis procedendum ſit ſummariè, tamen in-
telligitur diſtinctis cauſis, non autem cõceditur
cumulatio contra omnem legis diſpoſitionem.
Quinimmo videmus ecõntrà quod eſt fortius,
actionum cumulationem aliàs permiſſam probi
beri, cum in cauſis ſummariè proceditur, & ſine
figura iudicii, ut tradit Bal. in l. nec quicquam,
§. de plano, ff. de offi. procon Aret. in l. 1. §. ſi quis
ſimpliciter, ff. de uer. oblig. Purpur. in l. edita n.
200 C. de eden. Sed ultra Menochium Nattam
7 adiicio, conſ. 15. nu. 9. † ubi diſputans articulũ
quòd petitio hæreditatis non datur contra titu
lo poſſidentem, l. hæreditatem. C. in quibus cau
ſis ceſſ. long. temp. præſcri. l. regulariter, ff. de pe
ti. hære. l. hæreditatis, ubi Docto. C. eod. tit. re-
fert obiectum cuiuſdam Doctoris ſuſpicantis ꝙ
ſi forſan Princeps comitteret cauſam cognoſcẽ
dam & terminandam ſummariè, & ſola facti ue
ritate inſpecta, talem exceptionem dominii ni-
hil prodeſſe, quia iudex cum ſic cõmittitur, ha-
bet latam poteſtatem, & iudicat ſicut Deus ſe-
cundum Bal. in l. fi. col. 2. C. de iure delibe. dein
8 de reſpondet obiecto, † quòd talis commiſſio ſa
tis uſitata & quotidiana in curia Montisferrati;
nihil plus operatur, niſi quòd tollitur ordo iudi
ciarius à iure introductus, quem princeps ſerua
re non tenetur, ut per Bald. in c. 1. §. inueſtitura,
col. 2. de no. for. fid. Butr. in c. dilecti, not. 3. de iu
dic. Roma. conſi. 20. circa fin. conſi. 519. & in l. fi-
liusfamilias. §. fi. in fi. ff. de dona. at dicere quòd
iudex, cui ſic committitur, non teneatur ſeruare
leges, quæ reſpiciunt deciſionem cauſæ & iura
partium, eſſet ridiculum & abſurdum, quando
nec ille, cui committit, & ſolutus ſit legibus, no-
lit aliquid facere contra leges, l. digna uox. C.
9 de legib. † Et ideò rectè Bald. in l. nemo. circa
fi. C. de ſent. & interlo. inquit quòd ille qui ha-
bet cognoſcere ſecundum ueritatem, debet am
plecti illã ueritatẽ, cui ius patrocinatur. Ideo nõ
admittet agentẽ ex pacto nudo, quia huic actio
ni ius nõ patrocinat. Sicut ergo uidemus in ea
q. petitionis hæreditatis ius nõ immutari, ſiue
procedatur ſola facti ueritate inſpecta, ſiue nõ,
ſed utroque caſu tituli exceptionem obſtare. ſic
e contra in propoſita ſpecie ius pari paſſu debet
ambulare, nẽpe ꝙ exceptio dominii non proce-
dat, nec admitti debeat, ſiue procedi poſſit ſola
10 facti ueritate inſpecta, ſiue non. † Confirmatur
hæc cõcluſio per doctrinã Bar. in extra. ad repri
mendum. in uer. videbitur, circa fi. quo loco di-
cit ꝙ quæcunque clauſula ponatur in cõmiſſio-
ne ſub quacũque verborũ forma, nunquam po
terit iudex reiicere exceptionẽ acquiſitã parti,
quantũcunque ſit de rigore iuris inducta, ut eſt
exceptio præſcriptionis, quia in his quæ ipſe iu-
dex habet facere: uerum eſt quòd non tenetur
ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his quæ iam fa-
cta ſunt, ex quibus ius eſt alteri quæſitum, non
poteſt aliquid immutare, ſed tantum illud ha-
bet ſequi. l. bona fides, ff. depoſ. aliàs eſſet aufer-
re ius alteri quæſitum, quod eſt contra natura-
lem æquitatẽ: & iſtud dictum Bartoli Mattheſ.
extollit not. 15. ſequitur Roma. conſi. 248. in re-
peti. Rubr. ff. de arbitr. col. 12. uerſi. item ſi ſtatu
tum, & in l. ſequitur, §. ſi uiam, ff. de uſuc. Areti.
in l. ſi ſeruum. §. ſequitur, ff. de uerb. oblig. & in
d. c. dilecti. quos refert Natta d. conſil. 15. num.
11 12. † Addo ꝙ exceptiones ſuapte, propria, ac ge
nuina natura procedunt ex æquitate. l. qui æqui
tate, & ibi gl. ff. de dol. mal. excep. Feder. de Sen.
conſi. 90. caſus eſt talis, quidam clericus, col. 3.
Bar. in l. ſi unus, §. pactus, col. 3. ff. de pact. ex quo
Signorol. conſi. 139. caſus A. pretio. col. 2. dicit
æquitatem eſſe matrem exceptionis, & Azo in
ſumma, titu. de excep. in fi. dicit omnem exce-
ptionem inniti æquitate, ſequitur Tiraquel. in
titulo de retrac. lignagier. §. 32. glo. 1. nume. 5.
at ſpoliator opponens exceptionem dominii ni
titur aduerſus æquitatem: nec enim nudus & in
ermis ſpoliatus ualet aduerſus ſpoliatorem re-
ſiſtere, cap. fi. 3. q. 1. c. oportet, 3. q. 2. & ſicut fa-
cilis fuit in ſpoliando per occupationem poſ-
ſeſſionis, ita facilis eſſe debet in reſtituendo, me
ritò talis exceptio dominii non debet admitti.
12 † Accedit poſtremo loco ſtilus curię & magni
fici conſilii iuſtitiæ productus, quòd in cauſis ſi
bi delegatis non admittitur exceptio prædicta,
ſed uel expreſſè reiicitur, aut tacitè per proceſ-
ſum ad ulteriora: quo ſtante non eſt ab eo rece-
dendum, cum pro forma babeatur. Bal. in l. fina.
C. quæ ſit long. conſu. Dec. conſi. 11. nu. 16. Bar.
in l. 3. §. ſi. ff. de teſtib. Pariſ. cõſ. 107. nu. 87. uolu.
13 3. † Et interpretatio uera ſumitur à practica. l.
minimè. ff. de legib. c. cũ dilectus. de cõſue. Bal.
in c. 1. in prin. de feud. ſine cul. Bal. in l. illud. per
illum tex. ff. de excuſ. tut. dicẽs quòd ab antiqua
practica non eſt recedendum, ſequitur Crauet.
conſi. 91. nu. 7. Nec obſtat auctoritas Rubei &
Crauettæ locis citatis, quia fundatur in illa De
cii cõſi. 449. id nõ dicentis quod illi putant, ut
exceptio dominii procedat in remedio reinte-
grandæ, quãdo proceditur ſola facti ueritate in-
ſpecta: id enim nõ dicit, ſed loquitur de tenuta
iudicialiter à iudice data cõfirmanda per eũ, ſi
conſtabat ſibi ꝙ de nouo danda eſſet, maximè
ſi procedatur ſola facti ueritate inſpecta: & ita
14 primum dubium remanet ſolutum. † Nunc
ad ſecundum accedo in quo dico quòd reme-
diũ reintegrandæ datur contra quemlibet poſ-

ſeſſorem, licèt non uitioſum & ignorantem, pro
ut infiniti tenent, relati per Afflict. in c. cum ad
ſedem. nu. 36. de reſti. ſpol. ubi dicit hunc in-
tellectum ad tex. in c. reintegrandę. 3. q. 1. hodie
communem uideri, ſicque aliàs practicatũ fuit,
ut refert Lap. allega. ſua 52. a qua practica rece-
di non debet, vt inquit Abb. cum de interpre-
tatione legis quæritur, l. ſi de interpretatione. ff.
de legi. quapropter non eſt in conſulendo uel
iudicando recedendum ad hoc intellectu ſecun
dum Abb. qui latius eũ cõfirmat. Idemq; tenet
Alex. conſi. 116. uiſo proceſſu, col. 1. uol. 1. ubi di
cit in tali remedio agentem obtinere etiam ꝗ
res ſine uitio aliquo peruenerit ad illum, con-
tra quem agitur, ſecundum Innoc. & alios in c.
ſæpe, de reſti. ſpoliato. & in d. c. cum ad ſedem,
ubi hoc not. Hoſti. & magis communiter alii, &
idem repetit Alex. conſil. 200. uiſo & diſcuſſo,
col. 3. in fi. uol. 2. dicens, quòd hæc opi. Bart. re
prehenditur in quantum uoluit in d. l. rem quæ
nobis, dictum remedium non dari contra poſſi
dentem cum titulo & bona fide, ſicque ſine ui-
15 tio, † quia contra eum tenent Innoc. & Cald.
in d. capitulis, & ſequuntur magis communiter
Docto. & idem tenet Alexan. conſi. 6. colum. 2.
uol. 3. uerſic. circa ſecundum, ubi dicit quòd ad
hoc ut habeat locum dictum remedium, ſatis eſt
probare antiquiorem poſſeſſionem agentis, eã-
que poſtea perueniſſe ad alium abſque eo quòd
aliter probetur de ulla ſpoliatione uel uiolen-
tia, ſubditque quòd ita concludit Innocent. &
alii communiter poſt eum ſequuntur in d. cap.
cum ad ſedem, & in eadem ſententia perſiſtit A
lex. conſi. 90. col. 1. conſi. 91. col. 1. conſi. 92. col. 2.
& conſi. 94. col. fi. uol. 5. dicens quòd tale reme
dium competit ubicunque quis iniuſtè, & ſine
culpa cecidit a poſſeſſione, ſiue detinens contra
quem agitur habeat bonam fidem, ſiue malam:
& ſic ſiue ſine uitio ſiue cum uitio poſſideat. Idẽ
quoque tenet Dec. conſi. 252. colum. 1. ubi dicit
ꝗ in tali remedio ſufficit probare de antiquiori
poſſeſſione agentis, quæ poſtea ad aduerſarium
abſque illius facto quomodocunque peruene-
rit, & ſic ſiue cum uitio, ſiue ſine, prout denotat
illa dictio uniuerſalis, Quomodocunque, nihil
excludens, l. Iulianus, ff. de leg. 3. idem pari mo-
do tenet Speculum aureum in 7. diſtinct. prin-
cipali iudiciorum, nu. 50. ubi dicit tale remediũ
generaliter ei competere, qui ſine iuſta cauſa ce
cidit à poſſeſſione, quæ peruenit ad alium,
ſiue bona, ſiue mala fide: ſiue ſcienter, ſiue
ignoranter: ſiue cum uitio, ſiue ſine uitio:
16 ſiue cum titulo, ſiue non: † & hic eſt ue-
rus & communis intellectus, ut ſubdit Spe-
cul. quem poſuit Abb. in d. cap. cum ad ſedem.
Rurſus hanc partem latè tenet Iaſ. poſt Alex.
& plures quos citat in d. l. rem quæ nobis, num.
19. ubi dicit hoc remedium competere etiam
contra poſſidentem cum titulo ſine uitio & uio
lentia, nec admitti exceptionem dominii, ſed
ante omnia ſpoliatum reſtituendum fore: &
hanc eſſe magis communem opinionem, & ſe-
cundum quam ſæpius conſuluit, prout reperi-

tur conſi. 172. uol. 4. & cum prædictis etiam con
cordat Deciſ. Neapo. 361. num. 33. dicens quod
communis concluſio ſe habet quòd remedium
c. reintegrandæ, datur etiam contra titulo poſſi
dentem, prout etiam firmat Alex. & Iaſ. in d. l.
rem quæ nobis. & Dec. conſi. 57. nu. 5. ubi teſta-
tur hanc eſſe ueram & magis communem opi.
quam tenet inſuper latè Bertran. conſi. 206. col.
2. conſil. 230. uol. 1. conſi. 243. uol. 1. conſi. 177.
uolu. 3. nouiſſimorum Ioan. de Amic. conſi. 97.
17 col. 1. & 2. † qui pari modo teſtatur hanc eſſe
communem: & ex antiquis idem firmarunt Ho
ſtienſ. Calder. & Butr. in d. c. ſæpe. Gofred. quẽ
citat Lapus de quo ſupra, Gemini. ligna. & Ar
chid. in d. c. reintegrandæ. Anch. conſi. 42. cir-
ca med. Corn. cõſi. 56. nu. 4. uo. 2. qui teſtatur
eſſe commu. & in foro ſeruari. Barb. conſil. 42.
colum. pen. ubi communem teſtatur, & conſilio
24. colum. 2. uol. 4. Roma. in d. l. rem quæ nobis.
Socin. conſi. 18. col. 12. uer. tertium remedium,
conſi. 89. in fi. uolum. 1. Do. meus Rimin. conſil.
67. nume. 7. conſi. 98. nu. 76. conſi. 428. nume. 10.
& ibi in apoſtill. dixi. Luc. à Penna in d. l. ſi co-
loni, communem teſtatur Caſſad. in titulo de
reſti. ſpoli. deciſ. 7. Boeri. deciſ. 238. colum. 6. So
ci. iu. conſi. 34. nu. 12. uolum. 3. Claud. Aquenſ.
in d. l. rem quæ nobis, col. 2. Alcia. reſp. 388. nu
me. 2. Bero. in c. in literis, nume. 19. de reſtitut.
ſpol. Plot. in l. ſi quando, nume. 66. C. unde ui.
Rol. à Valle conſi. 50. num. 11. conſi. 72. nume.
78. uolumine ſecundo, & horum maiorem par
tem cumulat Menochius in 14. remedio recupe
18 randæ poſſeſſionis, nume. 8. † Et licet ipſe con
trarium teneat plures allegans ſub nu. 89. tñ lo
quuntur illi ſecus, quando reus poſſidet cum ti
tulo, bona fide, & ab auctore titulato cauſam ha
buit, de quo caſu uoluit etiam loqui Iacobus
Henricmanus conſi. 1. nu. 156. & clarè Bero. con
ſi. 56. nu. 36. uol. 3. qualis non eſt noſter: nam Il-
luſtr. Comes Marius bona fide non poſſidet,
nec oſtendit auctorẽ titulatũ, quicquid ſit de ti
tulo ſuo, & ſic ille caſus eſt fortior noſtro. Et in-
ſuper iuribus per Bellameram citatis in dicta
deciſ. 36. rñdet idem Menoch. loco citato, num.
480. ad quẽ me i gratiã breuitatis remitto, ſicq;
remanet utrũq; dubiũ ſublatũ, & in caſu uicto-
riæ hæc Illuſt. Domina, prout ſignãter obtinuit
corã prefato magnifico Conſilio iuſtitiæ. Et qm̃
produxerat inſtrumentũ, quo conſtabat dictam
poſſeſſionẽ conſignatã fuiſſe aliàs marito ſuo ꝓ
ſcutis 500. cũ lata ſnĩa ad liquidationẽ fructuũ
pariter inſtaret, ad quos ẽt fuerat cõdẽnatus di
ctus Comes, ipſe cõparuit dicẽs illud inſtrumẽ-
tũ fuiſſe falſum, cum matrix originalis eius dice
ret dictã poſſeſſionẽ fuiſſe cõſignatam ad uſum-
fructum tantùm, ideoque ſororem ſuam fuiſſe
ſatisfactam ſatis ſuperque de ſorte & interuſu-
riis pro tempore, quo eam poſſedit: meritò pe-
tiit d. Comes cognoſci de dicta falſitate, ſuper-
ſedendo interim in liquidatione fructuum,
eaque cognita dictam ſentẽtiam retractari. Vn-
de uidendum eſt nunquid intentio ſua proce
19 dat. † Et prima conſideratione dicendum ui-
detur

detur quòd ſic: cum enim protocollus per d. Comitem productus differat ab inſtrumento releuato per ipſam D. Maminam producto, ſtandū uidetur omnino protocollo tanquam matrici & originali ſecundum glo. & Angel. in §. finali, in in Auth. de tabell. Bart. Caſtren. & alii in l. Sempronius, ff. de legat. ſecundo, Bald. in l. Imperator. prima lectura, ff. de ſtatu hominum. Bar. in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor, ff. de eden. & in l. ſi librarius, nu. 10. ff. de reg. iur. Lanfran. in capitulo, quoniam contra, de probat. in uerbo, inſtrumentorum productiones, nu. 27. & poſt eū dec. notab. 10. in fi. & in c. cum uenerabilis, not. 11. de excep. Soc. conſi. 277. col. 4. uol. 2. latè Grāmat. conſi. 65. nu. 22. cauſarum ciuilium, & abū-
20 dè Bero. conſilio primo, nu. 6. uol. 2. † ubi numero 9. dilatat hoc habere locum, licèt matrix fuerit cancellata per tranſuerſum folii, quæ propriè dicitur cancellatio, iux. not. in l. libertatem. ff. de pet. hæredita. & in l. inductum. C. de ſoluti. qm̄ ſi contingat diuerſitas inter eam ſcripturā & extenſam, ſtatur primæ ſcripturæ ſecūdū Bal. in l. noſtrā, col. pen. C. de teſta. Quòd aūt libriculus exhibitus per Comitem Mariū fuerit & ſit ꝓtocollus, & originale inſtrumēti celebrati per eū cū marito Dominæ Maminę, deponūt plures te-
21 ſtes qui hoc deponūt: † quibus ut peritis in arte ſtādum uidetur, ut per Bar. in proœ. digeſtorū, & in l. 1. in fine, ff. de uentr. inſpici. ubi enim res probari debet, in qua iudex inſtructus eſſe nō poteſt, ad iudicium peritorum recurritur, Bart. in dictis locis, & in l. finali, in fine, ff. de ſicar. cū ſimilibus ut tradit Alex. in l. 1. in fine, ff. de uerborum obliga. ubi cæteri Mod. tradunt, & idem Alex. conſi. 11. col. finali, uol. primo, cum ſimilibus cumulatis per Dec. in c. propoſuiſti, nume.
22 9. de probatio. † & idem ponit abundè Ioan. de Amic. conſi. 102. col. 3. uolens eos recipi poſſe uſque ad concluſionem, cum habeant deponere per inſpectionem oculorum, qui eſt probatio ſuperlatiua ſuperans omnes probationes, ut docet Azo in ſumma, C. ad leg. Aqui. Bal. in l. contra negantem, eo. titulo, in l. 1. C. ſi aduer. li-
23 be. & in Rub. C. de prob. † Et licet dicti teſtes deponant de credulitate, vel iudicio ſuo, quòd inſtrumentum cōtentum in dicto libriculo fuerit originale, tamen probant: quia ſatis eſt peritis ita deponere, ut eis credatur, Bartol. in dicto proœ. Ang. in l. comparationes, not. 4. C. de fid. inſtr. Alber. in prima conſt. Cod. col. 4. Abb. & Dec. in d. cap. propoſuiſti, col. fi. comprobatur, quoniam dicunt tale inſtrumentum originale, cæteraque in dicto libriculo deſcripta fuiſſe & eſſe ſcripta manu notarii, de quo agitur, quia uiderunt aliàs eum ſcribere, & notitiam habent de manu ſua & caracteribus literarum ſuarum:
24 † quo ſtante ſurgit ex dictis teſtibus abſque alia cōparatione ſaltē ſemiplena probatio, ut eſt de mēte Alexandri cōſi. 180. in cā & lite uertente, col. 2. uerſi. bene poſſent, uol. 2. prout eum cōſiderat & inducit Rui. conſ. 35. nu. 8. & latius cōſi. 46. nu. 9. uol. 4. quibus in locis citat etiam quēdam Ludouicum, quem refert Caccialup. in l. admonēdi, numero mihi 45. circa medium, ff. de
25 iureiur. † Accedit ꝙ iidem teſtes dicunt totum dictum libriculum eſſe ſcriptum eadem manu dicti notarii, ſicut & alium diuerſi temporis productum, meritò facta comparatione huius inſtrumenti cum cæteris ſcriptis in dicto libriculo & alio pariter producto, uidetur reſultare plena fides, ꝙ hoc inſtrumentum fuerit ſcriptum manu dicti notarii, quia ex his duobus fides integratur. Bar. in l. nuda, ff. de don. in auth. & ſi cōtractus. C. de fid. inſtru. Aret. conſi. 64. Soc. conſilio 274. col. 6. uol. 2. Dec. Neap. 181. Caccial. in d. l. admonendi, nu. 45. & ibidem Rip. num. 107. qui
26 dicit eſſe communem. † Et ſtante demum quòd dictus notarius eſſet uir probus & bonæ cōſciētiæ, ꝓut ēt de iure quilibet p̄ſumitur, ſecūdum Imol. in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quēad. teſt. aper. Soci. d. conſil. 274. D. meus Vberti. Zucc. in l. fi. nu. 83. C. de edic. diui Adri. tol. non eſt dicendum quòd reliquerit aliud originale inſtrumenti, de quo agitur, pręter illud dicti libriculi. Quare ſtātibus prædictis concludendum uidetur, & ita iudicandum, hoc inſtrumentum eſſe falſum, uelu ti contra ueritatem contenti in libriculo, cum illud ad uſumfructum poſſeſſionem fuiſſe conceſſam dicat, hoc ſimpliciter, & ſic ad proprietatē plenam: nam falſum nihil aliud eſt, quam mutatio ueritatis, l. quid ſit falſum. ff. de falſ. Bar. conſi. 8. uoto 1. crimi. Hoſti. in ſumma de crimi. falſ. Marſ. in Rubr. ff. de falſ. Franc. de Porcell. conſil. 63. nu. 4. uol. 1. crimi. Gramma. conſi. 46. num. 5. cauſarum ciuilium: & à fallo dicitur, hoc eſt decipio, quia qui falſum committit decipit, ut incertus Auctor tradit. conſi. 63. col. 2. uolu. 1. cri. & ei ſtandum non eſſe, ſed in libriculo contento uelut matrici, ſecundum quod ſententia debet retractari uelut prætextu inſtrumenti de nouo reperti, iuxta not. in l. admonendi, ff. de iureiuran.
27 † Iſtis tñ non obſtantibus contrariū dici dēt in hoc caſu, qm̄ ſtat in dubio præſumptio pro hoc inſtrumento iam diu producto per Illuſt. D. Maminam ꝙ ſit uerum, nō aūt falſum, cū nemo præſumatur delinquere, l. meritò, ff. pro ſoc. tradit Cor. cōſ. 223. nu. 6. uol. 2. gl. Bar. & oēs in l. ſi poſt diuiſionē. C. de iur. & fac. igno. Io. de Ami. cōſi. 44. nu. 1. Bal. in l. quānis, C. ſi quis alte. uel ſibi, & in l. cum precibus. C. de prob. Ceph. conſi. 261.
28 nu. 5. Bero. conſi. 169. nu. 19. uol. 1. † Immo uerò duæ ſolent oriri præſumptiones ex inſtrumēto, una ꝙ ſit uerū, altera ꝙ ſolēne. Bald. in c. 1. §. inſtrumētū, de not. feud. Dec. cōſi. 101. col. 1. poſt Bal. conſi. 237. uol. 1. Gramma. deciſ. 45. nu. 10. idque plenā facit probationē, Cor. conſi. 261. nu. 11. uol. 4. D. meus Rimi. conſi. 285. nu. 16. conſi. 385. in prin. immo uerò facit probationem probatā, euidentē, ac manifeſtā. Dec. alios citans in c. licet cauſam, not. 13. de prob. cōſi. 36. nu. 1. cōſ. 423. nu. 12. cōſi. 488. nu. 1. cōſi. 682. col. 1. Alciat. in trac. de pręſum. reg. 3. pręſum. 13. nu. 8. Ceph. d. cōſi. 261. nu. 6. Rol. à Val. conſi. 66. nu. 8. & cō-
29 ſi. 85. nu. 38. uol. 1. † ubi poſt alios citatos inquit ꝙ dr̄ ueritas apparens, & inducit euidentiſſimā, ac realem probationem, quin & manifeſtam

manifeſtiſſimam,liquidam,patẽtem,certam,in-
dubitatam,& notoriam, vt ex multis probat Ti
raquel.de retract.lignag.§.2.glo.prima,num.20
cum ſequent.de quo meminit Roland. à Valle
conſil.75. nume.19. uolu.2.& Alexan.Stiaticus
30 couſi.117.uum.15.tomo primo crimiu.† adeò ꝙ
non indiget diſceptatione fori.Bal.in l.Impera
tor,colum.1.ff. de ſta.homi.lect.prima, Iaſ.in l.
iuriſgentium,§.quod ferè,ſecundo not.ff.de pa-
ctis,& in l.admonendi, num.135.uer.ſucceſſiuè,
ff.de inreiu. unde uicem habet deciſionis cauſæ
Bal.conſilio 233.ſi per inſtrumentum,uol.1. re-
petito conſilio 400.vol.5.ſequitur Ceph.conſil.
218.in prin.nec de ipſo dubitandum eſt, ſicut
nec de caſu legis.Bald.conſi.215.col.2.ad finem
uolum.ſecundo,Rolan.à Valle,conſil.76.num.
31 9.uolu.primo. † Quare cum ex inſtrumento
producto per Illuſtr. Do. Maminam fundetur
eius intentio. Bal.in l.generaliter, C.de ſacroſ.
ſanct.eccl.in l.quotiens iu fi.C. de iudic. & in
l.intereſt.C.de ſoluti.cum ſimilibus per Ceph.
conſi.225.nu.20.tantum ſupereſt,ut ad contra-
riorum ſolutionem me conuertam. Non obſtat
igitur ī primis libriculus pro protocollo produ
ctus ab Illuſtr.Comite Mario,cui ſtandum præ
tendit,nam negatur eum eſſe protocollum, ut
deponunt quatuor teſtes notarii Ferrarienſes
32 peritiſſimi,celebres, & prouecti, † quibus di-
ſcrepantibus à teſtibus contrariis agreſtibus &
montanis, magis eſt adhærẽdum, ueluti peritio
ribus,iux.doctri.Bald.in proœ. digeſtorum, in
princ.col.ſecunda,uerſi.quid ſi diſcordant. Ale
xan.in l. 1.§.fina.colum.pen.ff.de uerbo.oblig.
Dec.in d.c.propoſuiſti,nume.13.de prob. cum
& relationem peritorum iam factam,dictis peri
tiorum reuocari uideamus,cap.cauſam,cum ibi
not.de prob.Ioan.Andr.in titulo de homi.§.pri
mo,uerſi.ſed pone.Fely.& Dec.in d.cap.propo
ſuiſti.Bero.conſi.89.num.9.uol.primo.& tanto
magis his teſtibus Illuſt.D.Maminæ deferendũ
eſt,quòd efficaces admodum,& cum plures ra-
tiones adducunt, quibus nos in eorum ſenten-
33 tiam trahunt. † Et earum prior eſt, ac potiſſi-
ma, nam dicunt quòd ille libriculus non ha-
bet debitam formam protocolli, neque reperi-
tur tentus & regulatus, prout tenẽtur protocol
li per alios notarios,cum non ſit intitulatus, ſi-
gnoque notarii careat in eius initio nec appa-
ret cuius ſit ipſe libriculus per ſcripturas factas
in eo,quæ omnia requiruntur in protocollo de
iure,ſeu de conſuetudine,ſi uerum eſt quod in-
quit Ioan.Andr.in addi.3.Speculat.de inſtr.edi
ꝙ protocollus omnia debet habere, quæ publi-
cum inſtrumentum,ſequitur Alex.cõſ.132.col.
2.uol.2. Dec.conſi.447.nu.5.quod ſaltem pro-
cedit ad finem probandi,de quo hic agitur, ut
per Bal.in Rub. C.de prob.col.6.uerſic.ſed de
tertio quæritur,&ibi plenius in addi.Bero. con
34 ſi.92.nu.10.uol.3. † nam in inſtrumento præ-
mitti ſolet titulus inuocationis domini,indictio
nis,& id genus,ſecundum Butr. Abb. Fel. & a-
lios in c.1.de fid.inſt.&in terminis protocolli po
nit Bar.conſi.163.Quæritur. dicens ꝙ ſolet præ-
mitti talis intitulatio,quatenus rogationũ mei
35 notarii.ſequitur Boeri.deciſ.35.ad fi. † Signum
quoque notarii nedum requiritur in inſtrumen
to,ſecundum omnes in d.c.1.ſed & in protocol
lo,ut uoluit Bal.in l.Lucius,ff.de teſt.mil. Alex.
cõſi.152.uol.2.Anch.cõſi.432.Angel.conſi.216.
ad hoc ut ſcriptura.Specul.de inſtr.edi.§.inſtrũ
mentum,uerſicu.item quòd non eſt ſignatum.
Dec.cõſil.97.colum.2.Guil.Mayn.in l.quo tu-
tela,§.quæ in teſtamento,num.22.ff.de reg.iur.
Cra.conſi.116.col.2.Pariſ.conſi.12.nu.127. uo-
lumine 2.Cagnol.in l.ſi librarius,numero.35.
ff. de regulis iuris, qui dicit hanc eſſe magis
36 communem. † Rogitus quoque neceſſarius eſt
ſtrumento,uel protocollo,cum alioquin fidem
non faceret,ueluti priuata ſcriptura.§.nos autẽ
in Auth.de tabellio.& ibi not. Ang.Cano. in c.
cum P.tabellio.de fid.inſtr.Alex.d.conſil.152.
unde patet ex prædictis hanc primam rationẽ
iure optimo ſuffultam eſſe,quare iure meritò tẽ
ſtes appellãt dictum libriculum, recordiorum
37 potius librum,quam protocollum. † Secunda
ratio eſt,per quam poſito quòd protocollus eſ-
ſet, ei fides non eſt adhibenda, uelut ſuſpe-
cto propter chartas quaſdam adiunctas,nõnul
las uerò extractas & inciſas,quæ res ualidã in-
ducit præſumptionem & ſuſpicionem falſitatis
protocolli,cum talis inciſio ſui natura mala ſit
& prohibita,quia non debet notarius in proto-
collo ſuo quid mutare,uariare, aut incidere ſi-
ne iudicis auctoritate. Bal.in l.cum proponere
tur,ff.de leg.ſecundo,& in l.fi.C.de eden. Alex.
conſi. 89.col.2.uol. 3. & in terminis protocolli
38 Cra.conſi.28.nu.8. † Tertia rõ eſt, uam dicũt
teſtes in eo libriculo plures eſſe cartas diuerſas,
ut lõgiores,breuiores,ſubtiles,craſſas, latiores,
& ſtrictiores,ex quibus chartarum qualitatibus
falſitas arguitur,glo.in c.inter dilectos,in uer.ui
deretur,& ibi doctores,de fide inſtr.Quarta rõ
ſuccedit de chartis duplicatis eodẽ numero:itẽ
& præpoſteratis ut quadrageſima octaua præpo
ſita quadrageſimæſeptimæ,quę regiſtratio ſic in
ſolita arguit ſuſpicionẽ falſitatis, ut tradit Bald.
poſt gl. in l.ſi quis ſub conditione,in fi.ff.de cõ
di.inſti.& ita ex modo inſolito falſitatem arguit
tex.in c.quam graui,de cri.fal.tradit Dec. in c.
2.not.3.de reſcri.cũ ſimilibus,ut per Craue.cõ-
39 ſi.28.nu.5. † Quinta rõ eſt,ꝙ in dicto inſtrumẽ
to poſito in dicto libriculo fuit addita dies ex di
uerſo atramento,ex quo falſitas arguitur,ut per
Anch.cõſi.431.col.2.uer.deſcendo.Cur.iu.con
ſi.52.ad fi.Cra.conſi.134.nu.27.pulchrè Rui.cõ
ſi.68.nu.5.uol.4.& Alex.Stiaticus,cõſi.117.col.
2.primo tomo crimi.Sexta rõ colligitur eodem
loco,uã dies quæ fuerat extenſè ſcripta pro par
te, reperitur fuiſſe cancellata diuerſo atramẽto,
quod denotat factũ fuiſſe ex poſt,& additus fuit
40 numerus ſeptenarius per abachũ: † quare dicta
cãcellatio circa diẽ,quę eſt pars ſubſtantialis,ui
tiare dẽt ipſum protocollũ,ut in terminis tradit
Alex.cõſi.175.vol.7.latè ſequitur Rmi.cõſ. 215.
nu.16.uol.1.Septimam quoque rõnem nõ præ
tereo,quòd in cauſa poſſeſſorii Comes Marius
uidit

vidit inſtrumentum prædictum à ſorore produ-
ctum, & examinari fecit notarium de illo roga-
tum, à quo potuiſſet informari de ueritate uel
non, & habere verum protocollum ſi uoluiſſet,
cum eſſet ſuus amicus domeſticus, & negocio-
rum geſtor: & tamen diſtulit uſque ad eius mor
tem, tacēdo ſemper, eoque demum vita functo
inſurrexit, qui ſuum honorem tueretur, oſtēdē
do uerum protocollum, & non hunc libriculū,
qui non eſt uera matrix instrumenti prædicti.
41 † Quare ex tanta tarditate dicti Comitis Ma
rii in producendo dictum libriculum, ſurgit ad
uerſus eum ſuſpicio, prout in caſu ſimili not. Ca
ſtr. conſi. 281. colum. 1. uol. 1. Anch. conſil. 234.
col. 1. Bald. conſil. 37. quidam tabellio, in fi. uol.
1. in nouis. & in terminis noſtris Cra. conſi. 28.
nu. 6. qui præter memoratos citat optimum tex
tum in l. ſi quis fortè. §. 1. ff. de pœn. ibi [nec e-
nim debebant tam magnam rem tandiu reiice-
re] octaua ratio eſt, nam per annos ſex præcedē-
tes illud inſtrumentum dederat Comes Marius
facultatem marito D. Maminæ uēdendi dictam
poſſeſſionem non ſolutis ſcutis 500. infra ſex an
nos, ergo bene ueriſimile uidetur quòd poſt ſex
annos, quo tempore factum fuit inſtrumentum,
de quo agitur, dictam poſſeſſionem libere con-
ſignauerit ſororio ſuo pro ſatisfactione reſidui
dotis ſororis ſuæ, non ualens dictos ſcutos 500.
ſoluere, ut illi potius haberent dictam poſſeſ-
ſionem quàm ꝗ extraneo uenderetur per eos
coniuges: nec inſuper eſt ueriſimile quòd illi cō
ſenſiſſent eam recipere ad uſumfructum tantū,
prout in d. libriculo cōtinetur, cū poſſent eā uē
dere & incontinenti de pretio ſibi ſatisfacere,
42 † meritò cum pro inſtrumento producto per Il
luſtr. D. Maminam ſtet ueriſimilitudo, de qua
ſupra, illa dēt attendi. c. quia ueriſimile. de præ
ſump. c. inſpicimus, de reg. iur. in 6. Repetent.
in Rub. de prob. Pariſ. cōſi. 19. nu. 78. uol. 2. nam
ueritas facti multum conſiſtit ex ueriſimili, ut
idē Pariſ. conſi. 139. nume. 7. uolumine quarto,
& illi magis eſt adhærendum, quam ſuo con-
trario, quod eſt non ueriſimile, ut tradit
43 Bertrand. conſi. 57. nume. 4. uolumi. 2. † Immo
ante omnia conſiderandum eſt quod ſit ueriſi-
milius. l. in obſcuris, & ibi glo. l. ſemper in ob-
ſcuris, ubi Dec. & Cagnol. ff. de regu. iur. Guil. à
Monte Laud. in d. c. inſpicimus. Alex. conſi. 33.
col. 2. uol. 6. & ueriſimilitudo cæteris coniectu-
ris & rationibus eſt anteponenda, quibus rem
dubiam interpretamur, glo. Bar. Bal. & Ang. in
l. ueteribus, ff. de pact. Tiraquell. in tit. de retrac.
ligna. § 1. glo. 16. nu. 74. & in l. ſi unquā, in prin.
44 nu. 54. C. de reuo. dona. † Et tanti ponderis eſt
ueriſimilitudo, ꝙ præualet omni proprietati uer
borum, ſecundum Dy. in d. c. inſpicimus. Bart.
in l. non aliter, ff. de leg. 3. Natta conſi. 73. nu. 4.
conſ. 94. nu. 9. & conſi. 164. ad fi. contra uerò præ
dictum non ueriſimile, quod eſt aduerſus inſtru
mentum libriculi, arguit magnam ſuſpicionem
falſitatis, & eius imaginem Abb. per illum text.
in c. quia ueriſimile, in fi. de præſump. Iaſ. in l. ſi
extraneus, not. 4. ff. de cond. ob cauſam. Dec. cō
ſi. 94. colum. 2. conſ. 100. colum. 5. conſi. 163. col.
10. conſ. 172. colum. fina. Docto. in l. fin. ff. quod
met. cauſa, Bal. in l. 1. col. 3. C. de ſer. fug. Blanc.
in tract. de indic. nu. 38. Rui. conſi. 92. nu. 12. uo
lu. 3. conſi. 34. n. 3. uolum. 4. cōſi. 49. nu. 27. uolu.
5. Cra. conſil. 2. nume. 11. Cephal. conſil. 204. nu
me. 12. Crot. conſi. 85. nume. 20. Bertran. alios
45 citans conſi. 184. nu. 19. uol. 2. † unde ſi inſtru
mentum continet non ueriſimile, non probat.
Bal. in l. ſcripturæ, circa medium. C. de fid. inſtr.
Abb. conſi. 99. in fi. uolum. 1. Cur. iu. conſil. 17.
colum 2. Cra. conſil. 134. nu. 36. quod de dicto
inſtrumento libriculi dici debet: & tanto ma-
gis, quia ſi duæ ſolum præſumptiones ſufficiunt
ad plenam probationem in crimine falſitatis, ut
ſcriptura non probet. Ioan. de Ana. conſil. 49.
multo magis concurrentibus tot præſumptioni
46 bus res redditur ſine dubio, † quia etiam ubi
agitur criminaliter, ex pluribus præſumptioni-
bus reatus præſumitur. Bal. conſi. 364. quia quæ
ſtio. col. 2. uol 3. ſicque concludit Cra. d. conſil.
134. nu. 39. immo uerò cum de falſo ciuiliter aga
tur in caſu noſtro, ut dicto inſtrumento libricu-
li fides non præſtetur, ſola ſuſpicio falſitatis ha-
beri debet pro falſitate, iux. doctri. Archi. in c.
in memoriam. 19. diſtin. quæ hoc caſu proce-
dit ſecundum Dec. in c. porrecta. de confir. util.
Cur. iun. conſi. 64. colum. 3. conſil. 132. num. 10.
conſi. 167. nu. 6. cum ſimil. quos citat Cra. dicto
conſi. 134. nume. 26. Grammati. conſil. 30. Pariſ.
conſi. 158. ad fi. uolum. 4. Socin. iun. conſi. 132. in
fin. uolum. 3. Natta conſi. 633. num. 8. & 9. & ita
prædicto inſtrumento libriculi fides non eſt dā
m. † Nec obſtant, ita tenendo, contraria, nan-
que ad primum reſpondetur ad protocollum
recurri, niſi ſuſpectus ſit, prout nec quando ſit
erroneus, ut per Felin. in cap. ex literis colum. 1.
conclu. 2. de fide inſtr. & quòd peritis ſit ſtan-
dum, negatur ſtātibus petitoribus in contrariū,
48 ut dixi, nume. 32. † ſicut nec concedo dictum
ſuum de credulitate, cum deponant ſuper eo,
cuius uera notitia haberi potuit, ut de confectio
ne dicti libriculi & inſtrumenti per notarium
de uiſu, nam tali caſu non admittitur iuramen-
tum petitorum de credulitate, ſed præciſè debet
eſſe de ueritate, ſecūdum Bal. in proœ. digeſto-
rum, & in l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecun.
nup. cum ſimilibus cumulatis per Dec. in c. pro
49 poſuiſti. col. fi. de prob. † Quinimmo dico nec il
los teſtes probare dictum libriculum fuiſſe ſcri-
ptum manu dicti notarii, ex eo ꝙ notā eius ma-
nū habuerint, cumque uiderint alias ſcribere,
cum decipi poſſent ex literis per aliū cōtrafactis
ad omnimodā ſimilitudinem manus dicti nota-
rii, talique modo teſtes deponentes non dicun-
tur teſtificari, ſed iudicare, & ideo nihil probāt
ſecundum Innoc. & Doctores in c. cum cauſam.
de teſtib. Bar. in l. 1. C. de uſur. Doctores in l. ad
monēdi. ff. de iureiu. Abb. & Dec. in c. 2. de fid.
inſtr. Cor. conſi. 58. uol. 3. Alex. conſi. 76. col. 2.
uol. 3. Dec. cōſi. 615. col. 2. Rui. cōſi. 131. in fi. uol.
1. conſi. 193. in fi. uol. 2. conſi. 12. nu. 8. uol. 3. cōſi.
79. col. 2. uol. 4. Dec. Neapo. 181. ad fin. Bertran.

conſi.140.vol.2.Soc.iu.conſ.57.col.pen.nu.18. uolu.2. & plenè Gramma.deciſ.84.qui dicit ita fuiſſe deciſum. † Et licèt Rui.in d.conſi.35.&
50 conſi.46.uolu.4.fuerit in opi.teſtes ſic deponentes ſemiplenè probare,tamen in conſi.131.col.fi na.uol.1.conſi.193.col.fi.uol.2.conſi.12.nu.8.volu.3.& latius conſi.79.col.2. uol.4. contrarium tenuit, negās eos plenè ſeu ſemiplenè probare, poſt Corn.conſil.58.uolu.3.motus quia ex quo nō deponunt reſpectu ſcripturæ,de qua agitur, per aliquem ſenſum corporeum, nihil probant. l.qui teſtamento,§.fi.ff.de teſta.l.teſtium,C.de teſti. nec,ut inquit Cor.aliquis dicit quòd teſtes
51 ſic deponentes probent ſemiplenè. † Immo textus,in Auth.de inſtr.caut. ſemper loquitur de teſtibus,qui fuerunt præſentes ſcripturæ priuatæ,vt patet in §.ſi quis igitur,& ſequenti §.ſed & ſi quis autem.§.ſi quis tamen,eo.tit.& ut ſubdit Ruin.ſine dubio hoc eſt de mente Bar. explicitè & clarè in auth.& ſi contractus,C.de fide inſtru. in l.nuda,ff.de dona.& in d.l.admonendi, cum quo tranſit.Fulg.Salic. & Caſtr. dum uult quòd teſtes tantùm non probent plenè ſcripturam eſſe manu alicuius,etiam ſi dicāt fuiſſe præſentes,quando illam ſcripſit,& uidiſſe illā ſcribere,ſed ad plenam probationē faciendam neceſſaria ſit etiam literarum comparatio , & ſic præſupponunt prædicti, quòd teſtes tunc tamē ſemiplenè probent,quando præſentes fuerunt, & iuncta comparatione plenè: & cum Bartolo tranſit etiam But.& Abb.in d.c.2.Bal. in auth. ſed nouo iure. C.ſi cer.pet.Corn.d.conſi.58. Areti.conſi.64.diligenter & maturè,& Soc. conſi. 174.in cauſa D. Liſæ.uolu.2.unde ſi uolunt doctores quòd teſtes demum probent ſemiplenè, quādo dicunt fuiſſe præſentes,& uidiſſe ſcribere,ſequitur quòd quando conſtat illos præſentes non fuiſſe, ſine dubio præſupponunt quòd non reſultet etiam ſemiplena probatio , aliàs etiam iſto caſu ſimul cum comparatione probaretur plenè,quod prædicti negant,& ita Ruin. ingenioſè refellit opinionem ſuperius in cōtra-
52 rium deductam. † Nec inſuper hic adeſt aliqua comparatio,quia neſciunt teſtes quòd cætera inſtrumēta libriculi ſint manu d.notarii pluſquā illud,quo nititur Comes Marius:unde poſito quòd dicerent teſtes illud eſſe ſimile cæteris ibi contentis,non probarent,cum decipi potuerint,nec appareat concludenter ſcripturas , quas compararunt,fuiſſe ſcriptas ab eo : ſicque declarat in terminis Deciſ.Neap.181. Alexan. conſi.159.col.5.uol.5.Rui.conſi.131.nu.19.uol.
53 1.Ceph.conſi.238.nu.7. † Nec ad faciendam comparationem dicti teſtes fuerunt electi per iudicem,nec iurarunt tanquam periti , ſed tanquam teſtes : unde uana eſt conſideratio de cōparatione,& ita tradit eleganter Ruin.conſilio 79.nume.4.uolum.4.& poſito quòd dictus notarius eſſet uir probus,non inde ſequitur inſtrumentum libriculi , quod allegatur, eſſe protocollum productū per Domi.Maminam, nec fide dignum ſtantibus præmiſſis; ex quibus non eſt opus diſputare,nunquid ſententia lata per magnificum Conſilium retractari poſſit per illud inſtrumentum libriculi de nouo repertum, quia non eſt tale,quòd ex eo ſententia memorata collabi poſſit.

*Hippolytus Rimi.Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre & Generoſa matrona Do. Iulia Boiarda.

### ARGVMENTVM.

De dote non minore legitima duplicata cum fructibus conſequenda, nec in eam computandis bonis maternis & aliunde quæſitis,ſicut nec aliis de bonis paternis deducendis ad eorum diminutionem.

### SVMMARIVM.

1 *De legitima deduci debet as alienum.*
2 *Aequalitas inter filias ſeruanda.*
3 *Iura tranſmittuntur in hæredes.*
4 *Confeſſio defuncto & hæredi nocet.*
5 *Verba enunciatiua inter alios,dotis fauore probāt.*
*Quod declaratur, qualiter ſit intelligendum. 36. 38.39.40.*
6 *Debiti quantitas facilius ipſo debito probatur : & quomodo.44.*
7 *Legitima deducitur non obſtante relicto.*
*Et probitione patris.*
*Et ſi legatum ſimpliciter fuerit agnitum.8.*
*Niſi teſtamentum fuit approbatum generaliter cū iuramento.41.*
*Vel ſpecialiter per relationem ad illud.42.*
*Vel per annos 30.filius tacuerit.43.*
9 *Legitima maſculorum per fœminas excluſas à ſtatuto augetur.*
*Idq; tenendum,cum proſit maſculis.10.*
*Sed alij contra ſentiunt,& in uſu ſeruatur.64.*
*Quid autem filiabus inſtitutis in re certa.10.74.*
11 *Pater dotando filiam,quando de ſuo dicatur dotare.*
12 *Filia petere poteſt dotem maternam , non obſtante prohibitione patris.*
*Data alicui contemplatione alterius, cenſentur ab eo profecta.12.*
*Vt ſi dictum fuit , quòd illi renūciaret iura ſua.13.*
*Sed reprobatur.62.*
*Vel quòd eſſet proximior recipiente.13.*
14 *Dotare obligatus & nubere fœminam infra tempus ſub pœna,eam non incurrit non interpellatus.*
*Sed contra latè 71.cum ſequentibus.*
*Interpellans poſt moram alterius uidetur eam remittere.*
*Quod eſt dubium:& declaratur.81.*
16 *Legitima relicta in pecunia , pariter ſupplementum in pecunia debetur.*

*Filia*

17 Filia alibi alimentata, an fructus legitimæ petere poſſit.

Auctor tenet quòd ſic, cũ iure actionis alenda ſit. 87.

18 Dos non minor legitima filiæ debetur, non extantib. deſcendentibus, aut aſcendentibus maſculis ex ſtatuto.

19 Filia excluſa per ſtatutum, donec extant maſculi, reintegratur eis ceſſantibus.

20 Dos filiæ excluſæ, debet in dubio iudicari non minor legitima: maximè quando eſt unica.

21 Scriptura ſtatur contra producentem.

22 Legitimæ fructus peti poſſunt.

Licèt conſumpti bona fide.

23 Specialia duo in dote concurrere non poſſunt.

24 Filia per ſtatutum excluſa dotanda, tamen dos nõ debetur, niſi uolenti nubere.

25 Hæreditas non adita, non tranſmittitur.

26 Dotis actioni præſcribitur annis 30.

27 Mala fides, ut quid facti non præſumitur.

Præſumptio malæ fidei tollitur ſpacio 30. annorum.

28 Præſcriptionis exceptio, quando opponi poſſit, ubi proceditur ſola facti ueritate inſpecta.

Legati repudiatio non præſumitur. 28.

29 Veriſimilia debent mouere iudices ad credendum.

Caſtr. conſ. 131. in anti. quomodo intelligendus. 29.

30 Filius ante ius quæſitum in legitima quid acceptãs, nil amplius petere poteſt.

31 Verba præſuppoſitiua non diſponunt, nec probant. 33.

32 Legatum factum, ſi dotes non petierit, & in uiduitate permanſerit, dicitur conditionale.

Probatio non inducitur ex uerbis cõditionalibus. 32.

34 Confeſſio quando non probet, nec noceat.

Et tertio non nocet. 35.

Nec abſenti facta & incerta, ſi aliunde non appareat de illa.

36 Verborum enunciatiuorum effectus, non eſt ulterius trahendus, quàm ſonent.

37 Probatio non concludens refellitur.

38 Verba enunciatiua non probant, ubi principaliter diſputari contingit ſuper enunciato.

41 Tertius ius alienum lædere non poteſt.

Sicut nec eius directa confeſſio.

42 Citandus eſt quis, ubi lædi poteſt.

43 Dos comprehenditur ſub regula, ubi non reperitur in ſpecie priuilegiata.

45 Raynerij deciſio in l. 1. ff. de in litem iurando, dicitur aſpera.

46 Creditor ſi ſuccedat debitori, nec faciat inuentariũ, confunduntur actiones. 62.

47 Nepotes fratrum ſuccedunt in ſtirpes.

48 Teſtamentum non ualet eius, qui prius fuit mentecaptus declaratus, non conſtito quòd tempore teſtamenti ſanus eſſet mente.

49 Fatuizare ſemel incipiens, nunquam liberatur.

50 Notario ſoli, quando non credendum.

51 Præſumptio quando uiget contra, requiruntur probationes apertiſſimæ: & quales.

Et ubi quis uult probare quod lex non præſumit, tres idonei teſtes requiruntur, uel ſaltem duo excellentes. 52.

53 Metum allegans contra præſumptionem, probare debet per probationes luce meridiana clariores, ut in criminalibus.

54 Poſſeſſionis ſuæ titulum quis non tenetur oſtendere, niſi præſumptio ſit contra eum.

55 Teſti, cui laus uel opprobrium impingi poteſt, non credendum.

56 Filio ſufficit quid relinquere titulo inſtitutionis.

Eiq; datur ius petendi ſupplementum legitimæ.

57 Legitimæ ſupplemento filius excluditur ſpatio 30. annorum.

58 Filius approbans teſtamentum generaliter, non nocet ſibi in legitima, uel eius ſupplemento.

Niſi cum iuramento illud approbauerit.

Et quando dicatur approbatio ſpecialis. 59.

59 Filius acceptans pecuniam loco legitimæ ſibi relictã, ſibi præiudicat.

Et lapſu 30. annorum præſumitur ſolemniter approbaſſe. 60.

61 Solemnitas extrinſeca præſumitur lapſu 30. ann.

63 Filiæ ſtatuto excluſæ non faciũt partem in legitima nec illam augent ad commodum filiorum contra tertium. 65.

64 Legitima dicitur portio eius, quod ab inteſtato debetur.

65 Priuilegium in alterius iniuriam uerti non debet.

66 Statutum excludens filias fauore maſculorum, non debet earum incluſionem operari, licèt maſculis proſit.

67 Incluſio non debet per excluſionem induci.

68 Excluſio uniuerſalis non debet ad particularem trahi

69 Specialia nequaquam multiplicanda.

70 Priuilegia & reſcripta inutilia cenſeri, quibus duplex ſpeciale indulgetur.

71 Filiæ excluſæ per ſtatutum non computantur in numero filiorum ad augendum eorum legitimam, ſecundum magis communem.

Maximè cum redduntur incapaces. 73.

Idemq; licèt inſtituta fuerint in re certa. 74.

Et agnatis inſtitutis, per quos excluduntur. 75.

Et ſi augent, eſt ad earum commodum. 76.

72 Practica communis ſeruanda.

Et magnam affert utilitatem.

77 Pater filiæ relinquens, cenſetur in dubio id feciſſe animo compenſandi cum eo, quod ei debebat.

78 Et legatum primæ cauſæ aſcribitur, ſicq; neceſſitati, non autem uoluntati diſponentis.

79 Pater tenetur de ſuo dotare filiam.

Non iure actionis, ſed officio iudicis.

Diſpoſitio trahi debet ad actum magis neceſſariũ. 79.

80 Intellectus l. fi. C. de dot. prom iſſi. 81.

82 Filia, cui legatum eſt, & iuſſa fuit non petere quid in bonis paternis, an petere poſſit bona materna. 83

84 Statutum excludens filiam dotatam, debet intelligi ab hæreditate dotantis.

85 Verba potius toleranda ſunt, ut nihil operentur, quàm quòd operentur, quod non poſſunt diſponere.

86 Dans pecuniam pro dote talis, nomine illius dotanda dediſſe uidetur. 88.

Maximè quando dans non tenebatur dotare. 87.

Et cui ſolui debet, dicitur ius quæſitum. 89.

Et ex coniecturis id colligitur. 90.

Puta beneficijs à dotanda receptis. 91.

Et dilectione erga illam. 92.

Vel ex conſanguinitate. 93.

*Vel dictis ante traditionem.*
94 *Inducta ad diminutionem,non debent operari augumentum.*
95 *Actus agentium non operatur præter eorum mentem.*
96 *Actus ſequens declarat animum in præcedentibus.*
97 *Præſumptiones non fiunt de non ueriſimili.*
98 *Relatio fit ad proximiora,& quando.*
99 *Singulæ partes ſingulis locis ſunt referendæ.*
100 *Actus cenſetur factus ob cauſam neceſſariam, non autem uoluntariam.*
101 *Legatum debetur perſonæ aſcriptæ illi, non autem modo legati.*
102 *Præſumptiones plures unam ſuperant.*
*Et duæ ſimul iunctæ faciunt unam plenam probationem.103.*
*Maximè in his,quæ ſunt difficilis probationis.*
104 *Animus ſoli Deo notus.*
*Vt quid latens in corde, & inuiſibile.*
105 *Præſumptio uincitur à probatione.*
106 *Exceptione tutus,legando ſimpliciter, uidetur eam remittere.& quando.*
107 *Interpretatio fit,ut actus uideat.*
108 *Bartolus in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de uulga.& pupill.quando non procedat.*
109 *Bal.in l.cum oportet,in prin.C.de bon.quæ lib. declaratur.*
110 *Donatio facta nepoti,facta cenſetur contemplatione meritorum nepotis.*
111 *Datum filio quando cenſeatur datum contemplatione patris filij 112.*
113 *Alciati reſponſum 153.declaratur.*
114 *Intellectus l.unica.§.accedit.C.de rei uxo.|actio.*
115 *Statutum Ferrariæ duplicans dotem filiæ non maritatæ infra 18.annos ætatis ſuæ,num ſit odioſum.*
*Statutum filiam excludens ab inteſtato odioſum.115.*
*Aequitati naturali inimicum.116.*
*Legi naturali contrarium.117.*
*Irrationale 118.*
*Naturæ,moribusq́; bonis iuri ciuili,præceptis.*
*Iuſtitiæ,uoto ſanguinis,charitatis officio,& miſericordiæ repugnans.*
*Aequitatem abſurdam continens.119.*
*Maximè cum filia non à deſcendentibus excluditur.*
121 *Statutum fauorabile dicitur, per quod fit redditus ad ius commune.*
122 *Statutum duplicans dotem filiæ infra 18.annum nō nuptæ,non requirit eius interpretationem.*
*Exceptiones ſtatuti firmant illud in caſibus non exceptis.122.*
123 *Pater tenetur locare filiam in matrimonio.*
*Filia non debet interpellare patrem,quòd eam maritet. 123.*
124 *Virgines non debent ſic audaces eſſe, ut uideantur appetere maritum.*
*Virginitatis pudor peculiaris.*
*Et proprium eſt uirginibus erubeſcere.*
*Virginalis quæ uerecundia proprio epitheto dicitur.*
125 *Statuto caſus habetur pro expreſſo,de quo ſtatuentes,ſi fuiſſent interrogati, ueriſimiliter diſpoſuiſſent.*
*Saltem quando colligitur ex expreſſis.126.*
127 *Afflictus deciſ.370.Damnatur.134.*
128 *Promittens dare ſub pœna, non tenetur non interpellatus.*
129 *Mora contrahitur ſine interpellatione expreſſa die, etiam tacita.131.*
131 *Facti proprij ignorantia,non eſt probabilis.*
132 *Pœna ubi imponitur pro negligentia quid faciendi, requiritur monitio,ut locum habeat.*
*Si dies non fuit expreſſus,aliàs ſecus.133.134.*
135 *Riminal.conſi.585.confutatur.*
*Interpellatio requiritur quando per me uenit quid agendum miniſterio tuo.135.*
*Quod procedit non expreſſo tēpore,alias ſecus.136.*
*Et quando actus ſolum dependet à perſona nominata,aliàs ſecus.137.*
138 *Iudex obligatus ſub pœna cauſam expedire infra tēpus non punitur,ſi pars non inſtetit,& quare.139.*
140 *Matrimonium pertinet ad utilitatem pub.principaliter.*
*Item & dos,& quomodo.141.*
142 *Iudex non petitus ſe debet interponere in concernētibus utilitatem pub.*
143 *Mulier præſumitur uoluiſſe nubere,ſi fuiſſet requiſita ad id.*
*Nam appetit uirum,ſicut materia formam,& magnes ferrum.*
144 *Filia maior annis 25.ſe nubens inconſulto patre,uel peccans in corpus ſuum,non poteſt exhæredari.*
145 *Tempus ad matrimonium,quod ſit in muliere conueniens,conſiderandum.*
146 *Bartoli dictū in l.Aemilius.ff.de minor.periculoſum.*
*Renunciatio iuris quæſiti,ex actibus tacitis non inducitur.146.*
*Nec quis præſumitur renūciare iuri ſuo,niſi expreſsè,actum ſit.*
147 *Legitimæ,uel eius ſupplementi fructus debentur, licèt ea ſit in pecunia relicta:& de ratione.150.*
189 *Filius recuſare poteſt pecuniam ſibi relictam pro legitima,& petere eam ſibi aſsignari in corporibus hæreditarijs.*
149 *Caſus diuerſitatem ponere ſine ratione uanum.*
151 *Mala fides præſumitur ex poſſeſsione contra ius,ſicut & faciendo contra legem,uel ſtatutum.152.|*
153 *Sciens,uel ſcire debens actum reſcindi poſſe, præſumitur in mala fide fuiſſe.*
154 *Fructus debentur à mala fidei poſſeſſore.*
*Et educatæ alibi,quæ nō habebat unde ſe aleret.155.*
*Et quando competebat actio ad alimenta conſequenda.156.& ſequenti.*
158 *Fructus in alimentis pro rata computandi.*

## CONSILIVM XXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITANT Clariſſimi D. Cōſiliarii ſuper intētione Illuſtris & Generoſæ Matronæ Dom.Iuliæ Boiardæ petentis ſe dotari in bonis Illuſtris ac potentis Comitis Io.Baptiſtæ de Boiardis olim genitoris ſui uſque ad legitimam dupica-

duplicatam,quia nupta nõ fuit ab illuſtre ac ma gnifico Comite D. Iulio Boiardo illius patruo infra 18.annos ætatis ſuæ, ſed dudum poſt 25:
1 † & mouentur in primis,nam de legitima deduci debet æs alienum,l. Papinianus, §. quarta. & ibi Bar.Bal. Caſtr. & poſt cæteros Cagnol. ff. de inoff.teſ. vnde cum Illuſtr.Comes Iulius Bo iardus ſenior & pater dotare teneretur Illuſtrẽ D.Aldam,l.qui liberos,ff.de ritu nup.l.obligamur,§.lege,ff de acti.& ob.l.fi.C.de dot.pro. & id onus ſubinde tranſlatum fuerit in Illuſtr.Comitem Ioannem Boiardum illius filium, demũque in dictum Com. Ioannem Baptiſtam dicti Comi.Ioannis filium, l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. dos illi Dominæ debuit aſſigna-
2 ri ſcutorum 1500. † quanta fuit data alteri illius ſorori ratione æqualitatis inter filias ſeruandę, l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2.l. ut liberis.ubi Caſtr. Alex.Dec.& D.meus Rim. C.de colla.Dec.conſi.122.in fi. Alba.conſi.23. nu.5.tantumque deduci debet ad commodum Illuſtrium filiarum dicti Comitis Iulij iunioris rerum,quæ mediantibus perſonis eius & Comitis Hippolyti fratris, & earum patrui, ſunt
3 hæredes prædictæ D.Aldæ: † & ob id ius iſtius dotis in eas tranſmiſſum fuit,l.ſi quis filium, C. de inoff. teſt.l.ſcimus.& ibi Sal. C. de inoff. teſt. Dec.conſi.81.primo dubio. Nec à tali onere ſororem dotandi potuit dictus Comes Ioannes ſe liberare,legando illi ſcutos 80.ſingulis annis in teſtamento, l. 2. §. idem Iulianus quærit, ff.de dot.præle. ſicut nec illud acceptando potuit illa ſibi præiudicare,quin dotem petere poſſet, etiã renuntiando & quietando Caſtr.conſi.131.licèt iſta Domina Liſa,col.2.in anti.aliàs conſi.73.no uum.t.in nouis: quem Iaſ.ſequitur in l. ſi quando,§.& generaliter,nu.5. C.de inoff. teſt. Ruin. conſi. 140.nu.7. uol.4. Bru.in tract. quod ſtanr. maſ.art.9.nu.61. Bertran.in l.hac edictali.uer.ſi uerò plus,nu.6.C.de ſecun.nup.Secundò dicũt detrahi debere dotem Illuſtris olim D.Iuliæ cõ iugis Com.Ioannis Boiardi, quippe quòd eam habuerit, ille confiteatur in eius teſtamento relinquendo eam vſufructuariam bonorum ſuorũ,donec dotes ſuas non petierit: hinc enim naſcitur illius debiti confeſſio.Caſtr.conſi.304.Iu-
4 dex eſt miniſter.in anti. † quæ ſibi & hæredi nocere debet.Bar. in l.cum. quis decedens.§. codicillis, ff. de leg.3.Ioann.Durant. de arte teſt. tit. 6.caut.6.& licet ibidem non fuerit expreſſa quã titas dictæ dotis, tamen illam fuiſſe ſcutorum 4500. probari videtur ex inſtrumento quodam facto de anno 1486. in quo Marianus Palauicino promittit ſcutos 500. pro dote D. Iuliæ præ ter ſcutos 4000. aliàs promiſſos per Illuſtr. Comitem Petrum Gamberam dicto Comiti Ioan-
5 ni pro dote eiuſdem D. Iuliæ: † quæ uerba licèt enunciatiua etiam inter aliàs perſonas prolata, dotis fauore ſpeciali probare debet, l. 2.iunc. glo.& ibi Doct.C.de dot. pro. Bart. conſi. 123. Iaſ.in l.ex his,col.1.& poſt eum Dec. nu. 12. C. de teſt.mil.Marſ.ſing.442.Dec.conſi.213.col.fin. D.meus Rimi.conſi.599.nu.7.cum potiſſime nõ agatur ibi de dote probanda,ſed de illius quantita
6 te.Cra.de anti.temp.2.par. nu.35. † quæ facilius probatur,quàm ipſum debitũ, ut poſt Ray. de Forli.tradunt Doctores,quos refert Deci. in l.in actionibus,nu.23.ff.de in lit.iur.in c.2.num. 14.uerſ.7.ſtatutum.de prob. in l.certi condictio. §.quoniam,nu.7.ff.ſi cer. pet.& conſi.146.nu.14. & iſtius dotis commodum velut ſpectans ad Comitem Iulium & Hippolytum filios dictæ dominæ Iuliæ,pariter tranſlatũ dicitur in Illuſtres Dominas reas eorum hæredes, & ob id ad earũ
7 proficuum deduci debet. † Tertiò ſubiiciunt ad earum quoque beneficium deduci debere legitimam dictorum Com.Iulij & Hypoliti de bonis paternis eis debitam, non obſtante relicto ſcutorum decem menſtruorum illis facto per Illuſtr. Com.Ioannem patrem cum clauſula prohibitiua vlterius quicquam petendi, quæ reicitur, & pro non adiecta reputatur,l.quoniam in prioribus,l.ſi quando,§.fi.& latè Iaſ.& Moder.
8 in auth.nouiſſima,C.de inoff. teſt. † quod etiã procedit ſi filij legatum ſimpliciter agnouiſſent generalemq; fecuſſent abſolutionem hæredi, ut per Bal.Caſtr.& Iaſ.poſt alios in d.§.fi.Rui.conſi.56.nu.8.conſi.60.nu.4.uol.2.Portius Imolen.
9 lib. 1.ſuarum concluſionum,c.42,ampli.5. † Et cũ eſſent tres filij maſculi, duæq; fœminæ Com. Ioannis, augeri debet legitima maſculorum de triente ad ſemiſſem per eas excluſas per ſtatutũ, ut per Bal.in l. unica, C. quando non pet. part. conſ.307.uol.3.Caſtr.conſ.252.col.pen.in anti. aliàs conſi.286.uolum. 1. in nou. quam ſententiam magis communem dicit Porti.Imol. lib. 3. c.5.col.1. concluſionum ſuarum, ſicut & ueriorem Alciat.reſpon.479.nu.12.& eam nouiſſimè tenet & ex multis comprobat Ceph.conſil. 245.
10 † Quin & amplectenda uidetur cum maſculis profit in hoc caſu, ſecundum diſtinctionem Ru bei conſi.122. quam ſequitur Ceph.loco citato, nu.37.& Porti. Imol.uer.quinta fuit. & filiæ fuerint inſtitutæ in re certa, quo caſu velut a patre cognitæ non habentur pro mortuis, & maſculis partem faciunt in computatione legitimę, ut per Imol. Alex. Are.& alios, in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, ff. de lib.& poſtb. Alex.conſi.131. uol. 1. Soc.conſ.65.col 3.uol.3.par.conſi.53.nume.79. uolum.3.Quibus ita ſtantibus inferunt hanc Illuſtr. D. Iuliam dici non poſſe incompetenter dotatam nec læſam,cum habuerit ſcutos ſex mil le pro illius dotę, quorum duo mille ſibi relicti
11 fuerunt à patre ſuo, † quique de bonis ſuis,nõ autem maternis relicti cenſentur, cum paterdo tando filiam,licèt de bonis ſuis & maternis dotare diceret, intelligatur de ſuis dotare, modo ſoluendo ſit, l.fi.& ibi Doct. C. de dot.pro. Bald. noue.in tract.dot.6.par. priuile.3.Ripa in l.1.nu. 54.ff.ſol.mat.unde dos materna non eſt imputã da in hoc relicto, dato quòd pater iuſſerit hanc Illuſtr. Dominam ſtare tacitam & contentam,&
12 quòd plus petere non poſſit: † hoc enim non obſtãte dotem maternam petere poterit, ut per Barto.in l. ut iuriſiurandi,§.ſi liberi.ad ſi.ff.de oper.lib. Iaſ.conſ.314.nu.14.uol.2.Neuiz.cõſ.16. col.ſi.

col.fi.verſ.non obſtat.Durant.de arte teſtan. tit. 3.caut.3.nu.4.Alij quoque ſcuti quatuor mille, quos a Comitiſſa Gambera conſecuta fuit hęc Illuſtr.domina Iulia,cenſentur ſibi dati contẽplatione Comitis Iulij patrui ſui, meritò uelut ab eo profecti reputari debẽt ac recepti. Caſtr.conſi.118.ſi D.Cornelia.in anti.Par.conſi.5.nu.46. uol.1. Craue.conſi.91.nu.6. Natta conſi.14.num. 1.quibus accedit text. in l.ſed etſi plures, §.in arrogato.& ibi Bar.Imol. Caſtr. & Alex. ff. de vul.& pup.Ioan.Lup.in rubr.de don.int. uir. §. 45.Cur. iun. in tract.feud.3. par. nu. 44. dantes exemplum de conſanguineo uiri donante coniugi ſuæ,qui donaſſe uidetur contemplatione uiri:

13 † probatur aſſumptum conſiderata cauſa finali, ex qua mens diſponentis colligitur, l. cum mulier,ff.ſol.matr.Alex.conſ.46.nu.7.uol.1. at in capitulis & mandato dicta Comitiſſa promiſit ſoluere dictas pecunias,ut hæc Illuſtr. Domina renunciaret Comiti Iulio quæcunque iura,quę ſibi competerent in bonis paternis, non alias factura,quod denotat cauſam finalem,l.2.§.fi. ubi Bart.ff.de don.Ang.conſi.124.Craue.conſ.243. conſi.246.nume.7.meritò contemplatione dicti Com.Iulij promiſiſſe videtur.Bal.in l.cum oportet.col.2. ver.quęro quando,C.de bon.quæ lib. Soc.conſi.93.col.fin.verſi.& hoc maximè, vol.3. Rip.in l.in quartã, nu. 205.ff.ad leg.Fal.& quia plus afficiebatur Com. Iulio proximiori,q̃ huic Illuſtr.Dominæ remotiori,l.fi. C.de verb.ſigni. ideo potius illi quàm huic Dominæ præſumitur voluiſſe donare,argumento,l.cum ita,§.fi.ff. de leg.2.ſicque tradit Alex.conſi.179.col.2.uolum. 5.Alc.Reſpon.153.col.1.Natta conſi. 14. nu.5. Andre.Sic.conſi.69.col.5.uolum.3. Rui.conſil. 146.nu.6.uol.2.ſicque debent dicti ſcuti 400.in

14 dotem huius Illuſtr.Dominę computari. † Nec ad dotem duplicatã aſpirare poteſt eo prætextu quòd Illuſtr.Comes Iulius eam non collocauerit in matrimonio infra decem & octo annos ætatis ſuæ, prout diſponit ſtatutum ſub rubrica infra quantum temp. nam cum in hac parte ſit odioſum, non videtur ſibi uendicare locum contra dictum Com. Iulium, qui non fuit ad id interpellatus,ut per plura tradit Deci. Neap.370. num.7. dicens ita fuiſſe iudicatum in illo Conſ. Neapolit.& in terminis dicti ſtatuti D.meus Ri

15 min.conſ.585. † & vbi fuiſſet ad hoc obligatus dictus Comes,& in mora cõſtitutus: tamen hæc Illuſt.Domina poſtea maritũ recipiendo,dotẽque à patre conſtitutam, moram ac pęnam prædictam dotis duplicatæ remiſiſſe videtur,l. Emilius.& ibi Bar.ff.de min. Bal.in l.acceptam. q.7. C.de vſur. Aret.conſi.150.Imol.& Alex.in l.cũ procurator,§.dominus,ff.de oper. no. nun.Iaſ. poſt alios.in l.vinum,ff.ſi cer.pet.& in l. ſi ex legati cauſa,ff.de verbo.obliga. Ceph.conſi.221.

16 nu.18. † Demum concludunt quòd licèt ſtantibus prædictis de fructibus legitimæ vel ſupplementi tractandum non eſſet, attamen ubi de illis agendum eſſet, non videtur quòd huic Illuſtr. Dominæ debeantur, quoniam cum pater huic Illuſtr. Dominæ dotem ſcutorum 2000.reliquerit in pecunia numerata, ſi ꝙ ſupplemeutum ei deberetur,illud non in bonis cæteris,ſed in pecunia numerata faciendum eſſet, cum ſupplementum,quod eſt acceſſorium, principalis relicti naturam ſequatur; ita Bal. conſil. 22.uolum.4.in nou.aliàs 19.uol.2.in anti.Guid. Pap.q.487.dicens ita de conſuetudine ſeruari. Quare cum patruus pecunias non exercuerit, nec inde quicquam lucratus fuerit, ad aliquos fructus non tenebatur, ſicut nec hæredes ſui:

17 † tantoque minus quod hoc Illuſtr. Domina fuit alimentata, quo caſu ceſſant fructus legitimæ,cum alimenta ſint loco fructuum.Cra.conſi.189.col.1.Gram.cõſi.146.col.pen.in ciuil.poſt Bar.in l. cum alimenta,ff.de ali.& cib. lega.cum ſimilibus per Craue.conſi.199.nu.11.unde concludunt præfati D. Conſiliarii dubitabilem reddi intentionem huius illuſtr. Dominæ Iuliæ,& reas etiam potius abſoluendas. Sed tamen his minimè refragãtibus arbitror,& indubitanter teneo hanc Illuſtrem Dominam ius ac iuſtitiam fouere circa dotem non minorem legitima du-

18 plicatam,quam petit,& eius fructus: † ꝙ enim dos ſibi debeatur non minor legitima, probat ſtatutum,quod filia ſit contenta,volens quòd filia ſit contenta dote ſibi per patrem relicta, nec occaſione legitimæ quæri poſſit,donec erunt aliqui de deſcendentibus uel aſcendentibus maſculis: illis ergo non extãtibus,ut in caſu noſtro, uult ſtatutum quòd filia dicere poſſit ſe contentam non eſſe, & alios moleſtare ac ſi à principio non fuiſſet a ſtatuto excluſa, ut in terminis dicit Soc.conſi.76.col.1.uolum. 3. motus ex doctrina

19 Bar.in l.fi.ff.ad Tertul.† dicẽtis quòd ſi ſtatutũ excludit filias, donec ſuperuixerint maſculi, ceſſantibus maſculis filia reintegratur ad ſuam portionem,quam à principio habuiſſet, ſi non fuiſſet excluſa. Sequitur latè Soc.iun.conſi.76.nu. 113.uol.1.dicens quòd ex ui dictionis,donec,fœmina non dicitur ſimpliciter excluſa, ſed ſuſpenſa potius ad uitam maſculorum, quæ fuit conſideratio Baldi,quem non citat, in l.in quibus,colum.2.C.de ſecun.nup. & omnium latiſſimè cũmulat ad hoc infinitos propemodum Tiraquel. in l. ſi unquàm. in uer.ſuſceperit,nu.157. C. de reuo.dona.quibus addo Dec.conſi.506.nu.3.de quo mentionem feci in addi.meis ad D. meum Rimi. conſi. 528. in litera G. & copioſè ſatis ac doctè Brun.in tract.quòd ſtant.maſcul.in 10.articulo,nu.68.cum ſequentibus,ubi citat inter alios Capram conſi.76. dicentem, quòd mortuo maſculo filia poterit agere ad ſuplementum congruæ dotis,quæ eo uiuente non poterat.nec immeritò, quia tale ſtatutum fœminas excludens certo caſu,non uidetur illas excludere non extãte caſu, prout concludit Brun.in d.tract.7.artic. nu.16.& ultra prædictum ſtatutum confirmatur ex alio de ſucceſſi.ab inteſtato,ubi ceſſantibus filiis & aliis deſcendentibus,& aſcendentibus maſculis,admittuntur agnati uſque in 4.gradum filiabus excluſis,cõſtituta tamen eis dote non mi

20 nore legitima,vel eius ſupplemento, † quod eſt conforme iuri communi, ſecundum quod dos debita

debita filię excluſæ propter exiſtentiam maſcu-
lorum, non debet in dubio iudicari minor legiti
ma, ſaltem non exiſtentibus deſcendentibus
maſculis, vt tradit Sal. & Fulgo. in auth. res quæ.
C. communia de leg. Ang. conſi. 311. D. Grego.
Alex. conſi. 69. col. 1. vol. 1. latè Deci. conſi. 276.
vbi tenet id ex æquitate procedere, poſt Cuma.
conſ. 46. & plures alios congerit. Gramma. deciſ.
101. col. 4. maximè Cor. conſi. 100. col. 2. vol. 3.
dicentem, quòd vbi vnica eſt filia (vt hic) pin-
guius eſt dotanda, ita quòd ſaltem habeat legiti
mam. Quod autem debeatur huic Illuſtr. Do-
minæ dos duplicata vigore ſtatuti, infra quantũ
tempus frater, & alterius de ſucc. ab inteſt. pro-
batur cum Comes Iulius patruus ſuus eam di-
ſtulerit maritare dudum poſt tempus annorum
21 18. ætatis ſuæ, † quoniam quando viro tradita
fuit, erat annorum 25. vt in precibus ſuis patet
per magnificas reas productis cum inſtrumento
renunciæ, & ob id eis ſtare tenentur, vt per Bar.
in l. poſt legatum, ff. de his quib. vt indi. Bal. in l.
ſcripturæ. in prin. C. de fid. inſtrum. Deci. poſt
alios, in c. cum venerabilis, nu. 15. de excep. & ne
dum debetur huic Illuſtri Dominę dos duplica-
ta, ſed & eius fructus percepti reſpectu legitimæ
ſimplicis à morte patris, quæ fuit de anno 1528.
vſque ad 18. annos ætatis ſuæ decurſos, & ab in-
de citra reſpectu dotis duplicatæ, donec fuerit ſa
tisfacta, prout tenet Alex. conſi. 69. vol. 1. & con
ſi. 88. col. 3. vol. 6. vbi poſtquam dixit filiæ exclu-
ſæ per ſtatutum deberi dotem non minorem le-
gitima, vel eius ſupplementum, ſubdit idem de
fructibus perceptis eſſe dicendũ, quòd peti poſ-
22 ſint, † citans Baldum in l. non eſt, C. famil. erc.
ubi concludit etiam bona fide conſumptos peti
poſſe. ſequitur Ale. conſ. 127. uol. 6. Socin. conſi.
57. nu. 39. uol. 4. Bertran. conſ. 33. vol. 2. ſecundę
partis. Rui. conſ. 26. nu. 2. vol. 3. fuſè Tiraquel.
in l. ſi umquam. verſ. ſuſceperit, nu. 97. C. de re-
uoc. dona. Caſſane. in conſu. Burgum. rubr. 7. §.
12. In tex. ne retourne, nu. 18. Gramm. deciſ. 101.
nu. 41. Natta conſi. 156. 2. dubio. patet igitur ex
prædictis læſionem huius Illuſtr. Dominæ verſa
ri circa dotem non minorem legitima duplica-
tam, quam non habuit in bonis paternis, quæ
duas partes ex tribus bonorum patris cõſtituit:
nam, cum fuerit vnica filia, legitima fuit tertia
pars bonorum, §. 1. in Auth. de tri. & ſem. quæ ſi
debet duplicari, duas partes ex tribus ferre de-
bet, vt eſt clariſſimum cuique mediocriter erudi
23 to. † Et hanc partem tenendo, non obſtant
dubia contraria, licèt ſubtiliter excogitata: nam
circa primum dotis allegatæ D. Aldæ, dico q
ea deduci non poteſt: primo, nam glo. Bart. Bal.
Saly. & omnes in l. 1. C. de dot. pro. per illum
tex. concludunt quòd in dote duo ſpecialia cõ-
currere non poſſunt, vt quòd dos promiſſa fue-
rit pacto nudo, & quòd incerta ſit, ideo peti non
poteſt, at nos ſumus in fortiori caſu, quia de nul
la promiſſione dotis apparet facta D. Aldæ &
ſic agitur nedum de dote incerta, ſed nec promiſ
24 ſa, meritò nec peti, nec deduci poteſt. † Secun
dò quia cum ſtatutum de ſucceſ. ab inteſt. maſcu
los admittat ab inteſtato filiabus excluſis, dotan
dis tamen, ſequitur quòd D. Aldæ dos non de-
bebatur niſi volenti nubere, & cum nuberet: ſic
enim loquente ſtatuto dos ei ſub conditione de-
bebatur, ſi nuberet. Vnde cum nõ nupſerit, dos
ei debita non fuit, nec ad hæredes eam tranſmi-
ſit: ita Caſtr. in l. Titio. §. Titio genero, col. pe. ff.
de cõd. & dem. conſ. 6. uol. 2. Alex. conſi. 13. col.
4. vol. 3. Soc. conſi. 288. col. 13. uol. 2. conſi. 127.
col. 3. vol. 4. Capra conſi. 72. Corn. conſi. 107. uol.
25 2. Bru. in trac. q ſtat. maſc. art. 11. nu. 34. † Tertiò
poſito q dicta dos debita fuiſſet D. Aldę, tamen
cum nõ appareat Com. Iulium & Hippolytum
adiuiſſe illius hæreditatem, non potuit ad reas
tranſmitti, cum nõ niſi parentum non adita nõ
tranſmittatur. gl. & doc. in l. vnica, C. de his, qui
ant. aper. tab. Iaſ. & alii, in l. emancipata. ubi pa
riter dixi, C. qui admi. Gramma. in ſimili caſu,
deciſ. 103. nu. 44. ad fi. Quartò cum teſtamẽtum
Com. Ioannis conditum fuerit anno 1516. & ſic
annis 52. in quo facit mentionem de hac ſorore
ſua, legans ſibi alimenta in domo, uel ducatos
80. pro eius prouiſione extra domum, donec a-
liquid non petierit occaſione dotium ſuarum, &
tamẽ ab eo tempore, donec illa vixit, nec poſtea
dicta dos petita fuit, niſi per iſtas Dominas reas
26 ab hac lite citra cepta de anno 1559. † & ſic poſt
annos 43. elapſos, quibus decurſa fuit præſcri-
ptio aduerſus actionẽ dictæ dotis. Immo. 30. ſuf-
ficiunt, l. in rebus, §. omnis, C. de iure dot. Bald.
conſi. 22. punctus. conſi. 125. actio de dote, uol. 4.
in anti. Corn. conſi. 56. col. 1. conſi. 93. col. 2. nu.
7. uol. 4. Balb. in tract. de præſcr. 4. par. 4. partis, q.
1. nu. 2. Tiraq. de retract. linag. §. 1. glo. 14. nume.
97. Boer. deciſ. 328. nu. 1. meritò nimis tardè pe
tunt hanc deductionem dotis poſt præſcriptio-
27 nem completam. † Nec ad malam fidem præ
ſumptam ſucceſſorum Com. Ioannis eſt recur-
re ndum, quia fortè uiderint eius teſtamentum,
in quo fit mentio de dicta dote, quia id eſt facti,
quod non præſumitur, niſi probetur, l. in bello,
§. factæ, ff. de capti. Et vltra talis præſumptio tol
litur ex lapſu trium annorum, retroque ſemper
præſumitur bona fides, ut per Bart. in l. fi. in fin.
C. unde ui. Rom. conſi. 107. in prin. Abb. conſi.
89. col. 3. uolum. 1. Alex. conſi. 6. col. 1. uol. 1. Dec.
conſi. 266. col. fi. Pariſ. conſi. 32. nu. 18. uol. 3. D.
28 meus Rimi. conſ. 93. nu. 47. † & ſtante bona fi-
de præſumpta, talis exceptio præſcriptionis ad-
mitti debet: licèt in cauſa procedatur ſola facti
veritate inſpecta. Roma. in rubr. ff. de arbi. col. 2.
conſi. 149. col. 2. cum ſimi. per Dec. in c. ex parte,
il ij. de offi. del eg. nu. 5. Quintò poſito quòd di-
ctæ doti pręſcriptum non eſſet, tamen cum ſup-
ponatur D. Aldam acceptaſſe dictum legatum,
idque præſumatur, cum non haberet aliunde,
unde uiueret, l. fi. C. de ali. pup. præſt. & inſuper
quia non præſumitur eius repudiatio, Iaſ. in l. q.
29 Romæ, §. duo fratres, nu. 42. ff. de verb. ob. † Et
hæc ut ueriſimilia debent mouere iudices ad ſic
credendum. Craue. conſi. 8. nume. 7. & conſ. 111.
col. fi. taliſque agnitio facta cenſeatur cum one-
re ſuo, l. cum ab uno, l. Imperator, §. ſi centum, ff.
de leg.

de leg. 2. ſequitur vt dicta dos peti non poſſit.
Nec obſtat Caſtrẽſis allegatus in d.conſi.131.cũ
ſequacibus,quia loquitur in dote purè debita,
cum illa D. Liſa nupſiſſet,quod Alda non fecit,
ſicque diſtinguit idem Caſtr.conſi.16.col.2.ver.
30 breuiter,vol.2. † Item quando filius ante ius
ſibi quæſitum in legitima quid acceptat & renũ
ciat,non poteſt amplius quicquã petere.Cuma.
conſi.188.Rui.conſi.51.nu.13.vol.3.Dec. conſi.
805.nu.6.prout euenit D. Aldæ,cui dos nõ de-
bebatur antequàm nupſiſſet,tantoque magis cũ
per ſtatutum excluderetur D. Alda, non etiam
facto teſtatoris tantum,vt idẽ Rui. declarat poſt
Soc. quem citat loco præallegato: quare ſuper
31 d.dote vana redditur intentio rearum.† Nunc
ad aliam dotem accedo petitã reſpectu D.Iuliæ
coniugis olim Com.Ioannis Boiardi: & in pri-
mis dico,quòd ex illo relicto vſufructus ei facto,
donec dotes ſuas non petierit, non oritur con-
feſſio directa, vel enunciatiua, ſed eam præſup-
ponendo ſic legauit, at diſcrimen non leue ſub-
eſt inter verba præſuppoſitiua, & directa uel e-
nunciatiua, quoniam quæ præſupponuntur,ne
que ad diſpoſitionem,nec ad probationem pro
ſunt,l.cum tale,§.fi.ff.de condit. & demonſt. vbi
cum ex centum Titio legatis,Seio 50.legantur,
legatũ Titij nec inducitur, nec probatur, quòd
ei centum legata ſint, licèt id præſupponatur,&c.
præſupponendo affirmetur: quæ affirmatio non
legitur in teſtamento Com. Ioannis, cum do-
tes ſolutas non aſſerat,ſed tantum legat, donec
32 dotes non petierit. † Quin & hoc legatum cõ-
ditionale fuit,ſi dotes non petierit,& in viduita
te permanſerit; quæ res tractum habet ſucceſ-
ſiuum,l.qui concubinam, §. vxori, ff. de leg.3.l.
4.l.legatum.& l.filiæ, ff.de ann.leg. l. Caio,§.1.
ff.de alim.leg.l.pater Seuerinã,§.fi.ff.de cond.&
demonſt. l.1.C.de leg.not.in l.3.ff.de ſerui. tra-
dit Bar.in l. 1.2.q.prin.ff.de cond. & demon.&
in legato, donec vidua erit,loquitur tex. in d. l.
filiæ. Alex.conſi.66.nu.2.vol.3. Dec.conſi.485.
nu.6.conſi.526.nu.2.conſi.537.nu.5.conſi. 620.
nu.3.Soc.iu.conſi.58.nu.8.uol.3.Vnde dici nõ
debet ex verbis conditionalibus probationem
induci.l.ex facto agitatum,ff.de hære.inſtit. ubi
illa verba ſi Seius hæres non erit, Sempronius
eſto,ad Seij inſtitutionem inducendam non va-
lent:cõformis eſt text. in l.quia autem.ff.ſi quis
omi.cauſa teſt.ubi ex illis verbis,ſi hæreditas le-
gitima ad te pertinuerit,Titio centum lego, fa-
cultas hæredi ſcripto adeundi ab inteſtato non
33 datur. † Et vt ad dicta verba præſuppoſitiua le-
gati,de quibus agitur,redeamus; quòd inde nõ
liceat argumentari vel probationem facere. te-
nent Domini de Rota decis.346. Nota ſi in pro
curatorio.in anti.nam cum procuratorẽ aut ſub
ſtitutum ab eo dominus onere cautionis exime
re promittit,nõ inde cenſetur data facultas ſub-
ſtituendi procuratori cõſtituto, licèt ſubſtitutio
præſupponatur, ſequitur Alex. conſi. 17. nu.8.
uol. 2. conſi.126.nu.5.uolum.5.Fel.in c.licèt in
corrigendis,colum.4. verſic. facit quod de offi.
ord.Caſſa.conſi.44.nu.8.Crau.conſi.186.nu.3.

34 † Secundò poſito quòd ex dictis verbis indu-
ceretur confeſſio debiti Com.Ioannis ſibi, & hę
redi ſuo nociua,prout in dubijs dicitur, tamen
non probat,vt nec iurata,nec præſente D.Iulia
facta,nec Notario pro ea ſtipulante, vt per Bar.
& alios,in d.§.codicillis.Alex.conſi. 122. uol. 7.
Lanfran. in trac.de confeſſ.nu.46.Durant.de ar
te teſtan.tit.6. caut.6.Roma.conſi.171. Dec. cõ-
ſi.196.col.fi. & vt incerta in quali & quanto.So-
35 ci.conſi.294.uol.2.Natta conſi.245.nu.3. † Tã-
toque minus nocere debet tertio, qualis eſt Il-
luſtr. D.Iulia,quę non eſt hæres eorum,ut in ter
minis not.Alex.Soc.& Bulga.in l.1.ff.ſol. matr.
Paril.conſi.52.nu.41.uol.2.& vltra prædictos ꝙ
dicta confeſſio dotis non probet ſtante abſentia
illius D.Iuliæ, & eius incertitudine, & ob id ex
legato non debeatur, ſi aliunde quantitas non
probetur:confirmant plura iura,videlicet tex.in
l.ſi ſic,§.1.ff. de leg.2.in l. Lucius,l'ultima,§.quiſ
quis.il ij. ff.de leg. 3.l.qui uxori.in princ. ibique
Bar.ff.de aur.& arg.leg.l.legaui,§.fi.l. Aurelius,
§.fi.ff.de lib.leg.l.demonſtratio.§.1.l.quibus die
bus,§.qui dotalem,ff.de cond.& demonſt.l.ſi nõ
deſignata.in fi.ibique glo.fi.& Doct. C. de falſ.
cauſa adi.leg.& ponit Bar.conſi.216. Adelãdus.
1.dub.Bal.conſ.467.confeſſio,uolum.3.repetito
conſi. 381.uol.5.Caſtr.conſi.405.uolum.1. Alex.
conſi.153.circa fi.vol. 2.conſi.122.num.3.uol.7.
Bal. nouell.in tract.de dote,par.6.priuil.78. col.
2.uerſ.inſuper.Cor.conſ.145.col.2.poſt mediũ.
uer.& confeſſio,uol.1.conſi.26.circa prin.vol.2.
conſi.209. col.2.circa med.conſi.153.col.2.in fi.
36 ver.circa merita verò cauſæ.uol.3. † Nec inſu-
per probatur dicta dos D.Iuliæ per inſtrumen-
tũ, quod allegatur in dubijs, eo prætextu quòd
verba enunciatiua probent fauore dotis, uel ꝙ
agatur de probãda quantitate dotis: nam quod
attinet ad primum,dico quòd effectus verborũ
enunciatiuorum non eſt ulterius trahẽdus, quã
ſonẽt,l.1.C.de uſur.Bal.in rubr.de contr.inueſt.
nu.5.conſi.273.factum dicitur eſſe, nu. 3. uol.3.
Cur.conſi.72.nu.7.in fi.at ille Marianus conſti-
tuit ſe ſoluturum Palauicino ſcutos 500. vltra
4000. promiſſos à patre D.Iuliæ pro illius dote,
& ita uerba enunciatiua Mariani de promiſſio-
ne dotis tantum loquuntur, ergo non inde ſe-
37 quitur quòd fuerit ſoluta: † ſicque probatio
non concludit,l.cum actum,ff.de neg.geſt.l.non
ſolum,§.ſed ut probari,ff. de oper. nou. nunc l.
matrem,l.neque natales,C.de prob.l. non hoc.
& ibi Iaſ.C. unde leg.l.multis,C.de lib.cauſa.c.
38 in præſentia,& ibi Dec.nu.16. de prob.† Secun
dò nõ probant ea uerba in præſenti caſu,in quo
principaliter diſputari contingit de ipſo enũcia-
to,uidelicet an hæc dos fuerit conſtituta, ũt per
Butr.in c.illud. de præſump.Mattheſ.notab.79.
Alexan.conſi.136. col.fi. uolum.1.conſ.201.uol.
2.Dec.conſi.213.col.fi.conſi.310. nume. 10. D.
meus Rimi.conſi.82.nu.18.conſi.89.nu.24.Rui.
conſi.167.uol.1.nume.25.conſi.44.nu.6. uol.5.
39 † Tertiò dico quòd tunc demum uerba enun
ciatiua probant fauore dotis, quando prolata
ſunt ab eo qui tenetur ad dotem, uel ſaltem eo
præſente

prẹſente prolata fuerunt ab alio: tunc enim dos
probatur ex eis ad fauorem mulieris, cui dos de-
betur, licèt abſentis: ita Bart. loquitur in allega-
to conſi. 123. quem citant alij, de quibus in du-
bijs, & Caſtr. in eodem caſu, conſi. 84. Iuus de
Bellais. in antiq. ſicut & Alex. conſi. 4. col. 4. vo-
lum. 4. nam in diuiſione fructum, & ſententia ar-
bitrali dictum fuerat vnum alteri debere dare
tantum pro dote talis vxoris ſuę, certè probatur
dos ad fauorem illius mulieris, licèt abſentis cō
tra maritum ſuum, qui ſic à fratre ſuo fuerat ſti-
pulatus, vel præſens fuit dictis verbis à fratre
40 ſuo prolatis. † Sicque loquitur gloſſ. in l. 2. C.
de dot. prom. qua mouetur Bar. loco citato, nam
ſocer promiſit vſuras pro centum in dotem ſibi
datis: hinc enim dos illa probatur ad fauorem
nurus contra ſocerum, licèt aliunde de illa non
conſtet fauore doris. At caſus noſter eſt longè di-
uerſus, quia Marianus ille promiſit Palauicino
ſcutos 500. ꝓ pte dotis D. Iuliæ cōiugis Com.
Ioannis Boiardi præmittens ſupra ſe ſcire D. Ta
deam uxorem Com. Petri de Gambera eos pro
miſiſſe præter alios ſcutos 4000. promiſſos per
dictum Com. Pertum pro dote dictæ D. Iuliæ,
& ſic fuit tertius omnino, qui protulit illa verba
enunciatiua, & qui ad dotem prædictam non te
nebatur, meritò non eſt dicendum quòd ex il-
lius uerbis potuerit acquiri ius dictæ D. Iuliæ
ad dictam dotem in præiudicium huius Illuſtr.
D. Iuliæ, quæ pariter illi inſtrumento non inter
41 uenit, † cum in manu dicti Mariani non eſſet
ius alienum lædere, nec etiam directa, veraque
confeſſio alteri noceat, l. Quintus, ff. mand. l. ſi
quis in graui, §. 1. ff. ad Silla. Craue. conſi. 432.
edito pro genero ſuo, & res inter alios acta ter-
tio non nocet, l. ſi. ff. de re ind. l. ſi cui, §. ijſdem, ff.
de accuſ. l. Modeſtinus, ff. de excep. l. 1. ff. de ex-
cep. rei iud l. 2. C. de fide inſtr. ibique Tiraq. in
42 princ. dicens id eſſe regulare, † quòd ad eum a-
ctū, ex quo quis lædi poteſt, vocari debeat: alio-
qui nullum illi præiudicium afferat, l. nam ita di
uus, ff. de adop. l. de uno quoque, ff. de re iud. l.
ſi. C. ſi per vim. cum ſimil. per Abb. conſ. 68. col.
43 ſi. volum. 2. † Et cum dos in iſto caſu non repe
riatur in ſpecie priuilegiata, ſubijci debet regu-
lis iuris communis, vt mox allegatæ, res inter a-
lios acta, ſicut & quòd alteri per alterum præiu-
dicari non poteſt. c. alteri. de reg. iur. in 6. iux. de
ciſ. Dec. conſi. 5. conſi. 301. conſi. 496. conſi. 536.
& alibi ſæpe, cum ſimilibus adductis per Cagn.
in l. 1. ff de regul. iur. Soci. iun. conſi. 12. nume. 12.
uolum. 2. Sap. in rubr. ff. de iudic. Crot. in l.
in l. ſi conſtante, lect. 2. nu. 11. ff. ſol. ma. Corrad.
in l. diffamari, C. de inge. & manu. in quæſtioni-
bus, no. 112. & omnium, quos legerim, latiſſimè
firmat Tiraq. de vtro. retra. tit. de retract. lignag.
§. 1. gloſſ. 14. nu. 96. cum pluribus ſeqnētibus, vbi
citat Infinitos. & de legib. connub. in ver. expreſ.
glo. 5. nu. 93. licèt ibi ſtrictius loquatur priore lo
co dictis contentus, atque idem tradit Fernand.
Vaſqui. in tract. de ſucceſſionum reſolutione, li.
1. §. 9. nu. 61. vbi veram & communem opinl. affir
mat, & idem tenet lib. 2. §. 18. nume. 39. ſequitur
Alba conſi. 109. num. 21. Porti. Imol. conſi. 142.
nu. 30. Menoch. in 15. remedio de recuper. poſſe.
44 nume. 83. & alibi ſæpe Doctores. † Quo verò
ad ſecundum, quòd hic agatur de quantitate do
tis probanda, debet aduerti quòd Crauetta cita
tus in ſecunda parte de anti. temp. nu. 35. ad fin.
concludit contrarium: nam poſtquam dixit ꝙ
ex antiquitate temporis præſumitur mādatum,
ſi de ipſo fiat in inſtrumento mentio, concludit
durum eſſe præſumi talem qualitatem mandati,
licèt ſubſtantialis, contra tertium, meritò reſtrin-
git illam concluſionem ad caſum, quando agere
tur inter ipſas partes, inter quas eſt pronuncia-
tum, aut habentes cauſam ab eis, ergo cum talis
non ſit hæc Illuſtr. Domina Iulia, meritò quan
titas prædictæ dotis enunciatæ in dicto inſtru-
mento contra ipſam fidem facere non debet, ne
45 que ſibi præiudicare. † Et cum neque dos, ne-
que quantitas probetur, non eſt ad deciſionem
Raynerij de Forliuio recurrendum, quam & a-
ſperam nūcupat Rip. in l. admonendi. poſt Pur-
pur. nu. 188. ff. de iureiur. eam reſtringens ad iu
ramentum in litem odio doloſi, de quo caſu nō
agimus, cum non conſtet Illuſtr. D. Iuliam dolo
negaſſe, nec illę prẹſumatur, l. quotiens, §. qui do
lo, ff. de præb. Rurſus poſito quòd dictæ dotes
probarentur, aduerti debet, nam Comes Ioan-
nes reliquit in eius hæreditate debitum earum,
eique ſucceſſit Com. Io. Baptiſta, & illi Comes
frater ſuus, qui ſubinde dictæ D. Iuliæ matri ſuę
ſucceſſit, ſicut idem Com. Iulius & Hippolytus
frater D. Aldæ ſucceſſerunt, & tamen nullus ex
46 eis fecit inuentarium, † meritò creditum eorū
reſpectu dictarum dotium dicitur confuſum cū
cæteris bonis hæreditarijs dicti Com. Ioannis,
& ſubinde Com. Iulij, ſic ut nunc ſeparari non
poſſit, nec peti, ut eſt tex. & ibi glo. notab. quam
ſequuntur omnes, in l. debitori. C. de pac. qui uo
lunt ſiue ſuccedat creditor debitori, ſiue debi-
tor creditori, fiat talis confuſio non facto inuen-
tario: comprobaturq́; nam tunc demum conce
dunt dictam ſeparatione facto inuentario, ut
Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. & D. meus Rimin.
ibi, Bal. in l. ſi. §. in computationem, & Salyc. in
§. ſi verò ipſe, C. de iure delib. Caſtr. in l. quoniā
in prioribus, in ſi. C. de inoff. teſt. & Ioan. de Ar
nono cautel. 70. ergo non facto inuentario eam
denegat, l. cum prætor, ff. de iudi. & ita Dec. in
d. l. debitori, num. 5. de dote loquens ſentit poſt
Caſtr. conſi. 164. aliàs 78. niſi facti narratione,
volum. 2. Pariſ. conſi. 25. nu. 63. uolum. 2. Rui. cō
ſi. 112. nu. 19. uol. 1. Soc. iun conſi. 170. nu. 3. uol.
2. & egregiè Iaſ. de dote loquens, conſi. 28. uol. 2.
47 † Poſtremò circa prædictas dotes, quando prę
dicta non procederent, quæ tamen omnino mi-
litant, conſiderandum eſſet, quòd D. Alda teſta
mentum condidit, in quo ſuos hæredes inſtituit
Comitem Iulium & Hippolytum, parique mo-
do D. Iulia in ſuo teſtamento inſtituit hæredes
prædictos, & Com. Io. Baptiſtam, quare reſpe-
ctu dotis D. Aldæ, dimidia ſpectās ad Com. Hip
polytum diuidenda eſſet inter hanc Illuſtr. D.
Iuliam & magnificas reas eius hæredes ab inte-
ſtato.

ſtato,& in ſtirpes ei ſuccedentes,§.cum filius.ad
fi. Inſt.de hær. quæ ab inteſt.§.ſi uerò deſunctus.
in auth.de hæred ab inteſt. uc.gl.& Bar.in l.1.ff.
ſi pars.hær.pe.glo.in auth.ceſſante,C.de leg.hæ-
re.Bar.in l.2.§.hæreditas,ff.de ſuis & leg. conſi.
173.Bal.in c.1.nu.4.de ſuc.feu.in c.1. de nat. ſuc.
feu.conſi.199. ad euidentiam.q. 2. vol. 3. Signo.
conſi.93. Faber in §.cæterum.Inſt.de leg.agna.
ſuc.Alex.conſi.55.nu.5.uolum.4.conſi.29.uo.5.
Guid.Pap.q.134.Dec.in l.3.C.vnde leg. Iaſ.con
ſi.173.colum.2.uol.4.Rui.conſi.8.in fi.uol.1.con
ſi.271.nu.8.uol.2.Caſſane.conſi.47.col.7. Boer.
conſi.2.Pariſ. conſi.25. nume. 9. volum.2. Soci.
iun. conſil. 74. nume.7.conſil. 104.nume.29.
uol.1. Iulius Clarus.in §.feudum.q.75.Idemque
de dote D.Iuliæ dici debet, quo ad partē Com.
Hippolyti,ut ex ea dimidiam ferret hæc Illuſtr.
D.Iulia,& ultra totam partem Com.Io.Baptiſtę
patris ſui: meritò dictæ dotes non eſſent in to-
48 tum deducendæ ad beneficium rearum: † Nec
teſtamento quōdam dicti Com. Hippolyti niti
poſſunt, nam cum prius declaratum fuiſſet eum
eſſe mentecaptum, ſibiq́ue curator ut menteca-
pto decretus eſſet, utique teſtamentum, quod al
legatur ab eo conditum non valuit, non proba-
to quòd eius tempore eſſet ſanæ mentis, ut in ſi-
mili q.notat Card.in clem.1.de homic.col.2. ubi
dicit quòd cum ageretur ex cauſa mutui, fuit op
poſitum quòd ille furioſus erat, cui mutuum fa-
ctum fuit: ab alia uerò parte probatū fuit quòd
haberet dilucida interualla, tamen concludit ꝙ
non ſufficit probare hoc ſimpliciter,ſed probari
debet quòd eſſet ſanus mente tempore contra-
ctus,& ita dicit ſe cōſuluiſſe poſt Anc.qui ibi idē
dicit,ſicut & pulchrè Caſtr.in l.qui teſtamēto.§.
49 nec furioſus,ff.de teſta. † nam communiter, ut
ille dicit,vulgò circūferri ſolet quòd qui ſemel
incipit fatuizare,numquàm liberatur, & idē trā
dit Alex.conſi.141.col.2.uolum.1. conſi. 84. viſo
themate & dubijs, colum. 3. & ſequenti.colum.
3. uol.2.conſi.147.col.3.& 4. vol.7. nam ut ille
dicit, qui certo tēpore fuit furioſus,præſumitur
in furore perſeueraſſe ſemper,niſi contrariū do-
ceatur,ut per glo.in c.indicas.3.q.9.& in c. fi. de
ſucc.ab inteſt.quam ſequuntur Inno. Io.Andr.
Butr.& Abb.& idem Card.conſi.56.col.2. Cor.
conſi.21.vol.2.Dec.in l.furioſum,nu. 13. C.qui
teſt.fac.poſſ.& ibidem D.meus Rimi. ſub nu. 3.
uer. ſecundus caſus. latè Boer.deciſ.23.num.86.
50 † Et licèt in præfatione dicti teſtamenti conti-
neantur quædam verba prolata per Com. Hip-
polytum cum notario, quæ refert & tranſcribit
ipſe notarius, ut inde colligatur quòd tunc ipſe
Comes eſſet ſanæ mentis, vel haberet dilucida
interualla, tamen illi velut vnico teſti, non eſt
in hac parte deferendum, ſtante deliberatione,
& curatore decreto cauſa cognita, ut in terminis
51 tradit Alex. in d.conſi.147.col.4.vol.7. † Quod
etiam confirmatur, nam quādo contra aliquem
viget præſumptio iuris requiruntur probatio-
nes apertiſſimæ,talesq́ue teſtes, de quibus nō ſit
aliqua veriſimilis dubitatio, quòd debeant deie
rare, vt tradit Abb.cōnſi.11.col.2. 2. dub. vol.1.
glo.& doct.in l.tranſactione,C.de tranſ.Socin.
conſi.263.col.6.ver.2.reſpondeo, uol. 2.Iaſ.in l.
ſi extraneus.not.6. ff.de cond.ob cauſam.& in l.
ſciendū,col.5. ff.de verb.obl. Dec.cōſi.105.col.
3.cōſ.175.col.5.conſ.177.col.1. Cur.iun.cōſi.52.
52 col.3.Craue.conſi.75.nume.12. † Et quando
quis vult probare,quod lex non præſumit, tres
idonei teſtes requiruntur, uel ſaltem duo excel
lentes. Speculat. in tit.de prob.§.1.ad fi.Craue.
cōſ.129.in fi,Ceph.conſi.35.nu.13.& in ſumma
ad probandum id,cuius præſumptio eſt in oppo
ſitum, fortiores ac vrgentiores probationes re-
quiruntur,l.fi.ff.de eo quod. met.cauſa. Dec.in
l.2.nu.14.C.qui teſt.fac.poſſ.conſi.175.nu.5.con
ſi.177.col.2.conſi.438.circa princ. Ceph.conſil.
memorato,nu.12.Egid.conſi.9.nu.85. Pariſ.cō
ſi.135.col.1.uol.4. Roland. à Valle conſi.83.nu.
53 37.uol.2. † datur exemplum,quando præſum
ptio ſubeſt contra allegantem metum,quòd illū
allegās debet probare per probationes luce me-
ridiana clariores, ſicut in criminalibus, ut decla
rat Bar.in l.fi.ff.quod met.cauſa.cæteriq́ue mox
relati,& inſuper Boſſius in ſuis tracta. crimi.tit.
54 de pluribus violentiis, nu.85. †. Hinc & vide-
mus,quòd licèt aliàs quis non teneatur oſtende
re titulum ſuæ poſſeſſionis.l.cogi.C.de pet. hęr.
Deciſ.Neapol.265.nu.87.tamen quando contra
poſſidentem viget præſumptio,ſecus eſt, puta ſi
quis poſſideret iura regalia; nam cū præſumptio
iuris ſit aduerſus eum,quia regalia nullus poſſi-
dere poteſt,oſtēdere debet ius ſufficiens per pri
uilegium,aliàs ſtatim priuatur iure ſuo,vt tradit
Afflict.in c.1.§.illud.nu.32.de prohi. feud. alie.
per Feder,Rolan.à Valle conſi.90.nu.23. vol. 2.
quæ cum ita ſint,fieri non poteſt,ut probatio ſo
la notarii, non ut notarij, ſed ut ſimplicis teſtis
55 aſſertionis ea quæ dicit, ſufficere debeat: † tan-
toque minus,quia negari nō poteſt quin agatur
de laude & honore ſuo, quòd illud teſtamētum
de quo rogatus fuit valeret,& effectum ſortire-
tur,ne ad illud imprudens acceſſerit: quo ſtan-
te teſtis non dicitur idoneus,ut tradit Specul.de
teſte,§.1.ver. ſed pone. Alex. conſi. 85.col. pen.
uol.2.Abb.conſi.16.col.fi.uol.1,Cur. iun. conſi.
165.col.pen.vnde Iaſ.in l.ſanum,C.de tranſ. di-
ſputans illam concluſionem nunquid credatur
notario ponenti in teſtamento,de quo rogatur,
clauſulam,ſanus mente, ſecutusq́; communem
negatiuam,mouetur ratione prædicta, quia ne-
mo teſtis eſt idoneus in facto proprio, l. omni-
bus,C.de teſti.ſed factum dicitur propriū, quā-
do ex eo ſequi poteſt honor uel uerecundia,
ut in notario contingit de teſtamento rogato: ꝙ
enim ualeat, eius eſt laus & honor, quòd ve-
rò ſit nullum verecundia. & iſtud ius quod pre-
tendit hæc Illuſtr. Domina ſuccedendi Com.
Hippolyto patruo ſuo in ſtirpem cum aduerſa-
riis, ſine dubio comprehenſum dicitur in hoc iu
dicio, nam prius dum uiueret dictus Comes,a-
nimaduertens hæc Illuſtr. Domina illum demē-
tem eſſe,ſicq́; fuiſſe declaratum, & ei de curato-
re prouiſum,petiit in iudicio declarari ſe in bo-
nis dicti Com. Hippolyti pariter admittendam
in ſtir-

in ſtirpes cum aduerſarijs tunc citatis: nec illas
tantum dictis bonis frui poſſe, ſed illud iudiciũ
non fuit proſecuta, quia placuit excellentiſſimo
principi, ac eminentiſſimo Duci Ferrariæ com-
mittere ſuis clariſſ. Conſiliarijs, q̃ circa oẽs diffe
rentias & prætenſiones inter hãc Illuſt. D. Iuliã
Illuſtr. D. Syluiam & eius filias de Boiardis, ſe
diligẽter informẽt, & Domino referant: quare
cũ verteretur hæc differẽtia ac prætenſio Illuſt.
D. Iuliæ cum prædictis ſuper bonis Com. Hip-
polyti & in eius ſucceſſione, iam manifeſtè patet
eam quoque cum cæteris fuiſſe commiſſam di-
56 ctis Conſiliarijs. † Nunc ad tertium dubium
tranſitum facio de legitima Com. Iulij & Hippo
lyti deducenda, & in primis dico quòd cum pa-
ter eis iure inſtitutionis certam ſummam legauc
rit, quod ſufficit, ut per glo. in l. 3. §. ſed vtrum. in
verſ. patrimonium, ff. de minor. quæ paſſim dat
cautelam, quòd filius vel filia ſemper inſtituan-
tur ſaltem in duobus imperialibus, & ibi Bar. in
fi. dicit, quòd ſic obſeruat conſuetudo. Sequitur
Bal. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. vbi poſt
alios firmat Iaſ. nu. 15. vtique tantum poterant
ad ſupplementum regreſſum habere, l. omnimo-
57 do, C. de inoffi. teſt. † Sed ab hac ſupplemen-
ti petitione lapſu 30. annorum & vltra, fuerunt
excluſi. Iaſ. in l. ſi quis filiũ, nu. 5. eo. tit. Balb. in
trac. de præſcr. 3. par. 4. partis. q. 23. Rui. conſ. 26.
nu. 5. & 27. uol. 3. Alex. conſi. 28. nu. 5. vol. 1. con
ſi. 8. nu. 25. vol. 3. Boer. deciſ. 250. nu. 4. qui com-
munem teſtatur. Gozad. conſi. 80. col. 3. verſ. 5.
quæritur, & abundè Fernand. Vaſquius de ſuc-
ceſſionũ creatione, l. 1. §. 10. nu. 255. vbi plures cu
mulat. Natta conſi. 156. nu. 4. & 5. Pariſ. conſil.
32. col. 2. vol. 3. Portius Imol. lib. 3. concluſione
34. ver. amplia. 2. Secundò quantum pertinet
ad legitimam Com. Iulij, poſito quòd non eſſet
illi præſcriptum, dico quòd nequaquam dedu-
ci poteſt: moueor, nam Comes Ioannes in teſta
mento reliquit ei ducatos 10. menſtruos pro om
ni ſua legitima portione, ſibi iure naturę debita,
mandans &c. deinde in codicillis illud reli-
ctum ampliauit ad ducatos 200. computato ta-
men in eis omni eo & toto quod reliquerat in
teſtamento & occaſionibus, de quibus in eo, qđ
pro expreſſo haberi voluit, & ſic quòd illi duca-
ti 200. eſſent pro omni ſua legitima, & cum pro-
58 hibitione quid vltra petendi: † poſtea illo mor
tuo Com. Iulius approbauit cum iuramento vo
luntatem patris; quæ quidem approbatio poſi-
to quòd eſſet generalis, & aliàs non ſufficeret-
ſed requireretur ſpecialis, l. ſi quando, §. & gen
raliter, C. de inoff. teſt. tamẽ hic ſufficere debet,
ex quo de legitima vel eius ſupplemento nõ pe-
tendo cauit teſtator, vt habetur in d. l. ſi quãdo,
§. illud. verſ. ſed hoc ita. tex. enim in d. §. & gene-
raliter. procedit quando teſtator quid ſimplici-
ter reliquit, & de legitima vel eius ſupplemen-
to nil dixit, aliàs ſecus: & ita declarat Pariſ. cõ-
ſi. 9. uol. 3. Secundò reſpondetur quòd d. renun-
ciatio licèt generalis cum iuramento valet, & ha
bet uim ſpecialis, ad tollẽdum legitimam, ſic ut
peti non poſſit, ut tenet Bal. in d. l. ſi quando, §.
Illud. Sal. & Caſtr. in d. §. & generaliter. Alex. cõ
ſi. 181. vol. 5. Dec. conſi. 26. col. 2. conſi. 89. col. pe
nul. Rube. conſi. 43. col. fi. Rip. lib. 1. reſpon. cap.
6. colum. fi. Soc. iu. conſi. 50. vol. 2. & communẽ
teſtatur Tiraquel. in l. ſi vnquam. in præfati. nu-
me. 144. C. de reuo. don. & in tract. de iure primi
ge. q. 55. nu. 2. & 3. Didac. Couuar. in c. quãuis.
3. par. §. 3. nu. 3. de pact. in 6. Pariſ. conſi. 72. nu.
18. vol. 1. conſi. 49. vol. 3. Dec. conſ. 385. nu. 4. con
ſi. 404. nume. 10. conſi. 432. num. 25. Gozad. con
ſi. 87. nu. 13. Rol. à Valle conſi. 70. num. 40. vol. 2.
59 † Quin immo plus ego dico, quòd approbatio
ſpecialis interuenit, cũ Com. Iulius ſe retulerit
ad vltimam voluntatem patris de ducatis 200. ſi
bi relictis modo & forma quibus in ea, & de il-
lis ceſſionem fecerit Com. Hippolyto fratri ſuo,
prout & eo modo quo conſequebatur eos: cum
enim relatio facta fuerit per Com. Iulium ad vl
timam voluntatem patris, vbi de legitima nõ pe
tenda dicebatur, videtur acceptatio dicti relicti
ducatorum 200. facta cum ſuo onere non peten
di legitimam, & cum dicta qualitate legitimæ à
patre prohibitæ, quia cũ omnibus qualitatibus
videtur facta relatio. Bar. in l. 1. §. fi. ff. ſi fam. fur.
& quia acceptando legatum uidetur in conſe-
quentiam renunciaſſe legitimæ à patre prohibi
tæ, ſecundum illius ordinationem: ita ſignãter
& in terminis tradit Dec. conſi. 687. & Rui. con-
ſi. 56. nu. 9. uerſ. ſecundus caſus. vol. 2. quo nihil
melius adduci poſſet: nec ambigi debet accepta
tionem pecuniæ loco legitimæ relictę factam no
cere filio ut tradit Picus in l. in quartam, nu.
60 183. & poſt eũ Rip. nu. 121. ff. ad leg. Falc. † Idẽ
quoque dico reſpectu legitimæ Com. Hippoly
ti, nam poſt ceſſionem ſibi factam per Com. Iu-
lium de ſuis duc. 200. & relictum eorum ſibi fa-
ctum per Com. Io. Baptiſtam in eius teſtamento
condito de anno 1518. ab eo tempore citra dum
uixit ipſe Com. Hippolytus & ſanæ mentis fuit,
pacificè conſecutus fuit dictas pecunias, nec vm
quam legitimam, vel eius ſupplementum petiit:
igitur per lapſum 30. annorum priuſquam deceſ
ſerit, præſumitur ſpecialiter, & ſolenniter appro
baſſe uoluntatem paternam, & dictæ legitimæ
61 renunciaſſe, iuxt. d. §. & generaliter. in fi. † quia
ex curſu tanti temporis, quælibet ſolennitas ex-
trinſeca præſumitur interueniſſe, licèt aliter nõ
appareat, uel non probetur. c. peruenit. & ibi
not. Butr. & Abb. de emp. & uend. Anch. conſi.
135. ex conſiliis Alex. conſi. 79. 2. dub. uol. 1. cũ
ſimilibus per Dec. conſi. 36. 5. col. conſi. 409. in
prin. Gozad. conſi. 11. nu. 11. D. meus Rimi. cõſi.
16. nu. 12. conſi. 343. conſi. 528. nu. 47. Fel. in c. ſi-
cut, nu. 30. de re iudi. prædictis accedit quòd cũ
dicti fratres tot annis & reiteratis uicibus acce-
ptauerint dictum legatum, talis geminatio red-
dere debet magis efficacem renunciationem le-
gitimæ ſiue ſupplementi, dato quòd non fuiſſet
ſpecialis, iux. l. ſi mulier. & auth. ſiue à me. cum
ibi not. C. ad Velle. nam uim habet ſpecialis ex-
preſſionis ut per Cur. conſi. 48. nu. 31. ver. quia
in caſu. conſi. 49. col. 2. verſ. imponendo. poſt A-
lex. in l. 3. in prin. ff. quod quiſ. iur. volentem li-
teras

teras geminatas importare vim motus proprij,
licèt talis clauſula ſit exprimenda ſpecialiter. c.
ſi motu proprio. de præb.in 6.l.1.vbi Bar. C.de
pet.bon.ſub.lib.10.Bal.in l.nec damnoſa, C. de
prec.imper.offer. facit etiam quod tradit Soc. in
l.cum filio,col.9.ver.ad primum, & poſt eũ Rui.
dicentes in illo caſu ſatis conſtare de ſpeciali ac
expreſſa voluntate,quãdo illa habetur per actũ
62 geminatum. † Præterea Com.Iulius extitit hę-
res ex teſtamento Com.Io Baptiſtæ, in eius bo
nis velut à patre profectis aderat aſſertum credi
tum dictæ legitimæ competentis ipſi Com. Iu-
lio, & ipſe adiuit hæreditatem non confecto in-
uentario,meritò cõfuſæ ſunt actiones ad eã ſepa
rãdam à cæteris bonis,iux. tex.ĩ d.l.debitori,C.
de pac.nec amplius ſpecialius deduci põt:quare
nimis anxiæ videntur aduerſariæ tẽtantes exclu
dere hanc Illuſtr. Dominam Iuliam à legitima
ſua in bonis paternis, ut ipſæ conſequantur bo-
na patrui, quia prima cauſa ſucceſſionis eſt filio-
63 rum,§.ſui. Inſt.de hæred.qual.& differ. † Etex
his infertur non eſſe neceſſariũ diſputare de quã
titate legitimæ propter numerum trium filiorũ
& duarum fœminarum,ſi reſpectu filiorum legi
tima non eſt deducenda quoquo modo. Sed vt
nihil intactum remaneat, & omnibus dubiis pro
poſitis plenè ſatisfiat;dico frequentiorem ac ve-
riorem eſſe Doctorum ſententiam, ne filiæ ſta-
tuto excluſæ partem in legitima faciant, ſed eas
pro mortuis haberi; & earum dotes æris alieni
64 loco de patrimonio deducendas eſſe: † idque
primo ratione probatur, nã legitima filiabus ex
cluſis ab inteſtato per ſtatutum, non debetur, cũ
ſit illius portio, quod ab inteſtato debetur. Cu-
ma.conſi.133. Caſtr.conſi.96. vol.2.Capr.conſ.
165.Soc.conſi.146.col.5.vol.2.Cur.conſi.18.cõ
ſi.35.nu.33.Dec.in l.2. nu.3.ff.ſi cert.pet. conſi.
26.col.1.conſi.276.col.2.conſi.299.col 1.conſil.
505.col.ſi conſi.525.nu.4.Craue.conſi.11.nu.13.
Rui.conſi.97.in ſi.uol.1.conſi.17.nu.5. conſi. 12.
nu.9.vol.2.conſi.12.nu.;4.conſi.51.nu.11. uol.
3.conſi.41.nume 5.vol.5.Gallia.in l.Centurio,
nu.231. ff.de vulg. Socin.iun.conſi.124. num.11.
vol.2.conſi.61. nu.24. uol.3. Alba conſi.23.nu.1.
Natta conſi. 308.nu.4.Crot.conſi.120.nu.5. er-
go ſi excluduntur filiæ, partem in legitima face
65 re non poſſunt. † Nec dicatur filias pro nõ ex-
cluſis haberi, quantum pertinet ad commodum
filiorum: id enim tolerari poſſet, quando non
redundaret in præiudicium tertij, aliàs ſecus, ut
hic, ubi de præiudicio Illuſtr. D. Iuliæ tractatur:
nam priuilegium in alienam iniuriam verti nõ
debet, l.item Labeo,§.1.in ſi.ff.fam. erc.l. Impe
ratores, ff.de ſer.ruſt.præd.l.impuberi, ff.de ad-
mi.tut.l.cum filius.in ſi.ff. de mil. teſtamento.l.
ex facto.cum ibi not.ff.de vulg.& pup.l.2.§.me-
ritò, ff.ne qd in loco pub.l.nec auus, C. de emã.
66 lib. † Secundò reſpondetur obiecto, quòd fa-
uor maſculorum conſideratus fuit à ſtatuto ad
excluſionem filiarum, meritò trahi non debet
ad faciendam partem, per quam ſequeretur ea-
rũ incluſio, licèt maſculis proficua: quia de in-
cluſione filiarum non eſt in ſtatuto cogitatum.
Vnde remanet hic caſus, ut omiſſus in diſpoſitio
ne iuris cõis, l.commodiſſimè, ff.de lib. & poſth.
l.ſi extraneus, ff.de cond. ob cauſam. l.ſi cum
dotem. in princ.ff. ſol.mat.l. quicquid aſtringẽ
67 dæ, ff. de verb. oblig. † tantoque magis quòd
abſurdum uidetur effectum incluſionis per ex-
cluſionem induci, l.fuit quæſtionis, ff.de acquir.
hære.l.legata inutiliter, ff.de leg.1. l. cum tale, §.
ſi.ff.de cond.& demonſt.l.2.§.ſi. C. de iur. cal.
ibi, & aliquid eueniat propoſito noſtro contra-
68 rium. † Tertiò reſpondetur ad excluſionẽ iu-
ris vniuerſalis ſtatutum pertinere, quòd filiam
ſummouet ab hæreditate parentis, quæ conſiſtit
in iure vniuerſali, l. hæreditas, ff. de pet.hær.l. ni
hil aliud. ff.de uerb.ſignifi.§.fin. Inſtit. per quas
per ius nob.acqui.& de lega.in prin. meritò tra-
hi non debet hæc excluſio ad computationem
legitimę, & ad eam amplificãdam beneficio ma
ſculorũ, cum in legitima de iure particulari tra
ctetur, veluti de quota bonorum ære alieno de-
ducto, l. Papinianus,§.quarta, ff de inoff.teſta.
69 † Quartò quoquomodo reſponderi poteſt, pri
uilegia quæ ſpecialia nuncupamus multiplican-
da non eſſe.l.ius ſingulare, l. quod verò, ff.de le-
gi.l.denique, ff.ex quib.cauſ.ma.l.cum poſt,§.ge
ner.ff.de iure do.l mulieri & Titio, ff.de cond.&
dem.l.ſi quis rem,§.ſi. ff.de pollicita.iunc.l.ſi. C.
de ſacroſan.eccl.l.1. C.de dot.prom.l.ſi quando,
in prin. C.de inoffi.teſtam.Bart. quæſtione 1.Lu
canæ ciuitatis, in ſi.argumentorum, primæ par
Bal.in l.ſi.nu.4.& ibi Iaſ.col.7.limit.5.ff.de cõſt.
70 prin. † Vnde Bal.in l.1 in ſi.C.quando lic. ab
emp.diſce.& in d.l.1.C.de dot.prom.dixit ea pri
uilegia ſeu reſcripta inutilia cenſeri debere, qui
bus in ſitũ ius ſpeciale duplex inueniretur. at
hic duplex priuilegium concurreret, primum q
vbi filię per ſtatutum excluſæ plus in legitima iu
ris eſſet, quàm in dote ſibi relicta, maſculis accre
ſceret, alterum quòd ea partem in legitima face
ret, cui legitima non debetur, ſtãte ſtatuti exclu-
ſione: meritò ne tot ſpecialia concurrant, cum
71 filiis computari non debet. † Hactenus patet
hanc opi. negatiuam pulcherrimis rationibus eſ
ſe ſuffultam, ſed & infinitis propemodũ Docto-
rum ſuffragiis fulget: nam Bal. eam tenet, & An
gel.& Fulg. in l.Papini.§.vnde ſi quis, ff. de inof.
teſt.Bal.conſi.61. Ser Lippus, nu.4.uol.1.Cuma.
conſi.35. ſtante ſtatuto. Caſtr.in l. planè,§.ſi duo
bus, nu.8. ff.de leg.1.& poſt eum Aret. colum.5.
verſ.adde principaliter. qui eam receptam dicit
Caſtr.cõſ. 445.circa primũ quæſitũ, uol.2. Ang.
in auth. nouiſſima, C.de inoff.teſt.in conſi. 105.
in ſi.& conſi. 300.Fulg.conſi.16.Cuma. in l. hu-
iuſmodi,§.ſi Titio, ff.de leg.1.Guid Pap. conſil.
158. Alex.conſi.30.in ſin. vol.4.conſi.36. nume.
6.vol.7. Idemque ſentit conſi.22.col.4.ver.& ſic
ſi filia, vol.5. idemq; tenet Are.conſi.19.in t.du-
bio. Soc.conſi.150.nu.19.uol.1.cõſi.288.nu.26.
uolum.2.conſi.82.colum.fin.uolum.4. Cor. con
ſi.7.col.4. uerſi.Nec inſuper, conſi.48.in ſi.uol.
2.conſi.199.conſ.290.col.2.uolum.3. & à colle-
gio Patauino ſic conſultum fuiſſe Corn. & Soci.
teſtantur. huicque ſententiæ ſubſcribit Dec.cõ-
ſi.296.

ſi.296.col.fi.conſi.299 nu.1.conſi.303.in fi.& cõſi.383.nu.5.Rui.conſ.17.nu.6.cõſ.52.nu.10.uol.2.conſ.11.nu.35.conſ.84.nu.6.vol.3.cõſ.152.nu.5.vol.5.Crot.in l.re coniuncti,nu.131.ff.de leg.3.Rub.conſ.156.col.2.& 3.Soc.iun.conſ.25.nu.13.vol.1.vbi teſtatur hãc opinionẽ & veriorẽ & magis receptam.ſicut & Rol.à Vall.conſ.25.nu.7.uol.1.ibiq; refert Brunum in trac. ꝙ ſtantibus maſculis.art.13.quæſt.3.qui ſecundum eam iudicatum ſępius fuiſſe teſtatur,& infinitos allegat nu.32.cũ ſequenti poſt aliorum opiniones ab eo relatas: ex quibus apparet lõgè plures eſſe tenẽtes hanc partẽ citatis in dubijs, eamq; tenendã eſſe,cũ vſu ſeruetur,vt inquit Pariſ.conſ.55.col.3.vol.3.& infinitos allegat ille Porti.Imol.lib.3.concluſionum ſuarũ c.5.demumq; Boſſi.in trac.ſuis crimi.tit.de bono.publi. nu.3. poſt relatas opi.reſidet in iſta,poſt Soc.in ſuo conſi. poſt tit.ff.de excep.dicentẽ ꝙ hæc opi.pluribus auctoritatibus eſt munita,& ꝙ ita fuit obſeruatum in ſo

72 natu Mediolani,† meritò à practica & cõi obſeruantia nõ eſt recedendũ,ſecundũ Bal.in l. illud, ff.de excuſ.tut. Alex.conſ.17.nu.7.vol.1.Iaſ.in l.rem quæ nobis,ff. de acq.poſſ.not.1.Dec. cõſ.2.col.7.Crau.cõſi.91.nu.7.Rol.à Valle conſ.2.nu.8.vol.2.ſubdens ꝙ affert magnã vtilitatẽ, cũ vi-

73 deat rerũ magiſtra.c.quã ſit.de ele.in 6.† Quin etiã ceſſat oĩs difficultas ſtante ſtatuto de bon.in grc.mon. quo filiæ Comitis Ioãnis ingreſſæ monaſteriũ redduntur incapaces,& ob id cũ ꝓ mortuis habeantur,nõ ſunt connumerãdæ in numero filiorum maſculorum ad augendã eorũ legitimã,ut per Ang.cõſ.105.ſtatuto cauetur.in fi.Iaſ.in auth.nouiſſima,nu.47.C.de inoff.teſt.& ibidẽ Fabi.de Ghioc.nume.211.Boer.deciſ.104.nu.5.

74 † Nec ab hac opi.recedi debet,ex eo quod ſubijcitur in dubijs eã locũ non habere, quando filia fuit inſtituta in re certa,ꝑ Doct.in dubiis allegatos:namq; Imola,q citatur ĩ d.§.& quid ſi tm̃.de hoc nõ loquĩt.Alc.verò contrariũ dicit,& Aret. de hac q.mentionẽ nõ facit:& ex Soc. patet hãc opi.crebriorẽ eſſe,quam & Rui.ibidem probat, nu.17.Anc.conſ.428.ſuper caſu nuper. Ang.de Vbald.inter conſilia Baldi, cõſ.465.ſtatuto ciuitatis Mantuæ.vol.3.Cor.conſ.116.col.1.in fi.uol.3.Cur.conſ.80.col.pe.Iaſ.conſ.221.col.6.vol.2.Rui.conſ.27.conſ.41.nu.8.conſ.56.nu.3.uol.3.

75 † Idemq; cũ hæredes inſtituũtur agnati,ꝑ quos excluditur filia,tenet Caſtr.cõſ.196.in pũcto q̃ritur,col.2.conſ.362.ſi ſtatutũ.in fi.vol.1. Dec. cõſ.505.nec diſtinguũt Doct.memorati,nũquid filiæ dotatæ ſint ex teſtõ,ſicq; uocatæ uel nõ.Immo de vocatis in ſpecie tradit Bal. in d.conſ.61.nu.4.uol.1.Ang.conſ.300. punctus talis eſt. Cuma.conſ.35.Alc.conſi.36.nu.6.uol.7.Soc.conſi.150.nu.18.ver.poſtremò hæc concluſio.uol.1.& conſ.288.nu.16.vol.2.ſicut & conſ.82.col.fi.uol.4.pariq; mõ Cor.conſ.199.col.2.& conſ.290.co.2.uer.probari ẽt vr̃.uol. 3.demumq; Rui.conſi.

76 17.nu.6.vol.2. † Demũ non omitto ꝙ Doctores ĩ dubiis citati retorqueri poſſunt aduerſus reas, nã loquuntur vt filiæ ſupplemẽtũ legitimæ conſequantur,& faciant partẽ ad comodũ ſuũ, non autẽ ut legitimã filiorũ impinguent aut augeãt, ut ex Soc.& Pariſio bene colligitur: ſed ut iã dixi uanum fuit de legitima vel ſimplici uel aucta ꝓpter filias dubitare, cũ nullo modò debeatur, nec in præſenti cõtrouerſia deduci poſſit. Nunc ad ſcutos ſex mille trãſitum facio,de q̃bus dr̃ in dubiis,hanc Illuſtr. Dominã fuiſſe cõpetẽter dotatã: ꝗ concluſio fit ꝓſuppoſitis deductionib. dictarũ dotium & legitimarũ,quia ſic bona Com.Io.Baptiſtæ debiliora remanerent: ſed ceſſantibus illis deductionibus, ceſſat ẽt dicta cõcluſio. Quinimmo plus dico,ꝙ illi ſcuti ſex mille nõ debent in dotẽ huius Illuſt. Dominæ cõputari, nã q̃d attinet ad ſcutos 2000.ſibi relictos à patre,cõſiderandũ eſt ꝙ Illuſt.D.Tadea mater ſua in inſtrumento compoſitionis emanatæ cũ Com.Io.Baptiſta uiro ſuo & huius Illuſtr.Dñæ genitore, relaxauerat in manib. d.Com.ducatos 2100.pro

77 dote filiæ cõis: † igitur dictus pater habens in manibus hanc pecuniã deſtinatã in dotem filiæ tantundẽ,uel minus ducatis 100.ei relinquens, cenſetur in dubio eã ſibi reliquiſſe aĩo compenſandi in illo debito neceſſario,quo tenebatur filiæ ex dicto contractu: caſus eſt in l.ſi cũ dotẽ,§.ſi pater,& ibi Bar.Bal.Caſt.Ale.& oẽs.ff.ſol.ma. ubi ſummẽtes illũ tex.dicunt,ꝙ ſi pr̃ ſine uoluntate filiæ dotẽ exegit,eã hæredẽ inſtituendo,uel eidem legando,cenſetur feciſſe aĩo compenſandi cum dote exacta.

78 † Et hoc ẽt confirmatur,nã cum pater teneretur ex dicta compoſitione dare dictas pecunias,quas ab uxore receperat,legatũ non ſibi,ſed primæ cauſæ debet aſcribi, & ſic ꝙ ut de pecunijs matris legauerit,ut ꝑ Bal.in l. nouiſſimè,ff.quod fal.tut.vbi dicit ꝙ quando quis facit actum ad quẽ tenebatur,nõ attribuitur uoluntati facientis,ſed neceſſitati ꝓcedentis obligationis.ſequitur Dec.cõſ.22.col.1.Tiraq.abundè in l.boues,§.hoc ſermone.lim.9.nu.12.ff.de uer.ſig.D.meus Rimi.in l.ſi q̃s maior.in princ.C.de

79 tranſ.† Et licèt ẽt teneretur pr̃ de ſuo dotare filiã,l.q̃ liberos,ff.de rit.nup.tamen q̃a id nõ erat iure actionis,ſed officio iudicis implorato,quod nullam ꝓſupponit obligationẽ,l.qui ꝑ colluſionẽ,ff.de act. emp.& declarat egregiè Corraſ.in d.l.qui liberos,nu.521.dicẽs eſſe cõmu.iure vero actionis tenebatur ex cõtractu compoſitionis & ſtipulationis in eã cõtẽtæ,ad eã dotandã de pecunijs maternis pẽnes eũ relaxatis ab uxore; ſequitur ꝙ eius diſpoſitio in teſtõ ſuo,ubi iure inſtitutionis reliquit illos ducatos 2000. filiæ ſuæ, debet interpretari ut trahaĩ ad caſum magis neceſſariũ,ut tradit Bal.conſ.35. pr̃ filio.col.2.uol.2.ꝑ tex.in l.1.§.q̃d ergo,ff.de ventr.inſpi.& in l.Labeo.ff.de Carb.ed.ſeq̄tur Cra.cõſ.149.n.12.cõſ.201.n.10.cõſ.272.nu.4.cõſ.297.in fi.cõſ.301.nu.6.cõſ.304.nũ.5.& cõnſ.308.in fi.& ſic ad neceſſitatẽ iure actionis impoſitã de bonis maternis,non autem ad aliam officii iudicis de bonis propriis,non ita neceſſariam, nec tantiſper efficacem,nec vrgẽtem.

80 † Et ex prædictis (meo iudicio) ceſſat text.in l. fin. C.de dot. pro. citatus in dubiis: nam loquitur quando filia habebat quidẽ bona materna,nõ tamen ea deputata fue

rant in dotem filiæ,nec deſtinata pro dote filiæ,
ſed qñ penes patrem dos erat filiæ,prout in caſu
noſtro , tunc procedit tex.in d.l.ſi cum dotē,§.ſi
pater,ff.ſol.mat.ꝙ pater in dubio legando filiæ,
vel eā inſtituendo,videatur animo compenſan-
di feciſſe cū dote filiæ,quam penes ſe retinebat,
non autem de ſuo proprio voluiſſe eam dotare,
81 & ſic in diuerſis terminis ꝓcedūt illa iura.† Sed
& ex alio nō procedit ille tex.in caſu noſtro,quo
niam quando pater huius Illuſtr. Dominæ ſibi
reliquit ducatos 2000.proteſtatus eſt ſe id face-
re pro oī iure debito filiæ ſuæ in bonis paternis,
quod nihil aliud ſignificare volebat, quā pecu-
nias ꝑdictas ſibi relictas à mr̄e dictæ Dn̄æ pro
ea dotāda ,virtute quarū ipſa ius hēbat in bonis
paternis:deinde dictæ ꝓteſtationi conſenſit hoc
Illuſtr. Domina quādo in inſtrumēto renuncia
tionis factæ Com.Iulio patruo ſuo relictum pa
tris approbauit: unde ſicut ipſa nō poſſet tali cō
ſenſui cōtrauenire,& dicere ſibi cōſtitutā fuiſſe
dotem de bonis paternis,& ad limitationē dictæ
leg.ſi.tradit Iaſ.ī §.fuerat Inſt.de act.nu.106.ver
ſi.ego adduco.& clarius Craue.conſi. 84. nu.6.
fortius & tanto minus hoc alij dicere poſſunt,vt
82 faciunt aduerſariæ.† Minus quoque me turbat
doctrina Bar.in d.l.vt iuriſiurandi , §. ſi liberi.in
fi.ff.de oper.lib. cum ſimil.de quibus in dubiis ,
quibus ſuadetur bona materna peti poſſe : nam
Bar.& ſequaces loquuntur quando legato filiæ
dato iuſſa fuit plus aliquid non petere in bonis
teſtatoris: quæ verba reſtringi poſſunt , ne ad
bona materna trahantur : cū bona dicantur ære
alieno deducto,l.bonorum l.ſubſignatum,§.bo-
na,ff.de uerb.ſign.cuius appellatione venit dos
materna,l.prætor,§.emancipati,ff.de coll. bon.
at hanc reſtrictionē verba,de quibus agitur , nō
patiuntur, cum Illuſtr.D, Iulia prohibita fuerit
nihil vltra petere tam iure debitæ hæreditatis &
83 legitimę,& iure naturæ, † quàm etiam alio iure
ſibi debito in bonis paternis.quæ poſteriora uer
ba redderētur mutilia ac ſuperuacanea,ſi ad bo
na materna non referrentur, meritò bona ma-
terna complectūtur: ſicq; tenet in ſpecie Capra
conſi.62.nume.3.Rui.conſi.33.num.9.conſi.79,
nu.8.vol.2. Marſ.in rubr.ff.de fideiuſſ. nu. 134.
Natta conſi.460.nu.14.Caſtr.conſ.193.col.pen.
vol.2.quem ſequitur in auth.præterea,col.8.C.
vnd.vir.& vxor.& conſ. 425. col. 4. ver. immo
quod eſt plus,quare concludēdo ſequitur vt bo-
nis maternis in relicto ducatorū 2000.compre-
henſis,cū nedū totidē eſſent bona materna , ſed
in ducatis 100.relictum excederent,hanc Illuſt.
Dominā per illud relictum nihil de bonis pater
nis fuiſſe conſecutā,meritò illud computari non
poſſe in dotē ſibi de iure debitam in bonis pater
84 nis. † nā tunc demū ſtatutum excludit filiā com
petenter dotatā,quando dotata fuit in bonis pa
ternis,nō āt maternis,uel aliunde, prout ſcribit
Bal.in l.matre,ꝓ filia,C.de iure dot.Iaſ.in l.quo
niā nouella,nu.8.C.de inoff.teſt.Brun.in trac.ꝙ
ſtāt.maſc.6.art.princ.q.10.nu.235.& licèt Com.
Io.Baptiſta videatur voluiſſe relinquere filię du
catos illos 2000.etiā de bonis proprijs,dicendo
pro omni eo,& toto quod ipſi D. Iuliæ debetur
iure hæreditatis,legitimæ,& iure naturę,tamen
quoniā ſumma ducatorum 2000. relictorū non
excedit ei relaxatam per vxorem , ſed minor
eſt ducatis 100.ſequitur ꝙ bona materna abſor-
bent totam ſummam relictam,nihilque ſupereſt
in relicto quod cedere poſſit ad computum bo-
85 norum paternorum, † meritò potius eſt tolerā-
dum ꝙ illa verba nihil operentur,quā ꝙ operen
tur id, quod diſponere non poſſunt,vt in alio ca
ſu ſic arguit Capra conſil. 122, nu. 12. vnde tan-
tum abeſt,vt ex dictis duca. 2000. relictis per pa
trem huic Illuſtriſſ. Dominæ quicquam dici poſ
ſit ei relictum de bonis paternis,quòd immo ve-
rius eſt concludendum ſummam prędictam fuiſ
ſe illam conſecutam ex bonis maternis , & ultra
de ducatis 100.creditricē remanere, meritò ſum
mam prædictam ſibi non eſſe computādā in do
86 tē ſuā . † Idē plane dici debet de ducatis 4000.
datis à Comitiſſa Cambera non computādis in
dotem huic Illuſtr. Dominæ : moueor in primis,
conſiderando primum capitulum, vbi dicta Co
mitiſſa promiſit dare pro dote & noīe dotis Il-
luſtr.D. Iulio viro ſuo dictas pecunias : ergo cō
templatione dictæ Dominæ datum vr̄.l.auus,ff.
de iure dot.& poſt gl. declarat Bar.in l.dedit do
tem,ff.de collat.bo.ſequitur Dec.conſi.82.nu.5.
& illa dictio pro,denotat cauſam finalem.l. dn̄s
Sticho, ff. de pec. leg. Alber.in Dictionar. ſuo.
87 † tantoque magis ꝙ dicta Comitiſſa non tene-
batur hanc Illuſtr. Dominā dotare,velut ſoror
auiæ ſuæ,ut per Alex.in l.qui in aliena,§. inter-
dum,ff.de acq.hær.poſt Ang.conſi.76. quod eſt
in meo libro 78.& incipit; Io.Philippi. vbi conſi
derat officium ſeu debitum , qđ incūbebat auo
dotandi neptem filij,nam vr̄ in dubio relictū ab
eo aīo conpēſandi in debitum neceſſariū, & ab
illo ſuum filium & ſe per conſequens liberandi:
ſentit ergo ſecus à contrario ſenſu,quando auus
reliquiſſet nepti quid, ad quod non tenebatur :
tunc.n.non eſſet profecticium,ut in ſuperiore ca
ſu,ſed aduētitiū,nec eius contēplatione diceret
datum ſed neptis : & ita quoq; firmant glo.Bar.
& cęteri.in l.quæſitum,ff.de leg.1.Alc.conſ.199.
nu.7.vol.2.conſ.8.nu.7.vol.3.conſ.89.nu.6.uol.
4.conſ.138.nu.2.conſ.179.nu. 5.uol.5.Cra.conſ.
219.nu.1.Picus in l.in quartā,nu.245.& ibi cla-
rius Berengarius in ult. parte,nu.66.ff.ad l.Fal.
88 Alc.in tract.de ꝑſump.reg.17.ꝑſum.1. † Confir
matꝰ adhuc ex 1.cap.ubi dicta Comitiſſa ꝓmittit
ſoluere viro huius Illuſt.Dn̄ę ꝓ dote dictę Do-
minæ,ergo illius contēplatione: caſus eſt in l.fi-
deicomiſſa.§.interdum,ff. de leg.3. ubi ſi grauetꝰ
hæres,ut publicano pro Titio præſtet legatum,
non publicanus petet,licèt ei ſit aſcriptum, ſed
Titius pro quo relictum eſt,& ſic contēplatione
Titij dr̄ relictum,cū dictum fuerit ꝙ hæres pro
Titio præſtet , & ita ſignanter ponit exemplum
Bero.conſi. 28,nume.34.uol.2.dicens ꝙ ſi ſcri-
ptum fuerit lego 4000 . Franciſco , & Petro
pro Alexandro dicitur,factum legatum cōtem-
89 platione Alexandri. † Cōprobatur,quia dr̄ in
eodē capitulo, ꝙ promittit Comitiſſa ſoluere vi

ro ſuo

ro ſuo p dnte D. Iuliæ, ergo cũ ſolutio fieri deberet huic Dñæ, ſeu p ea uiro ſuo, ipſi D. Iuliæ, non aũt Com. Iulio dr ius quæſitũ: nec dicitur cõtemplatione dicti Comitis promiſſum, l. ſi uſu fructus, §. ſi ita, ff. q uã. dies leg. ced. tradit Ale. in l. ſi. C. de vſufr. ſequitur Bero. in d. cõſ. 8. nu. 39.
90 † Quinimmo præter verba dicti capituli concurrunt plures cõiecturæ, quibus perſuaderi pt q contẽplatione huius Illuſt. D. datũ dicatur, ut per Ang. in l. in quartã. & poſt eũ Alci. nu. 17. ff. ad l. Fal. conſ. 30. viſo teſtamẽto, uol. 4. cõſ. 179. col. 2. vol. 5. quibus in locis hoc elicitũ ex couie cturis, quando liquidè non conſtat. prima eſt cõ iectura, quia Comitiſſa Gambera nõ tenebatur
91 id facere, ut ſupra deduxi. † Secũda q a recepe rat infinita beneficia ab hac Illuſtr. Domina per plures & multos annos in ſuis infirmitatibus, & eam velut filiã amabat, & charã tenebat, ut teſtes deponunt. vnde colligitur euidens indiciũ q vo luerit eam dotare ſimul cũ Com. Iulio, dando ſi bi ducatos 4000. præter duos ſibi debitos per Com. Iulium, ut inquit Soc. conſ. 291. col. 7. uer.
92 2. dum in literis, uol. 2. † & contẽplatione dictæ Illuſtr. Dominæ Iuliæ dediſſe uidetur, non aũt Com. Iulij, ut per Bar. in l. ſed ſi plures. §. in arro garo, nu. 3. ver. ſecus ergo, ff de vul. & pup. ſubſt. quo loco ſubdit donata ſponſæ à conſanguineis ſponſæ, cęteri donata contẽplatione ſponſæ, nõ autem ſponſi ob maiorem dilectionẽ ſponſæ, ſequuntur. Alex. & Iaſ. ibi: idemque tenet Butr. cõſ. 3. 2. dub. & Rol. à Valle conſ. 10. nu. 10 uol.
93 1. † Tertia coniectura erat, quia dicta Comitiſſa erat conſanguinea Illuſtr. D. Iuliæ uelut ſoror auiæ ſuæ, quæ ratio conſanguinitatis arguit donationem illi factã fuiſſe, ut idẽ Soc. ponit in d. conſ. 291. col. 8. vol. 2. & licèt etiam conſanguini tas concurreret in Com. Iulio, tamẽ in D. Iulia præter conſanguinitatem concurrebat amicitia contracta ex conuerſatione longi temporis, ſeruitia recepta, & id genus, quæ præponderabant ſimplici uinculo conſanguinitatis cum Com. Iu lio. auth. itaq;. C. cõia de ſucc. §. ſed hodie. Inſt. de adop. cũ ſim. Quarta accedit cõiectura q a di cta Comitiſſa pluries dixerat ante, q volebat hãc Illuſtr. Dominã matrimonio copulare & do tare, & ob id ſæpius eã negauit concedere Illuſt. D. Tadeæ matri ſuę volenti eam abducere, quia nolebat, vt dicebat dicta Comitiſſa, q hęc Illuſt. D. Iulia perdidiſſet ſeruitutẽ ſuam, ſuosq; labores deploraret, ut plures teſtes deponunt. ergo colligitur inde q promiſit ei dictam dotem eius contẽplatione non autem Com. Iulij, uel alterius perſonæ: quia præcedẽtia declarant ſequẽ tia. l. ſi ſeruus pluriũ. in ſi. ff. de leg. 1. & hic actus ſequens promiſſionis factus intelligitur in executione tractatus pęcedentis, l. 4. §. unde quæri poterit, ff. de manu. l. qui in aliena. §. ſi is qui putabat, ff. de acqui. hæ. Alci. in tract. de præſump. reg. 2. præſum. 1. prout & traditio præſumitur facta ex titulo præamb. l. 1. §. 1. ff. de excep. rei iu dic. l. 2. C. de acqui. poſ. Soc. conſ. 15. uol 4. Cra uc. conſi. 171. nu. 12. & ſi titulus fuiſſet inutilis & nullus Cur. iun. conſ. 168. nu. 3. Cepb. conſ. 85. nu. 21. cum à primordio tituli poſterior formetur euentus, l. 1. C. de impo. lucr. deſ. lib. 10. Nat-
94 ta conſ. 443. nu. 5. conſ. 446. nu. 10. † Quinta cõ iectura eſt, q Com. Iulius in capitulis, & mandato promiſit una cum dicta Comitiſſa obligando ſe principaliter & inſolidum dare dictas pecunias pro dote huius Illuſtr. Dominæ, & ſic egit Comes Iulius de minuendo patrimonium ſuũ: ergo præſumi nõ poteſt per dictam Comitiſſam datum prius dicto Comiti, & per eum nepti ſuę, quia induta ad diminutionem, non debeut operari augumentum, l. legata inutiliter. ff. de adi.
95 leg. & ibi Bar. † Sexta ſuccedit coniectura, quia actus agentiũ nõ debent operari præter eorum intentionẽ, l. non oĩs, ff. ſi cer. pet. ſed egit Comitiſſa de obligando ſe marito Illuſtr. Dominæ Iuliæ, pro eius dote, nõ aũt Com. Iulio, ergo nõ illi dicitur pmiſiſſe, minusq; quicq dare uoluiſſe. Septima poteſt & addi coniectura, nam dicta Comitiſſa poſtea fecit in teſtamento legatũ huic Illuſtr. Dominæ in hæc uerba [ item reliquit Illuſtr. D. Iuliæ Boiardæ ſcutos 1000. auri, quos ei debet, pro reſiduo dotis ſuæ] dicit enim quos ei debet, non aũt Comiti Iulio, ergo quando promiſit dotem ſummæ maioris, nõ fecit contẽpla-
96 tione dicti Comitis ſed Illuſtr. D. Iuliæ. † actus in. ſequẽs declarat qualis fuerit animus in præcedentibus, §. pauonum. Inſt. de rer. diui. Bart. in l. cætera, §. ſi. ff. de leg. 1. Dec cõſ. 3; 6. in prin. octa ua ſubeſt & cõiectura non leuis, quia Com. Iulius erat diues, unde uſ Comitiſſa dediſſe noĩe & cõtẽplatione dictæ D Iuliæ, ut p Ale. & Rip. in d. l. in quartã, nu. 204. Soc. conſ. 33. col. 6. uer. au us. n. uol. 3. Dec. cõſ. 81. col. pen. Cra. cõſ. 219. nu. 3. Ale. cõſ. 138. nu. 3. vol 5. Alc. de pſumpt. re gul. 1. præſump. 17. Nec obſtat q dicta Comitiſſa promiſerit illas pecunias, ut hæc Illuſt. Dominà renunciaret Com. Iulio &c. addens q ſi nõ renũ ciaret, capitula nulla redderent, ex quo ſupponi tur cõtẽplatione Com. Iulij pmiſſum & ſoluti fuiſſe: quia primò dici pót id non eſſe uériſimile ſtantibus meritis D. Iuliæ, & intenſa dilectione dictæ Comitiſſæ erga illam: nã aliàs beneficium ei non concluſiſſet, ſed potius dãnum, cum plus longè D. Iulia dimiſiſſet, quã recepiſſet. Vnde quia Comitiſſa uoluit eã remunerare, nón eſt ue riſimile q mota fuerit ad id ut D. Iulia renũcia-
97 ret. † præſumptiones. n. non fiunt de nõ uériſimili. Bal. in l. ſi. in ult. notab. C. de hær. inſt. in c. 1. §. ſi qua. de feud. guar. & in l. fi. ue poſſidetis. ad fi. C. de prob. Soc. conſi. 164. col. 5. uer. & ſic magis eſt. uol. 2. Cor. conſ. 169. col. ſi. uol. 3. Cra. cõſ. 75. nu. 14. debet igitur dici q Comitiſſã donauerit ob dilectionẽ, & merita D. Iuliæ, & hæc fuerit cã finalis, non aũt ut renũciaret bonis paternis. Nec iſtud infert ſubſcriptio dictæ Comitiſſæ, facta capitulis ſi bene conſideretur; nã capitularũ fuerat quidem q D. Iulia renunciaret, aliàs capi tulatio de dandis pecunijs eſſet nulla, ſeque ſubſcripſerat Cõm. Iulius id procurans, deinde ſe ſubſcripſit Maritus D. Iuliæ, excepto tamen capitulo de nunciatione loquente, quia uoluit et conſentire ſed in libera uoluntate D. Iuliæ id

faciendi vel non, reliquit: poſtremoq́; ſe ſubſcri-
pſit Comitiſſa, dicens ſe affirmare quantum ſu-
98 pra continetur. † quod intelligendum eſt iuxta
ſubſcriptionem mariti proximè præcedentem,
cum relatio non ad omnia, ſed ad proximiora fie
ri debeat, quando reſultaret aliquod abſurdum,
vt per Abb. & alios, quos refert Deci. in c. 2. re-
quiris, nu. 6. de app. vt hic quòd Comitiſſa plus
damni quàm commodi dediſſet D. Iuliæ, ſi uo-
luiſſet omnino eam debere renuntiare bonis pa
ternis longè maioris quantitatis in immenſum
ducatis 4000. Et hoc inſuper confirmatur, nam
in capitulis plura cõtinebantur, inter quæ illud
erat, quòd Comitiſſa numeraret ducatos 4000.
pro dote D. Iuliæ, reſpectu cuius capituli di-
cta Comitiſſa ſe ſubſcripſit, & fecit mandatum,
vt meritis D. Iuliæ, ſuisque promiſſionibus de
illa dotanda ſatisfaceret, non autẽ ſe ſubſcripſit,
aut mandatum fecit reſpectu illius capituli, ut
D. Iulia receptis illis ducatis 4000. renunciaret
bonis paternis, quia hoc non ſpectabat ad ipſam
D. Comitiſſam, ſed dum taxat ad Com. Iulium
ob ſummam ducatorum 2000. à ſe numeran-
99 dam in executione teſtamenti fraterni: † hic e-
nim actus dotandi ſimul à Comitiſſa & Comite
Iulio factus ſic intelligitur, quòd vnuſquiſque
fecerit eo reſpectu, quo tenebatur, & ſua intere
rat: & ita ſingulæ partes ſuis locis referendæ
ſunt, vt inquit gloſſ. in l. qui in futurum, ff. de
pact. & in ſimili tradit Dec. conſ. 186. col. fi. con-
ſil. 646. in fi. Soc. iun. conſi. 125. nu. 15. uol. 1. &
hæc interpretatio multùm probabilis redditur
ex alio, nam ob merita D. Iuliæ in ipſam Comi
tiſſam, & propter promiſſiones dictæ Comitiſſę
ſæpius factas de dotanda D. Iulia. id facere te-
nebatur, ſicq́ue ſubſcriptio ſua, & mandatum
ad promittendum dictos duc. 4000. erant neceſ
ſaria, ſed ad illud quòd D. Iulia renuntiaret bo-
nis paternis fuiſſent voluntaira quo ad Comi-
100 tiſſam, † meritò hic actus ſubſcriptionis & mã
dati ſui cenſetur factus ob cauſam neceſſariam,
non autem ob voluntariam, Bart. in l. fina. C. de
ali. pup. præſt. & in l. cum ſeruus, ff. de verbo. o-
bliga. Abb. conſi. 116. ad fin. volum. 2. Rom. con
ſi. 247. colum. 2. verſ. eſt igitur videndum. Caſt.
conſi. 133. col. 2. conſi. 410. col. 1. vol. 2. Cor. con-
101 ſi. 316. col. 5. vol. 1. Crau. conſ. 106. uu. 8. † Sed vl
terius vt omnis difficultas omnino tollatur, vi-
dendus eſt Berous in d. conſi. 28. nu. 35. huic mo
tiuo reſpondens: dicit enim quòd quando vna per-
ſona fuit aſcripta legato, alia verò modo adiecto
legato, tunc legatum, debetur perſonæ aſcriptæ
legato, & id quod in modo cõtinetur, & eius cõ-
modum ſolui debet perſonæ aſcriptæ modo, l. li-
berto, ſ. Lucius, ff. de annu. leg. cum aliis per eũ.
Dat exemplum de legato ducatorum 4000. fa-
cto Franciſco, & Petro, ſi calculatæ fuerint ratio
nes inter ipſos & Alexandrum ad commodũ ip
ſius Alexandri, nam legatum aſcriptũ Frãciſco,
& Petro, ipſis dicetur debitum: commodũ uerò
proueniens ex calculo ſpectabit ad Alexandrũ:
ſic igitur dici põt & debet in caſu noſtro: nã Co
mitiſſa promiſit Illuſtr. D. Iuliæ ducatos 4000.
cum hoc, vt ipſa renũciet Com. Iulio: certè talis
promiſſio debet dici debita D. Iulię, modus verò
adiectus, quòd illa renuntiet Com. Iulio ad eius fa-
uorẽ poſitus ſpectat ad eum; quare dici non põt
hoc caſu promiſſionẽ ducatorum 4000. fuiſſe fa
ctam contemplatione Com. Iulij, ſed Illuſtr. D.
Iulię, ex quo nõ promiſſioni fuit aſcriptus Com.
Iulius, ſed modò ipſius promiſſionis. & poſito quòd
iſte modus non duret, quia factã renunciationẽ
Com. Iulio D. Iulia noluit manutenere, ſed ei
cõuenit velut enormiter lęſa, tamẽ nihil hoc re-
fert, cũ capitula nõ obligẽt eam, quòd facta renũcia
tione nõ cõtraueniet: Vñ ſufficit eã ſemel adim-
pleuiſſe, licèt implementũ nõ duret, ut ex multis
docet ĩ terminis Gram. deciſ. 102. nu. 92. Et hæc
eſt valde ſingularis declaratio ad eneruãdũ ꝓdi
ctum obiectũ: ſuper quo tantum ponderis Ad-
uerſatiæ conſtituerũt. Quinimmo plus dico, quòd
capitulum renuntię nõ fuit cum ea factũ, ſed in-
quit, quòd eques eius uir curet cum effectu eã renũ
ciare Com. Iulio iurib. ſuis in bonis paternis, &
illud capitulũ noluit eques approbare, meritò
remanet ꝓmiſſio duc. 4000. ſimplex ſine modo
ꝓdicto renũciandi, & ſequitur capitulũ 7. quòd D. Iu
lia nõ faciẽte d. renuntiã, capitulatio ſit nulla, &
pecuniæ ſolutæ ſibi reſtituãtur Comitiſſę. Vnde
nolẽte D. Iulia renũtiã approbare, nõ põt pars
aduerſa quicquam dicere de dictis duc. 4000. cum
ꝑtineant ab Comitiſſam, vel ſuos hæredes, quo
rũ ius, ut tertij pars deducere non põt, cũ non ſit
excluſiuũ, niſi tertius velit, vt per Bar. in l. 2 ff. de
excep. rei iud. & per oẽs in l. cũ ſeruũ. C. de ſer.
102 fug. vbi latè Aret. poſt alios. † Præterea ex dicta
renunciatione colligitur una præſumptio quòd
contemplatione dicti Comitis Iulij promiſſum
fuerit, ſed ex tot coniecturis ſupra relatis & cu-
mulatis tollitur illa ſola: tot enim plures præ-
ſumptiones illam ſuperant. auth. itaque, C. cõ-
munia de ſucc. Craue. conſi. 145. nu. 11. Old. cõ-
103 ſi. 53. Natta conſi. 29. & conſi. 31. nu. 9. † Nec im
meritò, quia ſi duę præſumptiones ſimul iunctæ
faciunt unam plenam probationem. glo. in l. in-
ſtrumẽta, C. de prob. & in c. cũ dilectus. de ſucc.
ab inteſt. Calca. conſi. 8. col. 5. Craue. conſi. 143.
nu. 12. maximè in his, quæ ſunt difficilis proba-
tionis: nam iudex cõdẽnare poteſt ex pluribus
præſumptionibus. Caſtr. conſ. 143. col. 2. conſi.
169. col. 3. uol. 2. Soc. cõſ. 187. col. 5. ver. nã ex plu
ribus. uol. 2. Craue. conſi. 73. nu. 19. multò ma-
gis ex tot ſupra memoratis plena probatio fieri
104 debet, & ex eis iudicari poteſt, † cum tractetur
de declarando animo Comitiſſæ Gambarę, qua
lis fuerit in promiſſione dictarum pecuniarum:
is enim ſolus Deo notus eſſe poteſt. l. an inutilis,
ff. de acceptilat. l. non ſolum, ff. de act. & obl. l. fi.
C. de non nume. pec. Bal. conſi. 383. uol. 5. Marſ.
conſ. 96. col. 1. cum ſimil. per Fernan. Vaſquium,
de ſucceſ. creatione, lib. 2. §. 15. num. 67. & tradit
Iacob. de Leonar. inter Conſilia Bruni conſil.
114. num. 521. poſt glo. in l. 2. ff. de inter. acti. eſt
enim quid latẽs in corde, & quid inuiſibile, qui
non percipitur ſenſu corporeo, nec videtur ſecũ
dum Bald. in l. precibus, colum. 9. C. de impub.

Roſell in tract.ſuper orna.mulier. col.antepe.&
105 ob id difficilis probationis dici poteſt. † Et ſtāte
plena probatione reſultante ex tot præſumptio-
nibus, vtiq; uinci debet ab ea præſumptio ſola,
quæ in contrarium allegatur.l.fi.in prin.ff.quod
met.cauſ.l.nuptura,in fi.ff. de iure dot. l. cū de
indebito,§.1. ff.de prob.cum ſimilib. per Crau.
conſi.35.nu.5.Soc.conſi.164.col.5. verſ.ad hanc
obiectionem.uol.2.Pariſ.conſi.29.nu.44. vol.2.
Rolan.à Valle conſi.99.nu.11.vol.1.Quinimmo
dici poteſt illam ſolam coniecturam ceſſare pro-
pter legatum poſtea factum ſimpliciter, nam di-
cta Comitiſſa tuta prius illa exceptione,ſi D.Iu
lia non renunciaret patruo,quicquid petere poſ
106 ſet in bonis paternis, † legando ſimpliciter illud
quod debebat,videtur eam exceptionem remi-
ſiſſe: immo verò plures ſi plures habebat,l.ſi cre
ditori,&ibi Dyn.Alber. Nicola.de Neap. Flo-
rian.Alex.& Iaſ.2.not.ff.de le.1. Nec dictum le-
gatum cenſetur factum ſecundum naturā & qua
107 litates debiti præcedentis duplici ratione. † Pri
ma,quia ſic eſſet inutile, cum non afferret ali-
quod emolumentum: vnde debet interpretatio
fieri vt actus valeat,& non pereat,l.quotiens.ff.
de reb. dub. ita Iaſ. declarat in d.l. ſi creditori,
not.5. Secunda ratio eſt quia factum fuit legatū
ſub expreſſione certæ quantitatis, quia reliquit
Comitiſſa ducatos 2000. quos debebat Illuſtr.
D.Iuliæ pro reſiduo dotis ſuæ, meritò conditio
annexa priori debito nō intelligitur repetita in
eo legato,vt declarat Bar.in l.ſi Stichum, §.1.ff.
de noua.per l.Neſennius.cum glo.ff.de re iudic.
& l.ſi prior.cum glo.ff.ſol.matr. ſicque ceſſat om
108 nino illa ſola coniectura. † Nec obſtat doctrina
Bar.in d.§.in arrogato.de donatione facta vxo-
ri, quæ præſumitur facta contemplatione uiri,
nā procedit in donatione facta in feſto nuptiali
poſt matrimonium iam contractum, ſecus ſi an-
te illud,quia pertinet ad muliere: ita ſignanter
limitat Butri. conſi.38.quia maior pars,nu.4. in
quo caſu verſamur,quia quando Comitiſſa pro
miſit ducatos 4000. pro dote D. Iuliæ nondum
109 erat contractum matrimonium. † Ad doctrinā
verò Baldi in d.l.cum oportet reſpondetur opti
mè quòd deſeruit huic Illuſtr.Dominæ, non au
tem ſibi repugnat: nam quærens Baldus quan-
do dicatur filio relinqui contemplatione patris,
& reſpondēs id eſſe factū quando non erat quis
aliàs daturus,niſi patris reſpectu,ideſt ad utilita
tem patris, ſubdit id præſumi,ſi ſolius patris me
rita, & nulla filij concurrebant: ſentit ergo Bal.
totum contrarium quando merita filij concurre
rent cum meritis patris. Vel & tanto magis quā-
110 do ſola merita filij ſubeſſent. † Et idem ſentit
Alex.conſi.8.nu.10.uol.3.conſi.89.nu. 6. uol.4.
& clarius conſ. 138.nu.2.vol. 5. vbi reſpondet,
quòd donatio facta ab auo nepoti præſumitur
facta contemplatione meritorum ipſius nepotis,
non aūt patris: & hæc merita conſiderat etiā Be
rengarius.in d.l.in quartā.parte vltima,nu. 66.
at hic merita huius Illuſtr.Dominæ verſus dictā
Comitiſſam ſatis abundè probata ſunt, & nulla
Comitis Iulij ergo ſtat ibi deciſio Baldi & ſequa
cium pro ea, ꝙ contemplatione ſua datum cen-
111 ſeatur,non autem Com.Iulij, † idemque proba
tur ex verbis Baldi ſequētibus, ubi poſt q̄ decla
rauit quando datum filio,cenſeatur datum con-
tēplatione patris,iſtud declarat procedere quā-
do filius erat in poteſtate: ſed ſi erat emancipa-
tus,non videtur (inquit Bal.) cōſideratione ac
quirendi patri,datum filio,quia hoc non patitur
ratio ciuilis, & ideo penes filium reſidet: & hoc
per regulam Iuliani dicentis ei quæri, cui de iu
re poteſt acquiri.l.adhuc,§.quæſtionis,ff.de uſu
112 fru.ſequitur Caſt.ibi,n.4.in fi. † Et vltra Baldū
Bart. vtitur hac diſtinctione in l.fi.C.de vſuf.&
in l.ſi filio,ff.de don.cauſa mor. nam ſi in diſpo-
ſitione,puta legato uel donatione facta filio ſit
facta mentio patris & patrię poteſtatis,in dubio
cenſetur facta diſpoſitio contemplatione patris,
l.filio,ff.de cond.& demon. ſi verò ſit facta mē
tio patris tantum,& res quæri pōt filio,cenſet̄ di
ſpoſitio facta contemplatione filij,& perſona pa
tris demōſtrationis cauſa uidetur adiecta: ſequi
tur Dec.conſ.293.nu.6.& Bero.in d.cōſi.28.nu.
36.at Illuſtr. D.Iulia ſine dubio non erat in po-
teſtate Com.Iulij,quia neptis erat ex fratre ſuo,
ergo promiſſio ducatorum 4000. cenſetur illi fa
cta contemplatione ſua,non autem dicti Comi-
113 tis Iulij. † Demum ad reſponſum Alciati,quòd
Comitiſſa magis afficeretur Com. Iulio, velut
proximiori quàm huic Dominæ remotiori,me-
ritò cōtemplatione dicti Comitis videatur pro-
miſſum: reſpondetur ꝙ illud procedere poſſet
alijs multis coniecturis non extantibus in cōtra
rium,prout extant in caſu noſtro: & illā tollūt,
ut etiam ſupra dixi circa illam de renunciatione
impoſita D.Iuliæ.Præterea quæſtio verſabatur
in caſu inter neptem fratris donantis & patrem
dictę neptis,cui potius frater & patruus reſpecti
uè donaſſe videretur,& ꝙ fratri ratione maioris
ꝓximitatis arguit Alci.at hic nō extabat tēpore
114 donationis pater huius Illuſt.Dominæ, † quo ca
ſu ſubdit Alc.contrariū,reſpondēdo ad tex.in l.
vnica,§.accedit,C.de rei ux.ac.vbi extraneus do
tem numerās cenſetur ipſi mulieri donare:& ex
traneus quilibet cēſetur ēt patruus,& quis alius
excepto patre:nā reſpondet Alc.ꝙ ibi tex.loquī
tur,qn̄ extraneus nō habebat aliū proximiorē,
cui donatū vellet. i. patrē ad quē onus dotandī
pertineret.l.fi.C.de dot.pro.tunc.n.cenſetur cō
tēplatione neptis dediſſe,ꝓut ibi cōfirmat Alci.
igitur patet ipſum & Baldum magis fauere quā
aduerſari huic Illuſt.Dominę cōſiderato caſu,in
quo verſatur,& reperiatur ipſa: & ideo tāto ma-
115 gis obtinere debet. † Non obſtant inſuper q̄ cō
tra dotē duplicatā adducūtur,quā prætēdit hęc
Illuſt. Dña Iulia,& in primis ꝙ odioſum ſit ī hac
parte ſtatutum eam inducens,quia fortè melius
dictum fuiſſet id eſſe benignius, & fauorabile:
nā factum fuit ne peccandi occaſio mulierib.tri-
buatur,ut in ꝓœmio dr̄,ex quo principalis intē
tio colligitur,l.ſi.cū ibi no.ꝑ Bar.Imol. & alios,
ff.de hær.inſt. Ro.cōſ.29.col 1.ī fi.& q̄a intereſt
reipub. mulieres maritare,l.1.ff.ſo.ma.& vt inq̄t
Ro.cōſ.328. col.1.ſemper cōſiderari dēt id, ꝑꝑ

qđ diſpoſitio principaliter eſt introducta ; odio-
ſum verò meliuſ dici poteſt ſtatutũ,quod exclu-
dit filiam ab hæreditate parentis,ut tradit Bal.in
l.2.nu.3.C.qui non poſſ.ad lib.Ale.conſ.16. nu.
3.conſ.128.nu.2.in fi.vol.1.conſ.144.nu.5.vol.6.
Cor.cõſ.97,col.2.vol.3.Dec.cõſ.261.col.5.uer.
nec obſtat. Cur.conſi.73.nu.20. Cur.in.cõſ.150.
nu.6. Roland. à Valle conſi. 55. nu.2. uolum.
116 1. † Sicut & æquitati naturali inimicũ illud eſſe
ſcribit Bal.in l.inter filios.per illum tex. C.fam.
erc.Io.de Ana.conſ.27.nu.6.Oldr.coſ.94.nu.8.
117 † Itē legi naturali contrarium Bal.illud appellat
in l.2.nu.7,C.quæ ſit long. conſue. & iniquũ in
l.fi.nu.14.C.fam.erc.& rigoroſum in auth.res q̃.
nu.16.C.cõmu.de leg.rõniq; naturali repugnãs.
in l.fi.in prin.C.de ſuis & leg.& in l.ſi is qui. in
fi.C.ſi pend.app.de quo meminit Cor.in d.cõſi.
97.col.2.Cur.conſ.37.nu.8.conſ.44.nu.30.Goz.
118 conſ.37.nu.12. † & irrationabile putat illud Si-
gnor.conſ.101.nu.17.ſicut & naturæ, moribusq;
bonis,iuris ciuilis,p̃ceptis Iuſtitiæ, voto ſangui-
nis, charitatis officio, & miſericordiæ repugnãs:
& odium irrationabile in ſe continere : illud idē
119 Signor.affirmat,conſ.153.nu.10. † æquitatemq;
abuſiuã in eo verſari dicit Bal.in l.ſi defunctus.
nu.8. C.de ſuis & leg. Cur.conſi.44.nu. 30.tan-
toq; magis obtinent prædicta, cum à patruo nõ
à deſcendentibus defuncti filia repellitur . Cor.
conſi.97.col.1.vol.3.conſi.88.col.2. vol.1. conſi.
246.col.2.vol.2.conſi.100.col.3.uol.3. conſi. 4.
col.2.uol.4.quæ cum ita ſint in ſtatuto filiarum
excluſiuo ab vniuerſali hæreditate, ſeu ſucceſſio
120 ne,† per contrarium dici poſſe videtur,& ęquũ,
& iuſtum,& fauorabile cenſeri ſtatutum duplica
tam dotem filiæ præſtari iubens; cum potiſſimè
per id minor iuris communis correctio fiat, l. ſi
unus,§. pactus ne peteret. ibiq; cumulatè Iaſ. in
4. not. ff.de pact.& in auth. quas actiones.nu. 4.
121 C.de ſacr.ſan.eccl. † ſemper.n.ſtatutũ dicitur fa
uorabile,quando nos ad ius antiquum reducit,
ut eſt gl.not.in c.ſtatutum.in uer.nuoierandum,
de præb.in 6.ponitq; Butr.in c.olim tibi.de ver.
ſi. Fel.in c.cum acceſſiſſent,col.2.in fi. de conſti.
Alex.in l.ſi conſtante,nu.5.ff.ſol.mat.& poſt eũ
Iaſ.nu.230.Ripa nu.61.Iaſ.conſi.137.nu.13.uol.
4.Goz.conſi.101.nu.24. Grat.reſpon.163.nu.34.
vol.2.Gramma.pulchrè cõfirmans deciſ. 92.nu.
15.Dec.conſ.222.col.fi.Pariſ.in iſtis terminis lo
quens conſ 67.nu.114.vol.3.conſ.19.nu.32.uol.
122 1. & alibi ſæpe Doctores. † Quod verò ſubijci-
tur in dubiis ex Afflicto,& Domino meo Rimi.
Com. Iulium non fuiſſe interpellatum, quod il
li voluit debuiſſe fieri, ut ſtatutum dotis dupli-
catæ procedat,id indubitanter repugnat inten-
tioni prædicti ſtatuti, quod excipit tantum mi-
nores & maiores, ſi docuerint ſe diligentem in-
quiſitionem feciſſe,cum attinētibus & amicis de
maritando fœminas : tales enim exceptiones fir
mant regulam in caſibus non exceptis, ut indi-
ſtinctè teneantur ad dotem duplicatá agnati ſuc
cedentes non inſpecto iure communi.Bal.in l.1.
§.fi.ff.de fer.Dec.conſi.283.col.1.& latius confir
mat Roland.à Valle in tract.de lucro dot.q. 32.
nu.7.dicens q̃ vbi ſtatutum procedit ulterius fa
ciendo aliquas exceptiones,tunc non habet lo-
cum Ius commune,quia in caſibus à ſtatuto non
exceptis debemus ſtare ſtatuto, & non iuri cõi:
vnde cũ ſtatutum prædictum nõ requirat inter-
pellationem,nec nos eam requirere debemus,l.
123 vnica,§.ſin aũt ad deficientis.C.de cad.toll. † cõ
firmatur,nam Com.Iulius patruus obligabatur
ex ſtatuto memorato ad locandũ in matrimonio
D.Iullam ſicut eius pater,l.qui liberos,ff.de rit.
nup.ergo ſicut pater à filia non debet interpella
ri ad id,cũ id eſſet impudentis filiæ,pari ratione
nec patruus eius hæres,ne hæres ſit melioris cõ-
ditionis defuncto,l.hæredem,& ibi Dec. & Ca-
gno.ff.de reg.iu.Tertiò corroboratur,nã ſi fuiſ-
ſent interrogati ſtatuentes an puella uirgo mi-
nor annis 18.teneretur interpellare patruum, vt
124 ſibi maritũ daret,utiq; reſpõdiſſent,q̃ nõ:† quia
non decet uirgines præſertim nobiles ſic auda-
ces eſſe,vt videantur appetere virum.eſt.n.virgi
nib.puellis adoleſcentibus, quæ nondum fron
trem perfricuerunt,propè peculiaris pudor, ſi-
cut & apud Lucianum Samoſatenſem in Deorũ
Iudicio teſtis eſt Iuppiter,dicēs Palladi,propriũ
eſſe virginibus erubeſcere . Ideoque Tullius in
oratione pro P.Quintio.Plini.Iunior.lib.Epiſt.
5.ad Marcellinum.Apuleius lib.aſini aurei 1.&
Hieró. ad Euſthochium eleganti epitheto ue-
recundiam uirginalem uocant , quod & latius
exornando confirmat Tiraq.de legib. connubi.
in nona lege,nu.135. ſed potius reſpondiſſe ot
ſtatuentes quòd patruus,cui dederunt hæredita
tem, virum quærat, & diligentem inquiſitionē
faciat in maritando neptem, licèt ab ea non fue-
125 rit interpellatus. † Igitur hic caſus uerisimili-
ter ſtatuendus à ſtatuentibus ſi fuiſſent interro-
gati,debet haberi pro expreſſo,iuxt. glo. not.in
l.tale pactum,§.fi.ff.de pact. quæ procedit etiam
in ſtatutis, ut per Dec. conſi.4. nume. 2. conſi.
126 7.nu.5. † Et ſine dubio procedit, quando ca-
ſus ad quem fit extenſio,colligitur ex expreſſis ;
ut per Dec.conſi. 89. col.penul.Rube.conſi.68.
col.fi.prout hic ex inquiſitione iniuncta patruo:
ex qua datur intelligi, quòd non debeat inter-
pellari, alioquin ſi deberet interpellari , non eſ-
ſet curandum nunquid feciſſet diligentiam, uel
127 non,in maritando neptem . † Nec obſtanr con-
traria , nam quod attinet ad Afflictum deciſ.
370. num. 7. conſidero, quòd mouetur in pri-
mis ex doctrina Bartol. in l. ita ſtipulatus, ff. de
verbo. obligatio. in 7. oppo. 5. partis. & in 6. q.
vbi loquitur quando quis ſimpliciter promiſit
aliquid dare vel facere ſub pœna , vultq; quòd
ita demum committatur pœna , quia non de-
dit uel fecit, ſi fuerit interpellatus , per l.ſi pœ-
num , ff. quand. dies leg. ced.vbi damnatus da-
re pœnum vel fundum , & ſi non dediſſet, 10. ſi
nolit dare pœnum , tenetur ad 10. ſi fundum
interpellatus non dederit. loquitur enim Bar.
in promiſſione ſimplici,hoc eſt ſine tempore,uel
die præfixo ſub pœna , meritò requiritur inter-
128 pellatio, ut incurratur pęna. † Sicque pariter
intelligendi ſunt glo. Bal.& Ang.quibus adden
di

di ſunt Dyn.Oldr.Iacob. Raue.Petr. & Alber.
in d.l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis.caut.de illo qui ꝑ-
miſit dare,vel facere ſub pœna, quòd pœna cō-
mittatur cum potuit dare vel facere, & non de-
dit,vel non fecit,ſi fuit interpellatus, Cumanus
Ang. Imola.Caſtr.&.Alex.in d.l. ita ſtipulatus,
num.22.Iaſ.nu.9.ver.in eadem.glo.Bero. con-
129 ſi.255.nu.30.vol.1.cōnſi.130.nu.39.vol.3. † At
ſecus vbi fuit expreſſa dies ad aliquid peragen-
dum nec id infra ſtatutum tempus factum fuit:
tunc enim mora contrahitur ſine interpellatio-
ne, vt ibidem Dyn. Alberi.Oldra.Bar. Alexan.
Imol.Claud. Aquenſ.& cæteri tradūt,& eſt tex.
in l.traiectitiæ,ff.de acti.& ob.ibi [ conſultus re
ſpondi eius quoque temporis quo interpellatus
non eſſet pœnam peti poſſe ] & ibi Dyn. Bar.&
Alber.pariquemodo probatur in l.vinum,ff.ſi
cer.pet.& ibi Dec.poſt alios,nu.9.Cagn.nu.22.
in l.2.& ibi Iaſ. not.9.C.de iure emph.ī l.vnica,
§.exactio,C.de rei vxo.act.in c.potuit.loca.quę
iura loquuntur in die per l.conſtituta,ſicque te-
net etiam glo.in l.ſi mora,ff.ſol.matr. Bar. Ang.
Ricar.Fulg.Saly. Caſtr.& Alci.in l.ſi pacto,quo
pœnam, C. de pact.aliiq; plures cumulat Porti.
Imol.conſi.5.num.37.ubi ſic in effectu diſtinguit
in progreſſu, demumq; citat huius concluſionis
textum vulgarem,in l.magnam,C.de cōtra.ſtip.
130 † ibiq; p̄ cæteris Fulg.rōnem reddentem, quia
proprij facti non eſt ignorantia probabilis:& cū
prædictis inſuper tenet Bal.in l.fi.§.pręterea,nu.
9.C.de iure dot.Alex.conſi.157.vol.6.Soc.cōſ.
253.ſub nu.11.vol.2. Rui.conſi.198.nu.7.uol.1.
Grat.reſpon.93.nu.65.vol.1. vbi communem te
131 ſtatur. Dec.conſi.151.col.antep. † Quin immo
nedum dies expreſſa,ſed etiam tacite ſubintel-
lecta ex natura rei,facit vt per eius lapſum quis
in mora cōſtituatur ſine alia interpellatione pro
ut in promiſſione faciendi domum,quia dies ta-
cita ſic interpellat pro homine ſicut expreſſa, ut
per Alex.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem.in prin ff.de
verb.obl.& in d.l.ita ſtipulatus,nu.12. Dec.con-
ſi.2.col.pen. Iaſ.in d.l.ſi mora,nu.20.Par.conſi.
132 19.nu.197.uol.2. † Mouetur inſuper Afflict.lo-
co memorato ex no.per Inn.quē ſequunť Abb.
& alij in c.extirpādæ.de præb.qui dicit ꝙ vbi pę
na imponitur a iure pro negligētia vel culpa in
non faciendo, opus eſt ꝙ præcedat monitio uel
interpellatio, vt incurratť illa pœna per c.ex par
te.de cler.non reſi.& alios de quib.per eū,quod
etiam latè ſequitur Alex.in d.l.ita ſtipulatus,nu.
133 13 & Cor.cōſ.313.nu.8.vol.4. † ſed nec obſtat il
la doctrina,nā ſemetipſum declarat Inn.loquēs
qn̄ factū fuit præceptum alicui de reſidēdo ſub
pœna ſi non reſideat, & ſic nō præfixo tempore.
oportet.n.ꝙ moneatur & aſſignetur ei tēpus cer
tū in quo reſideat. l.ſi ex legati cauſa, ff. de uer.
obli.immo ꝙ & ex poſt aliquātulum expectetur
quia forte iuſta de cā impediatur,ſecus aūt ſub-
dit Inno.ſi certa dies ei ſit aſſignata ad reſiden-
dum,vel aliquid aliud faciendū, quia tūc nō eſt
134 neceſſaria alia monitio poſt diē,d.l.magnā.† ꝓ-
cedit igitur deciſio Inno.de interpellatione ne-
ceſſaria in promiſſione ſimplici,& ſine præfixiō
ne temporis,ſecus aūt quando tēpus fuit expreſ
ſum; ſicq; pariter illam deciſionē declarat Imo.
in d.l.ſi mora in fi. Ang.Aret.in §.omnes, col.8.
ver.vnum tamen.Inſt.de act. Anch.cōſi.65.pro
clariore.Fel.in c.2.de magiſt.col.2.Iaſ.ī l.1.nu.
9.C.de his quib.ut indi.Rui.conſ.1 8.nu.6.uol.
5.& fuit de mente Alex.in d.l.ita ſtipulatus,nu.
13.dum refert illud dictum Inno. quia loquitur
non adiecto tēpore ad incurrendū pœnam pro
facto negatiuo impoſitam.ſentit.n.ſecus ēe adie
cto tēpore, unde concludēdo dico ꝙ Affli.malè
loquitur in illa ſua deciſ. 370. nam conſuetudo
Neapolitana de qua meminit,diſponebat quòd
mortuo patre cū filio & filia,filius ſuccederet,&
teneretur maritare ſororem, eam autem diffe-
rente maritare uſq; ad annos 16.ſuccedat filia cū
eo ſicut maſculus: cum.n.præfigeret illa conſue
tudo tempus fratri ad maritandā ſororē ſub pœ
na ſucceſſionis ſororis ſuæ ſimul cum eo,ſi diſtu-
lerit eam maritare infra dictū tēpus, certè lapſo
dicto tempore ſuccedere debebat ſoror cum eo,
licèt non fuerit interpellatus ab ea: & rationes,
quibus motus fuit Affl.ad dicendū contrarium,
loquuntur in facto ſimplici & ſine tempore ali-
cui impoſito, meritò ad rem noſtram nō faciūt.
præterea caſus ille conſuetudinis Neap. differt
à caſu ſtatuti noſtri in multis. Primò ꝙ agiť ibi
de ſucceſſione filiæ cū fratribus ęquali hic de do
te duplicata tātum conſequenda,ſicq; ibi de ma
iori præiudicio maſculorum,& maiori cōmodo
filiæ,unde grauatur onere interpellationis,l.ſe-
cūdū naturā,ff.de reg.iu. Secūdò tēpus annorū
16.tm̄ ponitur ibi,hic 18.quod eſt longius:unde
magis ibi conuenire uidetur interpellatio, quā
hic ob tempus anguſtius.Tertiò quod me magis
mouet, inquit Affli.ibi,nu.7.ꝙ glo.ſuper illa cō
ſuetudine dicit, ꝙ ſoror habet duplicem uiā,uel
cogendi fratrem ad dotādū quamprimum pōt,
uel interpellandi fratrem congruo loco & tem-
pore,& expectare curſum 16.annorum,ut eis ela
pſis ſuccedat: at ex ſtatuto noſtro non habet ſo-
ror duplicem uiam,ſed unā tantum conſequēdi
dotem duplicatam elapſis 18.annis nimirū ergo
ſi ſoror in caſu dictæ cōſuetudinis tenetur inter-
pellare ad effectum,ut frater ſit certus, an ſoror
uelit dotē,uel expectare annum 16.& ſuccedere.
& illa potius dicitur electio quàm interpellatio,
cum duplex uia alternatiuè præfigeretur illi mu
lieri, & unius electione tollebatur alia. l.in deli-
ctis,§.& ſi detracta.ff.de nox.l.quod in hæredē,
§.eligere,ff.de tribu.quæ ceſſant in terminis ſta-
135 tuti noſtri. † Eodem planè modo cōſiderandū
eſt circa D.meum Rimi.in d.conſi.585. qui vult
in terminis dicti ſtatuti, pęnam dotis duplicatæ
non incurri, ſi maſculi non fuerunt interpellati
ad dotādum:& ea ratione mouetur, quia vbi ue
nit aliquid per me faciendum miniſterio tuo,re
quiritur interpellatio. c.prohibeas. de magiſt.
vbi ſi quis diſtulerit magiſtros in locis congruis
inſtituere,licet Epiſcopo uiros idoneos aliorū in
ſtitutioni p̄ficere,& ita negligētiā ſubditorū ſup-
plere ſecundū glo.qđ tñ intelligūt Io. And.Io.
de Ana.& Maria.ſi fuerint interpellati:non.n.di

 cerentur

136 cerētur in negligentia, niſi moniti fuiſſent: † lo
quuntur enim tex.& Doctores ibi, quando ad
illud faciendum non erat præfixum tempus, ſe-
cus autem eo limitato, quia monitio non requiri
tur etiam ad incurrendum pœnam ſecundū Fe
ly.ibi.nu.5.poſt Domi.in c.licet.§.1. de elect. in
6.at dictum ſtatutum præfigit tempus ann. 18.
ad dotandum, & in matrimonio collocandum fi
liam ſub pœna duplicationis dotis eo nō facto,
meritò lapſo dicto termino, & eo non executo
pœna debet incurri ſine alia interpellatione.
137 † Non omitto tamen quòd idem Fel.ibi poſi-
ta limitatione, quòd vbi tempus eſt præfixum
non requiritur interpellatio, declarat eam pro-
cedere, quādo tempus eſt appoſitum ad aliquid
faciendum ſine miniſterio alterius hominis, &
actus ſolum dependet, à perſona nominata, aliàs
ſecus, quia ceſſante miniſterio alterius hominis,
neceſſariò ceſſat pœna, etiam in facto negatiuo
limitato ad tēpus propter ſingulare dictū Abb.
138 in c. venerabilis, col.pen.de iudi. † vbi dicit ꝙ
commiſſa cauſa iudici, ut infra tempus eam ex-
pediat ſub pœna lapſus termini, ei non nocet ſi
pars non inſtetit, quia expeditio cauſæ non pen-
debat à iudice tātum: ſed requirebat etiam par-
tis inſtantiam, & illud dictum Abba. ſequitur
Iaſ.in l.properandum, §.ſin autem vterque, C.
de iudi. & aliud Fely.de quo ſupra, D.meus Ri-
mi.conſi.361. col.penul.vnde pariter in caſu no
ſtro videtur dici poſſe, quòd cum actus collocan
di in matrimonio filiam patris defuncti, eamque
dotandi non dependeat à maſculo tantùm, ſed
exigat etiam perſonam mulieris, quę velit in ma
trimonio collocari & dotari.aliàs ea nolēte, ma
ſculus id facere non poſſet, arg.l.3.C.de hær.in-
ſtit.vtique non debet incurrere pœnam, ſi non
fuit interpellatus maſculus, dato quòd ſtatutum
præfigat tempus ad eam nubendum & dotandū.
139 † Sed huic difficultati puto reſponderi poſſe ex
ipſomet Abba.in d.c.venerabilis: inquit enim ꝙ
illa pœna impoſita iudici, ſi cauſam non expe-
diat infra tempus ſtatutum, ita demum commit
titur, ſi pars inſtat, aliàs ſecus: quia non tenetur
iudex impendere ſuum officium non poſtulatū
ad vtilitatem priuatam, l.4.§.hoc autem iudiciū,
ff.de dam.infec.quia igitur tractatur in eo caſu
de vtilitate priuata eius, qui debebat interueni-
re in expeditione facienda, per iudicem, nimirū
ſi debet interpellari: aliàs pœnam nō incurrit, ſi
140 cauſam non expediuit. † Sed in caſu noſtro
tractatur de vtilitate publica etiam principali-
ter, nam matrimonia pertinent ad vtilitatē pu-
blicam principaliter, ut ciuitas liberis hominib.
repleatur, l.1.in fi.ff.ſolut.matr.& ibi Rip.nu.18.
hinc ſi decreto datur immunitas ab omnibus o-
neribus per ann.10.venientibus ad habitandū,
in ciuitate, tali decreto renuntiari non pōt, quia
concernit fauorem publicum principaliter, cui
renunciari non poteſt, l.ius publicum, ff.de pac.
Ita Bar.in l.ſi quis pro eo. tertio membro, ff. de
141 fideiuſſ.Alex.in d.l.1.& conſi.54. uol.4. † Rur-
ſus nedum matrimonium, ſed etiam dos concer
nit fauorem publicum principaliter, vt firmat
Bar.in d.l.ius publicum.per l.de die, ff. de pact.
dot.ſequitur Rip.in d.l.1.nume.114. licèt utilitas
quę reſultat ex priuilegijs dotalibus concernat
fauorem priuatum mulieris principaliter, & ſe-
cundariò publicum, meritò, cum dictum ſtatu-
tum velit maſculos teneri ad collocandū in ma
trimonio, & conſtituendum dotem non minorē
legitima filiabus vſq; ad tempus ann.18.ſuæ æta
tis, quæ duo concernunt vtilitatem publicā prin
cipaliter: certè teneri debent ad ea faciendum,
142 licèt non interpellati. † Quia in reſpicientibus
talem vtilitatem ſe interponere debent etiā non
petiti, vt de iudice tradunt Bar.& alij, in d.§.hoc
autem, & ſic ceſſante ratione Abbatis, in d.c.ve-
nerabilis.ceſſat quoque deciſio ſua.l.adigere, §.
quamuis, ff.de iure patr. l.ex facto, in prin.& ibi
Doct.vt Alex.col.2. uerſ. item nota, ff.de vulga.
cum ſimil.per Tiraq.in tract.ceſſ.cauſa 1.par.nu.
143 12. † Et ad illud quod dicebatur de voluntate
mulieris ad nubendum neceſſaria, reſpondetur
ꝙ ea præſumitur, ſi fuiſſet requiſita viro condi-
gno nubere, quoniam mulier appetit virum ſi-
cut materia formā, & magnes ferrum, ut inquit
Bal.in rubr.de coha.cle.Tiraquel de leg.connu.
9.lege, nu.72. debuit ergo Com. Iulius maritū
offerre infra tempus ſibi præfixum, & uti diligē
tia pro nubendo hanc Illuſtr.Dominā: & ſi ma-
ritū oblatum recuſaſſet, modo dignum, potuiſ
ſet excuſari dictus Com.Sed tātum abeſt, quòd
diligens in eo fuerit, quin potius fuerit negligē-
tiſſimus in ea nubenda vſque ad ann.25. tranſa-
ctos ætatis ſuæ, ut in alio caſu ſimili dicit Alex.
144 conſi.148.col.1.vol.7. † & colligitur in auth.ſed
ſi poſt.C. de inoff. teſt. & in §.cauſas.in Auth. ut
cum de appel.cogno.ubi filia talis ætatis, quæ ui
ro ſe copulauerit inconſulto patre, uel in cor-
pus ſuum peccauerit, non ob id exhęredari pōt,
ueluti quòd in ſumma negligentia fuerit pater
eam non maritando, tādiuque nuptias differen-
145 do. † & cum nonnulli authores probatiſſimi
minus tempus conſtituerint mulieribus ad ma-
trimonium cōtrahendum, vt Aſcreus Poeta nū
quam ſatis laudatus.lib.2.eius operis, quod in-
ſcribitur, Opera & Dies, ann.15. dicens, Virgo
aūt pubeſcens anno 14. nubat 15.cui Socraticus
Xenophon ſubſcripſiſſe videtur, qui in Oecono
mico inducit Iſcomachum cum Socrate differē-
tem, vxorem ſe quinque & decem uix annos na
tam duxiſſe, uel ut Ariſtoteles libro Politico.
7.cap.16.puellis circa 18. nuptiarum tēpus præ-
ſcripſit, quos refert Tiraquel.de legib.connub.
6.lege, nu.29.& 31.& Ariſtotelis ſententiæ con-
forme fuit dictū ſtatutū: manifeſtè patet Com.
Iulium, qui diſtulit viro copulare Illuſtr. D.Iu
liam poſt ann.25.ſuæ ætatis completos maximè
negligentem fuiſſe, iureque merito in pœnam
146 duplicatæ dotis eum incurriſſe. † Ad ultimum
de mora & pœna remiſſa recipiendo maritū ac
dotem à patre conſtitutam reſpondetur in pri-
mis periculoſum eſſe dictū Bart. in d.l.Emilius,
& illud damnant Iaſ.& Dec.in l.vinum. ſub.nu.
14.ff.ſi cer.pet. Sed & ſecundò poſito, quòd eſ-
ſet uerum, dicitur quòd ex actibus tacitis nun-
quàm

quam inducitur renunciatio iuris quæſiti, ſed opus eſt quòd expreſſè dicatur, quia nõ expreſſa, non ueniunt. Calde.conſi.5.de præb. cum ſimilibus per Nattam conſi.617.columna.fin.idque confirmatur, nam cum renunciatio ſit donatio & ſtricti iuris, nemo præſumitur uelle renunciare iuri ſuo ſibi quæſito, niſi expreſſè actũ ſit capitulo, ſuper hoc.de renun.Dec.conſil. 379. colum.2.conſilio 401.& conſi.452.nume.22.meritò cum uelimus ex dicta receptione uiri & dotis inducere tacitum actum remiſſionis dotis duplicatæ, quod expreſſum non fuit, id nequaquam licet: tantoque magis quia ad id diſpenſata non fuit hæc Illuſtr. Domina ſi preces & Reſcriptum legantur, nec interuenerunt ſolennitates ſtatuti de indemnitatibus mulierum: unde cum non potuiſſet renuntiare duplicationi dictæ dotis, quin ſibi præiudicaret, ẽt ſi factũ illud reperiret, nõ ualerẽt ſine ſolẽnitatibus dicti ſtatuti, ſed eſſet ipſo iure nullũ, ut in eo cõtinetur.

147 † Circa uerò fructus legitimæ uel ſupplementi, qui negãtur, uelut legitima relicta in pecunia vt per Bal.conſi.22.uol.4.Guid.Pap.q. 487. dico quòd imò debẽtur fructus legitimæ, licet in pecunia relictæ uel eius ſupplementi, ut & melius per plures rationes determinat Capra conſi.6.col.2.& conſi.153.per totum.Alexan.conſi. 69.uolum.1.Bertran.conſi.83.ex tenore, num. 7.uol.3. ſecũdæ par.ubi reprehẽdit deciſionem Guid.Pap.Idemque tenet Corn.conſi.265.nume.6.uol.1.Rui.conſil.26.nu.14.& 22. uolu.3.& ibidem Soc.in ſubſcriptione.Cur.conſi.39. uiſis & diligenter.

148 † Et certè talis opi. Guid.Pap. poſt Bal.eſt cõtra communem doctorum ſentẽtiam in l.ſcimus,§.repletionem.C.de inoff.teſt. & in l. non amplius,§.fi.ff. de leg.1. qui tenent filium recuſare poſſe pecuniã ſibi pro legitima relictam, & petere illam ſibi aſſignari in corporibus hæreditariis, alias redderetur eluſoria diſpoſitio d.§. repletionem, legata pecunia filio iure inſtitutionis, quod dici non debet.

149 † Sed & præterea Baldus & Guid.Pap. ponentes differentiã. nunquid legitima in corporibus hæreditariis uel in pecunia relicta ſit, caſuum diuerſitatem ponunt, ſed rationem diuerſitatis non reddunt, quod non licet, l.illud ff.ad l.Aquil.l.à Titio, ff. de uerb.oblig. Et hoc argumenti genus deridet Bal.in l. Centurio, in fin.primæ q.ff.de uulgar.

voluerunt ſecundum vulgarem modum loquen
di verba proferre in illo ſtatuto, ideoque ſecun-
dum vulgarem modum loquendi pariter illud
verbum artifices, venit intelligendum, † prout
43 in ſtatutis etiam peritorum ſunt in dubio uerba
capienda, ut tradit Roma. conſ. 4. latè Alexan. &
alii in d. Rubr. ff. de oper. no. nunc. quare uanum
eſt dicere ꝙ illud ſtatutum non comprehendat
piſcatores: tantoque magis quòd in principio
dicit quòd omnes homines de ciuitate & diſtri-
ctu Ferrariæ nolentes emere & uendere uel con
trahere cum aliqua menſura &c. & ſic ita gene-
raliter loquitur, vt omninò comprehendat etiã
piſcatores. l. Iulianus. ff. de lega. 3. l. omnia. vbi
Dec. ff. ſi cer. pet. Quare ſublatis omnibus con-
trariis patet ipſos & molendinarios dictarum vil
larum condemnandos eſſe ad petita per officia-
lem deputatum per Excellentiſſimum D. Mar-
chionem prædictum ad officium ſuum Geſiollę,
ſicque ſententiam meam promulgaui, cui pari-
ter dicti molitores & piſcatores acquieuerunt à
ſuis aduocato & procuratore tandem certiora-
ti, ꝙ ſi appellarent rurſus ſuccumberent.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre Comite Alfonſo Calca-gnino.

### ARGVMENTVM.

De iure venandi Monacis non competente, & proclamate uenationem prohibente publicato.

### SVMMARIVM.

1 *Venandi ius eſt omnium commune de iure gentium.*
*Sed in clericis & monacis eſt immutatum de iure canonico. 14.*

2 *Venandi ius princeps prohibere non poteſt. 3.*
*Niſi in locis muro uel ſepibus uallatis. 4.*
*Vel ex cauſa id prohibeat. 55.*

5 *Conſuetudo prohibitiua uenationis inualida.*
*Sed cum principis edicto ſecus. 17.*

6 *Conſequenti cõceſſo, cenſetur antecedēs permiſſum.*

7 *Principi leges non inſgen. Deus ſubiecit.*

8 *Immunitas plena conceſſa uidetur, ſi dictum fuerit, de quibuſcunque muneribus.*

9 *Verbis uniuerſalibus ueniunt, quæ aliàs non venirent.*
*Quod in materia immunitatis non procedit. 33.*
*Verba uniuerſalia prolata ab homine, reſtrictionem non patiuntur.*
*Non tamen operantur id, quod diſponere non poſſunt. 33.*
*Et in tranſactione prolata reſtringuntur ad id, de quo litigabatur.*

10 *Geminatio uerborum magis enixã uoluntatẽ demonſtrat.*
*Niſi ſint ſinonima, & ad idem cumulata. 37.*

11 *Immunitas contractu quæſita, tolli non poteſt.*

12 *Venatio clericis et monacis interdicta, maximè cauſa uoluptatis, & ceſſante neceſſitate ex illa uiuendi. 13.*

14 *Princeps ex cauſa contra inſgen. poteſt diſponere maximè ius condede, uel iuriſdictionem exercendo. 55.*
*Tantoq; magis illud limitando. 16.*

18 *Caſtrum ſeu villa ſuis ſtatutis pœnam apponere non poteſt.*
*Sed pacto ad eorum obſeruantiam ſub pœna bene obligare poteſt.*

19 *Statuto ſolo qui nõ obligatur, pacto cum ſtatuto ſic.*

20 *Statutum, quòd contra inſtrumentum confeſſionatũ non admittatur probatio teſtium, fallit ſi cũ teſtibus ſcriptura concurrat.*

21 *Conſuetudo generalis & notoria, non indiget probatione.*

22 *Statuta quæ dicantur contra libertatem eccleſiæ.*

23 *Priuilegia monacis conceſſa, conſuetudine non tolluntur.*
*Lex non tuum, ſed ſuum tibi denegat auxilium. 23.*

24 *Immunitas ſtricti iuris eſt, & ſui natura reſtringibilis: ideo de perſonis ad perſonas non extenditur, licèt eadem cenſeantur.*

25 *Dictiones de ſimilibus intelliguntur.*

26 *Munera, publica dicuntur.*

27 *Venandi ius nunquid publicum dicatur.*

28 *Venatores pecunias profundunt.*
*Actæoniſq; fabula recitatur.*

29 *Angaria & perangaria quales ſint.*

30 *Munera ordinaria & extraordinaria, quæ dicantur.*

31 *Verba cogitatis, & non cogitatis ciuiliter intelligenda ſunt, & quomodo.*

32 *Exceptio declarat regulam.*

34 *Verba præciſa recipiunt naturalem, et rationabilem modificationem.*
*Interpretatio ſemper ineſt diſpoſitioni de neceſſitate, ex uериſimilitudine, aut ipſius rei natura. 34.*
*Et eſt ſpiritus ſcriptura. 35.*

37 *Venatores ſancti non leguntur.*

CON-

CONSILIVM. XXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

PRAETENDVNT Reuerendi monaci ſanctæ Mariæ in portu Diœceſis Rauenæ ſibi ius eſſe venãdi ſuper territorio Leonino iuriſdictionis Illuſtris Comitis Alfonſi Calcagnini Nobilis Ferrariæ, in quo territorio poſſident multa prædia, boniſque fortunæ ſuperabũ
1 dant: † & in primis eorum intentio fundata videtur ex eo quòd ius venandi, ſicut & piſcandi eſt omniũ cõmune de iuregentium.l.2.3.& 4. ff.de rer. diui.§.feræ.Inſt.eo.l.1.2.& 3.ff.de acq. rer.do. ex quo ſequitur ꝙ nec princeps id tollere poteſt.iux.not.per Bar.in l.fi. C.ſi contra ius. & not. in c. quæ in eccleſiarum.de conſti. ſicque Dec.argumentatur conſi.197.col.1.in fi.& in terminis determinant hoc Hoſti.Ioan.And. Card. Flor.& Butri. in c.non eſt. de deci. vbi quærunt quid ſi iam diu libera fuit venatio vel piſcatio omnibus in certo loco, nunc autem dominus loci facit præconizari ſub certa pęna quòd nullus de tali loco venetur, vel piſcetur, nunquid
2 talis prohibitio valeat, † & tenet quòd ſi faciat hoc contra voluntatem hominum ſiue populi, quorum intereſt, eam eſſe violentiã, & conſequentur prohibitionem eſſe illicitam, & contrauenientem non debere timere, licèt de facto cogi poſſit pœnam ſoluere: ſequitur Deci. in d. conſi.197.col.2.Iaſ.conſi.119.col.1.uol.4. qui dicit eſſe commu.Berous cõſi.81.nu.30.vol.1.poſt Gramma.deciſ.67.nu.9. qui plures alios citat, vt Afflictum in conſti.Regni,ſcire volumus,3.libro. Caſſaneum in conſuetu.Burgun. rubr.13. §.7.nu.4.& Guil.Bened.in c.Raynutius.in ver. & vxorem nomine Adelaſiã,in 5.deciſione, nu.
3 313. † vbi dicit quòd cum per magiſtrũ aquarum & foreſtarum linguæ Occitanæ prohiberetur venatio, Rex Ludouicus 12.edicto perpetuò declarauit omnibus venari fore permiſſum, prę terquam in Garenis & cæteris locis vetitis de iure: vnde permiſit omnibus liberè uenari ſecundum formam iuris communis: deinde nu. 323. ſubiungit idem Guil. Bened. quòd Germani & Galli uenationi naturaliter ſunt dediti, & canes leues & agiles, qui leporarii vocantur, delectantur habere, de quibus meminit Ouid.lib.1. Methamorpho.dicens,

*Ipſe amor admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.*
*Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus aruo.*
*Vidit & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.*

Poſtea uerò ſubnectit, nu.336.barones, & domi nos terrarum generaliter omnibus quamcumq; venationem prohibere non poſſe. † Et cũ præ
4 dictis etiam concordat Bertran.conſ.255. nu.8. uol.1.priorum poſt Iacob.Rebuff. in l.1. C. de vena fera. limitans id eſſe uerum niſi nemora uel loca huiuſmodi eſſent parietibus, ſæpibus, aut palis, uel aliis materiis circundata & clauſa, ita quòd in nemoribus aut locis huiuſmodi tenerentur feræ incluſæ, & quę capi poſſent ad nutum domini: tunc enim liceret ipſis hominibus in dictis locis uenari.l. in tenſi fundi, §. ſeminarios, ff.de uſuf. quia ſic uiderentur eſſe eiuſdem domini, cum eius cuſtodiam euadere non poſſent, argumento, l.naturalem, §.ceruos, ff. de acquir.rer.do. Idemquoque tenet Boſſius in titulo de Regaliis.nu.41.loquens de domino feudatario Ducis Mediolani, qualis eſt Illuſt.Comes Alfonſus reſpectu Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Ducis Ferrariæ.& in territorio Leonino reſpectu ſummi Pontificis, an poſſit facere proclama, ut nemo capiat lepores, perdices & huiuſce modi: & concludit non poſſe, quia ita faciendo dicitur ſubditis iniuriam facere: citatque Iacobinum à S. Georg. in ſua inueſtitura, verſiculo, & cum uenationibus. teſtaturque nõnunquam uidiſſe feudatarium talia proclamata facere, ſed
5 Senatum non toleraſſe. † Et ultra prædictos idem tenet Natta conſi.375. per tex.in l.iniuriarum, §.fi. ff.de iniur.ubi dicitur [ſæpiſſimè reſcriptum eſt non poſſe quem piſcari prohibere, ſed nec aucupari] additque Rocchum de Curte in ſuo tracta.Conſuetudin.folio 21. dicentem conſuetudinem prohibentem uenationem non valere, quia id de iure naturali cõpetit, ut ꝑ Card. Alexan.poſt Hugutionem.in c.ius naturale.1.diſtinct. eandemque ponit concluſionem Natta conſi.604. addens, num. 6.quòd huic ſententiæ uidetur Ariſto. accedere, qui dixit in Politicis homini naturaliter eſſe conceſſum dominatum in beluas, ideò licitè tanquam dominio ſuo ſubiectas eas capere poteſt uenando: quod etiam conuenit cum ſacris literis: conceſſit nunquam Deus poſt diluuium eſum carnium homini, ut habetur Geneſ. cap.9. unde cenſetur etiã con-
6 ceſſiſſe, ut uenando capi ualeant: † quia qui concedit conſequens, uidetur concedere quod neceſſariò præcedit. c.præterea.de offi. deleg.l. Il lud.ff.de acqui. hær.l.ad rem mobilem, ff.de ꝓc. Nec ſilentio prætereo Tiraquellum in tract. de nobili.cap.37. multa ſcitu digna de uenatione loquentem, qui demum, nu.149. concludit eam ſubditis prohiberi nõ poſſe per Reges, aut alios principes, ſed pro dolor (inquit ipſe) nunc enim ſimplices, ut ita loquar, atque infimi nobiles id ſibi ius uendicant, immo uerius uſurpant, ſcilicet uenandi ubi libet, & ſuis ſubditis prohibendi, & quod deterrimum eſt, morte mulctant eos, qui uenationi illis inſciis aliquando uacauerunt, latrunculatoribus noſtris id muneris illis præſtantibus, conniuentibus, aut quòd potius crediderim ignorantibus noſtris Principibus.
7 † Accedit etiam prædictis Roland.à Valle conſi.9.col.1.uol. 2.qui teſtatur hanc eſſe commu. motus ea ratione, quia licèt Deus ſubiecerit leges principibus, non tamen ea quæ ſunt iuriſgẽtium, qualis eſt uenatio ſecundum Baldum in c. 1.§.fi.qui feud.dare poſſ.nam potentius eſt iuſgẽtium quam principatus: & Baldum ſequitur Iaſ.in l.quominus. not.3. ff. de flumi.& conſi.1. col.1.in fi.uol.1.quibus ita ſtantibus, ne ſim pro lixior,

lixior in hac re, dicendum uidetur iſtis Reuerẽdis monacis licuiſſe uenari non obſtante proclamate pœnali dicti Illuſtr. Comitis Alfonſi Calcagnini. Secundò confirmari uidetur intentio ſua uigore cuiuſdam capituli, quod in inſtrumento tranſactionis continetur inter ipſos Reuerendos Canonicos & Illuſtr. Comites de Calcagninis emanatæ, cuius tenor eſt, quòd Reuerenda Canonica ſua bona, terræ, beſtiæ, fructus, & introitus ſui, ſuorumque laboratorum ſint ſemper & in perpetuum immunia, libera, & exẽpta à quocunque onere, grauamine, angariis, & perangariis ordinariis, & extraordinariis, cogitatis & non cogitatis, realibus & perſonalibus, ſiue mixtis, nec ex eis moleſtari poſſint ab ipſis Comitibus, ſiue ſuis officialibus, exceptis eorũ laboratoribus, quando dicti Comites indigerẽt operibus ob rupturas fluminis Seni ſiue Padi,
8 quia tunc eis imperari poſſit. † nam per tot uerba uidetur eis immunitas plena conceſſa, cum dictum fuerit de quibuſcunque muneribus, ut tradit Bar. & poſt eum Ioan. Plat. in l. uacuatis, C. de decu. lib. 10. Idque uerbum quibuſcunque, uelut uniuerſale, nihil excludit. l. Iulianus, ff. de
9 leg. 3. Dec. in l. omnia, ff. ſi cer. pet. † Immò ſub eo ueniunt quæ aliàs non uenirent. Bar. in l. ſerui electione, §. fi. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 69. col. 3. Craue. conſi. 8. nu. 15. Rui. conſi. 149. nu. 10. uol. 2. conſi. 112. nu. 16. uol. 5. cumque prolatum fuerit ab homine, reſtrictionem non recipit, ut tradit Bal. in l. fi. C. ſine cenſ. uel reli. Iaſ. in prælud. feud. col. 17. nu. 49. Bart. in l. generali, §. uxori, ff. de uſuf. leg. Rui. conſ. 161. nu. 35. uol. 5. conſ. 86. nu. 11. uol. 3. poſt Alex. in l. 1. in prin. ff. de leg. 1. D. meus Rimi. conſi. 575. nu. 9. Roland. à Valle conſi. 61. nu. 44. uol. 1. Crot. conſi. 136. nu. 50.
10 † Et cum geminata ſint ea uerba, uoluntatem Comitum magis exuberantẽ demonſtrat, l. baliſta. cum ibi not. ff. ad Treb. Bar. in l. cum ſeruus, C. de agri. & cenſ. lib. 11. meritò talis immunitas latè debet interpretari, ut tradit Ang. in l fi. col. fi. uer. 3. quæritur, ff. de conſt. prin. Butr. ĩ c. olim. de uerb. ſig. Dec. conſi. 113. nu. 6. cumque dumtaxat reſpiciant præiudicium Comitum concedẽtium, nec alterius, latiſſima fieri debet interpretatio, ut idem tradit Ang. in d. l. fi. colum. 2.
11 num. 6. † Nec inſuper dicto proclamate, quatenus etiam ualuiſſet talis immunitas, uidetur potuiſſe reuocari, uelut per contractum dictis Reuerendis Canonicis quæſita, ut in terminis tradit Alex. conſi. 30. col. 4. uerſ. poſtremò. uol. 5. & eſt regula generalis quòd princeps obligatur ex ſuo contractu, nec illi contrauenire poteſt, ut tradunt Abb. Butr. Imol. Card. & Dec. in c. 1. de prob. Caſtr. & alij in l. digna uox. C. de legi.
12 Dec. in c. 1. de conſtitu. cum ſimilibus. † Iſtis tamen non obſtantibus uerius eſt dictos Reuerendos monachos à iure uenandi remouendos eſſe, quoniam clericis & eodem modo monacis interdicta reperitur de iure uenatio. c. 1. 34. diſtin. c. qui uenatoribus. cum pluribus ſequentibus. 86. diſtin. c. cum Apoſtolus. de cenſi. c. 1. ne cler. uel mon. c. 1. & 2. de cler. uen. ubi glo. rationem adducit quia clerici ſunt in ſorte Dei, ad eius obſequia ſpecialiter aſſumpti. c. cleros. & clericos. 21. diſtin. c. cum ſecundum Apoſtolum. de præben. vnde non debent huiuſmodi miniſteriis uacare, per quæ contingit eos uagari, & a diuinis officijs retrahi, ut ibi latius proſequitur Ant. de Butr. dicens contrariam conſuetudinem non ua-
13 lere. ſequitur Natta conſi. 604. col. 2. † tantoque magis iuſtificatur hæc concluſio, nam dicti monaci non tam cauſa neceſſitatis, vel vt appetitum excitent à præcedenti morbo conſternatum, venationi dant operam, ſed voluptatis cauſa cum cibos habeant lautiſſimos ex pullis domeſticis, vitulis, & id genus conditos ingenti copia, quibus epulari poſſunt in ſanitate, uel ſalutem deperditam recuperare, quod eis eſt interdictum, ſicut & aliis clericis, qui non ex uenatione redditus habent, ut per glo. Butr. Abb. & alios in d. c. 1. de cler. uen. ſed & tertiò cõfirmatur per tex. in cle. 1. §. porrò. de ſtat. mon. ubi de monacis leguntur hæc verba [ porrò à venationibus, & aucupationibus omnes ſemper abſtineant, nec eis intereſſe, aut canes, uel aues uenaticos per ſe uel alios tenere præſumant, nec à familiaribus ſecum morantibus teneri permittant ] quibus planè verbis apparet quàm ſtrictè ſit eis interdicta uenatio, ſic ut ab ea remoueri debeant, cum potiſſimè ius uenandi non habere demonſtrent, de quo ſubijcitur ibi, prout & in ſolutione contrariorum clarius dicam, quibus
14 in hunc modum reſpondeo. † Namque ad primum, quòd ius uenandi ſit omnibus commune de iure gentium concedo, ſed in clericis & monacis id eſt mutatum per ius canonicũ, d. §. porrò. cum cæteris ſupra citatis, contra quod ius gẽtium princeps etiam ſecularis ex cauſa rationabili ſtatuere poteſt, ut tradit Abbas in c. quæ in eccleſiarum. nu. 11. de cõſti. & de Papa probatur, vt ille dicit in c. ita quorundam. de Iudæ. ubi certo caſu inducit ſeruitutem contra libertatẽ, quæ eſt de iure naturali. cauſa uerò ſubeſt in ratione de qua ſupra, ne a diuinis officijs retrahantur, in quibus ius publicum verſatur. l. 1. §. ius publicũ, ff. de iuſt. & iur. ubi clarè dicitur ius publicum in
15 ſacris & ſacerdotibus uerſari, † tantoque magis princeps diſponere poteſt contra ius gentiũ, ius commune condendo, uel iuriſdictionem exercendo, prout notat Bar. in l. fi. C. ſi contra ius. per l. fi. C. de iure do. impe. prout in caſu noſtro faciendo proclama generale uenationis prohibitiuũ. Nec illud impugnari poteſt ex impotẽtia, ꝑut not. in d. c. nõ eſt. de decim. & aliis locis citatis: procedit enim quod dicunt ibi Doct. quando ſine cauſa id fieret, ſecus ſi cum cauſa & certo modo, uidelicèt ne quis faſianos & perdices, quę gregatim incedunt, cum certis inſtrumentis capiantur: hoc enim factum uidetur ex rationabili cauſa concernente publicam utilitatem, ne ſcilicet ſequatur horum eſculentorum animaliũ totalis ferè conſumptio & deſtructio. Ita pulchrè Natta reſpõdet & declarat in d. conſi. 604.
16 col. 2. † confirmatque ratione, nam ſi licèt ex cauſa ius naturale & gentium limitare, diſtinguere,

guere,& temperare, etiam ſi domininm rei ſuæ
alicui auſeratur.l.item ſi verberatum, ff. de rei
ven.l.Lucius,ff.de euic.glo.& Doct.in l.fin.C.ſi
contra ius.Bar.& Bal.in proœ.fforum. Bal. in l.
reſcripta.3.q.C.de prec.imper.offeren.Cano. in
c.quæ in eccleſiarum. de conſti.tanto magis pro
hiberi poteſt,ne capiantur feræ, quæ in nullius
bonis ſunt,adeo ut etiam ſi quis venando beſtiā
inſecutus fuerit & vulneraucrit,nondum tamen
eſt ſua,donec eam cœperit: multa enim contin
gere poſſunt,ut eam non capiat,§.illud quæſitū.
Inſt.de rer.diui.l.naturalem,§.1.ff.de acqui. rer.
dom.quod procedit etiam ſi in laqueum meum
inciderit,quia non efficitur mea, donec manua-
17 liter capiatur,l.in laqueum,ff.eo.tit. † & ad il-
lud quod dicebat Rocc.de Cur. non valere con
ſuetudinem prohibentem ius uenandi, reſpon-
detur non procedere quando dominus & loci
ſuperior vigore conſuetudinis & præter eam id
caueret edicto ſuo, ut de prohibitione piſcandi
tradit Ioan. Fab. in §. flumina. Inſt.de rer.diui.
Guid.Pap.q.514.& in conſi.17 t.nu.3.Guil. Be-
ned.in c.Raynntius. in uerſ. & vxorem nomine
Adelaſiā.5.deciſione,nu.359.de teſta.& de pro-
hibitione venandi ſupra, nu. 336. cum ſequen.
18 † hæcque reſponſio confirmatur,nam videmus
quòd licèt villa ſeu Caſtrum non habens iuriſdi
ctionem ſuis ſtatutis, pęnam apponere non poſ
ſit, quia hoc pendet a iuriſdictione, ut tradit
Bal.in Rub.Inn.in c.cum acceſſiſſent. Butr. in c.
cum omnes.col.pen.de conſti. Ang. & Alex.in
l.1.ff.ſi quis iuſd.non obtem. Abb. & Deci.qui
communem teſtatur,in c.quę in eccleſiarum.de
conſti.ubi Bero.& Mantua ſequuntur, tamen ſe
pacto conuentionali bene pōt obligare ad pœ-
nam,ſi ſtatuta non ſeruabit, ut idem Abbas con
cludit, & ſequuntur Dec.Bero. & Mantua poſt
19 Imol.in d.c.cum omnes,col.fi. † confirmatque
Dec.nam licèt quis ſtatuto ſolo non obligetur,
tamen pacto cum ſtatuto ſimul obligari poteſt,
ut in notab.q.tradit Bal.in c.uenientes, col.fin.
verſi.ſed nunquid.de iureiur. dicens quòd plus
fieri poteſt per ſtatutum vallatum pacto, quam
per ſtatutum ſimpliciter, cui deſeruit illud, quia
duo vincula magis ſtringunt quam unum,§. ſed
hodie.iunc.gl. Inſt.de adopt.§.1.in auth. de con
20 ſang.& ut.fra. † & facit doctrina Bal. in l. certi
condictio,§.quoniam,ff. ſi cert.pet. col.fi. ubi di
cit,ſtante ſtatuto,quòd aduerſus inſtrumentum
confeſſionatū nō admittatur probatio teſtium,
ſi quidem contra Inſtrumētum tale producatur
ſcriptura priuata,eique fides per teſtes imponą-
tur,bene ſufficiet ad remouendam fidem illius
inſtrumenti,quia iſta non eſt mera probatio per
teſtes,ſed inducitur incidenter, & acceſſoriè ad
robur ſcripturæ, vel ſaltem eſt mixta probatio,
quam ſtatutum non reſpuit: & illā deciſionem
ſequitur Alex.& Dec. ibi, & Alex. conſi.88.in
præſenti cauſa.in fi. vol.4.& ante Bal.conſi.177.
uiſa petitione.uol.4.Cremen. ſingul.42.Dec.in
c.2.nu.24.de prob.unde pariter in caſu noſtro,
poſito quòd ſola prohibitio uenādi per conſuo-
tudinem non ſubſiſteret,tamen iuncta cum De-
21 creto domini ſuperioris valere debet. † At de
conſuetudine prohibitiua uenationis in territo
rio Leonino diœceſis Rauennæ, ſicut & in ipſo
territorio Rauennæ non eſt dubitandum, quia
generalis eſt,& notoria, quæ probatione nō in-
diget.Bal.in l.filiusfamilias.§.ueterani,ff.de proc.
in l.iubemus,C.de iudi.& in l.ſi fugitiui. col. 1.
C.de ſer.fug.Craue.conſ.137.nu.5.Cur. iun.cō
22 ſi.24.col.1. † Nec talis conſuetudo,proclama-
que dici poſſunt contra libertatem eccleſiæ, ſi-
ue conſideremus opinionem Innoc.in c. nouit.
de ſent. excom.dicentis ea eſſe contra libertatē
eccleſiæ,quæ ſunt contra priuilegia conceſſa ec
cleſiis ſeu eccleſiaſticis perſonis per Sum. Pōt.
uel imperatorem,ſiue ſequamur ſententiā Bar.
in auth.caſſa.C.de ſacr.ſanc.eccl.volentis ea di
ci cōtra libertatem eccleſiæ & eccleſiaſticarum
perſonarum,propter quæ timidiores reddūtur,
& alij audaciores: ſiue magis adhærere velimus
Ioan.Andr.in c.eccleſia S.Mariæ de conſti.dicē
tis ea eſſe cōtra libertatē eccleſiæ, ex quibus im
pediūtur clerici facere ea, q̄ ſunt ſibi cōceſſa de
iure cōi: quorum omnium ſententias & corū
ſequaces congerit Fely.in d.c. eccleſia S.Marię,
nu.42. nullum enim priuilegium uideo mona-
cis traditum à Summo Pont. uel Imperatore cir
ca uenationem,immo verò magis ademptū de-
negatumq; d.§.porrò.cū ſimi. nec quicquam fit
23 ex quo timidiores reddatur, † nec ſibi conceſ-
ſa, de iure communi tolluntur: tunc enim iure
conquererentur,cum priuilegia monacis conceſ
ſa conſuetudine non tollantur.Roma.conſi.417.
Pariſ.conſi.140.uol.4. Alciat. Reſpon. 220.nu.
4. ſed ſublata de iure communi potius confir-
mantur, ut eis non competant: unde ſequitur
illud quod dici ſolet, lex non tuum, ſed ſuum
tibi denegat beneficium: de quo per glo. & do-
ctores.in l.1.C.ſi aduer.uend.Corn. conſi. 178.
24 in fi.uol.1. † Non obſtant etiam uerba capitu
li,quibus immunitatem uenandi tueri conātur
dicti Reuerendi Monaci, quoniam cum mate-
ria immunitatis ſit ſtricti iuris, ut not. Luc. de
Penna in l.1.C.de caſtr.om.palla.pec.col.pen.&
in l.3.C. de mun.patr. lib.10. Alex. conſi. 124.
col.2.uol.2.& pulchrè Bero.conſi.148.nu.37.uo-
lum.2. ubi dicit quòd ſui natura reſtringibilis
eſt,argum.l.1.in fi.& l.ſemper, §. immunitati, ff.
de mun.& ho.nō poſſumus hoc caſu uti verbis
Imperatoris,in l.tutori,C.de neg.geſt.ibi [ac ſa
tis abundeque ſufficit, ſi cui uel in paucis amici
labore conſulatur] & ob id non extenditur de
perſonis ad perſonas, etiam quæ iuris fictione
cenſentur eædem cum illis quibus cōceſſa fuit,
25 ut idem Bero.ponit conſi.173.col.fi.uol.1. † di-
ctiones licèt uniuerſales,non ampliantur,ſed de
ſimilibus intelliguntur, ut per glo.in l.ſi fugiti-
ui.C.de ſer.fug.cle.1.de præben.quando igitur
Reuerenda Canonica,bonaque ſua,fructus &c.
fiunt immunes à quocūque onere, grauamine,
& cæteris ſupra commemoratis, non ueniunt
quæ aliàs non uenirent,niſi ſimilia: ſed ſi conſi-
deremus expreſſa, ſpecificataque, videbimus ve
nationem nullatenus illis conuenire, nullamq;
cum

cum illis ſimilitudinem habere; meritò conſe-
quens eſt vt dicamus eam non comprehendi.
26 † probatur aſſumptum, nam illa verba onere,
grauamine, angariis &c. à quibus immunitas da
tur, intelligenda ſunt de publicis oneribus: tri-
plex enim reperitur munus, perſonale, patri-
moniale, & mixtum. l. munerum. in prin. ff. de
mun. & ho. quæ munera ita diſtincta, ſunt publi
ca. d. l. munerum. verſus ſi. ver. hæc oīa. ibi [mu
27 nera ciuilia, ſeu publica appellãtur] † Sed onus
non venandi non eſt publicum, niſi fortè ſecun
dariò: ſed principaliter venatio reſpicit fauorẽ
principis, & eius delitias. Vnde refert Tiraquel.
in tract. de nobili. c. 37. nu. 139. nonnullos princi
pes ac omnes propè nobiles Galliæ uſque ad in-
ſaniam eo ſtudio teneri, aliarum rerum & publi
carum & priuatarum oblitos; & nos ipſi quoſdã
nobiles nouimus in venationibus bona ſua miſe
rè prodegiſſe, interim tamen vicinorum agros
miſerius deuaſtantes, in quo ſunt admodum vi-
28 tuperandi. † Hinc Cice. lib. 2. offi. prodigos
eos uocat, qui venationũ apparatu pecunias pro
fundunt. Notaque eſt fabula Actæonis venatio
nis omnium hominum ſtudioſiſſimi, qui in cer-
uum mutatus à ſuis canibus dilaniatus eſt; quod
non ob aliud finxiſſe Poetas nonnullis placet,
quam quòd omnia bona ſua in canes & vena-
tiones inſumpſerit. Igitur, ut ad rem redeam, im
munitas ab oneribus publicis conceſſa, non cõ-
prehendit hoc onus ſui natura priuatum, ut in ſi
mili caſu tradit in terminis immunitatis Ale. cõ-
ſi. 123. col. 2. vol. 5. quem ſequitur Natta conſil.
29 508. † Similiter illa verba angariis & peranga
rijs longè differunt à caſu noſtro, diuerſumq́ue
prorſus ſignificant: ſunt enim quædam mune-
ra, quæ tenentur homines exhibere domino, dũ
tranſitum facit per loca cum expeditione; & eſt
angaria onus merè perſonale, videlicèt vt quis
ſeruiat cum perſona principi, principis tamẽ ex-
penſis: perangaria verò dicitur vt quis ſeruiat
principi cum perſona ſuis expenſis quoque: un-
de dicitur in Euangelio quòd angariauerunt Si
monem Cireneũ portare crucem: quia fuit mu-
nus ſolum perſonale. Ita tradunt Doctores in l.
neminẽ, C. de ſacr. ſan. eccl. glo. Bal. Aluar. Affli.
& alij in tit. Quæ ſint rega. in ver. angariæ. & re-
miſſiuè tradit Tiraquell. in tract. de nobili. c. 37.
nu. 128. quare patet onus non venandi nullam
30 cõionem habere cũ prædictis. † Pariter illa ver
ba ordinarijs & extraordinariis, nõ cõueniũt q.
noſtræ, nã ſignificãt illa onera quæ certam & de
terminatam habent præſtationem, uel non, ut
tradit Cyn. in l. voluntariè C. de excuſ. tut. Ale.
conſi. 33. in princ. vol. 5. Luc. de Penna. in l. medi
cos, C. de profeſſ. & medi. col. fi. & in l. eam legẽ.
C. de excuſ. mun. in prin. lib. 10. Natta conſ. 139.
nu. 11. Bero. conſi. 151. nu. 3. uol. 3. ſed per onus
quòd quis non uenetur non agitur, ut quid præ
ſtet uel ordinariè uel per accidens, ergo non cõ-
31 prehenditur ſub dictis uerbis. † ad illa uero uer
ba, cogitatis & non cogitatis, reſpondetur ciui-
liter eſſe capienda & intelligenda, videlicèt de
extraneis quidem ab expreſſis, ſed tamen ad cõ
tractum inter partes geſtum pertinentibus, ut
poſt Cor. & Dec. tradit Pariſ. conſi. 20. nu. 83. uo
lum. 1. uidelicèt ut Reuerenda Canonica cũ ſuis
bonis ad aliquod onus nõ teneretur præſtandũ
dicto Comiti, non autem quòd poſſet uenari;
quia nullam præſtationẽ id requirit, nec in præ-
ſtatione conſiſtit. Et quòd hæc ſit mera ueritas,
manifeſtè deprehenditur ex exceptione, quæ
fit de laboratoribus dictæ Reuerendæ Canoni-
cæ, quòd aſtringi poſſint ad operas pro repara-
32 tione fluminis Seni, & Padi: † nam clarum eſt
quòd exceptio declarat regulam, & ex qualita-
te exceptionis declaratur, de quo genere loqua
tur regula. l. nam quod liquidè, ff. de penu lega.
tradit Alex. in l. ſenium, C. qui teſt. fac. Rom. con
ſi. 107. Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de regul. iur. D.
meus Rimi. conſi. 33. nu. 10. conſi. 101. nume. 23.
Dec. conſi. 510. nu. 9. Porti. Imol. conſi. 106. nu.
103. Ceph. conſi. 186. nu. 64. igitur cum exceptio
in perſona laboratorum loquatur de oneribus,
quæ præſtationem requirũt & expenſam ſimul,
ut operari, ruptasq́ue reparare, pari modo di-
ci debet quòd immunitas conceſſa Reuerendæ
Canonicæ ab oneribus, grauaminibus &c. de-
beat intelligi de ſimilibus, quæ præſtationẽ deſi
derant, non autem de iure venandi penitus di-
33 uerſo. † Quod uerò dicebatur uerba uniuer-
ſalia prolata ab homine reſtrictionem non pati,
conceditur: non tamen operantur id, quod di-
ſponere non poſſunt, ut tradit Capra conſi. 112.
nume. 12. Immo cum in trãſactione prolata ſint,
reſtringi debẽt ad id, de quo litigabatur, aut e-
rat quæſtio, licèt generalia ſint. l. ſi decreta. ubi
Alex. & alii, C. de tranſ. Soc. iun. conſi. 134. num.
103. uol. 3. at de iure uenãdi non erat controuer
ſia; quinimmo in hac materia immunitatis uer-
ba uniuerſalia non ſufficiunt, nec procedat re-
gula l. Iulianus. ff. de leg. 3. ut tradit Luc. de Pen
na in l. eos, C. de excuſ. mun. lib. 10. & in l. 1. C.
34 de priuil. eo. qui in ſacr. pala. lib. 12. † Prætereà
nos habemus quòd uerba præciſa recipiunt na
turalem & rationabilem modificationem. Bald.
conſi. 145. caſus talis eſt, in quodam inſtrumẽto
colum. fi. uol. 3. & ſtatutum licèt præciſè loquẽs,
recipit ſanam interpretationem; Caſtr. conſi. 16.
col. fi. uol. 1. nam interpretatio ſemper ineſt di-
ſpoſitioni de neceſſitate ex ueriſimilitudine, aut
ipſius rei natura. Bal. conſi. 343. examinãda ſunt
35 in prin. vol. 1. † & eſt interpretatio ſpiritus ſcri
pturæ. Bal. cõſi. 275. quod pro regula. col. 3. uol.
2. & interpretatio duplex eſt, una neceſſaria, quę
fit per punctum rationis, altera probabilis, quæ
fit per uiam æquitatis. Bal. cõſi. 411. quidam Me
diolanenſis. col. 1. uol. 1. quæ cum ita ſint, pariter
& uerba, de quibus agitur, licèt vniuerſalia, reci
pere debent naturalẽ & congruam modificatio-
nem, ne ius uenandi cõtineant Monacis incon-
gruum, & æquitati repugnãs: quæ non patitur
36 eos à diuinis officijs abſtrahi. † cum potiſſimè
ſanctimoniam profiteri debeãt Monaci, quod à
uenatoribus alienum eſſe ſolet: nam Eſau ue-
nator erat, quoniam peccator erat, & penitus
nõ inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum ali-
quem

37 quem venatorem, c. Eſau.86.diſtin. † Nõ obſtat etiam geminatio verborum, quia cum ſint ſinonima & ad idem cumulata, non maiorem eſfectum producunt, quàm ſi vnum illorum tantum fuiſſet poſitum, ut declarãt Bar. Cor.& alij in l. ſi idem, C.de codic.Pariſ.conſi.110.nu.45. uol.1. Ad doctrinã verò Angeli in l.fi.ff.de cõſti.prin.col.fi.reſpondetur, ꝙ ibi loquitur quando in conceſſione dicitur, quòd exemptio ſit generalis & præciſa, ita ꝙ exemptus nullo modo poſſit conueniri: tunc enim ſtandum eſt formæ exceptionis, ſed ita nõ eſt in caſu noſtro: ſed ea ſunt expreſſa a quibus immunitas eſt cõceſſa, inter quæ caſus noſter non comprehenditur. Et quoad præiudicium concedentis, uerũ eſt latiſſimam fieri debere interpretationem: ſed tamẽ inquit Ange. quatenus uerba pati poſſunt ſecũdum quamcumque legitimam interpretationẽ, nam à uerbis & eorum tenore recedi nõ poteſt. c.porrò.de priuil. hinc ceſſat etiam quod ultimo loco dicebatur de proclamate, quòd immunitatem prædictam tollere non poterat, ut cõtractũ munitam, quia negatur immunitatem hunc caſum complecti, ſicque proclama contractui non aduerſatur. Et ita ſublatis omnibus uera remanet concluſio pro dicto Comite contra dictos Reuerendos monachos.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtriſsimo Domino, D. Franciſco Eſtenſe, Marchione Maſſę Lombardorum.

### ARGVMENTVM.

An tanto tempore, cuius initij memoria non extat, præſcripta dicatur libertas non ſoluendi decimam quandam conuentionalem.

### SVMMARIVM.

1 *Præſcribitur libertas non ſoluendi tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
*Fallit in his, quæ iuris diuini ſunt, ut decimis. 16.*
2 *Tempore, cuius initij memoria non extat, uidetur facta compoſitio noua de non ſoluendo.*
*Et dicti temporis obſeruantia habet uim legis, & priuilegij, multumq; ſolet operari. 3.*
*Nec requirit principis approbationem. 4.*
5 *Laici decimarum ſunt incapaces, & quare. 6.*
*Lateranenſe Concilium quo tempore fuerit. 5.*
7 *Fructus appellatione, quid ueniat, & unde dicatur. 8.*
9 *Exceptio regulam confirmat.*
*Conſuetudo non ſoluendi decimas apud Theologos excuſabilis.*
10 *Sed apud Canoniſtas ſecus.*
*Hoſtienſis vero mediam ponit opi. 11.*
12 *Priuilegio quaſibilia, quando præſcriptione ſeu conſuetudine quæri poſſint. 13.*
14 *Præſcribere non poteſt incapax, poſſidendo per mille millia dierum.*
15 *Decima, iuris diuini ſunt.*
17 *Tempus, cuius initij memoria non extat, non nocet, quando ſolutio fuit erronea.*
*Vel quando minus ſolutum fuit.*
18 *Error probabilis dicitur etiam in facto proprio, quando trahit originem à facto antiquo.*
19 *Conſuetudo non ſoluendi antiqua, attenditur in dubio.*
*Et in ea præſumitur bona fides.*
*Secus apparente inſtrumento in contrarium.*
20 *Præſcriptio tanti temporis non attenditur, cum mala fide.*
21 *Quilibet in re ſua moderator eſt, & arbiter.*
22 *Pacta quæcunq; poni poſſunt in tranſlatione rerum ſuarum.*

### CONSILIVM. XXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

PROPONITVR homines Imolæ inueſtiuiſſe quoſdam alios de bonis ſitis in terra Maſſæ Lombardorũ, pacto appoſito quod deberent dare ſingulis annis dictis hominibus Imolæ decimas fructuum dictorum bonorum. Et quia loco dictorum hominum Imolæ nunc reperitur Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Eſtenſis Marchio, petit ab hominibus Maſſæ dicta bona poſſidentibus ſibi ſolui decimam faſeolorum uirtute dictæ inueſtituræ: ad quod cum ſe teneri negent, & Excellentia ſua deciſionem huius rei mihi commiſerit, operæpretiũ eſt perſcrutari, quis in puncto iuris obtinere de-
1 beat, & uictoriam reportare. † Et in primis pro dictis hominibus Maſſæ uidebatur dici poſſe, ꝙ cum curſu tanti temporis, quo memoria non extat, decima prædicta ſoluta non fuerit, libertas eam non ſoluendi diceretur præſcripta, prout tradit Cuma.conſi.83.ad fi. Rui.conſi.142. uol. 5. Pariſ.conſi.15.vol.4. Balb.in trac.de præſcrip. 5.par.princ.q.7.col.2. meritò teneri non debent ad ſolutionem prædictam, huiusq; rei rationem ſubtilem ponit Didac. Couuar.lib.1.varia.reſo. c.17.nu.10. nam laici capaces ſunt ad quaſi poſſidẽdam exemptionem à ſolutione decimarum, cum nec iſtud ius ſit ſpirituale, nec quaſi ſpirituale: non enim eſt ius percipiendi eas decimas, quæ ſacerdotibus miniſtrantibus ſpiritualia debentur, nec eaſdem decimas uerè debitas retinendi, ſed ius percipiendi ex agris propriis fructus integros abſque detractione decimarum, quod quidem ius non eſt ſpirituale, uel quaſi.
2 † Secundò confirmatur, quòd ex curſu prædicti temporis uidetur facta compoſitio noua de faſeolis non ſoluendis, ut inquit Soc.conſi.197.col.2.uer.3. ipſa concluſio, 2.uol. Balb.in allegata 7.q.col.2.ubi citat etiam Fulg.conſi.156. dicen.

dicentem, quòd ſicut per priuilegium minui poteſt decima, ſic per lapſum dicti temporis, quia æquiparatur priuilegio: habet enim tanti temporis obſeruantia uim legis, conſtitutionis, ſolēnis decreti, ac priuilegii. c. præterea ſuper quibuſdam. de verbo. ſign. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. Alex. conſi. 7. col. pen. uol. 1. Soc. conſ. 127. nu. 8. Deciſ. Neap. 254. nu. 4. Cur. iun. conſi. 157. nu. 11. Pariſ. conſi. 114. nu. 2. vol. 1. Balb. in tract. de præſcr. 2. par. 3. par. prin. q. 6. Ce
3 phal. conſi. 152. nu. 41. † Et temporis longinquitas multum ſolet operari. l. ſi filius, C. de pet. hær. Soc. iun. conſi. 39. ad fi. uol. 3. Tertiò ſatis eſſe videtur dictis hominibus Maſſæ, quòd repeciantur in quaſi poſſeſſione non ſoluendi decimam prædictam, nec appareat in cōtrarium memoria, quoniam in ſimilibus præſtationibus ſubditorum erga dominos & ſuperiores ſuos, non eſt à conſuetudine longiſſimi temporis recedendum, prout tradit Soc. conſi. 141. col. 2. uol. 1. & in terminis de Marchione, ſubditis, & decima,
4 prout hic ponit Alba conſi. 67. nu. 9. † Immo ualere debet talis antiquiſſima conſuetudo, licèt ab ipſo Illuſtriſſimo D. Marchione non fuerit approbata, quia non eſt eius approbatio neceſſaria, ut per glo. & Ang. in d. §. ductus aquæ. Alexan. conſi. 6. col. 2. vol. 1. Iaſ. in l. imperium, col. 9. ff. de iur. om. iud. Dec. conſi. 85. col. 1. conſi. 341. col. pen. Graue. conſi. 21. nu. 12. Rube. conſi. 21. col. pen. Quartò dubia reddi uidetur huius D.
5 Marchionis intentio, † nam laici decimarum ſunt incapaces. c. prohibemus. de decim. cap. cauſam. de præſcri. maximè poſt Lateranenſe Conciliū. c. cū apoſtolica. de his quæ fi. à præla. quod hanc inueſtituram præceſſit: id enim fuit anno 179. ut ibi tradit Abb. colum. fi. aut anno 1215. ut per Soc. conſi. 297. col. 2. uol. 2. ea verò facta fuit de anno 1251. nec dicti homines Maſſæ videtur potuiſſe dictū ius decimandi transferre in prædictos hoīes Imolæ, vt ꝑ Abb. & alios in d. c. prohi
6 bemus: † & ratio in promptu reddi poteſt, cur laicis ius iſtud percipiendi decimas competere non poſſit, nam ius iſtud conſequuntur Sacerdotes ex miniſterio altaris, & ſpiritualium, quia ſeminantibus ſpiritualia debentur tēporalia, quorum exhibitio ordinatur propter miniſterium ſpiritualium, quæ ab aliis quàm clericis miniſtrari nequeunt: unde fit, vt ius percipiendi decimas, ſpirituale ſit, nec laicis poſſit regulariter competere ſecundum Diuum Thomam, & Caieta. 2. 2. q. 87. art. 3. cum ſimilib. per Didac. Couuar. lib. 1. variar. reſolu. cap. 17. nu. 5. quare videtur ex prædictis homines Maſſæ liberandos eſſe à petitis pro parte Illuſtriſſimi Domini Mar
7 chionis eorum Domini. † Maturius tamen cogitanti mihi contrarium uerius eſſe uidetur, & de iure probabilius, quoniam Illuſtriſſimus D. Marchio fundatam habet intentionem ex inſtrumento inueſtituræ aliàs factæ dictis hominibus Maſſæ, in quo promiſerunt ſoluere omni anno decimas fructuum dicti terreni, quorū fructuū appellatione veniunt indubitanter faſeoli: nam legato fundi vſufructu, quicquid in fundo naſcitur, & quicquid inde percipi poteſt, debetur.
8 l. item ſi fundi, ff. de vſufru. † & fructus à ferendo dictus eſt: unde Marcus Varro libro quarto de lingua Latina ſcribit, fructus omnes res quas fert fundus, & quæ in fundo feruntur, comprehendere. Quæ deſcriptio conuenit Celſo in d. l. itē ſi fundi. & Paulo in l. arbores, ff. de uſufr. prout etiam perpendit Ioannes Cop. in trac. de uſu fru. lib. 1. tit. 1. cap. 1. quāquam Franciſcus Cōnanus in Cōmentariis iur. ciuilis, lib. 4. c. 1. col. 2. referat aliter Varronem dicentem fructum à ferēdo nuncupatum, quòd res hę, quas fundus ſerit, & quæ in fundo ſeruntur, fruantur: quibus uerbis tam naturales, quam induſtria & arte hominum paratos fructus comprehendit, dum dicit, res quas fundus ſerit, & quæ in fundo ſeruntur: nam quod ſponte ſua fert tellus, ea quodam modo in uſus hominum ſerere uidetur, exquo definit, fructum fundi eſſe eum qui ex eo naſcitur vtilis ad aliquam rem, & ſatum intelligit natum, aut ortum, ſiue naturæ ui, ſiue hominum operá. Vnde Iabolenus in l. pen. ff. de uſufr. leg. dixit in fructu id eſſe intelligi, quod ad uſum hominis inductum eſt. Confirmantur hæc & tanto magis quia ſubiicitur in inſtrumento, præterquam de panico, & millio, de duabus tornaturis tantum, & ꝑterquam de beſtiis, pullis, & fructibus, rapis, cœpis, alleis, & herbis ab orto, de quibus deci-
9 mas ſoluere non teneantur: † nā talis exceptio de prædictis facta, in cæteris regulam cōfirmat. l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penu leg. & ibi Bar. Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de regul. iur. & ſic ꝙ de faſeolis decima ſoluenda ſit, unde cum res ſatis clara ſit ex inſtrumento, non eſt ulterius comprobanda, ne ſolem facibus illuminare uidear, ſed ad contraria tollenda tantùm accedam. Ad primum igitur de libertate non ſoluendi decimam prædictam præſcripta tanto tempore, cuius initii memoria non extàt, in contrarium re-
10 ſpondetur, † quòd licèt apud Theologos conſuetudo non ſoluendi decimam uiſa fuerit excuſabilis, penes tamē Canoniſtas ſecus uiſum fuit, qui dixerunt conſuetudinem nō ſoluendi decimas ſaltem in decimis prædialibus non ualere: ita Innoc. in cap. fin. de paroch. & Hōſt. & Ioan. Andr. in c. à nobis. de decim. Butr. & Imol. in c. ſtatutum. de tranſ. Anch. conſi. 196. & alii, quos refert & ſequitur Natta conſi. 136. nu. 7. concludens in hoc potius eſſe ſtandum canoniſtis, quā Theologis: idemque latè tenet Abb. in c. in aliis de decim. & Alex. conſi. 57. Romana eccle-
11 ſia. vol. 4. † Secundò ſtante prædicta opinionū diuerſitate inter Theologos & Canoniſtas, tenenda uidetur opinio media, quam ponit Hōſt. in c. à nobis. de decim. ubi dicit quòd in regionibus, in quibus de more nōn ſoluitur decima, nec prædicatur, nōn peccant mortales homines eā non ſoluentes, quaſi Romana Eccleſia uideatur in his ſaltem quo ad præterita diſpenſare, ne tantam multitudinem contingat ex hac cauſa damnari: ſed ſi poſt monitionem & prædicationem retineant eas, mortaliter peccant: & hanc opi. ſequitur ibi Io. And. uelut benigniorem, latiusq;

Natta

Natta in d.conſ.136.nu.11.vbi reſpondet ẽt mo
tiuis Theologorũ: at iſti homines Maſſæ ſæpius
in anno proximè lapſo moniti & requiſiti fue-
runt ad ſolutionem dictæ decimæ per Illuſtriſſi-
mum D. Marchionem vel ſuos agentes, idq; pu-
blicè fuit eis dictum & promulgatũ, meritò non
poſſunt excuſari, quominus ad eius ſolutionem
12 teneantur. † Tertiò quoque reſpondetur ad il-
lud, & ſecundum cõtrarium ſimul, per quod in-
nuitur quæſitum eſſe priuilegium dictis homini
bus Maſſæ non ſoluẽdi, quòd ea quæ ſunt quæ-
ſibilia priuilegio, tunc ſunt quæſibilia præſcri-
ptione ſeu conſuetudine, quando quærens eſt
capax ea poſſidendi, aliàs ſecus ſi ſit incapax eo-
rum poſſeſſionis. c. cauſam quæ, de præſcriptio.
ubi laicus poteſt habere ius decimandi ex priui-
13 legio, non autem ex præſcriptione. † Vnde
Panormit. ibi dicit, quòd licèt aliqua poſſint ac
quiri priuilegio, non tamen ſequitur, ergo
poſſunt acquiri tempore, puta præſcriptione
uel conſuetudine, niſi data capacitate poſſiden
tis: & idem voluit in cap. ſuper quibuſdam, §.
prætereà. de verbor. ſignificat. Ioann. Andr.
Anchar. & Domi. in capit. ſecundo, de præben.
in 6. ſed laicus non poteſt poſſidere ius non ſol-
uendi decimas, ergo nec ex tanto tempore, cu-
ius initij memoria non extet, ius exemptionis
acquirere poteſt eas non ſoluendi, ut per Ioan-
nem Andr. in dicto capi. 2. & latius hoc idem
firmat Andr. Sicul. conſil. 49. colum. 3. volum.
14 3. † & melius conſi. 35. colum. 5. ad finem.
volum. 1. vbi dicit, quòd ſi poſſidens non ſit ca
pax, licèt per mille millia dierum poſſediſſet,
non præſcriberet, nec acquireret ius in ea re,
cuius eſt incapax. citat dictum c. cauſamque. de
præſcript. vbi laicus non eſt capax iuris deci-
marum, ideo non poteſt eas præſcribere, quia
actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſi-
to. cap. venerabilem. de electio. additque Do-
minicum in cap. 2. de præben. dicentem quòd
licèt laicus non ſoluerit decimas per centum an
nos, nihilominus tenetur eas ſoluere, nec eas
15 præſcripſit. † Quartò poteſt etiam ſubtiliter
alio modo reſponderi, quòd aut conſidera-
mus originalem naturam decimarum, quæ iu-
ris diuini ſunt, vt per gloſſ. in l. munerum,
§. patrimoniorum. in verſicul. pontifex. ff. de
mun. & ho. ponit Ioann. Hugo in tractat. de
offic quatuor prælatorum. in titulo, de mune.
excuſa. nume. ſecundo, & Iacob. Zocc. in tract.
de ieiunio, nume. 46. vbi refert Gregorium
Papam conſiderantẽ quòd quilibet fidelis chri-
ſtianus tenetur ex præcepto & ex ore Dei red-
dere decimas & primitias de omnibus Deo, ca-
pit. reuertimini, & ſequenti, 16. quæſt. 1. cap.
ex tranſmiſſa. de decim. & ſic de omnibus re-
bus decimam dare debemus; ita vt de noſtra
vita miſera & caduca decimam Deo dare de-
bemus, hoc eſt de diebus vitæ noſtræ, propter
hanc cauſam Gregorius Papa quadrageſimã in
16 ſtituit, declarando latius ut ibi per eum; † & tũc
dico talẽ conſuetudinem ſiue præſcriptionem
tanti temporis non valere aduerſus onus ſoluen
di decimas, quia non operatur in his, quæ ſunt
iuris diuini. c. fina. de conſuetud. & ibi Ioann.
Andr. ponderans illa verba [ quacunque con-
ſuetudine ] ſicut & Andre. Sicul. colum. 5. &
Roc. de Cur. nume. 117. aut verò potius intue-
ri uolumus & perſcrutari quòd agitur in caſu
noſtro de decima conuentionali, ad cuius ſo-
lutionem homines Maſſæ ſe per contractum o-
bligauerunt, & idem iuris eſſe debet, quòd non
poſſint aliqua præſcriptione ſe tueri ab eius ſo-
lutione, ad quam tenentur virtute dicti inſtru-
17 menti: † ſicut enim quando apparet ex te-
nore inſtrumenti plus eſſe ſolutum, quàm debe
retur, veritas præualet, & attenditur non ob-
ſtante ſolutione longiſſimi temporis, etiam tan
ti, cuius initij memoria non extat, quia ſolutio
detegitur erronea: vnde curſus dicti temporis
non nocet, vt tradit Alexan. conſi. 113. colum.
2. verſi. pro confirmatione. volum. primo, poſt
Petr. & Cyn. in l. ſi certis annis. quæſtio. 10.
C. de pact. Balb. in tractat. de præſcript. in pri-
ma par. 3. partis princip. quæſt. 10. nume. 25.
Grauet. in tractat. de antiq. tempor. in quarta
parte, nume. 155. ita pariter è contra quando
minus ſolutum fuit, quàm deberetur, ut in ca-
ſu noſtro, ubi de pluribus alijs rebus ſolutum
fuit, non tamen de faſeolis, & oſtenditur inſtru
mentum contrarium denotans, illa ſolutio ve-
lut erronea non debet attendi, ſed veritas in-
ſtrumenti, vt contrariorum ſit eadem diſcipli-
na. l. fin. §. contra quoque, ff. de leg. 3. Doct. in
18 Rub. ff. de acquir. poſſ. cum ſimilibus. † Et hic
error tanto magis probabilis redditur quòd ori
ginem ducit à facto antiquiſſimo, videlicèt à præ
dicto inſtrumento quod in præteritum ignora-
uit Excellentiſſimus D. Marchio, moxque ſibi
fato quodam reuelatum fuit, quo caſu tolera-
tur, etiam ſi ſit in facto proprio. Bar. in l. non fa-
tetur, ff. de confeſ. in l. doli exceptio, ff. de nouat.
& in l. ſi res obligata, ff. de leg. 1. D. meus Rimi.
19 conſ. 372. nu. 8. & ibidem in apoſtillis dixi. † Ad
tertium reſpondetur, quòd illud procedere poſ-
ſet alio non apparente in oppoſitum: tùnc enim
à ſolita conſuetudine non ſoluendi recedẽdum
non eſſet, quoniam præſumeretur in dubio bo-
na fides, etiam q̃ nõ allegaretur, ſecundum Bal.
& Innoc. in c. ſi diligenti. de præſcr. Anch. in c. 1.
eod. tit. Alex. conſi. 6. uol. 1. Pariſ. conſi. 101. num.
87. vol. 1. at ſecus eſt apparente inſtrumento in
contrarium, quo dicti homines ad ſolutionẽ ſe
obligarunt, per quod detegitur eorum mala fi-
20 des: † meritò dicta conſuetudo, præſcriptio-
que tanti temporis allegata non ſoluendi, ſibi
ſuffragari non debet. c. fin. de præſcrip. cap. poſ-
ſeſſor. de reg. iur. in 6. conſiderando generalita-
tem illorum iurium, & rationem, propter quam
fuerunt introducta illa iura, uidelicèt propter
bonum animæ, & vt peccatum euitaretur: quæ
rationes ita uigent in iſta præſcriptione tanti tẽ
poris, ſicut in alia quacunque, ſicque firmat
Peruſ. in cap. 1. de præſcript. in ſexto, poſt glo.
in verſicu. niſi, cum ſimilibus. per Pariſ. in di-
21 cto conſil. 101. num. 111. † Ad quartum &

ultimum reſpondetur illud procedere in decima, quæ debetur de iure diuino; at reſpectu decimæ conuentionalis, ſub cuius ſolutione quis transfert bona ſua in alium, ut hic factum fuit: nam homines Imolæ conceſſerunt dicta bona hominibus Maſſæ ſub ſolutione decimæ fructuum, nullo iure prohibitum reperitur, cum quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter. l. in
22 re mandata. C. mand. † Immo verò licet in tranſlatione rerum ſuarum quæcunque pacta præfigere, ut in inueſtitura feudi. cap. 1. de feud. non hab. pro. nat. & ibi Bal. Crot. conſi. 55. num. 12. Cephal. conſi. 152. nu. 15. ſicut & in emphiteoſi. l. 1. C. de iure emphi. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua, uerſ. 169. Bal. in l. fi. §. fi. C. com. de leg. Pariſ. conſi. 86. nu. 4. uolum. 4. & in contractu locationis & conductionis. Bal. in l. legem. C. de pac. Pariſ. conſi. 79. nume. 18. uol. 3. & ſicut licet prædia dare locanda ad dimidiam, multo magis ſub perceptione decimæ partis fructuum: quare ſublatis contrariis remanet intentio Excellentiſſimi D. Marchionis fundata, ſicque iudicari, & ſententia fuit executa, quoniam dicti homines non appellarunt ſed acquieuerunt certificati iuſtitiam non fouere.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtribus Dominabus Marietta, & Leonora Calcagninis.

### ARGVMENTVM.

De legato duc. quatuor mille ex mente teſtatoris conſequendo, item ſupplemento legitimæ, donatione abſenti facta ualida, & alia ſecus.

### SVMMARIVM.

*1 Omiſſum à teſtatore pro omiſſo habetur.*
*Niſi ſequatur ad aliquid expreſſum. 17.*
*2 Teſtatoris uerba, prout iacent ſimpliciter intelligenda.*
*Quod in dubio procedit, ſecus ſi aliud ſenſerit. 20.*
*Teſtatorem non ſufficit uoluiſſe, niſi ad diſpoſitionem tranſiuerit. 2.*
*Vel ex coniecturis etiam colligatur. 20.*
*3 Conditio uoluntaria non porrigitur ad alium caſum.*
*Niſi teſtator conſiderauit effectum. 21.*
*Et licèt conditio præcisè ſit intelligenda, magis tamen ſecundum mentem proferentis eſt intelligenda.*
*4 Caſus contingens præter ordinationem teſtatoris, non includitur ſub eius diſpoſitione.*
*Niſi ex alijs dictis colligi poteſt. 22.*
*5 Teſtator præſumitur uoluiſſe grauare minus hæredem, quàm ſit poſſibile.*
*Fallit reſpectu diuerſorum, quia non inconuenit quem in plus grauari. 23.*
*6 Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*
*Aliter non diſponendo tacitè uel expreſſè, aliàs ſecus. 24.*
*7 Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.*
*Niſi onus ueniat in conſequentiam commodi. 25.*
*8 Argumentum à contrario ſenſu ualidum.*
*Dictio, prædicto, eſt relatiua præcedentium. 8.*
*9 Ablatiui abſoluti denotant conditionem.*
*10 Conditio debet in forma ſpecifica impleri.*
*11 Legati uerba quando ſunt ambigua, cauſa legati eſt inſpicienda.*
*12 Onus minui debet bonis diminutis.*
*Augeri uerò aucto commodo.*
*13 Legatum plenius interpretatur propter coniunctionem ſanguinis.*
*14 Affectio maior cadit in deſcendentibus, quàm in collateralibus.*
*15 Lex, cum auus, ff. de cond. & demon. locum non habet in fratre grauato fideicommiſſo.*
*16 Abſurdum in quacunque diſpoſitione fugiendum.*
*17 Teſtator ubi quid ueriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, pro cauto id haberi, quādo procedat, & ſit intelligendum.*
*18 Mens attenditur in fideicommiſſis, licèt ex coniecturis colligatur.*
*19 Coniecturæ in fideicommiſſis habentur pro expreſſa uoluntate.*
*24 Princeps reprobando quædam ſtatuta, cenſetur cætera approbare coram eo expoſita.*
*26 Diſpoſitio qualibet, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
*27 Teſtator non præſumitur plus dilexiſſe nepotes proprijs filijs.*
*28 Statuto ſtante quòd filia ſit contenta dote &c. non poteſt petere ſupplementum legitimæ.*
*29 Statutum an poſſit legitimam tollere.*
*30 Filiæ excluſæ ab inteſtato per ſtatutū non debetur legitima.*
*Idq; etiam facto teſtamento procedit. 31.*
*Et de ratione. 32.*
*33 Filia poteſt petere ſupplementum legitimæ, non obſtante quod pater dixerit eam plus petere non poſſe.*
*34 Clauſula quòd filia plus petere non poſſit, ut impeditiua legitimæ reijcitur.*
*35 Statutum quòd filia ſit contenta dote, quando locum non habeat. 36.*
*37 Statutum de ſucceſſ. ab inteſt. declaratur.*
*38 Clauſulam ad proxima referri.*
*Non autem ad remota, quādo ſequeretur correctio.*
*Vel reſultaret abſurdum. 39.*
*40 Correctio non præſumitur incontinenti facta.*
*41 Dos à patre data filiæ, computatur ſibi in legitimam.*
*42 Abſenti ius non quæritur ante ratificationem.*
*Nec poſſeſſio uigore conſtituti. 43.*
*Nec ſibi competit remedium reintegrandæ. 44.*
*45 Stipulatio notarij pro abſente non quærit illi ius ante ratificationem.*

*46 Rati-*

46 *Ratificatio retro nõ trahitur in praiudicium tertij.*
47 *Iuramento ius abſenti non quæritur ante ratificationem, ſed contra. 63.*
48 *Præſcriptio 40. annorum pleniſſimam ſecuritatem præſtat.*
*Vnde reſtitutio in integ. non datur.*
*Sed contra ſecundum magis communem. 66.*
49 *Statutum de præſcr. 15. ann. an procedat ſtante mala fide. 68.*
50 *Debitor quando præſcribere poßit.*
51 *Interpellatio quando requiratur.*
52 *Confeßioni mariti ſtatur, quòd uxor pecuniam habeat, uel acquiſiuerit.*
53 *Maritus & ſocer à pari procedunt.*
54 *Donatio filij in poteſtate cum iuramento ualet.*
*Donansq; metu periurij nõ debet contrauenire. 55.*
*Et an imputet filio in legitimam. 56.*
*Et an ualeat in exceſſu. 57.*
58 *Aeſtimatio debetur re non extante.*
59 *Fructus rei quando debeantur.*
*Et quando percipiendi. 60.*
61 *Ratificatio inducitur perceptione fructuum.*
62 *Hæres tenetur habere totum defuncti.*
64 *Iuramento ſtante, non requiritur interpellatio, & de ratione. 65.*
67 *Statutum de præſcrip. 15. ann. locum habet in petenterem ſibi debitam, non ſuam.*
*Et ceſſat in actu iurato. 69.*
70 *Donatio filio in poteſtate, morte confirmatur.*
*Quòd declaratur. 75.*
71 *Notarij ſtipulatione quid abſenti quæratur facta ratificatione.*
72 *Donatio ſine iuramento, & non inſinuata, corruit ne dum in exceſſu, ſed & intra.*
*Alioqui tamen contra. 73.*
*Sed auctor ab eis recedit.*
74 *Intellectus l. donationes. la 1. C. de don. inter uir. & uxor.*

## CONSILIVM XXXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS ac generoſus Comes Borſius Calcagninus in vltimo ſuo teſtamento hæredem inſtituit Comitem Herculem filium ſuum, & ſucceſſiuè filios & deſcendẽtes ſuos maſculos legitimos & naturales, & eo moriente ſine filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus, relictis filiis maſculis non natis ex legitimo coitu, eos inſtituit pro dimidia, & in alia Comitem Thomam eius nepotem ex fratre, & ſuos filios & deſcendentes maſculos legitimos & naturales, quem ſubinde Comitem Thomam & filios ſuos in totum inſtituit moriẽte dicto Comite Hercule ſine aliquibus filiis maſculis, filias autem dicti Com. Herculis legitimas & naturales dotari uoluit condecenter eo uiuente uel mortuo, relictis poſt ſe filiis maſculis legitimis & naturalibus uno uel pluribus, & eo moriente ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, eas dotari iuſſit de ducatis quatuor millibus pro qualibet earum, quorum dimidiam ſibi dari voluit per Com. Thomam, & ſuos filios, ac deſcendentes, alteram verò per filios Com. Herculis non legitimos, ad quos per ueniet alia dimidia bonorum ſuorum: iuſſitque filias prædictas de hoc eſſe tacitas & cõtẽtas, & quòd in futurum aliud petere non poſſint à præ dictis ſuis hæredibus ordine prædicto, tam pro legitima paterna quam materna, vel alia ratione vel cauſa. Quo teſtamento ſic ſtante cum Co mes Hercules deceſſerit nullis omnino filiis ma ſculis relictis legitimis, vel nõ, in controuerſiam deductum fuit an Magnificæ Dominæ Marietta & Leonora illius filiæ legitimæ & naturales de iure conſequi poſſint & habere debeant dictũ legatum ducatorum quatuor millium pro quali bet earum: nam ex aduerſo prætenditur quòd nequaquam, ea potiſſimum ratione, quoniam reperitur eis factum dictum legatum moriente Com. Hercule ſine filiis maſculis legitimis & na turalibus, relictis filiis illegitimis: at quando pariter illegitimi non extarent, teſtator non fecit dictis filiabus legatum, nec quicquam tali ca-
1 ſu diſpoſuit, † meritò ſequitur quòd omiſſum à teſtatore in ſcriptura & prolatione uerborum diſpoſitiua habetur pro omiſſo, ut tradit Bald. in l. cum proponebatur, ſecunda oppoſi. ff. de legat. ſecundo, & quòd non creditur teſtatorem voluiſſe, niſi quod expreſſit, ut idem Bald. dicit in l. uoluntatis. in princip. C. de fideicom. & in l. vnica, §. ſin autem ad deficientis. per illum text. C. de cad. tollend. ſequitur Iaſ. in l. ſi res obligata. ff. de legat. primo. Deci. conſi. 11. colum. 2. conſi. 15. nume. 1. conſi. 20. nume. 5. Socin. iun. conſi. 187. nume. 13. uolum. 2. conſi. 1. nume. 4. conſi. 4. nume. 19. conſil. 13. nume. 16. uolum. 3. Cephal. conſil. 196. nume.
2 3. conſi. 251. nume. 39. † Immo verò uerba teſtatoris, prout iacent ſimpliciter ſunt intelligenda, l. 1. §. quod autem, ff. de aleæ luſ. & aleat. Deci. conſi. 5. Cephal. conſi. 196. nume. 16. quod prætere a confirmatur ex not. per Bal. & Imol. per illum text. in l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtitut. vbi dicunt, quòd non ex omni voluntate teſtatoris agitur, ſed duntaxat ex ea, quæ tranſiuit in diſpoſitionem: vnde non ſufficit probare teſtatorem aliquid uoluiſſe, niſi appareat quòd illud expreſsè & apertè diſpoſuerit. ſequitur Iaſ. in d. l. ſi res obligata, nume. 30. & in l. 3. C. de lib. præt. Deci. conſil. 63. col. 2. conſi. 159. nume. 5. D. meus Rimi. conſil. 29. nume. 15. conſi. 224. nume. 57. Socin. iun. conſi.
3 111. nu. 28. uol. 1. † Accedit quòd conditio, de qua ſupra, appoſita per teſtatorem fuit uoluntaria, & ob id in terminis ſuis reſtringi debet, nec ad alium caſum porrigi, ut no. Bar. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. unde præſu mitur animi teſtatoris obſeruantia, & conſequẽter non ſenſerit mutare cõditionem legati reli cti. l. cũ hic ſtatus, §. 1. in fi. ff. de don. inter uir. & ux. Dec. Neap. 381. nũ. 4. Ceph. cõſi. 267. nu. 12.
4 † Ideo caſus iſte contingens præter ordinatio-

 nem

nem teſtatoris non debet includi ſub eius diſpo-
ſitione, dato quòd eſſet maior ratio diſponendi,
vt not. Cy. in l. quod fauore. C. de legib. & his
rationibus in ſimili caſu ſubſtitutionis arguit &
decidit Anch. conſi. 356. ex ſerie teſtamenti, col.
3. Alexan. conſi. 1. volum. 1. Deci. in dicto conſil.
63. colum. 2. Mantua conſi. 194. nu. 10. volum. 1.
Craue. conſi. 161. nu. 10. Pariſ. conſi. 89. nu. 20.
5 vol. 2. † Secundò principaliter confirmatur
hæc concluſio, nam ſtantibus filiis maſculis non
natis ex legitimo coitu Com. Herculis, teſtator
diuiſit præſtationem legati ducatorum quatuor
millium inter eos & Comitẽ Thomam, vel eius
filios & deſcendentes, vt ſic eos minus grauaret,
l. vnum ex familia. §. ſi rem, ff. de leg. 2. quæ præ-
ſumptio ſolet eſſe regularis. l. uxor patrui, C. de
leg. l. domus. §. fi. l. quod in rerũ. §. ſi vſumfructũ.
ff. de leg. 1. D. meus Rimi. conſi. 224. nu. 50. Deci.
in c. inter cæteras, nu. 9. de reſcr. in l. pecuniã, nu.
9. ff. ſi cer. pet. & in l. in teſtamentis, ff. de reg. iur.
6 Ceph. conſi. 243. nu. 3. † at ſi diceremus quòd
deficientibus filiis non legitimis deberetur lega
tum prædictum filiabus, ſequeretur q Comes
Thomas & eius ſucceſſores reperirentur in plus
grauati, videlicèt ad totalem præſtationem lega
ti: vnde inducta ad diminutionem operarentur
augumentum contra l. legata inutiliter. ff. de a-
di. leg. & quod ibi not. Bar. poſt Dynum, quem
plerique ſequuntur, vt Alex. in l. ſi alienam. co-
lum. 1. ff. ſol. matr. Soc. conſi. 266. colum. 5. vol. 2.
Ruin. conſi. 161. nu. 18. vol. 1. Cur. iun. conſi. 158.
7 nu. 5. † qui dicunt quòd ſi eccleſia fundum cõ-
ceſſit in emphyteoſim alicui, & producẽs inſtru
mentũ illud agat rei vendicatione contra tertiũ,
non probat ex eo dominium, quia cum tendat
ad diminutionem, non debet augumentum ope-
rari: & poſtremò ſequeretur quòd inducta ad
fauorem Comitis Thomæ, filiorum, ac deſcen-
dentium ſuorum, ne teneantur, niſi ad dimidiã
dicti legati, retorquerentur in eius & eorum o-
8 dium contra l. quod fauore, C. de legib. † Ter-
tiò prædictis accedit quòd teſtator iuſſit dictas
filias aliud petere non poſſe à prædictis ſuis hæ
redibus ordine prædicto, quæ verba inſerunt
à contrario ſenſu, quod argumentum valet. l.
1. cum ibi not. ff. de offi. eius. vbi Deci. num. 47.
de legatis loquens, & ibi dixi, quòd illud bene
petere poſſint ordine prædicto. Et illa uerba,
ordine prædicto, ſunt relatiua præcedentium
cum ſuis omnibus qualitatibus. Barto. in l. pri-
ma. §. hoc edicto, ff. de poſtul. & in l. talis ſcri-
ptura, §. fi. ff. de leg. 1. Pariſ. conſi. 158. nume. 18.
volum. 4. Dec. conſi. 465. nume. 8 & 9. Cur. iun.
conſi. 58. colum. 1. Ruin. conſi. 103. nume. 5. vol.
2. Craue. conſi. 98. nume. 8. Rip. in l. filiusfami-
lias. §. diui, nume. 111. ff. de lega. 1. Cephal. conſil.
9 44. nume. 13. † Item cum ſint in ablatiuo abſo-
luto poſita, denotant conditionem, l. à teſtatore,
ff. de cond. & demonſtr. Doctores not. in Rubr.
ff. ſoluto matrimon. Corn. conſi. 156. nume. 4.
volum. 1. D. meus Rimin. conſi. 65. num. 18. con-
ſi. 83. nume. 17. Pariſ. conſi. 81. nume. 7. conſi. 97.
nume. 86. volum. 1. Cephal. conſi. 196. nume. 4.
conſi. 292. nume. 6. & actum reddunt conditio-
10 nalem. Corn. conſi. 216. nume. 7. uolum. 1. † cu-
ius conditionis ea eſt natura, quòd impleri de-
bet in forma ſpecifica, propriè, & ad unguem.
l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtr. l. qui li-
beris, §. hæc verba, ff. de uulga. & pupil. Barto. in
l. liberorum, ff. de uerb. ſignifi. D. meus Rimin.
conſi. 26. colum. 2. conſi. 224. nume. 79. Cephal.
conſi. 262. nu. 7. Ruin. conſi. 110. nume. 10. uol. 3.
quibus infertur quòd teſtator uoluit filias pete-
re poſſe dictum legatum ducatorũ quatuor mil
lium ſecundum ordinem ſupra memoratum, &
eo præciſè obſeruato per eas, & ita demum ſi eũ
ad unguem ſeruauerint, hoc eſt ſtantibus filiis
non legitimis Com. Herculis, uidelicèt ab eis di
midiam, & à Comite Thoma uel ſuis deſcen-
dentibus alteram dimidiam, unde præter illũ
ordinem non poſſunt illud aſſequi, prout in ca-
ſu noſtro: & ex his ambigua ſatis uidetur ea-
rum intentio, quominus obtinere poſſint.
11 † Sed tamen his non attentis ulterius cogitan
ti mihi ueritas in contrarium manifeſta uidetur:
moueor in primis, nã ubicũq; uerba legati ſunt
ambigua, cauſa ipſius legati ſemper eſt inſpiciẽ-
da pro interpretatione ipſorum uerborum: do-
ctrina eſt Barto. per illum tex. in l. vxorem, ff. de
leg. 3. ſequitur D. meus Rimin. conſi. 25. nume.
28. ſed cauſa grauandi legato Comitem Tho-
mam, & ſuos deſcendentes fuit, quia & eos ho-
norauit: alioquin eos grauare non potuiſſet te-
ſtator, l. ab eo. C. de fideic. unde dubium ſurgit
an eos in totum uoluerit onerare legato ducato
rum quatuor millium, meritò cauſa legati reſpi
cienda eſt, dicique debet ut ſicut uoluit eos in
dimidia grauare, caſu quo dimidiam bonorum
conſequerentur ſtantibus filiis illegitimis Com.
Herculis, pari modo uoluerit eos in totum gra-
uare, caſu quo totam hæreditatem conſequeren
tur ob defectum filiorum Com. Herculis, &
ſic attenta dicta cauſa legandi, uerba legati
dubia debent interpretari, & ſecundum eam
12 metiri ac perpendi. † Secundò ſicut dimi-
nutis bonis onus minui debet. l. forma. §. pri-
mo, ff. de cenſib. l. omne territorium, ubi glo.
C. de cenſ. & cenſit. lib. 11. Anch. conſi. 2 8. ad
prædicta in 4. dub. Roma. conſi. 369. in 6. dub.
pariter aucto commodo debet onus augeri, ſic-
que Iaſ. argumentatur, & notat per illum tex.
in l. etſi contra. ff. de vulga. & pupil. Tiraquel.
de retractu, lignagier. §. 12. nume. 16. in gloſſ.
prima, & Crauet. conſi. 195. nume. 6. motus,
vt contrariorum ſit eadem diſciplina. Inſtitu.
de his qui ſunt ſui, in princip. & idem operetur,
oppoſitum in oppoſito, quod operatur propo-
ſitum in propoſito. l. ſi ex toto. in princip. l.
quod in rerum, §. ſi quid poſt, ff. de legat. pri-
mo. quare ſicut teſtator minuit onus legati ad
dimidiam diminutis facultatibus Com. Tho-
mæ & ſuis deſcendentibus, hoc eſt earum
dimidia duntaxat eis relicta, debet onus
augeri aucto patrimonio in eorum perſonis:
nempè quòd eo toto relicto non extanti-
bus filiis Com. Herculis, totum legatum
præſtare

13 præſtare debeant. † Tertiò confirmatur, & coadiuuatur hæc opinio ex qualitate dictarum filiarum, quæ erant de deſcendentibus ipſius teſtatoris: vnde propter coniunctionem ſanguinis latè & plenius interpretari debet dictum legatum, & ſic vt relictum intelligatur extantibus vel non, filiis Com. Herculis nõ legitimis. l. Aurelius, §. Titius teſtamento, ff. de leg. 1. ibi [ præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa ] & facit text. in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de lega. 1. ibi [ legatarij dignitas, charitas, & neceſſitudo ] per quæ iura ſic declarat Corn. conſil. 38. nume. 3. volum. 1. conſil. 103. nume. 5. uolum. 4. Deci. conſi. 289. colum. 2. verſic. 8. conſi. 601. num. 6. Natta conſi. 186. in fi. conſi. 296. in fin. Hiero. Alb.
14 conſil. 39. nume. 5. cum ſimilibus. † Quartò conſidero quòd aliqua debet eſſe differentia inter deſcendentes teſtatoris & eius collaterales, quia in primis cadit maior affectio, quàm in ſecundis. Probatur, nam videmus quòd ſi pater inſtituerit filium & eum fideicommiſſo grauauerit, intelligitur id feciſſe ſi filius ille ſine filiis deceſſerit. l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtra. quod ex coniectura pietatis induxit ibidem Papinia. quia eadem dilectionis præſumptio cadit in nepotibus filiorum, quæ in filiis contingit. Bald. & alij in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.
15 D. meus Rimin. conſi. 28. nume. 14. † at non idem iuris eſt, ſi teſtator fratrem ſuum hæredem inſtituerit, & fideicommiſſo grauauerit: non enim ſubintelligitur conditio, ſi frater ſine filiis deceſſerit, ſed etiam ſi filios reliquerit, locus eſt fideicommiſſo, vt per Barto. & Imol. in d. l. cum auus. vbi Soc. colum. 1. communem teſtatur: Cyn. in d. l. cum acutiſſimi, quæſt. 3. Ange. in princip. & Alber. colum. 2. verſic. quid in fratribus. poſt Iacob. de Rauen. Alexan. conſ. 38. uolum. 1. Dec. conſi. 529. colum. fi. Bero. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Ange. Alberic. Alexand. & Iaſ. in l. generaliter, §. cum autem. 5. limit. C. de inſti. & ſubſt. quia minor in eis cadit affectio. at videmus in caſu noſtro, quòd ſtantibus filiis maſculis legitimis & naturalibus, teſtator uoluit filias dotari tantum condecenter: quod ſi pariter factum cenſeretur ab eo, quando illi non extarent, ſed collaterales tantum, vtique nullam inter eos differentiam conſtituiſſet, & parem ad illos affectionem diceretur habuiſſe contra mox
16 allegata. † vnde, ne ſequatur hoc abſurdum, quod in quacunque diſpoſitione fugiendũ eſt, & ea ſic intelligi debet, ne in illud ſonet. l. ſcire oportet. §. aliud, ff. de excuſ. tuto. l. in ambigua, ff. de legib. Bar. in l. omnes populi. in 6. quæſt. ff. de iuſt. & iur. D. meus Rimin. conſi. 43. nu. 14. Pariſ. conſil. 8. nu. 40. conſi. 111. nume. 35. uolum. 1. conſi. 70. nu. 10. volum. 3. Dec. conſi. 19. nu. 3. Cephal. conſi. 210. nu. 12. dicendum eſt dictos collaterales ad totam hæreditatem vocatos, in eo pariter legato ducatorum quatuor millium cenſeri grauatos, ut quid plus dilectionis teſtatoris erga deſcendentes, quàm circa collaterales habita fuiſſe dicatur, & ita (meo iudicio) fundata reperitur intentio dictarum filiarum ſatis egregiè: quam concluſionem tenendo ſupereſt id tantum laboris in diſſoluendis obiectis ſupra de
17 ductis. † Ad quorum primum dico quòd ubicumque quid omnino fuit à teſtatore prætermiſſum, pro omiſſo cenſetur & habetur, l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthu. ſed vbi prætermiſſum ſequitur ad aliquid expreſſum, reputatur expreſſum, & procedit quod inquit, glo. notab. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. id eſſe de iure ſeruandum, licèt non ſit ſtatutum, quod veriſimiliter ſtatutum fuiſſet, ſi quæſitum fuiſſet, & teſtator interrogatus. Ita Bal. pulchrè diſtinguens declarat in l. vnica, circa fin. C. de his qui ant. aper. tab. quem ſequitur Dec. conſi. 89. col. pe. & in conſi. 515. colum. 1. Rubc. conſi. 68. colum. fin. Ruin. conſi. 4. nu. 4. uol. 3. Cur. iun. conſ. 111. nu. 11. & eſt doctrina eiuſdem Baldi in l. fin. nu. 9. C. de hære. inſt. dicentis ꝙ vbi expreſſo ſequitur tacitum, cenſetur expreſſum. quem ſequitur Tiraq. de legib. connub. in 5. lege, nu. 172. & Me
18 noch. lib. 2. de arbi. iud. caſu 286. nu. 29. † nec admiranda videtur iſta Baldi ſententia ſecundi capitis, quoniam in fideicommiſſis mens atten ditur, licèt ex coniecturis tantum colligatur, l. cum proponebatur. & ibi Doct. ff. de leg. 2. Dec. conſi. 15. nu. 2. conſi. 186. nu. 4. conſi. 278. num. 3. conſi. 584. nu. 1. & 2. Ripa in l. centurio, nu. 159.
19 ff. de vulg. & pup. † Imo verò coniecturæ in fideicommiſſis habentur pro expreſſa voluntate. l. licèt Imperator. ff. de leg. 1. Io. Durant. de arte teſtand. tit. de ſubſti. caut. 26. in fi. Ceph. conſil. 188. col. 3. at contraria procedunt in primo capite diſtinctionis Baldi, nos autem verſamur in ſecundo: nam clarum eſt ꝙ teſtator inſtituit collaterales in dimidia, grauauitque illos dimidia legati ducatorum quatuor millium, ſtãtibus filiis non legitimis Comitis Herculis, & ꝙ illis nõ extantibus ipſos collaterales in vniuerſum vocauit. vnde quemadmodum grauauit illos in dimidia legati, caſu quo dimidiam hæreditatis ferrent, inde colligitur coniectura ꝙ eos in toto legato grauare voluerint, ubi totam hæreditatem conſequeretur, & hic caſus licèt non fuerit verbis expreſſus, ex quo tamen ex alijs expreſſis colligitur, non habetur pro omiſſo, ſed pro cauto reputatur; quia de illo teſtator interrogatus ita ueriſimiliter diſpoſuiſſet. † Et ad illud quod dicebatur verba teſtatoris prout iacent ſimpliciter intelligenda, reſpondetur in dubio uerũ eſſe l. 1. §. ſi is ꝗ nauẽ, ff. de exerc. act. ibi [ in re igitur dubia melius eſt verbis edicti ſeruire] ſecus ſi aliud ſenſerit teſtator, l. non aliter, ff. de leg. 3. pariq; modo tollitur aliud ꝙ non ſufficit teſtatorẽ quid uelle, niſi diſponat: nã procedit in uolũtate, de qua iuridicè nõ cõſtat: ſed qñ cõſtat. ẽt per coniecturas, dicitur teſtator ſatis diſpoſuiſſe, cũ ſemper quid diſpoſuerit teſtator, mentẽ eius ẽt per cõiecturas & indicia perquiramus, l. in cõditionibus, & ibi per docto. ff. de cond. & dem. ponunt doct. in l. 3. C. de lib. ꝑteri. ſicq; formaliter rñdet Pariſ. cõſ. 75. nu. 38. uol. 2. & Soc. iun. conſi. 42. nu. 36. uol. 1. citatque tex. elegãtẽ in l. unũ

 ex ſta-

leratur, vt per Bal.ī d.l.quod fauore.7.opp.Soc:
in l.cum filio.nota.2.ff.de leg. 1.quod in caſu no
ſtro verificatur, vbi grauamen ſuccedit in con-
ſequentiam honoris.l.ab eo.C.de fideicommiſſ.
meritò ſi collaterales conſecuti ſunt totam ſuc-
ceſſionem, ceſſantibus deſcendentibus, de-
bent & totum legatum pręſtare, cuius dimidiam
tantum præſtitiſſent, ſi dimidiam tantum ſuc-
26 ceſſionis obtinuiſſent. † Ad tertium dico, quòd
teſtator quidem voluit ordinem prædictum ſer-
uari diuidendi præſtationem legati inter colla-
terales & deſcendẽtes, ubi deſcendẽtes extarẽt:
quia diſpoſitio quælibet intelligitur rebus ſic
ſtantibus.c. quemadmodum. de iureiur.l.fin.ff.
qui ſat. cog.Bar.in l.1.§. & poſt operis. ff. de no.
ope.nunc.Bal.in c.cum M.Ferrarienſis.col.5.de
cõſtitu. Feder.de Sen.conſ.281.caſus talis, eſt ſta
tuto cauetur. Marſ.conſi. 76.nu.31.Ceph. conſ.
187.in princ.Soc.iun.conſi.37.nu.21. vol.1.con-
ſi.3.nu.29. vol.2.conſi.101. nu.8.uol. 3.ſed non
inde ſequitur ꝙ ceſſantibus deſcẽdẽtibus nolue
rit teſtator collaterales ad id legatũ teneri, im-
mo potius mẽs eius in oppoſitũ colligitur ex hæ
reditate totali ſibi derelicta quòd & in totum vo
luerit eos ad legatum teneri, ut ſupra deduxi.
27 † Aliàs ſecus dicendo ſequeretur quòd teſta-
tor præſumeretur plus dilexiſſe collaterales quã
deſcendẽtes, nequaquam credendum, ſicut nec
quòd nepotes propriis filiis plus dilexerit. l.ſi ui
ua matre, C.de bon.mat.Dec.conſi.15.col. 2.D.
meus Rimi.conſi.223.nu.22.cum ſimilibus, nam
deſcendentes extantes in dimidia grauaſſet, il-
lis verò remotis collaterales in nihilum, non ob
ſtante quòd eis totum reliquiſſet, quæ ſunt ma-
ximè abſurda. Nunc ad ſecundum quæſitũ per-
tranſeundum eſt, quod in eo uerſatur, an prædi-
ctæ filiæ conſequi poſſint ſupplementum legiti-
mæ in bonis paternis, non obſtante ꝙ Comes
Borſius auus earum paternus iuſſerit eas eſſe ta-
citas & contentas dicto legato ducatorum qua-
tuor millium, nec aliud petere poſſint pro legiti
ma paterna: & prima conſideratione dicendum
videtur, quòd non vigore ſtatuti. Quòd filia ſit
contenta, quod in terminis loquitur de auo, qui
aliquid in dotem reliquit nepti, mandatq; quòd
contenta ſit: nec ultra illud occaſione legitimæ
quicquam dicere poſſit, ut in eo latius contine-
28 tur: † nam ſtante tali ſtatuto, filiæ non poſſunt
petere ſupplementum legitimæ, prout decidit
Bal.in l.fi.C.de dot.pro.colum.2. & in auth.res
quæ, C.communia de leg.verſ. quæro ſtatuto ca
uetur: licèt enim tale ſtatutum ſit nimis rigoro-
ſum, tamen non eſt contra bonos mores, ideo ſer
uandum eſt, l.proſpexit, ff.qui & à quib.& idem
tradit Salyc. in l. ſancimus.in fi. C.de nupt. &
in terminis huius ſtatuti ponit Alc.cõſi.121.vol.
6.ſubſcribẽs deductus per D.meũ Riminaldum,
quem clariſſimum iuris doctorem, & ſibi tan-
quam fratrem dilectiſſimum appellat, qui D.
meus Rimin.verò ſenſit hanc opinio.conſi.332.
colum.1. Salyc. in d.l.ſancimus, & præter eum
Deci.conſil.505. Socin.iun.conſi.25.colum.pe-
nult.uolum. 1. Ruin. conſil. 56.in quarto caſu.
uolum.3.Iaſ.conſ.221.uol.2.latè proſequuntur,
29 & tenent, ſicut & Cephal.conſi 95.nu. 3.† Sta-
tutum enim hoc caſu tãtum legitimam minuit,
non autem penitus tollit, quorum primum faci-
lius admittunt Doctores, quàm ſecundũ: ſuper
quo latè Soc.inſiſtit conſi.150.vol.1.& alij, quos
hinc inde refert Dec.in l.iura ſanguinis, & poſt
eum latius Hieron. Cucalon, ff.de regu. iur.ſed
ut non neceſſarium prætermitto. Secundò con
firmatur hæc concluſio contra prædictas filias,
ſiquidem excluduntur ab Inteſtato ſtantibus de
ſcendentibus maſculis Comitis Thomæ vigore
30 ſtatuti, de ſucc.ab inteſt. † quo ſtante pariter à
legitima, vel eius ſupplemento cenſentur exclu
ſæ, nam legitima eſt portio eius, quod debetur
ab inteſtato, l.cum quæritur.C.de inoff.teſtam.
ſi ergo nihil ſibi debetur ab inteſtato uigore di
cti ſtatuti, legitima quoque ſibi non debetur,
& ita tradit in filia Caſtr. conſil.108. ſuper eo,
de quo quæritur. in princip. conſil. 110. ſuper
primo quæſito, colum.ſecunda. conſi.120. ſi di-
cta Cornelia. in princip.conſil. 253. quoniam
fundamentum, col.4.in antiquis. Cuma.con-
ſi. 188. colum. fin. Socin.abundè conſil.127.
colum.2.volum. 4. qui dicit hanc eſſe commu.
Dec. idem confirmans. conſi. 296. colum. 1. ad
fin. cum pluribus aliis cumulatis per Crauet.
conſi.11. nume.13. & ampliſſimè per Brun. in
tracta. quòd ſtant. maſcul. articulo 9. quæſt. 1.
in ſecunda opin. Cephal. in dicto conſi. 95. col.
1.& ita clarè diſponit dictum ſtatutum, uerſicu-
lo. quibus omnibus. volens quòd fœminæ ſic
excluſæ, non poſſint cauſa & occaſione alicuius
legitimæ moleſtare, & inquietare maſculos uo-
catos ad ſucceſſionem per ipſum ſtatutum.
31 † Ex horum concluſio procedit etiam condi-
to teſtamento, in quo filiæ aliquid fuerit reli-
ctum, ut hic dictis filiabus ducati quatuor mil-
le: nec enim poſſunt ſupplementum legitimæ
petere, prout decidit Ange. conſi. 105. colum.
fina. Bald. conſil. 49. volum. quinto Fabi. de
Gioc. in authen. nouiſſima, nume. 150. C. de
inoffic.teſtam. Caſtr. in dicto conſi. 110. & con-
ſi.196.in puncto quæritur de quadruplici, col.
2.uolum.1.in nouiſ. quem refert & ſequitur Ga-
li.in l. Gallus.§.& quid ſi tantum, nu.52.ff.de li-
be. & poſth. & eo prior Alex.col.7.uerſi.reperio
32 etiam. & Rui.nu.114. † Rationemq; ponit ſi-
gnanter Caſtr.in allegato conſ.110. quia inſtitu-
tus agnatus, qui ſucceſſurus erat ab inteſtato, nõ
debet eſſe deterioris conditionis, cum habet ex-
preſſam uoluntatem defuncti, quàm eſſet ſi de-
ceſſiſſet ab inteſtato, quo caſu haberet tacitam:
vnde ſi tunc excluderetur fœmina, fortius nunc
excludi debet. & quia non poteſt perueniri
ad ſucceſſionem ex teſtamento per ſupplemen-
tum legitimæ, niſi mediante cauſa inteſtati,
cum illi tantum competat ius agendi ad ſup-
plementum cui debetur legitima, ſed legi-
tima non debetur niſi ei cui hæreditas ab in-
teſtato debetur, cum ſit portio ſucceſſionis
ab inteſtato. dicta l. cum quæritur, ergo tali
filiæ non debetur ab inteſtato excluſæ, de-

mumque ſecundum Ruin. loco citato, quia
præter id, quod ſibi relinquitur in teſtamento,
non vocantur filiæ, meritò ad ſupplementum
agere non poſſunt, quare uidetur ex prædictis
res expedita aduerſus filias prædictas, quomi-
33 nus ſupplementum petere poſſint. † Quibus
tamen non obſtantibus arbitror in caſu noſtro,
ſecus eſſe dicendum, nam dictæ filiæ de iure com
muni fundatam habent intentionem, cum duca
ti quatuor mille, pro qualibet non aſcendat ad
legitimam ſibi debitam in bonis paternis, meri-
tò poſſunt ad ſupplementum agere. l. omnimo-
do, C. de inoffi. teſt. & ibi tradit Bal. idque non
obſtante, quòd Comes Borſius iuſſerit eas ſtare
tacitas & contentas dicto legato, nec ultra quic
quam petere poſſe occaſione legitimæ paternæ,
uel alia ratione, vt in ſpecie tenent Bald. Saly.
Caſtr. & Iaſ. infinitos accumulans, in l. ſi quan-
do, §. generaliter, colum. 2. C. de inoffi. teſtamen.
Ioann. de Ana. conſi. 99. colum. fi. Alexan. conſ.
66. vol. 1. Dec. conſi. 218. num. 3. Rube. in l. Titia
Seio, §. Imperator, nu. 269. ff. de leg. 2. Pariſ. con-
ſi. 7. nu. 55. vol. 2. Ruin. conſi. 56. nu. 8. ver. & pro
pterea. conſi. 60. nu. 4. vol. 2. conſi. 40. nu. 13. uol.
3. conſi. 68. col. pen. verſ. & tanto magis. volum.
4. qui mouentur omnes per tex. in §. ſed hæc di-
ſpoſuimus. ver. cæterum. in auth. ut eum de app.
34 col. † Et ratione comprobatur, quia huiuſmo-
di clauſula, quòd plus petere non poſſit, ut impe
ditiua legitimæ reiicitur, & pro non adiecta re-
putatur, l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. te-
ſtam. ſicque Bal. Saly. & cæteri tradunt. in d. §. fi.
Bal. in l. hac edictali, col 4. ver. iuxta hoc quæro.
C. de ſecun. nup. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo, num.
69. ff. de . hære. inſtitut. Aret. in tract. de teſta. in
glo. Boſſ. nu. 3. Ruin. in d. conſi. 56. nu. 8. uerſi. &
propterea. conſi. 60. nu. 4. uol. 2. & conſi. 117. nu.
10. ver. vbi vero. eo. vol. Cephal. conſi. 95. nu. 8.
Sola difficultas ſupereſt in tollendis contrarijs,
quę verſantur circa ſtatuta de quibus ſupra: quę
35 tamen verè non obſtant, ita declarando. † nam
quatenus ad primum pertinet, quòd filia ſit cō-
tracta, dico quòd loquitur de filia, quæ non po-
teſt moleſtare fratres ſuos, vel alios deſcenden-
tes aut aſcendentes, nec quicquam de hæredita
te patris, aut aui petere præter relictum, donec
erunt aliqui de deſcendentibus uel aſcendenti-
bus maſculis, quæ verba propter dictionem do-
nec, punctaliter in caſu noſtro ſignificant, q̄ de-
beant eſſe cōtentæ exiſtētibus deſcendētibus, &
eos non moleſtare, ſed mortuo patre ſine deſcen
dentibus maſculis, quòd poſſint dicere ſe non
eſſe contentas, & alios maſculos moleſtare,
ac ſi à principio non fuiſſent à ſtatuto remotæ,
l. pater Seuerinam, ff. de cond. & demon. cum ſi-
36 milibus per Bart. in l. fi. ff. ad Tertul. † vbi con-
cludit quòd ſtatutum filias excludit, donec, vel
quouſque, ſeu quandiu ſuperuixerint maſculi,
ceſſantibus maſculis fœmina reintegratur ad
ſuam portionem, quam à principio habuiſſet,
ſi non fuiſſet excluſa, & ita per prædicta & alia
decidit in terminis huius ſtatuti Soc. conſi. 76.
colum. 1. in fin. uolum. 3. Alexan. in l. 1. C. de lib.
præt. Capra. conſil. 76. Ruin. conſi. 26. volum.
3. Socin. iun. conſi. 76. nume. 113. uolum. 1. con-
ſi. 110. nume. 4 conſi. 114. volum. 2. Ceph. con-
ſi. 95. nume. 16. at hic non extant filij neque de-
ſcēdētes maſculi Com. Herculis, meritò nō de-
bent impediri dictæ filiæ ſupplementum legiti-
37 mæ petere. † Quo verò ad aliud ſtatutum de
ſucceſ. ab inteſt. dico breuiter ex eo filias iſtas
adiuuari, quæ ſunt deſcendentes à Comite Bor
ſio. vult enim quòd ſi filiæ ſeu deſcēdentes, quas
excludit ſtantibus maſculis agnatis, dotatæ non
fuerint, debeat eis dos conſtitui nō minor legiti
ma, ſi uerò dotatæ eſſent dote minore legitima,
poſſint agere ad ſupplemētum legitimæ: & ideo
ceſſant omnia ſuperius adducta ſecundò loco,
cum ſtatutummet excludens eas, illis prouideat
reſpectu legitimæ uel ſupplementi. & quatenus
poſtea ſubdit de fœminis, q̄ non poſſunt inquie
tare maſculos occaſione legitimæ, loquitur de a-
liis fęminis, quæ nō ſint filiæ neq; deſcēdētes e-
ius, de cuius hęreditate tractatur, quales ſūt col
laterales ut patet in verſiculo, aliæ verò fęminæ
38 † qui quidē verſiculus ad p̄cedentem proximū
referri debet incipientem, aliæ uero, ubi de col
lateralibus agit non autem ad ſuperiora, vbi de
deſcentibus loquitur, & vult eas habere legiti-
mam uel eius ſupplementum. vnde non debet
ad ea referri, ex quibus correctio ſequeretur. gl.
in l. ſi idem, §. fi. ff. de iur. om. iud. Bald. conſi. 317.
uol. 4. Alex. conſi. 48. col. 4. uol. 1. Dec. conſi. 195.
colum. 4. in prin. Iaſ. in l. talis ſcriptura, num. 39.
ff. de leg. 1. Rube. conſi. 49. col. fi. D. meus Rimi.
39 conſi. 56. nume. 12. . † Sic enim iure optimo con
ſtitutum eſt, vt quotiens ex aliqua relatione re-
ſultaret abſurditas, fieri non debeat. glo. in c. ut
circa. in ver. coram. de elec. lib. 6. Alex. in d. §. fi.
Abb. per illum tex. notab. 6. in c. eccleſia veſtra.
2. de elect. Bar. in d. l. talis ſcriptura. Oldr. conſi.
152. factum tale. Bal. in l. 1. C. de lib. præt. Abb.
conſi. 75. illud de iure quæritur. colum. pen. uol.
2. Dec. in c. 2. requiris, nu. 6. de app. at nullum
maius abſurdum dici uel imaginari poſſet quā,
quòd ſtatuētes incontinenti ſe corrigere voluiſ-
40 ſent, † quod tātoperè lex abhorret. l. non ad ea.
ff. de cond. & demonſt. nec præſumit, ut per Bar
to. in l. omnes populi. car. pen. verſiculo, nota di
ctionem tāquām, & uerſiculo, item contra præ-
dicta, ff. de iuſt. & iur. Ceph. conſi. 278. nu. 68.
dicentes, quòd nunquam cenſetur de mente di-
ſponentis quòd fiat correctio, niſi expreſsè dica
tur, & ideo fieri non debet, l. præcipimus. in fi.
C. de app. Immo uitanda eſt, c. cum expediat. de
elect. lib. 6. Roland. à Valle conſi. 80. nu. 29. uo-
lum. 1. & conſi. 35. in fi. uol. 2. & ita ſecundū quæ
ſitum remanet ex prædictis explicatum: unum
tamen non omittens, quòd ſcuti mille in tot bo-
nis immobilibus dati per Comitem Herculem
Magnificæ D. Mariettæ in dotem, ſeu Illuſtri
eius viro D. Hermeti Bentiuolo, computari de-
41 bent in legitimam ſuam, † quia dos à patre fi-
lia data computatur in legitimam ſibi debitam,
l. quoniam nouella. Et ibi not. C. de inoffi. teſta.
Bar. in l. in quartam, nu. 10. ff. ad l. Falc. & ibidē

Ripa,

Ripa, num. 152. Et in hoc non eſt ulterius ela-
borandum. Tertiò proponitur Comitem Bor-
ſium anno Domini 1520. cum iuramento con
feſſum fuiſſe ad inſtantiam notarii ſtipulantis
nomine dictarum dominarum Mariete & Leo-
noræ dum uiueret magnifica D. Aurelia mater
earum, eam certam quantitatem beſtiarum
vaccinarum acquiſiuiſſe, ac vlterius eidem nota
rio ut ſupra ſtipulanti donaſſe dimidiam om̃ium
beſtiarum vaccinarum & omnium pro indiuiſo
cum Comite Thoma nepote ſuo in inſtrumen-
to expreſſarum, cum prohibitione quòd Comi
ti Herculi nullus quæreretur vſufructus, & cum
renunciatione inſinuationis iuramento uallatæ
demumque dictum Comitem Herculem dictũ
inſtrumentum & omnia & ſingula in eo conten
ta confirmaſſe. Quæritur ergo nunquid prædi-
cta de iure valeant & ſubſiſtant ad fauorem di-
41 ctarum Dominarum. † Et prima conſideratio-
ne dicendum uidetur quòd nequaquam: cum e
nim præſentes non fuerint, nullum ius eis quęſi
tum fuit ante ratificationem. l. 3. in prin. l. quem
admodum. l. quod meo. §. ſi furioſo. & l. ſi ſeruus
communis. §. 1. ff. de acq. poſſ. l. ſi ego. ff. de neg.
geſt. quod & iuris antiqui conſtitutum eſt: nam
ut ſcribit Cicero in Topicis, neque deditionẽ
neq; donationem ſine acceptione intelligi poſ-
43 ſe. † unde uidemus q; ſi quis conſtituat ſe poſ-
ſidere nomine abſentis, non quæritur abſenti
poſſeſſio prinſquam ratificet, ut uoluit Iacobus
Buttig. in l. quædam mulier. ff. de rei uend. ſe-
quitur Alex. conſi. 153. col. 1. uol. 6. Dec. conſil.
216. Goza. conſi. 31. col. 2. nu. 8. Caſſane. conſil.
7. col. 8. ver. item etiam conſil. 59. col. pe. Rube.
conſi. 117. in prin. Grat. Reſpon. 36. col. pe. uol.
1. Mantua conſi. 256. nu. 19. uol. 1. Bar. ab eis nõ
animaduerſus, conſi. 206. inter procuratorem.
44 † Et ideo tali abſenti, cuius nomine quis ſe con
ſtituit poſſidere, non competit remedium recu
perãdæ poſſeſſionis, etiam ſi poſtea ratificet, cũ
tẽpore ſpoliationis non poſſideret, quo nondũ
ratum habuerat, ut uoluit But. & Abb. in c. cum
ueniſſet, de reſti. ſpol. ſequitur Alex. in d. l. quod
meo. in prin. col. 1. & poſt eum Claud. Aqueñ.
col. 1. poſt Alex. Corn. conſi. 110. col. pen. conſi.
173. col. pen. vol. 1. Alex. conſi. 110. col. 2. uol. pri
mo. Dec. in l. ſemper qui non prohibet. col. 3.
ff. de reg. iur. conſi. 210. col. 2. conſi. 460. in fine.
Bertran. conſil. 173. quia difficultas, col. 5. uolu.
3. demumque Tiraquell. in tract. de conſti. par.
45 3. limita. 30. col. 1. & ſecunda. † Nec quicquam
dictis mulieribus uidetur opitulari poſſe ſtipu-
latio notarii pro eis facta & in inſtrumento po-
ſita, quia nec talis acceptatio notarii pro abſen
te facta ius aliquod ei quærit ante ratificationẽ,
ut tradit Caſtr. conſi. 195. niſis his quæ in ſecun
do dubio, uol. 2. ubi ſignanter de donatione lo
quitur abſenti facta, prout in caſu noſtro, pro
quo notarius ſtipulatus eſt & acceptauit & interi
rim priuſquam ipſe abſens ratificaret, res dona-
ta peruenit ad alium, dicitque quòd ante ratifi
cationem nullum ius nec dominii, nec poſſeſſio
nis fuit quæſitum dicto donatario abſenti pen

d. l. ſi ego. eſt enim ſpeciale in mutuo, ut alteri
per alterum etiã ignoranti acquiratur actio, per
l. certi condictio. §. ſi nummos, ff. ſi cer. pe. & idẽ
tradunt infiniti Doctores in uariis locis ut Soc.
in l. fi. colum. fi. uerſiculo, poſtremo, ff. de acqu.
poſſ. Dec. in d. §. ſi nummos. col 2. in l. 1. col. 6.
uerſiculo, & ſtipulatio. C. de pact. in l. quo tutel
la. §. 1. ubi quoque Cagnol. qui communem te-
ſtatur. ff. de reg. iur. Dec. in l. contractus, colum.
6. uerſi. & ampliatur, eodem titulo, ubi dicit ſin-
gulare, & ſecundum id ſe ſic conſuluiſſe, ut uere
fecit in d. conſi. 226. col. 2. conſi. 147. col. 4. conſi.
432. cõſ. 464. col. 1. cõſ. 531. ad fi. & conſ. 661. col.
2. & plures alii copioſè more ſuo cumulati p
Tiraquel. in d. limitatione 30. nu. 10. quibus ad
dendus eſt Alcia. in c. cum contingat. de iureiu
rando, nu. 134. & Cagnol. in l. fi. num. 173. C. de
pact. qui pariter hanc opi. commmunem teſta-
46 tur. † Nec quicquam prodeſſe poteſt dictis do
minabus ratificatio ſua (ſi eam fecerunt) quoniã
fieri non poteſt, nec facta retrotrahitur in præ-
iudicium hæredum Comitis Herculis, in quos
dominium translatum fuit, & eis ius quæſitum.
l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iure dot. no. in l. ſi debitum.
§. primo. ff. rem ratam haberi. tradit Caſtr. conſ.
195. niſis his, col. 3. uol. 1. Dec. conſil. 126. col. 1.
conſi. 147. col. 2. & in l. contractus. nu. 16. ff. de re
gu. iur. Alex. conſi. 78. colum. 4. uol. 5. & conſil.
10. col. ſecunda. uolum. primo, ubi dicit quòd ad
hoc ut ratificatio ualeat, requiritur quòd ille
qui poſſidebat tempore ratificationis adhuc poſ
ſidebat, alias ſi poſſeſſio eſt penes tertium, ea nõ
ualet, cum res non ſit integra, ut per Dy. & Bar.
in l. ſi uxor, §. ſi quis rem. ff. de adult. ſequitur Ro
lan. à Valle conſi. 4. nu 13. uolum. 1. & cum præ-
dictis etiam concordat Cur. iun. conſi. 55. num.
10. & conſi. 76. Soc. iu. conſi. 77. num. 115. uol.
2. conſ. 101. nu. 19. uol. 2. Natta conſi. 153. num.
9. D. meus Rimi. conſi. 343. nu. 18. & conſil. 397.
nu. 10. cum ſimilibus: tantoque magis quoniam
defectus interuenit ex earum parte ratum habe
re debentium, quo caſu fieri non poteſt, in præ-
iudicium tertii iuxta diſtinctionẽ Bartoli in l.
bonorum. ff. rem ratam haberi. quem deducit &
declarat Roland. à Valle conſi 97. nume. 61. uo
lu. primo. & defectus inde colligitur, quia non
fuerũt præſentes confeſſioni neque donationi:
alias ab initio ualuiſſet ſine ratificatione, quia in
fauorabilibus tacens præſumitur conſentire, l.
qui patitur. ff. mand. Bar. in l. quæ dotis. ff. ſolut.
47 matrimo. cum uulgar. † Nec inſuper iuramen
tum Comitis Borſii confitentis & donantis ope
rari potuit ut ius dictis dominabus acquirere-
tur ante ratificationem: ſicut enim dicta confeſ-
ſio & donatio tacitam habebat conditionem, ſi
pars acceptaret, ita & iuramẽtum. l. fi. C. de non
nume. pec. ita Alciat. in c. cum contingat, num.
241. de iureiur. Pariſ. conſi. 77. col. fi. uol. primo.
& poſt eos Plot. in l. ſi quando, nu. 12. C. unde ui
Cagnol. in l. fi. nume. 173. C. de pact. Secundò
principaliter cũ Comes Borſius & ſubinde Co-
mes Hercules ad certas beſtias tenerentur, hæc
que petierit antequã per interpellationem fue-
rint

rint in mora conſtituti,utique liberati ſunt. l.is
qui ex ſtipulatu,ff.de actio.& oblig.l. ſi ex lega-
ti cauſa,ff.de uerbor.obligat.l.quod te,ff.ſi cer-
48 tum peta.cum uulgaribus. † Tertiò uidetur ob
ſtare prædictis mulieribus præſcriptio 43. anno
rum decurſum a tẽpore celebrati inſtrumenti
de quo ſupra,quæ pleniſſimam immunitatẽ ac
ſecuritatem præſtat. l.omnes.in fi.C. de præſc.
30.anno.& inde nullam moleſtiam uel inquie-
tudinem formidari, dicit tex.in l.fi.C.de fund.
patri.lib.11.unde reſtitutio in integrum non cõ
petit aduerſus eam ex capite ignorantiæ,ut tra-
dit Alex.conſi.162.col.fi.uolu.2.& in l.3.§.La-
beo,circa fi.ff.de acqui.poſſ.Dec.conſil.29.col.
2.& 3.Rube.conſi.12.conſ.56.col fi.Goz.conſi.
49 8.in fi.Pariſ.conſi.23.nu.221.volum.1. † Qui
nimmo fortius videtur eis obſtare ſtatutum Fer
rariæ de præſcri.15.annorum,diſponens elapſis
15.annis quem petentem creditum ſuum non
audiri:& cum generaliter loquatur non diſtin-
guens inter debitorem bonæfidei uel malæ, paſ
ſim procedere debet, ut tradit in ſimili ſtatuto
huic Ferrariæ Alex.conſi.115.uol.7.quod præ-
ter eum cõfirmatur ,nam lapſis 15. annis liberat
debitorẽ, ſi iurauerit ſe ſoluiſſe , aut ſatisfeciſſe.
hinc enim colligitur quòd ſciebat ſe debere, cũ
ignorans debitum non ſoluat aut ſatisfaciat.
50 † Prætcrea quando debitor non tenebatur of
ferre,aut per ſe ſoluere, ſed requirebatur credi
toris interpellatio,tunc antequam fuerit inter-
pellatus ,non dicitur in culpa, nec in mala uo-
luntate,cum ſemper ſit paratus ſoluere quãdo
requiretur,meritò carere uidetur peccato:nec
dici debet in mala fide, ſicque præſcribere po-
teſt etiam de iure canonico.ita tradit Abb.in c.
quod clericis,col.pen.verſic.& pro concordia,
de for:compe.& plenius in cap.fi.col.4. de præ
ſcrip.Soc.iun.conſi.145.num.65.uolum. 1. poſt
Corneum conſi.277.col.2.uol.4. at in propoſi-
to noſtro, poſito quod Comes Borſius cõfeſſus
eſſet illas beſtias eſſe D.Aureliæ,aliasque dictis
51 dominabus neptibus ſuis donaſſet, † non tamẽ
ad earum traditionem certo,& præfixo tempo-
re ſe aut ſuos hæredes obſtrinxerat, & ob id re-
quirebatur eius interpellatio.l.ſi ex legati cau-
ſa.ff.de uerb.oblig.meritò nihil impedire uide-
tur præſcriptionem fuiſſe decurſam contra præ
dictas dominas:& hæc uidentur aliquam diffi-
cultatem ingerere in hoc tertio quæſito , earum
que intentionem periculoſam reddere,quomi-
nus obtinere poſſint in præſenti cauſa.Attamen
eis non attentis maturius mihi cogitanti contra
rium uerius eſſe uidetur,nam quatenus ad præ
dictam confeſſionem clarum eſt eam ualuiſſe, il
52 lique ſtari debere: † ſi enim ſtatur confeſſioni
mariti,quòd uxor pecuniam uel quid aliud acq
ſiuerit,ita quod poſtea non poteſt allegari quòd
ex bonis mariti peruenerit ad eam.Sal.in l.ma-
ter.C.de contrah.emp.Alex.conſi.24.colum.1.
uol.1.conſi 13.uiſis dubiis,uolu.4.& in l. quod
ait,ff.de diuor.in apoſt.ad Bart.& conſi.42. uo-
lum.5.Soc.conſi.61.colum.1.uolum.4.Rip lib.
3.reſpon. de dona.reuo.capitulo quartò. Crau.
conſi.61.nu.7.pari modo ſtandum eſt confeſſio
ni ſoceri,qualis erat Comes Borſius reſpectu
Do.Aureliæ, ꝗ ipſa quæſiuiſſet dictas beſtias,
53 † q̃a maritus & ſocer a pari ꝓcedũt.l.rei iudica
tæ,in fi.gl.notab.& ibi Docto.in l. ſi conſtante.
ff.ſol.matr. talisque confeſſio quemadmodum
nocet Comiti Borſio, qui eam fecit, ſic & eius
ſucceſſoribus,ut tradit Bal.conſi.89.D.Tomas,
col.1.uolum.1.Soc.conſi.249.col.fi.uol.2. Dec.
conſi.184.ad fi.Craue.conſi.125.nu.2.Soc.con-
ſi.12.col.fi.uol.3.Pariſ.conſi.17.num.24.uolum.
3.Rui.conſi.128.nu.16. uol.2. & melius ad rem
noſtram,conſi.50.num.13.uol.1.ubi dicit quòd
confeſſio defuncti cenſetur etiam confeſſio filii
& hæredis ſui,quia factum defuncti reputatur
factum hæredis, ſecundum gl.Bar.& Bald.in l.
ſeruus.in prin.ff.de cond.furt.& Alex.in l.ſtipu
latio iſta.in prin.ff.de uerbo.obliga.ideo ſubdit
Rui.quòd nocet alteri habenti cauſam ab illo
hærede,licet titulus ſit ſingularis:quia ſicut pro
bationes factæ priusque receptæ contra aucto-
rem nocent ſuo ſingulari ſucceſſori , ſecundum
Bar.in l.ſi mater §.fi.ff.de excep.rei iud.& in l.ſi
ſuperatus,ff.de pignor. ſic & confeſſio auctoris
ante trãslationem in alterum factam nocet ſuo
ſingulari ſucceſſori,ſecundum Io.Andr.in addi
tio.Specul.in titu.de teſte,§.nunc tractemus, in
addi.magna. Aret.conſ.36.col.2.uerſi.ſecundò
dico.Rui.conſi.76.num.14.uol.4.& hoc ad un-
guem conuenit caſui noſtro, nam Comes Bor-
ſius fecit illã confeſſionem,cuius hæres fuit Co
mes Hercules,& aduerſarii cauſam habent ab
54 eo,ut inferius etiam dicetur. † Reſpectu uerò
donationis dicti Com.Borſii pariter dici debet
eam ualuiſſe, licet eam fecerit neptibus ſuis &
in eius poteſtate conſtitutis,cum iuramento ro-
borata fuerit,ut per Bal.in l.fi. uer. quid ſi fuit.
C.de uſuc.pro dot.conſi. 430. præmittendum,
uol.1.alias conſi.362.uol.3.Abb.in c.cum con-
tingat,col.fi.de iureiur.Aret.conſi. 17. colum.
3.Alex.conſi.20.col.1.uolumi.3.& in l. ſi dona-
tione.C.de colla.ubi Iaſ.Dec.& D.meus Rimi
nal.teſtantur hanc eſſe communem, quibus & a
lios adiunxi in §.1.n.193.Inſti. de dona.& nunc
addo Rolan.à Valle conſi.77.in prin. uolum.2.
Portium Imol.in ſuis Regulis,concluſio.ſecun
55 da,lib.1.ubi citat infinitos. † Et licet aliquos al
leget in oppoſitum numero pauciores ; tamen
ſubdit, quòd donans metu periurii non debet
cõtrauenire,ſecundum Fulg.conſ.199.Corneũ
conſi.238.col.pen.uol.1. & conſi.9.uol. 2. quod
ad idẽ tẽdit,ut omnino ualere debeat hac uia,
quando directè non ualeret. Et idem quoque la
tè tenet Viuius in ſuis communibus opinio. in
56 uerbo,donatio facta à patre filio. † ubi cõcludit
unum aliud pulchrum, uidelicet talem donatio
nem filio non imputari in legitimam,per tex.in
l.ſi quando.§.generaliter.C.de inoffi.teſtamen.
& notat Cra.conſi.136.num.ſecundo,latiusque
Rolandus à Valle conſi.11.nu.32. uolu. 2. licet
ſecus eſſet,ut ille dicit,in donatione quæ non
fuiſſet ab initio ualida,ſed morte patris confir-
mata,ſecundum quamplures per eum cumula-
tos

tos & qui communem teſtantur, quod ut extra
57 caſum noſtrum non proſequor. † ſed ad rem
noſtram deueniens, dico quòd poſito quòd
donatio prædicta quingentos aureos exceſſiſſet
& inſinuatio non interuenerit, tamen ualuit et
in exceſſu uigore iuramenti, ut poſt Io. Andr.
& alios tenet Alex. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.
dicens quòd ita ſæpe conſuluit prout reperitur
in conſi. 4. col. pen. conſi. 125. col. pen. uol. 1. con-
ſi. 31. col. 3. & conſi. 82. col. fi. uol. 2. Idemque te-
net Dec. conſi. 239. nume. 2. conſi. 432. col. pen.
ubi teſtatur eſſe magis communem, conſil. 488.
col. 2. & conſi. 536. col. pen. Cur. iu. conſi. 34. col.
1. qui dicit hanc eſſe magis communem, conſi-
lio 81. col. pen. & conſilio 141. colum. fina. Iaſon
conſilio 118. colum. ſecunda, uolum. 4. ubi pari-
ter firmat hanc eſſe magis communem, & conſi
lio 169. colum. antepen. uolum. 4. eamque ſequi-
tur uti communem Pariſ. conſi. 33. col. 7. uol. 1.
conſi. 69. col. 10. & conſi. 26. nu. 59. eod. uolumi.
Rui. conſi. 121. col. 1. conſi. 126. col. 4. uol. primo
Rube. conſilio 59. Rolandus à Valle, conſil. 19.
nume. 48. & conſilio 77. nume. 20. uolu. primo.
58 † Et quoniam ſupponitur dictas beſtias non
extare tam quæſitas per D. Aureliam, quam do
natas eius filiabus, conſequens eſt ut ſucceſſo-
res Comitis Herculis ad earum æſtimationem
teneantur. l. ſi ſeruum, §. finali, cum ibi not. per
glo. Bar. & Docto. ff. de uerborum obligat. Bar.
& alii in l. uinum, ff. ſi cer. pet. ubi Cagnol. nu-
me. 28. practicam ponit in petenda huiuſmodi
59 æſtimatione † Quinimmo cū petant quod ſuū
eſt, nempe dictas beſtias maternas partim, par
timque ſibi donatas, fructus earum pariter con
ſequi debebunt a tempore moræ in eis præſtan
dis ut not. in l. uideamus, §. ſi actionem, ff. de u-
ſufruct. & eſt tex. in l. 2. C. de pact. inter empt.
& uendit. tradit Bald. in l. petens, columna
fi. C. de pact. & poſt eum Dec. col. pen. Caſtr. &
Dec. in l. cum fundus, in prin. ff. ſi cer. pet. Alex.
in d. l. uinum, nu. 18. Iaſ. in l. pacta quæ contra, in
fi. & ibidem Dec. col. 3. C. de pact. cum ſimilib.
per Tiraquel. de utroque retra. in titulo de re-
60 tract. conuentio. §. quinto, numero quinto. † Et
hæredes Comitis Herculis teneri debēt nedum
ad fructus per eum perceptos & patrem ſuum,
ſed & ad percipiendos per ipſas Dominas, hoc
eſt ad quantum ipſæ communiter & communi
æſtimatione percipere potuiſſent, ut tradit Bar.
in l. domum. C. de rei uend. cuius opinionem di
cit eſſe magis communem Alex. in addi. ibi. vn-
de nedum ad caſeum & lanam, ſed & ad fœtus
ſucceſſiuis temporibus natos, & quot quot com
muniter naſci potuiſſent, tenentur: cum hæc om
nia in fructu eſſe dicantur. §. in pecudum. Inſt. de
rer. diui. quare ſuper prædictis fundata manet
earum intentio: ſola difficultas ſupereſt in tollē
dis obiectis ſuperius deductis. Igitur ad primū
dico quòd ſi probari poſſet vel expreſſam rati-
ficationem D. Aureliæ & filiorum interueniſſe
uel ſaltem tacitam, puta per perceptionem fru-
ctuum ab eis uel ab aliis earum nomine, volun-
61 tate, vel ſcientia, res in tuto foret, † quia ſufficit
ratificatio talis etiam tacita, nam percipiēdo fru
ctus uigore contractus quis uidetur ratificare cō
tractum, ut tradit Alex. conſi. 88. colum. pen. uo-
lum. quinto, & in terminis noſtris ita declarat
Dec. conſilio 586. nume. 13. Grat reſpon. 12. co-
lum. 1. uolumi. 1. Goza. conſil. 42. colum. prima,
& fi. pleniusq; Tiraque. in tract. de conſtit. par. 3.
limit. 30. nume. 11. & præter eum Rui. conſi. 39.
colum. prima, uolum. 4. Rol. à Valle conſi. 6. nu
62 me. 42. uolum. 2. † ſed quoniam forſan hæc non
euenerūt aut probari non poſſent, alio modo re
ſponderi pōt obiecto prædicto, ꝙ cum Comes
Hercules approbauerit & emologauerit dictam
confeſſionem & donationem Comitis Borſii ſui
patris ad fauorem D. Mariettæ & Leonoræ filia
rum ſuarum, ac expreſſē renunciauerit uſufru-
ctui dictarum beſtiarum ad utilitatem ipſarum,
conſequens eſt vt illius ſucceſſores factum illius
teneantur habere ratum, nec illi quoquomodo
cōtrauenire poſſint. l. cum à matre. C. de rei uē-
dicatio. & hoc modo res ſatis integra dicitur, ut
iſtæ Dominæ nunc etiam poſſint ratificare, quia
ius & dominiū dictarum beſtiarum non dicitur
in eius hæredes translatum, nec illis quæſitum,
ſtante dicta acceptatione, quo caſu Caſtr. in di-
cto conſi. 195. nu. 10. & Tiraquel. loco citato, nu
me. 73. fatentur ratificationem fieri poſſe etiam
per hæredes donatarii, quo fit ut tanto magis
per dictas dominas, quæ ſunt donatariæ, fieri
poſſit. & ſuperius dicta procederent remota ap-
probatione Comitis Herculis, qua ſtante ſecus
63 eſſe debet. † Nō omitto quoque periculoſam
reddi concluſionem, de qua ſupra quòd ex iu-
ramento Comitis Borſii confitentis & dona n-
tis non fuerit ius acquiſitum dictis domina-
bus ante ratificationem, nā plures contrarium
tenuerunt: & in primis glo. in c. quotiens cor-
dis oculus, prima, q. 7. quam ſequuntur commu
niter Doct. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb.
oblig. ut ibi deducit Alex. Barto. in l. ſiquis pro
eo. 6. memb. ff. de fideiuſſ. Butr. & Imol. in d. ca.
cum cōtingat. Rui. cōſi. 180. nu. 12. uolu. 1. Natta
cōſi. 262. nu. 18. & conſi. 506. nu. 17. ubi ratione
mouetur, quia iuramentum uidetur præſtitum
deo. c. debitores. de iureiu. & Deus ſupplet præ
ſentiā abſentis. l. properādum. §. ſin autem reus.
64 C. de iudi. † Ad ſecundum uerò rñdetur, quòd
cum Com. Borſius dictam confeſſionem & do-
nationem cum iuramento fecerit, utique non
fuit interpellatio neceſſaria ad conſtituendum
ipſum in mora, quia iuramentum interpellat
pro homine, ſicut Deus: ita Butri. & Abb. in c.
breui. de iureiur. Cremen. ſingula. 122. Iaſ. in l.
quod te, nu. 22. ff. ſi cer. peta. ubi Dec. commu-
nem teſtatur, eamque firmat ex aliis Cra. conſi.
64. num. 2. ſequitur Capella Tholoſana 407. in
additione, in 5. limita. Ripa reſpon. 7. num. 1. in
3. par. Goza. conſi. 57. nume. 11. Alex. in l. 2. §. uo
luntate, col. pen. ff. ſol. mat. & ibi Iaſon, colum. fi
na. & in l. nam & poſtea, §. ſi quis, col. fi. ff. de iu-
reiu. Rol. à Valle conſi. 57. nume. 45. uol. 1. An-
dr. Sicul. in c. fi. 5. limi. de emptio. & uend. Natta
65 conſi. 263. nume. 20. † vbi rationem apertam
deducit,

deducit,quia ſi iuramentum habet uim litis cõ
teſtationis,d.l.nam & poſtea,§ is qui. certè litis
conteſtatio conſtituit debitorem in mora.l.ſi in
Aſia.in fi.ff.depoſ.meritò quamprimum dictus
Comes Borſius præſtare potuit dictas beſtias,
& eas non præſtitit dictis dominabus, dicitur in
mora fuiſſe,& ob id poſtea de earum interitu
fuit obligatus.Præterea conſiderandum eſt, ꝙ
Comes Hercules in inſtrumento approbatio-
nis conſtituit Comitem Borſium præſentem,&
acceptantem actorem,factorem, & adminiſtra-
torem dictarum beſtiarum,fructuum, & reddi-
tuum earum:quo ſtante dicitur ipſe Com.Bor
ſius ſe obligaſſe ad cuſtodiam nunc officii ſuſce
pti,& obligatus ad interitum earum,niſi proba
retur eas naturaliter fuiſſe mortuas,uel ab alio
occiſas ſine facto & culpa ſui,vt per Bal. & Ca
ſtren.in l.cum ita,§.ſpecies.ff.de leg.2.Iaſ.in d.
l.quod te,nu.11.Alex.conſi.157.volum.2. Cor
ne.conſi.208.uol.1.Marſi.in practi.crimi.§.at-
tingam,num.91.Præuidellus in tracta.de peſte,
66 cap.4.† Ad tertium de præſcriptio.43.annorũ,
breuiter non elaborando,ubi non expedit,ma-
gis eſt communis opi. ꝙ reſtitutio concedatur
aduerſus eam ex capite iuſtæ ignorantiæ, ut te-
ſtatur Fel.in c uigilanti,colum.2.& 11.de præ-
ſcr.latè Deciſ.Neapo.39.& 319.Dec.conſilio
67.& conſi.303.Bocr.Deciſ.39.per tot um Iaſ.
& Dec.in l.quandiu.C.qui.admi.Alex.conſil.
168.uiſo themate,col.pen.& fi.uol.2.ubi reſpõ-
det ad iura dicentia præſcribentem habere ple-
niſſimam & tutam ſecuritatem,ut id ſit uerũ p̃-
ſcriptione decurſa contra ſcientem, ſecus autẽ
contra probabiliter ignorantem:& cum prædi-
ctis etiam tenet Mauritius in tracta.de reſtit.in
67 inte.cap.58.& 59.† Quo uerò ad præſcriptio-
nem ſtatuti,primò reſponderi poteſt illud habe
re locum duntaxat in petẽte rem ſibi debitam,
non autem in petente rem ſuã,ut in iſtis domi
nabus contingit:ita Roma.conſi.201.pro deci-
ſione.quia ſtrictè quod meum eſt, non dicitur
mihi debitum.glo.Inſti.de actio.in prin. idem-
que tradit poſt Roma.Fel.in c.fi.nu.6.de præ-
ſcrip.Grat.reſpon.41.nume.7.uol.1.& hoc ſua-
dent uerba dicti ſtatuti dicentis [ ſi quis habue-
rit aliquod inſtrumentum debiti].Et rurſus ibi
[quod creditũ probare poſſit]quæ uerba deſec
uiunt actioni perſonali,non autem reali, ut de
68 ſe patet. † Secundò reſpondetur tale ſtatutum
generaliter loquens debere tamen intelligi de
præſcriptione cũ bona fide,& ſic qñ debitor nõ
eſt in mala fide,ut ex multis probat Corn.conſi
lio 264.col.pen.uolu.primò:non enim ſeruan-
dum eſſet ſtatutum diſponẽs quòd præſcriptio
curreret cum mala fide,nec ualeret tanquã nu-
tritiuum peccati,prout uolunt Io.Andr.& An-
cha.in c.1.de excep.in.6.cum ſimilibus,ut ibi la
tius per Corne.Quin & Alexander in allegato
conſilio 115.uolum.7.fatetur ſtatuentes id face
re non poſſe,quo ad auferendum beneficium iu
ris cõmunis alteri,licet ſecus ut ille ſubdit,quo
ad auferendum beneficium indultum ab ipſis
ſtatuentibus concedentibus paratam executio-
nem inſtrumento,quod non proſequor, ut ex-
tra propoſitum noſtrum,quia uerſamur in pri-
mo caſu, in quo conſentit nobiſcum Alexan-
69 der ibi. † Tertiò tale ſtatutum ceſſare debet in
hoc debito iurato, quia non tollitur præſcrip-
tione ſtatutaria.Bar.in l. nam & poſtea.§. is qui.
ff.de iureiur.& poſt eum Bal. Ang. & Iaſ. num.
5.Fel.in d.c.fina.nu.7.& ita tertium quæſitum
remanet hinc inde uentilatum & optimè reſo-
lutum. Quartò & ultimò quæritur, an donatio
facta per Comitem Herculem filio clariſſimi iu
riſconſulti & Illuſtris Comitis Hieronymi Fal
leti oratoris Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Du-
cis Ferrariæ penes Illuſtriſſimum Dominium
Venetorũ,ualuerit? & prima cõſideratione di
cendum uidebatur quòd ſic, dato quòd facta
fuerit dicto filio per ipſum Com.Herculem a-
doptato,& ob id in poteſtate dicti Com. Hercu
lis aui ſui conſtituto.§.ſed hodie.Inſt.de adop.
70 † quoniam morte donantis confirmata fuit di-
cta donatio.l.donationes.la prima.C.de don.
inter uirum & uxorem ſed tamen contrarium
uerius puto:moueor in primis,quoniam dicta
donatio facta reperitur in filium adoptatũ, nec
dicitur præſentem:quo ſtante præſumitur ab-
ſens fuiſſe,ut tradit Caſtr.& Areti.in l.Titia.§.
idem reſpondit.ff.de uer.obli. Caſtr.in l. illud.
nu.6.C.de ſacr.ſanct.eccl.Rui.conſil.154.num.
21.uolu.5.& quod peius eſt,nec etiam notarius
pro eo fuit ſtipulatus.Et dato quòd Falletus di-
ci poſſet fuiſſe ſtipulatus,quatenus dicitur in in
ſtrumento,quam donationem prædictus Co-
mes Hercules Clariſſimo D. Hieronymo Falet
to promiſit ſolenni ſtipulatione firmam, gratã,
& ratam habere, tamen tantum abeſt ut id ua-
71 luerit: † licet enim notarius ſtipulari poſſit ab
ſenti & ignoranti,quantum ad hoc ut ſecuta ra-
tihabitione abſentis,quæratur illi utilis actio ſi-
ne ceſſione,tamen nõ idem ſequitur ex alterius
quàm notarii ſtipulatione, qui quidem alter ſi
ſtipuletur abſentis nomine,non propterea quæ
ritur ei ex ſola ratificatione ſine ceſſione:ita tra
dit Caſtr.in l.3.ff.rem pup.ſaluam fore, & in al
legato conſilio 195.2.dubio,uolum.2. Tiraque.
in tract.de conſti.in 3.par.limita.30.nume.9.&
67.tanto minus igitur hic,ubi de ratificatione
72 non conſtat. † Secundò nullitas dictæ dona-
tionis aliunde ſurgit,quòd excedit 500.aureos,
& tamen inſinuata non reperitur,& ſine iuramẽ
to facta fuit:unde corruit in totum, nec morte
donatoris confirmatur, etiam intra legitimam
ſummam,ut uoluit Saly.in d.l.donationes, mo
tus ratione glo.quia duobus caret adminiculis,
ſcilicet ratione rei, & perſonæ: nã in re peccat,
quia præter ſummam:in perſona uerò, quia à
patre filio facta fuit,unde nulla ex parte ſuſtine
ri debet:duplex enim impedimentũ difficilius
tollitur,quàm unũ.l.uim paſſam.§.proſcriptio-
ne.ff.de adult.Bal.in l.1.colum.3.C.de furt. &
ultra Salyc.tenet hoc idem Soci.in l.1.colu.17.
uerſi.circa ſecundum,ff.ſol.matr.conſi.115.col.
2.uolum.4.ubi dicit ſic aliàs cõſuluiſſe,& quòd
conſilium fuit approbatum a collegio Piſano,
idem

idemque tenet Iaſ.in l.1.§.ſed ſi mihi, colum.4. & ibidem Alciat.colum.7.ff.de uerbor. obligat. Cur. iun.conſi.95.colum.fin.Caſſane. conſil. 7. nume.23.Rui.conſi.132.col. fi. uolum.4. Pariſ.
73 conſi. 16.nume.28.yolu.1. † Et licet Odofred. in d l.donationes. Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de dona.uerſic.hoc ſcias. Crot.in d.§.ſed ſi mihi,col3.& in l. frater à fratre, col.17. ff.de cõd.indeb.Are.cõſ.17.col.2.Rube.cõſi.123.Bello.conſi.4.col.pen. & gl.per eos non adducta in c.fi.de don.inter.uir. uoluerint donationem tãtum præter legitimam ſummam non confirmari morte,ſed intra ſic:tamen à priore ſententia pluribus etiam roborata non recedo,qui uoluerũt eam in totum collabi,quam alias ego latè firma
74 ui in §.1.num.222.Inſt.de dona. † ponderando nouiter tex.in d.l.donationes, ubi dicit, ita demum firmas eſſe donationes illas,ſi uſque ad legitimam ſummam, uel eam excedentes actis fuerint intimatæ:clarum eſt enim hoc caſu eas eſſe firmas nedum in exceſſu 500. aurorum,ſed intra exceſſum.dum ergo aduerſatiuè ſubiũgit, nam amplioris quantitatis donationem minimè intimatam,nec per ſilentium eis, qui donauit,confirmari concedimus;debet intelligi, nõ confirmari nedum in exceſſu,ſed nec intra legitimam ſummam & exceſſum,alias ille uerſiculus non bene ueniret aduerſando ſuperiori; & ita tenendum eſt ex illo tex.& aliis per me conſi
75 deratis loco memorato. † Et hinc ceſſat obiectum de confirmatione donationis morte donãtis,quia procederet ea facta intra legitimã ſummam,uel ſi ultra,cum inſinuatione:alias ea deficiente, & ultra ſumma cõſtituta corruit in totũ, nec mors quicquam operatur ad eius confirmationem,ut in d.l.donationes, vt ſupra conſiderata. Et ex his remanent quæſita reſoluta pro dictis dominabus,ad laudem Dei.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtrisſimo & Reuerendisſimo D. Cardinale Saluiato.

### ARGVMENTVM.

De Laudemio pro feudo eccleſiæ ſoluendo ad ſextam partem ueri pretii.

### *SVMMARIVM.*

*1 Feudi conceſſio dicitur emphyteoſis,quando quid annuum præſtatur.*

*Niſi præſtitum fuerit etiam iuramentum fidelitatis.2.*

*Vel annuum ſit modicum reſpectu ualoris rei.4.*

*3 Feudo in conditionato ſeruantur conſtitutiones feudales,non autem ius commune.*

*5 Filiorum appellatione in feudis ueniunt omnes deſcendentes.*

*Licèt nec nati,nec concepti.6.*

*Niſi dictio tantùm,fuerit adiecta.20.35.*

*7 Expreſſi in inueſtitura qui dicantur.*

*8 Expreſſum dicitur ſub generalitate uerborum contentum.*

*9 Laudemium non debetur pro acquiſitione feudi.*

*Saltem quando renouatio fit deſcendentibus. 10.*

*Sed alij contra.36.*

*11 Intellectus interpretationis 4.bullæ Bonif.41.*

*12 Laudemium emphyteoſis quinquageſima.*

*Et feudi arguendo de uno ad aliud.*

*Secus ſtante bulla Bonif.42.*

*13 Pacta ſeruanda.*

*Vaſallus feudi fictualis ceſſans ſoluere canonem uel eius partem per biennium cadit.13.*

*Secus adiecto iuramento fidelitatis.14.*

*Niſi ſit feudum eccleſiæ Lombardiæ 15.*

*16 Sententia declaratoria requiritur,ut deuolutio feudi locum habeat.*

*17 Intellectus bullæ Bonif.quando de canone non ſoluto uel inueſtitura non petita loquitur.*

*18 Verba in fine poſita referuntur ad poſita principaliter in oratione non demonſtratiuè.*

*19 Verbum maſculi, excludit fœminas.*

*20 Verbum filij, arctatiuè poſitum, non comprehendit nepotes.*

*21 Laudemium pro feudo deberi,ſicut & quantum conſuetudine.*

*22 Conſuetudo tendens in augumentum diuini cultus, ſeruanda.*

*23 Conſuetudo loci feudi,primum ſeruanda.*

*Nec aduerſus eam quid innouandum.24.*

*Nec requiri obtentam fuiſſe in contradictorio iudicio 25.*

*26 Caſus ſtatuto nouo non deciſus,ſed antiquo ſic,eo,nõ autem iure communi decidi debet.*

*27 Ius commune genus eſt,bulla Bonif.ſpecies.*

*28 Probatio in ſpecie præualet generali.*

*29 Præſumptio ſpecialis generalem tollit.*

*30 Iudicia ſpecialia præualent bonæ famæ generali rei.*

*31 Ius Moſaycum decidens ſeruatur inter Hebræos, nõ autem ius commune generaliter loquens.*

*32 Diſpoſitio hominis refertur ad ſtatutum loci,non ad ius commune.34.*

*33 Emphyteoſis recepta pro filijs maſculis & fœminis intelligitur ordine ſucceſſiuo,ſtante ſtatuto fœm.excluſiuo.*

*37 Argumentum de emphyteoſi ad feudum ualet, ubi militat eadem ratio.*

*38 Laudemium quare debeatur.*

*39 Feudi renouatio in filijs & deſcendentibus qualis.*

*40 Feudum filij,non ut quærendum,ſed quæſitum capiunt.*

## CONSILIVM. XXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ANno Domini 1447. Nicolaus V. Pont. Max. per literas ſuas licentiam dedit Reuerendiſſimo Do. Franciſco de Padua Epiſcopo Ferrariæ concedendi in feudum bona & terras poſitas in dioceſi Trecentæ ad menſam Epi-

Epiſcopalem Ferrariæ ſpectantes per diuerſos laicos occupatas, dato quòd prius in feudum concedi non conſueuiſſet ſub cenſu perſoluendo, qui ſi infra biennium ſic ſolutus non fuerit, ad eandem menſam dicta bona liberè reuertantur: quo facto dictus Epiſcopus anno ſequēti iure feudi inueſtiuit Illuſt. Comitem D. Vgutionem de Cōtrariis de dictis bonis pro ſe & eius filiis legitimis & naturalibus maſculis tantùm ſub annuo cenſu ducatorum 10. in feſto Natiuitatis Domini ſoluendo, pacto deuolutionis appoſito, ſi ceſſatum in eo fuerit per biennium, ſolutione ducatorum 200. facta pro reſiduo & complemento laudemii dicto Epiſcopo debiti pro dictis bonis, & iuramento fidelitatis eidem præſtito: parique modo anno 1475. Illuſt. Comites Nicolaus & Ambroſius filii dicti Com. Vgutionis eo mortuo fuerunt inueſtiti, annoq; 1486 rurſus dictus Comes Ambroſius mortuo fratre, poſteaque bona peruenerunt ad Illuſtrem Comitem Vgutionem ſecundum illius filium, & inde ad Illuſtr. Comites Alfonſum & Hercules filios ſuos, demumque mortuo dicto Comite Alfonſo relictis Illuſtr. Comitibus Alfonſo & Hercule iunioribus eius filiis, & facta diuiſione totius patrimonii inter eos & patruum dictæ res in totum dictis fratribus obuenerunt: de q. bus rebus dictus Comes Vgutio ſecundus, & alii poſt eum ſucceſſores nullam ſumpſerunt inueſtituram, nec cenſus integros ſoluerūt, unde nata fuit annis elapſis controuerſia, nunquid dicti fratres tenerentur inueſtituram ſummere de dictis rebus ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinale de Saluiatis tunc Epiſcopo Ferrariæ meritiſſimo & pro laudemio quantum ſoluere: cunque tunc eius aduocatus & in eius Epiſcopatu conſultor eſſem, requiſitus fui quòd mihi de iure conſentaneum uideretur in mediū adferre: cuius Reuerēdiſſi. Domini uotis parere cupiens, & facti ſerie diligēter animaduerſa, prima conſideratione mihi dicēdum uidebatur di-

1 ctos Illuſtr. Comites ad neutrum teneri. † Pro cuius concluſionis fundamento præmittebam quòd licet dici ſoleat ubi quid annuum præſtatur (ut hic ducati 10.) potius emphyteoſim dici, ſeu contractum innominatum, quàm feudum, dato quòd in feudum dicatur conceſſio rei facta, ut uoluit Bal. in l. liberti. col. fin. C. de oper. lib. Alex. in l. utrum, col. 2. ff. de uerbor. obliga. conſi. 136. colum. 2. uolum. 1. conſi. 5 col. 2. uolu. 5. Cur. in tract. feud. 6. q. primæ par. nume. 15.

2 Deciſ. Neapo. 119. colum. 2. † tamen quando pro re conceſſa nedum uenit præſtanda penſio annua, ſed ultra ſeruitiū perſonale propter iuramentum fidelitatis præſtitum (ut ex inueſtituris patebat) reputatur ut feudum, & ut feudū regulatur: ita Cy. in auth. ingreſſi. q. antepen. C. de ſacr. eccl. Alex. conſi. 9. colum. 2. uol. 5. Brun. conſi. 41. colum. 2. ubi dicit ſic intelligendam eſſe deciſionem Baldi in d. l. liberti. & ſequacium.

3 † Immo quòd in tali feudo conditionato ſeruari debeant conſtitutiones feudales, non autē ius commune, tradit Spec. de loca. §. nūc aliqua. verſi. 85. & Gemi. in c. ad Apoſtolicæ, de re iud. in 6. per illum tex. qui feudum appellat Regnū Siciliæ conceſſum ab eccleſia Imperatori ſub annua penſione: dicit enim Gemi. quòd non regulabitur ſecūdum ius commune, loquens de emphyteoſi propter iuramentum fidelitatis, quo Cæſar aſtringebatur: & hoc apertè tenet Card. Flor. in cap. potuit. loca. quem ſequitur Aluar. in c. 1. §. ſed nec alia, quæ fue. prima cauſa. bene. inducendo latius, ut per Alex. d. conſi. 9 colum. 3. qui & alios citat: quibus addo Roma. conſilio 70. colum. 1. ubi dicit tale feudum conditionatū

4 naturam feudi ſortiri. † Hocque tanto magis procedit, cum id quod annuatim præſtatur, eſt quid modicum, habito reſpectu ad ualorem rei conceſſæ, vt hic ducati 10. qui pro dictis rebus præſtantur, quæ ſupponebantur eſſe ualoris ducatorū 9342. nam tali caſu magis feudū reputatur quam emphyteoſis, ut tradit Rui. conſi. 35. colum. 2. uol. 1. & quando res magni ualoris conceditur ſub ſeruitio, feudalis præſumitur, ut cōcludit Afflic. in c. ex quib cau. feu. ami. colum. fina. Hoc igitur præmiſſo, quòd ageretur de feudo, uidebatur quòd dicti Comites non tenerentur aliquod laudemium ſoluere, quia Comes

5 Vgutio fuit inueſtitus pro ſe & eius filiis. † Sed in feudis appellatione filiorum ueniunt oēs deſcendentes in infinitum, prout tradit Bal. & Iacob. de Beluiſ. in c. 1. uerſi. & ſi clientulus, de alie. feu. Bal. in capitulo, quæ in eccleſiarum, numero 39. de conſtitutio. conſil. 170. uolum. 1. in anti. Alex. Soci. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens, col. pen. ff. de libe. & poſth. Alex. conſi. 122. col. 2. uol. 4. cōſi. 17. col. 1. uol. 5. Dec. conſil. 445. nu. 51. Iaſ. in l. de quibus, colum. 5. num. 19. ff. de legib. Iacob. à S. Georg. in tract. de feu. uer. præſentes, vbi concludit ab hac opi. non eſſe recedēdum. Alc. in l. filii appellatione, in fi. ff. de uer-

6 bo. ſig. † Ex quibus uidebatur dictos Comites comprehendi, dato etiam quòd nec nati, nec cōcepti fuiſſent tempore dictæ inueſtituræ, ſecundum Bal. in l. & in perſonam, circa fi. C. de fidei com. Andr. de Iſer. & Aluar. in c. 1. §. hæc quoq;. de ſucc. feud. Dec. conſilio 445. nu. 21. & cum cōtinerentur ſub illo uocabulo, filiis, in hac materia generali, ſatis uidebantur expreſſi in priore inueſtitura, ſecundum Anchar. conſi. 393. col.

7 1. † ubi uult expreſſos in inueſtitura dici, qui ſub generali uocabulo continentur, & ſic qui tacitè ex uerbis inueſtituræ comprehenduntur. ſequitur Fel. uariato nume. in c. tranſlato, colum. 3. de conſti. & ideò tex. in c. 1. in fi. de ſucc. feud. dicens quòd in inueſtitura feudi noui debet exprimi quòd frater poſſit ſuccedere, uerificatur ſi ex uerbis generalibus id colligi poſſit. Curt. conſi. 49. col. 13. & conſi. ſeq. colum. 45. Rip. in l.

8 1. nu. 52. ff. de vulg. & pup. † motus ex illa regula, quam Bart. & alii tradunt ibi, quòd expreſſum dicitur id quod ſub generalitate uerborū comprehenditur l. fi. C. quòd cum eo. ſecundū communem ſenſum: de qua Bar. & Bald. etiam ponūt in l. prætor. ff. de oper. no. nūc. Bart. in l. centurio. col. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Signorol.

rol.conſi.176.colum.3. Bal.Aret.& Imol.in l.il-
lud.ff. de acq.hær.Anch.cõſi.393.colum.1. Ale-
xan.conſi.76.col.4.vol.5.conſi.201.cul.2. vol.6.
cum ſimilibus cumulatis à Lodulpho Schara-
diero cõſi.34.num. 61.primo tomo diuerſorum
Germaniæ. meritò dicti Comites vt ſemel inue
ſtiti nõ videbãtur indigere alia inueſtitura,nec
9 ad laudemii ſolutionem concessi poſſe. † Secũ-
dò confirmabam hãc opi.quia iure cautum nõ
reperitur,quòd pro quæſtu vtilis dominii rei
feudalis ſoluatur laudemium, licèt in emphy-
teoſi ſit ſecus. Alex.cõſi.5. colum. 2. vol.1.Car.
in c.potuit. loca.Imol.in c.ex parte,de feud. do
mi.in c.ad Apoſtolicæ.§.ſed licet. de re iudi. in
6.Alua.in c.1.§.ſed nec alia. quæ fu. prima cau-
ſa.Ruin.communem teſtans conſil. 10.col.pen.
vol.1.Et poſito quòd aliàs eſſet ſoluendum de
10 iure, † tamen quando renouatio feudi fit in per
ſonam filiorum,aut deſcendentium,vt hic,non
debet ſolui laudemium, niſi feudum eſſet ad ec
cleſiam reuerſum,vel incorporatum,quia dicta
renouatio non eſt noua acquiſitio,ſed dominii
continuatio.l.in ſuis.ff.de libe.& poſth. ita Bal
dus in c.quæ in eccleſiarum,col.pen.nume.36.
de conſti.Alex.cõſi.5.col.2.volumi. 5.vbi dicit
quòd idem ſentit Faber.Inſti.loc.§.adeo.colũ.
3.Idemque pulchrè ponit Bald.in l.1.q.4.ff.de
rer.diui.dicens quòd feudum antiquum,quòd
prouenit a ſucceſſione uel linea progenitorum
non requirit nouam inueſtituram,quia quærit
ſine ea,cum ex antiqua iam ius ſit quæſitũ,nec
requiritur noua traditio.c.1.in uer.per inueſti-
turam de feudo Mar.Natta cõſil.615. nume.4.
11 † Hinc infertur quòd qui ſuccedit in feudo nõ
admittitur ad ſucceſſionem,vt ex nũc,ſed vt ex
tunc.Pariſ.conſi.23.nu.130.& 131.vol.1.Ceph.
conſi. 152.nu. 100. † Tertiò dictis Comitibus
opitulari videbatur interpretatio 4.ex antiquis
ad bullam Bonifacii IX. prius editam, volens
quòd in inueſtituris ante vel poſt factis pro ſe
& ſuis filiis maſculis, illi tales in quo proce-
dit talis inueſtitura intelligantur inueſtiti, &
pro inueſtitis, quantum ad hæc, habeantur, vt
eis non ſit opus inueſtituram petere, nec ali-
quid pro inueſtitura ſoluere: accedebatque pa-
riter interpretatio 3.ex nouis clare dicẽs, quòd
inueſtitura ſub hac forma pro ſe & filiis intelli-
gatur comprehendere nepotes & filios uſque in
quartum gradum ſecundum ius canonicum, vt
non teneantur præciſè inueſtiri,nec ſoluere cap
ſoldum.Tales enim erant dicti Comites abne-
potes Comitis Vgutionis primi inueſtiri, & ſic
12 in 4.gradu ſecum coniuncti. † Quartò & vlti-
mò quando dicti Comites cogi potuiſſent ad ſo
luendum laudemium, dicendum videbatur il-
lud quinquageſimam non excedere poſſe,& ſic
duo pro quolibet centenario,ſumpto argumen
to ab emphyteoſi, vt primo loco Alex. conſil.
5.poſt prin. vol.3.& concludit Afflict.in c.1.§. ſi
militer,n.14.de capi.Cor. & in c.1.§.illud quo-
que,col.3.nu.14. de pro.ali.per Fede. Gui.Pap.
q.415.circa fi.vbi teſtatur deberi laudemium de
cõſuetudine generali Patriæ Delphinalis, & cę
terarum vicinarum,ad inſtar rei emphyteoticę,
& ſic quinquageſimam, vt in ea deciditur in l.
fi.C.de iure emphy.ſicque pariter arguẽdo cõ-
cludit Caſſa.in conſu.Burgun. titulo de retrac.
Rub.10.§.10.num.7.vnde concludendo videba
tur dictos Comites nec ad inueſtituram ſuſci-
piendã teneri,nec ad ſolutionem laudemii: vel
ſi tenerentur ad quinquageſimam tantùm cõ-
pelli poſſe.Iſtis tamen non obſtantibus in con-
trariam ſententiam tunc deſcendi pro dicto Il-
luſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino, quòd
dicti Comites ad ſoluendum laudemium tene-
rentur,& quòd illud eſſe deberet ſexta pars ve
13 ri pretii d.rerum † mouebar,nam cum in ſolu
tione canonis per biennium fuiſſet ceſſatum,
bona fuerant deuoluta liberè ad menſam Epi-
ſcopalem,prout in inueſtituris conuentum fue-
rat inhærendo literis Nicolai V.cum pacta con
uenta ſeruãda ſint.l.iuriſgentium.§.prætor ait.
ff.de pact.& quia in feudo fictuali,pro quo cer-
ta annua penſio pecuniaria ſoluitur ( vt hic du-
cati 10.) conſtitutum eſt quòd ſi feudatarius ceſ
ſauerit per biennium in ſolutione canonis, vel
partis eius,totum feudum perdat,vt poſt Inno-
cen.tradit Bal.in c.quæ in eccleſiarum, nu.13.
de conſti.per tex.in ca.1.§.ſed nec alia. quæ fu.
prima cauſa,cui prout ſubdit,non reſponderet
Apollo.ſequitur Alex.conſi.11.col.2.volum.5.
Idemque tradit Bal.in l.ædem,colum.3.C.loca.
vbi dicit quòd pro vno nummo non ſoluto va-
ſallus & emphyteota priuantur re,quia in eo re
14 preſentatẽ honor dñi. † Et licèt in hoc alii cõtra
rium tenuerunt,quando præter penſionem an-
nuam promiſſum fuit iuramentum fidelitatis:
tunc enim feudum non dicitur datum principa
liter propter canonem, ſed penſio eſt quædam
cauſa impulſiua,qua ceſſante non reſcinditur
cõceſſio,iux.l.2.in fi.ff.de dona.& ita tenet Car
di.conſi.92.col.5.in prin.Aluar.in d.§. ſed nec
alia,col.pen.qui dicit ita cum Caſtrenſe conſul-
15 uiſſe ſequitur Alex.conſi.9.col.1.vol. 3. qui com
munem dicit. † Tamẽ vt eleganter tradit Brun.
conſi.41.colum. 5. non procedit hoc in feudis
eccleſiarum Lombardiæ,qualis eſt hæc Epiſco
palis Ferrariæ, qui curant magis de redditibus
burſalibus,quàm armorum,vt tradit Bal. in ti.
tulo de pac. Conſtant.in verſi. libellariæ,ad fin.
ideo burſalis commoditas videtur fore princi-
palior & potentior,quàm perſonalia ſeruitia in
inueſtitura deducta ſecundum Brun. qui etiam
conſiderat in caſu ſuo,quòd penſio ſeu cenſus
fuit merè pecuniarius, nil habẽs annexũ præe-
minentiæ,ſed ad meram commoditatem pecu
niariam & vtilitatem concedentis principaliter
conſtituta(vt hic) meritò per eius ceſſationem
vaſallus debet priuari,ſecus ſi cenſus præſtaret
in ſignum honoris pręeminẽtiæ ac ſubiectionis
magis quàm ratione commodi pecuniarii, vt ſi
præſtaretur enſis,brauium,ſeu vexillum,aut q.d
ſimile honorificum; tunc enim priuari non de-
berẽt per ceſſationem ſimilis cenſus,vt per Mar
tin. Laud.in dicto capitulo primo,quæ fue. pri-
16 ma cauſa. † hæcque deuolutio locum habere
debebat

debebat, vt ego dicebam, cum ſententia declaratoria domini interueniſſet, quam requirit Baldus in c. 1. in prin. col. fi. quib. mo. ſeu. ami. conſ. 136. nihil commune, in fi. volum. 1. Car. conſil. 74. col. 1. conſi. 92. colum. 5. Alex. conſi. 124. col. 1. vol. 1. Dec. conſil. 185. nu. 9. Cra. conſil. 212. & idem pulchrè Dec. conſi. 146. nu. 8. quare ſi volebant dicti Comites rurſus admitti debebant
17 inueſtiri, & laudemiũ ſoluere. † Nec iſtam deuolutionem poterãt euitare prætextu bullæ Bonifacii 9. dicentis ob canonem non ſolutum vel inueſtituram debitis temporibus non petitam res ab eccleſia recognitas in commiſſum non cadere, nec ad dominos deuoluere, quoniam debet intelligi, niſi pacto conuentum fuerit deuolutioni locum eſſe, ſi ſolutum non fuerit: cũ quilibet ſuo fauori poſſit renuntiare. l. penul. C. de pact. Et quia loquitur alternatiuè, quando penſio ſoluta non fuerit, aut renouatio non petita, ſecus autem quando copulatiuè ſimul in vtroque ceſſatum fuit, vt ſubtiliter ponderat & in indiuiduo declarat Rui. conſ. 167. nu. 19. volum. 1.
18 & quod in præſenti caſu concurrebat. † Secũdo confirmabam hanc partem, ponderando diligenter verba prioris inueſtituræ factæ Comiti Vgutioni, quæ dicebant pro ſe & eius filiis legitimis maſculis tantum: illa enim taxatiua tantũ, non refertur ad verbum maſculis, expreſſum demonſtratiuè, quia in contrarium eſt tex. & ibi not. Bar. in l. fi. §. Titia, ff. de lib. leg. ex quo notat Bar. quòd verba in fine poſita referuntur ad ea quæ in oratione ponuntur principaliter, & non ad illa quæ ſunt poſita gratia demonſtrationis: ſequitur Alex. in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iur. om. iud. Dec. in c. 2. requiſitis, col. fin. limi. 8. de appell. meritò illa dictio tantùm, refertur ad verbum filios, poſitũ principaliter in oratione.
19 † Quod etiam confirmatur, nam per illud verbum, maſculis, abſque dictione, tantùm, fœminæ erant excluſæ, etiam ab homine, quia per incluſionem maſculorum, fœminæ excluduntur, ſecundum Bart in l. cum auus, ff. de cond. & demonſtra. argu. l. cum prætor. ff. de ind. ſequitur Abb. conſi. 36. vol. 1. poſt Hoſtien. Goſre. & Io. Andr. in c. Raynaldus. de teſta. Butri. 66. Iaſ. in l. ſi quis id quod, nu. 21. ff. de iur. omn. iud. & D. meus Vberr. Zucc. in l. fi. ſub nu. 69. verſi. & vltimo. C. de edic. diui. Adr. parique modo dici poteſt de naturalibus tantum, per incluſionem legitimorum & naturalium. Si ergo illa dictio tãtùm, quæ ſequitur ad verbũ maſculis ad proximum ſolum referetùr, & non ad precedentia, eſſet in totum ſuperflua, quod non eſt dicendũ: quia quodlibet verbum minimum, præſumitur poſitum cum effectu quid operandi. Bal. in rub. C. de cõtrah. emp. q. 9. quæ ſuperfluitas ceſſat mediante relatione ad verbum, filiis. ita conſiderat in terminis dictorum verborum Rui. conſi. 45.
20 nu. 24. volum. 1. † Comprobatur, nam quando verbum filii, reperitur arctatiuè poſitum, non comprehẽdit nepotes & alios vlterioris gradus: exemplum ponit Bald. conſi. 302. vol. 4. in nouquem refert Cra. conſi. 98. n. 9. ſi dictum fuerit, inſtituo filium, qui mihi naſcetur infra 10. menſes. ſic ergo dicamus quando dictum fuit pro filiis tantùm, vt hic: meritò dicebam dictos Comites, vt in prima inueſtitura non comprehenſos noua indigere, & ad ſolutionem capſoldi teneri. Et de hoc eſt inſuper in terminis interpretatio tertia noua bullæ Boni. vbi poſito caſu, quando dictum fuit pro ſe & filiis ſimpliciter, ſubdit quando dictum fuit pro ſe & filiis tantùm, vultque filios primi gradus tantùm venire alioſque vlteriores velut non expreſſos inueſtiri debere, &
21 laudemium ſoluere. † Tertiò reſpectu quantitatis laudemii dicebam, quicquid de iure ſit, de conſuetudine induci poſſe, non tantùm quòd pro feudo laudemium debeatur, vt tradit Guido Pap. q. 415. circa fin. Caſſa. de quo ſupra; ſed & quantum, vt per Alex. conſil. 5. vol. 5. vbi de 10. pro centenario præſtandis loquitur: valet. n. ſtatutum vel cõſuetudo ſuper rebus emphyteoticis vel ſeudalibus eccleſiæ, quatenus agitur de præiudicio laicorum, vt concludit Ancha. conſ. 125. viſis & diligenter, conſ. 433. poſtquam iſta. Bal. conſi 9. col. fi. vol. 3. Caſtr. conſ. 218. præſuppoſito. in antiq. Barb. conſi. 14. col. fi. vol. 1. Rui. conſi. 4. col. 2. vol. 1. Rocc. de Cur. in tract. de cõ-
22 ſu. n. 497. qui communem teſtatur. † Et cum talis conſuetudo tendat in augmentũ diuini cultus, ſi laudemium debeatur, & maius rectori eccleſiæ, dicitur eſſe conformis iuri communi, & per conſequens cenſetur à iure approbata, iux. doctrinam Innoc. Ioan. And. & cæterorum in c. fi. de conſu. ſequitur Alex. de Neuo conſil. 48. nu. 4. Sed in propoſito noſtro viget iamdiu conſuetudo in hac ciuitate Ferrariæ (prout in facto ſupponitur) quòd de rebus feudalibus ſoluatur ſexta pars veri pretii pro laudemio: igitur illa
23 ſeruanda eſt, † quia ad deciſionem cauſarum feudalium potiſſimum & in primis obſeruari debet, & attendi conſuetudo loci, vbi feudum ſitũ eſt; eaque ſuperat omnes alias cõſuetudines traditas in vſibus feudorum, vt eſt tex. apertus, & ibi glo. 1. & Doctores in c. 1. de feu. cogni. tradit Caſtr. conſi. 3. vol. 2. Guid. Pap. conſ. 297. Pariſ.
24 conſi. 21. nu. 14. vol. 1. † Nec aduerſus antiquã conſuetudinem in præſtandis cenſibus aliquid eſt innouandum. l. cum ſatis. §. caueat. C. de agr. & cenſit. lib. 11. Pariſ. conſi. 25. nu. 25. vol. 4. ſed vt inquit Bald. in c. 1. §. libellariæ, in fi. de pac. Conſtant. in feudis conſuetudo eccleſiæ ſemper ſalua eſſe debet, eique velut diu ſeruatæ ſtandũ eſt, ac deferẽdum. c. quòd dilectio. de conſang.
25 & affinit. Soc. iu. conſi. 140. nu. 52. vol. 2: † idque licet non probetur eam fuiſſe obtẽtam in cõtradictorio iudicio, velut non neceſſarium, cũ ſufficiãt actus extraiudiciales, vt tradũt. Pet. & Cy. in l. 2. nume. 9. C. quæ ſit long. conſu. Bar. in l. de quibus, ff. de legi. in lec. & in rep. nu. 13. Caſt. n. 11. Iaſ. nu. 41 Butr. Abb. & Imol. in c. fi. de cõſu. Abb. conſi. 73. colum. 2. uolum. 1. Cor. cõſi. 293. colum. 3. uolum. 1. conſi. 155. colum. fi. uolum. 4. Guid. Pap. q. 131. nume. 5. Do. meus Rimin. cõſi. 18. nu. 23. conſi. 358. nume. 19. Cra. conſi. 55. n. 6. & in tract. de anti. tempo. 4. par. nume. 17. qui com-

26 communem teſtatur. † Quartò remota quoque dicta conſuetudine idē cōcludebā, nam ex quo Nicolaus V. in literis ſuis hunc caſum ſolutionis laudemii, uel quanti prætermiſit: isque reperitur deciſus uno modo de iure communi, videlicet quinquageſima ad inſtar emphyteoſis, vt tradunt Alex. Afflic. Gui Pap. & Caſſa. ex aduerſo citati, alio verò modo per bullam Bonifa. prius editam, in qua dicitur ꝙ pro feudis ſoluatur ſexta pars veri pretii, talis caſus ommiſſus in literis Nicolai V. decidi debet ſecundum diſpoſitionem dictæ bullæ, non autem ſecundum ius commune, vt per Caſtr. de Iuſt. Cod. cōfir. col. 2. nu. 4. vbi dicit quòd in ciuitate Senarum fuerunt facta noua ſtatuta, nec ibi continebatur, ꝙ vetera eſſent abolita: cōtigit vnus caſus, qui nō reperiebatur deciſus per noua ſtatuta, ſed per antiqua ſic, & aliter quàm diſponeret ius cōmune, dubitabatur qualiter decidi deberet, an ſecundum vetera, vel potius ſecundum ius commune, & concludit Caſ. per illum tex à contrario ſenſu, quòd decidi debet ſecundum vetera ſtatuta, & quòd ita conſuluit, illamque deciſionem velut notabilem ſequitur Alex. in apoſt. ad Barto. in l. fi. ff. de falſ. Dec. in c. 1. nu. 11. de cōſti. ad fi. Ang. cōſi. 72. Pariſ. conſi. 56. col. pen. num. 26. uol. 2. vnde caſus noſter pari modo debebat per bullam uelut antiquum ſtatutū decidi, nō
27 autem de iure communi. † Confirmabam, nam ius commune velut genus eſt, bulla vt ſpecies: ergo in deciſione dicti caſus illa debebat attēdi, quia generi per ſpeciem derogatur, c. generi. de reg. iu. in 6. & hoc argumentm ſenſit Pariſ. loco
28 citato, quod plenius cōfirmari pt: † nā uidemus probationē in ſpecie generali præualere. Inno. & Docto. in c. auditis, de præſcr. Alex. conſi. 88. col. 6. conſ. 150. col. 5. uol. 5. & uolūtatē in ſpecie gñali fortiorē cēſeri. Aret. coſ. 8. col. 3. Cra. conſi. 143. n. 2. de utroque loquens, & de primo D.
29 meus Rimi. conſi. 92. nu. 3. † Sicut & præſumptionem in ſpecie, tollere præſumptionem in genere. l. cum de indebito, ff. de proba. Alex. conſi. 62 col. 3. uol. 2. conſi. 150. col. 7. verſi. præterea. uol. 5. D. meus Rimi. conſi. 128. nu. 11. Soc. iun.
30 conſ. 128. nu. 230. uol. 1. † & indicia ſpecialia delicti contra reum præualere bonæ illius famæ generali, ſecundum Innoc. in d. c. auditis. Bald. in l. ſiue poſſidetis, col. 2. C. de proba. Alexand. conſil. 77. col. 4. uolum. 1. Roma. conſil. 167. &
31 Marſi. conſi. 3. nu. 22. † demumque patet inter Hebræos, quando caſus reperitur deciſus in perſonis eorum per legem ſuam, nec de iure cōi reperitur deciſum contrarium expreſsè in perſonis eorū, ſed id tantum generaliter loquitur, ſeruatur ius Moſaycum, & lex Hebræorum tāquā ius ſpeciale, quod derogat generali. Calde. con 30. de teſta. conſi. 10. de conſti. cōſi. 2. de conſu. Alex. in l. 1. nu. 32. ff. ſi cer. pet. cōſi. 6. col. 1. uol. 6. Bru. in tra. ꝙ ſtantib. maſc. 2. art. princ. Iaſ. in l. qui ſe patris, n. 24. C. unde lib. Fel. in c. Iudæi. col. 2. de Iudæ. col. 2. ubi citat Flor. in l. maximū uitium. C. de lib. præt. dicentem ſe ſic conſuluiſſe cum Petro Ancharano Fulgoſio & Gaſp. de Cald. in hæreditate cuiuſdam Iudæi 30. milliū. duc. idemque tradit Ant. Fran. in addi. Abb. in c. 1. de conſti. & Campeg. in tract. dot. Ferra. qui communem dicit, caut. 24. Cor. conſ. 180. colum. fi. uol. 1. referens Saly. in quodam ſuo conſilio ſic determinaſſe, cui ſe ſubſcripſerunt Franc. de Ramp. Gaſ. de Cal. Io. de Fant. & Anch. & latiſſimè refert omnes Bru. in tract. ꝙ ſtantib. maſcu.
32 6. artic. prin. nu. 55. † Comprobaturque præterea doctrina Caſtrenſis & ſequacium ſupra relata: nam uidemus in diſpoſitione hominis relationem potius fieri ad ſtatutum loci, quàm ad ius cōe, ut patet ex doctrina Bartoli in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 2. ff. ad Trebel. nam in ſubſtitionem de nepte facta duobus filiis, ſi uterque ſine liberis deceſſerit, altero mortuo, ſuperſtite filio, nouiſſimo uerò ſine filiis, neptis ad partē dimidiā admittit, qa nō ſupereſt pſona, quæ ex pſumpta voluntate defuncti eā excludat, cū nepos ſit in pari gradu, nō āt illā pcedat: tñ vt inqt Bar. ſi ſtatutū ſit ī loco fęminas excludēs ſtātib. maſculis, ſecus eſt: nā neptis nō admittit ad partē, ſed pſus excludit, qa dr ſupereſſe perſona, q̄ ex pſumpta uolūtate defuncti eā excludit, uidelicet nepos illa potior uigore ſtatuti, licet non uigore iuris cōis: uñ patet ꝙ illa diſpoſitio regulat potius ſcd̄m ſtatutū loci, quā ſcd̄m ius cōe.
33 † idemq; tradit Bar. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de op. lib. col. 2. in emphyteoſi recepta p ſe, filiis maſculis, & fęminis, licet. n. de iure cōi fęminæ ſimul cū maſculis deberēt admitti pp copulā &, p l. maximū uitiū. C. de lib. pr. tñ ſtāte ſtatuto fęminarū excluſiuo, uerba licet copulatiuè plata, intelligūtur ordine ſucceſſiuo, ut fęmine deficiētib. maſculis admittātur, & ſic illa diſpoſitio
34 referē potius ab ſtatutū loci, q̄ ad ius cōe: † primāque deciſionē Bartoli ſequunt ibidē Caſt. Ale. Soc. Rip. Torn. Zanc. & Soc. iuñ. D. meus Rimi. cōſi. 36. n. 11. cōſi. 112. nu. 8. cōſ. 184. n. 18. cōſ. 187. n. 8. & cōſi. 424. cir. fi. Boer. cōſi. 10. n. 10. Be
35 ro. q. 18. n. 5. † Secūdā uerò ſequit D. meus Rim. cōſi. 208. n. 4. cōſ. 186. nu. 15. & cōſ. 487. Rub. cōſi. 70. Arno epito. 61. latè Soc. iu. cōſi. 71. n. 11. uolu. 1. ſicut ergo qñ repit facta diſpō, q̄ uno modo ſcd̄m ius cōe, alio ſcd̄m ſtatuta loci decidi pōt, decidit ſcd̄m ſtatuta loci, & ad ea refert, ut ex pdictis arguit Rub. in d. cōſi. 70. cir. fi. pariter hic caſus de ſolōne laudemii ptermiſſus ī literis Nicolai V. debebat terminari ſcd̄m bullā Boni. & ex pdictis in hāc partē reſidebā pro Illuſt. & Re
36 uerēdiſſ. D. Cardinale. † Quā tenēdo dicebā cōtraria nō obſtare: nā primū, ꝙ dicti Illuſt. Com. diceretur compħēſi ī inueſtitura prima pp uerbū filiis, ī ea poſitū, tollit ex deuolutione ſecuta pp canones nō ſolutos, & inueſtiturā nō petitā, ut ī primo fūdamēto: rurſus & ſtāte taxatiua rīn, relata ad illud uerbū filiis, ut ī ſecūdo fundamē
37 to. † Ad ſcd̄m uerò dicebā q̄plures uelle pro feudo laudemiū deberi, ut And. de Iſer. ī c. 1. §. ſimiliter. de cap. Cor. & poſt eū Afflic. n. 14. ad fi. & in c. 1. §. illud quoq;. col. 3. n. 14. de phi. ali. per Fed. Gui. Pa. q. 415. ad fi. Boe. deciſ. 19. col. 1. Bertrā. cō. 331. uo. 3. nouiſſimorū. Caſ. ī cōſue. Burg rub.

37 10.§.10.col.1.nume.7. † tantoq́ue magis quia
ualet argumentum de emphyteoſi ad ſeudum ,
quando militat eadem ratio, ut not. Specul. de
feud.§.quoniam, uer. 40. in fi.gl. in c.1. ver. verũ
que.an agna. uel fil. defun. Alex.conſi.5.in prin-
vol.5.Dec.cõſ.131.col.fi.Gramma.deciſ.49.nu.
38 1.† at in emphyteoſi debetur ea ratione laude-
mium propter alienationem utilis dominii, qđ
transfertur in emphyteotam, & pro labore quẽ
ſibi dominus aſſumit directus pro inueſtitura
noui emphyteotæ & miſſione in poſſeſſionẽ eiuſ
dem, ut tradit Bertran.conſi.321.in prin.uolum.
1.& conſi.3.nume.33.uol.3.nouiſſimorum, quæ
ratio militat in ſeudo, ergo idem ius militare de
bet. l.illud, ff.ad leg.Aquil.Secundò quicquid
eſſet de iure, dicebã ſtãte bulla rẽ eſſe claram, cũ
uelit laudemium pro ſeudo deberi ſummãque
præfigat ad ſextam partem ueri pretii: ad quam
bullã potius quam ad ius cõe recurri debet, ut
39 ſupra deduxi † Et dum dicebam quòd quãdo
renouatio fit in perſonam filiorum, aut deſcen-
dentium, non debetur laudemium, quia nõ eſt
noua acquiſitio, ſed continuatio dominii, reſpõ
debam id procedere quando tales ſunt compre
hẽſi in inueſtitura: tunc enim uiuo patre cenſen
tur inueſtiti & poſſidere, & cõtinuatur ĩ eos poſ
ſeſſio ſine alia inueſtitura, ut tradit Bal.in l. cum
antiquioribus.uer.10.C.de iure delibe. Iaſ. in l.
quoties.C.de rei uend.nu.32.mirificè notans id
ad limitationem l. cum hæredes. ff.de acq. poſſ.
40 Ceph.conſi.30.col.2. † & ut tradit Ioa. de Lig.
in trac.primogeni.q.14.col.pe.filii poſt mortem
patris non acquirunt feudum, ſed in uita iã quę
ſitum capiunt: ſequitur Iacob.de Leon.inter cõ
ſilia Bru.conſi.114.nu.138.ſed quando uerba cõ
ceſſionis feudi repugnarent , & contrarium di-
cerent, tunc eſt ſecus, ut idem Bald.ſubiungit in
d.uer.10.& in c.1.an mut.uel aliàs imper.ad fi.&
poſt eum Afflict.ubi poſtquã dixit uideri ꝙ ſuus
hæres uiuo patre poſſit dici feudatarius , quia
eſt eadem perſona cum patre : & ideo ſi factus
fuerit mutus, non debet perdere feudum iam a-
deptum.ſubdit tandem tenendam eſſe opi. illo-
rum, qui magis adhærent formæ inueſtituræ.cõ
ſulens enim ſemper recurrere debet ad tenorẽ
inueſtituræ: ſed in propoſito noſtro uerba & te
nor inueſtituræ conceſſæ Com. Vgutioni anti-
quo & etiam Com. Ambroſio repugnabant in-
cluſioni dictorum Comitum iuniorum, quia nõ
porrigebantur ultra filios primi gradus, ut ſu-
pra dixi, meritò dicebam agi de noua acquiſitio
ne, non autem de continuatione dominii, & ſtã
te maxime feudo ad eccleſiam reuerſo propter
deuolutionem, ſecundum Bal.in d.c. quæ in ec-
cleſiarum, n.36.cum ſimilibus ſupra citatis: qua
re opus erat inueſtitura, & ſolutioni capſoldi lo
41 cus eſſe debebat. † Ad tertium dicebam quar
tam illam interpretationem loqui facta con-
ceſſione pro ſe & filiis ſine dictione tantum , ſe-
cus ea ſubiecta ut hic: ſicque tertiã ex nouis cla-
42 re diſtinguere. † Ad ultimum reſpondebam id
de iure communi procedere, ſecus ſtante bulla,
quæ diſponit eſſe debere ſextã partẽ ueri pretii,
cui ſtandum eſt potius quàm iuri communi ſu-
pra prædicta. Et ita ſublatis contrariis pro Reue
rendiſſimo D.Cardinale & Epiſcopo reſidebã i
ſed tamen amicorum interuentu , & potiſſimè
Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Do. Cardinalis
Cãpegii motus rẽ cõpoſuit, aſſenſitq́ue dictos
Illuſtr. D. Comites inueſtiri pactis & modis, ut
in inſtrumẽto celebrato ſolutis ſcutis 500. auri
pro laudemio tam etſi longè maius deberetur,
quod gratioſe remiſit.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo D. Franciſco Eſtenſe Marchione Maſſæ Lombardorum.

### ARGVMENTVM.

De apocha, & comparatione literarum, teſtibusq́; dicentibus habere notam manum alicuius, quã fidem prædicta faciant pulchrè diſcutitur.

### SVMMARIVM.

1 *Libris officialis publici credendum.*
2 *Comparatio literarum, teſtesq́; dicentes habere notã manum alicuius, ſunt duæ ſemiplena probationes, quæ faciunt unam plenam.*
*Sed contra. 50.*
3 *Probationes imperfecta coniunguntur ad faciendã unam plenam probationem.*
*Niſi ſint imperfecta in ſua ſpecie. 61.*
4 *Iudex non debet ampliare animum ſuum ad unam ſpeciem probationis.*
5 *Teſtes deponẽtes de notitia manus an ſemiplene probent ? Ruinus quòd ſic.*
*Sed contra Corn. quẽ ſequitur idem Rui. ſibi contrarius. 50.*
*Declaratq́; Bartolum in uarijs locis. 52. 53.*
*Sequitur auctor detegẽs errores Ruini primo loco. 57.*
6 *Comparatio literarum facit ſemiplenã probationẽ.*
*Quod in apodiſſa particulariter procedit. 9.*
*Fallit contra tertium. 47.*
8 *Statutum Ferrariæ de ſcrip. priuatis comparationẽ literarum admittit ad plenam probationem.*
*Sed quomodo ueniat intelligendum & in quo caſu 46. 63. 65. ubi pulchrè.*
9 *Scriptura priuata de ſe non habet aliquod robur.*
*Et ubi caret debitis ſubſtantialibus, nulla fides ei præſtanda eſt. 59.*
*Aliqualem tamen præſumptionem inducit. 11.*
*Sed iudex ex ea nõ poteſt adhærere alicui parti. 12.*
13 *Scriptura priuata non nocet tertio, niſi tribus teſtibus ſit ſubſcripta.*
*Et rõne mãdati dicitur ad aliquẽ ptinere ut ſua. 14.*
*Sed quando hoc procedat.*
15 *Officialis non ſolet alteri facere receptam de pecunijs habitis, niſi notet eas in libros officij.*
*Veriſimile conſideratur in probationibus. 15.*
*Et iudex in primis dẽt attẽdere qđ eſt ueriſimile. 16.*
*Et quod non eſt ueriſimile, eſt falſitatis imago. 17.*

Scriptu-

18 *Scriptura priuata ut probet, quæ requirantur.*
19 *Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*
*Statutum quòd libris mercatorum plena fides ſit adhibenda non procedit, ſi mercator ſit infamis aut ſuſpectæ uitæ. 19.*
20 *Liber rationum demum probat ſi ſcribens ſit perſona fide digna.*
21 *Statutum quòd credatur alicuius iuramento, procedit ſi ſit omni exceptione maior.*
*Et ob id infamis non gaudet beneficio dicti ſtatuti.*
*Inſtrumentum à notario non boni nominis redditur ſuſpectum. 20.*
22 *Iuramento alicuius ubi ſtandum eſt, intelligitur dũ modo iurans ſit bonæ famæ.*
23 *Negatiua probatur ex lectura libri, in quo aliquid non reperitur.*
*Et ita contingit in probatione ſolutionis nõ factæ. 24.*
25 *Argumentum à communiter accidentibus ualidum.*
*Item à ſolitis alicuius perſonæ. 26.*
27 *Præſumptio debet adaptari ad uerìſimile.*
28 *Tempus præcisè probari debet quando eſt fundamentum intentionis alicuius.*
29 *Appellans probare dẽt ſe infra decem dies appellaſſe.*
30 *Teſtis de credulitate, non probat.*
*Etiam ſi dicat ſe pro certo credere. 31.*
32 *Facti mutatione, licèt modica, ius mutatur.*
33 *Probatio debet concludere.*
*Et contra producentem interpretatur. 34.*
35 *Teſtis ſolus non probat.*
*Etiam ſi præſidali fulgeat dignitate.*
*Quia uox unius, uox nullius.*
*Nec unius teſtimonium iuſtificat, nec condemnat.*
36 *Iuramentum in ſupplemẽtum non defertur, ubi cauſa grauis eſt.*
*Nec non inſtructo, ut hæredi de facto defuncti. 37.*
*Nec quando plures teſtes haberi potuerunt.*
*Nec ubi tractatur de probanda legitimatione perſonæ, puta mandato. 40.*
*Demumq́; ſi teſtis eſt omni exceptione maior defertur. 41.*
38 *Teſti non creditur, quando ſe idoneum facit.*
42 *Teſtis modicus defectus, illum impedit.*
43 *Comparatio literarum minus legitimè facta, nulla dicitur.*
*Et iudex cum peritis debet interuenire.*
*Et quomodo periti iurare debeant. 44.*
*Nec admittitur ultra libram auri. 45.*
48 *Clauſula appellatione remota, non extenditur contra tertium.*
49 *Titulus ne liceat tertiò ꝓuocare, nõ ꝓcedit in tertio.*
51 *Teſtes deponentes de notitia manus, nihil probant, & quare.*
*Nec teſtificari dicuntur, ſed indicare. 54.*
55 *Apodiſſa ſine ſubſcriptione teſtium, & qui non uiderunt eam ſcribere, ſed notam tantum habent manum, nihil probat.*
56 *Præſumitur magis pro conſilio alicuius collegij quàm particularis.*
58 *Imola in l. nuda. declaratus aduerſus Ruinum. 59.*
60 *Alex. conſi. 181. uol. 2. declaratus.*
61 *Didacus & adductus & ponderatus pract. q. c. 22.*
63 *Fundamento ſublato, corruit ædificium.*
65 *Diſpoſitio generalis continens actus iam conceſſi extenſionem, non reſtringitur.*
*Niſi tertio fiat præiudicium.*
66 *Scriptura priuata non præiudicat tertio.*
67 *Soc. conſi. 240. uol. 2. declaratus.*
68 *Statutũ de ſententia exequenda nõ procedit tertio. ſicut nec de procedendo ſummariè ſuper inſtrumẽto guarentigiato. 69.*

## CONSILIVM. XXXVIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præſenti cauſa, quæ uertitur inter Illuſtriſſimũ Dñum Dominũ Franciſcum Eſtenſem Marchionẽ Maſſæ Lombardorum ex una, & D. Magdalũ Fuciũ ex altera, qm̃ præ ceteris adducitur ex parte dicti Fucii quædã apocha, quam vulgo receputã appellamus, in qua cõtinetur eum ſoluiſſe D. Vincẽtio Minotto ſcutos 762. quos ſibi cõpenſari petit in credito dicti Excellentiſſimi D. Marchionis, ꝑſcrutandum eſt an eius intentio de iure procedat, & fundata ſit. Et prima conſideratione dicẽdum vr̃ ꝙ ſic, quoniam dicta ſcriptura, poſito anno, die, menſe, & loco, ſic loquitur, *Io Vicẽzo Minotto teſoriero dell'Illuſtrisſimo & Eccellentiſſimo Signor Don Franceſco da Eſte hò receputo ſcudi 762. d'oro in oro da meſſer Magdalo Fucio, di quelli che*
1 *lui ha portato da Ferrara contanti da lui.* † Cum n. dictus Minottus eſſet teſaurarius dicti Illuſtriſſimi Domini, ſicque diceretur habere officium de publico, meritò ſuis ſcripturis plenè credendum uidetur, ut declarãt Bar. Caſtr. Alexan. & Iaſ. in l. quædam §. nummularios, ff de edẽ. Berta. in tract. de gabell. 2. q. quartæ partis. Ripa in l. admonendi, nu. 128. ff. de iureiur. Rui. cõſi. 62. nũ. 10. uol. 5. & Pariſ. cõſi. 140. in fi. uol. 5. ubi dicit libris cameræ Apoſtolicæ fidem adhibendã
2 ꝓꝑ auctoritatem publicam. † Nec ambigẽdum ur̃ dictam receputã fuiſſe ſcriptã manu dicti Minotti, ſi duo conſideremus. Primò comparationẽ in proceſſu factam de libris dicti Minotti, cũ dicta receputa. Secundò Dominum Pollonium Minottum & D. Sigiſmondum de Carpo teſtes Fucii dicentes dictam receputam eſſe manu dicti Minotti, quia notam habent eius manũ: iſtæ namque ſunt duæ ſemiplenæ probationes, quarũ ſecunda ſupplet primã, & fit una plena proba
3 tio, † qđ rõne & auctoritate probat̃: rõne quidẽ, nã plures ꝓbationes imperfectæ, & diuerſæ ſpeciei quę tendunt ad unũ, plenè probant, quia cõiunguntur, ut eſt glo in l. 1. in princ. in uerbo, legitimis, ff. de excu. tut. not. Bal. in l. ſpadonem. §. qui iura multa, ff. de excu. tut. ubi rõnẽ adducit, quia eſt fauor publicus, ne facultas probandi reſtringatur, & idẽ tradit Caſtr. conſi. 83. ꝙ præfata ſententia. circa fi. & conſi. 300. iudex. Roman. conſil. 7. uiſis neceſſariis. Imol. conſilio 92. uiſis. & conſil. 138. Alexander conſilio 53. colum. 2. uol. primo. Andr. Sicul. conſi. 6. colum. 1. conſil.

29. in prin.conſi.30.in prin.cõſilio 44.colum.2.
vol.1.cõſi.3.col.antepen.conſi.7.in prin. conſil.
25.col.2.nol.2.Soc.conſil.137.in controuerſia,
col.6.uolu.1. Abb.& Doc.in c.cum cām,col.pe.
de prob.& p̄ter illos Anch.pulchrè cõſi.276. vi
ſa diligẽter. Dec.cõſi.146.col.7.& Craue. conſ.
4 73.num.20.Pariſ.conſi.67.nume.6,vol.1. † Et
ratio dictæ coniunctionis eſſe poteſt, præter illā
fauoris publici, quoniam non debet iudex ap-
plicare animum ſuum ad vnam ſpeciem proba-
tionis,l.3.ff.de teſti.Bald. conſi.270.ad euiden-
tiam præmittendum.col.1.volum.primo.Ioan.
de Ana.conſi.94.colum.3,Ancha.conſi.316. in
cauſa quæritur inter Iacobum. Caſtr.conſ.193.
in cauſa & quæſtione, quæ vertitur in curia.con
ſi.380.iudex eſt miniſter,colum.2.uolum. 1.&
conſ.302.Ego Paulus. vol.2.Calca.conſi.8.col.
6.in prin.& conſi.19.col.3.Craue.d.conſi.73.n.
5 21. † Auctoritate uerò probatur Ruini ſic de-
clarantis conſi.71.nu.20.uol.3.conſi.46.ſub nu.
9.vol.4.qui dicit hoc aperte ſentire Alexandrũ
conſi.181.in cauſa & lite, uolum.2.ubi referen
do Ioannem de Imol.in l.nuda.ff.de dona.& in
c.2.de fide inſtru.dicit quòd ſi teſtes probẽt ſcri
pturam priuatam fuiſſe ſcriptam à debitore illis
præſentibus,iſta probatio ſufficit,quia non poſ
ſunt decipi deponẽdo de præſentia,ſecus ſi red-
dunt rationem dicti ſui, per cognitionem ma-
nus & literarum,tuncque procedit quod inquit
Bar.in authentica,& ſi contractus.C.de fide in-
ſtrumen.verſi.oppono,dicitur volens quòd ſoli
teſtes non probent ſine comparatione, nec cõ-
paratio ſine eis, ſed utrumque ſimul requira-
tur,nam debet intelligi Bar.in hoc caſu quando
teſtes deponunt de notitia manus & illi iuncti
cum comparatione plenè probant: ergo dicit
Ruinus ſentit Alexander manifeſtè quòd di-
cti teſtes de notitia manus deponentes ſemi-
plenè probent,alias etiam iuncta comparatio-
ne cum illis non fieret plena probatio:ſubditq;
Ruinus quòd uerè Bartolus in dicto uerſic. re-
quirens ad plenam probationem & teſtes & cõ-
parationem,non dicit eſſe neceſſe quòd teſtes
deponere debeant de præſentia & uiſu, meritò
nimirum ſi Imola & Alexander eum intelligũt
modo prædicto,ſicut & quidā Ludouicus à Cac
cialupo relatus in l.admonendi,colum.32.ff.de
6 iureiur. † Secundò poſito quòd dictus Minot
tus non fuiſſet officialis ex publico deputatus,
tamen intentio Fucii uidetur ex alio comproba
ri poſſe: nam apocha ſine ſubſcriptione teſtium:
(ut hæc) per ſolam comparationem literarũ ap-
probata facit ſemiplenam probationem: ita Bar
to.in d.l.admonẽdi,col.5.uerſi.circa primam.&
in d.auth.& ſi cõtractus,col.2.uer.ſi uerò nõ ha
betur.Bal.in l.comparationes,col.fi. C. de fide
inſtrum. ubi dicit quod ſi ſcriptura priuata ad-
iuuetur per comparationem legitimam,fides e-
ius augetur. non tamẽ reſultat plena probatio,
ſed iudicis arbitrio committitur delato iuramẽ
to,& ſic Bal.præſupponit eam facere ſemiplenā
probationem,cum ſine ea regulariter non poſſit
deferri iuramentum ſuppletiuum. Idemque te-
net ibidem Salyc.colum.fi.Caſtr.conſi.88. col.
1.conſilio 313.col.2.uol.2.Anch.conſi.28.col.
2.Alexan.conſi.239.col.3.uol.9.conſ.58. col.1.
uol.7.Cor.cõſ.138.col.1.uol.4.Soc.cõſi.41.col
2.uol.3.Fel.in c.2.de iureiur.col.5.limit.7. Dec.
conſilio 615.col.1.Cur.& Caccial.in d.l.admo-
nendi.Pract.Papien.in forma oppo.contra in-
ſtru.uerſi.quod negatur.Rui.conſil.79.col.1.uo
lu.4.latè Roland.à Valle conſi.26.nume.12.uo
lu.1.qui communem teſtatur:& abundè Natta
conſil.632.colum.1.& 2.Didac.Couuat.practi.
7 quæſtio. capitulo 22. nume.6. † Et hoc in apo-
diſſa particulariter procedit, quicquid in aliis
ſcripturis ſit conſtitutum,ut tradit Gramma.de
ciſ.34.nu.15.cum ergo talis apocha iuuata com-
paratione literarum faciat ſemiplenam proba-
tionẽ,ſequitur quòd poterit compleri iuramẽ
to ſuppletorio Fucii iurantis,quòd uiderit eam
ſcribi per dictum Minottum,ut tradit Bal.& Sa
lyc.in d.l.comparationes,colum.fi.Alexan.con
ſilio 239.nume.7.uolum.6.conſi.58.colum.1.uo
lum.7.Soc.conſi.41.colum.1.uolu.3. Rui. conſi.
79.colum.2.in princip.uolum.4.Rolan.& Nat-
ta locis citatis. Immo uerò plus dixit Albe.in
d.l.comparationes, ſe uidiſſe communiter ſer-
uari,quòd comparatio literarum ſola faciat ple
nam probationem,quod ut addit Viuius in ſuis
communibus opini.in uer.comparatio, de pla
no procedit ſi talis eſſet comparatio,quæ demõ
ſtraret ſcripturam ſimul cum ſcriptura, ad quā
fit comparatio,per omnia ſimilem,nam tali ca-
ſu plenā faceret probationem. §. ſi quis igitur.
in Authentica, de fide inſtrum. & incorrecta
remaneret d.lex comparationes, ut per Bal.&
8 Saly.in authentica,ſed nouo iure.& in l. bonæ
fidei C.eodem titulo. † Tertiò uidetur quòd
etiam ſine iuramento Fucii ſola comparatio ſi-
bi ſufficere debeat ex ſtatuto,de ſcrip.pri,quod
eam admittit ad plenam probationem, & talis
ſcriptura ſolennizata ſecundum formam dicti
ſtatuti uidetur habere uigorẽ non ſolum cõtra
debitorem principalem, qualis erat Minottus,
ſed etiam contra tertium,qualis eſt Illuſtriſ.D.
Marchio,ut tradit Soc.conſilio 240.colum.ter-
tia,uolumi.ſecũdo, quem refert & ſequitur Ne
guſan.de pignor. in ſecundo membro quintæ
partis,numero 47.ad finem poſt Ioan. Petru-
tium de Peruſ.& Capram. quos citat Soc. loco
præallegato,& ex prædictis intentio Illuſtriſſi-
mi Domini Marchionis aduerſus Fucium peri-
9 culoſa uidetur. † Sed tamen diligentius rem
conſiderando,probabilius & uerius in Excellẽ
tiæ ſuæ ſententiam deſcendo: moueor,nam cla
rum eſt de iure quòd apocha,uelut priuata ſcri
ptura,non habet robur alicuius firmitatis per
ſe conſiderata,capitulo ſecundo, ubi eſt tex. &
ibi Butr.Abb.Felyn.& Dec.& omnes, de fide
inſtrumento. quæ uerba ſine dubio remouent
10 & excludunt plenam & ſemiplenam probatio-
nem: † & ubicunque ſcriptura priuata caret
ſubſtantialibus debitis à iure requiſitis, nulla
eſt illi fides adhibenda, iux. not. per Doctores
in l.nuda.ff.de dona.& in c.ſcripta.de fid.inſtr.

Soc.

Soc.conſi.33.& conſi.41.uolu.1.ubi concludit,
quod ſcriprura priuata non facit fidem, quæcũ
que ſit illa, niſi recipiat aliquod ſomentum, pro
pter quod fiat auctentica. ſequitur Rolandus à
Valle conſilio 2.numero 139.volumine primo.
11 † Et licet doctores in dicto capitulo, ſcripta, ſe
cus velinr, quo ad aliqualem præſumptionem,
quam inducit talis ſcriptura, quod & Bar.& alii
communiter tradiderunt in d.l.admonendi, vbi
Caccialup.numero 53.& Iaſ.in repe. nume. 88.
& ſequenti. Alex.conſilio 139.columna quarta,
volumine ſexto. Iaſ.conſil. 129.columna finali,
12 volumine ſecundo. † Tamen ut inquit Ripa in
d.l.admonendi, numero 98.in tali præſumptio-
ne, ſeu ſuſpitione nulla eſt firmitas, cum iudex
propter illam non adhæreat alicui parti, meritò
non debet officere Illuſtriſſimo Domi.Marchio
ni, idemque tradit Rui.conſ.134.nu.7. volum.5.
vbi poſito quòd ſcriptura priuata ſaliem ſaciat
indicium, requirit quòd aliquid aliud accedat,
ex quibus iunctis inducatur ſemiplena proba-
tio, deindeque ſuppleatur ex alia ſemiplena p
batione, quæ tot ſanè non eſſent neceſſaria, ſi ſo
lum illud indiciũ per ſe ſufficeret ad iudicandũ.
13 † Secundò cõfirmatur hæc concluſio, nã hæc
receputa, eſt, vt dicitur, ſcripta manu illius Mi-
notti, tractaturque quòd præiudicet Illuſtriſ-
ſimo Domino Marchioni, & ſic rertio, quod
à iure nõ conceditur, etiam ſi fuiſſet ab illo Mi-
notto recognita, niſi fuerit tribus teſtibus ſnb
ſcripta, ut tradit Bartol.in l.ſcripruras. in prin
cipio, C.qui pot.in pigno.& in §.ſi quis igitur, in
auth.de inſtrum.caut. Ancha.conſilio 28.ratio-
nes inductæ. Caſtren.conſilio 393. in cauſa Ser
Ludouici, & in d.l.comparationes, columna 3.
uerſiculo, item ſi confiteris. Ioannes de Ana.cõ
ſi.40.Dec. poſt Abb.& alios in capitulo ſecun-
do, numero ſexto, de fide inſtrumen.Pariſ.con-
ſilio 19.numero 47. volumine tertio. at in hac
ſcriprura deficiunt & teſtes, & recognitio, me.
ritò nullo modo poteſt huic Illuſtriſſimo Do-
mino præiudicare: & ita ſignanter & in terminis
ultra prædictos tradit Crauetta conſilio 216.co-
lumna quarta, verſiculo, prætereà. dicens quòd
ſcriptura facta à tertio, licet probetur ſcripta ma
nu illius tertii, nihil tamen poteſt alteri præiudi
care abſenti, nec conſentienti. Cod.res inter a-
14 lios acta.& l.ſæpe.ff.de re iud. † Quòd ſi dice-
retur in hac ſcriptura D.Marchionem potius u
ti principalem, quam tertium conſiderandum
eſſe, quia mandaſſe uidetur Minotto teſaure-
rio ſuo pecunias ab eo recipiendas notare, & de
illis ſcripturas facere, unde uirtute mandati di-
citur hæc ſcriptura ad excellentiam ſuam perti-
nere.l.ſi quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de e-
den.reſponderi poſſet, (ſaluis infra dicendis, an
Minottus eſſet talis) id eſſe uerum, quando Mi-
nottus id in libris teſauriæ redegiſſet: at cum in
eis de his pecuniis receptis à Fucio nil ſcriptum
reperiatur, tale mandatum porrigi non debet
ad hanc ſcripturam præter libros confectam, qa
mandatum ſtricti iuris eſt, & eius fines diligen-
15 ter cuſtodiendi ſunt.l.diligenter, ff.mand. † tan-
toque magis hæc differre debent ob euidentem
diuerſitatis rationem, quia quando officialis pe-
cunias receptas ab aliquo ſcribit in libris offi-
cii, ſoluentique facit apocham de receptis, illa
ſcriptura redditur ueriſimilis ex libris officii, in
quibus idem notatum reperitur, cum non ſo-
leant in hmõi libris notari, niſi quæ uera ſunt, &
in probationibus quod eſt ueriſimile conſidera
tur & attenditur, ut tradit Bald. in l. ſcripturæ,
columna ſecunda. C.de fide inſtrument. Innoc.
& Doctores in capitulo, auditis. de præſcr. Abb.
in capitulo, quia ueriſimile. de præſump. Dec.
conſilio 100.columna quarta, in fine. Dominus
meus Riminaldus conſilio 156.num.14.& con-
ſilio 471.numero 101. Cra. conſilio 61.numero
16 9. † Aret.conſi.9.colum.2.ubi quòd iudex in
primis debet attendere quod eſt ueriſimile, ſe-
quitur Ceph conſi.287.num.24.at quando apo
cha officialis caret munimine libri ipſius officii,
quia receptio pecuniarum non reperitur in li-
bro deſcripta, certè caret ueriſimili, quia non ſo
lent fieri tales apochæ per officiales, niſi de re-
ceptis notã fecerint in libris officii: meritò pro-
bare non debet, ut de libro non continente ue-
riſimilia tradunt omnes in d.l.admonendi, ubi
potiſſimè Iaſ.lectura prima, colum. 17. uerſicul.
quartò fallit. Dec.conſi.510.colum.1.circa me-
dium.conſi.96.col.2.Cra. in tracta. de antiquit.
tempo.in prima par.nume.213. Ceph. conſilio
17 85.nume.37. † Quod enim non eſt ueriſimile,
ſpecies eſt, uel ſalſitatis imago.l.milites.§.opor-
tet.C.de quæſt.Bal.in l.1.col.3. C.de ſer. fugit.
& in rubr. C.de prob. Alex.conſi.17.uol.2. De-
ciſ.Neap.345.nu.2.Gramma.conſi.8.nu.2.crim.
Blanc.in tract de indic.nu.38. Alcia.in tract. de
præſum.in 3.par.nu.1. Dec.conſilio 100.colum.
4.in fi.Boer.conſi.40.nu.18.Ceph.alios citans,
conſi.204.nu.12.quare ſtantibus prædictis con
cluditur q Illuſtriſſimus Domin.uti tertius con
ſiderandus eſt in hac apocha, & ob id ſibi nõ no
18 cet. † Tertiò conſidero, quòd ut ſcriptura pri-
uata alicuius probet, requiritur inter alia quòd
ex ueriſimilibus circunſtantiis præſumi poſſit
id eſſe uerum, quod ſcriptum reperitur, ut tra-
dit Guid.Pap.q.441.pro declaratione.hinc Bal.
eleganter in l.1.col.fi.C.de edend.dicit q liber
rationum probat pro ſcribente, quãdo contineт
ueriſimilia. ſequitur Alex. Dec. D. meus Rimi.
& Bologni. Dec.conſ.510.col.1.D.meus Rimin.
conſi. 358.numero decimoquinto. Cra. conſi.
75.numero 23.& in tracta.de antiquitate temp.
in prima par.nume.205.& 214. Iaſ.in repe.d.l.
admonendi, nu.125.Rip.n.126.Cur. nume. 104.
Mantua num.206.Catel.Cotta libro memoria-
lium, uer.liber rõnum.Benuenu. Stracca. in tra
cta.de mercatu.2.par.tit.de ſta.merca.n.69. Pe-
trus Anch.iun.q.55.nu.4.at hic ceſſat ueriſimi-
litudo ex parte Fucii producentis dictam rece-
putam, quia & alias non ueras produxit, ut aro-
matarii Orlandi, & aliorum, de quibus deponũt
teſtes Illuſtriſſimi D.Marchionis: ſicut enim di-
cebatur in eis receputis eũ ſoluiſſe pecunias ea-
rũ ſcriptoribus, & tamẽ cõſtat illos ei reſtituiſſe

pecunias, ita potuit euenisse in hac receputa Minotti ( ſi ſua tamen eſt, quod non credo ) ut Minottus reddiderit Fucio quod ab eo receperat, & Fucius petat ab Illuſtriſſimo Domi. Marchione ſibi compenſari quòd ille non habuit ve
19 rè: † meritò tali ſcripturæ non eſt credendum ex parte Fucii, quia ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. c. ſemel malus. de reg. iur. in 6. & in terminis ſcripturarum priuatarum videmus, quòd ſi vigore ſtatuti libris mercatorum plena fides ſit adhibenda, id non procedit ſi mercator ſit infamis, aut ſuſpectæ vitæ. Bal. in Rep. l. cunctos populos. colum. 15. verſicul. quintum exemplum. C. de ſum. tri. & in l. Caſſius, columna final. ff. de Sena. Bartol. in l. quendam. §. numularios in fi. ff. de eden. Iaſ. in d. l. admonendi numero 113. Marſi. ſingulari 458. in fi. Cra. conſi. 11. nu. 9. Iaſ. in §. ſed iſte. col. 24. Inſtitu. de act. Benuenu. Stracca in tract. de mercat. in titulo, quo modo in cauſa mercatorum, numero 39. Viuius in ſuis communibus opinionibus, in ver. ſtatutum iubẽs libris. in ter
20 tia limitatione † parique modo videmus quòd in caſibus in quibus liber rationum adminiſtratoris probat, illud eſt intelligendum, dummodo ſcribens ſit perſona fide digna, aliàs ſecus. Bald. in l. vnica, colum. 3. C. de confeſſ. Alexand. conſilio fina. colum. 3. volum. 7. Soc. conſi. 161. col. 2. verſi. nec obſtat ſi dicatur, volum. 2. Immo fortius inſtrumentum celebratum à notario nõ boni nominis ſuſpectum redditur, licet ex eo ſolũ, non reprobetur in totum, vt tradit Bal. conſilio 402. quæritur an per ſolam diffamationem. col 1. volumine quinto, vnde dicit Ioan. de Anan. ꝙ cõtra notarium ſuſpectum ſufficit probatio per coniecturas. ſequitur Craue. conſi. 134. num. 34.
21 Et pro his bene facit, † nam ſtante ſtatuto, ꝙ credatur alicuius iuramento, oportet iurantem eſſe omni exceptione maiorem, vt voluit Anto. de Alexandro in l. qui accuſare. colum. 2. C. de eden. ſequitur Dec. conſi. 37. colum. 4. verſiculo, tertiò principaliter. Iaſ. in d. l. admonendi, col. 107. verſicu. 36. iſtud iuramentum, & ob id infamis infamia facti non gauderet beneficio iſtius ſtatuti. Fel. in capit. fina. col. 1. de teſtib. ſequitur Ripa in l. 2. colum. 3. ff. de dam. infec. Phanutius in tract. de iureiuran. in 2. par. primo mem. nu.
22 28. † ſimilique modo licet ſtetur aliquando aſſertioni iuratæ eius, à cuius animo aut conſcientia quid dependet, iſtud intelligitur dummodo iurãs ſit bonæ famæ. gl. in c. ſignificaſti. ver. ſi ita. eſt. de homic. Bal. in l. falſus. colum. 3. C. de fur. Iaſ. in d. §. ſed iſte, nume. 96. Cra. in tract. de anti. tempo. prima par. nume. 11. Similiter ex parte Minotti non eſt veriſimile quòd ille receperit a Fucio pecunias, de quibus in dicta receputa. igitur illã probare non debet ſed de falſo ſuſpecta cenſeri debet, vt de inſtrumẽto tradit Abb. conſi. 99. ad fi. volumi. 1. Cur. iun. conſil. 17. col. ſecunda, & conſilio 178. col. ſecunda. Cra. conſi. 28. in principio. probatur aſſumptum. cum non appareat dictum Minottum eas poſuiſſe ad creditum Illuſtriſſimi Domini in libris ſui officii,
23 in quibus hoc factum non reperitur, † ut aliqui teſtes Illuſtriſſimi Domini Marchionis dicunt diligenter id in eis perquiſiuiſſe, nec inueniſſe: ſic enim negatiua probatur, vt tradit Bart. in l. fi. C. de reb. cred. Ioannes Andræ. in capitulo ſine poſſeſſione, de regulis iuris, colum. penultima. Aret. conſilio 133. colum. penultima. Dec. in l. iuſtum. C. de eden. conſi. 424. num. 19. Rui. in rubrica, ff. de nou. oper. nunc. Cur. iun. conſi. 106. D. meus Rimi. conſilio 6. nume. 31. & conſi. 61. nume. 44. Alex. in l. in illa. colum. fi. ff. de verbo. obliga. & conſi. 55. nume. 14. volum. 4. Gramma. deciſ. 59. nume. 16. Pariſ. conſil. 136. col. fina. volum. 4. Craue. conſi. 138. num. 5. volum. 1. cum ſimilibus cumulatis per Franc. Herculanum in tract. quis teneatur probare negatiuam, nume.
24 168. cum ſequent. † vbi loquitur in ſpecie ſolutionis, dicens, quòd ex inſpectione libri, in quo notantur ſolutiones, & in eo ſolutio facta ſiue ſcripta non reperitur, probatur non fuiſſe ſolutum, ut tradit Bar. in d. l. fi. C. de reb. cred. Bal. in d. l. iuſtum. Gram. in d. deciſ. 59. nu. 16. Cra. cõſ. 38. conſi. 313. & hoc extendit Herculanus, & putat habere locum nedũ ſi tales ſolutiones eſſent neceſſariò deſcribendæ in tali libro, ſed etiam ſi à communiter accidentibus id fieri conſueue-
25 rit: † quoniam argumentum à communiter accidentibus eſt validum. glo. fin. vbi Bald. in l. 1. C. de iure dot. Bald. in capitulo ſi vaſallus. ſi de feud. fue. contro. inter domi. & agna. Abb. in c. primo, not. 3. de cleri. non reſiden. & per Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & cumulatè ponit Euerard. in centuria ſua, in loco, a communiter accidentibus: idque in materia probationis commendat Bal. in c. fi. de cauſa poſſe. & pro. & latè Iaſ. in l. non hoc, nume. 18. C. unde legit. Alex. conſilio 36. in fi. uol. 5. Soc. cõſi. 42. colum. 2. uolum. 1. cõſi. 166. uerſiculo, quinta concluſio. conſi. 187. colum. 4. vol. 2. Dec. cõſi. 184. col. 2. conſ. 596. in fi. Fel. & Dec. in c. in præſentia, de prob. Do. meus Rim in. conſi. 345. nu. 11. quare cum ſoleant officiales publici in libris officii ſcribere pecunias, quas in dies recipiunt occaſione officii, ſicque paſſim ſeruari uidemus, & a communiter accidẽtibus, & in libris officii teſauriæ Illuſtriſſimi Domini Marchionis hæc partita ſcutorum 762. ſcripta non reperitur, dicitur eſſe probatũ ex parte
26 Minotti, quòd tales pecunias nõ receperit. † Tãtoque magis hoc confirmatur, quòd vltra conſuetudinem generalẽ officialium, mos particularis accedit ipſius Minotti, qui conſueuit alias pecunias Illuſtriſſimi Domini Marchionis receptas ad creditum ſuæ Excellentiæ ponere: cum enim ſic in præteritum facere conſueuiſſet, & iſtas de quibus agitur poſuiſſet, & in libris notaſſet, ſi uerè eas recepiſſet, cum ualeat à ſolitis argumentum. l. certi conditio. §. quoniam, & ibi Caſtren. Alexand. Iaſ & Dec. & Dominus meus Riminaldus, ff. ſi certum petatur, l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua, & ibi Veronen. poſt alios, ff. de ædil. edic. idque dicunt etiã teſtes Illuſtriſſimi Domini, meritò cum iſtud factum non reperiatur à Minotto, præſumitur

cum

cum dictas pecunias non recepiſſe, aut receptas
27 Fucio reddidiſſe: † Quæ præſumptio uelut ſu
per admodum uerisimili fundata debet atten-
di, cum ſoleant præſumptiones adaptari ad ue
riſimilia, uel ad ea quæ communiter occurrunt,
vt tradit Cor. cōſilio 147. numero 26. volumine
ſecundo. Alciat. in tracta. de præſumptio. in ter-
tia parte, in princip. Immo quæ veriſimilia ſunt
habeantur pro vera probatione, gl. in l. 2. §. pri-
mo, ff. de excuſ. tuto. Roma. conſilio 7. viſis. Pa-
riſ. conſilio 57. nume. 35. volumi. quarto, quare
cum ex circunſtantiis ſupra relatis tam ex parte
Fucii quam Minotti præſumi poſſit non eſſe ve-
rum, quod cōtinetur in dicta receputa, ſequitur
illi fidem non eſſe præſtandam, & ex iſtis rema-
net intentio Illuſtriſſimi Domini Marchionis ef
ficax: quod & magis apparebit ſublatis contra-
riis, ad quorum ſolutionem me totum accingo.
Non obſtat igitur in primis ꝙ in receputa dica-
tur, *Io Vicenzo Minotto Teſoriero &c.* idque fuiſſe
28 ſupponatur v. Maii 1558. † quoniam duo pro-
bare debuit Fucius, primū quòd Minottus fue-
rit teſaurerius Illuſtriſſimi Domini, ſecundum
quòd dicto die, menſe, & anno: nam quando tē
pus eſt fundamentum intentionis alicuius id p̄
ciſè probare debet. glo. Bar. Bal. Ang. & Fulgo.
in l. cū actum, ff. de neg. geſt. Bar. in not. quęſt. in
l. non ſolum. §. ſed vt probari, ff. de oper. no. nū-
cia. Dec. conſi. 210. colum. pen. Cra. conſi. 6. nu.
29 106. Rui. conſilio 92. nu. 8. vol. 3. † pulchrè Ale
xan. conſi. 87. in prin. vol. 7. vbi dicit, quòd ex
quo tempus decem dierum, quod datur ad ap-
pellandum, currit de momento ad momentum.
l. 2. §. dies, cum glo. in uer. ſubtraxiſſe. ff. quand.
appel. ſit. illi qui dicit appellaſſe, probare debet
appellaſſe infra 10. dies à tempore latæ ſenten-
tiæ, aliàs appellatio non deuoluitur. c. Romana.
§. ſi uerò, de app. quia fundāti ſe in tēpore, incū-
bit onus probandi limitatè de ipſo tempore: idē
que tradit Alex. conſi. 97. colum. 2. eo. uolum. 7.
Soc. conſi. 42. colum. 3. volum. 1. & Rol. à Valle
conſil. 41. nu. 45. uolumi. 1. at dato quòd Fucius
probauerit Minottum fuiſſe teſaurerium Illu-
ſtriſſimi D. Marchionis ex reſponſione facta 14.
capitulo dicente, credit fuiſſe teſaurarium, cæte
ra tamen contenta in capitulo negauit Do. Mar
chio, & ſic diem, menſem, annum, & locum, de
quibus in receputa, ad quam ſe refert capitulū:
nec id Fucius probauit: ſi ſui teſtes ſuper hoc de
ponentes percurrantur, & diligentius ſingulicō
ſiderētur, Domi. n. Pollonius ſup̄ dicta recepu
ta loquens, dicit quòd credit etiam quòd tūc tē-
poris ipſe D. Vincentius ſtaret ad ſeruitia Illu-
ſtriſſimi & Excellentiſſimi D. Franciſci Eſten-
ſis, ſed neſcit quo officio fungeretur, ſed ſemper
credidit eum exercuiſſe officium computiſtæ: q
bus planè verbis nihil concludit, quod Fucio ꝓ
30 ſit, † nam teſtis de ſimplici credulitate deponēs
non probat, ut per gl. Cy. & alios, in l. teſtiū. C.
de teſti. Caſtr. Roma. Alex. & Iaſ. in rub. ff. de iu
reiur. col. 1. glo. & Bar. in l. 2. §. penul. ff. de aqua
plu. arcen. glo. in §. ſi uerò abſint. in Auth. de hæ
red. & fal. in ver. vidiſſe, glo. & Docto. in c. quo-
ties. de teſti. Nellus à S. Geminiano in tract. de
31 teſtib. nu. 164. † quod procedit etiam ſi teſtis di
cat ſe pro certo credere. c. tertio loco, de p̄ſump.
per quod ita dicit Bald. in l. ſiue poſſidetis. C. de
prob. ſequitur Crot. in tract. de teſtib. nu. 312. &
officium quod exprimit eo modo, diuerſum eſt
ab expreſſo in receputa, cum priuatum ſit, non
32 autem ex publico: ſicque ceſſat in eo doctrina
Bartoli, & ſequacium in d. §. nummularios, † nā
ex mutatione facti quantuncunque modica to-
tum ius mutatur, ut tradit Alber. in l. ſi ex pla-
giis. §. in cliuo, ff. ad leg. Aquil. per l. ea eſt natu
ra cauillationis. ff. de reg. iur. unde Bal. conſi. 12.
quidam nomine Angelutius, uol. 1. aliàs 178. in
anti. dicit quòd ſecundum diuerſitatem puncto
rum diuerſum redditur cōſilium. ſequitur Dec.
in l. precibus. not. 2. C. de impub. & ali. ſubſtitu.
inferens ad duo conſilia Socini facta in eadem
cauſa uariato facto, vt per eum. & idem tradit
33 Portius Imol. conſi. 168. nu. 13. † Dominus ue-
rò Sigiſmondus Carpēſis, ut ad teſtes redeā,
bene dicit quòd quando D. Vincentius Minot
tus Ferraria receſſit, electus erat pro teſaurerio,
ſed ſtatim ſubdit an poſtea fecerit dictum offi-
cium, ſcire non poſſe, ergo non concluditur, q̄a
non probat hoc eſſe, quod ad hoc contingit ab-
eſſe, l. neque natales. C. de prob. l. nō hoc. C. vn-
de leg. Dominus quoque Baldaſſar Stellantus
apertè dicit ſe neſcire, ſi Minottus eſſet teſaure-
rius, ſed eum uidiſſe ſtare ad ſtipendium Regis,
& reduci ad aulam Illuſtriſſimi D. Marchionis,
quæ planè fieri potuerūt citra officium teſaura-
34 rii ſui: † unde dicta depoſitio ambigua contra
producentem uenit interpretanda. c. in præſen-
tia. de prob. Solus igitur ſupereſt D. Ioā. Benue-
nutus, dicens tempore, quo in receputa D. Vin
centius Minottus erat teſaurerius Illuſtriſſimi
Domini, ut uidit ipſe teſtis, tunc exiſtens in
partibus Tuſciæ cum dicto Illuſtriſſimo Domi-
35 no, † Sed vti ſolus non probat: ſi quidem nul-
la cauſa eſt, quæ unius teſtimonio, quamuis le-
gitimo, terminetur. c. licet uniuerſis, in fi. de te-
ſti. etiam ſi præſidali præfulgeat dignitate. c. li-
cet ex quadā. eo. tit. quia uox vnius, vox nullius:
& vnius teſtimonium nec iuſtificat, nec con-
demnat. cap. admonere. 33. q. 2. ſicque declarat
Specul. in titulo de teſte. §. reſtat de numero. co-
36 lumna tertia. † Nec ad iuramentum ſupple-
torium Fucii ſuper hoc eſt recurrendum: pri
mò, quia cauſa nimis eſt magna, cōſiderata qua
litate ſua, quæ talem impedit delationem iura
menti ſui, ut tradunt omnes indifferenter in d.
l. admonendi, poſt glo. ubi Iaſ. lectura 1. nu. 100.
& in 2. nume. 271. Cacciallup. numer. 106. & pul
chrè Curti. ſub numero 201. uerſic. 77. dicens,
quòd generaliter in omni cauſa ciuili non mo-
dica ſi haberet afferre magnum damnū reo ſuo
magnum commodum iurari debenti, in ſupple
mentum, iuramentum nō defertur, & cum præ
dictis tenet etiam Crot. in tracta. de teſtibus nu
mero 106. at certè magnum commodum uige
ret ex parte Fucii, ſi iuramento ſe poſſet
ab hac ſumma ſcutorum 762. ſubleuare, me

ritò ſibi deferri non debet de iure. † Sed
37 illud alia ratione ceſſare debet, nec illi locus
eſſe, quia non defertur non inſtructo, & igno-
ranti ueritatē facti. l. Marcellus. §. quia uerum.
ff. rerum amo. glo. in l. in bonæfidei. C. de reb.
cred. & iureiur. & in l. maritus, ff. de quæſtio. vbi
Marſi. numero 7. Cato Sacc. d. l. admonendi.
nu. 160. Deciſio. Neapo. 6. in addi. ad illam ſu-
biecta, & cauetur in ſtatuto noſtro ſub rubrica,
Cui, & quando iuramentum. Et ideo non defer
tur hæredi de facto defuncti, ne anceps cogatur
ſubire periurium. l. generaliter. C. de reb. credit.
Natta conſil. 279. colum. 2. at Fucius Ferrariæ
manens, ſcire non poterat, an Minottus eſſet te
ſaurerius Illuſtriſſimi D. Marchionis in partib.
Tulciæ, niſi forſan ex audituuel credulitate, quo
caſu non defertur iuramentum, ut tradit Rayn.
38 de Forli. in d. l. admonendi, nu. 3. † Tantoque
minus ſi hoc audiuiſſet Fucius ab ipſo Minotto
tantùm, quia non tenebatur, nec debebat ei cre
dere ſuper dicta relatione officii Teſauriæ, per
quam ſe idoneum faciebat ad recipiendum pe-
cunias Illuſtriſſimi Do. Marchionis iux. not. per
Bar. eleganter in l. decem. colum. 2. ff. de uerbo.
obligatio. Aret. in capitulo, propoſuiſti, colum.
3. de prob. in capitulo, cum cauſam. colum. 5. de
teſtib. & conſi. 50. in fi. Alex. conſi. 64. in fi. uolu.
primo. Cur. conſ. 55. nume. 9. Marſi. in pract. cri-
39 mi. §. diligenter, nume. 84. in fi. † Tertiò quoque
ceſſare debet id iuramentum, nā quando caſus
eſt talis, quòd plures teſtes haberi potuerūt, nō
defertur iuramentum ſuppletorium unum tan-
tùm teſtē habēti. Bal. & Sal. in d. l. in bonæfidei.
Butr. in capitulo ſi. de iureiur. Bar. Ang. & mod.
ubi Cur. in d. l. admonendi, nume. 153. uerſicu-
lo, quartò fallit. & nu. 159. fallentia 24. at Fucius
ueriſimiliter potuiſſet inducere plures teſtes cō
uerſantes tunc cum dicto Minotto, qui bene ſci-
uiſſent an fuiſſet teſaurerius Illuſtriſſimi Domi
40 ni, ergo ſi hoc nō fecit, ſibi dēt imputari. † Quar
tò non defertur hoc iuramentum, quādo tracta-
tur de probanda qualitate ſeu legitimatione p-
ſonæ, puta mandati, l. non ſolum, §. qui alieno,
ff. de procu. & ibi glo. Bal. & Ang. Cynus, in l. 4.
C. eo. Cur. in d. l. admonendi. nume. 158. fall. 15.
41 † Quintò tunc demum defertur iuramentum
ſuppletorium, quando teſtis, qui depoſuit, eſt
omni exceptione maior, hoc eſt talis, qui caret
omni exceptione & macula. Bar. Bal. Angel. Al-
ber. & Iaſ. poſt alios ibi, nu. 178. Ripa nume. 176.
Bald. in capitulo 1. §. ſacramentum, colum. 2. de
42 conſuetu. recti feud. † vbi dicit quòd modicus
defectus teſtis illud impedit: ſequitur Natta cō-
ſil. 196. nume. nono. Et talis qualitas quòd quis
ſit maior omni exceptione probari debet, ut tra
dit Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quæ teſtam.
aper. & Angel. poſt eum. Alexander conſil. 82.
numero 7. volum. 1. Dec. conſilio 37. colum. 4.
cum ſimilibus per Dominum meum Zuccar-
dum, in l. finali, numero 83. C. de edic. diui Adr.
tollend. Dominus meus Riminaldus conſilio
17. numero 16. Soc. iun. conſilio 39. numero 62.
volum. ſecundo. at Fucius non capitulauit, nec
probauit illum Benuenutum ſuum teſtem eſſe
omni exceptione maiorem, meritò non uenit ei
deferendum iuramentum in ſupplementum
probationis. Hactenus patet non eſſe probatum
quòd Minottus habuerit officium de publico,
& ob id eius ſcripturis ex hoc capite non eſſe
plenè credendum. Nunc ad receptam deſcen
do, quæ proponitur eius manuſcripta ex com-
paratione facta de libro ſuo, & teſtibus dicenti-
bus habere notam illius manum, quibus iunctis
43 dicitur reſultare plena probatio. † Et quatenus
pertinet ad comparationem, dico quòd illa mi
nus legitimè facta fuit, vnde pro nulla & nō fa-
cta debet reputari, uelut contra illius formam
facta, ſecundū doctrinam Baldi, Saly. Caſtr. &
aliorum in l. comparationes. C. de fid. inſtrum.
Pariſ. cōſ. 55. n. 9. vol. 4. Anchar. iun. q. 55. nu. 9.
& q. 62. col. fi. lib. 2. nam ſtatutum de priua. ſcrip
tu. vult quòd periti vna cū iuſdicente, diligēter
inſpectis literis, tam minutis quam groſſis, vide
ant & cognoſcant de prædicta cōparatione & ſu
per ea referant iuſdicenti iudicium ſuum, quod
omnino ſeruatum non fuit: nam cum eis nō in-
teruenit iuſdicens, ſed ipſi tantum fecerunt cō-
44 parationem: ergo nulla fuit. † Secundò, quia
textus in d. l. comparationes, vult quòd compa-
rationes non aliter fiant, niſi iuramento antea
præſtito à peritis, quòd neque lucri cauſa, ne-
que inimicitiis, neque gratia tenti huiuſmodi
faciunt comparationem, & hoc obſeruari man-
dat imperator, quod & hic non fuit obſer-
tum, ſed ſimplex iuramentum præſtitum fuit,
& relatio facta, ergo & actus fuit nullus, vt
aduerſus illam legem. l. nō dubium. C. de legib.
45 & illius formam. c. cum dilecta. de reſcr. † Tertiò
quia facta fuit iſta comparatio cōtra iuris diſpo
ſitionem, quo cauetur eam fieri tantùm poſſe,
quando quantitas in ſcriptura contenta non ex-
cedit libram auri, alioquin ſecus ſi eam exce-
dit, authentica, at ſi contractus. C. de fide inſtr.
& tradit Anch. in d. quęſtionibus, vbi duo ſignā
ter dicit, ꝙ libra vnius auri eſt ſcutorū 72. l. quo
tiens. C. de ſuſcept. & arca. lib. 10. quod & ego
plenius firmaui in §. primo, nume. 236. Inſtit. de
46 don. † Alterum verò magis pulchrum, quòd
ſtatutum de priuatis ſcripturis loquens de com-
paratione literarum, velut in multis correcto-
rium, debet intelligi dummodo debitum nō ex
cedat libram auri: ſicque citat Angelum tenē
tem, in §. ſi quis igitur. in Authentica, de fide in
ſtrumen. at hic ſcriptura, de qua contenditur,
continet ſcutos 762. numeratos, vt dicitur,
Minotto, qui nedum unam, ſed ſeptem & o-
cto libras auri tranſcendunt, ergo patet in
caſu prohibito factam comparationem pro nul-
la debere cenſeri. Quartò poſito ſine ueri præ
iudicio, quòd dicta comparatio legitimè fa-
cta fuiſſet, & in caſu permiſſo, ſicque uale-
ret: † tamen illa concluſio de ſemiplena pro-
47 batione, quam facit comparatio, procedit
contra debitorem, qui ſcripturam fecit, & illam
negat: at contra tertium non nocet ſcriptura lu
uata comparatione literarū, etiam quo ad ſemi
plenam

plenam probationem, ita tradit eleganter Cor. conſi. 138. col. 1. & 2. vol. 1. quem refert & ſequitur Purpur. in d. l. admonendi, col. 28. circa fin. num. 180. Graue in tract. de antiq. temp. in 1. parte, nu. 178. & 185. & in conſi. 216. nu. 19. qualis eſt caſus noſter ad vnguem, quoniam Illuſtriſſimus Dominus Marchio eſt tertius, vt dixi ſupra, contra quem producitur recepta, quæ dicitur eſſe Minotti, & ex eius libro dicitur facta comparatio contra præfatum Illuſtriſſ. Dominum, meritò ſibi nocere non debet, etiam quo ad ſemiplenam probationem: & hæc eſt realis & optima reſponſio, miſſis omnibus quæ circa comparatio-
48 nem dici poſſent, † nam & aliàs videmus tertio ſubueniri, licèt in principalibus ſecus eſſet: vnde videmus quòd ſi iudex fuerit delegatus cum clauſula quòd procederet appellatione remota, talis clauſula non extendit vires ſuas ad præiudicium tertij, vt eſt caſus multum ſingularis, de quo doctores exclamant in cap. ſuper eo. verſi. non tamen. de offic. deleg. ponit Rom. in l. ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus, colum. 2. ff. de verbo. oblig. Abb. in c. ex tenore. in fin. de for. compe. Fel. in ca. veniens, colum. 2. nu. 5. de teſti.
49 † Hinc & videmus quòd titulus C. ne lic. tertiò pro. non procedit in tertio, ut poſt Card. tradit Fel. in c. cum ſuper. col. 2. nu. 9. de re iud. Quo verò ad teſtes dicentes habere notam manũ Minotti, conſidero quòd ſolus D. Pollonius id affirmat: at D. Sigiſmondus titubat, & tandem con
50 cludit, quòd non vult illud affirmare. † Sed vtcunque ſit, dico quòd teſtes deponentes ſcripturam eſſe manu alicuius, quia viderunt eum ſæpius ſcribere, & habent notam illius manum, nec plenè nec ſemiplenè probant, ut tradit Cor. conſi. 58. colum. 2. vol. 3. vbi dicit quòd licèt ſit varietas opinionum, quando teſtes deponunt ꝙ fuerunt præſentes ſcripturæ priuatæ, quam probationem faciant, tamen nullus dicit quòd quã do deponunt non fuiſſe præſentes ipſi ſcripturæ, quòd tunc ipſa ſcriptura faciat ſemiplenam probationem, ſed tales ſunt teſtes de notitia manus deponentes, ergo vult Comes quòd non fa-
51 ciant etiam ſemiplenam probationem. † Et ita diligenter ad hoc eum deducit Ruin. conſil. 79. colum. 2. uol. 4. motus ea ratione, quod ex quo non deponunt reſpectu ſcripturæ, de qua agitur, per aliquem ſenſum corporeum, nihil probant, l. qui teſtamẽto, §. ſi. ff. de teſta. immo tex. in auth. de inſtru. caut. ſemper loquitur de teſtibus, qui fuerunt præſentes ipſi ſcripturæ priuatæ, ut patet in §. ſi quis igitur. & ſequenti, in §. ſed & ſi quis. & in §. ſi quis tamen, ad denotandum quòd illi, qui non fuerunt præſentes confe
52 ctioni ſcripturæ, nihil probant. † & ut ſubdit Rui. ſine dubio hoc eſt de mẽte Bar. explicitè & clarè in dicta auth. & ſi contractus. in d. l. nuda. & in d. l. admonendi. cum quo tranſit Fulg. Saly. & Caſtr. & præter eos Butr. & Abb. in c. 2. de fide inſtrum. Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. Corn. in d. conſi. 58. Aret. conſi. 64. dũ vult quòd per teſtes tantum non probetur plenè ſcripturam eſſe manu alicuius, etiam ſi dicant fuiſſe præſentes, quando illam ſcripſit, & uidiſſe illam ſcribere, ſed ad plenam probationem perficiendam, neceſſaria ſit etiam literarum comparatio, ſicque præſupponunt prædicti, quòd teſtes tunc ſemiplenè probant duntaxat. Si ergo volunt quòd teſtes demum probent ſemiplenè, quando dicunt fuiſſe præſentes & uidiſſe ſcribere, ſequitur quòd quando conſtat illos non fuiſſe præſentes, abſque dubio præſupponunt, ꝙ non reſultet ſemiplena probatio, aliàs etiam iſto caſu ſimul cum comparatione probaretur plenè,
53 quod prædicti negant. † Et quamuis, ut ſubdit Ruin. aliqui velint quòd teſtes, qui fuerunt præſentes, & dicunt uidiſſe ſcribere, plenè probent, tamẽ inquantum Bart. negat quòd teſtes, qui non deponunt de uiſu, ſed de credulitate, & ſecundum iudicium ſuum, non probent ſemiplenè, negare dicitur quòd hanc ſemiplenã probationem inducat depoſitio teſtium, qui non uiderunt, nec præſentes fuerunt: & in hoc ultimo non reperitur, qui contradicat Bartolo, li-
54 cèt in pcedenti contradictores inueniat. † Quin immo ſubdit Ruin. quòd hæc opinio eſt etiam de iure uerior, quia dicti teſtes, qui non uiderunt, ſed affirmant ſcripturam eſſe manu alicuius, per experientiam quam habent: & quia uiderunt illum ſæpius ſcribere, teſtificari non dicuntur, ſed iudicare: & ideo nihil probant ſecũdum Innoc. & doctores in c. cum cauſam. de teſti. cum non allegent cauſam concludentẽ, quoniam de facili decipi poſſunt, cum plures inueniantur, qui conſimilem ſcripturam ſciunt imi-
55 tari, & fabricare, & ut ibi latius per Rui. † cuius opinionem pariter tenet Deciſ. Neap. 181. nume. 7. poſt Aret. in d. conſi. 64. dicit enim quòd apodiſſa ſine ſubſcriptione teſtium, ſi approbetur per comparationem literarum, non facit plenam, ſed ſemiplenam probationem, idemque ſi tantum teſtibus approbetur, quia ſemiplenè probat, & ſi utroque modo, uidelicèt teſtibus & cõparatione, plenè probat, quod intelligitur de teſtibus, qui uiderunt eum ſcribere illam apodiſſam. Vnde concludit Afflict. quòd totum conſiliũ fuit in uoto, ꝙ ſcriptura priuata ſine ſubſcriptione, & depoſitione teſtiũ, qui uiderint illam ſcribere, ſed ſunt teſtes dicẽtes habere notam illius manum, & quòd eis uidetur manus ſua, tamen non uiderunt eum ſcribere, nullam fidem facit: ſi nullam, ergo nec ſemiplenam probationem, & illam deciſionem præter alios, quos cumulat, ſequitur Pariſ. conſi. 19. nu. 44. uolum. 3. & conſi. 55. nume. 13. vol. 4. & magis facit Deci.
56 conſi. 615. col. 2. † concludens quod pro dicta deciſione Senatus Cæſarei Neapolitani præſumendum eſt, quia magis præſumitur pro conſilio alicuius Collegij, quàm pro conſilio particulari, ut not. Abb. in c. prudentiam. in princ. de offi. de leg. per illum text. ubi dicitur quòd firmius iudicium reputatur plurium quàm unius: & quia facilius inuenitur quòd à pluribus quæritur. c. fina. 20. diſtin. & per plures ueritas melius inuenitur, ut notat Gemi. in c. per hoc, §. verum.
57 de hære. in 6. † Et ex prædictis apparet longè

melius

melius Ruinum fuiſſe locutum in d. conſi. 79. uolum. 4. quàm in conſi. 71. nu. 20. uol. 3. & conſ. 46. uol. 4. de quibus ſupra. quod etiam demonſtrari poteſt detegendo nonnullos ſuos errores in dictis locis: nam ſe fundat in conſi. Alex. 181. vol. 2. poſt Imolam in l. nuda, ff. de dona. & poſt Barto. in auth. & ſi contractus, C. de fide inſtru. qui, ſi diligentius perpendantur, nullatenus pro
58 bant eius intentionem. † Quatenus enim pertinet ad Imolam, conſidero quòd Bart. ibi loquitur de ſcriptura priuata, quæ habet teſtes ſubſcriptos, vel qui fuerunt præſentes, quando ſcripta fuit. vultque quòd ſi approbetur per teſtes tantum non faciat plenam fidem, ſed ſemiplenam. ſed Imola reprehendit Bartolum, volens quòd immo tales teſtes plenè probent, cum reddant cauſam ſcientiæ, quia fuerũt præſentes, & viderunt ſcripturã fieri, & de hoc bene recordantur, cum deponant per ſenſum appropriatum actui, de quo quæritur: immò uidetur eis credendum, quia decipi non poſſunt. Sed bene decipi poſſent, vt ſubdit Imola, ſi teſtes redderent cauſam, quia cognoſcunt literam, & habent ipſam notam, ideo ſciunt illam eſſe ſcripturam talis, hoc eſt quod diſtinguens ibidem tradit Imola, cum quo concordat & Alex. conſi. 76. col. 2. uol.
59 3. & Ruin. conſi. 193. col. fi. uol. 2. † ſed omiſſo primo caſu, qui noſtrum non attingit, dico reſpectu ſecundi, quòd licèt dicant tales teſtes decipi poſſe, non tamen aperiunt Imola & ſequaces quam fidem faciãt teſtes, an ſemiplenam, an plenam, uel nullam meritò ſuper eis ius fieri nõ poteſt aut fundamentum: & eadem reſponſio cadit ad Alexandrum in dicto conſi. 181. qui re-
60 fert Imolam. † verum quia Alex. applicat ſecundo dicto doctrinam Bartoli in auth. & ſi contractus. C. de fide inſtrum. & ideo dedit Alex. anſam Ruino dicendi, quòd ſentiret tales teſtes deponentes de notitia manus ſemiplenè probare: dico quòd vterque deceptus eſt in intelligentia Bartoli, nam diſtinguit Barto. quòd quandoque teſtes teſtificãtur de ueritate contractus, & tunc non eſt neceſſaria ſcriptura, quandoq; uero non teſtificantur aliquid de contractu, ſed de ſcriptura, quia dicunt ſcripturam eſſe ſcripturã talis, & tunc facit ſemiplenam probationem: poſtea repilogando materiam ſubdit quòd ſi ſcriptura habet ſubſcriptiones trium teſtium & contrahentium, tunc ex ſola probatione teſtium facit fidem plenam: ſi verò non habet tot ſubſcriptiones, tunc ſi teſtibus tantum approbetur, facit ſemiplenam probationem: debent tamẽ adeſſe tot teſtes, quot notantur in l. 1. cum auth. ibi poſita, C. ſi cer. pet. & repetit glo. in d. auth. & ſi contractus. & ſic Bartolus oſtẽdit ſe ſemper fuiſſe locutum de teſtibus, qui fuerunt præſentes ſcripturæ, videlicèt in primo caſu, quando præſentes fuerint, & ſe ſubſcripſerunt: in ſecundò verò quando tantùm præſentes fuerunt, non ta-
61 men ſubſcripſerunt. † Et quòd ita loquatur Barto. adduco Didacum Couuar. practi. q. cap. 22. nu. 1. ubi tractans hanc materiã priuatæ ſcripturæ præmittit ad intelligentiam, quòd quando teſtes ſubſcripti, uel non, deponunt de tenore ſcripturæ & contentis in ea, aſſerentes rem geſtam fuiſſe eo pacto, quo ſcriptura narrat, tunc iſta dicitur ordinaria probatio & legitima per teſtes: quandoque vero teſtes nõ deponunt de contentis in ſcriptura, ſed quòd uiderunt illam ſcriptam, uel ſubſcriptam, à partibus, uel ab eo, contra quem producitur, & hæc eſt propria teſtium recognitio: citat Gloſſam & Bartolum in d. auth. etſi contrãctus. ergo patet Bartolum loqui ſemper de teſtibus præſentibus, non autem de abſentibus, qui poſtea deponant de notitia manus, ut Ruinus (& malè) ſupponit. Stat igitur ex prędictis concluſio quòd neque comparatio facit ſemiplenam probationem cõtra tertiũ; nec teſtes deponentes de notitia manus & literarum, meritò non poteſt reſultare plena probatio, cum non adſint hic duæ ſemiplenæ probationes, quæ coniungi poſſint, ut dicebat Ruin. ſed aut nihil ſunt, aut minus quàm ſemiplinæ
62 probationes. † Et nos habemus in iure, quòd quando probationes imperfectæ non ſunt, etiã perfectæ in ſua ſpecie, ut unus teſtis de ueritate; & alter ſolus de fama, quo caſu fama non eſt plenè probata, imperfectæ probationes non coniũguntur, ut per Bal. in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. not. 4. ff. de eden. Alex conſi. 13. col. fi. uol. 1. Fel. & Dec. in c. cum cauſam. col. pen. de prob. Pariſ. conſi. 67. nu. 89. uolum. 3. Marſil. in l. de minore. §. plurimũ, nu. 96. ver. & benè aduertas. ff. de quæſti. Cephal. conſi. 225. num. 47. meritò
63 ſic & in caſu noſtro dici debet ad unguẽ. † Non obſtat ſecundum fundamentum, quia facilitet tollitur ſtante pręſuppoſito quòd comparatio literarum non facit ſemiplenam probationem cõtra tertium, nam ſublato fundamento, corruit ædificium. c. cum Paulus. 1. q. 1. meritò deueniri non poteſt ad iuramentum ſuppletorium, quia defertur ei tantũ, qui ſemiplenè, uel pluſquàm ſemiplenè probauit, ut per omnes in d. l. admonendi, ultra quòd obſtat Fucio magnitudo cauſæ, quæ talem impedit delationem, ut ſupra de-
64 duxi. † Nunc ad tertium tranſeo de ſtatuto noſtro de ſcripturis priuatis: & in primis dico, quod illud intelligendum uenit, quando debitum ſit infra libram auri, nõ autem ſi tranſcendat eam, ut per Ang. in §. ſi quis igitur. in auth. de fide inſtrum. Anch. iun. q. 55. col. fi. & q. 61. col. fin. Et licèt id ſtatutũ generaliter loquatur ibi [ſi quis produxerit aliquam ſcripturam quamcunque
65 quantitatem continentem] † & diſpoſitio generalis continens extenſionem actus iam conceſſi reſtringi non ſoleat, ut per Bar. in l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de oper. no. nunc. tamen quando aliàs generaliter intelligendo alteri fieret præiudicium, ut hic Illuſtriſſimo D. Marchioni, bene reſtringitur, ut ſcribit Bal. in l. ſi quando. in princip. C. de inoff. teſt. ſequitur Aret. in c. 1. col. 1. de reſcrip. Crot. in repe. l. 1. col. 3. ff. de leg. 1. Craue.
66 conſi. 3. nu. 7. † Secundò reſpondetur quòd illud ſtatutum loquitur in ſcriptura priuata producta cõtra debitorem, uel eum, cuius manu dicitur ſcripta, non autem contra tertium, prout

eſt

eſt Illuſtriſſimus Dominus, meritò talis caſus remanere debet in diſpoſitione iuris communis, uelut omiſſus. l.commodiſſimè. ff. de lib.& poſt. ſecundum quod ſcriptura priuata non facit pręiudicium tertiò, nec fidem in eius detrimẽtum. l.inſtrumenta, C.de prob. Ruin.conſi.134. nu.4. vol.5. & de iure communi ſola comparatio non facit etiam ſemiplenam probationem contra ter
67 tium, ut dixi. † Nec obſtat conſi.Soc.240.uol. 2.citatum per Neguſ. loco memorato, quoniam ſtatutũ illud generaliter loquebatur, tam reſpectu debitoris quam tertij, meritò nõ debebat reſtringi, ſed generaliter intelligi.l.1.§.& generaliter, ff.de leg.præſtan.ita Soc.ibi ſentiens hinc ſecus eſſe ſi ſtatutum reſtrictiuè loqueretur ad debitorem vel eum, cuius manu ſcriptura dicitur eſſe, quòd ad tertium non porrigeretur ſtatutũ,
68 † Nec immeritò, nam quod eſt fortius, ſtatutum ſimplex non procedit in tertio: vnde licèt ſtatutum Paduæ prætorem compellat ad exequendã ſententiam latam Venetiis, non audietur tertius pro intereſſe ſuæ poſſeſſionis, ita Cardin.in
69 ſuis notis cauſarum notab.173. † Hinc & Bal. in l.1.col.2.C.communia.de leg.dicit, ꝙ ſi ſtatutum vult vt ſummariè procedatur in cauſis vertentibus ſuper inſtrumento guarentigiato, tamen intelligitur inter eos inter quos eſt confectum inſtrumentum, non autem reſpectu tertij, qui ſucceſſit in bonis.ſequitur Alexan.in l.1.§.ſi hæres in princ.ff.ad Treb.& in l. à diuo Pio, §.ſi ſuper rebus.col.pen.verſi.& pro hoc bene. ff.de re iud.Fely.in c.cum ſuper. col.6.eo.tit.verſ.amplius dixit. Bened.de Barz.in tract.Guarenti.q. 9.col.3.verſ.aliquando occurrit: Iaſ.in l.quędã. §.1.verſi.3.nota.ff.de eden.vbi refert Baldum dicentem eſſe notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos. ſequitur Ant.Maſſa Galeſius in tract.ad formulam cameralis obligationis, in 2.par.q.2. Vnde ſublatis omnibus contrarijs remanet intentio Illuſtriſſimi D. Marchionis nitida contra Fucium ſic, vt Excellen.ſua nõ teneatur in credito ſuo compẽſare Fucio dictos ſcutos 762.velut non bene iuſtificatos: ſed non obſtantibus dictis per eum veniat dicto D.Marchioni ſuper petitis pro parte ſua condemnandus.

*Hippolytus Rimi.Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtre Comite Alphonſo Eſtenſe Muſto.

### ARGVMENTVM.

De remiſſione vſus emphyteotæ non facienda, & alia pręclara in ea materia.

### *SVMMARIVM.*

*1 Emphyteotæ fit remiſsio penſionis, quãdo propter bellum frui non potuit re conceſſa.*
*Vel propter inundationem.2.*
*2 Fundum inundatione periſſe, vel propter bellum frui non potuiſſe, parificantur.*
*3 Dominus tenetur præſtare patientiã utendi & fruẽdi emphyteotæ ſicut ſimplici colono.*
*4 Conductori fit remiſsio, quando fructus non aſcendunt ad dimidiam penſionis.*
*Si tamen id damnum probet.5.*
*5 Emphyteotæ fit remiſsio quando penſio annua non eſt modica, ſed fructibus correſpondens, aliàs ſecus.8.*
*6 Emphyteotæ cur regulariter non fiat remiſsio.*
*7 Intellectus l.ſi vno.in prin.ff.locati.*
*9 Fundus inundatus pro perempto habetur illo anno.*
*10 Res cum ſuo onere tranſit ad ſucceſſorem.*
*11 Conductori non fit remiſsio, quando fructus percepit ex parte rei æquiualentes, licèt in alia ſecus.34.*
*Nam modicum damnum æquo animo ferre debet.*
*Et fieri congregatio omnium fructuum.12.*
*Licèt Baldus, & malè, contra ſenſerit.13.*
*14 Conductor tenetur probare damnum concludenter.*
*15 Conductori ſcienti qualitatem rei, velut aquoſam, non fit remiſsio.18.*
*16 Aquoſa res dicitur, quæ copiam aquarum patitur.*
*Scientia præſumitur ex conuerſatione in loco.16.*
*Immo & inter compatriotas.17.*
*19 Conductor renuntians omni iuris & legum auxilio, quibus ſe tueri poſſet aduerſus ſolutionem penſionis, remiſsionem petere non poteſt.*
*Claudius tamen Aquenſ. in ea re contradicit.20.*
*Et præter eum Berous 22.*
*Sed eos refellit auctor.24.*
*20 Verba generalia non excludunt exceptionem quæ venit ex natura contractus.*
*Niſi ſecus conuentum ſit.23.*
*Vtens natura contractus non dicitur contrauenire.20.*
*21 Verba generalia non includunt caſus inſolitos, de quibus non eſt ueriſimiliter cogitatum.*
*23 Culpa non uenit in depoſito.*
*Niſi conuentum ſit.*
*24 Pactum contra naturam contractus ualet.*
*25 Bellonus conſi.21.col.pen.ponderatur.*
*26 Caſus inſolitus relinquitur arbitrio iudicantis, qualis ſit conſideratis qualitatibus & circunſtantijs.*
*Et in ea re duo dantur exempla.*
*Regis Perſarum in Galliam.*
*Et locuſtarum in Italiam anno 1542.27.*
*27 Regis Francorum uexilla nemini honore cedunt.*
*28 Locuſtarum tollendarum remedium Cn. Sicinij prætoris.*
*Sed & aliud Ferrariæ ſeruatum.30.*
*29 Locuſtæ pariunt oua in autumno, & in exitu ueris naſcuntur inde.*
*31 Locuſtis præceptum de diſcedendo, uel quòd à damno inferendo ceſſent ſub pœna anathematizationis & maledictionis, non ſatis tutum uideri.*
*32 Conductor qui non denunciauit damnum locatori, non poteſt petere remiſsionem.*
*Conductio & emptio, fraternizant.32.*
*33 Ignorantia præſumitur in dubio.*

*Emphy-*

35 *Emphyteotæ ſiue conductori fit dimiſſio damni, quod patitur; non autem lucri, quod non conſequitur. Damnum à lucro longè differt.*

## CONSILIVM XL.

*Auxilium meum à Domino.*

ANNIS elapſis quidam de Panſiis
& Onofrijs recognoſcentes ad u-
ſum quandam petiam terræ poſi-
tam in fundo Bondeni iuxta ſuos
confines ab Illuſtre & Magnifico
Comite Alphonſo Eſtenſe de Muſto ſub annua
ſolutione librarum 80. cum pacto appropriandi
pro libris 1627. ceſſerunt omnia iura & actiones
quæ & quas habebant in dicta re legitimo pro-
curatori Magnifici D. Scipionis Bonlei promit
tenti de rato, & ſe obligãti dicto nomine ad acci
piendum inueſtituram à d. Comite & illi ſoluen
dum Capſoldum, & vſus futuros in ampla for-
ma, & cum iuramẽto: deinde dictus Magnificus
Bonleus illud inſtrumentum ratificauit, & ſe o-
bligauit. poſtea decedens dictam terram legauit
uxori ſuæ, quæ nunc conuenitur ad vſus decur-
ſos non ſolutos, & ad recipiẽdam inueſtituram,
ea uerò ſe quidem paratam exhibet ad eam ſu-
mẽdam, ſed ſolutionem vſuum facere negat ob
iuundationes aquarum, quas in præteritum pro
ponit, quibus inutilem terram prædictam fuiſſe
prætendit: quare perſcrutãdum eſt an exceptio
ſua ſit iuridica, remiſſionique per eam petitæ ſit
1 locus. † Et prima conſideratione dicendum vi
detur, quòd ſic: ſicut enim videmus, quòd em-
phyteotæ fit remiſſio penſionis, quãdo propter
impedimentum belli fundo frui non potuit, ut
tradit Bar. in l. interdum, §. quod ex naufragio,
ff. de acqui. poſſ. quẽ cæteri communiter ſequun
tur, vt ibi refert Alexan. & tenent Iac. de Aret.
Cyn. Bar. Ang. & Sal. in l. 1. C. de iure emph. ubi
latè defendit Iaſ. nu. 81. & communem fatetur.
Idemq́ue refert Imola in c. potuit. loca. & latius
2 confirmat Natta conſi. 610. col. 1. † pari modo
propter inundationem debet emphyteotæ fieri
remiſſio: quoniam paria ſunt, rem naufragio, uel
inũdatione aquarum periiſſe, ſeu quòd propter
bellum laborari ac frui non potuerit, l. cũ unus.
§. fi. ff. de bon. auct. iud. poſ. vnde de vno ad aliud
valet argumentum ad obtinendam remiſſionẽ,
prout concludit Ale. in d. §. quod ex naufragio.
3 nume. 5. † Et quia Dominus ita tenetur præ-
ſtare pacientiam utẽdi & fruendi emphyteotæ,
ſicut ſimplici colono. d. l. 1. cum ibi no. per Bar.
in 1. oppo. meritò ſi eam nõ præſtat, quia emphy
teota impeditur uti propter aquam, non debet
Dominus agere poſſe ad penſionem, poſtquam
contractum non impleuit pro parte ſua. l. Iulia-
nus. §. offerti, ff. de acti. emp. † Secundò confir-
4 matur hæc concluſio, quoniam ſicut ſimplici cõ
ductori fit remiſſio, quando fructus non aſcen-
dunt ad dimidiam debitæ penſionis, ut tradit
Bart. & Bal. in l. licèt. C. loca. quem ſequitur &
communem fatetur Alex. conſi. 3. col. 3. uol. 1. cõ
ſi. 107. col. pen. uol. 3. Aret. conſi. 52. col. 2. Pariſ.
conſi. 38. col. fi. vol. 1. Gozad. conſil. 74. in princ.
Soc. iun. conſi. 68. nu. 9. uol. 2. Grat. reſpon. 161.
nu. 6. uol. 2. Bero. conſi. 143. nu. 14. uol. 1. qui com
5 munem teſtatur, † ſi tamen id damnum probet
vt fundamentum ſuæ intentionis, ſecundũ Cor.
conſi. 228. col. pen. uolum. 2. Nat. conſi. 449. co-
lum. 2. ita pariter emphyteotæ remiſſio fieri de-
bet, quando penſio annua non eſt modica, & ſic
in recognitionem dominij, ſed eſt correſpon-
dens fructibus, ut hic in rationem quinque pro
quolibet centenario: ita tradit Alex. conſi. 112.
volum. 1. quod repetitum reperitur conſi. 6. uol.
2. vbi ponderat inter cætera Bartolum in d. l. 1.
6 2. oppo. & Baldum prima, dicentes, † quòd ideo in
emphyteoſi non fit remiſſio mercedis, quia da-
tur pro modica penſione in ſignum recognitio-
nis dominij: ſentiunt ergo quòd ſi daretur ali-
quo caſu emphyteoſis pro magna penſione & in
recompenſationẽ fructuũ, vt hic, tũc bene dare
tur remiſſio penſionis. Idemq́ clarè tenet Ang.
in §. quia uerò Leonis. in Auth. de nõ alie. & Ro
ma. conſi. 369. col. pen. dicens procedere textum
in d. l. 1. de totali peremptione in emphyteota ſol
uente canonem, non ad alium finem, quàm ad
recognitionem directi dominij, ſecus quando
canon eſt proportionatus ad redditum rei, quia
tunc diminuta commoditate rei, diminuitur e-
tiam ſolutio ſecundum eum, qui idem tenet in
d. §. quod ex naufragio. colum. pen. ſequitur So
cin. in l. Gallus, §. etiam ſi parente, col. 2 in princ.
ff. de libe. & poſth. Butr. & Andre. Sicul. in c. po
tuit. loca. Brun. conſi. 41. nume. 18. Ruin. conſi.
161. nu. 21. uol. 1. Grat. reſpon. 128. in fi. uol. 2. An
ge. Aret. in §. adeo. Inſti. loca. Bero. conſ. 130. per
7 totum: maximè uerò. 14. uol. 1. † vbi dicit, quòd
optimè probatur in l. ſi uno. in prin. ff. loca. ſi re-
ctè intelligatur, quicquid dicant contrarium te-
nentes, dum reſpondere conantur: nam quo ad
effectum remiſſionis inducendæ, textus æquipa-
rat illos duos caſus, uidelicèt ſiue quis conduxe
rit ſimpliciter fundum priuati, ſiue uectigalem,
hoc eſt emphyteoticum, iux. glo. in Rubr. & in
l. 1. ff. ſi ag. uectig. ergo debet in utroque caſu in-
telligi, quando ſub eadem penſione magna res
conduceretur: & quòd ſicut conductori ſimpli-
ci remiſſio fit in caſu ſterilitatis, ut ibi, ſic & em-
8 phyteotæ. † Et hanc diſtinctionem inter ma-
gnam & modicam penſionem uoluit Collegiũ
Mediolanenſe, prout refert Cuma. in d. §. quod
ex naufragio. & confirmat Claud. Aquenſ. ibi-
dem per doctri. Bald. in c. ſi cautio. in fin. de fide
inſtrum. vbi dicit, quòd ſi conceditur res in feu-
dum pro magno fictu annuo, nõ eſt propriè feu
dum, ſed dicitur potius habere naturam locatio
nis: & idem vult Bal. in l. liberti libertæq́; col. fi.
9 C. de oper. libertorum. † Tertiò determinat
hoc in terminis Alex. in d. conſi. 112. uol. 1. & cõ-
ſi. 6. uol. 2. ubi dicit, quòd ſi fundus ab aquis to-
tus eſt ſubmerſus, nulla penſio debetur, qualiſ-
cũque fuerit, ſiue modica ſiue magna, quia per-
inde debet eſſe, ac ſi illo anno fundus in totum
periiſſet.

periiſſet.d.l.cum vnus,§.fi.ideo remiſſio fieri debet emphyteotæ.at in propoſito noſtro hæc Domina probat de fructibus nō perceptis annis elapſis,ergo videtur intentio ſua de iure fundata.
10 † Nihilominus eis non refragantibus, in caſu noſtro contrarium de iure dicendum eſt, præmittendo prius quòd cum iſta Domina ſit ſingularis ſucceſſor, conueniri poteſt ad iſtos uſus: tranſit enim res ad eam cum iſto onere tanquã hypothecata dicto Illuſtri Comiti pro dictis vſibus,vt tradit Bal.in auth. ſi quas ruinas, col.4. verſi.6.probatur,C.de ſacroſanct. eccleſ. Abb. conſi.74.duo principalia,col. 3. vol.1.Imol.in l. quod dicitur,colum.9.ff.de verbo.oblig. Rip.in l.1.§.ſi hæres.nume.11.ff.ad Treb.Soc.iun.conſ. 70.num. 14. vol.1.& latè ponit Deciſ. Neap.95.
11 † quo ſic ſtante, dico quòd huic Dominæ remiſſio fieri non debet, quoniam probant teſtes examinati tempore vitæ magnifici D.Scipionis hãc terram fuiſſe locatam ad piſcandum,& ex piſcibus cẽtum ſcutos annuos,& ultra perceptos fuiſſe, ſicut & ſubinde poſt eius mortẽ meritò ceſſare debet remiſſio, poſtquam damnum non fuit inde ſecutum. & licèt reſpectu partis paſculiuæ ſecus dici poſſet, tñ nihil refert, ex quo reſpectu valliuæ multum perceptum fuit, vt pulchrè declarat Calcan.conſi.23.col.2.vbi concludit ꝙ ſi conductor in aliqua ſpecie fructuum fuit damnificatus,tamen in aliis ſecus, ſed tantum de ipſis habuit,quod aſcendit vltra dimidiam penſionis, non debet ſibi fieri remiſſio,quia modicum dãnum cōductor æquo animo ferre debet.l.ſi mer
12 ces,§.uis maior,l.ex conducto.§.1.ff.loca. † Et idem tradit D.meus Rimi. conſi.406.col. 2.vbi dicit poſt Bald.in l.licet, C. loca.quòd fieri debet cōgregatio omnium fructuum.& ibi in apoſtil.ſecutus ſum,addens Calcaneum de quo ſupra,de quo meminit etiam Socin.iun.conſil.78. num.6.vol.2.& eum ſequitur,niſi conuentio facta ſit in cōtrarium,prout erat in caſu ſuo,quod non proſequor,ut non neceſſarium: & nunc inſuper addo Nattam idem tenentem cum Baldo in d.l.licet, conſ.449.nu.5.quibus,fit ut probare
13 non poſſim † quod ponit Bal.conſ.434.pactum inter locatorem, vol.1. in nouis quem ſequitur Catel.Cotta libro memori.in verbo,conductor non tenetur.col.2.volens fieri diminutionem pẽſionis quatenus fructus aliqui fuerunt perditi, aliis perceptis in maiori quantitate, nam hæc opi.ſua,quam æquiorem appellat, ultra quòd ſibi parum conſtat (poſtquam contrarium tenet in d.l.licet.& ſequuntur Calc. Soc.iun. D.meus Rimin.& Natta) eſt contra communem doctorum ſententiam in d. l. licet de qua ſupra dixi, nume.4.tunc demum fieri remiſſionem,quando fructus non aſcendunt ad dimidiam penſionis, ſecus autem ſi tranſcendunt, prout in caſu Bal-
14 di: aliàs ſemper locus eſſet remiſſioni. † Secundò moueor aduerſus hanc Dominã, qñ tenetur conductor probare damnũ concludenter, velut intentionis ſuæ fundamentum,dict.§.ius maior, Bart. & omnes.in d.l.licet.& probatur ex regula l.ſecundæ, ff.de prob.nam locator habet intẽtionem fundatã ex cōtractu locationis ita Cor. conſi.128.col.pen.uol.2.Pariſ.conſi.38.col.2.uolum.2.ſed hæc Domina non probauit concludẽter damnum; potuit enim terra inundari, ſed non tota,aut parum duraſſe ſic mundata.meritò talis probatio uelut non cōcludens non debet il
15 li prodeſſe.l. neque natales,C.de prob. † Tertiò ceſſare debet ex alia ratione remiſſio, quoniã quando procurator Bonlei recepit hanc terram à Pannis & Onofriis dictum fuit in inſtrumẽto, quòd erat valde damnoſa potius quam lucroſa, cum vſibus eſſet onerata fructus excedentibus, & eſſet aquoſa,& cauamentis indigeret.poſteaq; Bonleus id inſtrumentum ratificauit dicens de contentis in eo claram & apertam ſcientiam habere: quare ſequitur eum ſciuiſſe qualitates dictæ terræ,& ſic inundationibus illam eſſe ſubiec-
16 tam: † ſic enim denotat illud verbum aquoſam,hoc eſt aquarum copiam patientem,vt Calepinus eſt auctor,& Gellius.noct. Attica.li.4.c. 9. Quin & accedit præſumpta ſcientia dicti magnifici Bonlei, quoniam conuerſari ſolitus erat in dicto loco, ubi terra ſita erat,iuxta no.in cap. poſtquam.de elect.Bal.conſi. 295. Petrus Lombard.col.1.vol.3.Corn.conſi.340.col.pen. uol.1. Dec.conſi.583.col.1.ad fi.pulchrè Caſtr. conſil. 425.ad primum quæſitum.vol.2.in nouis. col. 2. vbi ſic arguit ſcientiam ex conuerſatione in lo-
17 co. † ſequitur Craue.conſi.168.nu.6.ubi fortius poſt Bal.conſ.338.primo allegat.uol.4.dicit inter compatriotas ſcientiam præſumi. hoc igitur ſtante ſequitur remiſſioni locum nō eſſe per ea,quæ tradit Cyn.in l.ex conducto.§.1.ff.loca. Bal.in l.ſi ea lege, C. de vſur.& in tit.de pac.Cōſtan.in ver. vaſalli ſecundo.quos ſequitur Alex. in d.§.quod ex naufragio.ad fi.qui dicunt,quòd ſiue conductor, ſiue emphyteota tempore belli rem conduxerit,& impeditur percipere fructus propter eius incurſus, non fit ei remiſſio penſio-
18 nis, † quia ſibi debet imputare, poſtquam uidit periculum imminere, & nihilominus conduxit illam rem; debuit enim conſiderare futurum euentum,quem præſens ſtatus loci indicabat.l. ſi quis domum,§.1.ff.locati. ibi [Quia hoc euenire proſpicere debuit.] Idemq; tradit Igneus in l.contractus,nu.39.ff.de regul. iur.& Ripa in tract. de peſte,2.parte.nu.36.Calcan.in d.conſi. 23.col.4.& 5.Bal.conſi.279.caſus talis eſt,quidã Nicolaus,col.fi.uol.3. Alex.in d. conſi.111.Natta conſi.55.nu.7.Catel.Cotta libro memori. in uerſ.conductor tenetur,col.2.& in terminis proprie fundi aquis ſubiecti decidit Goza.conſi.74.
19 nume.4. † Quartò non omitto, quòd in uſus inſtrumẽto celebrato per procuratorem D.Scipionis, ſubinde per eum comprobato,nedũ promiſſum fuit ſoluere annuos uſus,ſed etiam renũciatum fuerat cōditioni ſine cauſa,doli, & in factum, & omni alij iuris & legum auxilio ſibi competenti, uel competituro, quibus ſe tueri poſſet quominus ſoluere teneretur uſus prædictos. quibus ita ſtantibus remiſſio peti non poteſt, ut in conductore tradit Alberi. in d. l.licet. ad finem. C. loca. dicens quòd ſic obtinuit in

in collegio Bergomi, atque idem repetit in l.
item quæritur, §. exercitu. circa finem. ff. eod.
vbi Fulg. ſequitur. & valde commendat Iaſ. in
l.1.nu.98.C.de iure emphi. Calca. in d.conſi.23.
col.4. Crot. in l.4.§. Cato. lectura 2.nu.39. ff. de
verbo. oblig. & in l. ſi inſulam, nu.57. ff. eo. Goza.
conſi.53.nu.9. conſi.87.nu.13. & conſi.88.num.
20 19. Capicius deciſ.87.nu.10. † Bene verum eſt
quòd Claudius in d.§. quod ex naufragio, nu.5.
mordet hãc deciſionem Alberici & ſequacium,
quia dicta verba generalia non excludunt exce-
ptionem, quæ venit ex natura contractus, vt pro
batur in l. quæro, §. inter locatorẽ, ff. loca. ſi quis
enim promiſerit conductorem inuitum non ex-
pellere durante locatione, talis promiſſio intelli
gitur, niſi penſionibus cõductor paruerit: nã qui
natura contractus vtitur, non dicitur cõtraueni-
re, vt ibi, & in ſimili quæſtione tradũt Bal. & Ale.
citati. Si quis enim dixerit, dono poſt mortem
meam, & promitto non venire contra: non per
hoc dicitur eſſe donatio inter viuos, ſed eſt do-
natio cauſa mortis: namque illa promiſſio debet
ad naturam contractus adaptari, & ille non ve-
nit contra, qui natura contractus vtitur: vnde
talis promiſſio debet intelligi rebus ſic ſtãtibus,
ideſt niſi reuocetur, meritò non dicitur venire
contra, qui reuocat, quia naturaliter ineſt: ſic igi
tur & in caſu noſtro dicendum putat Aquenſis,
quòd dicta verba non impediant remiſſionẽ pe-
ti poſſe, quæ venit ex natura contractus. l. ex cõ-
21 ducto, §.1. ff. loca. † Confirmat hanc opinio.
Aquenſ. & alia ratione, quia dicta verba genera
lia nõ includunt caſus inſolitos, & de quibus ue
riſimiliter non eſt etiam in genere cogitatum. l.
fiſtulas, §. frumenta. ff de contrah. emptio. & po-
nunt Bar. & cæteri in l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ,
ff. ſi quis caut. vbi dicunt, quòd ſi quis teneri uo
luit ad omnes caſus fortuitos, intelligi debet de
ſolitis, non autem de inconſuetis, vel non veriſi-
milibus: quare pariter in caſu noſtro conductor
ex dictis verbis non videtur veriſimiliter noluiſ-
ſe petere poſſe remiſſionem, ſi fructus non perci-
piet, & intolerabile damnum patietur, meritò
ad hunc caſum verba ſua non ſunt porrigenda:
22 † Quin & præter Aquenſem Berous q.125. co
lum.2. dicit deciſionem Alberici ſic intelligen-
dam, quando conductor expreſsè promiſiſſet pẽ
ſionem ſoluere, neque remiſſionem petere, & re
nuntiaſſet, vt ſupra: quod in caſu noſtro factum
non reperiř, ſed ſimplex promiſſio ſoluendi vſus
nulla de remiſſione mentione facta ſecuta renũ-
tiatione condictioni indebiti & id genus: quæ re
nunciatio etiam cum iuramento ſubiecto ſecun
dum naturã contractus intelligenda ſunt, & con
ſequenter quòd facienda ſit remiſſio in caſibus
iuris, ex quo de remiſſione mentio expreſſa fa-
cta non fuit. d.§. inter locatorem, cum ibi no. per
Bar. Caſtr. & Salyc. quos inducit Berous: & ſic
iſti Doctores perturbant, & ſternere conantur
23 hoc quartum fundamentum. † Ego verò liben
tius illi, quantum vires meæ ſuppetunt, inhæren
do ad primam rationem Aquenſis dico verum
eſſe regulariter, quòd verba generalia non exclu
dunt exceptionem, quæ venit ex natura contra-
ctus, ſed iſtud locum non habet, ſi ſecus conuen-
tum eſt: patet, nam ex natura depoſiti dicitur eſ
ſe, quòd in eo culpa non veniat, ſed dolus tan-
tum. l. ſi vt certo. §. nunc videndum, ff. commod.
l. contractus, ff. de reg. iur. & ibi latè Dec. Cagn.
& alij, §. fi. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. vbi
Iuſtinianus adfert illam peregregiam rationem
[ quia qui negligenti rem amico cuſtodien-
dam tradidit, non ei ſed ſuæ facilitati imputari
debet] & tamen ſi conuentum fuerit quòd in
depoſito & culpa præſtetur, rata eſt contractus
conuentio: contractus enim ex conuentione le-
gem accipiunt. l.1.§. ſi conueniatur, ff. depoſi.
24 † Et contra naturam contractus valet pactum
l. paciſci. ff. de pact. Bar. in l.2. C. de iure emph.
Dec. in l.2. in princ. nu.12. ff. ſi cer. pet. at in caſu
noſtro, quando conductor promiſit vſus annuos
ſoluere, & vltra renunciauit auxilio iuris & le-
gum, quibus ſe tueri poſſet aduerſus ſolutionẽ,
neceſſariò dici debet quòd noluerit remiſſionẽ
petere, licet damnum ſibi contingat in fructi-
bus: quia leges quæ tuentur à non ſolutione pẽ
ſionis ſunt illæ quæ permittunt remiſſionem pe-
ti poſſe. vnde ſi noluit illis legibus uti poſſe, no-
luit etiam remiſſionem petere poſſe, quæ ſine ea
rum præſidio locum habere non poteſt, l.2. ff. de
25 iur. omn. iud. † Et ad hoc ego perpendo dili-
genter Bellonum conſi.21. col. pen. qui referen-
do Iaſonem in d.l.1. C. de iure emphy. poſt Albe
ricũ in dictis locis animaduertit, ꝙ Iaſon loquiť
quando appoſuerunt illam clauſulã; & addide-
rũt, ut nõ poſſent ſe tueri à præſtatione canonis
uel penſionis, ſentiens quòd nõ ſteterunt in ſim
plici generalitate verborum, ſed vlterius proceſ
ſerunt ad alia verba, quibus renunciatum dici-
26 tur petitioni remiſſionis. † Ad ſecundam ra-
tionem Aquenſis diligentius aduerti debet,
num ſolitus uel inſolitus cenſeri debet: nam
variæ fuerunt opiniones, quis dicatur caſus inſo
litus, de quo veriſimiliter non præſumitur cogi
tatum, quas recenſet Ripa in trac. de peſte. 2. par
te. nu. tot. & plenius eo Menochius in tracta. de
arbitr. iud. lib.2. centuria 1. caſu 80. mihi tamen
magis arridet inter alias ea, quam ipſi ponunt, ꝙ
arbitrio iudicis hoc relinquatur, qui conſidera-
tis qualitatibus & circunſtantiis caſus fortuiti, iu
dicare debeat: huiusque rei dat exemplum Ri-
pa de Rege Perſarum remotiſſimo, qui iam 10.
annis uenerit cum maximo exercitu ad depræ-
dandam Galliam, demumque rurſus hoc anno
reuertatur, & multa damna inferat: arbitratur
enim Ripa conſideratis circunſtantiis & qualita
tibus huius caſus eum inſolitũ debere dici. Quis
enim exiſtimaſſet tam remotiſſimum Regem, da
to quòd ſemel in Galliam irruperit, arma mo-
uere contra Chriſtianiſſimum Francorum Re-
gem? Certè nemo, conſiderata locorum diſtan-
tia, & inuictiſſimi Francorum Regis potentia:
27 † contra cuius prima uexilla nemo debet ſibi
honorem præſumere, teſte Baldo conſ.117. Ego
puto quòd ab iniuſta ſententia. volum.3. Sed &
aliud exemplum Menoch. adfert locuſtarum,
quæ

quæ anno 1542. nimis immenſa copia in Italiam
aduolarunt, de quo ſe remittit ad dicta per eum
latius in tract. de recuper. poſſ. remedio 12. num.
37. vbi primò refert Liuium lib. 2. Decad. 5. dicẽ
tem ſub conſulatu C. Popilii Lęnatis tãtam nu
bem locuſtarum à mari vento repente in Apu-
liam illatã eſſe, ut examinibus ſuis agros latè o-
28 perirent: † ad quam peſtem frugum tollendã
Cn. Sicinius prætor deſignatus cum imperio in
Apuliam miſſus, ingenti agmine hominum ad
eas colligendas coacto, aliquantulum temporis
abſumpſit. Deinde refert Menoch. ingentem lo
cuſtarum copiam, quæ in his Italiæ regionibus
aduolauit, ac tanta fuit, ut per ſex integras bo-
ras perduraret uolatus, ac uelut denſiſſimæ nu-
bes ſolem obſcurarent, quo factum eſt ut iactæ
paulo ante ſementes aſſumptæ fuerint: & malè
certè res ſe ſe nobiſcum anno ſequenti habuiſ-
ſet, niſi ſingula Italiæ loca eam, qua vſus fuit
29 Cn. Sicinius, adhibuiſſent diligentiam. † At
non meminit Menoch. alterius diligentiæ, quæ
ſeruata fuit anno ſequenti in Dominio Illuſtriſ
ſimi & Excellẽtiſſimi Ducis noſtri Ferrariæ, iuſ-
ſu ac ſumma prouidentia Herculis ſecundi, nun
quam delendæ memoriæ principis ampliſſimi:
cum enim ut refert Plinius libro 11. naturalis hi
ſtoriæ, cap. 29. locuſtæ pariant in terra demiſſo
ſpinę caule, oua cõdenſa autumni tempore, quæ
durant hieme ſub terra, & anno ſequenti, veris
exitu emittũt paruas nigrantes, & ſine cruribus
30 penniſque reptantes &c. † prudentiſſimus ille
Dux edicto ſtatuit quibuſcunque pręmium, qui
poſt autumnũ ſumam operam præſtarent in per
quirendis ouis locuſtarum per agros & abdita
loca, eaque ad officium magnifici Iudicis 12. ſa-
pientũ deferret. Et ego qui tunc in eo loco verſa
bar, ſicut & ob annis duobus citra conſultor ibi-
dem deſignatus fui, eo magiſtratu fungente, me-
ritiſſimè quidem, & nunquam ſatis laudato Illu
ſtre ac magnifico D. Ioan. Anto. Rondinello, ſæ
pius uidi diuerſos homines oua reperta deferen
tes, & pro quantitate præmium ſtatutum conſe
quentes, ita quòd annuẽte Deo & egregia prin
cipis tanti prouiſione labes illa maledicta ceſſa-
31 uit. † Quæ prouiſio longè melior fuit, ut arbi
tror, ea, quam latè ponit, & ſuper ea diſputat ſu-
pra modum Caſſane. conſi. 1. de præcepto dictis
animalibus faciendo, quòd ſe abſentent à loco;
in quo damnum dant, aut à damno inferendo
ceſſent ſub pœna anathematizationis, & perpe-
tuæ maledictionis: nam quòd hanc pœnam ue-
reãtur ignoro. Sed ut hæc miſſa faciamus, & ad
id, unde digreſſi ſumus, reuertãtur, quis umquã
iudex arbitrabitur fundos aquis inundari, caſus
inſolitos dici? aut in cõductionibus fundorũ de
talibus inundationibus aquarũ per contrahen-
tes non cogitari? certè nullus. Immo uero ta-
les inundationes, ſicut grandines & bella in
omnium ore uerſari ſolent, & ſuper eis in In-
ſtrumentis paciſci: quare caſus inſolitus dici nõ
poſſunt, ut & malè cenſuit Aquenſis in d. §.
quod ex naufragio. Quod verò pertinet ad Be-
roum poſtremo loco citatum, q. 125. ſolutio pa-
tet ex ſupra deductis ad primã rationem Aquen
ſis, quibus ſatis oſtenſum fuit conductorem no-
luiſſe remiſſionem petere renunciando legũ au-
xilio, quibus ſe tueri poſſet ne ſolueret penſio-
nem: quare iam patet optimè defenſatum quar-
32 tum fundamentum, de quo ſupra. † Sed & quin
tum adiungo, nam nec magnificus Bonleus, nec
ſubinde coniunx ſua denunciauit inundatio-
nes illorum annorum, quas allegat Illuſtri Co-
miti Alphonſo, meritò non debet habere regreſ
ſum remiſſionis aduerſus eum hæc Domina ad
inſtar emptoris, qui ſi non denunciauerit uen-
ditori litem motam, de euictione experiri non
poteſt. l. 1. C. de peric. & cõmo. rei uen. l. emptor
fundi, C. de euict. Dec. conſi. 74. colum. 2. ſi qui-
dem locatio & conductio proxima eſt emptioni
& uenditioni, iiſdemq; iuris regulis conſiſtunt.
Inſt. de loca. & conduc. in princ. meritò ſi requi
ritur in emptione, pariter & in conductione:
quod etiam ſentit Bero. conſi. 140. nume. 47. uol.
1. ubi vult locatores ad damna & intereſſe tene-
ri, quia conductores eis poteſtati ſunt, ac intima
runt, quaſi ſecus eſſet, eo non facto, dicendum.
33 † Nec allegare poteſt hæc Domina quòd Co-
mes Alphonſus habuerit ſcientiã dictarũ inun-
dationum, quia præter id quòd ſcientiam non
probat, & ignorantia præſumitur. l. uerius, ff. de
proba. ubi tamen de ſcientia dicti Comitis con-
ſtaret, denunciatio fuiſſet neceſſaria, quæ ſem-
per requiritur, quando non tantum quis ſcire
debet, ſed & aliquid facere, ut tradit Barto. in l.
denuntiaſſe. in prin. ff. de adult. & in l. 2. §. uolun
tatem. ff. ſol. matr. in l. non ſolum, §. morte, ff. de
oper. no. nunc. Bar. Bal. & Ang. in l. qui abſentẽ,
ff. de proc. cum ſimilib. per Dec. in allegato cõſ.
74. Soc. iun. conſi. 4. in fi. uolum. 2. prout in caſu
noſtro, quòd locator remiſſionem faciat condu-
ctori, uel redditus in ſe recipiat, & conductorẽ
liberet à penſione, aut tempus affictus proroget,
34 iuxta conuenta inter eos. † & ex prædictis ſatis
remanet intentio huius Dominæ confutata &
ſublata, nec adducta in eius fauorem ſibi prodeſ
ſe poſſunt: nam quo ad primum, licèt emphy-
teotæ ſoleat fieri remiſſio, quando re frui non po
tuit propter bellum uel inundationem, tamen
negatur in caſu noſtro Bonleum & ipſam uſos
non fuiſſe dicta terra, poſtquam piſcari fecerunt
in parte ualliua, & inde multos piſces ceperũt,
ex quibus etiam multas pecunias cõſecuti ſunt:
unde remiſſio ceſſare debet, licèt ex aliis partib.
nihil fuerint conſecuti, prout ſuperius in primo
35 fundamento deduxi. † & poſito quòd non tan
tum lucrati fuerint quantum fuiſſent facturi, ſi
totas & ſingulas partes rei conductæ colere po-
tuiſſent, non tamen remiſſioni locus eſſe debet:
nam iura, quæ de remiſſione loquũtur facienda
conductori propter ſterilitatem uel alium impe
dimentum, loquũtur eo caſu quando cõductor
propter ea paſſus eſt damnum, non autem quã-
do nõ lucratur; & ob id petit refectionem lucri:
nam tali caſu conductor audiri nõ debet, ex quo
non diſponunt hoc caſu remiſſionem fieri, ſed
ſolum prouident reſpectu damni, quod à lucro
longè

lõgè differt.l.fi.C.de codic.ita pulchrè Pariſ.declarat conſil.38. col.2.vol.1.& Bero.conſil.141. nu.2.cum ſequentibus,uol.1.pari quoque modo ceſſat ſecundum,cum tantum perceptum fuerit, quod eſt ultra dimidiam, & ita concludo.

*Hippolytus Rimi.Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtre Comite Paulo Pico de Mirandula.

### ARGVMENTVM.

De cauſis,quibus laicus poteſt decimas poſſidere, & quando inſtrumento abraſo credendum ſit: & res iudicata retractari poſſit prætextu inſtrumẽtorũ de nouo repertorum,pulchrè tractatur.

### SVMMARIVM.

1 *Laici non poſſunt decimas poſſidere.*
*Nec eis in feudum concedi poſſunt.2.*
*Niſi reſpectu commoditatis ex conſuetudine.*
*Papa tamen poteſt eas concedere,& in feudum dare.25.39.*
3 *Poſſeſſor abſolui debet, nõ conſtito de iure petitoris.*
*Et poteſt opponere exceptionem intentionis & facti.4.*
*Quæ potius allegatio dicitur, quam exceptio.*
5 *Sententia nocet hæredi & ſucceſſori.*
*Etiam eccleſiaſtico.6.*
7 *Sententia quæ tranſiuit in rem iud.pro ueritate habetur*
*Nec admittitur probatio in contrarium, niſi per cõfeſſionem partis.*
*Et potentior eſt priuilegio.*
8 *Facitq́; de albo nigrum & econtra: falſumq́; mutat in uerum non eſſentialiter,ſed quo ad effectum.*
*Nec prætextu inſtrumẽtorum de nouo repertorum, retractari poteſt 9.*
*Niſi uictor confeſſus fuerit illam iniuſtè fuiſſe prolatam.42.*
*Et compelli poteſt ad liberandum & imponendum, perpetuum ſilentium.43.*
*Vel niſi uictus admiſſus fuerit ad probandum.44.*
*Vel ope reſtitutionis in integrum concurrente.*
*Iuſta ignorantia, & facta diligentia perquirendi iura & inſtrumenta.45.47.*
*Idq́; nedum reo, ſed & actori conceditur.48.*
10 *Teſtes de tanto tempore,cuius initij memoria non eſt in contrarium,quomodo deponere debeant.*
*Et quæ practica in hoc detur.11.*
12 *Laici decimas præſcribere non poſſunt etiam tanto tempore,cuius initij memoria non extat in contrarium.*
*Niſi probent poſſeſſionem earum per dictũ tempus, cum allegatione tituli ante Concilium Lateranenſe.14 15.*
*Tunc enim præſumitur ius ante Conciliũ quæſitum.40.41. ubi de ratione,*
*Tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium,habet uim conſtituti.12.*
*Et reputatur pro priuilegio à principe conceſſo.*
*Nec in eo requiritur ſcientia ſuperioris.16.*
12 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, non probanda.*
*Nec indiget diſceptatione fori.18.*
*Et facit probationem promptam, manifeſtam,realem,liquidam,indubitatam, &c.*
18 *Inſtrumenta de antiquo,quæ dicantur.*
20 *Et inde probatur dominium & poſſeſſio.20.*
21 *Clementina 1.de prob.in quibus procedat.23.*
22 *Aſſertioni noſtræ in quibus ſtetur.*
24 *Confirmatio dicitur actus ſuperioris.*
*Et ideo à minore fieri non poteſt.*
26 *Conſtitutum transfert dominium, & poſſeſſionem.*
*Etiam in ſpiritualibus,ut ſunt beneficia,decimæ, & id genus.27.*
28 *Poſſeſſio quæritur hæredi per colonum, qui eius nomine poſſidet.*
29 *Inſtrumentum raſum, redditur ſuſpectum: ideoq́; non probat.*
*Si in parte ſubſtantiali ſit raſum,aliàs ſecus.30.31.*
*Et quando locus dicatur non ſubſtantialis.32.*
*Idem ſi ex præcedentibus & ſequentibus apparet quid contineretur in parte raſa, quia non uitiatur.33.*
*Vel quando unius boni teſtis dicto coadiuuatur.34.*
*Etiam ſi ſummariè procedatur.35.*
*Dummodo non in parte ſubſtantiali ſit raſura.36.*
37 *Raſura non præſumitur facta ab eo, ad quem pertinet inſtrumentum.*
38 *Renunciantibus iura ſua regreſſus non datur.*
46 *Reſtitutio in integrum intelligitur petita per clauſulam in libello ſuper quibus omnibus & ſingulis peto ius fieri &c.*

### CONSILIVM XLI.

*Auxilium meum à Domino.*

EXORTA fuit controuerſia non mediocris,& probabile dubium,quis habeat meliora & potiora in decimis, & iure decimãdi quaſdam terras poſitas in territorio Caſtri Rodi Marchionatus Montisferrati,an Reuerẽdiſſimus D. Epiſcopus Albenſis, uel Illuſtris Gomes Paulus Picus ex Mirandula, Comes & Dominus in præſentiarum dicti Caſtri Rodi.Et prima conſideratione dicendum uidetur ad fauorẽ
1 dicti Epiſcopi,eũ meliora iura habere. † Quoniam laicus, vt eſt Comes Paulus, non poteſt decimas poſſidere,cum ſint iuris ſpiritualis, cuius eſt incapax.c.Meſſana.c.ſacroſanctæ.de elec. c.cauſam.de præſcr.& ſanctuarium Dei dicuntur,meritoque nullus prælatorum poteſt eas laico concedere.c.adhæc.c.quamuis. & utrobique not.Abb.de decim.Bero.conſi.21.nu.11. & con-
2 ſi.84.nu. 32.uol.1. † Et inde ſequitur ꝙ in feudum concedi non poſ poſſunt, quòd ſi conſuetudo Eccleſiæ uel Prouinciæ ſecus habeat intelligi,

ıigi debet, quòd commoditas conceſſa ſit in feu-
dum, non autem ius ipſum ſpiritnale, vt ſcribit
Bald. conſi. 274. non reuocando iu dubinm. uo-
lum. 5. quem ſequitur Natta conſi. 563. colnm. 2.
& rationem prædictorum ponunt Thomas, &
Caietan. quos refert Didac. Couuaru. varia-
rum reſolut. lib. primo, capit. 17. nam ius iſtud
conſequuntur Sacerdotes ex miniſterio alta-
ris & ſpiritualium, quia ſeminantibus ſpiritua-
lia debentur temporalia, quorum exhibitio or-
dinatur propter miniſterium ſpirituallum, quæ
ab aliis quàm clericis miniſtrari nequeunt, nec
laicis poſſunt regulariter competere. ſecurus
igitur ſatis reddi videtur Epiſcopus Albenſis
ex qualitate rei, quam petit dictus Comes, ei-
que videtur dicere poſſe, qno ad te liberas ſe-
des habeo, l. loci corpus. §. competit, ff. ſi ſer.
3 vend. † nam vbi non conſtat de iure petito-
ris, abſoluendus eſt poſſeſſor. l. fina. & ibi Bal.
& alij. C. de rei vendic. licèt nihil ipſe præſlite-
rit, & nullum ius habeat, l. qui accuſare, C. de
eden. & ibi Deci. poſt alios, num. 14. ſicque de-
clarat Aretin. in l. cum ſeruum. prima conclu-
ſione, C. de ſer. fug. ibique citat Baldum in l.
peremptorias, G. ſent. reſcin. non poſſe. colum.
4 antepenult. † dicentem, quòd licèt ſtatutum
quem repellat ab excipiendo, non tamen uide-
tur prohibitus opponere exceptionem inten-
tionis & facti, per quam concluditur agenti ip-
ſo iure ius non competere: hæc enim eſt potius
allegatio, quàm exceptio. Quinimmo licèt non
excipiatur, officio iudicis conſuli debet, ut no.
in l. vbi pactum, C. de tranſa. quia actor debet
edere actionem in libello. l. 1. in princip. ff. de
eden. ſed iſte non poteſt edere actionem, quæ
nulla eſt, & ſine actione nemo experitur, l. ſi pu-
pilli, §. videamus, ff. de negoc. geſt. ita Bald. ibi
ſequitur Soci. in l. ſecunda, colum. 2. ff. de ex-
cep. rei iudi. Secundò confirmari videtur hæc
concluſio pro Domino Epiſcopo, nam propo-
nitur in facto ſuper dictis decimis litem fuiſſe
motã & agitatam in Romana Curia inter quõ-
dam Illuſtr. dominam Ioannam Carrafam Pi-
cam matrem dicti Comitis Pauli, & dictum Epi
ſcopum, latasque fuiſſe plures ſententias abſo-
lutorias ad fauorem dicti Epiſcopi contra di-
ctam dominam Ioannam, dictumque Epiſco-
pnm poſſeſſionem iuris decimandi conſecutnm
fuiſſe: quare rebus iudicatis ſtandum videtur,
5 l. prima, C. de re iudic. † Et cum dictus Co-
mes ſit filius & ſucceſſor præfatæ Dominæ, ta-
les ſententiæ contra dictam Dominam latæ ip-
ſi Comiti nocere debent. nt not. Barto. in l. ſi
mater, §. fin. ff. de except. rei indic. & in l. ſi ſu-
peratus. in fin. princip. ff. de pigno. Ruin. con-
ſi. 128. nume. 17. volum. 2. Pariſi. conſi. 29. nu-
me. 22. volum. 1. per l. ex contractu, ff. de re iu-
dic. & doctrinam Bart. in l. creditores, colnm.
6. verſic. quid in ſucceſſore vniuerſali, C. de pi
gnor. & alios adducit Cephal. conſi. 241. nume.
6. quibus addo Peruſ. in capit. ex ratione co-
lum. antepen. de appel. Neniz. conſi. 20. num.
6 23. † Et ſicut ſi latæ fuiſſent illæ ſententiæ
contra Epiſcopum Albenſem præiudicarent
eius ſucceſſoribus. Abbas conſil. 62. colum.
ſecunda, verſicu. & maximè prædicta proce-
dunt. volum. primo. Oldra. conſi. 94. elegan-
ter. colum. penult. & habetur in cap. reprehen-
ſibilis de appel. ſequitur Craue. conſi. 10. nu-
me. 8. pari modo lata contra præfatam Domi-
nam eius ſucceſſori, qualis eſt Comes Paulus,
nocere debet, ut contrariorum ſit eadem di-
ſciplina. l. fina. §. contra quoque, ff. de leg. ter-
tio, ſiue potius vt in iudiciis ſeruetur æqualitas.
7 l. non debet actori. ff. de regu. iur. † Quinim-
mo res iudicata pro veritate habetur, l. res iu-
dicata. ff. de regulis iur. Rolandus à Valle. con
ſi. 98. nume. 2. volnm. 2. Curt. iun. conſi. 97.
nume. ſecundo, & in tantum quòd aduerſus
eam non admittitur probatio in contrarium,
niſi per confeſſionem partis, ut per Barto. in l.
Iulianus verum, ff. de condi. indeb. Bald. in l.
filium quem habentem, C. famil. erciſc. & in
l. cum quis, C. de Iur. & fac. igno. Vero. caut.
23. Viui. In ſuis communibus opinio. in uerſi.
ſententia iudicis. Et inſuper eſt potentior pri-
uilegio, nam de uiribus eius admittitur di-
ſputatio, ſiue de poteſtate concedentis oppo-
ponatur, ſiue de voluntate: ſed vbi produci-
tur res iudicata, impoſſibilis eſt amodo contro-
uerſia, vt verbis vtar Baldi. in l. præſcriptione. co
lum. 8. verſ. & præmitte ad euidentiam, C. ſi con
tra ius. per tex. in l. ſi. C. vt lite pend. quem notat
Caſtr. ibi contra illos, qui poſt ſentẽtiam latam
contra ſe non appellarunt, & deinde vadunt Ve
netias ſupplicantes, vt iterum cauſa reuideatur
& cognoſcatur, quia non debent audiri, niſi iu-
ſtiſſima de cauſa fuerint impediti, quominus ap
8 pellauerint. ſequitur Natta conſi. 524. in ſi. † &
his alludit illud protritum Baldi. in cap. noſtri.
de electi. qnòd ſententia, quæ tranſiuit in rem
iudicatam, facit de albo nigrum, & de nigro al-
bum, falſumque mutat in uerum non eſſentiali-
ter, ſed qno ad effectum, ut idem Bald. ſcribit in
c. in præſentia. de renunc. ſequitur Cur. iun. con
ſi. 177. nu. 13. & facit ius de non iure. l. ingenuũ. ff.
9 de ſta. ho. Soc. iun. conſi. 70. nu. 7. vol. 3. † Et vt
finem dicendi faciam res iudicata prætextu in-
ſtrumentorum de nouo repertorum retractari
non poteſt, l. ſub ſpecie, C. de re iud. l. Imperato
res, ff. eo. quod procedit etiam ſi fuerit ſententia
abſolutoria lata, quia non probatum: eſt enim
diffinitiua, ut per gloſſ. in authen. qui ſemel,
C. quomodo, & quando iud. nec reſcinditur
ex probationibus de nouo ſuperuenientibus,
ſed parit exceptionem rei iud. nt pulchrè tradit
Caſ. & D. meus Rimin. in l. ſub prætextu, la j. in
princ. C. de tranſ. quare uidetur ex prædictis E-
piſcopus Albenſis in tuto portu conſtitutus ad-
10 uerſus Comitem Paulum actorem. † Quibus
tamen non obſtantibus contrariam ſententiam
amplector ad fauorem dicti Comitis: moueor
in primis, quoniam proponitur in facto Ca-
ſtrum Rodi fuiſſe & eſſe in quaſi poſſeſſione
percipiendi decimas in eius territorio per tan-
tum tempus, cuius initii memoria non extat

in contrarium, ſcientibus & patientibus Reuerendiſſimis Epiſcopis Albenſibus, qui tunc temporis extiterunt: idque luculenter probant teſtes deponentes quòd illud Caſtrum poſſedit decimas, & fuit in earum pacifica poſſeſſione vel quaſi decimandi in eius territorio iam multis & retroactis temporibus & annis, & etiam à tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, ſecundum communem opinionem, de prædictis neque vidiſſe aliquos qui viderint vel audiuerint ab aliis eorum tempore fuiſſe ſeruatum contrariũ.

11 † Sic enim bene probant de tanto tempore, iux. practicam, quam tradit Inno.in cap. quod per nouale. de verb. ſign. Specul.in tit. de proba.§.1.verſi.vltimò quæritur, Bart.in l.2.§.idem Labeo.ad finem, ff.de aqua plu. arcen. Felyn.in cap.ſi diligenti. colum.penult. poſt medium. de præſcript. Alexan. conſi.16. colum.5.volum.5. Corn. conſi.268.nu.21.volum.4.Rui.conſi.66. num.22.vol.3.Gramma.conſi.12.nume.6.ciuilium. quibus accedit quod allegatur Caſtro prædicto ius decimandi conceſſum fuiſſe ante Concilium Lateranenſe, de quo habetur in capit. cum apoſtolica. de his, quæ fiunt à præla. meritò fundata dicitur intentio dicti caſtri, ſubindeque Comitis Pauli ſucceſſoris in eius do-

12 minio, † quoniam licèt laicus dicens ſe decimas præſcripſiſſe tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, obtinere non poſſit, ea ratione quia licèt tantum tempus habeat vim conſtituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff.de aqua quoti. & æſti. & pro priuilegio reputetur à principe conceſſo. capitu. ſuper quibuſdam, §.præterea.de verbo.ſignifi. Cyn. & Doctor. in l. 2. C. noua. vectig. Natta conſi. 486. colum.penul. nume.15. Cephal. conſi.176.nu-

13 me. 27. † tamen operari non poteſt quòd incapax fiat capax, vt declarat Card.conſi.88. capitulum.colum.2. Io. Monac. in cap. 2. de præbend.in 6.vbi etiam latè Probus, nume.7.Abb. per illum tex. in cap. cauſam in princip. de præſcript. & in cap.quanto. 1. not.de conſuetu. cum ſimilibus per Felyn.in dicto cap. cauſam.col.1.

14 Marſi.ſingul. 80. † nihilominus quando laicus probat, ſe poſſediſſe decimas ab antiquo per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, & vlterius allegat titulum & conceſſionem, ſibi fuiſſe factam ante Concilium Lateranenſe, præſumitur pro eo, nec eſt ſibi neceſſe probare de aliqua fama priuilegii, uel quòd poſſederit tamquam vaſallus eccleſiæ. Ita tenent Ioann. Andr. Butr. & Imol. in dicto cap. cum apoſtolica. & Alberic. in dictionario ſuo. in verſicu. decima, nume. 7. uerſic. quid ſi neſcitur. Cuma. conſi. 83. quia cauſa decimalis. circa finem. latius Alexan.conſi.6.circa fin. uolum.1.Balb. conſ.35.colum.2. uolum.2.Balb. in tract. de præſcript.prima part.quintæ partis. princ.quæſt.7.colum.penul. & præcedenti, ubi facit mentionem de Felyno. in d.c. cauſam.qui infideliter & imperfectè refert opinionem doctorum in d. cap.cum apoſtolica: & cum prædictis etiam conſentit Iaſ.conſi.156.colum. 1. uol.

15 2. Craue. conſi.306.col.3. † ſicque Saly. ultra prædictos inſtruit fieri debere, quòd titulus allegetur, & dictum tempus probetur in l.1.colum. fi.C.noua uectig. ſequitur Iacob.à S.Georg.in inueſtitura ſua feudali.in verſi.cum mero & mixto Imperio. Alber. de Roſa.in rubr.ff.de mun. & ho.col.16.in fi. verſ. ſed pone, quòd aliquis. & poſtremò latè Roland. à Valle conſi.66. nume.48. volum.1.ſicut & Bero. conſi.21.in quar-

16 ta concluſione, uolum.1. † Et licèt ut ſupra dixi præſupponatur hic concurrere ſcientia Reuerendiſſimorum Epiſcoporum Albenſium huius poſſeſſionis & conſuetudinis decimandi dictas terras per dictum caſtrum Rodi à tanto tempore, cuius initii memoria non extat in contrariũ, tamen etiam remota ſcientia & patientia prædicta idem iuris eſſet, cum talis conſuetudo inducatur & acquiratur etiam ſine ſcientia ſuperioris, vt eſt glo.quam ibi not. Angel.in d.§.ductus aquæ.& not.Saly.in l. vectigalia, C.noua uecti. Butrius in c.peruenit.de cenſib.Imol.in l. ſi publicanus, §.in omnibus. Roma.in l.vectigalia.ff. de public. Alexand. qui dicit eſſe magis communem, conſi.6. colum. 2.volum.1. Dec. conſi.85. colum.2. Fel.in cap.cum nobis, col.2.de reſcrip. Rube.conſi.21.col.penul.& in cauſa decimandi contra eccleſiam tradit Craue.conſi.21.num.12. vnde procedit omni reſpectu dicta concluſio. Secundò principaliter accedit pro Comite Paulo quòd de anno 1475. Reuerendiſſimus Epiſcopus Albenſ.ex cauſa tranſactionis dedit, ceſſit, & tranſtulit quibuſdam nobilibus de Neueis & Boſſaninis condominis dicti loci caſtri Rodi & habituris cauſam ab eis accedente beneplacito Sixti ſummi Pontificis, omne ius quod haberet ipſe Epiſcopus, vel ad eum menſamq; ſuam Albenſem ſpectare & pertinere poſſet aliquo uis modo in dicto Caſtro, uilla, terra, bonis, rebus poſſeſſionibus, decimis, fructibus, cenſibus, uel aliis redditibus percipiendis &c. ipſi verò de Neueis & Boſſaninis econuerſo dederunt dicto Epiſcopo duas petias terrarum pro omni eo iure ſibi ceſſo in decimis & aliis commemoratis: deinde eodemmet anno prædicti omnes unanimiter conſtituerunt procuratorem ad ſupplicandum Summo Pontifici & Sanctiſſimo Domi. Papæ Sixto, ut dignaretur confirmare pacta, & conuentiones, ac tranſactionem factam per ipſum Epiſcopum dictos de Neueis & Boſſaninis de iuribus & pertinentiis ad ipſum dominum Epiſcopum Eccleſiamque ſuam & menſam epiſcopalem Albenſem ſpectantibus & pertinentibus in Caſtro, uilla, iuriſdictione, poderio, bonis, fructibus decimis, redditibus, & cenſibus ipſius Caſtri & uillæ Rodi. Quam ſupplicationem porrectam ſanctiſſimus libenter recepit, & amanter amicabilem compoſitionem in ea contentam approbauit, confirmauit, & communiuit, & quatenus opus ſit, de nouo conceſſit, auctoritate Apoſtolica, ſicut & anno ſequenti fecit Illuſtriſſimus & Excellentiſſ. D. Marchio

Montisfer-

Montisferrati laudando, approbandoque con-
17 firmationem Sedis Apoſtolicæ, † de quibus
omnibus non eſt aliquatenus ambigendum, cũ
reſpectu inſtrumentorum ſuper præmiſſis plena
fides & probatio ſurgat, cum ſint veritas appa-
rens & probatio probata, non autem probanda,
vt tradit Bald. in l. imperator, ff. de ſtat. hom. in
l. 2. colum. 1. C. quando fiſc. vel prin. in l. quo-
tiens. in fi. C. de iudi. cum ſimilibus, quæ con-
gerunt Alex. Iaſ. & alij repetentes in l. 1. in prin-
18 cip. ff. de oper. no. nunc. † Immo verò talis pro-
batio dicuntur inſtrumenta, quæ non indiget
diſceptatione fori, vt inquit Bal. in l. 2. ff. de ſta.
ho. Ang. in l. intereſt. in vltimo not. C. de ſoluti.
Deci. conſi. 448. col. 2. Ruin. conſi. 128. col. 2. in
princ. uol. 4. Ruin. conſi. 128. colum. 2. in princ.
uol. 4. Rolan. à Valle. conſi. 58. nu. 6. uolum. 2. &
quæ probationem promptam, manifeſtam, rea-
lem, probatam, euidentiſſimam, manifeſtiſſimã,
liquidam, patentem, certam, indubitatam, & no-
toriam reddunt, ut ad ſolutionem ponit Tira-
quell. in titu. de retra. lignagier, §. 1. gloſſ. 1. nu.
20. quem ſequitur Rolan. à Valle. conſi. 75. nu.
19 19. volum. 1. † Et cum inſtrumenta, de quibus a-
gitur ſint de antiquo, velut præter annos centũ
celebrata, ut per Innoc. & alios in c. veniens. de
verbo. ſignif. quam communem teſtatur Alex.
in l. cum aliquis. C. de iure delib. Deci. conſil.
1:. col. 6. Deciſ. Neap. 145. col. 3. Boerius deciſ.
39. colum. 4. Crauet. in tractat. de antiqui. tem-
20 po. in princip. † nedum per ea probatur do-
minium, ſed etiam poſſeſſio Caſtr. conſil. 81. in
cauſa quæ uertitur inter Reuerendum patrem.
col. 1. ad fi. verſ. patet etiam ex inſtrumento. vol.
2. Deci. conſi. 86. col. 4. conſi. 301. col. 3. poſt me
dium ver. & in dicto inſtru. Cur. iun. conſi. 90. co
lum. fi. uer. ſuper hoc laborat Cra. conſi. 54. nu.
11. reſpectu verò literarum patentium ſummi
Ponti. & Illuſtriſſimi D. Marchionis ſuper con-
firmatione & approbatione, de quibus ſupra cla
rum eſt quoq; plenam ab eis probationẽ deſcen
21 dere. clem. 1. cum ibi not. de prob. † nam miſſa
diſputatione nunquid illa clemen. 1. procedat in
ſolo ſummo Ponti. uel & in aliis principibus lai-
cis recognoſcentibus vel non ſuperiorẽ, de quo
latè proſequitur Crauet. in tract. de antiq. tem-
po. 1. par. num. 41. clarum eſt quòd in caſibus in
quibus diſpoſitio pendet à poteſtate principis
illa clemen. 1. locum habet & procedit in quocũ
22 que Principe. † vnde videmus quòd in his quę
dependent à poteſtate noſtra, quia non agitur
de præiudicio alterius, ſtatur aſſertioni noſtræ,
meritò ſi alimentans alium ſcribat in libro ra-
tionum, vel aliter proteſtetur, quòd intendit a-
lere animo repetendi, ſtatur huiuſmodi aſſertio-
ni & poteſtationi in facto proprio. l. Nenſen-
nius, & ibi Bartol. & Doctores, ff. de nego. geſt.
Quare ſi ſtatur aſſertioni priuatorum in his, quę
liberè dependent ab eorum voluntate & pote-
ſtate, multò fortius idem iuris eſſe debet in ſu-
23 perioribus. † Vnde Caſtren. conſi. 125. dubi-
tatur primò, an Comes. colum. 3. 5. dubio. vol.
2. tenet quòd dicta clemen. 1. procedat in locum
tenente Principis, ut in Comite Palatino, ſu-
per his de quibus Comes diſponere poteſt. &
Card. conſi. 127. in cauſa quæ uertitur, inquit ha
bere locum in quolibet habente iura imperii in
ſuo territorio, ut in Comite uirtutum. ſequitur
Craue. in d. tract. de antiq. temp. 1. part. nu. 42.
at hic de pactis, & conuentione partium con
ſtat ex inſtrumentis, ita quòd in hoc non erat
opus aſſertione principum, ſed illis narratis ea
24 confirmant & approbant: † quod utique fa-
cere potuerunt, cum confirmatio ſit actus ſu-
perioris, ut not. Bald. in l. fi. verſic. ulterius no-
to. C. de lega. immo verò confirmatio eſt ma-
nifeſtum ſignum ſuperioritatis, ut ille dicit, &
not. Abb. poſt Hoſti. in cap. 1. loca. & ideo con-
firmatio à minori fieri non poteſt, ut per Imol.
conſi. 27. in caſu præmiſſo, colum. 2. ſequitur
Deci. in rubr. de confir. util. uel inuti. colum.
prima. Igitur cum talis actus confirmationis &
approbationis ſit peculiaris principum, & ab
eorum uoluntate dependeat, ſtatur eorum aſ-
25 ſertioni, ſurgitque plena probatio. † atque
idem dicendum eſt reſpectu nouæ conceſſionis
per ſummum Pontificem factæ, nam Papa lai-
cis decimas concedere poteſt, & in feudum
dare. c. prohibemus. capitul. quamuis, & ibi
Butrig. ca. adhæc. & Abb. ibi. de decim. Bero.
conſi. 21. nume. 4. uolum. 1. unde dicit Bartolo
meus Bellenci. in tractat. de carita. ſubſi. quæſt.
31. nume. 4. quòd ſi Papa decimas alicui conce-
deret in perpetuum, conceſſio valeret, & te-
neret ſignum ſuæ ſupremæ poteſtatis, & ex præ
dictis tandem ſequitur dictos Neueis & Boſſani
nis fuiſſe in poſſeſſione uel quaſi iuris deciman-
di uigore conſuetudinis antiquę, ſed & ex iuri-
bus ſibi ceſſis ab Epiſcopo confirmatis à ſummo
Pontifice. Accedit ſubinde prædictis quòd de
anno 1501. dicti de Neueis & Boſſaninis uen-
diderunt D. Leoni Falleto recipienti pro Do-
mino Antonio & Ioanne fratribus nepotibus
ſuis præuio illorum mandato dictum Caſtrum
Rodi cum iuriſdictione omnimoda, mero &
mixto Imperio, furnis, pedagiis, molendinis,
decimis &c. & ſucceſſiuè dictus Leo dictis no-
minibus inueſtitus fuit ab Illuſtriſſimo domino
Marchione Montisſerrati de dicto Caſtro iu-
ribus & pertinentiis omnibus dicto caſtro, &
illæ quomodocunque & qualitercunque ſpe-
ctantibus & pertinentibus his modo & formis,
quibus antedicti de Neueis & Boſſaninis fue-
runt inueſtiti, in quorum inueſtitura etiam
decimæ fuerant comprehenſæ. Vnde ius deci-
cimandi tranſlatum fuit in dictos de Falletis,
quod erat prius apud Neueos & Baſſaninos
uigore conſtituti in inſtrumento venditionis
26 appoſiti: † iuxta regularem naturam ſuam
transferendi dominium & poſſeſſionem. l. cer-
tè. § primo, in uerſic. propriè poſſidere uideor.
ff. de precar. Bartol. in l. ab emptione. circa
finem. ff. de pact. Bald. in capit. item inueſtitu
ra. de nat. feud. l. quamuis, §. ſi conductor, l.
quod meo. in princip. l. interdum. in princip.
ff. de acquirend. poſſeſſ. Bal. in l. 1. q. 2. C. quan.

lic.ab emp. diſce. cum ſimilib. per Iaſ. in l.quo-
tiens, C. de rei vendic. nume. 14. & 15. & Ti-
raquel. in tractat. de iure conſti.in principio,&
27 ampliatione 8. † quæ quidem natura nedum
procedit in rebus temporalibus, ſed etiam ſpi-
ritualibus, in quibus cadit poſſeſſio ſiue quaſi
poſſeſſio: verbi gratia, Sacerdotiorum, quæ
nos vulgò beneficia appellamus, decimarum &
aliarum huiuſcemodi rerum, prout voluit Bu-
tri.in capitul. cum veniſſent, colum. fina.ver-
ſiculo, hæc procedunt. de reſtitut. ſpol. & in re-
pet. capit. fina.colum.11.verſic.2. per hoc deci-
ditur. de cauſa poſſ. & pro. cum ſimilibus per
Tiraquell. in dicto tractatu de iure conſtit. am-
pliatione.33. Demum proponitur dictum Ca-
ſtrum iuraque omnia, de quibus ſupra perue-
niſſe ad Excellentiſſimum Dominum Marchio-
nem Montis Ferrati, & ab eo titulo venditio-
nis in Illuſtrem dominam Ioannam Carrafam
matrem huius generoſi Comitis Pauli Pici.
quo fit vt dicta iura decimandi cum cæteris iu-
ribus dicti Caſtri peruenerint ad illam Domi-
nam, & ſubinde illius filium & hæredem: nam
gradatim Dominus Marchio, Dominaq; Ioan
na fuerunt in poſſeſſione vel quaſi decimandi
dictas terras, eaſque decimarunt per eorum co
28 lonos: † qui cum mortua præfata Domina Io-
anna perſeuerauerint in poſſeſſione prædicta
decimandi nomine hæredum dictæ Dominæ,
qualis erat Comes Paulus, ſequitur vt ſibi
quoque dicta poſſeſſio quæſita fuerit, vt per il-
lum text. declarat Alexan. in l. qui vniuerſas,
§. quod per colonum, ff. de acquirend. poſſeſſ.
Tiraquell. in dicto tractat. amplia. 12. & Deciſ.
Neapo. 167. nume. ſexto. Quibus tandem ſe-
quitur, ut ipſe Comes Paulus habeat melio-
ra iura in iure decimandi dictas terras moder-
no Epiſcopo Albenſe, nedum iure conceſſio-
nis antiquæ, ſed & contractus tranſactionis con
29 firmati per ſummum Pontificem. † Nec Co-
miti prędicto quicquam nocere poteſt, quòd in
inſtrumento dictæ tranſactionis quædam raſu-
ræ vnius verbi reperiuntur, locis uacuis dimiſ-
ſis: ex quibus inſtrumentum ſuſpectum reddi-
tur, alio in contrarium non probato, vt tradit
Specul. in titulo. de inſtrumen. edi.§.breuiter.
verſic.& nota.& in §. reſtat. Innocen.in capit.1.
ad finem. de fide inſtrumen. Alexan.conſi.175.
colum.1.volum.7. Ruin.conſi.215. numero 16.
volum.1. Alba conſil. 99. nume. 4. Plot. in l. ſi
quando, nume.713. C. vnde ui. Cephal. conſi.
30 287.nume.38. † Quoniam pro ſolutione di-
ligentius eſt conſiderandum, quàm propoſi-
tum fuerit hoc obiectum: quare dico, quod ad
hoc vt inſtrumentum propter raſuram, cancel-
lationem, vel interlineaturam ſit ſuſpectum,
fidemque non faciat, oportet quòd iſtud con-
tingat in loco ſubſtantiali ipſius inſtrumenti,
& ſic in loco ſuſpecto: ita notat gloſſ. Abb. &
alij in capitu. cum venerabilis. de relig. domib.
& in capit. inter dilectos. de fide inſtrument.
gloſſ.Barto. & alij. in l. fin. C. de edic.diui Adr.
31 tollend. † vbi dicit Bartol. ſecus eſſe, ſi in lo-
co non ſuſpecto reperiatur raſura vel cancella-
tio, & idem Barto. ponit in l.prima. §. final. ff.
de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. vbi poſt gloſſ. con
ſiderat quòd inſtrumentum ſit corroſum in ali-
qua parte ſubſtantiali, aliàs ſecus: quia tunc ei
credi debet. ſequitur Bald. in l. ſi unus, colum.
prima, C. de teſtam. ubi dicit quòd ſi in teſta-
mento reperitur aliqua raſura, vel apparet ſuſpi
tio, ſiquidem eſt in loco fundamenti, ex quo agi
tur, & ex quo dependet fides ſcripturæ, & tunc
venitur ad veritatis indaginem, & ſic inſtru-
mentum non probat, niſi uerificetur: ſi verò ſu
ſpitio non eſt in loco, ex quo agitur fides ſcriptu
ræ, tunc non curamus de tali vitio: & ita de lo-
co ſubſtantiali, in quo ſit raſura, loquitur Ale-
xand.& Ruin. in conſiliis ſupra citatis, ſicut &
Bero. poſt plures ab eo cumulatos conſil.1.nu-
32 me. 37. volum.2. † Sed in caſu noſtro, raſu-
ræ, de quibus agitur, reperiuntur in loco non
ſubſtantiali, & ex quo fundamentum ſummi
non poteſt, uidelicet in narratione facti & ver-
bis enunciatiuis, ex quibus etiam quòd eſſent
legiſlatoris, argumentum fundamentum ve
ſumi non poſſet, ut eſt gloſſ. not. quam no-
tant ad hoc Iaſon, Deci. Dominus meus Rimi
naldus, Cagnol. & poſt eos dixi in l. unica. C.
quando non pet. part. ergo talis raſura non no
cet, & ita tenet in terminis Caſtr. poſt gloſſ.
33 in l. ſi unus. C. de teſta. † Secundò poſito quòd
raſuræ, de quibus agitur, eſſent in loco ſuſpecto
uel præiudiciali, tamen adhuc ceſſaret difficul-
tas, quoniam ubi ex præcedentibus uel ſequen
tibus apparet ueritas, uel comprehendi poteſt
quid in illa parte raſa contineretur, talis raſura
non attenditur, nec inſtrumento nocet. Ita Bar.
in l.1.§.fi.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.glo.fi.& ſum
mè notāda, in c.cum venerabilis.de relig.dom.
Bal.in d.l.ſi unus.verſi.vltimò noto.& in l.fina.
in 4. oppo.C.de edic.diui Adr.tollen. Felyn.in
cap.ex literis.colum.penult.nume.14.de fid.in-
ſtrum. Rui.conſi.215.nu.16.volum.1.Natta con
ſi.131.nume.3.ſed ex aliis partibus inſtrumenti
conſtat, & comprehendi poteſt quid continere-
tur in partibus raſis, videlicet uerbum, decimis:
quia de ipſis in locis non abraſis ſæpius fit ex-
preſſa mentio, meritò fides inſtrumenti debet
inconcuſſa remanere, nō attentis dictis raſuris.
34 † Tertiò conſiderandum eſt, quòd tunc demum
inſtrumentum raſum non probat, niſi vnius bo
ni teſtis anctoritate coadiuuetur: ita uoluit Bal.
in l.ſi ueritas.C.de fideic. quem refert & ſequi-
tur Bertach. in uerbo, inſtrumētum cancellatū,
nu.12.& Fel.in d.c.ex literis.col.fi.not.5. † Et li-
35 cèt ſubiungat in 6. notab. ꝙ ubi ſufficit ſumma-
ria cognitio, debet inſtrumentum eſſe ſine macu
la & abraſione, nec ſufficit ꝙ teſtibus iuuetur, ut
uoluit Butrig.in authen. ſi quis in aliquo, C.de
eden.quem citat, & ſequitur Bald. in l.1. C. ut
in poſſ. leg.& in l.fin.C.de fideic.& ob id Bero.
conſi.90.nume.15.volum.3. loquens in termi
nis cuiuſdam trāſactionis, prout nos loquimur,
inquit, quòd ex quo ſumus in ſummariis, inſtru
mentum debuit eſſe ſine macula & abraſione,
nec

nec ſufficit quòd ex probationibus aliorum te-
36 ſtium adiuuetur. † tamen vnico verbo reſpon
detur, quòd prædicta procederent, quando ma
cula vel abraſio reperiretur in parte ſubſtantia-
li, prout ſic illud dictum Baldi poſt Butri. Ca-
ſtren. interpretatur in l. fina. colum. 2 nume. 6.
C. de edic. diui Adr. tollend. & ſequitur Andr.
Sicul. aut quiſquis alius fuerit, in apoſtill. ad
Bald. in dicta l. 1. C. vt in poſſ. lega. in verſicul.
validari, ſub litera I. meritò, cum non aga-
tur hic de abraſione in parte ſubſtantiali, ceſſat
prædicta difficultas in caſu noſtro. in quo pu-
blica & autentica fides habetur per notarium
publicum in eius inſtrumento regiſtrata de an-
no 1548. cuiuſdam venerabilis præsbiteri Do-
mini Michaelis Falletti atteſtantis cum iura-
mento ſuo, ſuper pectus ſuum more religioſo-
rum, ſe inueniſſe dictum inſtrumentum tran-
ſactionis in quodam Caſtro Voltignaſchi, &
quòd antequam illud tradiderit Illuſtri Comi-
ti Paulo Pico fuerat & erat raſum in tribus lo-
cis, prout ad vnguem reperitur, ſicque vidit
illud, & legit antequam tradiderit dicto Co-
miti: vnde cum appareat dictam raſuram non
fuiſſe cauſatam à dicto Comite, ſatis coadiu-
uari dicitur fides inſtrumenti per atteſtatio-
37 nem dicti præsbiteri. † Quinimmo nec in du-
bio præſumeretur ab eo facta, nec ab eius ma-
tre, ad quos pertinebat dictum inſtrumentum
habere non cancellatum nec abraſum, nec ali-
quo modo vituperatum, ſed vndique ſincerum
vigore ſucceſſionis eorum in dicto Caſtro, qua
ratione quoque præter alias non debet eis no-
cere dicta raſura, vt per Ioann. Andr. in capit.
accepimus. de fide inſtrumentorum, quem re-
fert, & ſequitur Bald. in l. 1. C. eodem titulo.
remanet ergo concluſio per illud inſtrumen-
tum tranſactionis intentionem dicti Comitis
38 optimè probari, † quia cum Reuerendiſſi-
mus Epiſcopus illius temporis ceſſerit & re-
nunciauerit omnibus iuribus ſuis per ſe & ſuc-
ceſſores, ſi quæ in decimis habebat, non eſt
vlterius dandus regreſſus ad ea iura moderno
Epiſcopo l. quæritur, §. ſi venditor, ff de Ae-
dil. edic. l. penult. & ibi not. C. de pact. Pariſi.
conſi. 11. nume. 10. volum. 2. conſi. quinto, nu-
me. 56. volum. quarto. Dominus meus Rimi-
naldus, conſi. 249. nume. 3. Crauet. conſil. 24.
nume. 4. conſil. 74. nume. 7. cum vulgaribus.
39 † Sola ſupereſt difficultas hanc partem tenen-
do contrariis reſpondere: quare non obſtat
in primis quòd laici decimas poſſidere non poſ-
ſunt, nec eis tale ius concedi per aliquem præ-
latorum. Nam ſummus Pontifex exceptuatur,
qui tale ius bene laicis concedere poteſt, vt ſu-
pra dixi, nume. 25. & latè firmat Felyn. in ca-
pit. cauſam, nume. ſexto. de præſcriptio. quod
in caſu noſtro verificatur ex confirmatione, no-
uaque conceſſione, quatenus opus eſſet, Sex-
ti Pontific. Maximi facta Neucis & Boſſaninis,
& habituris cauſam ab eis, vt ſupra deduxi.
Præterea ſublata quoque confirmatione, ſiue
conceſſione ſummi Pontificis res in tuto red-
ditur ex antiqua poſſeſſione decimandi Caſtri
Rodi per tantum tempus, cuius initij memo-
ria non extat in contrarium, cum allegatione ti-
40 tuli ante Concilium Lateranenſe. † nàm pro-
lata poſſeſſione dicti temporis, præſumitur ius
acquiſitum tempore habili, & ſic ante dictum
Concilium per adducta ſuperius, nume. deci-
moquarto, cum ſequenti. huiusque rei ratio-
nem ponit Andre. Sicul. conſil. 35. colum. ſex-
ta, volum. ſecundo, dum reſpondet doctrinæ
Ioan. Monaci in capit. ſecundo, de præbend. in
6. qui dicebat ex dicto tanto tempore incapa-
cem non reddi capacem, nec conceſſionem
tituli præſumi: nam dictum ſuum procedit, vt
ſubdit Sicul. quando incapacitas eſt informis
omni tempore quo ad ius ſpirituale: ex quo
enim incapacitas eſt informis, præſumitur quis
incapax omni tempore, ergo non præſumitur
conceſſio tituli, neque priuilegium: ſed in ca-
ſu noſtro non eſt ſic, quia iſta incapacitas iu-
ris decimandi non eſt informis omni tempo-
re, quia ante Concilium Lateranenſe laici
erant capaces iuris percipiendi decimas, ſed
poſt illud Concilium facti ſunt incapaces, me-
ritò pro tempore præſumitur conceſſio, & ti-
tulus ex vetuſta poſſeſſione, & alio tempore
41 non præſumitur. † Et hoc ſtrictius pariter
ſenſit Florian. in capitul. cum Apoſtolica de
his quæ fiunt à præla. quem refert Balb. in tra-
ctat. de præſcriptio. in prima par. 5. partis prin-
cip. quæſtione ſeptima, colum. penult. dicens
quòd laicus tenebit decimas ex ui præſum-
ptionis, quia præſumetur adeptus tempore
permiſſo, ſcilicet ante Concilium, ex quo
tanto tempore poſſedit. Ad ſecundum verò
de re iudicata, cui ſtandum eſt, & quæ præ-
textu inſtrumentorum de nouo repertorum re
tractari non poteſt, pluribus modis, & egre-
42 giè quidem, reſponderi poteſt. † Primò quòd
poſtquam latæ fuerant illæ ſententiæ, Epi-
ſcopus illius temporis confeſſus eſt illas iniu-
ſtè fuiſſe latas, quo ſtante poſſunt quando-
cumque retractari, prout ſingulariter voluit In-
nocen. in capit. quia plerique, colum. prima.
verſic. eſt autem ea ratio. de immunit. eccleſ.
quod dictum valde commendat Aretin. conſi.
68. excellens Domine. in vltimis verbis, &
multis exornat Iaſ. in repe. l. admonendi, nu-
43 me. 46. ff. de iureiurand. † vbi citat inter alios
Baldum in l. ſi quis inſtituatur, §. ſi ſub condi-
tione. in fine, ff. de hæredi. inſtitu. fortius di-
centem, quòd victor, pro quo lata fuit ſen-
tentia, cogi poteſt & compelli per eccleſiaſti-
cam cenſuram, & ſic per Epiſcopum, quòd
parti victæ præſtet liberationem, & imponat
perpetuum ſilentium. Et de illo famoſo dicto
Innocentij ponit idem Iaſon in l. ſi duo pa-
troni, §. Idem Iulianus. not. 6. ff. de iureiur.
& in l. cum te tranſegiſſe. C. de tranſact. not.
3. Dominus meus Riminaldus in l. ſecunda, co
lumna tertia, C. de edend. Cur. in dicta l. ad-
monendi, colum. 10. verſicul. 7. fallit. Alexand.
conſi. 83. interrogatus ſum, colum. 2. volum. 5.

Fel. in c. ex parte. 2. col. 8. fall. 14. de offic. delega.
& in c. quoniam contra. col. 6. fall. 2. vbi pariter
Lanſian. col 6. uerſ. circa primum. de prob. Fel.
in c. nouit, col. 6. de iudi. Catel. Cotta libro me-
morial. in ver. ſententia, quæ tranſiuit. & Franc.
44 Turzanus in ſuis communibus opin. cap. 5. † Se
cundò reſpondetur quòd Illuſtr. Comes Pau-
lus admiſſus fuit ad probandum de iniquitate
dictarum ſententiarum, parte non opponēte de
re iudicata: quo ſtante retractari poſſunt, ut uo
luit Innoc. in c. cum dilecta. de reſcrip. & in cap.
cum Bertoldus. de re iud. Alex. in l. Iudex. col.
2. limit. 6. de re iud. & in conſ. 76. in cauſa & lite.
col. fi. uol. 2. Aret. conſi. 73. diligenter. col. 2. Lan
fran. in d. cap. quoniam, colum. 9. Bellon. conſi.
45 26. nu. 3. † Tertiò præter iſta duo, quæ ſup-
ponuntur in facto, non omitto dici poſſe quòd
cum Comes Paulus, & prius eo mater ſua, iu-
ſtam ignorantiam habuerint dictæ tranſactio-
nis & aliorum iurium, de quibus ſupra, exactiſ-
ſimamque diligētiam fecerint pro illis, aut aliis
id genus ſibi proficuis inueniendis, nec tamen
unquā uoti compotes reddi potuerunt, niſi mē-
ſibus mox elapſis hic Comes Paulus, utique ſi-
bi ſuccurrendum eſt ope reſtitutionis in inte-
grum ad illas ſententias retractandum. Doctri-
na eſt Dyni in l. 1. 3. oppo. C. de cond. indeb. quē
refert & ſequitur Ioan. Andr. in cap. 2. de purg.
vulg. & in addi. Spec. in tit. de execut. ſent. §. fin.
verſi. Illud autem quæritur. Imol. in l. Imperato
res. ubi quoque Iaſ. colum. fi. ff. de re iud. Marſi.
46 ſing. 229. & Ale. de Neuo. conſi. 22. nu. 3. † ubi
ſequenti numero dicit, quòd intelligitur peti-
ta reſtitutio per clauſulam, quæ ponitur in fi-
ne libelli, uidelicet, petens in præmiſſis & cir
ca præmiſſa ius & iuſtitiæ complementum, uel
ut vſitatius dici ſolet, ſuper omnibus & ſingu-
lis ius fieri & iuſtitiam miniſtrari, omni melio-
ri modo &c. nam ubi ponitur talis clauſula in
libello, intelligitur deductum omne ius, quod
poteſt competere ex narratis in libello, ut te-
nent Ioann. Andr. Calder. Butr. & Abb. in ca-
pitulo ſecundo, de ordi. cogni. cum ſimilibus,
47 per Alexand. de Neuo loco citato. † Et eum
prædictis etiam latè tenet & concludit Boeri.
col. fi. Alex. conſi. 174. col. 5. Dec. conſi. 85. col. fi.
& conſi. 634. col. fin. nõ eſt dicendum quòd ſim-
pliciter in conditione poſiti dicantur vocati, q̃a
prælatio conſiderata per Doctores ab inteſtato
non procedit in hoc caſu, nec lex eam fomẽ
127 tat, † ſed conditio, ſub qua poſiti ſunt, nihil po
nit in eſſe, & operatur vt ipſi in conditione poſi
ti, non ſint in diſpoſitione, l. ſi quis ſub conditio
ne dandorum decem. ff. ſi quis omiſ. cauſa. l. is
damnum. §. quod pendet. ff. de reg. iur. Dec. in
l. 2. nu. 20. in fi. C. de eden. Ceph. conſ. 251. num.
7. meritò ceſſat allegata coniectura Cornei, & ſe
quacium. Sed vlterius dato q̃ eſſent habiles & in
eis cõſeretur repetita qualitas illa vocãdi ſe de
128 familia teſtatoris, † tamẽ aduerti dẽt q̃ ex quo
prius illam conditionẽ non impleuerunt, quam
mater eorum genero ſuo donauerit, nec etiam
poſt dũ vixit, nec ea defuncta, nullũ ius eis quæ-
ſitum dicitur, vt in ſimili caſu tradit Anch. conſ.
169. col. 2. verſi. & nõ ſolũ. Dec. cõſil. 651. col. fi.
Rui. conſi. 202. vol. 1. cõditionis. n. natura eſt, ut
oĩno prius impleatur, quã emolumẽtum quæra
tur, l. Thais ancilla. §. Stichus ff. de fideicom. lib.
Rui. cõſi. 181. nu. 2. vol. 1. Ceph. cõſ. 17. nu. 21. So
cĩ. in l. qui hæredi. not. 3. ff. de cond. & demonſt.
vbi dicit, q̃ vocatus ad hæreditatẽ ſub cõditio-
ne, nunq̃ põt hæreditatẽ conſequi, niſi prius ad
impleat cõditionẽ, & per Bar. in l. is qui hæres,
in princ. ver. ſecundo modo. & ibidẽ Iaſ. nu. 27.
& in l. ſi quis, nu. 7. ff. de acq. hær. Abb. cõſi. 78.
punctus quæſtionis. col. pe. cõſ. 103. factum con
tingẽs. ver. ſed his nõ obſtãntibus. vol. 2. & pul-
chrè Bal. in l. Arethuſa, lect. 1. notab. 1. & lect. 2.
notab. 2. ff. de ſta. ho. dicẽs q̃ implemẽtũ cõditio
nis præcedere dẽt, ad hoc vt diſpoſitio purifice-
tur, & præcedere debet in actu facto & cõſuma
to. ſequitur Pariſ. cõſil. 19. nu. 47. cum ſequenti-
129 bus, vol. 2. † tantoque magis hæc conditio per
eos impleri debuit, cum contineret in ſe præce-
ptum honeſtũ, validũ, facile, & volũtariũ, ut eſt
tex. formalis, in l. facta. § ſi in dãda. ver. Si verò
nominis ferẽdi cõditio. ff ad Treb. Soc. in l. qui-
bus diebus. §. Termilius, ver. & p̃dicta. ff. de cõ-
di. & demonſtratio. & fuſius cõſil. 129. viſis, vol.
2. & poſt cũ Frãc. de Pep. in ſubſcriptione. Dec.
cõſi. 273. col. 2. Pariſ. cõſi. 19. n. 28. vol. 2. & pul-
chrè Tiraquel. exornat de legi. cõnubialibus, in
130 5. lege, n. 24. † dicẽs q̃ ſimplex noĩnis ſimilitu-
do gignit nobis quandam mutuã affectioné, at
que amicitiã: id qđ liquidè cõſtat ex l. cũ filius.
§. pater. ibi [Sempronio nepoti meo plus tribuas
in honoré mei nominis] ff. de leg. Secũdò, nam
vt ibi dicit Accur. ille eodẽ nomine vocabatur,
quo & teſtator: in quã ſentẽtiã Lycon Aſtianax
philoſophus Peripateticus hoc in ſuo teſtamen
to inter cætera adſcripſit. Quæ in Vrbe &
Aegina habeo, Lyconi fratri præcipua do,

quòd is nomen ferat noſtrum : ex quo vides & hãc curam & affectionem philoſophos quoque tangere. Tradit quoque Suetonius Auguſtum Cæſarẽ primos hæredes inſtituiſſe, Tiberium, ex parte dimidia & ſextante, Liuiam ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum iuſſit: cui concinit quod in l. hoc iure, §. finali, ff. de donatio. fit mentio cuiuſpiam, qui centum alteri ſpopondẹrat, ſi iuraſſet ſe nomẽ ipſius laturum. Quare debuerunt filii D. Beatricis, ut ad eos redeam, conditionem ferendi nominis familiæ teſtatoris adimplere: quod cum non fecerint in priuationẽ eis cõminatam à teſtatore incurrerunt, qui ſubiunxit, & caſu quo nollent ſe vocari facere de Piis, ex nunc eos hæreditate mea priuo. quod & latè proſequitur, & confirmat in propoſito noſtro Pariſ. in d. conſilio 19. nume. 55. cum pluribus ſequentibus, volum. 2. poſt Soc. & Decium, de quibus ſupra. Et ita remanet ſeptimum dubium ſublatum, & intentio Illuſtr. Do. Antonii Marii pulcherrimè defenſata.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtre, ac magnifica D. Mamina Fogliana.

### ARGVMENTVM.

Quando quis locupletior factus dicatur, & an id præſumatur, vel probari debeat & a quo vel quomodo. & de iuramento in litem ſuper fructibus plurium annorum perceptis per alium.

### *SVMMARIVM.*

*1 Locupletior quis præſumitur, quãdo res peruenit ad eum, ſi non probet conſumpſiſſe. 2.*
*Sed plerię́ contra, quos auctor ſequitur. 24.*
*Priorę́ ſententia procedit in maiore, ſecunda verò in minore. 26.*
*Secus quando quis rei vendicatione conuenitur vt poſſeſſor, ſecus ſi ex contractu. 28.*
*3 Iactaſſe ſuum nemo præſumitur.*
*Quod eſt verum in induſtrioſo & ſagaci, aliàs ſecus. 18.*
*4 Locupletior præſumitur maritus factus ex fructibus rerum vxoris perceptis.*
*Idemę́ tutore, qui res pupilli perceperit. 5.*
*5 Mulier per ſtatutum prohibita contrahere ſine ſolennitate, poteſt facere contractum ſibi vtilem ſine dicta ſolennitate.*
*7 Locupletior quis factus dicitur in tribus caſibus.*
*Et de modo probandi, & per quem quando contractus erat nullus. 8.*
*Et quando valebat. 9.*
*10 Probare quiſque debet, quod eſt fundamentum intentionis ſuæ.*
*11 Locupletiorem quem fuiſſe quod tempus inſpiciatur.*
*Et vnde id præſumatur. 12.*
*13 Argumentum à contrario ſenſu validum.*
*Sicut & à ſpeciali.*
*14 Intellectus legis vtrum. ff. de pet. hær.*
*Et in eo glo. ibidem decepta. 15.*
*16 Præſumitur res extare, niſi probetur amiſſio.*
*17 Gloſſæ auctoritas dicitur probabilis, non tamen neceſſaria.*
*Nec illi creditur niſi quatenus ratione mouetur.*
*Et aliquando ex capite loquitur. 18.*
*19 Fœminarum conſilium plerunque aduerſus propria commoda laborat.*
*20 Mulierum conſilium fragile.*
*Imbecille. 21.*
*Et infirmum. 22.*
*23 Præſumptio non inducitur ſine ſigno.*
*25 Opinio ultima cenſetur approbata.*
*27 Poſſeſſor bonæfidei facit fructus ſuos.*
*29 Iuramentum in litem requirit dolum aduerſarij & difficultatem probationis, ut ei locus ſit. 42.*
*Sed an requiratur dolus verus: Corn. quòd ſic. 31.*
*Et idem Dec. 32.*
*Auctor verò poſt alios tenet etiam præſumptum ſufficere. 48.*
*30 Statutum, quòd credatur iuramento damnum paſſi, intelligitur contra doloſum, non autem qui fuit in culpa.*
*31 Dolus uerus probatur ex indicijs.*
*Præſumptus uero à lege inducitur ſine probatione ſecundum Caſtrenſem.*
*Sed auctor contra. 44.*
*33 Cauſa qualibet, licet iniuſta excuſat à dolo.*
*34 Difficultas probationis, qualis & quando dicatur.*
*Iuramento in litem nunquid ſit locus, ſi quid probatum fuerit, licet non perfectè. 34. 51. 52.*
*Et quid de iuramento deciſiuo. 35. 53.*
*36 Spoliatus ante omnia reintegrandus.*
*Etiam ad fructus.*
*Aliàs obijcitur agenti petitorio. 37.*
*38 Poſſeſſione antiquiori probata, iunior præſumitur uitioſa & clandeſtina.*
*39 Iuramentum in litem datur contra violentum, & uitioſum poſſeſſorem.*
*40 Conſtitutum transfert poſſeſſionem.*
*41 Dolus probatur occupando poſſeſſionem, quam quis non habebat.*
*43 Dolo fieri dicitur, quicquid fit contra bonam fidem.*
*45 Doli ueri exemplum. 47.*
*Item præſumpti. 46.*
*48 Iuramentum in litem contra tutorem defertur ob inuentarium non factum.*
*49 Specialia duo concurrunt, quando ueniunt ex diuerſo fonte.*
*50 Intellectus l. in actionibus. ff. de in lit. iur.*
*51 Fructus perceptos probare, difficile.*

### CONSILIVM XLIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa, quæ vertitur inter Illuſtrẽ ac magnificam D. Maminã Foglianam, & Illuſtrem Comitẽ Mariũ de Monte Cuculis eius frẽm, dubitabaẽ aduerſus eã, ꝙ ipſa dicatur fuiſſe facta locupletior ex cõtractu, quẽ nullũ allegat

legat ex defectu ſolẽnitatis à ſtatuto de indẽni-
tatibus mulierũ,& earum contractibus requiſi-
1 tæ, † quoniam conſtat beſtias de quibus agitur,
ad eius manus perueniſſe : hinc enim præſumi-
tur facta locupletior, non probato per eã,quòd
eas in malam partem conſumpſerit,ut voluit gl.
quam multum commendat Angelus, & probat
in l.vtrum,ff. de pet. hæred. nam quatenus illa
dicit, quòd bonæfidei poſſeſſor in dubio vide-
tur locupletior, ſentit apertè quòd vt non con-
demnetur in reſtitutione fructuum, probare de
bet ſe conſumpſiſſe in mala parte, quod inquit
Ange.eſſe menti tenendum, quoniam inde ma
gnum honorẽ habebis: & ita pariter arguit An-
cha.conſi.5.colum.1. volens quem præſumi lo-
cupletiorem factum, eo ipſo quòd recepit pre-
tium, nec apparet conſumptum per tex.l. in pu-
pillo,ff.de ſoluti.ubi in pupillo, cui ſine tutoris
auctoritate ſolutum fuit, dicitur quòd hoc ipſo
quod non eſt pauperior factus, locupletior eſt,
& ſic ſolum uidetur conſiderare, quòd pecunia
peruenerit ad eum, ad hoc ut locupletior dica-
tur : hanc inſuper tenet opi. Soci.conſi.24.col.
2 12.uol.1.& conſi.72.col.10.uol.4. † vbi ſequitur
gloſſam & Angelum in d.l. utrum.dicitq; quòd
allegans ſe perdidiſſe,& fuiſſe factum pauperio-
rem, cum hoc dicat pro fundamento ſuæ inten-
tionis, vt exoneret ſe ab eo quod debebat, ſibi
incumbit probatio talis amiſſionis,citatque glo-
ſam in l.creditor,§. ſi inter. ff. mand. quæ notat
ex illo tex. quòd ex quo conſtat aliquid ad ali-
quem perueniſſe, ſi dicat ille conſumptum, pro
bare debet. Sed & hanc partem tenet Corn. cõ
ſi.72.colum.pen. uol.3.& eſt de mente Alex. in
l.ſi ipſa,ff.quod met.cauſ. Idemque tenet Ioan.
Lupus in Rubr.de don.inter uir.§.84.colum. 1.
& Ruin.conſi.29.in fi.vol.2.ubi dicit quòd hæc
3 opi. verior eſt de iure, † quia non præſumitur
quis conſumpſiſſe & iactaſſe, l.cum de indebito.
ff.de proba. immo prẹſumitur locupletatus. l.ſi
defunctus, C.arbi.tut. ſubditque Rui. quòd ab
hac opi.gloſſæ expreſsè per Angelum approba-
ta non eſt recedendum, maximè quia pro ea ui
get iuris præſumptio: meritò releuatur actor ab
onere probandi, & transfertur in illum, qui cõ
trarium dicit,ut not.glo.in l. ſi tutor petitus.C.
de peric.tut.& cum prædictis etiam concordat
Soc.iun.conſi.150.num.38.volum.1.citans An-
gelum nedum in d.l.utrum.ſed pariter in l. ſed
& ſi lege.§.quod autem.ff.de pet.hæred. dicen-
tem quòd niſi probetur quòd poſſeſſor dilapida
uerit, in dubio dicitur factus locupletior fructi-
bus vel aliis rebus, quæ ad eum peruenerunt.
4 † Simile videmus in marito,qui fructus perce-
perit ex rebus paraſernalibus vxoris: nam præ-
ſumitur in dubio factus locupletior, quatenus
illi valuerunt,niſi pro parte mariti contrarium
probetur, vt determinat Alex. conſi. 62. ſuper
primo dubio.uol.2.& Bero.conſi.44. nu. 6. uol.
1.moti per glo. & Angel.in d.l.utrum.& in alio
caſu tradit hoc idem Bero.conſi. 191.nu.49.uol.
1.dicens quòd ſocius,ad quem cõſtat pecunias
ſocietatis perueniſſe, cenſetur ex illis in dubio
locupletior factus : & inter cætera citat Caſtrẽ-
5 ſem conſi.371. ad primum quæſitum, † dicen-
tem quòd poſtquam pecuniæ fuerunt per tuto-
rem exactæ,& ad illius manus peruenerunt, præ
ſumuntur eſſe penes eius hæredem, quod inde
ſequitur, quia præſumitur ex illis locupletior
factus: quare cum magnifica Domina Mamina
non probauerit conſumptionem malam dictarũ
beſtiarum,præſumitur ſacta locupletior, & ob
id teneri debet ex dicto contractu, licèt ſine ſo-
lemnitatibus ſtatuti celebrato, prout in allega-
to ſtatuto cõtinetur,ad finem. quo loco dicitur,
teneãtur tamen mulieres ex contractibus & di-
ſtractibus ſuis ſine ſolemnitatibus prædictis ce-
lebratis eatenus,quatenus factæ ſunt locupletio
6 res. † Quo per illud non dicto, nihilominus ſic
intelligendum fuiſſet,ut per Bald.per illum tex.
in l.neq;. C.de contrahend.ſtip.dicentem quòd
licèt mulier non poſſit contrahere ſine conſen-
ſu conſanguineorum, poterit tamen facere con-
tractum ſibi fauorabilem.& idem Roma. conſi.
453.ubi vult quòd ualeat contractus minoris ſi-
bi proficuus,non ſeruata ſolemnitate ſtatuti, &
eſt bonus tex. in l. non ideo minus,C.de procu.
ſequitur latius Soc.conſi.80.col.2.uol.4. Iaſ. in
l.ſi unus, §.pactus,colum.8.limit.5.ff. de pact. &
Cephal.conſi.109.num. 26.quare uidebatur ex
prædictis mihi quoque dubitabilis intentio di-
ctæ magnificæ Dominæ dicentis contractum eſ-
7 ſe nullum. † Sed tamen maturius mihi rem co
gitanti contraria ſententia magis arridet : quam
legendo quoque firmaui. in §.fi.nume. 58. Inſt.
quib.alie.licet.in glo. placuerit,& moueor, nam
tres caſus in iure reperiũtur expreſſi, in quibus
quis dicitur factus locupletior : primus eſt, quã
do quis habet pecuniam, ſecundus quãdo quid
habet emptum ex ea,tertius quando talem rem-
emit,quam de ſuo emiſſet neceſſariò, ſed modo
periit. glo.eſt notab.in l.fi. C.de uſuc.pro.emp.
quam Bal.Ang. Salyc.& Andre. Sicul. in addi.
ad Bal.ſequuntur ibi. Ioann. Fabri in §.fi. poſt
glo. in ver. locupletior. Inſt.quibus alie.licèt. at
nos non uerſamur in aliquo de prẹdictis caſibus
(quod conſtet) meritò D. Mamina nequaquã
8 locupletior dici poteſt. † Secundò moueor,
nam quandoque contractus eſt nullus, & tunc
aduerſarius minoris probare debet eum fuiſſe
locupletatum, non probando ſimpliciter rẽ, uel.
pecuniam ad eum perueniſſe, ſed in ſuam utili-
tatem fuiſſe conuerſam : caſus eſt in l. prædio-
rum, C.de præd. mino. vbi pro comperto ſuppo
nitur partem pretij perueniſſe ad manus curato
ris minoris, & tamen probari debet illud in fa-
cultates minoris,& ſic in eius utilitatem uerſum
fuiſſe,quia uenditio prædiorum minoris ſine de
creto facta, fuerat nulla, ut ibi glo. & Doctores
tradunt ;& eſt tex.in l.lex quæ tutores. ad fi. C.
de admi.tut.ibi [ Iam ergo venditio tutoris nul
9 la ſit ſine interpoſitione decreti ] † Quandoq;
uerò contractus eſt aliquis,ſed petitur reſcindi
beneficio reſtitutionis in integrum, & tunc mi-
nor probare debet ſe non fuiſſe locupletum,pre
tiumque non fuiſſe verſum in ſuam utilitatem :
& hic

& hic eſt caſus in l. 1. C. ſi aduer. cred. ſicque
declarant & diſtinguunt glo, Bart. Bald. Ange.
Salyc.& omnes in d. l. prædiorum pulchrè Cy.
& clarè, in l. fi. ad fi. C. de reſt. in integ. Alberic.
Angel. Fulg. Roman. & Iaſ. in l. nam & poſtea.
§. ſi minor, col. fi. ff. de iureiuran. Soci. conſil. 115.
col. fi. vol. 1. quam diſtinctionem quoque veram
appellat Portius Imol. in ſuis regulis, & cõmun.
10 opin. concluſione, 12. lib. 3. colum. 2. † & ratio
vtriuſque caſus eſt, ſecundum Bar. & alios, quia
vnuſquiſq; probare debet id, quod eſt fundamẽ
tum intentionis ſuę, iux. plenè notata per Bar. in
l. in illa, ff. de verb. oblig. vnde primo caſu, quia
minor eſt reus & excipit de nullitate cõtractus,
actor verò replicando dicit illum fuiſſe locuple-
tiorem factum, debet actor hoc probare, at in ſe-
cundo caſu, quia minor agit reſtitui petens ad-
uerſus contractum vigore læſionis, probare de-
bet, quòd nõ fuerit locupletatus, neque verſum
in ſuam vtilitatem: quo ſecundo caſu propriè
conſuluit Socin. in dicto conſ. 115. at nos verſa-
mur in primo caſu: nam magnifica D. Mamina
conuenitur, & ſic eſt rea, contractusque cum
ea geſtus ſine ſolemnitate ſtatuti nullus eſt ipſo
iure, prout in ipſo ſtatuto cauetur ibi [non va-
lear, & non teneat ipſo iure] meritò Comes Ma
rius volens eum ſuſtinere ex eo capite, quòd fue
rit facta locupletior, probare debet intentionẽ
ſuam, & ſic quòd dictæ beſtiæ ſint apud eam, uel
11 in eius vtilitatem verſæ. † Tertiò confirmant
hanc opinionem non obſcurè Bar. Bal. & Caſtr.
in l. in pupillo, per illum text. ff. de ſoluti. dicunt
enim quòd quando aliquem eſſe locupletem
eſt cauſa actionis dandæ, inſpicitur tempus litis
conteſtatæ; nam prout ibi eſt caſus, ſi pupillo ſi-
ne tutoris auctoritate ſolutum eſt, ſi quæratur
quo tempore ſit locupletior, tempus quo agi-
tur, hoc eſt litis conteſtatæ ſecundum glo. reſpi-
citur: hinc ergo patet quòd agenti contra eum
non ſufficit dicere, quòd pecunia vel res ad eum
peruenerit, ſed aliter probare debet, quòd tem-
pore litis conteſtatæ ſit locupletior, ut ibi tradit
Caſtren. plus addens quòd ſi tunc non eſt locu-
pletior, licèt antea fuerit, non prodeſt agenti.
12 † Confirmatur hoc ex limitatione, quam ſubij
cit Marcellus ex mente Sceuolæ: dicit enim ꝙ li
cèt res perierit ante litem conteſtatam, tamen
interdũ quaſi locupletior factus ſit, intelligitur,
ideſt ſi neceſſariam rem ſibi emerit, quam neceſ
ſariò ſibi de ſuo erat empturus: nam hoc ipſo,
quòd non eſt pauperior factus, locupletior eſt.
hinc enim deprehenditur hoc caſu tantùm, ſatis
eſſe rem ad eum perueniſſe, & ex ea rem neceſſa
riam illum emiſſe, ſecus ſi vtile tantùm, quia li-
cèt effectus fuerit locupletior à principio, ſi ta-
men tempore litis conteſtatæ non eſt, quia eſt
perdita, non ſufficit agenti: in caſu enim illius
legis ſufficit, quia ſi illam pecuniam non habuiſ-
ſet, tantundem de ſuo erat expenſurus. at non
idem eſt quando non erat neceſſaria: ita decla-
rat Caſtrenſ. ibi, & pulchrè Salyc. in l. fin. C. de
vſuc. pro emp. ad fi. ubi arguit à contrario ſenſu
d. legis in pupillo, & per locum à ſpeciali, quia
ſi dicitur locupletior, quando rem neceſſariam
emit, à contrario ſenſu & à ſpeciali quando non
neceſſariam, ſed utilem tantũ, ſecus eſſe debet.
13 † Quæ duo genera arguendi ſunt validiſſima,
ut de primo notant omnes in l. 1. ff. de offi. eius.
& eſt pulcher tex. in l. qui teſtamento, §. mulier,
ff. de teſta. latè ponit Euerard. in centuria ſua, c.
4. & de ſecũdo probatur in l. quod verò. in l. ius
ſingulare, ff. de legib. in l. 1. ff. ad municip. in re-
gula, quæ à iure, ff. de reg. iur. in 6. Petr. Cyn.
Caſtr. & alij notant in l. ſi tutor. C. in quib. cauſ.
in integr. reſt. & tradit idemmet Euerar. cap. 40.
at in caſu noſtro non conſtat, neque probatur, ꝙ
Illuſtr. D. Mamina in vſus neceſſarios dictas Be-
ſtias conuerterit, nec quòd tempore litis conte
ſtatæ fuerit locupletior, ergo poſito quòd prius
fuerit facta locupletior ex eis ad eam peruentis,
14 non prodeſt agenti aduerſus eam. † Quartò cõ
ſidero textum in d. l. vtrum. ff. de pet. hære. & ibi
declarat pulchrè Caſtr. dubitat Vlpi. ibi, num-
quid bonæfidei poſſeſſor debeat omne pretiũ,
quod ad eum peruenit, reſtituere, dato quòd il
lud conſumpſerit, an verò demum ſi factus fue-
rit locupletior? & ſubdit quòd uerbum perue-
niſſe, de quo in l. item veniunt, §. idem placere,
ff. eo. vbi dicitur poſſeſſorem teneri ad pretia re-
rum venditarum, quæ ad eum perueniſſent, am-
biguam rem faciebat. Si enim peruenerunt, li-
cèt non durauerint, quia perdidit uel conſum-
pſit, aut donauit, uidebatur tamẽ adhuc teneri,
quia verificantur verba Senatus: tamen Iuriſ-
conſ. determinat contrarium, dicẽs quòd debet
conſiderari ſequens clauſula Senatuſconſulti,
quæ ponitur in verſ. eos autem, vbi dicitur ꝙ
bonæfidei poſſeſſor tenetur, ſi effectus ſit locu-
pletior, & non vltra. ſed ibi non fuit effectus lo-
cupletior, quia illud uerbum, perueniſſent, de-
bet intelligi cum effectu, uidelicèt quòd perue
nerint & durauerint: ita tradit Caſt. declarãdo
illum text. ex quo patet manifeſtè quòd quis nõ
dicitur locupletior ex eo tantùm, quòd ad eum
quid peruenerit, ſed oportet etiam probare ꝙ
peruentio duret, & ſic quòd res ſit apud conuẽ
tum. vnde bene probatur ex illo tex. magnificã
dominam Maminam locupletiorem non eſſe,
15 alio non probato ex aduerſo. † hincque patet
gloſam ibi dicentem, quem locupletiorem vide
ri ex ſola peruentione, niſi appareat de conſum-
ptione in malam partem, malè loqui, & con-
tra illum tex. quia dato quòd de conſumptione
prædicta non appareat, non tamen præſumitur
locupletior ex eo ſolũ, quòd appareat rem per-
ueniſſe, niſi etiam conſtet quòd duret: & textus
quem glo. citat ibi pro ſua opi. in l. ſed & ſi lege.
§. quod autem quis. eo. tit. aliud probat, uideli-
cèt ꝙ bonæfidei poſſeſſor, de eo q̃d expendit de
hæreditate id ſibi imputat, quod aliàs erat im-
penſurus, ſi ſe hæredẽ non exiſtimaſſet, quod a-
16 liò tendit quam caſus noſter. † Et certè mira-
bilis eſt ille tex. in d. l. vtrum. non contentus rẽ
perueniſſe, ſed quòd etiam duret requirens, ut
ille bonæfidei poſſeſſor dicatur locupletior, &
ad reſtitutionem teneatur, quoniã regulariter,
ubi

ybi conſtat rem penes aliquem fuiſſe, & ad eam perueniſſe, præſumitur extare, niſi per eum probetur amiſſio, l. teſtium. in fi. C. de teſtib. l. publicati, C. de teſta. l. ſi quis ex argentariis, §. fi. & ibi not. Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes, ff. de edend. Felyn. in c. ſicut, col. 6. verſ. quinta declaratio. de re iud. cum ſimilibus per Alcia. in tract. de præſumpt. 2. regu. præſum. 25. Sed breuiter illud totum facit poſſeſſio cum bonafide, quia cum bonæfidei poſſeſſor pati non debeat damnum. l. quod ſi poſſeſſor. ff. eo. & declarat Fulgo. in d. l. item veniunt. in princ. conſequens eſt, vt ita demum teneatur, ſi res duret, & non ſit amiſſa: releuarique debet à probanda amiſſione propter bonam fidem: contraria uero loquuntur in ha-
17 bente malam fidem, ut uno uerbo dicam. † remanet ergo fundata ſatis hæc concluſio pro magnifica D. Mamina. Quam tenedo non obſtant contraria, nam quo ad gl. in d. l. vtrum, patet eā fuiſſe reiectam: licèt etiam auctoritas gloſſæ ſit probabilis, non tamen eſt neceſſaria, nec illi deferendum eſt, niſi quatenus ratione mouetur, ut notat eadem in l. 1. C. de legib. in l. ſed licet. ff. de offi. præſid. & tradit Cagno. in l. 2. nume. 42. C. de reſcin. uend. & eſt tex. in c. ego ſolis. 9. diſtin. erubeſcimus enim, cum ſine lege loquimur. l. illam, C. de colla. meritò gloſſæ nō eſt credendū, niſi quatenus lege uel ratione concludenti probetur, ut dixit Bart. in l. nemo iudex. C. de ſent. & interlo. omn. iud. & habetur per Ioan. Andr. Abb. & alios in c. 1. de reſcr. ſequitur Bero. conſi. 9. nu. 23. uol. 3. ſed iſta glo. non adducit legem
18 vel rationem, quæ probat, † meritò dici debet, quòd ex capite locuta fuerit, ut alibi de glo. tradit Bal. in l. res publica. C. quibus ex cauſ. mai: tantoque magis, quòd aduerſus eam ſtat tex. in d. l. vtrum, vt ſupra ponderatus. Nec obſtat inquantum Ruin. in allegato conſi. 29. dicebat pro ſententia gloſſæ verſari præſumptionem iuris, quæ eſt, quòd quis non præſumitur iactare ſuū, vel conſumere: procedit enim in homine diligenti, & ſtudioſo patre familias, ut loquitur dicta lex, cum de indebito, quæ qualitas non probatur in hac Illuſtr. Domina concurrere, immo ſi regularem naturam mulierū intueri velimus, & quod de aliis dici ſolet, in hac quoque repete-
19 re, † fęminarum conſilium plerumque aduerſus propria commoda laborat, ut Imperatores Honorius & Theodoſius in l. ſi pater. in fi. C. de ſponſ. ſcriptum reliquerunt. hinc Ariſtotel. lib. 1. Politico. cap. ult. dicit conſilium mulierum eſſe inualidum; quē citat loco tamē ſuppreſſo Bal. in Rubr. C. de rer. permu. uerſ. itē quæro, quare donatio. vbi hoc dicit eſſe naturale, & immutabile, & in l. 1. col. 12. ver. ſuper 4. artic. C. qui accuſ. & in c. 1. lect. 2. col. pen. verſ. ultimò quæro. de iudi. Deci. conſil. 188. uerſicu. non obſtat ratio.
20 † Sed & Accurſius earum conſilium dicit eſſe fragile in l. 1. C. de confir. tut. & alibi infirmum, uidelicet in §. 1. Inſti. de ſatiſ. tuto. quorum utrūque copulat Anch. cōſ. 231. de primo, col. fi. nec quiſpiam mirari debet mulierum conſilium exiſtimari fragile & infirmum, cum mulieres ipſæ dicantur eſſe fragiles, imbecilles, & infirmæ: fragiles quidē, ut ſcribitur in l. ſi mulier. C. ad Velleia. in l. ſi pater, C. de ſponſ. in l. 1. §. pen. C. de rei ux. act. in l. fi. C. de don. ant. nup. in l. ſicut. C. de præſcr. 30. anno. ibi, ſexus, fragilitas. in l. aſſiduis. poſt princ. C. qui pot. in pig. in l. quiſquis, §. ad filias, C. ad l. Iul. ma. in §. 1. ad fi. Inſt. quib. alie. licet. in c. ex parte Abbatiſſæ. de priuil. & in c. Adā. 24. q. 5. unde Baptiſta Mantuanus Egloga 4. de mulieribus ſic ſcribit,

*Quiſquis es, expertus moneo, tentare recuſa,*
*Dum licèt, hic fragilis quot habet faſtidia ſexus.*

21 † Sed & imbecilles eas eſſe comprobant noſtræ leges, l. 2. §. uerba, ff. ad Velle. ibi, propter ſexus imbecillitatem. & in l. Imperialis, in princi. C. de nup. Vnde Valerius lib. 9. rerum memorabilium, c. 1. dicit, Sed quid ego de mulieribus ulterius loquor, quas imbecillitas mentis &c. Plutharchus quoque in Problematis, cap. 116. Cur (ait) mulieres propinquis & cognatis non nubunt? quoniam mulieres propter imbecillitatē multorum ope & auxilio egētes, propinquis idcirco adiungere noluerunt, ut ſi quæ à uiris ſuis iniuria afficerentur, cognati opem ferrent. & Ariſto. lib. 29. Problematon, cap. 11. Cur (ait) mulierem interficere iniquius ſit, quàm uirum, quāquam naturæ ratione, mas fœmina præſtantior eſt? an quia mulier imbecillior eſt, minuſque proinde iniuriam facere poteſt, &c. Vnde Quintilianus auus declamatione 338. imbecilla res eſt (inquit) fœmina, & decla. 368. ſcribit matrimonia ab ipſa rerum natura inuenta, ſicque mares fœminis iungi, ut imbecillior ſexus præſidiū
22 ex mutua ſocietate ſumat. † Demum quòd infirmę ſint, docent noſtræ leges, quæ ob id multa ſtatuerūt, ut in l. 2. §. uerba. ibi, infirmitas mulierum, ff. ad Vellei. in l. regula, poſt princ. ff. de iur. & fac. igno. in l. cuius bonis, ff. de cur. fur. in l. deferre, in prin. ff. de iur. fiſ. in l. 1. §. accuſationem, ibi propter ſexus infirmitatem, ff. ad Turpil. in l. 1. ibi, fœmineæ infirmitatis, C. quā. mul. offi. tut. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. mai. in l. nullus, C. de iur. fiſ. lib. 10. in l. nullus ſolius, C. de decur. eo. lib. & in §. his conſequens. uerſic. unde uolumus. in auth. de æqua. dot. quibus accedit illud Herus Ouidianę ad Leandrum.

*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris,*
*Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.*

Aliaque id genus plura cōgerit Tiraquellus, unde hæc deſumpſi, in prima lege Connubialium, nume. 65. cum ſequentibus. ex quibus allegata præſumptio dictæ leg. cum de indebito, ceſſare debet in muliere, de qua tractatur: cum diligentiæ uel induſtriæ qualitas non probetur
23 in ea militare. † Quoniam lex præſumptionem non inducit, niſi cōſtito de ſigno. Vnde ſi de eo aliter nō cōſtet, probari debet. c. ſicut. il primo, de ſimo. ubi lex præſumit aliquē ſimoniacū ex ſignis, ſed requiritur quòd prius de ſignis conſtet, ſicut præſumitur pater diligere filium: ſed opus eſt quòd conſtet eum eſſe patrem, & ſic in ſimilibus, quia ſemper ex præſuppoſito certo ſequitur deinde præſumptio, ut tradit Alciat. in tract.

tura uelint credi iuramento damnum, ſiue uiolentiam paſſi, uel alterius, nam intelliguntur contra doloſum, non autem contra eum, qui fuerit in culpa, quamuis lata, vt tradit Deci. conſi. 83. col. 2. verſ. 3. reſpondetur. Ang. in l. 1. circa fi. ver. vlterius quæro, ff. de legi. cum ſimilibus per eum, & cum prædictis etiam nouiſſimè tenet Menoch. in tracta. de arbitra. iud. lib. 2. centuria
31 3. caſu 208. nu. 1. † Quinimmo probabiliter dubitari poteſt, an requiratur dolus verus, qui probatur per indicia, & præſumptiones, vel ſufficiat præſumptus, quem lex inducit ſine alia probatione, prout eleganter declarat Caſtr. in l. dolum. C. de dolo. & poſt eum Pariſ. conſi. 49. nu. 30. vol. 1. ſiquidem Corn. conſi. 81. col. 3. uerſi. Immo attentari poſſet. vol. 4. tenet requiri dolum verum, nec præſumptum ſufficere, vt ad iuramentum in litem deueniri poſſit, quia negari non poteſt, quin probatio per tale iuramentum ſit magna ſpecialitas, cum credatur vni in cauſa propria contra legem, nullus, ff. de teſti. & præſumptio eſt aliud ſpeciale, meritò non concur-
32 runt, l. 1. cum ibi not. C. de dot. pro. † Et hanc opi. Cornei confirmat Dec. in d. l. in actionibus, nu. 28. quia cum iuramẽtum in litẽ ſit contra ius commune, reſtringi debet, ideo cum tex. ibi dicat, quòd ob dolum ſolum in litem iuratur, debet intelligi de dolo vero, non etiam de præſumpto, & vt ibi latius per eum. Idemque tenet Alciat. in l. magna. ff. de verb. ſign. & Phanucius de Phanuc. in tract. de iureiur. in litem. 2. par. nu. 8. verſi. Secundò autem modo, & ante prædictos hoc idem voluit Bar. in l. tutor, qui repertoriũ, col. pen. verſ. venio ad tertiam, ff. de aucto. tut. Iaſ. in conſi. 174. col. fi. vol. 2. Catel. Cotta libr. memorial. in ver. iuramentum in litem. Plot. in d. l. ſi quando, nu. 813. at hic nullus dolus verus arguitur, neque probatur ex parte Comitis Marij contra ſororem comiſſi, meritò ceſſare debet
33 hoc iuramentum. † Immo verò dato ꝙ dolus uerus immaginari poſſet in Com. Mario, tamen cum probauerit ſoluiſſe D. Maminæ ſcutos centum pro dicta poſſeſſione, ſicque putauit ſibi eã fuiſſe relaxatam, vtique venit ex dicta cauſa licèt iniuſta excuſandus à dolo iuxta doctrinam Angeli in l. plagij. C. ad leg. Faui. de plagi. gl. in l. Titio fundus, ff. de cond. & demon. Alc. in l. 1. §. hoc iudicium, nu. 11. ff. ſi quis ius dic. non obtẽ. meritò non poteſt aduerſus eum in litem iurari: & ita concludit Plot in d. l. ſi quando, num. 737.
34 † Circa verò ſecundum de difficultate probationis, quod Bar. in d. l. in actionibus. col. fi. cæterique intelligunt quando res oculis ſubiici non poteſt, quia non extat, vel non apparet, conſiderandum eſt, quòd illud procedere videtur, & deberc intelligi, quando nihil in facto probatum fuit, ſecus autem quando probatio facta fuiſſet, vel appareret aliquo modo: tunc n. ad iuramentũ in litem cõfugiendum non eſſet: ita declarat ille Phanuc. in d. tract. 2. par. ſub nu. 13. verſ. dicas tu, quòd ſi in facto. poſt Dec. in d. l. in actioni
35 bus, nu. 30. & glo. fin. in l. 2. eo. tit. † cui deſeruit eadem diſtinctio Decij in alio iuramento, in c. 2. col. 3. de prob. in materia leg. manifeſtę, ff. de iureiur. vult enim quòd ab initio ante factas probationes iuramentum deferri poſſit, vel referri, ſecus poſt onus probationis aſſumptũ, quia ad iuramentum deueniri non poteſt: quæ diſtinctio fuit ante de mente Cardi. Zabarellæ in c. fi. de iureiur. col. 2. dum dicit quòd ſi actor ante factas probationes iuramentum deferat, reus cogitur iurare vel referre; ſecus ergo ſenſit quando viam probationis elegit. at in propoſito noſtro D. Mamina ſuper fructibus allegatis, & per Comitem Marium perceptis quaſdam probationes fecit, meritò debent attendi, quòd ſi non ſufficiant vt prætenditur, ad iuramentum in litem redire non poteſt, & hæc ſunt quæ difficultatẽ non mediocrem videntur ingerere, quo minus ſuper hoc articulo non poſſit obtinere.
36 † Quibus tamen non obſtantibus contrarium verius eſſe puto: moueor, nam ſpoliatus poſſeſſione, nedum reintegrandus eſt ad eam ante omnia, l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iul. de ui. c. 1. & per totum. de reſti. ſpol. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 50. ff. de acqui. poſſ. & per omnes in l. rem quæ nobis, ff. eo. Menochius in tract. de recuper. poſſeſ. remedio primo, nu. 11. & 12. ſed etiam ad fructus, quos ſpoliator percepit, ſeu percipere potuit. glo. eſt in cap. 1. in verbo, reſtitui. de reſt. ſpol. tex. in cap. grauiſ. eo. tit. & ibi not. omnes. Domini de Rota deciſ. 25. in nouiſ. Ripa in d. §. nihil commune, nu. 50. verſic. 6. amplia. Cur. iun. conſi. 41. in fi. Pariſ. conſi. 1. nu. 147. uol. 1. Alciat. reſponſo. 370. nu. 5. Plot. in d. l. ſi quando, nu. 732. Boſſius in tract. cauſarũ
37 crimina. tit. de pluribus violentiis, nu. 32. † qui ex hoc dicit, quòd ſi integra fructuum reſtitutio non ſit facta, obiici poſſit agenti petitorio, & cũ prædictis concordat Menoch. in d. tracta. recup. poſſeſſ. primo remedio, nu. 366. ubi rationem adducit, de qua latius ponit in prin. dicti tractatus: nam reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l. quod ſi minor, §. reſtitutio. ff. de minor. & ibi Bar. & in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. ma. quare ex ui uerbi, reſtituo, fructus etiam reſtituendi ſunt, deiecto quem ſpoliatum appellamus, ut Doctores ſupra commemorati tenent: quibus accedit Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, nu. 69. ff. de lib. & poſth. Deci. in l. in condemnatione, §. cum uerbum, ff. de reg iur. Marſ. ſing. 17. Didac. Couuar. li. 1. uaria.
38 reſol. c. 3. nu. 1. & 2. † In hac autem ſpoliatione cadit quoddam factũ clandeſtinum, ſeu uitioſum, quia probata ſpoliatione ſiue antiquiori poſſeſſione, poſſeſſio iunior ſpoliantis præſumitur uitioſa, ſiue clandeſtina, ſecundum Bar. in l. ſi duo. in princ. col. 2. ff. uti poſſi. Alexan. conſi. 161. uiſo proceſſu, colum. 2. uol. 2. Dec. conſ. 56. col. 2. Fel. & Dec. in c. licèt cauſam. de prob. Cur. iun. conſi. 168. nu. 23. Boer. deciſ. 239. col. 6. Plot. abundè in d. l. ſi quando, nu. 100. & Menoch. in
39 dicto tract. remedio 15. nu. 69. † merito nimirum ſi contra talem clandeſtinum, uitioſumq́ue poſſeſſorem datur iuramentum in litem pro liquidandis fructibus, quia lex, ſi quando. C. unde

de ui.locum habet in omni genere nedum uio-
lentiæ, ſed etiam clandeſtinitatis, ut ibi tradit
Iaſ.nu.44.& Plot.num.733.Sola difficultas eſt,
an hic concurrat dolus Comitis Marii, & qua-
lis: & an ab eo poſſit excuſari, ſic ut iuramentũ
in litem (quod petitur) effugere poſſit: & in
hoc breuiter inſiſtendo, puto ꝙ ad illud deue-
niri debeat non obſtantibus adductis in contra-
40 rium, † quoniam cum iamdiu conſignauerit
dictam poſſeſſionem D. Maminæ cum clauſula
conſtituti, patet in eam tranſlatam fuiſſe poſſeſ-
ſionem.l.quædam mulier.& ibi glo. Bar.& alii,
ff. de rei uend.l.quod meo.in princ.l.interdum.
in princ.& vtrobique Bar. Ang.& Alex. ff.de ac
quir. poſſ. cum multis aliis copioſè cumulatis à
Tiraquello in tract.de iure conſti.in princ. nu.2.
41 † quare cum Com. Marius poſteà occupauerit dictam poſſeſſionem, quia non habebat, ſed
D.Mamina dicitur fuiſſe in dolo, vt per Alexan.
conſi.23. uol. 6. & aduerſus eum in litem iurari
poteſt. nam contra ſpoliantem, nedum ui, ſed
clam poteſt in litem iurari.l.ſemper,§. in hoc in-
terdicto, ff.quod ui aut clam: dolusque proba-
tur nedum ſi ui ſpolium commiſſum fuerit, ſed
etiam ſi clam ſine, ui uelut occupando nouam
poſſeſſionem, quam quis non poſſidebat, ut de-
clarat Plot.in d.l.ſi quando, nume.734.& longè
plenius ſupra, nu.130. vbi ampliat illam legem
procedere in omni clandeſtinitate, & contra om
42 nem facientem actum clandeſtinum, † quia
propter difficultatem probationum, & dolum
facientis actum clandeſtinum iuratur in litem
probando per iuramentum damna & intereſſe,
ſecundum Bald. Butr.& Anch.in c. ſi.quod met.
cauſ. & probata clandeſtinitate, dicitur proba-
tus dolus, Roma.ſingul.714.regula eſt.Bal. con
ſi.441.viſis, col.ſi. vol.5.Soc.iun.conſi.31.nu. 49.
uol.2.cum ſimilibus, vt latius proſequitur Plot.
43 loco citato. † Secundò confirmatur iſta conclu
ſio, nam dolo fieri dicitur quicquid fit contra bo
nã fidem, quia nihil tam contrarium bonæ fidei
quàm dolus, l.dolo, C.de reſcind.vend. quẽ te-
xtum ad hoc propoſitum citat Caſtr. conſi.411.
viſo facto, & dubiis, col.1.uol.1.& poſt eum Cra
ue.conſi.142.num.14. ſed Comes Marius conſi-
gnauerat ſorori dictam poſſeſſionem, fidemq;
ſuam perſtrinxerat de illa tuenda, & nõ contra-
ueniendo, meritò illam occupando, dicitur ve-
niſſe contra bonam fidem, quam graue eſt falle-
re.l.1.ff.de conſti. pec. vnde dicitur in dolo fuiſ
ſe, & ob id contra eum in litem poteſt iurari.
44 † Et tenendo hanc partem, non obſtant con-
traria: & in primis circa differentiam doli veri
& præſumpti, quorum primus ex indiciis & præ
ſumptionibus probatur, ſecundum uerò lex in-
ducit ſine probatione, prout declarat Caſtr. in
d.l. dolum. arbitror eum malè loqui circa ſecun
dum dolum: namque immo dolus præſumptus
probatur ex indiciis, ſicut verus: ſed in modo
probandi differunt, quia quædam ſunt indicia,
manifeſta, & illa probata inducunt dolum uerũ,
45 & manifeſtum.l.dolum.C.de dolo. † ubi glo.
refert illud exemplum notabile ſimul & ridicu-
loſum de quibuſdam Hiſpanis, qui alium ad prã
dium inuitauerunt, ut fideiuberet pro eis, uel ra
tiones ſuas accommodaret, & dabant ei vinum
album, quaſi aquã rubeo mixtũ, ut ſic inebriare
tur. Et ideo Bal.ibidem poſt Guer. notat, quòd
ſi quis aliquẽ inuitauit ad prandium, & inebria
uit eum, & poſtea ſecum fecit aliquem contra-
ctum, in quo iſte ebrius deceptus eſt, quòd præ
ſumitur inductus dolo: nam modus ille procu-
ratus quempiam inebriandi, manifeſtum ſignũ
præ ſe ferebat ſecum dolo uerſandi, meritò do-
lus ſic probatus dicitur manifeſtus & uerus: ſi-
cut & quando quis furatur, aut damnum iniu-
ria dedit, l. ſi ex cauſa, §. nunc uidendum, ff. de
minor. nam delictum, uelut res prohibita, mani
feſtum eſt indiciũ, quod arguit uerum dolum,
46 l.1.cum ibi not. C. de ſicar. † ſed ubi indicia
non ſunt ita manifeſta, ſeu præſumptiones non
ſunt ita manifeſtæ, quia omnino dolum non cõ-
cludunt, ut ſi quis non uult reſtituere uel ſolue
re id quod poteſt, & etiam ſcit, uel ſcire debet ſe
reſtituere uel ſoluere debere, tunc eſt dolus præ
ſumptus.l.ſi procurator. §.dolo.& l.dolus, ff.mã
da.uel ſi iudicis præcepto non paret.l. nõ poteſt
dolo.ff.de reg.iur.ita declarat Bartol. in l.quod
Nerua, nume.14.ff.depoſ.Bal.in l.pignus, col.5.
C.de pig.act.Alex.conſi.103.col.6.uer. nam dif
ferentia.uolum.1.ſequitur Plot.in d.l. ſi quan-
do, nu.813. & Menoch.in tract. de arbitr. iudi.
47 lib.2.centuria ſecunda, caſu 194.nu.35. † Hinc
ergo ſequitur reſolutio prioris obiecti, in quo
quidem conceditur iuramẽtum in litem defer-
ri poſſe propter dolum uerum: ſed negatur eum
hic argui, namque ueritas eſt in contrarium ta-
lis negatiuæ: nam Comes Marius occupando
poſſeſſionem quam non habebat, quia ſorori eã
conceſſerat, & fidem promiſſam frangens dici-
tur in manifeſtis ſignis doli fuiſſe, & ob id in do-
lo uero fuit conſtitutus ſic, ut iuramẽto ſit locus
48 aduerſus eum. † Quinimmo ſi licet verbis au-
daciam dare, puto dici poſſe, quòd ob dolũ præ
ſumptum iuramentum in litem deferri poſſit.gl.
eſt notabilis in d.l.dolus, ff.manda. quæ loquẽs
de dolo, quem lex fingit, hoc eſt præſumit, ut in
terminis illius tex. ſubdit propter eum iuramen
tum in litem dari; & probatur ex doctrina Bar.
in l.tutor, qui repertoriũ, nu.20.ff.de admi.tut.
de tutore, qui non fecit inuentarium, ad quod
ſciebat, uel ſcire debebat ſe teneri ratione offi-
cij: nec illud faciendo dicebatur in dolo pręſum
pto. d.l.dolus.& per Alex.d.conſ.103.col.6.& ta
men aduerſus eum iuratur in litem. ſequitur So
ci.conſi.213.col.3. uol. 2.& eiuſdem ſententiæ
ſunt Bal.Cur.iun.& Duaren.in d.l.in actionib.
49 & plenius Plot.in d.nu.813. † Nec me multũ
mouet illa ratio Cornei, de duobus ſpecialibus,
quorum concurſus admitti non ſolet, quoniam
non procedit illa regula, quando ueniunt ex di-
uerſo fonte, ut docet Bar.in l. ſi ijs, qui pro em-
ptore, col.pe.uer.diſtingue, ff.de uſuc. probat̃ in
§.ſed ſi ab hoſtib. Inſt.quib.mod. ius patr. pot.
ſol.tradit Cephal.conſi.245.nu.41.Bero.conſil.
16.nu.25.uol.2.at quòd Comes Marius præſu-
matur

matur in dolo, quia occupauit poſſeſſionem iam cōſignatam per eum, venitq́ue contra eius fidē, eſt ſpeciale quoddam deſcendens ab eius perſona vel facto ſuo. Quòd verò D. Mamina iurando in litē ſit teſtis in cauſa propria reſpicit eius perſonam, meritò tolerari debet hic concurſus
50 duarum ſpecialium. † Minus etiam pro Decio ſtringit text. in d. l. in actionibus. quando dicit [ob dolum ſolum in litem iuratur] cum ſubiūgat [non etiam ob culpam] patet enim, quòd ad dolum verum & manifeſtum non ſe reſtrinxit, ſed etiam præſumptum cōplecti voluit, propter excluſionem culpæ, ſicq́ue retorquetur ille tex. aduerſus Decium. Quo verò ad ſcutos cētum ſolutos, quia fuerunt ex alia cauſa ſoluti, nō debent in iſta dicto Comiti prodeſſe. l. ſi unus. §.
51 ante omnia, ff. de pact. † Ad vltimum quoque de difficultate probationis in probandis fructibus tot annorum, negari non poteſt eam eſſe magnam & impoſſibilem, ut inquit Soc. in d. conſi. 213. col. 3. uol. 2. probando omnes, & ſingulos introitus tot annorum, ut de ſe manifeſtum eſt. nec aliqua probatio facta, licèt non plena nec totalis temporis, impediri debet hoc iuramētum, immo verius adiuuare, velut in adminiculū ſupplendæ probationis, ex quo D. Mamina probabiles habet coniecturas annorum, de quibus probauit, ut de non probatis idem iuris uerisimiliter eſſe debeat, vt eleganter determinat Baldus. in l. ſi fundum, C. de rei vend. & conſi. 323.
52 col. 2. uol. 2. in nouiſ. † Et quod inquit Dec. in d. l. in actionibus, nu. 30. & poſt eum Phanuc. loco citato, procedit quando conſtat iudici de ueritate liquidata & probata: tunc enim non debet actor audiri uolens iurare in litem, quia in incertis, non certis locus eſt coniecturis. l. continuus, §. cum ita, ff. de uerb. oblig. at ſecus quando quis nullo modo probare potuit, aut imperfectè, propter difficultatem probationis, ut in fructibus diuerſorum annorum, de quibus agi-
53 tur. † Demum nec illud obſtat de iuramento deciſiuo, ad quod non datur actori regreſſus, quando probare conatus eſt & defecit, cum ſibi debeat imputari, cur de melioribus probationibus ſe non præmuniuit, ut debuit. l. qui accuſare, C. de eden. l. actor. C. de prob. cum ſimilibus. ſecus in iuramento in litem, quod propter difficultatem probationis defertur, aduerſus quam actor ſibi ſubuenire non potuit, ut in terminis noſtris contingit: nec enim potuiſſet, etiam ſi uoluiſſet D. Mamina probationes habere ſingulis annis ſingulorum fructuum perceptorum per Comitem Marium ex dicta poſſeſſione uallis caſtaldi, cum dicta poſſeſſio in ducatu Regij uel Mutinæ ſita foret, hæc verò Domina Ferrariæ maneret: & ubi etiam ibidem ſtetiſſet, ſcire non potuiſſet, nec adhibere teſtes, qui uiderēt quot, quales, & quando fructus, & redditus colligerētur. unde facilius admitti debet ad hoc iuramentum in litem, quàm in ſuperiore. Et ita reſideo.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

Pro Illuſtre, & generoſa Domina Beatrice Eſtenſe, Taſſona, de Priſcianis.

## ARGVMENTVM.

Quis inueſtiri debeat ab eccleſia de rebus emphytheoticis, & alteri præferri. & interim in poſſeſſione manuteneri.

## SVMMARIVM.

*1 Vxor ſequitur conditionem uiri.*
*Et eius radijs coruſcat.*
*Deq́; ſua familia nuncupatur. 2.*
*Licèt ſuam quoque retineat.*
*3 Emphytheoſis eccleſiaſtica non eſt ad hæredes extraneos tranſitoria.*
*Licèt conceſſa fuerit pro ſe, ſuisq́; hæredibus & ſucceſſoribus. 4.*
*Quæ verba quomodo capiantur, declaratur.*
*Fallit tamen, ſi iuſta de cauſa concedatur, ut neceſſitatis uel vtilitatis eccleſiæ. 5.*
*Secus ſi alterius quàm eccleſiæ. 34.*
*Item quando expreſſè dictum fuit q̃ ad extraneos tranſeat. 6.*
*Et ex bulla Bonifaciana. 12.*
*6 Confirmatio Papæ emphyteoſis conceſſæ ſufficit.*
*Niſi fuerit ſurreptitia. 40.*
*Et cum clauſula, ex certa ſcientia. 41.*
*Et quando Papa ignorauit. 42. 43.*
*7 Habens verbum ſuperioris, non indiget inferioris verbo.*
*8 Papa poteſt auferre ius eccleſiæ etiam ſine cauſa.*
*9 Confirmatio Papæ duplicem producit effectum.*
*Item & tertium, quia tollit ius declarandi. 10.*
*11 Filia nō cōparens infra tempus anni, & inueſtiri petens, an ſibi præiudicet? Caſtrenſis quòd ſic.*
*Quod procedit quando fuit excluſa, & feudum apertum Domino 49.*
*Secus vbi inueſtitura erat ſurreptitia.*
*Idem ſi qua de cauſa poterat excuſari. 50.*
*Puta propter abſentiam domini. 51.*
*Vel quia non poſſidebat. 52.*
*Contra factum ſuum quis venire non poteſt. 53.*
*Niſi fuerit nullum, propter pub. vtilitatem. 54.*
*Vel quādo quis uenit cōtra illud alieno nomine. 55.*
*13 Verbum hæredibus quomodo ſumendum. 61. 58.*
*14 Emphyteoſi finita per lineam, proximiores comparentes, petentes inueſtiri, debent admitti.*
*Siue deſcendentes ſint, ſiue tranſuerſales. 15.*
*Quilibet enim de genere præferri debet alijs competitoribus. 16.*
*18 Verbum hæredibus, in emphytheoſi pro deſcendentibus capitur excluſis extraneis.*
*Licèt aliàs comprehendat etiam extraneos. 19.*
*Et eſt commune tam fœminis quam maſculis. 20. 21.*
*Idemq́; ſi de deſcentibus ſit dictum. 22.*
*22 Verbum deſcendentibus eſt commune ad fœminas & maſculos.*
*23 Breue de inueſtiendo aliquos, non eſt titulus, ſed principium tituli.*

*Vnde*

*Vnde requiri poteſt Dominus, vt inueſtiat & inſtrumentum faciat.*

24 *Inueſtitura fieri debet iuxta tenorem Bullæ Bonifacianæ.*

*Nec aliter concedi poteſt, aut conceſſa valet.*

25 *Inueſtituræ tenor attendi debet.*

*Nec in alterius præiudicium mutari poteſt. 26.*

*Etiam quòd eccleſia conſentiat.*

27 *Dominus non poteſt quem inueſtire, ad quē non pertinet feudum, in præiudicium ſuccedere debentis.*

28 *Inueſtitura aliàs facta, quàm debuit, nulla redditur.*

*Vel vbi fuit ſubreptitia. 29.*

30 *Executores quando ſunt plures, vnus non poteſt eligere, & gratificare non comprehenſum in literis.*

31 *Executores requirere debent eum, cuius intereſt: licèt habeant liberam poteſtatem vendendi.*

32 *Dominus nō cogitur habere vaſallos, quos non vult.*

*Nec emphyteotas.*

33 *Mulier admitti debet ad emphyteoſim uigore antiquioris inueſtituræ, non obſtātibus poſterioribus.*

*Cauſa falſa & inepta vitiat ſententiam. 35.*

*Et inueſtituram.*

36 *Feudi cauſa radicatur in ſeruitio perſonali.*

37 *Penſio modica nō facile cedit in vtilitatem eccleſiæ:*

38 *Emphyteoſis eccleſiæ dicitur ad hæredes extraneos tranſitoria, quando penſio fructibus correſpondet.*

*Et quando id dictum eſt, ſeruatæq́ ſunt debitæ ſolemnitates. 39.*

40 *Confirmatio Papæ ſubreptitia non ualet.*

*Licèt appoſita clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. 41.*

43 *Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur in ignoratis.*

*Nec in præiudicium tertij. 44. 47.*

45 *Confirmatio in forma communi non tribuit ius.*

*Et inferior de illa cognoſcere poteſt. 46. 48.*

53 *Tempus inueſtituræ petendæ, quale dicatur, inueſtito agnato remotiore, uel extraneo.*

56 *Bullæ Bonifacianæ uerus intellectus. 58.*

57 *Ratio colligitur ex præfatione.*

*Et ex præfatione reſtringitur diſpoſitio. 59.*

60 *In inueſtitura quis præferendus.*

63 *Statutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, de feudalibus etiam loquitur. 63.*

*Non tamen de eccleſiaſticis eſt intelligendum. 77.*

*Quicquid de recognitis à laicis dici poſſet. 78.*

*Nec habet locum in hærede poſſidentis iure familiaritatis. 74.*

*Alio non dicto. 69.*

*Nec in rebus extra territorium. 76.*

64 *Ius accreſcendi locum habet inter ſuccedentes eodem iure: & quando iſtud ſit, declaratur.*

65 *Et in vſufructu poſt emolumentum quæſitum.*

*Et de ratione.*

66 *Poſſidens petere poteſt ſe confirmari in poſſeſſione ex remedio leg. fin. C. de edic. diui Adr. toll.*

67 *Contradictor non poſſidens, non poteſt impedire cognitionem & miſſionem in poſſeſſionem.*

68 *Qualitas ſtatuti debet uerificari, ut ſtatutum locū habeat.*

70 *Poſſidens iure familiaritatis quid agere debeat, ut iure proprio poſſidere dicatur.*

71 *Poſſidere duo eodem iure in ſolidum non poſſunt.*

72 *Hæres fit animi deſtinatione, modò de illo conſtet.*

73 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

74 *Teſtibus in facto proprio magis credendum.*

75 *Legis natura trahitur ad futura, non ad præterita.*

76 *Statutum fœminarum excluſiuum, non habet locū extra territorium.*

77 *Statutum de re uendita redimenda locum non habet in feudis, ſiue emphyteoſi eccleſiæ.*

## CONSILIVM XLIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVM aliàs de anno 1536. magnificus
D. Priſcianus de Priſcianis inueſti
tus fuit à Reuerendiſſimo Epiſco-
po Adrienſe pro ſe, ſuisq́ue filiis
& deſcendentibus maſculis tantū,
& pro vno hærede extraneo in defectum lineæ
maſculinæ per ipſum eligendo de decimis & iu-
ribus decimandi & quarteſio modiorum 200.
terræ, in loco Priſcianæ nuncupato: & deinde
præfatus D. Priſcianus in codicillis ſuis elege-
rit & nominauerit pro ſucceſſore in ea decima
& quarteſio magnificum D. Bartolomeum Pro-
ſperum à Secretis Illuſtriſſimi & Excellentiſſi-
mi Principis Ducis Herculis II. Ferrariæ Du-
cis, qui D. Bartolomeus ſubinde fuit inueſtitus
à prædicto Reuerēdiſſimo Epiſcopo pro ſe ſuiſ-
q́ue hæredibus & ſucceſſoribus, & inſuper tales
inueſtituræ cōfirmatæ fuerint per Paulum III.
Pontif. Maximum. Demumq́ue deceſſerit ipſe
D. Bartolomeus relictis uiuis magnificis D. Cō
ſtantino & Alfonſo fratribus ſuis, & magnifi-
1 ca D. Beatrice de Priſcianis eius uxore, † quæ
poſteà ſecundò nubens Illuſtri ac præclaro Co-
miti Ferranti Eſtenſi Taſſono, eius cōditionem
ſequi cœpit. l. fœminæ, ff. de Sena. l. filii, §. 1. ff. ad
munic. l. mulieres, C. de incol. lib. 10. quoniam
eriguntur mulieres honore maritorum, & corū
radiis coruſcant. l. mulieres, C. de dignita. lib. 11.
2 §. hæc itaque. in Auth. de conſuli. † ita quòd iu-
re merito nobilis & Illuſtris dici poteſt, ac de Il-
luſtri nobiliq́ue familia ſecundi viri, ut not. Bal.
& Alberic. in d. l. fœminæ. Cur. conſi. 40. nu. 16.
licèt ſuam quoque retineat. l. voluntas. & ibi no
tant Doctores. C. de fideicom. Nata fuit dubita
tio nunquid dicti fratres de Proſperis ſecuri ſint
aduerſus ipſam D. Beatricem, quæ petit inueſti
ri à Reuerendiſſimo Epiſcopo Adrienſe. & pri-
ma conſideratione dicendum uidetur eos eſſe
tutos, nec illam audiri debere, quoniā dicti fra-
tres fundatam habent intentionem in inueſtitu
ra conceſſa D. Bartolomeo pro ſe ſuisq́ue hære
3 dibus & ſucceſſoribus: † nam licèt emphyteo
ſis eccleſiaſtica regulariter ad hæredes extra-
neos non ſit tranſitoria, ſecundum glo. Barto. &
alios in l. etiam, ff. ſol. matr. Alex. conſi. 23. col.
2. vol. 1. conſi. 9. uiſis. col. 4. uol. 2. conſ. 89. vtrum
emphyteoſis, in prin. uol. 4. conſi. 129. perſpectis
his. uol. 5. Dec. in c. in præſentia, nume. 44. verſ.
ſit ergo.

ſit ergo conclu ſio.de proba.& in conſil. 171.in
prin.quibus in locis fatentur & Alex. & Deci.
hanc eſſe magis communem.ſequitur Pariſ. cõſ.
98.num.8. vol.2.Franc. Turzanus in ſuis cõibus
opi.c.73.Emanuel Soarez. in theſauro ſuo rece-
ptarũ ſentẽtiarũ,in litera E, nu.65.& 74.Rui.cõ
ſi.158.nu.3.& 4.uol.1.cõſ.109.n.29.vol. 3. latius
cõſi.23.nu.34.& cõſ.68.col.pe.uol.5.Goz.conſ.
39.nu.6.& latiſſimè Rol.à Val.cõſ.96.col.1.uol.
4 1. vbi pariter communem teſtatur: † idq; pro-
cedat etiam ſtantibus illis verbis pro ſe, ſuis hæ-
redibus,& ſucceſſoribus: nam verbum hæredi-
bus, verificatur in deſcendente, qui ſit hæres de
iure ciuili:& verbum,ſucceſſoribus, in uenienti
bus de iure prætorio,ſecundum Imol.in l. quod
dicitur,ff. de verb.obl.& ideo Rip.in l. ex facto,
§.ſi quis ita, nu.15.ff.ad Treb.dicit q; ſi feudũ ſit
conceſſum tibi,hæredibus,& ſucceſſoribus tuis,
non tranſibit in extraneos hæredes,non obſtãte
geminatione verborum, quia reſtringuntur ad
naturam feudi,nec illa verba erunt fruſtatoria,
ut præſupponit Soc.conſi. 266.col.14.quia ver-
bum hæredibus,intelligitur de iure ciuili,& ver
bum ſucceſſoribus,de iure prætorio. Idemq; Ri
pa voluit in l. quæſitum,§.ſi quis,col.2.ff.de pri-
ui.cred.Corn.conſi.16.col.3.vol.1.Alex.conſi.
10.col.fi.vol.3.Rube.conſi.84.col.2.& in termi-
nis emphyteoſis eccleſiæ tradit Alex. conſi. 83.
col.4.vol.7.Dec.conſi.171.col.3.Iaſ.conſi.89.co
lum.3.uerſ.6.uol.3.& Rolan. à Valle conſi. 96.
5 nu.8.uol.1. † Nihilominus quando conceditur
emphyteoſis eccleſiæ iuſta de cauſa, puta neceſſi
tatis,uel utilitatis eccleſiæ cum ſolemnitatibus
debitis,iuxt.glo.in ſumma 12.q.2. tranſit in hæ-
redes extraneos,quia cum tali caſu res eccleſia-
ſtica poſſit in totum alienari,multo magis in em
phyteoſim dari.ita Butr.Abb.Fel.& Dec.in d.c.
tu præſentia,nu.46.ubi citat ẽt Alexandrũ con-
ſi.189.uiſo & maturè diſcuſſo,col.penul.uol.2.
ſubditque Dec. hoc caſu uerificari opinionẽ eo
rum,qui dixerunt emphyteoſim eccleſiæ tranſi
re ad extraneos hæredes, hancque defendit ibi
Dec.ab Andrea Siculo,conſi.pen.uol.1.& com
munem teſtatur, ſicut & Chriſtopborus in §. a-
deo.Inſt.de loca.& cõduct. quem refert & ſequi
tur Cur.iun.conſi.4.col.1.licet Portius in meo
libro id non dicat. Idemque tenet abundè Cor.
conſi.13.nu.4.uol.3.quem refert Craue.251.nu
me.3.licet ipſe nihil firmet.& ſequitur Pariſ.con
ſi.84.col.1.uol.4.& conſi.85.nu.17.cum ſeq. eo.
uol.vbi cõem affirmat, ſicut & Soc. magis com
munem conſ.166.nu.33.uol.2.at hæc emphyteo
ſis conceſſa fuit modo prædicto magnifico D.
Priſciano, quia filios & deſcendentes maſculos
non habebat, ſed ſolam magnificam D. Beatri-
cem filiam ſuam,ſpeſque difficilis erat habendi
filios maſculos,tum ob ætatem ſuam, cum ma-
gnificæ dominæ Samaritanæ coniugis ſuæ,ſicq;
facta fuit & conceſſa modo prædicto ex cauſa ne
ceſſitatis: ideo ad hæredes extraneos debet eſſe
tranſitoria,quales ſunt fratres D. Bartolomei,§.
6 cæteri.Inſt.de hære.qual.& differ. † Tantoq;
magis hoc admitti debet,quoniam in inueſtitu-
ra D. Priſciani fuit additum: & pro vno hære-
de extraneo per eum eligendo, Dominusq; Pri
ſcianus in teſtamento ſuo D. Bartolomeum ele-
git,ille verò poſtmodum fratres ſuos: quo acto
expreſsè tranſit ad extraneos emphytheoſis ec-
cleſiæ, prout ex multis deducit Crat. reſp.128.
nu.6.uol.2.& Iulius Clarus.in d.§.emphyteoſis
q.6.colum.4.qui concludit de hoc dubitandum
non eſſe. Sed & accedit quòd emphyteoſis præ
dicta cõfirmata fuit à ſummo Pont. Paulo III.
id enim ſufficit per tex.in l.2.C.quando decre.
opus non eſt. Vbi uidemus quòd in aliena-
tione rerum minoris tantum operatur licen-
tia Principis, quantum decretum iudicis ſolem
niter emanatum: & ideo Bald.ibi dicit, quòd il-
la lex quotidie practicatur in eccleſiis & hoſpita
libus impetrantibus a Papa alienationem alicu-
7 ius rei: † quia qui habet verbum ſuperioris,
non indiget uerbo inferioris: & idem dixit Ab-
ba.conſi.41.uol.1. relatus à Rui.conſi.157.col.
1.ſequitur Roland. à Valle conſil.96.nume.21.
cum ſequent. uolum.1. Summus enim Pontif.in
huiuſmodi liberam habetur poteſtatem, capitu.
8 2.de præbend. in 6. † Et ideo poteſt domi-
nium ſine ius quæſitum Eccleſiæ,etiam ſine cau
ſa, auferre, ut tradit Caſtr.conſi. 285. primum
dubium,colum.2.in antiq. Abb poſt Butri.in c.
conſtitutus,col.2. de relig. domi. cum ſimilibus
per Fel.& Dec. in cap.quæ in eccleſiarum,num.
32.de conſti.& latè ponit idem Dec.conſ.341.nu
9 me.9. † vbi prius nume.7.dicit etiam quòd con
firmatio Papæ duplicem producit effectum: pri-
mus eſt quòd ſi conceſſio, quæ confirmatur, va-
luit, per confirmationem corroboratur: ſecun-
dus eſt quòd ſi non ualuit,recipit robur ex con-
firmatione, & idem latè proſequitur Deci.in ca
pitu.1.nume.3. de confir. util. uel inut. vbi po-
nit alium effectum, quòd de re confirmata per
ſummum Pontificem ex certa ſcientia ( prout in
caſu noſtro legitur ) inferior cognoſcere non po
teſt, nec manum apponere, cap. cum in diſtri-
buendis. de temp. ordi. nec per eum reuocari.
Barto.in l. omnes populi.quæſt.15. uerſic. iuxta
10 prædicta quæro,ff.de iuſt.& iur. † nec inſuper
aliquid declarare, ut per Bald.in cap. ea quæ.de
re iud.quod ultimum pro notabili valde com-
mendat Decius: quia licèt aliàs quid fieri non
poſſit, peti tamen non poteſt illud declarari, l.
hæredes palàm,§.ſed ſi notam,ff de teſta. ſed ro-
tum illud procedit propter reuerentiam tanti
principis,ut concludit Deci.ex hac igitur in pri
mis ratione quòd iſti fratres comprehenſi fue-
rint in inueſtitura conceſſa D.Bartolomeo, tuti
ſunt à petitione, quam facit aduerſus eos hæc
Illuſtr. Domina petens ſe inueſtiri à Reueren-
11 diſſimo domino Epiſcopo. † Secundò con-
firmatur hæc concluſio, quoniam mortuo do-
mino Priſciano ſi domina Beatrix eius filia præ-
tendebat aliquod ius in dicta decima & quar-
teſio,debebat comparere & petere ſe inueſtiri.
ſi ergo non comparuit & Epiſcopus inueſtiuit
D.Bartolomeum modo præmiſſo, de ipſo E-
piſcopo conqueri non poteſt, nec ille poteſt

*Vnde requiri poteſt Dominus, vt inueſtiat & inſtrumentum faciat.*

24 *Inueſtitura fieri debet iuxta tenorem Bullæ Bonifaciana.*

*Nec aliter concedi poteſt, aut conceſſa valet.*

25 *Inueſtituræ tenor attendi debet.*

*Nec in alterius præiudicium mutari poteſt. 26.*

*Etiam quòd eccleſia conſentiat.*

27 *Dominus non poteſt quem inueſtire, ad quē non pertinet feudum, in præiudicium ſuccedere debentis.*

28 *Inueſtitura aliàs facta, quàm debuit, nulla redditur.*

*Vel vbi fuit ſubreptitia. 29.*

30 *Executores quando ſunt plures, vnus non poteſt eligere, & gratificare non comprehenſum in literis.*

31 *Executores requirere debent eum, cuius intereſt: licèt habeant liberam poteſtatem vendendi.*

32 *Dominus nō cogitur habere vaſallos, quos non vult.*

*Nec emphyteotas.*

33 *Mulier admitti debet ad emphyteoſim vigore antiquioris inueſtituræ, non obſtātibus poſterioribus.*

*Cauſa falſa & inepta vitiat ſententiam. 35.*

*Et inueſtituram.*

36 *Feudi cauſa radicatur in ſeruitio perſonali.*

37 *Penſio modica nō facile cedit in vtilitatem eccleſiæ:*

38 *Emphyteoſis eccleſiæ dicitur ad hæredes extraneos tranſitoria, quando penſio fructibus correſpondet.*

*Et quando id dictum eſt, ſeruataq́ ſunt debita ſolemnitates. 39.*

40 *Confirmatio Papæ ſubreptia non ualet.*

*Licèt appoſita clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. 41.*

43 *Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur in ignoratis.*

*Nec in præiudicium tertij. 44. 47.*

45 *Confirmatio in forma communi non tribuit ius.*

*Et inferior de illa cognoſcere poteſt. 46. 48.*

53 *Tempus inueſtituræ petendæ, quale dicatur, inueſtito agnato remotiore, uel extraneo.*

56 *Bulla Bonifaciana uerus intellectus. 58.*

57 *Ratio colligitur ex præfatione.*

*Et ex præfatione reſtringitur diſpoſitio. 59.*

60 *In inueſtitura quis præferendus.*

63 *Statutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, de feudalibus etiam loquitur. 63.*

*Non tamen de eccleſiaſticis eſt intelligendum. 77.*

*Quicquid de recognitis à laicis dici poſſet. 78.*

*Nec habet locum in hærede poßidentis iure familiaritatis. 74.*

*Alio non dicto. 69.*

*Nec in rebus extra territorium. 76.*

64 *Ius accreſcendi locum habet inter ſuccedentes eodem iure: & quando illud ſit, declaratur.*

65 *Et in vſufructu poſt emolumentum quæſitum.*

*Et de ratione.*

66 *Poßidens petere poteſt ſe confirmari in poſſeßione ex remedio leg. fin. C. de edic. diui Adr. toll.*

67 *Contradictor non poßidens, non poteſt impedire cognitionem & mißionem in poſſeßionem.*

68 *Qualitas ſtatuti debet uerificari, ut ſtatutum locū habeat.*

70 *Poßidens iure familiaritatis quid agere debeat, ut iure proprio poßidere dicatur.*

71 *Poßidere duo eodem iure in ſolidum non poſſunt.*

72 *Hæres fit animi deſtinatione, modò de illo conſtet.*

73 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

74 *Teſtibus in facto proprio magis credendum.*

75 *Legis natura trahitur ad futura, non ad præterita.*

76 *Statutum fœminarum excluſiuum, non habet locū extra territorium.*

77 *Statutum de re uendita redimenda locum non habet in feudis, ſiue emphyteoſi eccleſiæ.*

## CONSILIVM XLIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVM aliàs de anno 1536. magnificus D. Priſcianus de Priſcianis inueſtitus fuit à Reuerendiſſimo Epiſcopo Adrienſe pro ſe, ſuiſque filiis & deſcendentibus maſculis tantū, & pro vno hærede extraneo in defectum lineæ maſculinæ per ipſum eligendo de decimis & iuribus decimandi & quarteſio modiorum 200. terræ, in loco Priſcianæ nuncupato: & deinde præfatus D. Priſcianus in codicillis ſuis elegerit & nominauerit pro ſucceſſore in ea decima & quarteſio magnificum D. Bartolomeum Proſperum à Secretis Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis Ducis Herculis II. Ferrariæ Ducis, qui D. Bartolomeus ſubinde fuit inueſtitus à prædicto Reuerēdiſſimo Epiſcopo pro ſe ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus, & inſuper tales inueſtituræ cōfirmatæ fuerint per Paulum III. Pontif. Maximum. Demumq́ue deceſſerit ipſe D. Bartolomeus relictis uiuis magnificis D. Cōſtantino & Alfonſo fratribus ſuis, & magnifi-
1 ca D. Beatrice de Priſcianis eius uxore, † quæ poſteà ſecundò nubens Illuſtri ac præclaro Comiti Ferranti Eſtenſi Taſſono, eius cōditionem ſequi cœpit. l. fœminæ, ff. de Sena. l. filii, §. 1. ff. ad munic. l. mulieres, C. de incol. lib. 10. quoniam eriguntur mulieres honore maritorum, & eorū radiis coruſcant. l. mulieres, C. de dignita. lib. 11.
2 §. hæc itaque. in Auth. de conſuli. † ita quòd iure merito nobilis & Illuſtris dici poteſt, ac de Illuſtri nobiliq́ue familia ſecundi viri, ut not. Bal. & Alberic. in d. l. fœminæ. Cur. conſi. 40. nu. 16. licèt ſuam quoque retineat. l. voluntas. & ibi notant Doctores. C. de fideicom. Nata fuit dubitatio nunquid dicti fratres de Proſperis ſecuri ſint aduerſus ipſam D. Beatricem, quæ petit inueſtiri à Reuerendiſſimo Epiſcopo Adrienſe. & prima conſideratione dicendum uidetur eos eſſe tutos, nec illam audiri debere, quoniā dicti fratres fundatam habent intentionem in inueſtitura conceſſa D. Bartolomeo pro ſe ſuiſq́ue hære-
3 dibus & ſucceſſoribus: † nam licet emphyteoſis eccleſiaſtica regulariter ad hæredes extraneos non ſit tranſitoria, ſecundum glo. Barto. & alios in l. etiam, ff. ſol. matr. Alex. conſi. 13. col. 2. vol. 1. conſi. 9. uiſis. col. 4. uol. 2. conſ. 89. vtrum emphyteoſis, in prin. uol. 4. conſi. 129. perſpectis his. uol. 5. Dec. in c. in præſentia, nume. 44. verſ. ſit ergo.

ſit ergo conclu ſio.de proba.& in conſil. 171.in
prin.quibus in locis fatentur & Alex. & Deci.
hanc eſſe magis communem.ſequitur Pariſ. cõſ.
98.num.8. vol.2.Franc. Turzanus in ſuis cõibus
opi.c.73.Emanuel Soarez. in theſauro ſuo rece-
ptarũ ſentẽtiarũ,in litera E, nu.65.& 74.Rui.cõ
ſi.158.nu.3.& 4.uol.1.cõſ.109.n.29.vol. 3. latius
cõſi.23.nu.34.& cõſ.68.col.pe.uol.5.Goz.conſ.
39. nu.6.& latiſſimè Rol.à Val.cõſ.96.col.1.uol.
4 1. vbi pariter communem teſtatur : † idq; pro-
cedat etiam ſtantibus illis verbis pro ſe, ſuis hæ-
redibus,& ſucceſſoribus : nam verbum hæredi-
bus, verificatur in deſcendente, qui ſit hæres de
iure ciuili:& verbum,ſucceſſoribus, in uenienti
bus de iure prætorio,ſecundum Imol.in l. quod
dicitur,ff. de verb.obl.& ideo Rip.in l. ex facto,
§.ſi quis ita, nu.15.ff.ad Treb.dicit ꝙ ſi feudũ ſit
conceſſum tibi,hæredibus,& ſucceſſoribus tuis,
non tranſibit in extraneos hæredes,non obſtãte
geminatione verborum, quia reſtringuntur ad
naturam feudi,nec illa verba erunt fruſtatoria,
ut præſupponit Soc.conſi. 166. col. 14. quia ver-
bum hæredibus, intelligitur de iure ciuili,& ver
bum ſucceſſoribus,de iure prætorio. Idemq; Ri
pa voluit in l. quæſitum,§.ſi quis,col.2.ff.de pri-
ui.cred. Corn.conſi.16. col.3.vol.1.Alex.conſi.
10.col.ſi.vol.3.Rube.conſi.84.col.1.& in termi-
nis emphyteoſis eccleſiæ tradit Alex. conſi. 83.
col.4.vol.7.Dec.conſi.171.col.3.Iaſ.conſi.89.co
lum.3.uerſ.6.uol. 3.& Rolan. à Valle conſi. 96.
5 nu.8.uol.1. † Nihilominus quando conceditur
emphyteoſis eccleſiæ iuſta de cauſa, puta neceſſi
tatis,uel utilitatis eccleſiæ eum ſolemnitatibus
debitis,iuxt.glo.in ſumma 12.q.2. tranſit in hæ-
redes extraneos,quia cum tali caſu res eccleſia-
ſtica poſſit in totum alienari,multo magis in em
phyteoſim dari.ita Butr.Abb.Fel.& Dec.in d.c.
in pręſentia,nu.46.ubi citat ẽt Alexandrũ con-
ſi.189.uiſo & maturè diſcuſſo,col.penul. uol.2.
ſubditque Dec. hoc caſu uerificari opinionẽ eo
rum,qui dixerunt emphyteoſim eccleſiæ tranſi
re ad extraneos hæredes, hancque defendit ibi
Dec.ab Andrea Siculo,conſi.pen.uol.1.& com
munem teſtatur, ſicut & Chriſtophorus in §. a-
deo. Inſt.de loca. & cõduct. quem refert & ſequi
tur Cur.iun.conſi.4.col.1.licet Portius in meo
libro id non dicat. Idemque tenet abundè Cor.
conſi.13.nu.4.uol.3.quem refert Craue.251. nu
me.3.licet ipſe nihil firmet.& ſequitur Pariſ con
ſi.84. col.1.uol.4.& conſi.85.nu.17.cum ſeq. eo.
uol.vbi cõem affirmat, ſicut & Soc. magis com
munem conſ.166.nu.33.uol.2.at hæc emphyteo
ſis conceſſa fuit modo prædicto magnifico D.
Priſciano, quia filios & deſcendentes maſculos
non habebat, ſed ſolam magnificam D. Beatri-
cem filiam ſuam,ſpesque difficilis erat habendi
filios maſculos,tum ob ætatem ſuam, cum ma-
gnificæ dominæ Samaritanæ coniugis ſuæ,ſicq;
facta fuit & conceſſa modo prædicto ex cauſa ne
ceſſitatis: ideo ad hæredes extraneos debet eſſe
tranſitoria,quales ſunt fratres D. Bartolomei,§.
6 cæteri.Inſt.de hære.qual.& differ. † Tantoq;
magis hoc admitti debet,quoniam in inueſtitu-
ra D. Priſciani fuit additum : & pro vno hære-
de extraneo per eum eligendo, Dominusq; Pri
ſcianus in teſtamento ſuo D. Bartolomeum ele-
git,ille verò poſtmodum fratres ſuos : quo acto
expreſsè tranſit ad extraneos emphytheoſis ec-
cleſiæ, prout ex multis deducit Crat. reſp.128.
nu.6.uol.2.& Iulius Clarus.in d.§.emphyteoſis
q.6.colum.4.qui concludit de hoc dubitandum
non eſſe. Sed & accedit quòd emphyteoſis præ
dicta cõfirmata fuit à ſummo Pont. Paulo III.
id enim ſufficit per tex.in l.2.C.quando decre.
opus non eſt. Vbi uidemus quòd in aliena-
tione rerum minoris tantum operatur licen-
tia Principis, quantum decretum iudicis ſolem
niter emanatum : & ideo Bald.ibi dicit, quòd il-
la lex quotidie practicatur in eccleſiis & hoſpita
libus impetrantibus a Papa alienationem alicu-
7 ius rei : † quia qui habet verbum ſuperioris,
non indiget uerbo inferioris : & idem dixit Ab-
ba.conſi.41.uol.1. relatus à Rui.conſi. 157. col.
1.ſequitur Roland. à Valle conſil.96. nume. 11.
cum ſequent. uolum.1. Summus enim Pontif.in
huiuſmodi liberam habetur poteſtatem, capitu.
8 2.de præbend. in 6. † Et ideo poteſt domi-
nium ſiue ius quæſitum Eccleſiæ,etiam ſine cau
ſa, auferre, ut tradit Caſtr.conſi. 283. primum
dubium,colum.2.in antiq. Abb poſt Butri.in c.
conſtitutus,col.2.de relig. domi. cum ſimilibus
per Fel.& Dec. in cap.quæ in eccleſiarum,num.
32.de conſti.& latè ponit idem Dec.conſ.341.nu
9 me.9. † vbi prius nume.7.dicit etiam quòd con
firmatio Papæ duplicem producit effectum: pri-
mus eſt quòd ſi conceſſio, quæ confirmatur, va-
luit, per confirmationem corroboratur : ſecun-
dus eſt quòd ſi non ualuit, recipit robur ex con-
firmatione, & idem latè proſequitur Deci.in ca
pitu.1.nume.3. de confir. util. uel inut. vbi po-
nit alium effectum, quòd de re confirmata per
ſummum Pontificem ex certa ſcientia ( prout in
caſu noſtro legitur ) inferior cognoſcere non po
teſt, nec manum apponere, cap. cum in diſtri-
buendis. de temp. ordi. nec per eum reuocari.
Barto.in l. omnes populi.quæſt.15. uerſic. iuxta
10 prædicta quæro,ff.de iuſt.& iur. † nec inſuper
aliquid declarare, ut per Bald.in cap. ea quæ.de
re iud.quod ultimum pro notabili valde com-
mendat Decius : quia licèt aliàs quid fieri non
poſſit, peti tamen non poteſt illud declarari, l.
hæredes palàm,§.ſed ſi notam,ff de teſta. ſed to-
tum illud procedit propter reuerentiam tanti
principis,ut concludit Deci.ex hac igitur in pri
mis ratione quòd iſti fratres comprebenſi fue-
rint in inueſtitura conceſſa D.Bartolomeo, tuti
ſunt à petitione, quam facit aduerſus eos hæc
Illuſtr. Domina petens ſe inueſtiri à Reueren-
11 diſſimo domino Epiſcopo. † Secundò con-
firmatur hæc concluſio, quoniam mortuo do-
mino Priſciano ſi domina Beatrix eius filia præ-
tendebat aliquod ius in dicta decima & quar-
teſio,debebat comparere & petere ſe inueſtiri.
ſi ergo non comparuit & Epiſcopus inueſtiuit
D. Bartolomeum modo præmiſſo, de ipſo E-
piſcopo conqueri non poteſt, nec ille poteſt

inueſtitnram reuocare, quia contra factum
ſnum uenire non poteſt, l. poſt mortem, ff.
de adop. quare debet hæc Illuſtr. Domina de ſe
conqueri, quia non petiit. l. 4. §. hoc autem iudi
ciũ, ff. de dam. infec. non autem de dominis Pro-
ſperis in ueſtiris præferendis. Ita pulchrè Caſtr.
conſi. 159. pũctus iſtius q. ad fi. vol. 2. Grat. Reſp.
12 96. col. 2. uol. 1. † Tertiò confirmatur intentio
prædictorum ſratrum de Proſperis ex eo, quòd
conceſſio facta D. Bartolomeo fuit ſecundũ for-
mam bullæ Bonifacianæ, ſecundum quam bona
eccleſiæ emphyteotica ad extraneos hæredes
ſunt tranſitoria, quatenus in ea dicitur qnòd le
gato, teſtamento, & codicillis ſint ſubiecta, & ꝗ
vtile dominium ſaluum maneat & illæſum illis,
in quos ſuerit rranſlatum per legatum, teſtamẽ
tum, ſeu codicillos. vnde cum D. Bartolomens
inſtituerit ſuos hæredes vniuerſales dictos fra-
tres ſuos in omnibus ſuis bonis dicitur in eos
tranſtuliſſe ex teſtamento per talem inſtitutio-
nem vniuerſalem decimam & quarteſium præ-
dictum, ut per Anch. conſi. 171. col. 2. & Aretin.
conſi. 53. diligenter. colum. 2. in fi. & in declara-
tionibus ad bullam factis apertius continetur.
13 † Et ad hunc quoque ſenſum conuenire viden
tur verba inueſtituræ conceſſæ D. Bartolomeo,
pro ſe ſuiſq; hæredibus, quibus verbis veniunt
quicunque ex teſtamento uocati, nel ab inteſta-
to proximiores: nec enim reſeruntur ad qualifi
catos illos bæredes ſuos, de quibus in l. in ſuis,
ff. de lib. & poſth. & in §. ſui. Inſt. de hære. qual.
& diffe. ſed ſecundum communem uſum loquẽ-
di recipiuntur quo ſui hæredes intelliguntur
pro quibuſcunque ex teſtamento, vel ab inteſta-
to ſuccedentibus in bonis, non ſpectata illa qua
litate ſuitatis, vt in ſimili caſu ponit Guid. Pap.
q. 548. & in terminis noſtris Arius Pinelius in l.
14 2. nu. 12. C. de bon. mat. † Quartò, poſito quòd
nec in inueſtitura D. Bartolomei comprehende
rentur dicti ſratres, nec ab eo fuiſſent in teſta-
mento vocati, nihilominus comparentes coram
Reuerendiſſimo domino Epiſcopo, & ut agnati
D. Bartolomei petentes inueſtiri, deberẽt exau
diri, vt voluit Bar. in l. ſi mibi & Titio, in fi. prin.
ff. de verb. obl. in l. 1. in fi. ff. de priui. credir. vbi
pariter Ripa, nu. 7. Abb. & Card. in c. bonę, il ſe
condo, col. pen. de poſtul. præla. Bal. in addi. Spe
cul. in titulo de loca. §. nunc aliqua. verſi. emphy
teoſis. Imol. conſi. 38. conſi. 68. col. 2. Anch. con-
ſi. 171. col. 2. & 3. Roma. in l. prætor, §. fi. ff. de ope.
nou. nunc. Ioan. de Ana. conſi. 84. colum. ſecun-
da. Alexand. conſi. 80. ſecundo dubio, colum. 6.
uolum. 1. Curt. conſi. 47. colum. 2. Pariſ. conſil.
108. colum. penul. nume. 55. uolum. 1. conſ. 1. co-
lum. pen. nu. 149. uol. 2. Ioan. Staphil. in tractat.
de Grat. & expecta. §. ſupereſt, nu. 4. & hanc di-
cit eſſe commu. Rom. conſi. 22. in vltimo dubio.
Barba. in c. 1. de loca. col. 6. Dec. conſi. 131. col. 2.
conſi. 328. col. 1. Marſ. ſing. 419. Goza. conſi. 86.
nume. 23. Rui. conſi. 151. nume. 16. uol. 1. conſil.
161. nu. 36. eo. uol. Grat. Reſp. 96. num. 6. uol. 1. &
infinitos cumulans Tiraque. de retractu, in eius
præfatione, nu. 41. quibus addo Rolan. à Valle
conſi. 111. nu. 40. uol. 1. Boerium deciſ. 107. circa
fi. Viuium in ſuis communibus opi. in verbo, em-
phyteoſi finita, & Emanuelem Soarez. in theſau
ro receptarum ſententiarum, in ver. emphyteo
15 tæ conſanguineus, nume. 122. † poſt Iulium
Clarum lib. 4. ſententiarum, §. emphyteoſis. q.
43. vbi concludit hanc opi. procedere nedum in
deſcẽdentibus, ſed & in tranſuerſalibus, quales
ſunt iſti fratres D. Bartolomei poſt Deci. conſi.
131. col. fi. verſi. & quamuis. vbi ponderat docto
res in hoc vim non facere, cũ promiſcuè loqnan
rur de deſcẽdẽtibus, & de collateralibus: & in a-
gnatis trãſuerſalibus loquitur Bar. in d. l. 1. ff. de
priui. cred. latè Ale. cõſ. 80. 2. dubio uol. 1. Cur.
conſi. 47. col. fi. Dec. loco citato. Roland. à Valle
conſi. 3. ad fi. uol. 1. & alij paſſim: ſicq́ue magis cõ
munem teſtatur etiam Portius Imol. in ſuis re-
gulis, & commu. opi. lib. 1. concluſione 12. in §. li
16 mitatione: † ſemper enim qnilibet, qui eſt de
genere defuncti præferri debet alij competito-
ri, vt inquit Bal. in c. in præſentia. col. 7. de pro-
ba. vñ dicti fratres inſtiruti præſerri deberenr D.
Beatrici, vt voluit Imola in quodam cõſilio, in-
cip. quidam Thomas de Panolini, quem refert
& ſequitur Alex. in addi. Barto. in d. §. permitti-
tur, in addi. magna, & in d. l. ſi mihi & Titio, col.
fi. in princ. conſi. 10. colum. fin. uolum. 3. & conſi.
161. colum. 1. uolnm. 7. Marſ. ſingul. 419. ad fin.
Dec. in dicto conſi. 131. colum. 2. verſicul. & iſta
concluſio. Abb. in d. cap. bonæ. de poſtu. præla.
& ibidem Corſet. in addi. Gozad. conſi. 82. nu.
23. Curt. iun. in tract. feud. 2. part. princ. quæſt.
15. Rip. in d. l. 1. num. 8. ff. de priui. cred. quare ut
concludam tanto magis in inueſtitura memora
ta comprehenſi manuteneri debent ac deſendi
à moleſtia dictæ dominæ Beatricis: & hæc ſunt
qnæ magnam difficultatem videntur aduerſus
17 eam ingerere. † Quibus tamen non obſtanti-
bus, maturius cogitando dico veritatem peni-
tus in contrarium verſari, debereq́ue Reueren-
diſſimum dominum Epiſcopum eſſe facilem in
inueſtiendo hanc Illuſtr. dominam Beatricem,
ſi priorem originem facti ſpectemus: nam
ſciendum eſt Pium Secnndum Pontificem ma-
ximum de anno 1463. percepiſſe tunc Epiſco-
po Ferrariæ, ut de decimis & iuribus deciman-
di fructus decimales modiorum 200. terræ, bo-
norumq́ue poſitorum in fundo Caſtri Guiliel-
mi (dioceſis Adrienſis, intra ſuos confines de
conſenſu Epiſcopi Adrienſis, iure emphyteoti-
co inueſtiret magnificum virum D. Priſcianum
de Priſcianis (à quo locus poſtea nomen Priſcia
nę deſumpſit, & fuit proauus paternus huius Do
minæ) pro ſe & hæredibus ſuis ſub aliquo an-
nuo cenſu ſecundum cõſuetudinem patriæ Fer
rarienſis, & prout in breui apoſtolico plenius
continetur: ex quibus planè uerbis apparet hãc
Dominam ſuiſſe comprehenſam uelut ab illo
18 ſuo proauo deſcendentem, † ſtante quòd
emphyteoſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & ſuis
hæredibus comprehendit deſcendentes, exclu-
ſis extraneis, vt tradit Salyc. in l. 2. quæſt. unde-
cima, C. de iure emphyt. Alexan. conſi. 80. col.
penul.

pen. vol.1.Dec.conſ.411.in princ.& abundè Iu-
lius Clarus in d.§.emphyteoſis.q.28.col.6.& 7.
19 † vbi referendo Doctores in variis locis, quos
allegat, inquit ꝙ licèt verbum hæredibus, de ſui
propietate comprehendat tam extraneos hære-
des, quam deſcẽdentes: tamen quia regulariter
emphyteoſis eccleſiaſtica de ſui natura non tran
ſit niſi ad deſcendentes, nõ autem ad extraneos
ſecundum communem opi. de qua per eum, &
ſupra dixi. meritò verbum, hæredibus, in inue-
ſtitura poſitum ratione ſubiectæ materiæ debet
intelligi ſolùm de deſcendentibus, nõ autem de
20 extraneis.† Et cum illud verbum hęredibus, cõ
mune ſit, tam ad fœminas, quam ad maſculos,
l.in annalibus, cũ ibi not.C.de lega.l.ſciẽdum.
l. hæredis appellatione, ff.de verb.ſigni.& ſubie
cta materia emphyteoſis eccleſiæ ſit, vt tranſeat
non ſolum ad maſculos, ſed ẽt ad fęminas, §.em-
phyteoſim.in Auth.de non alie. concurrente ẽt
in hoc bulla Bonifaciana dicente [ſublata diffe-
rentia ſexus] ad quã fuit habita relatio, ſequitur
per illa uerba Pij II. de inueſtiendo D. Priſcia
num antiquum pro ſe & ſuis hæredibus compre
henſam fuiſſe D. Beatricẽ, licèt fœminam, pro-
ut tradit Alex.conſi.80.col.pen.uol.1.& nouiſſi
21 mè Bero.in d.c.in præſentia, nu.404.† Et præ-
ter eos Dec.cõſ.32.col.1.vbi dicit ꝙ in cõceſſio-
ne emphyteoſis facta pro ſe ſuiſque legitimis hę
redibus, quia intelligitur de uenientibus ab in-
teſtato ueniunt fœminæ ſecundum Deciũ, quæ
ſimul cum maſculis ab inteſtato pariter admit-
tuntur, l.maximum uitium. C. de liber. præter.
22 † idemq; videmus in emphyteoſi conceſſa pro
ſe & ſuis deſcendẽtibus, ſub qua comprehendũ-
tur etiam fœminæ, cum illud verbum deſcen-
dentibus, ſicut uerbum homo, ſit commune ad
mares & fœminas, ut tradit Imol.in d.l.quod di
citur, nu.10.uerſus fi. Alex.in l.ſed ſi hac, §.libe
ros, ff.de in ius uoc.Ruin.conſi.14.nume.9.uol.
1.& licèt illud breue Apoſtolicum non ſit inue-
ſtitura, ſed continens mandatum de inueſtien-
do D. Priſcianum modo prædicto, quod ius nõ
tribuit, nec titulum huic dominæ Beatrici, nec
23 loco tituli reputetur: † tamen eſt principium
tituli, quia per illud probatur dicta poteſtas &
mandatum de inueſtiendo, prout concludit Ab
bàs poſt Calderi.in c.in noſtra.ad fi.de reſcrip.
& poſt eos latius Fel.in uerſi.ſpoliatus.verſicul.
ultimò tangit, poſt Imol.in c.præcedenti.col.fi.
ubi hoc idem ponit, & ſequitur Socin.conſi.169.
col.pen.uol.2.unde ſequitur effectus mirabilis,
ut illi dicunt, quòd rector poteſt requiri & com
pelli ad faciendum inſtrumentum inueſtituræ,
& ad procedendum ad executionem commiſſio
nis ſecundũ tenorem literarum: & breuis, pro-
ut inſtat hæc Illuſtr. Domina ſe modo prædicto
24 inueſtiri petens. † Et ex his ſic ſtantibus infer-
tur, & ſequitur inueſtituram factam domino Pri
ſciano pro vno hærede extraneo eligendo, fieri
non potuiſſe: quia à forma breuis Pij II. recedi
non potuit, per quod extranei non admitteban
tur, ut ſupra demonſtraui. & hoc in terminis
noſtris decidit Anchar.conſi.171.quidam D.Ri
mus

cobinus, colum.3.Narrat enim priuilegium A-
poſtolicum cõceſſum populo Ferrarienſi, quod
nos bullam Bonifacianam appellamus, uelut à
Bonifacio nono ſummo Pontifice emanatam,
ſubditque quòd ex inueſtitura facta per Abba-
tem cuidam Michaeli clarè patebat eam proceſ
ſiſſe iuxta formam dicti priuilegij, nec fortè ſub
alia potuiſſet Abbas concedere propter decre-
tum appoſitum in dicto priuilegio: addit dein
de ꝙ ex verbis dicti priuilegii clarè colligeba-
tur omnes alias formas reprobatas, præter il-
lam, quæ ibi traditur: ſicut in ſimili vult ex tex.
in cap. quia propter. de electi. in cap. 1. de con-
ceſſ.præbend.lib.6.& in l.conſtitutionibus, ff.ad
munic.quare concludit, quòd non poterat Ab-
bas concedere ſub alio tenore, quàm in priuile-
gio ſit expreſſum: vnde ſicut illud priuilegium,
ſiue bulla non eſt inueſtitura, neque titulus, ſed
inde tantũ datur auctoritas inueſtiendi, & tñ in
concedendis inueſtituris eius tenor & forma de
bent attendi, nec latum quidem vnguem præ-
teriri poſſunt, ut Anch.concludit: ſic & in caſu
noſtro dici debet D. Priſcianum debuiſſe inue-
ſtiri pro ſe & hæredibus ſuis, non autem addi,
& pro uno hærede extraneo per eum eligendo.
25 † Quod etiam comprobatur, nam ſicut dici ſo-
let tenorem inueſtiturę attendi debere.c.1.in fi.
& ibi Bald. de duob.fra.à capit.inueſti.& idem
Bald.in prælud.feud.diuiſ.4. verſic. porrò.cum
multis cumulatis per Iaſ.conſi.114. col. 3. uol.1.
Dec.conſi.208.nu.2.conſi.435.col.2.in prin. So
cin.iun.conſi.9.num.2.uol.3. Brun.conſi.18.nu.
10.conſi.39.nu.6.Iacob. de Leonar. inter conſi-
lia Bruni, conſi.114.num.134.253, & 434.Deciſ.
Neap.26.Cur.conſi.48.col.pen.Cur.iun. conſi.
1.col.4.Pariſ.conſ.1.in princ.conſi.9. nume.29.
conſi.12.uol.1.conſi.16.nu.3.conſi.72.nu.2.uol.
26 4.Grat.reſp.6.nu.7.uol.1. † Nec inueſtituræ an
tiquæ forma in alterius præiudicium mutari po
teſt, ut no. Bal.in l.1.col.pen.uerſic. ſed ſi domi-
nus.C.quã non pet.par.in c.1. col. 2. de eo, qui
ſibi & hæred.in c.1.col.2.ver.& nota ꝙ in feudis.
de grad.ſucc.in feu.Caſtr.conſi.61. uidetur dicẽ
dum, col.fi. Dec.conſi.193.col. 2. conſi.445.nu.
23.Aluarot.inter conſilia Brun. conſi.57. nu.1.
Ceph.conſi.155.nu.10.& conſi.197.nu.10. Soc.
iun.conſi.11.nume.10.12.& 13.volum.3.conſi.35.
nume.18. uolum.4. & Iacob. Omphalius conſi.
30.nume. 6. primo tomo diuerſorum Germa-
niæ: idque procedit etiam quòd eccleſia conſen
tiat. Bar. in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi, ff.de oper.
lib.& in l.1.ff.de interd.& releg. Curt.conſil.49.
27 cum ſimilibus.per Gozad.conſi.43.nu.18.† In-
deque ſequitur quòd dominus non poteſt inue-
ſtire quem de feudo, ad quem non pertinet ſuc-
ceſſio in præiudicium debentis ſuccedere; & ſi
facta ſit inueſtitura, nõn præiudicat illi ſuccede-
re debenti, prout tradit Aluaro.& Aſſlic.poſt eũ
in c.1.not.4.de alie.feud.pat.latè Iaſ.conſi.8.col.
4.inter conſilia Bruni.Alc.cõſi.15.col. pe. uol.5.
Dec.d.conſ.445.nu.22.Rui.conſ.7.co.6.circa fi.
cum ſeq.uol.1.Soc.cõſ.6.col.2.cõſ.10.col.6. Ne-
uiz.cõſ.12.col.16.inter cõſi.Bruni. Ceph.cõſ.23.

nu.47.pari modo(vt ad rem noſtrã redeã)tenor
dicti breuis Pij II.debuit attẽdi, nec mutari po
tuit in præiudicium magnificæ D.Beatricis, ad
quam dicta decima & quarteſium ſpectare debe
bant, & inueſtitura facta magnifico D.Bartolo
meo, ad quem non pertinebat, talis ſucceſſio
28 non præiudicauit ipſi D. Beatrici: † immo ta-
lis inueſtitura fuit,ipſo iure nulla per id, quod
tradit Imol.in d.l.quod dicitur. ad fi. vbi diſpu-
tando illum articulum, quando conſueuit em-
phyteoſis concedi in tertiam generationem, ſi
concedatur in quartam, nunquid vitietur in to
tum conceſſio. relatis opinionibus, concludit
eam omnino nullam eſſe, ex quo facta fuit lege
prohibente.l. ſi libertus. ad fin. ff.de iure patro.
ſic enim dici debet in caſu noſtro, ſtante breue
Pij II. quo debebat fieri conceſſio pro ſe & ſuis
hæredibus,& ſic hæredes extranei prohibeban-
tur admitti: nam ſi facta fuit inueſtitura domi-
no Bartolomeo penitus extraneo, D. Priſciano
facta dicitur, prohibente dicto breui Pij II. me-
29 ritò viribus omnino carere debet. † Sed & alio
morbo laborat inueſtitura prædicta, nempè ſu-
breptionis, quia nulla facta fuit mentio per D.
Bartolomeum de dicto breui, nec de D. Beatri-
ce filia,& deſcedente D. Priſciani, quæ iuxta te-
norem dicti breuis debebat inueſtiri: quæ qui-
dem ſi ſciuiſſet Reuerendiſſimus dominus Epi-
ſcopus, veriſimiliter inueſtituram non feciſſet
D. Bartolomeo, vel illi ſaltem difficilius eam
conceſſiſſet, meritò valere non debet, c. poſtu-
laſti. de reſcript. eſt enim præſumendum quòd
noluerit alteri præiudicare, & iniuriam afferre.
l. 2.§.meritò,& §.ſi quis à principe,ff.ne quid in
flu. pub.ita tradit Alexan.conſi. 3.col.1.& 2.vo-
lum.5.repetito conſi.11.vol.6.Rui.conſi.45.co-
lum.fi.& pulchrè conſi. 161.nu. 37. uol. 1.Pariſ.
conſi.13.nu.150.uol.1. poſt Caſtr.conſi.150. ui-
ſo. Neuiza.conſ.12.col. 4.& 5.inter conſilia Bru
30 ni.Natta conſi.414.nu.4. † Quin & accedit ter
tius defectus, nam per dictum breue Pij II.man
datum fuerat quòd Epiſcopus Ferrariæ cum cõ
ſenſu Epiſcopi Adrienſis inueſtiret D. Priſcia-
num, unde cum pluribus executoribus fuerit fa
cta commiſſio, non potuit alter ex eis eligere &
gratificare alium in literis Apoſtolicis non com
prehenſum, nec expreſſum, qualis erat D.Pri-
ſcianas. c. p.& g. de offi. deleg. & in ſimili caſu
31 tradit Anch.conſi.55. ultra prædicta. † Con-
firmatur fortius, nam dato quòd Pius II.Epiſco
po Ferrariæ ſimpliciter commiſiſſet inueſtiri D.
Priſcianum pro ſe & hæredibus ſuis nulla men-
tione facta de conſenſu & interuentu Epiſcopi
Adrienſis, tamen cum decima & quarteſium re
rũ,de quibus agebatur, eſſent de menſa Epiſco
patus Adriæ & ad eius dominium pertineret,
non potuiſſet Epiſcopus Ferrariæ D. Priſcianũ
inueſtire cum illa additione, & pro uno extra-
neo per eum eligendo, minuſque ſubinde eo
mortuo D. Bartolomeum electum ab eo non
requiſito Epiſcopo Adriẽſe per doctrinam Bar.
in l.alio.in princ.ff.de alimen. & cib. lega. uerſi.
quæro an hæres.vbi dicit ꝙ executores quãuis
habeant liberam poteſtatem alienandi, tenẽtur
tamen hæredem requirere, de cuius præiudicio
agitur, quia illius præſentia potuiſſet eos tra-
here in eius ſententiam ad uendendum aliam
rem, uel illam alio pretio. Et idem tradit Bal. in
l.nullus, C.de epiſ. & cle. Anch. in c.tua nobis.
de teſta.Rui.conſ.84.in fi.uol. 2.nam ſimiliter in
caſu noſtro dici poteſt, ꝙ Epiſcopus Ferrariæ
non potuerit inueſtire dominum Priſcianũ mo-
do prædicto, neq; D. Bartolomeum non requi-
ſito Epiſcopo Adrienſi rerum de quibus ageba-
32 tur domino, † ne per indirectum cogeretur E-
piſcopus Adrienſis habere uaſallos uel emphy-
teotas, quos non vellet ut extra familiam Priſcia
nam, quod reputatur maximum præiudicium,
argumento l.ſi mandato meo,§.fi.ff.manda.l.fi.
ff. de vſu & habi. quæ iura ad iſtud propoſitum
notat Campeg.inter conſilia Bruni conſi.2.col.
7. in fin. & præter eum facit ad hoc, quod dice-
bat Inno.in c.auditis. propè fi.col.1. de præſc.ꝙ
ſicut ſubditorum intereſt non mutare Domi-
nos, ſic econuerſo dominorum non mutare va-
ſallos: quod dictum refert & ſequitur Abb.in c.
expoſuit, col. 8.de dilati. Fely.in c.1.colum.4.de
proba. Curt.iun.conſi.174.colum.4.& idem no.
Andr.de Iſern.in cap.1.de benef. fra. & poſt il-
lum Afflic. ibi, ad hoc ut Dominus, col. 2. uol.
1.ibi, nec Dominus debet habere alium vaſal-
lum.Zaſ.in tract. de feud. cap.54.& Afflic. in c.
1.qual. pot. olim feud. alie. colum. 2.ibi, ne do-
minus contra ſuam uoluntatem alium haberet
in emphyteotam, quod eſſe non debet: ſequi-
tur Iacob. de Leonar.conſi.114. nume. 56. cum
ſequent.inter conſilia Bruni. & ſic ex multis (ut
concludam) corruunt inueſtituræ D. Priſciani
& Domi. Bartolomei modo prædicto conceſſæ.
33 † Vnde ſequitur quòd hæc Illuſtr. Domina
Beatrix admitti debet & inueſtiri vigore dicti
breuis antiqui Pii II. quod eã vocabat, non ob-
ſtantibus dictis inueſtituris, ut notab. declarat
Bal.conſi.82.proponitur quòd inueſtituræ anti
quæ, uol.1.in antiq. vbi concludit ꝙ fœmina ue
nire poteſt ad ſucceſſionẽ feudi uirtute antiquiſ
ſimæ inueſtituræ, per quam uocabatur, non ob-
ſtantibus inueſtituris poſterioribus, quæ ſolum
loquebãtur de maſculis: ſequitur Cur.conſ. 92.
in prin. Dec.cõſ.185.nu.3.conſ.193.nu.3.& cõſ.
34 390.col.3. † Et hanc partem tenendo, quæ cla-
riſſima redditur ex prædictis, non obſtant con-
traria quoniam reſpondetur ad primum, quo di
citur hanc emphyteoſim fuiſſe tranſitoriam ad
hæredes, uelut ex cauſa neceſſitatis de qua ſu-
pra conceſſam, quia doctores loquuntur de
cauſa neceſſitatis eccleſiæ: & eſt text.in auth.hoc
ius porrectum, C. de ſacroſanc. eccl. & in c. ea
enim.10.q.2.ibi, ſi debitum urget.& clarius infe
rius uerſ.quòd ſi neceſſitas compulerit, ut pro
eccleſiæ neceſſitate, aut vtilitate aliquid diſtra-
hatur: eodemque modo loquitur text.in c.ſine
exceptione,12.quæſtio.2.vbi dicitur quòd Epi-
ſcopus non audeat quicquam de rebus eccleſiæ
donare, commutare, uel uendere, niſi forte
aliquid horum faciat, ut meliora proſpiciat,
cum

cum totius cleri tractatu atq; conſenſu id eligat,
quod non ſit dubium profuturum eccleſiæ: at in
propoſito noſtro, q̧ D. Priſcianus filios maſcu-
los non haberet, nec facile ſpectaret. Et ideo de-
cima & quarteſium, de quibus agitur, ſibi con-
ceſſa fuerint additis illis verbis, & pro vno hære
de extraneo per eum eligendo, nõ fuit cauſa ne
ceſſitatis reſpicientis eccleſiam, ſed inueſtitum,
35 † quæ tamquã falſa & inepta vitiare debet illã
conceſſionem, ſicut vitiare ſolet etiam ſententiã
principis. cle. paſtoralis. vbi Card. & Imol. de re
iud. Hiero. Tort. in ſuo conſilio, quod eſt poſt
36 conſilia Butrij, col. 7. Crau. cõſ. 134. ad fi. † ſicut
enim videmus in feudo reſpectu perſonæ, cui ſit
conceſſio, q̧ cauſa feudi radicata eſt in perſona,
ideſt in ſeruitio perſonali, vt tradit Socin. conſi.
267. col. 2. vol 2. & ſic cauſa reſpicit eius perſonã:
pari modo reſpectu concedentis cauſa debet eſ-
ſe radicata in eius perſona, quod nequaquã fuit
in caſu prædicto. Sed nec prætextu vtilitatis
eccleſiæ defendi poſſunt inueſtituræ prædictæ,
quia conuentum fuerit de ſoluẽdis ducatis duo-
bus Venetis annuatim pro decima & quarteſio
37 modiorum 200. terræ, † quia cum talis penſio
fuerit valde modica reſpectu fructuum, qui per
cipiuntur pro dicta decima & quarteſio, talis cõ
ceſſio non facile ceſſit ad vtilitatem eccleſiæ, cũ
potiſſimè nihil à principio fuerit Reuerẽdiſſimo
Epiſcopo datum: quo ſtante D. Priſcianus dici-
tur habuiſſe rem titulo lucratiuo, ſecundum Bar
to. in l. ſi mihi & Titio, ff. de verb. ob. & poſt eum
Iaſ. & ideo quia in tali conceſſione nõ adfuit ne-
ceſſitas, aut vtilitas eccleſiæ, non poteſt dici fa-
cta cum ſolemnitate de iure requiſita in aliena-
tione rei eccleſiæ, de qua in d. c. ſine exceptione.
& not. in c. 1. de rebus eccleſię non alienan. in 6.
meritò reſtricta fuit illa facultas alienandi ſic,
vt nõn potuerit ad extraneos hæredes tranſmit-
ti: ita pulcherrimè declarat, & concludit Ruin.
38 conſi. 161. nu. 23. volum. 1. † tunc enim demum
emphyteoſis eccleſiæ tranſit ad hæredes extra-
neos (vt ille dicit) quando penſio commenſu-
ratur fructibus, quia de natura locationis ad lon
gum tempus magis participat, quàm de natura
ſimplicis emphyteoſis: at ſecus quando fit pro
modica penſione, ſicque conciliantur opinio-
nes Doctorum contrariæ, ut eleganter ibidem
39 declarat Ruinus. † Ad aliud verò quod dice-
batur expreſsè fuiſſe dictum de hærede extra-
neo, quo caſu tranſit emphyteoſis indubitanter
ad hæredes extraneos, reſpondetur id cum gra-
no ſalis intelligendum fore, uidelicet quòd in
conceſſione debitæ ſolemnitates & à iure requi
ſitæ interuenerint, de quibus habetur in d. c. ſi-
ne exceptione. ita tradit Alex. in l. etiam. col. 2.
ff. ſol. ma. in 2. opi. quã defendit ibi Corn. cõſ. 13.
col. 3. vol. 3. & alij pleriq;, quos cumulat Grat.
& poſt eum Iulius Clarus ſupra citati: ſed in ca
ſu noſtro non interuenerunt debitæ ſolemnita-
40 tes, ergo ceſſat contrarium. † Quod verò ſu-
biiciebam de confirmatione ſummi Pontificis,
ex eo tollitur, quòd ſubreptitia fuit, veluti nulla
mentione facta breuis Pij II. & Illuſt. D. Beatri
cis extantis, quæ per illud vocabatur, & erat ad-
mittenda, meritò non valuit dicta confirmatio,
prout in ſimili de quadam declaratione ſummi
Pontificis concludit Rui. in d. conſ. 161. in fi. uol.
1. & Rom. conſ. 126. col. fi. vbi concludit q̧ Impe
tratio redditur ſubreptitia, ſi qualitas facti non
exprimatur: ſed melius Abb. in c. inter dilectos.
de fid. inſtr. ubi dicit eſſe multum notandum, q̧
priuilegium confirmationis impetratum ab Im-
peratore, ſi ſit ſubreptitium, puta quia ſit confir
matoriũ alicuius inſtrumẽti, quod erat falſum,
uel alicuius contractus ſimulati: & de his nõ ſit
facta notitia principi cõfirmãti, talis cõfirmatio
41 non operatur: † licèt in ea eſſent appoſitæ clau-
ſulæ ex certa ſciẽtia, uel de plenitudine põtati.
Idemq; ponit Deci. in c. 1. nu. 10. de confir. vtil.
vel inut. ubi dicit, q̧ licèt à principe aliquid fa-
ctum ſit ex certa ſcientia, tamẽ diſpoſitio poteſt
eſſe ſubreptitia reſpectu eorũ, quę in facto conſi
ſtunt, ut quia pendente appellatione, uel pẽden
te lite illa confirmatio facta ſit, ideo nõ valet, q̧a
talis clauſula non purgat falſitatem narratorũ,
ut no. Domini de Rota. deciſ. 2. de cõfir. util. uel
42 inut. in nouiſ. † Quibus etiã magis in terminis
noſtris accedit Caſtr. conſ. 159. quæſtio iſta uer
titur, col. fi. in antiquis, vbi dicit q̧ id quod dici-
tur, q̧ confirmatio facta per Papã ex certa ſcien
tia, ualidat inueſtituram aliàs inualidam, proce
dit, & eſt verũ, ſi Papa ſciens eã inualidã tanquã
inualidam, volens eam facere ualidã confirmaſ-
ſet, & volens alteri præiudicare: ſecus ſi illam
confirmaſſet tanquam ualidam, ignorans illam
inualidam & ſe alteri præiudicare: quia non fuit
aliquid expreſſum de inualiditate, uel de præiu-
dicio, quod alteri fiebat: quia tunc non præſumi
tur voluiſſe tollere actus ſuppreſſos & tacitos, &
43 alicui præiudicare. † Nec obſtat clauſula ex
certa ſcientia, quia non operatur aliquid in his,
quæ apparent ignorata. ſic ibi concludit Caſtr.
egregiè, quem ſequitur Roland. à Valle, conſi.
2. n. 162. uolum. 1. & eſt commune dictum, quòd
dicta clauſula nihil operatur in his quæ con-
ſiſtunt in facto, de quibus ſuperior non præſu-
mitur habere notitiam, vt not. Bald. in l. fin. co-
lum. 2. C. ſent. reſcin. non poſſe. ſequitur Ale-
xand. conſi. 124. uiſo titulo quæſtionis, colum.
fi. uol. 2. Corn. conſ. 189. col. 3. vol. 4. Dec. in d. c.
1. nu. 10. plenè. Soc. conſi. 120. col. 6. & 7. uol. 3.
Curt. iun. conſil. 142. colum. 3. cum ſimilibus,
44 † & hoc etiam comprobatur, nam confirmatio
quantumcunq; principis, ex certa ſcientia facta,
nunquam intelligitur confirmare actum inuali-
dum in præiudicium tertij, ſecundũ gl. & Cano
niſtas cõmuniter in c. fi. de confir. util. uel inut.
ſequitur Bald. in prælud. feud. col. 14. Ripa. lib.
1. de legib. Reſpon. 2. num. 16. & Baptiſta Villa-
lobos in ſuis communibus opin. in verſic. Con-
firmatio, nu. 161. Rui. conſ. 12. num. 26. uolum. 3.
45 † Et cum dictæ clauſulæ non ſint ex prædictis
conſiderabiles in caſu noſtro, ſequitur quòd
iſta confirmatio, uelut in forma communi fa-
cta, ius non tribuit domino Priſciano, nec do-
mino Bartolomeo, ut per Bartol. in l. priui-

Imol.in c.ſi quis presbyterorum, nu.18.col.5. de reb.eccle.non alie. Alberic. Bal. & alij in d.l. poſt mortem,qui loquuntur in terminis de prælato. Ad tertium verò pro clara & vera ſolutione,aſſumo notabilem declarationem, quam ponit in terminis Corneus ad bullam Bonifacianã
56 in conſi.165.colum.3.vol.2. † ponderat enim diligenter verba præfationis ſuę,quibus apparet illud indultum fuiſſe petitum concedi propter ea,quæ faciebant prælati eccleſiarum cõtra emphyteotas, & feudatarios,& eorum ſucceſſores, quos eligere poterant: non autem aliquid præmittitur concernens illos,qui erant ſucceſſuri in feudo vel emphyteoſi,& eos qui ex diſpoſitione vltimi poſſeſſoris erant conſecuturi dicta iura emphyteotica uel feudalia.itaque intentio ſupplicantium fuit quòd prouideretur emphyteotis & feudatariis aduerſus eccleſias,& earum directos dominos, non autem aduerſus eos, ad quos aliàs ſpectarent feuda uel emphyteoſes.
57 † Sic enim ex præfatione ratio deprehẽditur, & mens diſponentis,l.fi.ff.de hær.inſt.& ibi no. Bart.& alij,ſicut & Alex. conſi. 36. col. 5.vol.2. Dec.conſi.10.col.2.conſi.410.col.3.Rube.conſi.11.in prin.conſi.89.nu.5. D.meus Rimin.conſi.33.nu.19. & pulchrè Bald. in §.quibus.prima cõſt.Cod.col.1.vbi dicit,quòd in ſtatutis procemium multum operatur, quia ex eo colligitur ratio finalis,ſubdens hoc menti tenendum,quia non dicit ſine cauſa. Itaque ſubdit Corneus loco memorato,bulla debet intelligi ac verificari, quando aliàs dicta bona fuiſſent ad eccleſiam recaſura,& quando verti deberet controuerſia inter eccleſiam, & ſucceſſores feudatarii uel em-
58 phyteotæ: † & hinc eſt,quòd voluit Sum.Pontifex,quòd iſti ſucceſſores haberent petere inueſtituram ab eccleſia,& ei ſoluere, prout continetur in bulla, quia ex quo per bullam auferebatur de iure eccleſiæ, decẽs erat diſponere,quòd illi, in quos uigore priuilegii cõferebatur,de iure eccleſiæ,arctarentur per ipſum priuilegium ſoluere aliquam notabilem quantitatem ipſi eccleſiæ. Quòd ſi Sum. Pontifex auferre uoluiſſet de iure comprehenſorum in contractu emphyteotico, fuiſſet æquius diſponere, quòd ſolui deberet ipſis comprehenſis,cum illis præiudicaretur,non autem eccleſię, cui ſatis erat ſi quid paruum præſtaretur pro inueſtitura in recogni-
59 tionem Dominii: † meritò concludit Corneus, ꝙ cum verba dictæ præfationis reſtricta ſint ad lites & differentias uertẽtes inter emphyteotas, uel eorum ſucceſſores & eccleſias,vel earum pręlatos,uerba uerò ipſius bullæ ſint indefinita,dictũ illius generale reſtringi debet ad caſum,cui cõueniũt uerba pręfationis. l. cum hi,in prin.& in §.eã tranſactionẽ,cũ ibi no.per Bar.Bal.Caſt. & poſt alios Iaſonem,ff.de tranſ.Boer.conſ. 40. nu.36.& ſic quando quæſtio uerteretur inter eccleſiã uel prælatum: non aũt qñ inter duas perſonas de ſucceſſione cõtendentes in bonis ab eccleſia recognitis, prout uerſatur in caſu noſtro inter magnificos fratres de Proſperis, & hãc Illuſt.dñam Beatricem: nam ꝙ habeãt ipſi, uel ea res, de quibus agitur, non intereſt Eccleſiæ, & Epiſcopi Adrienſis, niſi reſpectu laudemii & annuæ recognitionis,quæ ſic ab vno, ſicut ab alio conſequetur. Et ideo diſpoſitio dictæ bullæ ſic
60 intellecta non cõprehendit caſum noſtrũ.† Et hinc ſequitur remota bulla, quòd D.Beatrix p tius inueſtiẽda ſit, quàm dicti fratres ex eo, q in minus efficaci caſu tradit Anch.cõſi.171.co 3.ubi determinat præferẽdos eſſe quoſdam de ſcendentes à fœmina,quæ non fuerat cõprehe ſa in inueſtitura, immo potius excluſa ꝑ expreſ ſionem maſculorum in ea factam eo, quia deſce debant ab illa fœmina,quæ fuerat neptis, & de familia inueſtitorũ: unde deſcẽdentes ab ea debebãt præferri penitus extraneo, q petebat inueſtiri.fortius ergo dicamus in caſu noſtro,ĩ quo hæc Illuſ.D.Beatrix nedũ eſt de linea præceſſorũ de Priſcianis aliàs inueſtitorũ,& ab eis deſcendẽs, ſed ẽt uocata ꝑ breue Pij II. unde ꝑferri debet iſtis Proſperis penitus extraneis quo ad familiã Priſcianorũ. Nec de uerbis inueſtituræ conceſſæ D.Bartolomeo curandũ eſt, cũ ſic fieri nõ potuerit,& fuerit ẽt ſubreptitia per ea,q̃ ſupra deducta
61 fuerunt: † quamquam non eſt expeditũ quod inquit Arrius ille Pinolius in d.l.2.nu.12.C. de bon.mat. uerbum hæredibus ſuis, in hac materia recipi pro quibuſcunque ex teſtamento licèt extraneis,& ab inteſtato non ſucceſſuris ſtante recepta cõcluſione,quòd emphyteoſis eccleſiaſtica non eſt ad extraneos hæredes tranſitoria, ut dixi ſupra,nu.3.& quòd uerbum hæredibus, ad deſcendentes reſtringitur,ut ſupra,nume.18 quæ corruerent attenta illius opi.quæ uelut abſona, non eſt curanda. Et ad ultimum de dictis fratribus admittendis ex doctrina Bartoli in allegata l.ſi mihi, & Titio, cum ſequacibus, breuiter reſpondetur, quòd id procedere poſſet non concurrente domina Beatrice, quæ reſpectu dicti breuis Pii II. uenit præferenda, quod ut latius ſupra deductum, miſſum facio: & ſic
62 eius intentio remanet defenſata. † Sed interim donec inter dictos fratres, & præfatam Dominam diſputatur,quis eorum ſit inueſtiendus. operæpretium eſt uidere quis in poſſeſſione,ue quaſi dictæ decimæ & quarteſii manutenendu ſit:& prima conſideratione dicẽdum uidetur, dicti fratres defendi debeant, nam cum dominus Bartolomeus dum uixit dictas res poſſederit,fructus decimales & quarteſiales conſequedo, poſteaque moriens fratres ſuos hæredes inſtituerit, ſequitur aperta deciſio ſtatuti noſti ſub rubrica, quod poſſeſſio defuncti uolentis quòd poſſeſſio defuncti cenſeatur tranſlata & continuata in hæredem unum uel plures ipſiu defuncti à morte ipſius, etiam ſi poſſediſſet bona uti feudalia.
63 † Quare idẽ iuris eſſe videt̃,ub poſſederit illa uelut emphyteotica, prout in caſu noſtro, cum de feudo ad emphyteoſim ſoleã noſtri doct. argumẽtari,iux.no.per Spec. in tit. feud.§.quoniam,uer.4.in fi.Bal.in l.liberti, col. 8.C.de oper.lib.Cor.cõſ.67.uol.1.Cõſultus.co. 7.uol.1.in l.Gallus,§ inſtituẽs,col.3.ff. de lib.& poſth.& in l.1.col.11.C.de iur.emph.Soc.iu.cõſ.

71.nu.7.uol.1.Iſtis tamen non obſtantibus con-
trariũ de iure determinandũ eſt,nã magnificus
D.Priſcianus genitor huius Illuſtr. D. Beatricis
fructus dictæ decimæ & quarteſij iure legati re-
liquit D. Samaritanæ coniugi ſuę toto tempore
vitæ ſuæ, dictam vero D.Beatricem ſuam hære
dem vniuerſalem inſtituit:vnde defuncta D.Sa
maritana dicta decima & quarteſium iure accre
ſcendi pertinere cępit ad ipſam D. Beatricem,
64 † quia inter ſuccedentes eodem iure locus eſt
iuri accreſcendi.l. vnica & ibi not. omnes, C.
quando non pet.par.vbi Salyc.q. 1.& Cagnol.
nu.61. dicunt quòd eodem iure ſuccedere cen-
ſentur illi,quando omnes ex teſtamento,vel om
nes ab inteſtato ſuccedunt,aut omnes de iure ci
uili, & id genus. & licèt D. Samaritana agnoue
rit dictum vſumfructum ſibi relictum, dumq́ue
vixit illum fuerit conſecuta,non ideo minus im
65 pediri debet ius accreſcendi, † quoniam in vſu
fructu cõſtitutum eſt,locum eſſe iure accreſcẽdi
poſt emolumentũ quæſitũ,l.1. §.pen.ff.de vſufr.
accreſ.Bar.in l.re coniũcti,nu.49.ff.de leg.3.cu
ius rationem reddit ibidem Iaſ.nu.222.poſt gl.
in d.l.1.§.interdum. & Baldum in c.1.§.decedẽs.
col.2.qui feud.dar.poſſ. quia vſufructus dici nõ
poteſt in totum fuiſſe quæſitum, cum ſemper ſit
in fieri, & pro futuro tẽpore nullum ius ſit cau-
ſatum, quia quotidie conſtituitur per patien-
tiam. vnde nimirum ſi locum habet in eo ius ac
creſcendi. Et hoc locum habent circumſcripta
electione ac nominatione, quam fecit idem D.
Priſcianus in eodem teſtamento de D. Bartolo-
meo, velut inualida & contra tenorẽ breuis Pii
II. quod extraneos non admittebat,& quo ſtã-
te talis alienatio facta in D. Bartolomeum dicę-
batur illicita,& in perſonam prohibitam facta,
ſicq́ue per bullam Bonifacij reprobata, ibi [ Et
aliis,quibuſcunque licitis alienationum contra-
ctibus inter viuos & ex cauſa mortis ] à contra-
rio ſenſu. Et ibi [ ſic tamen quòd de huiuſmodi
vtili dominio alienatio in loca vel perſonas de
iure prohibita fieri non debeat, & facta penitus
viribus non ſubſiſtat ] pariq; modo non obſtan
te,quòd D. Bartolomeus mortua D. Samarita-
na de facto occupauerit fructus dictæ decimæ &
quarteſij,qui verè ad ipſum non ſpectabant,ſed
ad D. Beatricem,quæ tunc reclamare non pote
rat,vt eum valde timens:nam ſatis eſt quòd im-
pedimento ſublato per mortem D.Bartolomei
dicta Domina tenutã acceperit, & corporalem
poſſeſſionem,vel quaſi dictæ decimæ & quarte-
66 ſij fructus eorum conſequendo: † & audiens
ſe moleſtari per dictos fratres de Proſperis,com
paruerit,ſe confirmari petens in dicta poſſeſſio-
ne,vel quaſi per remedium,l.fin.C.de edic.diui
Adr.tollend. quod ad id etiam competit, ut ibi-
dem Bartol.tradit,col.4.verſ.tu verò dicas. Dec.
nume.44.Cur.iun.nu.85.& D. meus Zuccard.
nu.178.& tradit Guid.Pap.q.132.col.2. dicens,
ita fuiſſe iudicatum:nam debet ex prædictis hęc
Illuſtr. Domina confirmari in dicta poſſeſſione,
67 † nec eam impedire poſſunt aduerſarii,qui nõ
allegant ſe poſſidere,poſito quòd allegent dictũ
titulum ex eodem teſtamento iuxt.not.per Bar.
in d.l.fi.ad fi.& poſt eum cæteros, vbi latius D.
meus Zuccard.nu.319.cum ſequentibus:& hãc
partem tenendo non obſtat ſtatutum, quòd poſ
ſeſſio defuncti de quo ſupra, quia ceſſat ex plu-
ribus in caſu noſtro:& in primis quoniam dicit,
quòd poſſeſſio defuncti cenſeatur in hæredem
68 continuata, † & ſic loquitur cum iſta qualitate
quòd defunctus poſſideret:vnde probari debet,
& verificari dicta qualitas,vt ſtatutum procedat
iuxt.doctr.Bart.in l.1.§.1.ff.ne quid in flu.pub.
Ioan.Andre.in c.1.de homic.in 6. Alex. conſil.
161.in prin.vol.5.Dec.conſi.13.col.3. conſi. 18.
num. 4. conſi.44.in prin.conſi.356.nu. 4.conſil.
434.in princ.conſi.440.conſi.550.num. 4. conſi.
589.nu.7. Marſi.ſing.187.Rub.conſi.16.nu.14.
D.meus Rimi.cõſi.58.in fi.conſi.114.nu.8.quo-
tiens enim præſuppoſitum ſtatuti non verifica-
tur, ceſſat ſtatutũ,l.mancipia, & ibi,Fulg.Caſtr.
& alii,C.de ſer.fug.at D.Bartolomeus non poſſi
debat aliquo modo de iure conſiderabili,vt ſta-
tim probabo, meritò fratribus ſuis hæredibus
69 dictũ ſtatutum prodeſſe non debet: † ſic enim
illud intelligi debet,vt fiat tranſitus poſſeſſionis
in hæredem,ſi defunctus poſſidebat,aliàs ſecus,
vt tradit Alex.conſi.82.viſa facti narratione, co
lum.1.verſic. quia reſpondeo, vol.2. Iacobi.à S.
Georg.in l.ſi ſorori.ver. aliam pulchram limita-
tionem,C.de iure delib.Iaſ.conſi.147.col.6.ver.
ſed pręmiſſis non obſtantibus.vol.2.Guil.Bene.
in c.Raynutius. in verſi. mortuo itaque teſtato-
rę ſecundo, nu.77.de teſta. Boeri deciſ.172.nu.
14.quòd autem D.Bartolomeus non poſſideret
oſtenditur,nam D. Samaritana dum vixit poſſi-
debat, & quidem iure proprio fructus decimæ
& quarteſij, colligi faciendo,& in horreis collo-
cando vigore legati ſibi facti,qui titulus demon
ſtrat, quòd ipſa iure proprio poſſidebat, ut not.
Ang.Caſtr.Rom.Alex.& alii,in l.qui iure fami-
liaritatis,ff.de acq.poſſ.Soc.conſi.13.col. 4.
vol.4.Crauet. conſil. 61.nume.2.cum ſimilibus,
70 † iuncta declaratione animi ſui ex tenutis acce
ptis & præceptis factis laboratoribus de reſpon
dendo ſibi de fructibus dictæ decimæ & quarte
ſiii:ex quibus apparet, eam uoluiſſe ſibi renoua
re cauſam poſſidendi, ut ſi prius poſſidebat vnã
cum D.Priſciano marito ſuo,iure familiaritatis,
iuxt.not.in d.l.qui iure, uoluerit ex dictis acti-
bus accedente titulo iure proprio poſſidere, &
ſic ex noua cauſa, & per illos actus ſic animum
ſuum declarando,vt eleganter declarat Soc.cõ
ſi.131.col.3.uol.1. quem ſequitur in terminis no
ſtris Cur.iun.conſi.168.nu.36. vbi præcedente
titulo,& ſuccedente ingreſſu in poſſeſſionem bo
norum poſt mortẽ alterius,qui iure proprio poſ
ſidebat,concludit animum ingredientis colligi
poſſidendi iure proprio & mutandi ſibi poſſeſſio
nem iure familiaritatis in poſſeſſionem iure pro
prio,qualis eſt caſus noſter,& etiam fortior ſtan
tibus dictis præceptis,quæ non erant facta in ca
71 ſu Curtii iun. † hoc ſtante ſequitur ipſum D.
Bartolomeum quandiu uixit D.Samaritana nõ
poſſediſſe dictam decimam & quarteſium iure
proprio,

proprio,quia duo inſolidum non poſſunt ean-
dem rem eodem iure poſſidendi poſſidere . l.3.
§.ex contrario,& ibi not. omnes, ff.de acquir.
poſſe.l.ſi ut cerro.§ ſi duobus uehiculum, ff. cō-
mo. ſed uelut rectorē D. Samaritanæ id feciſſe,
prout teſtes dicunt,& ſic iure familiaritatis . Ex
quo infero quòd cū mortua D. Samaritana D.
Bartholomeus non conſtituerit in animo ſe uel
le ex noua cauſa poſſidere,de quo animo cōſta-
72 re debebat, † ſicut dicimus quòd quis ſola ani-
mi deſtinatione fit hæres,l.ſi auia. C.de iure de
li. dummodo de tali animo conſtet,ut plenè no-
ta.Bartol. in l.gerit.ff.de acqui.hære. uoluntas e-
nim in mente retenta nihil operatur,l.ſi repetē
73 di.C.de cond.ob cauſam. † Hic autem muta-
tio animi D.Bartholomei poſt mortem Do. Sa-
maritanæ,nō oſtenditur,nec præſumi debet, ni
ſi probetur.l.eum qui,ff.de prob.Alex.cōſi.113.
nume.19.uol.6.Soc.iu.conſi.183.nu.18. volum.
2.Immo uerò cum non in plus ſed æqualiter ſe
geſſerit D.Bartholomeus cum D.Beatrice hære
de D.Priſciani,& etiam D. Samaritanæ paren-
tum ſuorum, ſicut ſe gerebat cum D.Samarita-
na fructus eodem loco ponendo & eundem mo
dum ſeruando, prout in præteritum factum fue
74 rat,† ut laboratores & factores dicunt in facto
uerſati: quibus ob id magis credendum eſt , ut
per Caſt.& alios in l.quicunque.C.de ſer. fugi.
plenè Craue.cōſ 2.n.9. poſt Butri.in c. cū cām.
de teſti.& Aret.conſi.71.diligenter & maturè.
colum.2.dicitur eodem iure voluiſſe poſſidere
prout uiuente D.Samaritana faciebat,& ſic iure
familiaritatis: ſiquidem exteriora denotant ani
mi ſecretiora,l.quidam in ſuo,ff.de condi. inſti.
& ita declarat in terminis Soc.iu.d. conſi. 131.
colum.3.quo nihil meliùs adduci poſſet,cū quo
tranſit.Dec.conſil.400. colum.2.vnde cum iure
familiaritatis poſſediſſe dicatur,ſtatutum prædi
ctum de continuanda poſſeſſione in hæredem,
locum non habet,vt in ſpecie decidit Cur. iun.
conſi.110.colum. 7. verſiculo.nec obſtat quæ-
dam ſubtilis. Et poſt eum Tiraquel. in tractat.le
mort ſaiſ.in 6.declaratione 3. partis,& hoc indu
bitanter procedit ſtante dicto ſtatuto,prout ſta
bat in præteritum,licet hodie dicto ſtatuto cum
cæteris reformato fuerit additum illud habere
locum [licet defunctus detentionem ſimplicem
habuiſſet.] quæ verba forſan etiā poſſeſſionem
iure familiaritatis amplectūtur: ſed illud dudū
75 conditum non debet attendi,ſed uetus, † quo
niam de natura legis eſt uel ſtatuti,quòd ad fu-
tura reſpiciat, non autem porrigatur ad præteri
ta,vt not.Abb.Butr. Fel.& Dec.in c. 2.& fin.de
conſtitu.& expreſſè cauetur in ſtatuto,quòd de
cidantur cauſæ,ubi non attenduntur noua ſta-
tuta,ſed quæ uigebant in præteritum in litibus
76 & controuerſiis tunc motis. † Secundò ceſſat
ex alio dictum ſtatutum,quòd poſſeſſio defun-
cti,quoniam decima & quarteſium de quibus a
gitur ſunt extra territorium Ferrariæ, videlicet
in Pollicino Rodigii , ad quem locum ſtatuta
noſtra non porriguntur, vt ponit Cardi. conſil.
2.col. 1.& Rui.cōſi.167.n.18.vol.1. ſicut ēt uide
mus ſtatutū fœminarū excluſiuū extra territoriū
ſtatuentiū locū nō habere, vt ex multis cōem te
ſtatur Alex.conſi.128.col.1.volu.1.Socin.conſi.
288.col.1. volu.2.Brun.abundè in tracta. quòd
ſtant.maſc.art.8. q.25. Dec.conſ.276.conſi.314.
col.fi. Cagnol. in l.fi.nu.183.C.de pact. cum ſi-
77 milibus. † Tertiò cōſiderandum eſt,quòd hic
agitur de rebus emphyteoticis ab eccleſia reco
gnitis in quibus dictum ſtatutum locum nō ha-
bet,vt in alio tradit Bal.conſi.300.ſtatuto caue
tur quòd liceat debitori,volum.1.in nouis, di-
ſponente quòd res vēdita poſſit per creditorē,
aut per illos de parentela redimi intra annum,
nam locum non habet in rebus emphyteoticis,
aut feudalibus eccleſiarum. Et in terminis ſtatu
ti ſimilis huic noſtro decidit Iaſ.conſi.152.col.fi
78 na.uolum.4. † quicquid in rebus feudalibus
aut emphyteoticis recognitis à perſonis laicis
dici poſſet,& in utranque partem diſputari,ut
videre licet penes Catel. Cot. libro memoria-
lium ſuorum,in ver. decreto Mediolanenſi.col.
2.verſi.nunquid autem,& longe latius apud Ti
raquell.in tract.le mort ſaiſ. in 5.& 6.declara. 4.
partis,quod ut ad rem noſtram non faciens ex
induſtria prætermitto. Tantoque magis in hac
emphyteoſi noſtra dico ſtatutum prædictū ceſ-
ſare, quæ non erat ad hæredes extraneos tranſi
toria uigore breuis Pii II. ſæpius allegati: ceſ-
ſat enim quoties poſſeſſio fuiſſet apud defunctū
ex cauſa ad hæredes non tranſitoria, ut inquit A
lexan.conſi.153.col.1.ver.& poſito quòd virtu-
te,uol.6.quem ſequitur Tiraquel.in d.tracta. 4.
decla.4.par. meritò patet ex prædictis quam va
na ſit intētio D. Fratrum de Proſperis ſuper al
legato ſtatuto,quòd poſſeſſio defuncti. ſed obti-
nere debet hæc Illuſtr. Domina Beatrix in poſ
ſeſſorio,ſicut & in petitorio ſtantibus omnibus
ſupra deductis.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtrisſimis filiis Illuſtr. D. Sigiſmondi Illuſtrisſimo Domino Galeatio & Alexandro ex Marchionibus de Gonzaga.

### ARGVMENTVM.

De confirmatione Cæſarea uēditionis feudi inualida pulchrè diſputatur,& ad id aliis repugnantibus optimè ſublatis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Res bis dicta, aut facta , præſumitur deliberatè facta.*
*Ratificatio tacita ſurgit ex actu repetito. 1.*
2 *Approbare contractum quis dicitur, colendo bona , ſeu fructus recipiendo.*

*Eoq;*

Eoq́; caſu ceſſat remedium leg. ſecundæ, C. de reſcinden. vend. 16.
Sed plures contra. 17.
In quo diſtinguit actor inter ſcientem & ignorantem. 18.
3 Facta plus verbis æquiparantur ad declarandam voluntatem. 27.
4 Confirmatio validat actum inualidum. 5.
Et dat robur confirmato.
Et illud auget, ſi facta ſit ex certa ſcientia.
Suppletq́; defectum ſolẽnitatis formæ, & perſonæ. 6.
7 Confirmatio principis intelligitur in dubio ſine præiudicio tertij.
Niſi clauſula, non obſtantibus ſit appoſita. 8.
Quod declaratur quomodo procedat. 36.
8 Clauſula non obſtantibus, operatur in præiudicium tertij.
Declarando tamen, ut inferius. 36.
9 Princeps per clauſulam, de plenitudine poteſtatis, præſumitur voluiſſe auferre ius alteri quæſitum.
Quod quomodo procedat, declaratur. 40.
10 Relatum continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.
11 Confirmatio ſecunda videtur plena deliberatio & ſibi nihil opponi poſſe. 92.
Et infert certam ſcientiam.
Et erroris præſumptionem tollitur.
Maioremq́; unitatem inducit.
12 Feudum ſemel alienatum, perpetuò durat alienabile, ſed inferius contra latius. 93.
13 Approbatio uno reſpectu, non nocet in alio. 14.
Nec de uno capitulo facta, cenſetur aliud approbatum. 15.
16 Remedium leg. ſecundæ, C. de reſc. uend. conſenſu geminato tollitur.
Sed auctor contra, poſt alios. 17.
Qui tandem diſtinguit. 18.
19 Confeſſio geminata, tamen erronea, reuocatur.
20 Error præſumitur in damno euitando.
Et in minore. 21.
Et ex breuitate temporis. 22.
23 Sententia nimia breuitate temporis lata, nulla dicitur.
Et ferri debet cum cauſæ cognitione, licèt ſit interlocutoria. 24.
24 Temporis breuitate præſumitur cauſæ cognitionem non interueniſſe.
25 Error & ignorantia impedit approbationem.
Et conſenſum excludit. 26.
Et errantis nulla uoluntas eſt.
Sicut nec errans quicquam fateri dicitur.
Et erranti poſt agnitum errorem facilè ſuccurritur. 27.
27 Confirmatio ſub falſa cauſa, non ualet.
Et licet ex certa ſcientia facta, non purgat falſitatem narratorum. 28.
Et ad iuſta tantùm trahit, non ad iniuſta. 29.
Datq́; robur confirmato, non autem illud extendit. 30.
31 Confirmatio ex certa ſcientia, auget. 4.
Reſpectu noui iuris, quod confertur, non facti. 32.
Nec extenditur diſpoſitionem in præiudicium tertij, de quo princeps non fuerit informatus. 33.
34 Confirmatio ex certa ſcientia, qualem, & quãdo ſupplet defectum perſonæ.
35 Minor quo defectu prohibeatur alienare bona immobilia.
36 Clauſula non obſtantibus, quando operatur in præiudicium tertij.
37 Feudum contractum principis quæſitum, tolli non poteſt ab eo.
Et eſt contractus nominatus. 38.
Ideo princeps ad eius obſeruationem tenetur. 39.
40 Principis obligatio ligat eum, licèt ex cauſa lucratiua.
41 Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt auferre ius ſuum tertio.
Et contrarium dicentes mentiuntur, ut dixit Auguſtinus.
Sed plerique contra, 45.
Potiſſimè glo. 66.
Et Angelus, non ut Angelus locutus fuit, ſed ut homo mendax. 59.
Item falſo, & adulatoriè.
47 Clauſula ex certa ſcientia, æquipollet clauſulæ de plenitudine poteſtatis.
48 Princeps ubi de facto procedit, calcitrare non poſſumus.
Tyrannus cur conſilium non petit in rebus agendis? 48.
Princeps boni, penes ſe tenent uiros doctiſſimos pro conſilio. 48.
49 Clauſula de plenitudine poteſtatis, intelligitur de bona, & laudabili, non uituperabili, uel tyrannica: & intelligitur claue diſcretionis non errante. 51.
50 Princeps auferens ius tertio ſine culpa de poteſtate abſoluta, dicitur tyrannus.
Nec dicitur plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis. 58.
Nec legitimare poteſt filium regis ad præiudicium conſanguinei, cui regnum defertur. 53.
54 Principis plenitudo poteſtatis, parum differt ab ordinaria.
Quod pulchrè declaratur. 55.
55 Princeps publicam utilitatem cõmodis priuatorum præponit.
Et eius officium quale ſit. 56.
57 Princeps bonus in quo differat à tyranno.
Et omnibus eſt pater communis. 58.
60 Intellectus l. item ſi uerberatum. §. 1. ff. de rei uendicatio. contra Angelum reuelatus.
Milites præmiare pertinet ad pub. utilitatem. 60.
Sicut ſi ſeruentur.
Et eis, equi mortui debent emendari per commune. 61.
Modò gratis pugnauerint, non mercede ducti.
62 Lex bene à Zenone. C. de quadr. præſc. quare procedit, & ex quibus.
Et locum habet, ſi princeps bona fide alienauit, ſecus ſi ſciens rem alienam eſſe. 63.
64 Negligens infra tempus id, ad quod tenebatur, illud perdit.
Vaſallus non petens inueſtituram infra tempus ab hærede domini, feudum amittit. 64.
65 Negligentibus non ſubuenitur, ſed impeditis.
66 Fructuarius tenetur reficere cloacam, aquaductũ, aut uiam, & quare.

Prin

*67 Princeps ex cauſa pub. vtilitatis alteri rem ſuam auferre poteſt.*
*Dummodo ſoluat pretium domino. 88.*
*Et idem ſi de plenitudine poteſtatis mouetur 89.*
*Quicquid Boſtius contradixerit. 90.*
*68 Intellectus l. ſi priuatus. ff. qui & à quib.*
*69 Ciuitas per ſuum ſtatutum nō poteſt alicui ius ſuum ſingulariter auferre.*
*70 Intellectus l. uenditor. § ſi conſtat ff. commu prædio.*
*Ciuitas ædificijs ornatur. 70.*
*71 Imperator eſt in terris dominator.*
*Quo ad vniuerſalem adminiſtrationem.*
*Et reſpectu dominij vniuerſalis. 72.*
*Vnde poſſet mundum ab alio uendicare.*
*Non autem reſpectu rerum ſingularum.*
*73 Princeps legibus an ſolutus ſit.*
*Quidam ſic, exemplo notabili.*
*Alij contra, Platonis exemplo. 74.*
*75 Intellectus l princeps, ff. de legib.*
*76 Princeps licèt ſit dominus legum. non tamen morum.*
*Principis nulla auctoritas poteſt eum abſoluere à lege naturæ uel à dictamine rectæ rationis uel legis æternæ. 76.*
*77 Imperator non poteſt diſueſtire uaſallum ſine conuicta culpa.*
*78 Intellectus l. primæ. ff. de conſti. prin. 84.*
*Placere, ſiue placitum, quid ſignificat, optimè declaratur. 78. 79. 80.*
*99 Intellectus l. primæ, ff. de pact.*
*81 Conſilij Regis Galliæ grauitas. 82.*
*Et apud Antiochum. 73.*
*85 Princeps grauius peccat, & quare.*
*86 Papinianus laudibus efferendus.*
*87 Iuſtitiam Ioui adſtare cur ueteres dixerunt.*
*91 Actus geminati conſiderantur in eodem, non in diuerſis.*
*93 Lex pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. procedit in acquiſitore ſuo contractu, non in ſucceſſore alterius.*
*Et quando alienatio facta fuit in coniunctum legato, non in extraneum 94.*
*Et in prohibitione alienationis limitata, ſecus autem in abſoluta & generali. 95.*
*Demumq; in fideicommiſſo, non autem in feudo, & qua ratione, pulcherrimè declaratur. 96.*

## CONSILIVM XLV.

*Auxilium meum à Domino.*

QVONIAM latè ſcripſi ſuperius in conſilio v. pro Illuſtriſſimo Dom. Sigiſmondo, filiis ſuis, ãc cæteris conſortibus ex Marchionibus de Gonzagis aduerſus Illuſtres Comites de Gambara, poſteaque producta fuerũt in cauſa vertente coram Eminentiſſimo Principe Alfonſo I I. Duce Ferrariæ quædam iura, de quibus tunc in exceptionibus dictorum Comitum nulla mentio facta fuerat, igitur operæ pretium eſſe duxi nunc ſuper dictis iuribus uerba facere, quibus diſcuſſis facile conſtare poterit concluſionem prius in conſilio meo poſitam firmã remanere. Fuit igitur in primis ꝓductũ mandatum præfati Illuſtriſſimi D. Sigiſmondi in perſonam magnifici D. Camilli Capilupi oratoris Excellentiſſimi Ducis Mantuæ apud Cęſaream maieſtatem ad petendum confirmationem alienationis factæ de Caſtro Veſcouati cæteriſque rebus à Sereniſſimo Imperatore & eã
1 ualidari faciendum: † uigore cuius mandati, tacitè uidetur cõtractum iam factum approbaſſe, meritoque uidetur illi contrauenire non poſſe, prout in ſimili caſu decidit Caſtr. conſil. 387. factum ſic ſe habet, quondam A. colum. 2. uolum. 2. in nouis, ubi dicit quòd ex quo res bis dicta & facta fuit præſumitur deliberatè facta, c. ſciedũ. 29. diſtin. & deliberatè facta reuocari non poſſunt Bal. in l. ſi quidem. C. de excep. in fi. meritò ſi quis bis locauit, aut penſiones ſingulis annis receperit, dicitur ratificaſſe contractum præcedentem, & ob id ceſſat remedium leg. ſecundæ, C. de reſcin. uend. quia tali caſu tollitur erroris
2 præſumptio qui ſolet eſſe cauſa dicti remedii: † ſimilemque facit deciſionem Dec. conſi. 583. ubi tenet quòd quis colendo bona, fructuſque recipiendo, tacitè dicitur approbaſſe contractum, indeque ceſſare remedium dictæ leg. ſecundæ. quare ſic in caſu noſtro dici poteſt, quòd cum Illuſtriſſimus D. Sigiſmondus poſt uenditionem dictũ mandatũ fecerit, illam dicatur approbaſſe facto, & ideo nõ poſſint eo defuncto filii ſui cæte
3 rique litis conſortes contrauenire. † Nec immeritò uidetur id dici poſſe, quoniam facta plus habent ponderis ad declarandam uolũtatem quã uerba. l. ſi tamẽ. §. ei qui ſeruum. ff. de edil. edic. ubi dicitur quòd multò amplius eſt facere quã pronuntiare. notat glo. in c. dilecti per illũ tex. de app. Ancha. conſi. 302. Roma. conſi. 191. & ex externis ſcriptoribus Lucianus in Toxari dicẽs res ipſas magis loqui quam uerba: & pulchre Iodocus Damouderius in enchiridio parium aut ſimilium, in uerbo conſentire facto, motus quia in uerbis fictio ſæpius uſu uenit quam in factis: unde Tiraquellus in titulo de retract. conuẽtio, ad finem, nu. 75. concludit euidentem, dilucidãque declarari uoluntatem uenditionis per receptionem pretii, quod & in conſilio factum proponitur ut ibi dixi, nume. 18. ſed & accedit hoc mandatum tendens ad eundem ſcopum: ſecundo mouẽtur Comites aduerſarii uigore confirmationis Caroli V. Sereniſſimi Imperatoris in executione dicti mandati ſubſecutæ, in cuius decreto uenditionem prædictam cum pactis, conditionibus, promiſſionibus, obligationibus, & clauſulis in eo contractu contentis approbauit, ualidauit, ac imperialis auctoritatis robore mu-
4 niuit † Quæ quidem confirmatio ualidat inualidum, ſecundum Bar. in l. priuilegia C. de ſacr. eccl. & dat robur confirmato, ut per Bald. in l. ſi aduerſus. C. ſi aduer. rem iud. ſequitur Dec. conſi. 341. nume. 7. Immo uerò illud auget, ſi facta ſit ex certa ſcientia ſecundum Bal. in l. nominationes

nes:in fi.C.de appella.& in c.ex parte.de conſti.
prout in caſu noſtro contingit,vbi dicta clauſu-
la reperitur appoſita.& pulchrè declarat Caſtr.
in l.non dubium,colum.4.uerſicu.ſecundò op-
5 ponitur.C.de leg. † vbi dicit quòd ſi actus fuit
nullus,ueluti cōtra prohibitionē legis factus,cō
firmatio poſtea ſubſecuta per principē ex certa
ſcientia ualet,& reddit ipſum ualidum,quia illa
non eſt contra prohibitionem legis : ſunt enim
quædam prohibita fieri: non confirmari: ſequi-
6 tur Ioan.de Amic.conſi.2.n.9. † & ulterius ſup
plet defectum ſolennitatis,formæ, & perſonæ,
ut inquit Ale.in cōſi.120.viſo pūcto.col.pe.uol.
4.poſt Bal.in l.fi.de teſta.tut.tantoq; magis quā
do princeps in confirmatione ſupplet expreſſè
omnem defectum,prout in caſu noſtro, quod fa
cere poteſt.c.1. de tranſact.& ibi not.omnes,&
Specu.in tit.de lega.§.nunc oſtendendū, uerſi.
7 18. † Et licet in dubio confirmatio principis in
telligatur ſine præiudicio tertij.Bald.in l.1.ff.de
cōſti.prin.& in l.omnes,colum.2.C.de quadr.
præſcr.Alex.conſi.125.colum.1.uolum.1.Oldr.
conſil.237.perlectis.Portius Imolenſ.conſil.24.
8 nume.25.Rui.conſi.60.nu.4.vol.1. † tamen ex
quo in hac confirmatione præter clauſulas me-
moratas reperitur appoſita quoque clauſula,
non obſtantibus,confirmatio debet operari ēt
in præiudicium cuiuſlibet tertii, vt declarat A-
lexan.in l.3.§.ſi is,pro quo.ff.quod quiſ.iur.poſt
glo.cum concordantibus,de quibus ibi per eū.
& per Aret.cōſi.15.col.5.in fi.vbi citat ad hoc
etiam Baldum in prælud.feud.3.car.verſi. item
9 dicit Andræ.de Iſern. † Et inſuper accedit illa
clauſula,de imperialis noſtræ poteſtatis plenitu
dine,pariter in hoc decreto confirmationis in-
ſerta, per quam præſumitur, quòd Imperator
voluerit auferre ius alteri quæſitum quomodo-
cunque,etiam ſi de eius graui præiudicio agere
tur,ſecundum Butri.& Imolam,in c. quæ in ec-
cleſiarum,de conſtit. quos refert & ſequitur A-
lexan.conſilio 116.nec arguendi ſumus.colum-
na quinta,uer.ſextò confirmatur,uolu.2. Natta
conſi.340. nume.9.quare patet ex dicta confir-
matione omnem uiam præcluſam ac præreptā
eſſe dictis Illuſtriſſ. conſortibus de Gonzagis
agentibus in hac cauſa. Tertiò nituntur etiam
præfati Comites ex duobus decretis Imperiali-
bus Diuorū Ferdinādi & Maximiliani,in q̃bus
ipſi ſucceſſiuè inueſtientes dictos Comites de
dicto Caſtro Veſcoati per eos empto, cōfirmāt
omnia & ſingula cōtēta in priuilegio Diui Ca-
roli V. † vnde dicuntur & ipſi cōfirmare dictam
10 uenditionem,de quo in illo fit mentio per rela-
tionem ad illud factam.l.aſſe toto,& ibi not.Bal
dus,& Ang.ff.de hæred.inſt.quia relatum dici-
tur eſſe in referente cum omnibus eius qualita-
tibus. Bar.in l.1.ff.de recepta.in l.1.circa finem,
ff.ſi fami.fur.fec.dic.& in l.ſi quis ſeruum,§. fin.
uerſi.ſed quæro,teſtator.ff.de leg.2.Dec.conſil.
11 128.columna ſecunda, † quare ſequitur,quòd
ex quo ſecunda confirmatio , immo uerò ter-
tia īteruenit,plena deliberatio uidetur, & nihil
opponi poteſt.ut notat Bal.in cōſilio ſciſmatis.
quod habetur in rubrica C.ſi quis ali.teſtamen.
proh.colum.11.uer. porro quia uero conſonāt.
ubi citat text. in §.& hoc uerò iubemus. in Au-
thentica,ut nulli iudi.& not.in l. nec damnoſa.
C.de prec.imperat.offer.ſequitur Dec.conſilio
583.colum.2.& Corſetus in tracta.de uerbis ge
12 minatis,ſub nu.20.uerſi.49. † Quartò concurrit
ad fauorem dictorum Comitū,quòd aliàs iſtud
feudū Caſtri Veſcouati fuit alienatum ſiue per
alios de Gonzagis,ſiue per Comitem Guidonē
nouellum in Illuſtriſſ.D.Ioannem Gonzagam,
ut dicitur in inſtrumento diuiſionis emanatæ in
ter Illuſtr. Dominos Alexandrum, Sigiſmon-
dum & Galeatium de Gōzagis,in cauſa produ-
cto: quare cum ſemel factum fuerit alienabile,
durare debet perpetuò alienabile,per l.pater fi
lium.§.quindecim.ff.de legat.tertio. ſicque So-
cin.arguit conſi.67.uol.1.conſil.165. colum.8.
uerſi.ſextò reſpondetur,uolum.2.ſequitur Tira
quel.in tracta.de iure primige.q.4.nume. 58.&
ex his dubia uidetur intentio Illuſtriſſi. Domi-
norum de Gōzagis agentiū. Quibus tamen nō
obſtantibus à concluſione ſuperius in conſilio
pro eis firmata recedendum nō puto per latius
ibi deducta,ex quibus non eſt opus aliter eam
comprobare,ſed ſatis erit his obiectis reſponde
13 re. † Ad primum igitur de tacita approbatio-
ne uenditionis facta per Illuſtri.D.Sigiſmondū
uirtute mandati per eum facti ad petendum cō-
firmationē dicti contractus à Cæſarea maieſta-
te,cōſiderandum eſt,ꝙ ipſe D.Sigiſmondus mo-
tus fuit ex vtilitate, quā ſibi putabat acceſſiſſe,
prout ſuadent illa verba [Cupienſque prædi-
ctus Illuſtriſſi.D. Sigiſmondus vēditor pro eius
vtilitate ꝑ Sereniſſimam Maieſtatē validari cō-
tractum prædictum] non autem motus fuit ad
petendam dictam confirmationem,non obſtan
te,quòd dictus contractus nō fuerit neceſſarius
ipſi D. Sigiſmondo,quare poſito quòd ex capi-
te prætenſæ vtilitatis per eum admiſſæ non poſ-
ſet reclamare,dicens immo contractum ſibi fuiſ
ſe damnoſum,& in multis præiudicialem: debet
tamen ſaltem illum nullum allegare, quia ne-
ceſſitate non concurrente factus fuit per addu-
cta in conſilio, num.38.cum ſequentibus: hoc
enim reſpectu nulla interuenit approbatio ſua
14 tacita vel expreſſa. † Et approbatio in vno fa
cta,non nocet in alio.Bar.in l. Aurelius.§.idem
quæſiit.ff.de lib.leg.Dec.conſi.317. & in l.1.nu
me.16.lectura ſecunda,& in tertia,nu.82.& ibi-
dem Curt.iun.nu.49.ff.ſi cer.pet.Cephal. conſi
15 lio 153.nume.98. † Immo ſi approbatio alicu-
ius capituli contenti in teſtamento, laudo , uel
in alia diſpoſitione, non operatur quòd cenſea
tur approbatum aliquod aliud capitulum ſepa-
ratū in eadē diſpōne contentū,ut eleganter po
nit Alex.conſi.123.colum.5.verſi.vnde non ſe
quitur. & Soc.iu.conſi.1. nume.68.volu.4. mul-
to fortius approbatio dicti contractus, vtilitatis
prætextu in eo nominatæ,non debet operari ꝙ
intelligatur approbatus dictus contractus præ-
textu deficientis neceſſitatis,de qua nihil in eo
dicitur,nec quidem partes dicere velle ſomnia-
runt.

16 rũt. † Sed ut concederemus utrunque caput, ap
probationem cõplecti, & ob id uideretur obſta-
re debere geminatũ cõſenſum Illuſtriſſimo D.
Sigiſmondo per deciſionem Caſtrenſis & De-
cij, de quibus ſupra, quibus addi poteſt Abb. cõ
ſi. 71. colum. pen. ſecundo dubio, uolum. primo,
Bellamera conſi. 24. colum. 5. verſicu. ideo ſi uen
ditor. Dec. conſi. 181. colum. 2. & conſi. 216. col.
fina. Rube. conſi. 133. colum. 3. conſi. 139. & con-
ſi. 147. colu. 5. quorum partem citat Crauet. con
17 ſi. 54. nume. 7. omnes uerò. conſi. 114. ad fi. † Ni-
hilominus eorum ſententia periculoſa eſt, cum
plures alii contrarium uoluerunt, vt Cor. con-
ſi. 11. uolum. 1. Roma. conſi. 54. uiſis circa id. Ca
ſtren. ſibi contrarius, conſi. 305. uolum. 2. ſicut &
Dec. conſi. 60. in fi. Soc. conſi. 89. colum. 3. volu.
1. Boeri. conſil. 28. & conſil. 39. & Cagnol. in l. 2.
nume. 72. C. de reſcind. uendit. quia ut ille dicit
propter æquitatem illius remedii, læſo ſuccur-
ri debet, etiam quòd conſenſus fuerit gemina-
tus, quia & in ſecundo conſenſu deceptio eſt: &
ob id Crauetta in conſiliis allegatis non fuit au
18 ſus illam priorum concluſionem firmare: † &
idem ſe reſoluens in conſi. 151. colum. fin. dicit,
quòd illorum opinio procedere poſſet data ſciẽ
tia approbantis, quia tunc cenſetur remiſſus do
lus in præteritum, & omnis læſio. Sed ſi in ap-
probatione caderet idem error, qui in primo
contractu, non uidet (inquit ille) cur ſubueniri
non debeat, etiam aduerſus contractum gemi-
19 natum: † ſicut dicimus de confeſſione quòd re-
uocari poteſt, velut erronea, non obſtante gemi
natione, ut ponit Roma. conſi. 391. quam opin.
dicit communem Dec. in l. 1. col. 2. notab. 4. C.
de erro. cal. & Soc. conſi. 228. colum. 1. uolum. 2.
probata tamen erroris cauſa, ut per eum. At in
propoſito dubitari non oportet tempore dicti
mandati Illuſtriſſimum D. Sigiſmondum pari-
ter erraſſe, ſicut tempore contractus, credendo
quòd ille cederet in eius utilitatem, & ex cauſa
neceſſaria factus fuiſſet, cum tamen totum op-
poſitum uerius eſſet, ut ample in conſilio dixi,
20 † & error talis in primis in dubio præſumi-
tur, ex quo tractat Illuſtriſſ. ipſe Dominus,
& ſubinde filii ſui de repetitione Caſtri Veſco-
uati cæterarumque rerum venditarum, & de dã
no euitãdo. l. ſed etſi me putem, ff. de condictio.
indebi. Barto. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & in
l. eum de indebito, ff. de prob. & in l. ſi poſt di-
uiſionem. C. de iur. & fact. ignor. pulchrè Dom.
meus Riminaldus conſilio 312. vbi & alios in a-
21 poſtill. aggregaui. † Confirmatur & tanto ma
gis error quòd hic Illuſtriſſ. Dominus tempore
dicti mandati minor erat, ſicut & tempore
contractus: unde præſumitur error etiam iu-
ris, nedum facti, d. l. cum de indebito. §. ſinau-
tem. l. regula. §. primo. ff. de iur. & fac. ignoran.
Aretin. conſilio 67. colum. 4. uerſiculo. quintò
& ultimò. Dec. conſilio 351. in fine. Craue. con-
ſilio 142. nume. 12. † Sed & ulterius me mul-
22 tum mouet nimia temporis breuitas, quæ in-
ter venditionẽ, dictumque mandatũ interceſſit:
nã venditio facta fuit anno 1546. die 3. menſis
Aprilis, mandatum verò die v. ita quòd inter-
medius tantum fuit vnus dies: quo ſtante nihil
aliud dici poteſt, niſi quòd ex tanta temporis
breuitate Illuſtriſſ. D. Sigiſmondus non fuerit
certificatus de qualitatibus dicti cõtractus, ſed
præſumatur cauſæ cognitionem non interueniſ
ſe, nec interuenire potuiſſe, dictãq; approbatio-
23 nem fuiſſe nullam, † ſicut & iura ſententias an-
nullant latas præcipiti feſtinatione ob temporis
breuitatem, l. 2. & l. fi. C. de ſent. ex peric. recit. l.
prolatam. C. de ſent. & interlo. & ibi Barto. l. 4.
C. de accuſ. l. meminerint. C. vnde ui. l. fina. C. ſi
p uim, vel alio modo. c. eccleſia S. Mariæ. de cõ
24 ſti. c. nos in quenquam, 2. q. 1. † quæ ſententia
ferri debet cum cauſæ cognitione, etiam quòd
ſit interlocutoria. l. à procedente. C. de dilatio.
Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, ff. de of
fic. procon. & in l. quod iuſſit, colum. pen. ff. de
re iud. Alex. conſi. 33. colum. fi. volum. 1. Calca.
conſi. 115. col. 1. ſed ex breuitate temporis præ
ſumitur cauſæ cognitionem non interueniſſe,
ut habetur in dictis iuribus, ſicq; declarat Cra.
conſi. 153. col. 1. & Pariſ. conſi. 11. nu. 61. uolu. 2.
25 † vnde ſtante ignorantia & errore Illuſtriſſ.
D. Sigiſmondi circa defectus, quos patiebatur,
uenditio per eum facta, dici non poteſt quòd fa
ciendo dictum mandatum, dicatur illam appro
baſſe, vt per Alex. conſi. 135. col. 1. volu. 7. Crau.
26 conſi. 226. nu. 7. Alciat. reſp. 132. nu. 13. † error
enim conſenſum excludit. l. ſi per errorem, ff. de
iur. om. iudic. Abb. & Felyn. in c. ſi cautio, circa
prin. de fid. inſtrum. Galliau. in Rubr. ff. de ver-
bo. obliga. nu. 52. Ceph. conſi. 220. nu. 29. Alcia.
reſpon. 97. nu. 3. Cra. conſi. 257. nu. 2. & errantis
nulla eſt voluntas. Afflic. in c. 1. not. 3. num. 20.
de pace iuramen. firman. nec errans quicquam
fateri dicitur, l. non fatetur, ff. de confeſſ. Soc. iu.
conſi. 3. nu. 28. vol. 2. & propterea debet Illuſtr.
Dominus Sigiſmondus, aut eo mortuo filii ſui
debent audiri, dicentes dictam venditionẽ fuiſ
27 ſe nullam, † quoniam erranti facillimè poſt a-
gnitum errorem ſuccurritur, ut inquit Iodocus
Damouderius in enchiridio parium aut ſimiliũ
iuris, in ver. dubius. & ex prædictis ceſſant vno
verbo, quæ dicebantur voluntatem magis ex fa
ctis quam verbis colligi: nam procedunt in ſciẽ
te, ſecus in ignorante. Ad ſecundum verò de cõ
firmatione Caroli V. ſubſecuta diligẽtiusquàm
adducatur, eſt ſuper ea conſiderandum, quoniã
motus fuit Imperator ille nominis æterni, ad re
lationem Capilupi procuratoris partium dicẽ-
tis, quòd Illuſtriſſi. D. Sigiſmondus per decretum
Ducis Mantuæ, uel eius tutorum habilitatus de
euidenti eius utilitate plenè informatorum Ca
ſtrũ Veſcouati uendiderat &c. vnde ſub pretex
tu utilitatis allegatæ uenditionẽ & contractum
prædictum approbauit. At huiuſmodi cauſa fal-
ſa fuit, nam damnoſa, non utilis fuit illa uendi-
tio, prout in conſilio latè deduxi. igitur confir-
28 matio prædicta ualere non debet, † quia con-
firmatio, licet ex certa ſcientia facta, non purgat
falſitatem narratorum, ut not. Domini de Rota
deciſ. 2. de confir. util. uel inut. in nouis, quos re
fert

fert Dec.in c.1.nu.10.eo.tit. ſimile videmus in decreto,quod vbi proceſſit ex falſa cauſa nullũ eſt,& vitiatur,vt in conſilio latè deduxi,nume.
29 209. † & ratio eſſe poteſt,quia confirmatio de ſui natura trahitur ad iuſta tantum, non autem ad iniuſta,ut not.Bar.& Doctores in l.1 per gl. ibi;ff.de his qui ſunt ſui. tradit Roma. conſilio 218.præſens conſultatio,col.3.Natta conſi.193. nu.3.at iniuſtum eſt ſeruari venditionem tã dãnoſam minori ſibique præiudicialem, citraque neceſſitatem factam,vt alias dixi, ergo ad eam
30 confirmatio Imperatoris porrigi nõ debet. † Et in quantum dicebatur,quòd cum dicta confirmatio facta fuerit ex certa ſcientia, debet augere,quoniam immo natura confirmationis eſt, dare robur confirmato,non autem illud extendere ad id,quod in eo non continebatur.vt notab.dicit Bal.in l.aduerſus,in fi.C.ſi aduer.rem iud.per l.Aurelius,§.in teſtamento,ff de lib.lega.ſequitur Rui.conſi.97.colum.1.vol.3. Alex. conſi.137.vol.6.Cor.conſi.124.vol.3.Cur.con ſi.67.Portius Imol.in ſuis Regulis,&cõibus opinio.conclu.10.col.fi.lib.1.vnde cum in venditione non contineretur,quòd facta fuerit ex neceſſaria cauſa, nec verè ſubeſſet, ſicut nec verè vtiliter facta fuit, ad id cõfirmatio prædicta por
31 rigi non poteſt. † Et ad obiectum quo dicitur confirmationem ex certa ſcientia actum extendere,reſpondetur illud intelligi debere quantum ad hoc,vt actus recipiat extenſionem reſpectu iuris,quod de nouo cõfertur, nõ autem reſpectu facti,quod patet ex ratione Baldi in d.c. ex parte,dicentis quòd eo caſu cõfirmatio debet extendere,quia aliàs occuparet mẽbranas: hæc enim ratio ceſſat vbi ius nouum confertur, ſiquidem vbi confirmatio non eſſet facta ex certa ſcientia,non valeret,& nihil operaretur, ſi actus eſſet nullus.c.inter dilectos,de fide inſtr. c. quia diuerſitatem,de conceſſ.præben.c. pen. de confir.vtil.vel inut.ſed vbi ex certa ſcientia fit confirmatio,validatur actus nullus ex defectu ſolennitatis omiſſæ,quæ ſuppletur,c.1,de tranſ. & ita declarant Ioan.And.Butri.Card.& Imol. in d c.inter dilectos,& poſt eos Rui.pulchrè cõ ſi.12.nu.18.vol.3.concludens quòd iſto caſu, & non in præcedenti dicitur actus confirmatus extendi,non quidem reſpectu facti, ſed iuris tantùm:alias ſi quo ad ius & factum fieret extẽſio, non poſſet aliquo reſpectu dici confirmatio ſecundum Imol.in d.c.inter dilectos. Et hoc eſt quod voluit Bal.in dictis locis,vt cõcludit Rui.
32 † quare in propoſito noſtro,licèt dicta cõfirmatio ex certa ſcientia poſſet extendere contractum conferendo ius nouum,hoc eſt ſupplendi defectum ſolennitatis omiſſæ,& validando cõtractum,qui dicebatur vtilis, non tamen extendere debet ipſum contractũ reſpectu facti, hoc eſt vt dicatur ex neceſſitate factus,quæ nec interuenit,nec allegata fuit,meritò non debẽt impediri filii Illuſtr. D.Sigiſmondi ex iſto capite illũ
33 impugnare. † Secundò reſpondetur etiam, ꝙ confirmatio cum clauſula,ex certa ſcientia,non debet extẽdere diſpoſitionem in præiudicium tertii,de quo princeps non fuerit informatus, ut declarat. Caſtr.conſil.159. quæſtio iſta vertitur.ad fi.Alex.conſi.120.ad fi.vol.4.& Rui.conſi.60.nu.5.vol.1.Ceph.cõſi.133.nume.110.prout euenit in caſu noſtro,quia Carolus V. non fuit ĩformatus de qualitatibus ipſius cõtractus. Et inquantum dicebatur per illam clauſulam ſuppleri defectum nedum ſolẽnitatis & formæ, verum etiam perſonæ,tam etſi Baldus allegatus ab Alexãdro in d.conſil.120.col.pen.volu.4.id non dicat, nec in titulo per Ruinum citato in
34 conſi.275.num.20.vol.1. † nihilominus dici poteſt ſuppleri per eam defectum perſonæ,quãdo defectus eſt iuris poſitiui, ſecus ſi naturalis ſit, aut diuini iuris defectus,ut in clauſula,ſupplentes omnem defectum,dicunt Butrius Abb. & alii in c.primo,de trãſ.Alex.in l.filius à patre.§. fi.ff.de lib.& poſth.& idem Ruin. d.conſi.175.
35 nu.21. † at in pupillo uel minore qui non poteſt uendere prędia & alias res immobiles, l.1.l. magis puto.& per totũ.ff.de reb.eor.l. lex quæ tutores.C.de adm.tut.ſine dubio dicitur id prohiberi propter defectum naturalem, uidelicet ætatis imperfectæ.l.fi.C.de his qui uen.ęta.impe.ubi perfectam ætatem Doctores illam appellant,quæ naturalis eſt,hoc eſt annorum 25.igitur minorem ætatem uolunt imperfectam dici
36 propter defectũ naturalẽ.† Ad aliud uerò de clauſula nõ obſtãtibus, ꝑ quã cõfirmatio dẽt operari in præiudicium cuiuſcunque tertii,reſpondetur id eſſe uerum in eo,quod eſt introductum de iure ciuili,ſicut eſt actio & exceptio,ſuper quo princeps habet plenitudinem poteſtatis,& poteſt præiudicare,ſecus autem quando vult auferre,quæ ſunt,de iure naturali uel gentium,in quibus ſine cauſa præiudicare non poteſt,ut eſt dominium,iux.plenè not.in c. quæ in eccleſiarum,de conſti.& in l.fina.C.ſi contra ius.ſicque declarat etiam Ruin.in d.conſi.175.
37 nume.22.volum.1. † & in hoc caſu uerſamur: agimus enim de feudo quæſito mediante contractu principis,ideo tolli non põteſt ab eo, vt ponit,Dec.in d.c.quæ in eccleſiarum,nume.36. Rui.conſil.7.nu.32.uolum.1.& ſentit Gra.conſi.135.nu.22.in fi.tantoque magis ubi tractatur de derogando iuri alicuius agnati in inueſtitura comprehenſi,prout erat Illuſtriſſ. D. Sigiſmondus in conceſſa Illuſtriſſ.D.Ioanni Gonza
38 gæ,prout ponit Cur.iu.conſi.138.num. 8. † Et hoc etiam comprobatur,nam feudum eſt cõtractus nominatus, vt tradit Bar.in l. iuriſgẽtium. §.quinimmo.nu.19.ff.de pact. & poſt eum Iaſ. nume.16.qui latius idem ponit,cõſi.8.nu.32.inter conſilia Bruni,in ſuis uerò conſi.233.uolu. 2.& in prælud.feud.nu.34.Pariſ.conſi.22.num. 47.uolum.1.Zaſ.in tracta.feudo.in titulo de orig.nume.5.Cur.iun.in eodem trac. prima par. 9.q.princ.mod. Galli in conſue.Pariſ.§.1.glo.9. nume.4.Crauc.in trac.de anti.temp.in prin.nume.5.ubi communem teſtatur. ſicut & Iulius
39 Clarus lib.4.ſententiarum.§.feudum.q.6. † meritò princeps ad eius obſeruationem tenetur,ſicut & aliorum cõtractuum.c.1.& ibi no.omnes, de

de prob. maximè Feli. Dec. & Bero. Pariſ. in d.
conſi. 22. nume. 46. uolum. 1. Cur. iun. in tracta.
de feud. 2. part. nu. 12. q. 1. Iacob. à S. Georg. de
feud. in ver. princeps, & abundè Rui. in d. conſi.
7. nu. 30. volum. 1. Catel. Cot. libro memoria-
lium, in verbo, legitimatio facta per Imperato-
rem, de feudo loquẽs. † Quoniam principis o-
40 bligatio ligat eũ, licèt ex cauſa lucratiua proue
nerit, ut inquit Dec. in d. c. 1. de prob. nu. 6. Rui
cõſ. 17. nu. 2. vol. 5. Pariſ. cõſ. 2. n. 134. vol. 4. Nat.
conſi. 122. colum. 2. Ad aliud quoque de clauſu-
la plenitudinis poteſtatis Imperialis, qua fuit v-
ſus Imperator in dicta confirmatione, per quã
præſumitur uoluiſſe auferre ius tertio quæſitũ,
vt dicebatur, & ob id fruſtra laborare videntur
Illuſtr. filii D. Sigiſmondi cæterique litis cõſor-
tes, animaduerti debet quoniam ſcitu dignum
eſt, & animaduerſione notabili, cum per illud in
feratur, quòd ſi Carolus V. præſumitur voluiſ-
ſe D. Sigiſmondo cæteriſque ius ſuũ tollere, po
tuerit id facere plenitudine ſuæ poteſtatis vten
do, nam vana redderetur illa præſumptio volun
tatis, ſi volens non poſſit alteri præiudicare ple-
41 nitudine poteſtatis vtendo. † Et certè non de
ſunt infiniti, qui id dixerunt, & cõſtanter tenue
runt, vt omittam Baldum in l. 2. colum. 6. verſic.
Item nota quòd ſi Papa, C. de ſer. & aqua, & in
l. reſcripta, colum. fi. ver. tertiò quærunt Docto
res, C. de preci. impe. offer. quem ſic ſenſiſſe per
pendit Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, ſub nu.
29. nam Ange. in l. item ſi verberatum, §. primo,
ff. de rei uendic. clarè dixit Imperatorem poſſe
auferre mihi dominium rei meæ, etiam nulla cã
ſubſiſtente, & quòd qui contrarium dicunt mẽ-
tiuntur. & idem uoluit in l. 3. §. ſi is, pro quo, ff.
de quod quiſ. iur. ſequitur Soc. conſi. 83. volu. 3.
Andr. Sicul. conſi. 64. col. pe. uol. 4. Dec. conſil.
191. colum. ſecunda, cõſ. 198. col. ſecunda. conſi.
269. col. 4. Cur. iu. conſi. primo, col. 7. conſ. 138.
Gozad. conſi. 5. Ceph. conſi. 12. nu. 19. Soc. iun.
conſilio 92. nu. 11. volu. ſecundo, & alios quam
plures cumulat Fernand. Vaſquius, lib. primo
controuerſiarum Illuſtrium, cap. 5. num. 15. per
duas columnas vagando. Idemque tenet Boſſi.
& communem teſtatur, in titul. de principe, nu.
190. poſt Soc. conſi. 264. col. 4. † & horum ſen
42 tentia perſuaderi poteſt, ſi conſideremus maxi-
mam & incomparabilem eſſe Imperatoris pote
ſtatem, nam ſicut Deus eſt princeps in cęlis, ita
Imperatorem ſuum vicarium & dominatorem
in terris conſtituit, l. ſecunda, ibi [Sed quia diui-
næ res] C. de uete. iure enuc. & ideo poteſt de ni
hilo aliquid facere, & mutare quadrata rotun-
dis, capitulo, propoſuit, vbi glo. de conceſſ. præ
ben. Abb. in c. cum ueniſſent, de iudic. & ut fa-
ctum pro non facto, & ſcitum pro nõ ſcito ha-
beatur, capitulo, is qui fidem, de ſponſ. clemen.
43 prima, de conceſſ. præb. † Et tãta eſt celſitudo
ſupremi principis, quòd ſibi non poteſt lex im-
poni, cum Deus illi leges ſubiecerit. Bal. in cap.
primo, in fi. de alie. feud. & quando facit aliquid
de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt.
Bal. in proœ. decret. colum. quarta, nec ei dici,
cur ita facis? Bal. ibidem, colum. 9. nec audiri de
bet aliquis aduerſus illud, ſed ſibi debet imponi
perpetuum ſilentium. Bald. in c. primo, §. ſi quis
autem, in prin. de pac. Conſtan. & in ſumma de
plenitudine poteſtatis omnia poteſt, vt inquit
Anch. iun. in 6. q. li. ſecundo quæſtionum fami-
liariũ, col. prima. Quare Iodocus Amouderius
in enchiridio parium aut ſimilium iuris, in uer.
princeps. ſecundò principis animum cum flumi
nis uel maris impetu comparat: nam ſicuti flu-
minum uel marium impetuoſi impetus, exunda
tiones & uiolentæ diuiſiones ſæpe tota dominia
nobis eripiunt: ita quoque principes dominia,
fundos, poſſeſſiones, aut priuilegia donant, & e-
44 ripiunt. † Hinc ut arbitror interpretantes ali-
qui textum in l. prima, ff. de conſti. prin. & in §.
ſed quod principi. Inſtitu. de iure nat. vbi dici
tur [Quod principi placuit, legis habet uigorẽ]
quid autẽ aliud ſignificat placitum quam quod
cuique libet facere? Placere enim & libere, uo-
luptatis ſunt & libidinis vocabula, non rationis
& cõſilii. Itaque Anaxarcus, cum diſcruciaretur
Alexandrer, Clitum à ſe occiſum eſſe, dixiſſe
fertur, ſine cauſa eum diſcruciari de Clito, quẽ
iure occidiſſet: ueteres enim omnes memoriæ
prodidiſſe iuſtitiam Ioui Deorum Principi ſem
per aſſidere, vt ſciremus quicquid Regi placuiſ-
ſet facere aut dicere, id iuſtè factum, dictumque
5 eſſe. † Sed tantum in oppoſitum plures verſan
tur, ut Bal. Ale. & Iaſ. in l. ſi teſtamentum. C. de
teſta. Iaſ. in l. Barbarius, nume. 35. ff. de off. præt.
Craue. conſi. 241. num. 10. Menoch. libro primo,
de arbitra. iud. q. 48. nume. 7. & cæteris longè la
tius Portius Imolen. lib. 5. regularum, concluſ.
15. ubi citat infinitos, qui communem & com-
46 muniorem teſtantur. † pro qua mihi videtur
eſſe glo. notab. in l. quotiens. in fi. C. de prec. im
per. offer. quæ dicit quòd princeps etiam ex cer
ta ſcientia non poſſet, ſi uellet mihi dominium
rei meæ auferre, cum illud habeam de iure gen-
tium, ſiue naturali, quod eſt immutabile; §. ſed
47 naturalia, Inſti. de iure nat. † nam quod inquit
illa glo. de certa ſcientia principis id facientis,
æquipollet ei facienti de plenitudine poteſtatis,
ut not. Abb. in capitulo, ad hæc. de reſcri. in c. cũ
inter, colum. prima, de excep. in c. cum olim, co
lum. 6. de re iud. & in not. caſu tradit Roma. con
ſi. 369. circa primum, 5. dubio. Dec. conſi. 191. co
lum. 2. Craue. conſil. 182. nu. 18. Dominus meus
48 Riminaldus conſilio 93. num. 50. † Et hanc con
cluſionem intelligo de iure loquendo, non autẽ
de facto, prout declarat Cyn. in l. reſcripta, col.
fi. C. de prec. impe. off. ubi dicit quod de iure nõ
poteſt, licet de facto hoc faciat: tunc enim ſucce-
dit, quod inquit Boſſi. in titulo de principe, nu-
me. 25. quod contra ſtimulum non poſſumus cal
citrare, & quod Criſpus Saluſtius, vt eſt apud Ti
tum Liuium, monuit, uideret ne Tiberius uim
principatus reſolueret, cuncta ad Senatum uo-
cando: eam enim eſſe conditionem imperandi,
ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi per unũ red-
datur, quæ cauſa eſt, ut inquit Plutarchus, quòd
Tyranni nolint de aliorum ſententia conſilium
cape-

cȧpere, ꝙ tanquam alterū principem in Regni
ſocietatem: ſic rationem timent in conſilium co
gitationum ſuarum admittere, ne bonum quod
unum nouerunt ſuæ potentiæ, quicquid libue
rit faciendi, communicato eum ratione imperio
deperdant: aliud enim rationem ſuadere, aliud
libidinem. libido namque poteſtati omnia ſubii
cit, rō uerò poteſtatē æquitatis regula dirigit, ſe
citque vt quamuis præpotens ſit, vnum ſe tamē
de multis eſſe cognoſcat: quod multo facilius ſa
cturi ſunt principes, maximè literarum ignari,
ſi penes ſe habuerint doctiſſimos & expertos ui
ros pro cōſilio Mithridatis exemplo Regis Pō-
ti, qui tanto tempore uitæ ſuæ viros eminentiſ-
ſimæ ſcientiæ penes ſe pro conſilio laudabiliter,
& honoratiſſimè tenuit, vt refert Iulius Ferret-
tus, in tracta. de non ponendo exercitum in di
ſcrimen fortunæ, num. 19. † Vnde quæſtio præ
49 ſens referri debet ad ius, non ad factū quod &
Bal. eleganter ſenſit conſil. 345. ad euidentiam
præmittendum eſt, quòd Imperator. colum. 2.
uolu. 1. vbi dicit quòd clauſula de plenitudine
poteſtatis, intelligitur de poteſtate bona & lau
dabili non vituperabili uel tyrannica, nam
non debet imperator poſſe, niſi quod de iure
poteſt: & quòd iſta temeraria & abuſiua cau-
tela, qua hodie principes abutuntur in ſuis re
ſcriptis deberet in totum eradicari ab Aula,
50 donec ira in uſu frequentari: † vtque ſcribit
idem Bal. in capitulo. primo, de feud. Mar. prin
ceps auferens ius alterius de poteſtate abſo-
lura ſine culpa dicitur tyrannus, quia plenitu
do poteſtatis non tribuit aliquod iniquum,
quod dictum refert & ſequitur Cur. conſilio
16. columna nona, in fine, conſilio 35. columna
51 nona, in fine, conſilio 74. columna 28. † nam
debet intelligi plenitudo potoſtatis Impera-
toris aut Papæ, claue diſcrerionis non erran-
te. glo. 2. in cap. quanto. de iure iur. in cap. non
eſt, de uoto. Ia ſ. conſilio 233. colum. 8. uolu. 2.
† Et vbi princeps vtitur plenitudine poteſta-
52 tis in re iniuſta, non dicitur plenitudo poteſtatis
ſed plenitudo tempeſtatis, vt inquit Cardi. Me-
diol. in cle. paſtoralis. de re iud. quem refert, &
ſequitur Soc. conſi. 164. colum. pen. uoln. 2. con-
ſi. 120. col. pen. vol. 3. Fulgo. eo prior, conſ. 61. co
lum. pen. Cur. conſi. 73. col. 19. Neuiza. conſilio
12. colum. 26. inter conſilia Brunl, quos omnes
cumulat Cra. conſil. 241. ſub nume. 20. & latius
exornat Fernand. Vaſquius, libro primo con-
53 trouer. Illuſ. cap. 5. nume. 17. † Quibus acce-
dit Natta conſi. 268. nume. 4. dicens quòd Pa-
pa de plenitudine poteſtatis nō poteſt legitima
re filium Regis decedentis ſine filio legitimo ad
præiudicium conſanguinei, cui Regnum defer-
retur ex conſuetudine tali caſu priuando illum
Regno ſine cauſa legitima, prout notant Domi.
& Imol. in c. grandi, de ſupplen. negli. præla. &
54 Alex. conſi. 15. colum. 1. uolum. primo. † Immo
verò Fernand. Vaſquius loco citato, nume. 15.
dicit, quòd in hoc articulo non minus frequen
ti quam arduo & malè digeſto, vix eſt vt in Prin
cipe legitimo, & ſimplex ius Principatus haben
te ſit dare plenitudinē poteſtatis, quæ quicquā
differat aut diſtet ab ordinaria poteſtate: nam
princeps ex ordinaria poteſtate rem ſubditi ſui
duobus demum concurrentibus requiſitis au-
ferre poteſt. Primum quòd fiat id ex cauſa pu-
blicæ vtilitatis vel neceſſitatis: alterum quòd ei
detur congrua & moderata recōpenſatio, quia
tempore neceſſitatis omnia ſunt communia: ſic-
que qui uitam ſocialem, popularem, ac politi-
cam delegit, huic legi ſe ſummittere uidetur, † vt
55 publicam vtilitatem commodis priuatis antepo
nat, authentica, res quæ. C. communia de lega.
& conſequenter poſcente rei publicæ commo-
do, vel neceſſitate res ſuas ei conferat & conce-
dat: idque comprobat Vaſquius ex Cicerone
libro 2. de legib. dicente, Reſpublica nomen v-
niuerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori, & cui nos to-
tos dare, & omnia noſtra ponere, & quaſi conſe
crare debemus. Et ſicut ad hæc omnia extēdit
ſe ſe poteſtas ordinaria principis, ita & poteſtas
abſoluta vel plenitudo poteſtatis vltra progre-
di neque in minimo poteſt: nam etiam de pleni
tudine poteſtatis Princeps efficere nequibit, vt
ceſſante publica vtilitate & neceſſitate res mea
mihi inuito auferatur: per hoc enim mihi fieret
iniuria & violentia, quæ res longè aduerſantur
iuri & naturæ meri Principis, qui vt proſit, &
tueatur, non ut obſit, & lædat, creatus eſt.
56 † nam ad officium principis ſpectat Reipubli
cæ & priuatorum cōmoda procurare, vt in Au
then. de reſti. & ea quæ par. §. quam ob rem. ete
nim bonus princeps commodum ſubiectorum
ſolet proprium extimare l. 1. §. fi. C. de cad. toll.
& tradit Iſer. & poſt eum Matth. de Afflict. not.
primo, in c. primo, de prohi. alie. feud. per Lota.
& idem Afflict. in c. 1. §. poſt natale de pac. tenē.
dicēs, quòd ad principem ſpectat habere curam
57 de vtilitate ſubiectorum. † Et in hoc differt bo
nus princeps à tyranno, quia princeps tendit
ad bonum commune, tyrannus uerò ad prupo
ſitum ſuum, ſecūdum Philoſophum 3. politico.
& Iacob. de S. Geor. in inueſtitura feuda. verſi.
princeps Pedemontium. poſt prin. ſequitur So
ci. iun. conſi. 60. nu. 32. cum ſequent. volum. 3.
& quod Princeps agit, ſine alterius iniuria age-
re debet, vt ponit Rolan. à Valle conſilio 97. nu
58 me. 35. vol. 1. † Nec immeritò, quia princeps
omnibus eſt pater communis. Luc. de Penna in
l. qui conditioni, col. 2. C. de his, qui ſpon. mun.
pub. lib. 10. & in l. 1. col. 2. C. de ſuperindi. eo. li-
bro. Afflic. in c. 1. §. ſed nec eſt alia, num. 57. quæ
ſit prima cauſa. beneſ. amitt. & in c. 2. num. 2. de
prohi. feud alie. per Lota. Rolan. à Valle conſi.
18. n. 18. & conſi. 91. nu. 39. vol. 2. cum ſimilibus.
59 † Et in hanc partem libentius inclino, quoniā
Craue. conſi. 241. num. 20. dicit quòd Angelus
(qui contrariæ ſententiæ fuit anreſignanus) nō
vt Angelus locutus eſt, ſed ut homo mendax,
& moderni Galli poſt Dec. conſilio 269. adfir-
marunt illud Angeli dictum eſſe falſum & adu
latorium; ſicut & illud arbitror quod inquit
Natta cōſi. 512. nume. 19. ſi aliquod motiuum,
licet leue mouet principem, poſſe eum de ple-
nitudi-

nitudine poteſtatis facere quod ei libet, iux-
60 ta illud antiquum, Si libet, licet. † Nec iura quibus Angelus mouetur, probant eius intentionem, nam mouetur inprimis per d. l. item ſi verberatum. §. primo, ibi [ Et militibus aſſignatus ] dicens ibi eſſe caſum quòd Imperator de plenitudine poteſtatis auferre pòteſt nobis dominium etiam nulla cauſa ſubſiſtente. Et tamẽ non aduertit, quòd immo res aufertur ibi ex cã publicæ vtilitatis, hoc eſt vt militibus aſſignetur, qui pro Repub. pugnarũt, ſicque Bello. conſilio ſecundo, numero ſexto, illum text. interpretatur dicens cauſam fauoris publici verſari, & ad vtilitatem publicam tendere, ſi ager tertii diſtribuatur militibus: ſicut ſi ſeruentur milites dicitur ad neceſſitatem Reipublicæ fieri, vt tradit Iulius Ferrettus in tractatu de medela conſeruandi exercitum, nu-
61 mero quarto. † Hinc illud deſcendit, quod voluit Albericus in l. prima, ff. ad leg. Rodi. de iac. quòd ſi venirent hoſtes ad ciuitatem, & ciuis eundo ad portam illis reſiſteret, & equus ſibi moreretur, ei emendari deberet per commune, quod etiam voluit Baldus in l. ſecunda, eodem titulo, modò gratis iuerit ad bellum, non ductus mercede, ſecundum Guil. de Cun. in l. ſi laborante, ff. eodem & ibi Alexander in additio Bartol. ſequitur Bologni. vt notatu dignum in additio. Ioan. de Ana. conſilio ſeptuageſimoprimo, in fine, & Rolandus à Valle conſilio 69. numero trigeſimoprimo, volumi. 1. non alia ratione milites eo caſu reſtaurantur per commune, niſi quia pro Republi. & ad vtilitatem publicam pugnarunt, ſicut & in bello morientes pro Republica cecidiſſe dicuntur, Inſtitutio. de excuſatio. tuto-
62 rum, in fine prin. † Adducit & Ange. tex. in l. 2. & in l. bene a Zenone. C. de quadrup. præſcr. vbi princeps vendit ſeu donat rẽ alterius, la pſoque quadriennio ſecurus eſt acquiſitor, ſed nec perpendit Angel. ibi plura concurrere, quibus illa deciſio toleratur, primò recompenſatio pretii ſeu ualoris rei, quam princeps pollicetur comparenti domino infra quadriennium, ſecũdò, quòd procedit ex bona fide Principis credentis rem quam donat, aut uendit eſſe ſuam:
63 † non autem quando ſcienter donat, aut uendit alienam, ut per glo. in l. ſecunda, C. de cõmu. rer. alie. & in l. 1. in verſiculo, diſtrahatur. C. de vend. reb. fiſcal. libro decimo, cum ſimilib. per Dec. conſilio 457. columna penultima, ad finem. Bero. in cap. quę in eccleſiarum, numero 153. & infiniti, quos ego cumulaui in §. primo, Inſtitutio. quibus alie. licet, numero 59. Tertiò quòd ibidem concurrit negligentia domini p quadriennium continuum non perſequentis ius ſuum contra principem, qui forſan aut rẽ ſuam illi reddi procuraſſet, aut æquiualentem,
64 uel eius ualorem illi dediſſet. † negligens enim, qui ad aliquid infra certum tempus tenebatur, puniri ſolet in amiſſione rei, vt in vaſallo uidemus non petente inueſtituram per annum, & diem ab hærede domini, capitulo primo, in principio, quæ fuer. prima cauſa beneſi. cum ſimilibus per Mantuam conſilio 316. nume. 2. volum. primo, quaſi quòd ita negligẽdo dicatur dominum contemnere uel quòd permittendo ſibi labi tempus à lege indultum videatur ius ſuum remittere, l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. l. Titia, ff. de vſucap. & declarat
65 C rot. conſilio 78. nume. 15. † non enim negligentibus ſubuenitur, ſed impeditis rerum neceſſitate. l. non enim. ff. ex quib. cauſ. ma. & ſibi debet imputare, quia ſua culpa ſe excludit. l. ueteres, in fi. ff. de iti. actuque priua. Alexand. conſi. 105. ponderatis, colum. 1. volum. 5. Ceph. conſil. 89. nume. 25. vnde caſus illarum legum (ut ad eas reuertar) tot particularibus cauſis munitus non eſt ad noſtrum trahendus, quòd princeps nulla de cauſa poſſit ex plenitudine
66 poteſtatis rem auferre domino illius. † citat & Angel. tex. in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarii, ff. de uſufr. qui ſibi non ſuffragatur: loquitur enim de inpẽſa reficiendi cloacas, aquæductus, aut uiam, aut ob tranſitum exercitus, ad quam tenetur fructuarius, quod eſt quia cùm in de ſentiat commodum fructuum, debet & onus ſentire. l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & qa onera prædicta reſpiciunt vtilitatem publicam, l. ad portus. C. de oper. publi. vnde & eccleſia tenetur. l. ad inſtructionem. C. de ſacr. ſanc. eccleſ.
67 & latè dixi in conſilio 2. † & ſic adeſt cauſa publicæ vtilitatis ibi, propter quam quis re ſua priuatur: quod bene princeps facere poteſt, ut no. Bartol. in prooemio digeſtorum, columna ſecũda, in l. quæcunque, in fine. C. de fide inſtrumentorum, libro decimo. Bald. in d. l. reſcripta, latè Felyn. & Dec. Berous, & Mantua in capitulo, quæ in eccleſiarum, de conſtitutio. glo. penultima, in d. l. Barbarius, dicens quòd ex cauſa iuſta princeps alienum ſeruum manumittit. Dec. in conſilio 269. columna tertia, conſilio 271. numero ſexto, conſilio 286. columna penultima, conſilio 357. columna penultima. Gozad. conſi. 5. numero 18. Natta conſilio 522. nu. 29. Socin. iun. conſilio 113. nu. quarto, volum. ſecundo, conſilio 68. numero 181. volumine tertio, conſilio 17. numero ſexto, conſilio 29. numero 34. volumine quarto. Bellon. conſilio 2. nume. 6. Pariſ. conſilio 69. nume. 49. volumine primo. Fernand. Vaſquius libro primo contro uerſiarum Illuſtrium, cap. 5. num. 19. qui multis hanc opinio. decorat, & Viuius in ſuis communibus opinionibus, in verſic. princeps, columna
68 2. vbi magis communem teſtatur. † Sed nec Angelo deſeruit tex. in l. ſi priuatus, ff. qui, & à quibus, quam citat vbi fit mentio de priuato coacto à populo ſeruum manumittere, quaſi ſupponat Paulus id populum facere poſſe, & ſic dominũ dominio illius ſerui priuare, quia totum contrarium probat ille tex. vt Bar. ibidem notat, dicẽs quòd populus non poteſt mihi ius meum auferre, probatque tex. dicens [ quanuis voluntatem accommodauerit, tamen non erit liber, nam & Diuus Marcus prohibuit ex acclamatione populi manumittere ] vnde ſatis erra

uit Ange.in hoc,ſicut & in adductione legis
69 motiesin fine. ff.de pollici. † vbi loquitur de
illo, cui Reſpublica neceſſitatem impoſuit ſta
tuarum principi ponendarum: nam id factum
non ualet,vt ibidem not.Bartolus, dicens quòd
ciuitas per ſuum ſtatutum non poteſt auferre
ius alterius, ſingulariter vni vel quibuſdā præ
cipiendo,quod etiam tradit in l.Antiocenſium.
ff.de priuileg.credito.ſequitur Alexan.conſilio
188.columna antepenultima,verſiculo,ad ter-
tium,volumine tertio.Gozad.conſilio quinto,
numero vigeſimoprimo: probatque tex. di-
cens [qui non promiſit, non eſt neceſſe ei ob-
temperare] licèt enim colligatur à cōtrario ſen
ſu quòd promittens obligetur, tamen id non
procedit ex facto ciuitatis & eius compulſio-
ne, ſed quia promiſit ille: quod patet, quia po
terat reſiſtere, vt per gl.ibi, & non promitten-
70 do, non fuiſſet obligatus, vt inquit tex. † De-
mum verò tex.in l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com
munia prædiorum. quo mouetur Ange.vbi per
conſuetudinem licet cædere lapides in alieno
fundo, & ſic domino ius ſuum aufertur,ſecum
affert rationem & cauſam vtilitatis publicæ, quia
ex illis lapidibus fiunt ædificia, quibus ciuitas
ornatur.l.2.l.ſi quis.C.de ædif.priua. & hæc eſt
illa iuſta & rationabilis cauſa, in qua fundatur
illa conſuetudo, quam non excogitauit Bero.
in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum, nec ex-
preſſit numero 134.licèt intellexerit illum tex.
procedere demum quando dicta conſuetu-
do fundaretur in iuſta & rationabili cauſa,quæ
71 publicam vtilitatem concerneret. † Et ſicut
ex prædictis apparet Angeli ſententiam iuri-
bus ſuis non probari, pari quoque modo nec
rationibus ſupra deductis iuſtificatur:nā quod
dicebatur Imperatorem in terris dominatorem
fuiſſe conſtitutum.l.2.§.ſed quia diuinæ res.C.
de uete.iure enuc.reſpicit vniuerſalem admini-
ſtrationem,prout ſuadent uerba text. dicentis
[quia ideo Imperialem fortunam rebus huma
nis Deus propoſuit, vt poſſit omnia, quæ no-
uiter contingunt & emendare & componere,
& modis & regulis competentibus tradere] idē
72 que plerique Doctores affirmarunt, † qui di-
xerunt Imperatorem eſſe mundi dominum,
prout dicitur in l.deprecatio.ff.ad leg.Rod.de
iact.ibi [ego quidem mundi dominus] reſpectu
dominij vniuerſaliter conſiderati, adeo quòd
ſi alius mundum teneret, poſſet Imperator il-
lum vendicare, ſed res ſingulariter conſide-
ratæ ſunt in dominio ſingulorum, non aūt Im
peratoris: ita Bartol. in l.1.§.per hanc, ff. de
rei uendicatio.& in extrauagan. ad reprimen.
in uerſiculo,totius orbis.Iaſ.in l.cunctos popu
los lectura prima,columna ſecunda.C.de ſum-
ma trinita.Alberic.& Cagnol. in proœ. dige-
ſtorum,numero vigeſimo:quare patet eum nō
poſſe rerum particularium dominium parti-
cularibus perſonis earum dominis auferre.
73 † Et ad aliud, in quo dicebatur quòd princi
pi lex imponi non poteſt,nec ei dici, cur ita fa
cis: cum Deus illi leges ſubiecerit, quod eo

tendit enim legibus eſſe ſolutum, ut dicitur in
l.princeps. ff.de legibus, pariter aduerti debet,
vt notatu dignum: nam & id dixit Dec.in l.ci-
uitas,ff.ſi certum petatur,& iuſtificatur exem-
plo Antonini Caracallæ Imperatoris, quod
Aelius Spartianus refert, & Tiraquell.de legi
bus connubialibus, in 4.lege, numero decimo,
cum enim Iulia eius nouerca, quæ pulcher-
rima erat, quaſi per negligentiam ſe maxima
corporis parte nudaſſet, dixiſſetque Antonius,
Vellem, ſi liceret: reſpondiſſe fertur, Si libet,
licet: an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges
74 dare, non accipere. † Sed tamen in contra-
rium facit text.in l.digna vox C.de legib. vbi
Imperator ſe legibus alligatum profitetur, &
in §.finali,Inſtitutio.quib.mod.teſt.infir.ibi, at
tamen legibus uiuimus. Et ideo Plato in 4.
de Republica, ſe uidere interitum ei Reip.para
tum dicebat,in qua non lex principi, ſed legi
princeps præeſſet: oportet enim ut Cryſippus
dicebat, legem omnium ducem & principem eſ
ſe: ſi ergo ſola lex omnium Dux & princeps eſ-
ſe debet,non alius eſſe poteſt, & ſic princeps
legi dominari non debet. Et quis principi prin
ceps erit? Lex (inquit Plutarchus) quæ om-
nium regina eſt mortalium & immortalium, ut
75 Pindarus ait. † Et ad l.princeps, reſpondet e-
leganter Corraſ. miſcellaneorum libro ſecun-
do, capit. uigeſimoquinto,dando nouum in-
lectum, veriſſimum eſſe illud reſponſum prin-
cipem legibus eſſe ſolutum; non enim ab alio
conditis tenetur, cum par in parem imperium
non habeat.l.nam & magiſtratus,ff.de recept.
arbit.c.innotuit.de electi.nec à ſe ipſo promul
gatis: cum nemo poſſit ſibimet imperare. l.
penultima,ff.de rec.ar.aut legem talem impo-
nere,a qua non liceat recedere.l.ſi quis in prin
cipio teſtamenti,ff. de legat.tertio. ſed ut ſubdit
Corraſ. hoc in ſolennium legibus & ſimilibus
obtinent.l.omnium.C.de teſta. non in legibus
naturæ,iuſtitiæ,& honeſtatis.l.2.§. primo,ff. de
rebus eorum.legibus itaque ſolēnitatis ſolutus
eſt princeps, ueluti ne teſtando ad teſtamenta-
riam, iudicando ad iudiciariam obſeruationē
conſtringatur.l.ex imperfecto.C.de teſtamen.
cum eius præſentia ſuppleat omnes ſolenni-
tates.d.l.omnium. Iis uerò legibus,quibus à
principe neglectis publicum bonum offende-
retur,principem quemcunque teneri, iura om-
76 nia uoluerunt. † Et hoc etiam uoluerunt illi,
qui tenuerunt eum legibus eſſe ſolutum, di-
centes, quòd licèt ſit dominus legum, non ta-
men eſt dominus morum, vt Bald.in l.2. co-
lumna ſeptima.C.de ſer.& aqua,dicens quòd
lege poſitiua princeps obligatur a dictamine
rationis, quia eſt animal rationale mortale:
ideo ea princeps non eſt ſolutus: nulla enim
auctoritas neque Principis, neque Senatus
facere poteſt, quòd princeps non ſit animal
rationale mortale, nec enim abſoluere à le-
ge naturæ, uel à dictamine rectæ rationis,
vel legis æternæ.l. ſecunda.ff.de vſufruct. ea-
rum rer.& not.Innocen.in c.bonæ,il ſecondo,
de

de poſtul.præla.idemq́ue Bald.in capitulo pri-
mo,§.finali,qui feud.dare poſſ.Corraſ.loco ci
tato, & Neuizan. inter conſilia Bruni conſi-
lio duodecimo , numero uigeſimoquarto .
77 † qui Baldus ſecundo loco propriè dicit Im
peratorem non poſſe diſueſtire vaſallum ſine
conuicta culpa ea ratione , quia bonæ & na-
turales conſuetudines ligant principem , quia
potentius eſt ius naturale quàm principatus :
item quia non decet principem ſuum benefi-
cium reuocare , & in ore principum firmior
debet eſſe veritas , vt legitur in libro Eſdræ.
quæ cum ita ſint, dici non poteſt ex illa Caro-
ſi V. confirmatione diſueſtitum cenſeri Illu-
ſtriſſi. Dominum Sigiſmondum , ſuoque iure
priuatum, quod habebat in Caſtro Veſcouati.
78 † Nec inſuper ( vt omnia tollam ) mihi pla-
cere poteſt , ſicut nec Connano viro grauiſſi-
mo in comentariis iuris ciuilis,libro primo, ca
pitulo decimoſexto,columna nona, interpreta
tio leg. primæ,ff.de conſtitutio. princip. & §.
ſed quod principi. Inſtitutio. de iure natu.ſu-
pra relata. nec eam arbitror fuiſſe de mente,
Vlpiani, vel Iuſtiniani, ſed placere id Princi-
pi eos putaſſe , quod ratione & conſilio ab
eo factum fuiſſet: nam placere, Latinis ſigni-
ficat, ſtatuere, probare,conſtituere. vnde pla
cita medicorum Plinius appellat, quæ commu
ni medicorum decreto natæ ſunt, & appro-
batæ opiniones, & regulæ . Placere enim à
placo deducunt Grammatici,vt quod poſt mul
tas utrinque diſputationes omnium conſen-
ſu conſtituitur placitum dicatur , quaſi quod
ipſis , qui de eo diffidebant, placatis, tandem
uiſum fuerit dignum & idoneum,cui deberent
79 acquieſcere. † Sic & Vlpian.in l.1. ff. de pact.
pactum definit eſſe duorum pluriumve in idem
placitum & conſenſus : non quod vni tantum
placuerit, & pro libito ſuo, ſed ſicut conueni-
re dicuntur , qui ex diuerſis locis in unum
colliguntur & veniunt: ita qui ex diuerſis ani
mi motibus in vnum conſentiunt, ideſt in u-
80 nam ſententiam decurrunt. † Et quod Latini
litigare & iudicio experiri dicunt, nos placi-
tare, & litigatores, placitatores vocamus, &
ipſam cauſæ actionem placitamentum. Sed &
Senatus conſulta & decreta omnium ſupre-
morum iudicum , à quibus appellare non li-
cet, verbo Græco arreſta nuncupantur,quod
Latinis ſonat placita: quare in Regiis diploma
tibus poſt declaratas breuiter rationes, quibus
adductus eſt princeps, vt quid iubeat, vetet,
aut permittat,poſtrema hæc tanquam omnium
rationum clauſula ſubiicitur , Et quia tale eſt
noſtrum placitum. Quibus planè verbis vo-
luntatem ſolam pro iuſto imperio & ratio-
ne habendam non eſſe cenſet princeps: ſed vult
intelligi rem illam ſe de ſuorum procerum cō-
81 ſilio ſtatuiſſe. † Quin & habetur in ordinatio
nibus Ludouici duodecimi Galliarum Regis,
articulo 135.quòd ſi conſilium Pariſienſe vel
procerum vult vno modo decernere, & Rex
Franciæ vult alio modo ſtatuere, iubet Rex ob
temperandum eſſe conſilio,quod eſt conſonum
rationi, prout tradit Neuiz.inter conſilia Bru
82 ni conſilio duodecimo, numero 158. † Et ar-
reſto curiæ Parlamenti iniunctum eſt omnibus
ſeneſchallis, vt ſi quæ literæ Regiæ eis præ-
ſentarentur , quæ contra ordinationem curiæ
vel arreſta magiſtrorum viderentur, non ſta-
tim pareant eis, ſed per eos Rex conſulatur :
& interim contenta in literis ſtent in ſuſpenſo,
ut habetur in arreſtis curiarum Parlamenti,
arreſto 181. quod eſt conſonum iuri & ratio-
ni, ut per Felyn.in capitulo, nonnulli, de re-
ſcrip.quem citat Andr.ab Exea.in Rubric. de
83 conſtitutio. numero 175. † addens quòd An-
tiochus datis diplomatibus edixit, ut ſi quid
ſuo iuſſu contra leges & iura decretum foret,
ſibi non parerent, & impunè aduerſarentur,
ut Alexander ab Alexandro ponit libro ſex-
to dierum genialium,capitulo 23.Quibus om-
nibus apertè conſtet principes in condendis
legibus & eorum placitis , non à ſemetipſis
moueri debere , ſed de prudentum ſuorum
84 conſilio & conſenſu. † Et ideo quod inquit
Vlpian.in d.l.prima, de conſti. princip. quod
principi placuit pro lege cenſeri, demum pro-
cedere debet ac intelligi quando id iuri natu-
ræ non deroget, nam ciuilibus quidem legi-
bus, & ut ait Dion ſcripto iure ſolutus eſt
princeps. Cæterum naturæ lege tam eſt ad-
ſtrictus,quàm qui uis noſtrum,aut etiam mul-
85 to magis. † Exemplo enim longè grauius pec
cat quicquid ille peccat, quòd ad eius ſimi-
tudinem popularium ferè mores conforman-
tur: & qualis ipſe fuerit, tales ut plurimum
86 ſolent eſſe ciuitates. † Quapropter omnium
laudibus celebratur Papinianus , qui rogan-
ti Caracallæ , ut ipſum de cęde fratris ſui Gæ
tæ , quem occidi iuſſerat , excuſaret apud Se
natum, recuſauit dicens , Parricidium non
tam facile excuſari poſſe , quàm fieri: atque
id cum ſemel atque iterum , ac ſæpius tyran-
no neganti pernegaſſet, ſecuri percuſſus eſt.
87 † Neque uerum eſt iuſtitiam adſtare Ioui,
ut faueat Regum delictis , & iuſtum eſſe de-
fendat,quicquid illi comiſerint,ut dicebat A-
naxarcus: immo potius ut nullum ſit impunitū
hominum facinus, ſed Regum præcipuè, quo-
rum ſcelera etiam in populis,qui nihil delique-
runt, ſolet uindicare,ut eleganter ſcribit Heſio
dus, Grecè ille quidem,nos autem ſic latinè.
*Iuſtitia eſt uirgo Ioue nata,uenerandaq́. Diuis*
*Omnibus,hanc ſi quis læſit de plebe,parentem*
*Orat, ut auctorem ſceleris ſua pœna ſequatur:*
*Sin Rex peccarit,populi ut plectantur & ipſi*
*Poſtulat,iniuſti tanta eſt iniuria Regis.*
Et in hanc ſententiam nouiſſimè quoque de
ſcendit Rolandus à Valle conſilio 91.in fi. uo-
lumine 2. dicens ex Vlpiano per eum relato
nos instrui principum placita tunc uim legis
habere,quādo ſunt honeſtati coniuncta, quod
de caſu noſtro dici non poteſt, auferendo ius
ſuum Illuſtriſſimo Domino Sigiſmondo , uel
88 filiis ſuis per confirmationem prædictam. † Et

tanto libentius in hanc ſententiam pedibus eo, quod princeps de plenitudine poteſtatis auferre non poſſit dominium rei ſuæ cuiquam, quoniã proditum eſt vbicunque mouetur ex rationabili cauſa publicæ vtilitatis ad auferendum dominium alteri rei ſuæ, id eum facere non poſſe, niſi domino rei de pretio ſatisfaciat, eoque medio ſic illum indemnem ſeruet, vt voluit Archid. in capitulo, per principalẽ. 9. q. 2. per l. ſerui. C. quibus ex cauſ. ſerui pro præmio lib. acci. & ibi not. Bal. quòd princeps priuat aliquem dominio ſuo non tamen gratis. Idemque tenet in l. item ſi verberatum, ff. de rei uend. Bar. in l. fi. §. 1. ff. de pignor. act. Ange. conſi. 139. viſis omnibus & ſtatutis, & in l. fi. col. 2. ff. de app. recip. Dec. conſi. 357. nu. 6. conſi. 520. col. fin. Gozad. conſi. 15. nume. 12. Iaſ. latius id confirmans in l. Barbarius. nu. 36. ff. de offi. præto. & conſi. 46. colum. 4. vol. 3. Soc. conſi. 120. nu. 8. vol. 3. Par. cõſi. 1. nu. 11. vol. 1. conſi. 6. nu. 21. vol. 2. Rui. conſil. 88. colum. fi. vol. 2. conſi. 31. cira fi. vol. 5. latiſſimè Rolan. à Valle conſi. 69. vol. 2. pluribus iuribus hanc opi. confirmans. Ceph. conſi. 133. nume. 109. Boſſi. in titulo de principe, nu. 187. Natta conſi. 430. nu. 31. Menoch. lib. 1. de arbitra. iudi. q. 48. colum. fi. Crot. conſi. 103. in fi. Portius Imol. lib. 5. regularum ſuarum, concluſ. 15. col. pen. limita. 2. Soc. iun. conſil. 120. nu. 35. vol. 2. nam ſic quando princeps mouetur ex cauſa, demum poteſt priuare quem dominio rei ſuæ, ſi ſibi ſoluat pretium & non aliter, multo minus quando ſine cauſa mouetur de plenitudine poteſtatis, uel ut potius dici poteſt ex capite ſuo id

89 facere poſſe debet non ſoluendo pretium. † Et ita reperio ſignanter tenuiſſe Decium in d. cap. quæ in eccleſiarum, ſub num. 29. qui relata opi. Angeli ſubdit, quòd cum pretium ſoluatur domino, non videtur eſſe multum præiudiciale, ſi princeps de plenitudine poteſtatis auferre poſſit ius ſuũ tertio ſine cauſa. Et ante Dec. præſenſit hoc Bal. in titulo de allodiis, nu. 17. vbi dicit quòd ſi Papa mihi contulit aliquod beneficiũ, deinde de plenitudine poteſtatis illud alteri dedit, mihi tenebitur prouidere de alio ſimili, quod eſt notatu dignum: ſequitur eum corrupto titulo Iaſ. in l. fi. C. ſi contra ius vel uti. pub. col. 1. uer. bene facit. & Cephal. conſi. 133. num. 109. Cagnol. in proœ digeſtorum, nu. 42. Bello. conſi. 2. nu. 9. Pariſ. conſi. 1. nu. 107. vol. 1. & Portius Imol. lib. 5. regularum ſuarum, concluſ. 15.

90 colum. prima. † ex quibus arbitror Boſſium in titulo de principe, num. 190. qui communem teſtatur in cõtrarium, deceptum fuiſſe: nã quos allegat, id illi non dicunt quatenus ad ſolutionem pretii peragendam vel non pertinet. vnde cum in confirmatione, de qua quæritur nullum pretium ſoluerit Imperator Illuſt. D. Sigiſmon

61 do, ſibi præiudicare non potuit. † Ad tertium de ſecunda & tertia confirmatione, per quã plena deliberatio ſurgit, dico quòd actus geminati conſiderantur, vbi fiunt ab eodem, non à diuerſis, idque facile deprehendi poteſt ex variis exemplis doctorum ſparſim poſitis, quorũ multa congerit Corſetus in tracta. de verbis gemina. & ſuadent verba Baldi in dicto conſilio ſchiſmatis, ver. porrò quia vero, columna 11. dicentis quòd nouiſſima hominum iudicia valent. l. l. clari. C. de fideicommiſſ. Et quòd vrbanum electio repetita probauit, l. 1. §. ſupradictis. C. de emend. Cod. Iuſtini. nam qui bis vel ſæpius quid facit, videtur velle quòd contra id nihil opponi poſſit: quia vbi ſecunda interuenit conſideratio, ibi præſumitur plena deliberatio: hæc enim omnia conueniant actibus eiuſdem per-

92 ſonæ. † Qui ſi geminati ſint, animum deſtinatum & deliberatum demonſtrant Alexan. in l. 1. in principio, ff. de verborum obligatio. Fely. in c. ſi cautio de fide inſtrumento. Bero. conſilio 175. numero 20. volumine tertio, & inferunt certam ſcientiam, vt per Felyn. in capitulo, ſi quãdo, de reſcri. Ioan. And. & alios in capitulo, por recta. de confir. vtil. vel inut. Bero. conſilio 72. numero 13. vol. 1. & erroris præſumptionem tollunt. Alexand. in Rubrica, ff. de verborum obligatio. columna tertia. Bero. conſilio 148. numero 17. volum. primo, maioremque ueritatem inducunt. Deciſ. Neapo. 236. nume. 3. Fabianus Montele. in praxi arbitrali. prima parte, in verſiculo, meretricario morbo, numero 23. ſed nos uerſamur in priuilegiis Imperatorum Ferdinandi & Maximiliani, ſicque diuerſorum à Carolo V. qui nihil informati fuerunt, ſed aditi tantùm pro rurſus impetranda inueſtiturã per Carolũ V. iã cõceſſa, quã facile cõceſſerũt lecto Caroli V. priuilegio. vnde ceſſat deliberatio

93 cõſiderata. † Ad quartum verò quod hoc caſtrũ ſemel alienatum perpetuò duret alienabile per l. pater. §. quindecim. ff. de legat. tertiò reſpondetur, quòd ille tex. procedit ubi quis pretio ſuoque contractu rem prohibitam alienari quęſiuit, ut emendo: ſecus autem quando ſucceſſit in ea, uel ex alterius diſpoſitione peruenit ad eum, ut declarat Alexander in l. Marcellus. §. quidam liberis, numero quarto, ff. ad Trebell. Ruin. conſilio 120. numero decimo, in fine, volumine ſecundo, & dixi conſilio 18. numero 74. pro Illuſtriſſ. Domino Aloyſio pariter ex Marchionibus de Gonzagis, qualis eſt caſus noſter: nam Illuſtriſſ. Domi. Ioannes Gonzaga hoc caſtrum emit, ſed eo moriẽte peruenit ad Illuſtriſſ. Do. Alexandrum Sigiſmondum, & Galeatium filios ſuos, & ſubinde remanſit dicto Domino Sigiſmondo per diuiſionem inter eos celebratam, eoque demum moriente ſucceſſit in eo Illuſtr. D. Sigiſmondus eiuſdem nominis, & filius ſuus, adeo quòd ipſe non emit, nec ſuo contractu dictum caſtrum acquiſiuit: meritò ceſſat regula dicti §. quin-

94 decim. † Secundò conſiderandum eſt circa terminos illius text. etiam diligentius, nam quindecim libertis prædium legatum fuerat ea conditione, ne quis eorum ſuam partem alii uendere poſſet: quod uerbum, aliis, Bartolus ibidem notat intelligi debere de aliis extra coniunctos, & ad coniunctos in eodem legato non referri, immo quòd inter eos uiciſſim

per-

permiſſa videtur alienatio, deinde contigit, quod ex eiſdem libertis quidam partes ſuas vendiderunt duobus collibertis ex eodem corpore: qui emptores Caium Seium extraneum hæredem reliquerunt. vnde quærebatur an fideicommiſſo locus eſſet relicto Reipublicæ Tuſculanorum, ſi contrafieret voluntati teſtatoris: & decidit Sceuola quod nequaquam, non alia ratione, quàm vt notat Barto. quia poſtquam portio fuit alienata ſemel legitimè, de cætero poteſt alienari in alium quemcunque: at hoc Caſtrum ſemel alienatum in extraneum & non comprehenſum in inueſtitura, videlicet in perſonam Illuſtriſſ. D. Ioannis, meritò ceſſat & ex iſto capite diſpoſitio dicti §. quin-
95 decim. † Tertiò non omitto dici poſſe, quòd ille tex. loquitur & procedit, quando prohibitio alienationis fuerat limitata, quia vnuſquiſq; fuerat prohibitus alienare partem ſuam extra familiam, meritò partem redemptam ab alio vendere poteſt, quia in ea ceſſabat prohibitio alienationis: at ſecus vbi prohibitio alienationis facta fuit generaliter & abſolutè, quia tunc quis intelligitur eſſe prohibitus alienare etiam partem ab alio conſecutam. Ita notab. voluit Caſtren. in l. voluntas, in fine. C. de fideicommiſſ. dicens ſe ſic conſuluiſſe, prout reperitur in conſilio 234. viſis, columna quinta, verſiculo, circa primum. ſequitur Dec. conſilio 88. in fin. loquens in ſtatuto, quo generaliter bona patrimonialia erant prohibita alienari, meritò ceſſabat in eo quod dicit in dicto §. quindecim. ſic. n. dici pōt ad vnguē in caſu noſtro, nam bona feudalia generaliter reperiuntur alienari prohibita. c. primo, de prohibit. alie. feud. per Lotarium, & per Federicū
96 Imperatorem. † Quartò & vltimò mihi placet & iſtud adducere, quòd ille §. quindecim, procedit & loquitur in fideicommiſſo, nos autem in feudo, inter quæ diſcrimen datur: nam prohibitio alienationis feudi fortior eſt, quàm prohibitio alienationis fideicommiſſi. Patet, quia feudum alienari non poteſt, etiam ex cauſa dotis, capitulo primo, §. donare, quali. olim feud. pot. alie. capitulo, nuper, de donatio. inter virum & vxorem. Socin. conſilio 19. columna quarta, verſiculo, nec obſtat ſecundum, volumine primo. Dec. conſilio 586. in principio, & tamen bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt alienari ex cauſa dotis, authentica, res quæ. C. communia de lega. ſicque arguit Craue. conſilio 24. numero 11. quare ceſſat & iſto reſpectu diſpoſitio dicti §. quindecim. vnde reſolutis omnibus contrarijs ſupra deductis remanet inconcuſſa, ſolidiſſimaque concluſio ſuperius poſita in conſilio meo 5. in qua reſideo.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

Pro Illuſtre Comite Petro Maria Sacrato.

ARGVMENTVM.

An legitimatus per reſcriptum excludat ſubſtitutum: & multa præclara, ex quibus oſtenditur legitimationem non prodeſſe legitimato quoquó modo.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitima dicitur plena, quando quis natalibus fuit reſtitutus: licèt ſucceſſio paterna fuerit ei limitata, etiam in ſpurio. 4.*

*Quid autem ſi ab vxorato ſit facta, remiſſiuè, numero 61.*

2 *Ius ſuccedendi tolli poteſt.*

*Et eſt ſeparatum à filiatione.*

3 *Legitimatio reſpicit perſonam, & ius ſuccedendi ſeparatum eſt ab ipſa filiatione.*

4 *Legitimatus excludit ſubſtitutum.*

*Si tamen citatus fuerit. 63. 64.*

5 *Legitimatio retrotrahitur. 9.*

*Non tamen in præiudicium tertij. 66.*

6 *Spurio inſtituto, & poſtea legitimato, inſtitutio reuiniſcit.*

7 *Legitimato ſpurio, pupillaris ei prius facta conualeſcit.*

8 *Legitimatio fingit quem legitimum à natiuitate, & etiam conceptione.*

9 *Legitimatio retrotrahitur nemini iure quæſito formato.*

*Et quando iſtud eſſe dicatur. 68.*

10 *Parta ſunt eſſe talem, uel haberi pro tali in his, quæ ſunt iuris.*

11 *In his, quæ ſunt iuris, lex inducit ueritatem.*

12 *Legitimati & legitimè nati idem iudicium.*

12 *Legitimatus alijs agnatis ſuccedit. 12. 98.*

13 *Clauſula, in omnibus & per omnia, quid ſignificet. Et quando reſtringatur. 99.*

14 *Legitimatus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi legitimè natus eſſet, ad quæ cenſeatur legitimatus.*

15 *Legitimatus ad quancunque ſucceſſionem, an ad fideicommiſſa legitimatus intelligatur.*

16 *Verba uniuerſalia prolata ab homine, non, patiuntur reſtrictionem de habilitate.*

17 *Legitimandi poteſtas quoſcunque natos ex damnato ex illicito coitu, comprehendit filios conſtituti in ſacris.*

18 *Legitimatio nunquid continere debeat mentionem fideicommiſſi, uel ſubſtituti.*

*Socyn. conſilio 63. uolumine tertio, quòd non, ſed auctor contra. 107.*

19 *Legitimatus ad multa bona ſpecificata, & ad alia quæcunque, an ad fideicommiſſa dicatur legitimatus, auctor quòd non. 111.*

20 *Legitimando princeps, poteſt præiudicare ſubſtitutis, ſi fuit eius animi.*

Nec requiritur eorum citatio.
Et ex quibus animus talis deprehendatur.21.22.
22 Princeps per clauſulam ex certa ſcientia, cenſetur noluiſſe tertio præiudicare.
Idem ſi per clauſulam, non obſtantibus.26.
Et aliam de plenitudine poteſtatis.27.
Ad quæ tamen referantur.515.
Et quando operentur, uel non.516.518.520.
23 Scientia præſumitur in principe per clauſulam, ex certa ſcientia.
24 Clauſula ex certa ſcientia, operatur, quòd factũ principis non poteſt in dubium reuocari.
Nec quis audiri debet contra illud.25.
Et illi debet perpetuum ſilentium imponi.
Et iuncta cum clauſula non obſtantibus, operari ſolet in notabile præiudicium tertij.26.
25 Princeps ex certa ſcientia quid faciens, poteſt ſupra ius, contra ius, & extra ius.
27 Clauſula de plenitudine poteſtatis, cæteris validior, & eius effectus.28.29.
29 Princeps ubi procedit de plenitudine poteſtatis, an requiratur citatio partis.
Auctor quòd ſic.524.525.
30 In conditione poſita, non ſunt in diſpoſitione.
31 Clauſula ſupplendo quoſcunque defectus, quid operetur.526.
Subreptio non uitiat gratiam, quando conſtat de mente principis, quòd eam fuerat aliàs conceſſurus.31.
32 Legitimatio non debet ad fideicommiſſa, nec ad ſubſtitutos porrigi, de quibus mẽtio facta non fuit.34.
Et idem, ſi dictum fuerit derogando fideicommiſſo.33.
34 Grauatus per legitimationem filij, non poteſt euertere ius fideicommiſſi.
35 Legitimatus ad feuda, non excludit agnatos, de quibus princeps non fuit certificatus.
36 Princeps in legitimatione nõ creditur voluiſſe, quod non expreſſit.
37 Legitimatio, mortuo teſtatore, non præiudicat ſubſtituto non citato.
Sed quidam contra.74.75.
Quos refellit auctor.76.
38 Legitimatio filij, non præiudicat donatario non citato.
Et requiritur citatio tertij, cui præiudicatur, à quocunque fiat, licèt ſupremo principe.39.
40 Legitimatus non excludit ſubſtitutum à teſtatore Nobili, ueluti Comite.41.
Maximè ſpurius.42.
Et quando præſumpta mens teſtatoris talis fuit.42.
Vel communis uſus loquendi eſt, quòd appellatione legitimorum non ueniant legitimati.43.
Et an probari debeat talis communis uſus loquendi.44.46.
41 Nobilis & Illuſtris dicitur Comes.
45 Filiorum appellatione vocantur ex iuſtis nuptijs nati, non legitimati per reſcriptum.
46 Legitimo & naturali facilius quis dabit in vxorem filiam ſuam, quàm legitimato.
47 Qualitas adiecta verbo, regulatur ſecundum tempus verbi.
Legitimatus non excludit ſubſtitutum alicui, ſi deceſſerit ſine filijs in legitimo matrimonio natis.47.
Etiam ſi per ſubſequens matrimonium fuerit legitimatus.48.
49 Legitimatio quomodo fingit quem legitimum.
50 Legitimatus ac ſi natus eſſet de legitimo matrimonio, ad quæ intelligatur legitimatus.
51 Argumentum à lege ad teſtatorem, ualidum.
52 Subſtitutus poteſt querelare principi legitimanti, ut remoueat præiudicium ſuum.
Et quando princeps dicatur aditus ad id.53.
53 Clauſula, iuſtitiam faciat, quid importet.
54 Legitimatio reuocatur per ſuperuenientiam filij legitimi & naturalis.
Niſi de illo fuerit cogitatum.55.
56 Donatio per ſuperuenientiam filiorum reuocatur.
Niſi donans de illis cogitauerit.57.
58 Lex, cum auus, ff. de cond. & demon. quando ceſſet.
59 Legitimatio reuocata per ſuperueniẽtiam filij legitimi, non reuiuiſcit per eius mortem.
60 In ſublatis ipſo iure, non datur regreſſus ad priſtinã formam.
62 Legitimatio quando fit uiuo patre, an agnati citandi ſint.
Diſtinguitur inter bona patris & aliena, puta fideicommiſſo ſubiecta.63.
65 Legitimatio primogeniti naturalis, non præiudicat ſecundogenito, legitimo non citato.
67 Legitimatio in dubio interpretatur ne lædat tertium.
69 Legitimatio non aufert ſpem ſucceſſionis ex ordine primogenituræ.
70 Ius ſuccedendi vigore ſubſtitutionis, ea pendente, dicitur probabile.
Et habere cauſam ſubſiſtentem de præſenti, & etiam de præterito.71.
72 Ius ad feudum in inueſtitura fundatum, voluntate vaſalli tolli non poteſt.
73 Princeps in iure quærendo poteſt præiudicare.
Niſi pendeat ab eius contractu.
76 Voluntas teſtatoris non attenditur, niſi diſponat.
77 Teſtator non præſumitur uelle quod non loquitur.
78 Subſtituti mentio fieri debet in actu legitimationis.
Aliàs uti ſubreptitia non nocet ei.
79 Voluntas teſtatoris ordinata ad teſtandum, non tamen ad actum deducta, non attenditur.
80 Legitimatus an differat à legitimè natis.
81 Natus in legitimo matrimonio, quid facti.
Legitimatus per reſcriptum, non dicitur verè legitimus ſecundum intentionem teſtatoris.81.
82 Legitimatus non admittitur, ſtante ſtatuto loquente de natis ex legitimo matrimonio.
83 Natus in, uel ex legitimo matrimonio, dicitur qui immediatè quo naſcitur extat matrimonium.
84 Dictio ex, quid ſignificet.
Legitimatus per ſequens matrimonium non continetur, quando teſtator locutus eſt de natis ex legitimo matrimonio.84.
Et illam qualitatem conſequitur ex matrimonio ſecuto, non ante.85.86.
87 Legitimatio qualibet dicitur præpoſtera.
88 Legitimatus per ſequẽs matrimonium quãdo uerè,

nel

*vel ficte dicatur legitimus. 91.93.*
89 *Factum pro infecto haberi non poteſt.*
90 *Legitimatio ad inſtar poſtliminij.*
*Legitimatus ſpurius de præſenti, ſpurius dici non poteſt, ſed in præteritum ſic. 90.*
93 *Legitimatus eſt verè legitimus accidentaliter & de iure ſpeciali, non autem communi.*
94 *Legitimatus in pluribus differt à legitimo, & quando. 95.*
*Et debet reuerentiam legitimè nato.*
*Nec ad eandem menſam cum eo ſedere debet.*
*Veneti non admittunt legitimatos in conſilio ſuo. 94.*
*Qui prudentia ſumma laudantur ab auctore.*
96 *Legitimatus, quòd habeatur tanquam natus de legitimo matrimonio, quomodo ſit intelligendum.*
97 *Priuilegia contra ius, & in præiudicium tertij ſtrictè ſumenda.*
98 *§. Filium verò, in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui, loquitur de legitimatione per oblationem curiæ.*
100 *Adæquatio duorum, non trahitur ad inſolita, inhoneſta, & cum difficultate concedenda.*
101 *Verba uniuerſalia reſtringuntur, ne quis indebitè damnum patiatur.*
102 *Liberum arbitrium, reducitur ad arbitrium boni viri propter præiudicium tertij.*
103 *Verbum uniuerſale ex conſideratione circunſtantiarum ciuiliter eſt intelligendum.*
104 *Verba ampla & prægnantia non extenduntur ad inſolita, abſurda, & cum difficultate concedenda.*
*Et etiam præciſam recipiunt, congruam & æquam interpretationem.*
105 *Aequalis determinatio fieri debet.*
106 *Legitimatio non operatur in præiudicium tertij, licèt plus dictum fuerit in legitimatione, quàm in precibus.*
108 *Agnatorum mentio non eſt neceſſaria, quando citati fuerunt.*
*Et quando mentio fieri eorum debeat. 109.*
110 *Legitimatio conſiſtit ex verbis magis vno, quàm alio prolatis.*
111 *Ius uariatur ex puncti diuerſitate.*
*Verba, & alijs quibuſcunque, reſtringuntur ad ſimilia. 111.*
112 *Princeps ſicut ad aliqua legitimauit, ita ad alia legitimaſſet, ſi uoluiſſet.*
113 *Clauſula quòd legitimato non inferat præiudicium ex defectu citationis, quomodo intelligenda. 114.*
114 *Legitimatio dicitur odioſa, quatenus concernit præiudicium tertij.*
115 *Clauſula ex certa ſcientia, & ſimiles, referri debent ad ſpecificata.*
*Et in quibus operetur, & in quibus non. 116.*
116 *Princeps non cenſetur alicui noluiſſe præiudicare. 117.128.130.*
118 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, nõ operatur mortuo principe.*
119 *Populus quam poteſtatem transtulerit in principem.*
120 *Clauſula, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & id genus, operantur quando cauſa cognita proceſſum fuit.*
121 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, excludit cauſæ cognitionem.*
*Cauſæ cognitio requiſita, quomodo impleri debeat. 121.*
122 *Clauſula non obſtantibus ſimplex non ſufficit, ubi lex habet clauſulam derogatoriam.*
*Nec quando plura ſunt obſtantia. 123.*
*Et ubi princeps non fuit informatus.*
126 *Clauſula ſupplendo defectus, de quibus intelligatur.*
127 *Legitimatus ubi continetur appellatione ex legitimo matrimonio quomodo procedat, & intelligendum ſit.*
129 *Princeps quod agit, ſine iniuria alterius agere debet.*
*Princeps non intelligitur noluiſſe præiudicare iuri, quod quis habet, nedum in re, ſed nec in, eo quod habet ad rem.*

## CONSILIVM XLVI.

*Auxilium meum à Domino.*

DVo ſunt fideicommiſſa, quibus aſpirare poſſe prætendit ad ſucceſſionem magnificus Comes Ioannes Baptiſta Sacratus, & Illuſtrem Comitem Petrum Mariam illius patruum remouere, alterum Comitis Franciſci vocantis maſculos in legitimo matrimonio natos, alterum Comitis Petri vocãtis legitimos & naturales: ſuper quibus fideicommiſſis fũdata videtur intentio ſua vigore legitimationis ſuæ ab eminentiſſimo Principe Hercule II. Duce Ferrariæ fœlicis recordationis emanatæ.
1 † Quoniam in primis ille princeps dictum Co
mitem Io. Baptiſtam primis natalibus reſtituit,
& omnem maculam & eorum defectum abſter
git: quo ſtante plena dicitur eſſe legitimatio, po
ſito quòd ſucceſſio paterna ſibi fuerit limitata.
per hoc enim non uidetur quòd ipſa legitima-
tio, quæ reſpicit integritatem perſonæ, limitata
dicatur, ex eo quòd effectus ſucceſſionis ſit limi
tatus ab ipſa legitimatione. Licèt enim ſucceſſio
nis effectus limitetur, non tamen ipſa legitima-
tio limitata uidetur, † ſicuti videmus quòd ius
2 cognationis, ideſt ſuccedendi tolli poteſt, ut per
glo. in §. quòd autem. Inſtit. de cap. dimin. & in
not. q. tradit Roma. conſil. 82. quo ad id, de quo
quæritur, & tamen ipſa cognatio, hoc eſt ſangui
nis coniunctio, tolli non poteſt. l. iura ſanguinis.
ff. de reg. iur. l. abdicatio, cum gl. C. de pat. pot.
Et ſicut etiam ius ſuccedendi ſeparatum eſt ab
ipſa filiatione, ut nor. Bar. in l. is poteſt, colum. 1.
ff. de acqui. hære. Et ideo refert Soc. conſi. 146.
col. 3. uerſi. ſecundò prima legitimatio, vol. 2. quòd
licet limitetur effectus ſucceſſionis: legitimatio
tamen prius plenè facta remanet plena & inte-
gra. & idem concludit Curt. conſilio 73. colum
na 14. uerſiculo, ſecundò reſpondemus. & Dec.
conſi. 158. col. pen. & fi. & conſi. 264. colum. pen.
3 ver. in hoc tamen, † qui idem ponit in l. pactũ

quod dotali,nume.15. C.de colla. vbi dicit ꝙ
quando quis fuit plenè legitimatus, tunc legiti-
matio facta reſpectu ſucceſſionis, non tollitur,
quominus propriè dicatur legitimatus, quia le-
gitimatio reſpicit perſonam: & ius ſuccedendi
ſeparatum eſt ab iſta filiatione,datque Dec.exē
plum de filia, quæ renunciauit hæreditati,vt in
c.2.de pact.in 6.quæ tamen non videtur minus
legitima,& cum prædictis etiam concordat Go
zad.conſi.29.ſub num.31.verſi.præterea plenè.
Pariſ.conſi.7.col.3.& 4.volum.2. Alba conſil.7.
nu.4.Soc.iun.conſi.93.nume.41.volumi.3. latè
Tiraquell. in l.ſi vnquam.in ver.donatione lar-
gitus,nume.259.C.de reuo.dona. & Alciat. re-
4 ſpon.207.ad fi.qui communem teſtatur. † Quæ
procedit etiam in ſpurio,qualis proponitur di-
ctus Comes Io.Baptiſta,velut natus ex coniuga
to,nam reſtitutus natalibus & abſterſa macula,
dicitur legitimatus,vt plenè tradit Rui.conſilio
86.colum.2.vol.3.& Gozad.conſi.6.nu.62. de-
mumque Soc.iun.conſi.93.nu.40.volum.3.me-
ritò cum reperiatur plenè legitimatus debet Co
mitem Petrum Mariam ſubſtitutum excludere
in bonis,de quibus agitur,quæ non ſunt pater-
na,iuxta communem doctorum ſententiam,de
qua plenè teſtatur Alex.conſi.2.volum.1.repe-
tito conſi.87.vol.2.& idem tradit conſi.92.in fi
ne,volu.4.& in l. generaliter, §.cum autem. C.
de inſti.& ſubſti.vbi Iaſ.Dec.& D.meus Rimi.
inſiſtunt,idemque determinat Cur.conſilio.17
in princip.& conſilio 35.col.3.Cor.conſi.177.
in fi.vol.1.Roma.conſil.168.Reuerendus pater,
col.pen.Dec.conſi.274.nu.9.Pariſ.conſil.8.nu.
nu.9.vol.2.qui tenent legitimatum ſubſtitutum
excludere,ſicque ſignanter determinat Pariſ.
conſi.1.nu.76.cum ſequen.vol.1.vbi dicit quòd
quando princeps tollit obſtaculum reſtituēdo
legitimatum primis natalibus,& facit eum capa
cem in præiudicium aliorum agnatorum, talis
includitur in fideicommiſſis actiuè,& ſubſtitutū
excludit. † Et ratio ſubeſſe poteſt quia natura
5 legitimationis hoc habet,vt retro trahatur, &
medio tempore legitimatus habeatur vt legiti-
mus,l.fi.ff.de nat. reſtit. per quem tex.ſic inquit
Bar.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, col. pen. ff.
de lib.& poſthu.fingit enim legitimatio illum
6 nunquam fuiſſe ſpurium & illegitimum: † vnde
bene dicunt Ang.& Imol.in l.ſi alienum, §. in
extraneis,ff.de hær.inſt,quòd ſi pater ſimplici-
ter inſtituit filium ſpurium,& fecerit poſtea vi-
uens eum legitimare, inſtitutio recōualeſcit,qa
legitimatio trahitur retro reddens filium capa-
cem ante teſtamentum:idque videtur etiā fuiſ-
ſe de mente Bal.in l.certum,col.8.verſi.item du
bitatur,C.vnde cog.& clarè vult Bar.in l.2.col.
2.verſi.item quæro,quid ſi aliquis, ff.de vulga.
7 & pup. † vbi dicit quòd ſi filius naturalis vel
ſpurius legitimatur per principem vel per Co-
mitem Palatinum, ſubſtitutio pupillaris antea
facta eidem filio valet,& tenet,quia legitimatus
cenſetur reſtitutus primis natalibus,& nihil dif
fert à legitimo & naturali,§.illud, & §. nulla in
Auth.quib. mod.nat.effic.ſui.item quia legiti-
matio retrotrahitur, & perinde habetur legiti-
matus ac ſi ſemper fuiſſet legitimus, d.l.fin.de
8 nat.reſt. † Et dicit etiam Bal.in additio.Spec.
in titulo de procur.columna prima,quòd legiti
matio fingit quem legitimum non ſolum à na-
tiuitate,ſed etiam à conceptione.l.quam in pro
uincia.§.diuus,ibi[ perinde ac ſi legitimè conce
pti fuiſſent]ff.de ritu nup.& prædicta referunt
& ſequuntur Iaſ.& Crot.in d.§. & quid ſi tan-
9 tum. † vbi ponunt regulam generalem,quòd
legitimatio retro trahitur vſque ad tempus na
tiuitatis, vbi eſt fauorabilis filio, & nemini
ius formatum quæſitum ſit: ſequitur Natta con
ſilio 504.numero 18. cum ſequentibus, quare
cum tempore,quo fuit legitimatus Comes Io.
Baptiſta viueret eius pater,ſicque cōditio fidei-
commiſſorum de quibus ſupra penderet,& ita
ius formatum non eſſet adhuc quæſitum Co-
miti Petro Mariæ, ſequitur dictum Comitum
Io.Baptiſtam reputari debuiſſe legitimum & ca
pacem ſucceſſionis in bonis dictorum teſtatorū
vſque ab initio, quo natus & etiam conceptus
10 eſt,& admitti debere ſemoto patruo. † Secun
dò confirmatur dicta cōcluſio pro dicto Com.
Ioan.Baptiſta, quia Dux inclitus uoluit quòd
habere debet omnia iura filiorum legitimorū
& naturalium,ac ſi de legitimo matrimonio na
tus & procreatus eſſet: quo ſtante comprehen
di debet in dictis fideicommiſſis loquentibus
de natis in legitimo matrimonio. tantoque ma
gis de legitimis & naturalibus,quia in his quæ
ſunt iuris paria ſunt eſſe talem uel haberi pro ta
li,ut tradit Bartol.in l.maritus, la ſeconda,§. le
gis ff.de adulter.Dec.conſilio 275. nu.ſeptimo.
11 † Et in his quæ ſunt iuris lex inducit uerita
tem, non autem fictionem l. ſi vnus §. pactus
ne peteret,ff.de pac.Bar.in l.ſi is qui pro empto
re,& poſt eū Iaſ.n.228.ff.de uſuc. Sed aliquem
eſſe legitimum iuris eſt,& à iure deſcendit:quia
ab ipſa natura non inducebatur. & patet, quia
legitimatus dicitur quaſi ſecundum legem na-
tus,prout etiam dicit Alex.conſi.25.vol.1.ſequi
tur Iaſ.loco citato,nu.227,meritò debet ex di-
ctis uerbis Comes Io.Baptiſta legitimus reputa
12 ri,& habilis ad ſuccedendum, † cum de legiti-
matis idē iudicetur, quod de legitimè natis re-
ſpectu agnatorū & familię, qa legitimatus aliis
agnatis ſuccedit,ut ſentit Bar.& Bal.in l.commu
nium.C.de nat.lib. Ale.conſi.2.col.5. verſic. ad
prædicta bene facit,vol.1.cū ſimilibus per Dec.
conſi.275.nu.7.verſi.ſecundò ad hoc bene facit.
Soc.iun.conſi.142.nu.34.vol.1.iuribus & aucto
ritatibus id cōfirmans,& cōem affirmans & la-
tè Pariſ.conſi.1.nu.57.vol.1.qui prædictos æqui
13 parat. † Tertiò comprobatur,qm̄ princeps infe
rius mādauit dictū Comitē Ioannē Baptiſtā in
oībus & per omnia legitimū eſſe,perinde ac ſi le
gitimus natus eſſet:quæ uerba[ in oībus, & per
omnia]mirificè notāda ſunt,nā ſignificāt ꝙ in-
ter duo ſubiecta nō ſit aliqua dſia, l.2.§.furio-
ſus,& ibi not.Ang.ff.de iure codic. ſequitur Ro
ma.conſi.82.& ſentit Natta conſi.399.num.41.
& in propoſito noſtro ſenſus dictorum uerbo-
rum

rûm eſt, quòd diſpoſitio dictorum teſtatorum
de legitimè natis, & de legitimis & naturalibus
locum habeat non minus in Comite Io. Bapti-
ſta, ac ſi eſſet uerè natus legitimè, & quòd ab eo
non differat in prædictis, & circa prædicta, ſicut
etiam poteſtas legitimandi conceſſa Comiti om
nes & quoſcumq; illegitimos comprehendit in-
fantes, ut per Bal. conſi. 67. ſuper primo, uol. 1. cõ
ſi. 399. primo eſt uidendum, & conſi. 413. quidã
uxoratus, vol. 1. Caſtr. conſi. 227. viſo teſtamen-
to. Barba conſi. 34. uol. 2. Soc. in l. quidam rele-
gatus. in quinta concluſione, ff. de reb. dub. &
Bero. conſi. 172. nume. 19. volum. ſecundo. qua-
re uerba teſtatorum in caſu noſtro per interpre
tationem paſſiuam, & Principe ſic uolẽte, illum
includunt, l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Fal. & ita ſi-
gnanter in terminis dictorum uerborum, legiti-
mationis, & fideicommiſſi, concludit Rui. conſi.
14 161. nu. 19. uol. 2. † & idem tenet Iaſ. conſi. 40.
nu. 2. uolum. 3. ubi dicit, quòd dicta uerba deno-
tant omnimodam præfationem legitimationis,
& ſic quo ad omnem ſucceſſionem: ſed præter
eum reperio, quòd in indiuiduo ponderat illa
uerba Cephal. in conſi. 186. nu. 12. nam dicit il-
le, quòd cum princeps legitimauerit eum in om
nibus, & per omnia indifferenter: ergo etiam
quo ad fideicommiſſa, alioquin non eſſet in om
nibus, & per omnia indifferenter, iux. not. in l. 1.
ubi etiam doct. ff. de leg. 1. d. §. furioſus, l. cum Syl
lanianum, in fi. C. de his quib. ut indi. §. aliena-
tionis in auth. de non alie. c. Indicante in fi. de te-
15 ſtam. & per Oldr. conſi. 300. factum tale. † Quar
tò prædictis accedit, ut idem Cephal. perpendit
quòd princeps dictum Comitem legitimauit in
quacunque bonorum ſucceſſione: quæ verba
vniuerſalia includere uidentur etiam ſucceſſio-
nem fideicõmiſſi, l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. ſi duo,
in fi. ubi etiam Docto. ff. de admi. tut. & melius
comprobatur ex doctrina Bartoli in l. generali,
§. vxori, ff. de uſuf. leg. in l. ſerui electione, §. fi. ff.
de leg. 1. Dec. in l. omnia, ff. ſi cert. pet. & in con-
ſi. 208. nu. 8. plenè Craue. conſi. 194. col. 3. Nat-
ta conſi. 450. nu. 15. Cur. iun. conſi. 32. nu. 8. qui
de ui uerborum vniuerſalium multa cumulant.
16 † Tantoque magis id dici debet quòd ab ho-
mine prolata ſunt, ut à principe præter actum cõ
dendæ legis, quo caſu reſtrictionem non patiun
tur, neque recipiunt, ut per Bal. in l. fi. col. 1. C.
ſine cenſ. uel reli. Iaſ. in vſibus feud. num. 49. D.
meus Rimi. conſi. 575. nu. 9. Rui. conſi. 150. nu. 3.
uol. 3. conſi. 161. nume. 35. uol. 5. Natta conſi. 159.
nu. 7. & pulchrè Roland. à Valle conſi. 61. num.
17 44. uol. 1. † ubi per hoc infert nume. ſequenti
poſt Soc. conſi. 47. nu. 29. uol. 4. quòd generalis
poteſtas legitimandi natos ex quocumque dam
nato coitu uel illicito, extenditur ad filios eorũ,
qui ſunt in ſacris, propter illam dictionem quo-
cumq;, & ut ibi per eum. Et cum prædictis etiã
18 concordat Ceph. conſi. 257. nu. 37. † Sed & in
terminis magis ad rem noſtram accommodatis
decidit Soc. conſi. 63. nume. 7. uolum. 3. ubi dicit
quòd non inuenit iure cautum, quòd ſi in
legitimatione non eſt facta mentio de ſubſtitu-
tionibus & fideicommiſſis factis in teſtamen-
tis parentum, legitimatio non valeat, nam
non reperijt hanc ſolemnitatem requiſitam
in legitimatione: qui ergo hoc dicit alleget
legem hoc dicentem, l. Illam, C. de collat.
Immo ſubdit quòd videtur eſſe de mente Do-
ctorum, qui quando communiter concludunt,
quòd legitimatus excludit ſubſtitutum, non di-
cunt quòd in legitimatione debeat fieri mentio
de fideicommiſſo, vt patet ex locis latè relatis
per Ale. in l. generaliter, §. cum autẽ, C. de inſt.
& ſub. vnde ſatis eſt (ut ille ſubdit) ꝙ in legitima
tione Comes dixerit ꝙ vult ꝙ legitimatus ſit le-
gitimus & naturalis, ac ſi ab initio fuiſſet legiti-
mè procreatus, & ꝙ ſuccedat ex teſtamentis: ex
his enim patet intentio clara legitimantis, quòd
legitimatus includatur in fideicommiſſis, ac ſi
fuiſſet ab initio de legitimo matrimonio, non
obſtante iuri alteri delato: quare ſic & in caſu
noſtro dicendum videtur, in quo ſunt verba ſi-
19 nomina memoratis per Socinum. † Quintò nõ
omitto quòd Princeps mentionem fecit de bo-
nis allodialibus condititiis, feudalibus, emphy-
teotis, liuellariis, uſurariis, & aliis quibuſcun-
que, in quibus eum admiſit, quæ ultima ver-
ba, præter conſiderationem, quam ſuper eis fa-
cit Cephal. in dicto conſi. 186. num. 14. poſt ex-
preſſionem diuerſarum ſpecierum, nõ uidentur
ad alia bona referri poſſe, quàm ad ſubiecta fi-
deicommiſſo: meritò de illis uidentur intelli-
genda, non minus ac ſi nominata fuiſſent, iuxt.
not. in l. 2. ff. de lib. & poſth. Bart. in ſimili caſu.
conſi. 196. ciuitatis Camerini. Ang. conſi. 336. co
lum. 1. Craue. conſi. 162. nu. 4. qui prædictos ci-
20 tat. † Sextò moueor in eandem ſententiã, quia
princeps legitimando poteſt præiudicare ſubſti-
tutis, quando legitimationẽ facit animo eis præ-
iudicandi, adeo quòd non requiritur eorum ci-
tatio. Bar. in d. §. & quid ſi tantum, col. pe. quem
cæteri ſequuntur, ut Soc. nume. 30. Iaſ. nu. 140.
Crot. nu. 72. & idem Dec. conſi. 269. nu. 10. Pariſ.
poſt alios conſ. 8. nume. 12. uol. 2. & plenius conſ.
1. nu. 59. & 60. ubi altius exorditur, dicens quòd
uera & communis eſt concluſio, quòd aditio hę
reditatis, ius ſuccedẽdi, & eius acquiſitio ſint de
iure ciuili & poſitiuo, & eodem iure ſint inducta
fideicommiſſa ualida, demumque quòd in his
quæ ſunt poſitiui iuris Princeps habeat liberam
poteſtatem diſponendi, & immutandi. Vnde
concludit Pariſius quòd Princeps legitimando
poſſit præiudicare ſubſtitutis, & illis qui habent
ius ſuccedendi in ſpe, ſi legitimationem facit a-
21 nimo eis præiudicandi. † at talis animus Princi
pis verificari videtur in hac legitimatione, dum
uoluit eam plenam roboris firmitatem obtine-
re, nullum præiudicium generando dicto Comi
ti Io. Baptiſtæ, quòd ad hanc legitimationem uo
cati non fuerint illi, qui ex ea lędi poſſunt, aut
quorum quomodolibet poſſet intereſſe: ſic enim
patet quòd ad ſubſtitutos noluit reſpicere, ſed
eis noluit præiudicare. Et licèt non expreſſe-
rit de Comite Petro Maria ſubſtituto, tamen ex
dicta clauſula generali ſatis fuit illi præiudicatũ,
prout

prout in ſpecie tradit Rol.conſi.161. nu. 19. uol.
2.poſt Caſtr.in l.Titius.in prin. per illum tex. ff.
de lib.& poſth.nam legitimatus quis fuerat in ca
ſu ſuo, vt ſuccederet in hæreditate etiam alteri
delata,& etiã ſi reperiretur ius tertio fuiſſe quæ-
ſitum,nec aliquis tertius fuerit nominatim ex-
preſſus: & tamen concludit Rui. ſubſtituto fuiſ-
ſe præiudicatum,quia ſic conſtat de volũtate le-
gitimantis per illa verba generalia,quo fit ut idẽ,
dicendum ſit in caſu noſtro per verba ſupra rela
22 ta: † ſed & aliunde detegitur animus Princi-
pis,quòd voluerit ſubſtitutis præiudicare, facien
do dictam legitimationẽ ex certa ſcientia, ſi qui-
dem per eam patet quòd voluerit alteri præiu-
dicare, prout voluit Caſtr. conſi. 105. donatio
prædicta,col.2.Ioan.de Ana.conſi.81.Alex.con
ſi.215.nec arguendi ſumus,col.6.vol.2.Dec.cõ-
ſi.269.nu.11.conſi.390.nume.14.& in l.in totum,
23 col.1.ff.de reg.iur. † vbi etiam dicit quòd niſi
conſtet de Principis ignorantia, vel probetur,
præſumitur ſciẽtia propter dictam clauſulam ex
certa ſcientia, vt concludit Alex.conſi.15.col.2.
vol.5. & cum prædictis etiã concludit Octauia-
nus Cacheranus deciſ.102.nu.7.poſt Ale. conſi.
101.nu. 16. vol. 1. propterea præſumitur in caſu
noſtro Princeps habuiſſe ſcientiam fideicõmiſ-
ſorum,de quibus agitur, & Comitis Petri Ma-
riæ ad ea uocati,cum non conſtet de illius igno-
rantia circa prædicta, nec illa ſit vllo modo pro-
24 bata. † Quin etiam dicta clauſula operatur q̃ fa
ctum à principe non poteſt in dubium reuocari,
ut no.Bar.in l.conficiuntur,§.codicilli,ff.de iure
cod.conſi.196. ciuitati Camerini. Oldra. conſi.
257.Alex.conſi.216.uol.2. quia dicitur informa
tus.Alex.conſ.15.col.2. vol.5.& idem latè tradit
Gramma. conſi. 100.cauſarum ciuilium, col.1.
25 Roland. à Valle conſi.111.nu. 128.uol.1. † Im-
mo verò quis audiri non debet aduerſus illud,
quod facit Princeps ex certa ſcientia, ſed repelli
debet,& illi perpetuum ſilentium imponi. Bald.
in c.1.§.ſi quis autẽ de pace Conſtan. Dec.conſi.
390.num.13.Gramma.in loco præallegato, nec
id mirum videri debet, quia princeps ex certa
ſcientia quid faciens poteſt ſupra ius,contra ius,
& extra ius, ut no.Bal.in c. cum ſuper. de cauſa
poſſ.& propri.& omnia poteſt, & ſuper omnia,
vt idem Bal.tenet in c.1.qual. domi. pro. priue.
Rolan. loco citato, num.130. vnde præcludi via
uidetur Com.Petro Mariæ dictam legitimatio-
nem impugnandi: tantoq; magis quòd acce-
26 dit clauſula,non obſtantibus, † quæ iuncta cũ
præcedenti ſolet operari in notabile præiudiciũ
tertij,ut per Alex.in l.ſi quis iniquum,§.ſi is,pro
quo.& ibi Dec.ff.quod quis.iur. Crauet. conſi.
182.nu.13. & plenius Goza.conſi.5.nu. 16. Ce-
phal.conſi.133.nu.94.Et per eam conſtare uide
tur de mente principis, quòd intendit ſuprema
poteſtate,ut inquit Bal.in l.ſi teſtamentum,C.de
teſta.Curt.iun.conſi.157.nume.23.& ita ſubſti-
tutis uelle præiudicare, ut tradit Pariſ. conſi.1.
27 nu.64.uolum.2. † Demumq; concurrit clau
ſula de plenitudine poteſtatis, quæ ualidior eſt
ſupra memoratis, ut inquit Fely.in c. nonnulli.
de reſcrip.nu.48.uerſi.limita. 2.& ex ea liquidò
conſtare dicitur de principis intentione, etiam
ad alterius præiudicium: ſequitur Deci. conſil.
341.nu.3.Alciat.in tract.de præſump.reg. 3.præ
28 ſump.21.nu.13.Ceph.conſi.28.ad finem. † taliq;
caſu nihil opponi poteſt,quod annullet gratiam.
Bal.in proœ. decret.colum.4.nec dici poteſt prin
cipi,cur ita facis? ut idem Bald. dicit in prælud.
feud.col.9.uerſi.ſed pauca.ſequitur Dec.conſil.
390.nu.13.Gozad.conſi.8.nu.43.Rolan.à Valle
29 conſi.111.nume.127.uol.1. † nec etiam requiri
tur citatio partis,ut not. Hoſti. Io.Andre. Butr.
& Imol. in c.in noſtra.de proc.Dec.conſ.269.nu
me.11. ad fin. tantoq; minus in caſu noſtro de-
buit citari Comes Petrus Maria, cum nondum
ius fideicommiſſi ſibi delatum eſſet,ſed in condi
tione ſpeq; tantùm poſitum, quia viuebat Il-
luſtr. Comes Io. Franciſcus eius frater, & dicti
Com.Io.Baptiſtæ genitor,qui poterat generare
filios legitimè natos,quibus fideicommiſſum ceſ
ſaret in perſonam Com.Petri Mariæ collatum.
30 † Vnde cum poſita in conditione non ſint in di
ſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis
omi.cauſa teſt.l.is damnum,§.quod pendet,ff.de
reg.iur.Dec.in l.2.nu.20.in fi.C. de eden.Ceph.
conſi.251.nu.7. potuit princeps dictam legitima
tionem facere de pleni. poteſtatis ſine citatione
dicti Com.Petri Mariæ,ut concludit Soc.conſi.
63.nume.16.uol.3.motus à fortiori; quia ſi prin
ceps procedere poteſt in præiudicium tertij, iu-
riſq; ſibi delati ex teſtamento nondum quæſi-
ti, quod eſt iuris poſitiui, l.3.ff.de teſta. & decla
rat Bar.in d.§.& quid ſi tantum, col. pen. tanto
magis, quando ius non erat delatum, ſed in con
ditione & pendenti tantùm poſitum: & latius
hoc idem ponit Pariſ.conſi.1.nu.64.uol.2.ubi te-
net quòd princeps hoc facere poteſt ſine cauſa,
& ex ſola voluntate poſt Caſtr. Aret. Alex. Iaſ.
& Aquenſ.quos allegat in d.§.& quid ſi tantum.
31 † Septimò demum non prætereo, quòd prin-
ceps in fine legitimationis dixit, ſupplendo etiã
quoſcumque defectus, qui forſan in præmiſſis in
teruenissent, & præſertim ſi per dictum Comi-
tem Ioan. Franciſcum in petenda præſenti legitĩ
matione quid tacitum fuiſſet, quod exprimi de-
buiſſet: ex quibus verbis apparet de mente prin
cipis q̃ illam legitimationem erat alias omnino
conceſſurus, ſi facta fuiſſet mentio de dictis fidei
commiſſis,& exiſtentia Comitis Petri Mariæ ad
ea uocati,meritò procedere debet, licèt de præ-
dictis mentione non facta,iuxt. no. per Cano. In
c.poſtulaſti,de reſcri.Anch.conſ.195. pro clario
ri. Bellame.conſi.24.col.pen. cum ſimilibus per
Craue.conſi.2.col.pen.in prin.ubi uolunt quòd
vitium ſubreptionis non uitiet gratiam, quan-
do conſtat de mente principis,quòd eam fuerat
omnino aliàs conceſſurus. Idemq; tradit Rui.
conſi.163.num.19.uol.5.& magis in terminis no-
ſtris Soc.conſi.63.col.4.uol.3.ubi dicit quòd li-
cèt in iure cautum reperiretur, quòd exprimi
debuiſſet quoddam teſtamentum D. Ioannis,
quia expreſſa tali qualitate fortè Comes Palati-
nus non conceſſiſſet legitimationem, tamen ex
quo

quo conſtat ex ſerie legitimationis, quòd con-
ceſſiſſet, quia conceſſit legitimationem amplam
& generalem quocunque teſtamento exiſtente,
& contra quodcunque teſtamentum, & in omni
bus conditionibus & fideicommiſſis: vnde ſi fuiſ
ſet expreſſum de teſtamento D. Ioannis, idem fe
ciſſet. meritò talis legitimatio valere debet, nec
ſubreptitia dici debet: quare ſic & in caſu no-
ſtro, vbi princeps locutus fuit de ſucceſſione in
bonis quorumcunque & vltra ſuppleuit defectũ
expreſſionis eorum, quæ debuerunt exprimi, pu
ta fideicommiſſorum Comitis Franciſci, & Co-
mitis Petri, & exiſtentiæ Comitis Petri Mariæ,
dici debet legitimationẽ debere procedere, nec
vitio ſubreptionis notari poſſe, ſed per eam Co-
mitem Io. Baptiſtam admitti debere ad ſucceſ-
ſionem dictorum fideicommiſſorum: & ex præ-
32 dictis fundata videtur intentio ſua. † Quibus
tamen non obſtantibus in contrariam ſententiã
deſcendo pro Comite Petro Maria ad excluſio-
nem dicti Com. Io. Baptiſtæ, quam multis proſe
quitur & probat Cephal. in dicto conſi. 186. &
præter eum facilè confirmari poteſt. & in primis
conſiderato tenore legitimationis, in qua tam re
ſpectu petitionis Comitis Io. Franciſci, quam
principis legitimantis nullum verbum factum
fuit, nullaque mentio de fideicommiſſis aliqui-
bus, nec de bonis ſubiectis alicui fideicommiſſo,
ſicut nec etiam de perſona Comitis Petri Marię
ſubſtituti, meritò non debet ad hunc caſum talis
legitimatio porrigi, cum non videatur intentio
principis fuiſſe ſubſtitutis præiudicare, l. 1. §. ſi
quis à principe, ff. ne quid in loco. pub. ita tradit
Saly. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit.
& ſubſt. Imol. in l. ex facto. in princ. ff. ad Trebel.
Alex. conſi. 2. col. 5. ver. præterea dato. & conſi,
67. col. 5. verſ. idẽ tenet, uol. 1. Dec. conſ. 269. nu.
33 10. † conſi. 357. nu. 5. & conſi. 608. nu. 4. vbi for
tius loquitur, quando diſponeret expreſſè dero-
gando fideicommiſſo, quia agitur de impugnan-
do teſtamentum, & deſtruendo voluntatem te-
ſtatoris, quod Imperator facere non poteſt, l. ſi te
ſtamentum, C. de teſta. vbi dicitur quòd teſta-
mentũ auctoritate reſcripti Imperatoris reſcin-
di non poteſt: quare tanto minus eo non dicto,
34 ſed tacito factum cenſetur: † & cum prædictis
etiam tenet Rui. conſi. 173. nu. 17. uol. 2. Neuiza.
conſi. 99. nu. 16. Cur. Iun. conſi. 83. nu. 9. Gratus
Reſp. 65. nu. 38. uol. 1. conſi. 29. nume. 58. & conſi.
158. nu. 28. uol. 2. Bran. conſi. 15. col. 3. verſi. præ-
dicta, Ceph. conſi. 111. nu. 44. & in feudo loquẽs.
conſi. 23. nu. 112. & ante prædictos omnes uoluit
Anch. cõſ. 427. col. 2. dicens ꝙ grauatus non po-
teſt per legitimationẽ filij ſpurij ſubuertere ius
fideicõmiſſi: eſſet enim iſta quoddam ſpecies a-
lienationis rerum fideicommiſſo ſuppoſitarum,
cum per ipſam legitimationem deuoluerentur
in alterum, quàm teſtator voluerit contra auth.
res quæ, C. communia de leg. nec etiam uidetur
fuiſſe principis intentio ius tertio quæſitum tol-
lere: ſicque concordat Ancha. cum prædictis.
35 † quibus accedit Aret. conſi. 164. colum. fin. di-
cens, quòd legitimatus ad feuda non excludit a-
gnatos, de quibus princeps non fuit certificatus:
ſequitur Dec. conſi. 307. col. 2. quare minus Co-
mes Io. Baptiſta debet excludere Comitem Pe-
trum Mariam, nec de ipſo, nec de fideicõmiſſis,
36 ad quæ vocabatur, vlla mentione facta: † non
enim creditur princeps voluiſſe quod in legiti-
matione non expreſſit, cum facilè ſibi fuiſſet ex-
primere, l. unica, §. ſin autem ad deficientis. C. de
cad. toll. c. ad audientiam. in fi. de decim. c. inter
corporalia, circa medium. de tranſla. Epiſcop.
Soc. iun. ſic arguens conſ. 95. nu. 93. uol. 3. Ceph.
conſi. 23. nu. 115. & Grat. Reſp. 65. num. 38. uol.
1. ubi dicit quòd volũtas legitimantis ceſſat, ubi
non exprimit teſtamentum, nec ſibi fuit expreſ-
ſum: ergo non intendit ei præiudicare: facit. l.
commodiſſimè, ff. de lib. & poſth. cum vulgarib.
37 † Secundò non præiudicat ex alio dicta legiti-
matio Comiti Petro Mariæ, quoniam cum tem-
pore quo facta fuit iam diu mortui fuiſſent te-
ſtatores, qui dicta fideicommiſſa fecerũt, debuit
ille citari cuius ius quæſitum fuerat ſpe probabili,
ſi Comes Ioan. Franciſcus frater ſuus decederet
ſine filiis in legitimo matrimonio natus, ſeu legi
timis & naturalibus, ut in dictis fideicommiſſis
cauetur: ita tradit Anch. conſi. 427. col. 2. quem
ſequitur Alex. conſi. 67. colum. 2. conſi. 94. col. fi.
uol. 1. Soc. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num.
30. verſi. quartum corrollarium, ff. de libe. & po-
ſthu. dicens ita conſuluiſſe Franciſcum de Ram-
po. & quòd hanc opi. tenuit Præpoſ. Mediola. in
c. per venerabilem. qui. fil. ſint leg. & quòd hæc
opi. ſemper ſibi placuit: ſecundum quam ſæpius
conſuluit, prout reperitur in conſi. 18. col. 3. inſer
to inter conſilia Curtij ſeni. & in conſi. 251. col.
38 9. uerſi. prætereà probatur. uol. 2. † ubi inter a-
lia citat Baldum in l. 1. C. de inoffi. don. verſi. ulte
rius quætitur, dicẽtem quòd ſi quis donauit bo
na ſua, cum haberet filium ſpuriũ, quem poſtea
fecit legitimari, debet in tali legitimatione dona
tarius citari, cũ agatur de illius præiudicio, aliàs
legitimatio ſibi non nocet: quare ſic idem de ci-
tatione ſubſtituti dici debet, quoniam ſpem ap-
probatam habet etiam pendente conditione fi-
deicommiſſi, vt tenet Bar. in l. is poteſt, ff. de ac-
quir. hær. ſicque concludit Rui. conſi. 173. num.
12. & 17. uol. 2. conſi. 79. nu. 7. uol. 3. Andre. Sicu.
conſi. 27. uol. 1. Corn. conſi. 34. col. 3. uol. 3. Brun.
conſi. 15. nu. 16. Pariſ. conſi. 1. nu. 35. & conſi. 9. nu
me. 29. uol. 2. qui citat infinitos, & dicit eſſe com
mu. Dec. conſi. 284. nu. 10. conſi. 425. nu. 10. conſ.
39 557. colum. 1. Neuiz. conſi. 99. nu. 23. † Socin.
iun. conſi. 95. nu. 87. uolum. 3. ubi loquitur in ſu-
premo Principe, dicens quòd ratio requiſitæ ci-
tationis propter præiudicium tertij ita militat in
eo, ſicut in inferiore ab eo: meritò idem ius de-
bet habere locum, l. à Titio, ff. de verb. oblig. ci-
tatque Ruinum conſi. 36. nu. 20. uol 1. qui loqui-
tur in legitimatione ſupremi principis, & tamẽ
ex defectu citationis ſubſtituti tenet eam non
valere in præiudicium ſuum, & cum prædictis
etiam concordat Cur. iun. conſi. 83. nu. 10. verſi.
uel aliter qui ueram etiam communẽ limitatio-
nem appellat. Grat. Reſp. 158. col. pen. uol. 1. &
Ceph.

tis non potuit illo tempore fingere illum eſſe le-
gitimum,nam per hanc legitimationē princeps
hoc fecit, quia reſtituit eum natalibus antiquis,
quo filij legitimè naſcebantur: & ſubduxit eum
in commercium legum,per quod legitimi diffe.
rūt ab illegitimis,vt in Auth.quib.mod.nat.effi
ſui.§.nam ſiquidem.facit ergo legitimatio,quòd
pro legitimo habeatur, non tamen quòd ſit na-
tus in legitimo matrimonio :| meritò talis legi-
timatio:ſibi non proficit ad ſuccedendum ex te
ſtamento loquente de natis in legitimo matri-
monio:ita Barto.conſi.75.viſo inſtrumento loca
tionis. quem ſequitur Curt.conſi.73. num.35.
50 † Confirmatur hoc inſuper ex traditis per Ab
batem conſilio,quod incipit,in quæſtione,quæ
uertitur,non impreſſo: de quo meminit Curt.
loco citato,& ſequitur Rui.conſi.103.nu.6. vol.
3.vbi dicit quòd legitimatus cum illis verbis, ac
ſi natus eſſet ex legitimo matrimonio,& cū clau
ſulis derogatoriis,intelligitur tantum legitima-
tus ad ſuccedendum in determinatis a iure com
muni,nō autem in determinatis per ſtatuta par-
ticularia, quia non præſumitur in dubio prin-
ceps ea uoluiſſe tollere; ſic enim dici poteſt in
caſu noſtro,quòd Comes Io. Baptiſta legitima-
tus, ut ſupra non intelligatur ad ſuccedendum
in determinatis à teſtatore,de quo ſupra particu
51 lariter: † cum valeat argumentum à lege ad te
ſtatorē,l.cum quidam,C.de uerbo.ſignifi.l.ſi ita
fuerit ſeruus,& ibi Barto.ff.de manu.teſt. Bald.
in l.maximum uitium.in princ.C. de lib. præt.
cum ſimilibus per Euerar. centuria ſua, loco,de
lege ad teſtatorem,& ita punctaliter arguit Ce-
phal.conſi.66.nu.11.plenius ibi confirmans. Cir
ca verò fideicommiſſum Comitis Petri ſecundi
teſtatoris uocantis legitimos & naturales, poſi-
to tamen ſine veritatis præiudicio ꝙ princeps le
gitimando potuiſſet præiudicare Comiti Petro
Mariæ in iure ſibi delato ſuccedendi, caſu quo
frater ſuus moreretur ſine filiis legitimis & natu
52 ralibus: † attamen dici poteſt quòd Comes Pe
trus Maria ſtatim quòd ad eius notitiam perue-
nit dicta legitimatio,potuerit appellare uel per
querelam adire principē & facere tolli tale præ-
iudicium,& ꝙ princeps hoc facere debuerit, ut
per Abb.in c.cōſuluit.il terzo.ad fi.de app.Bar.
in l.fi.ff.de appel.recip.cum ſimilibus per Alcia.
Reſp.201.colum.1.qui ſic determinat in cauſa
inteſtati motus ea ratione quia cum quis inteſta
tus moriens cenſeatur ſuis proximioribus reli-
quiſſe,l.conficiuntur,ff.de iure codi.non debet
legitimatus admitti contra eius uoluntatem,§.
ſed ſi nepotis.Inſt.de adopt.quod à fortiori pro
cedit in cauſa teſtati,ubi cadit expreſſa uoluntas
teſtatoris,cum in cauſa inteſtati tantū tacita pro
53 ponatur: † at princeps ſatis aditus dicitur, &
ille cōmiſiſſe tale præiudicium tolli, quatenus
remoueri debeat committendo cauſam magnifi
co Conſilio iuſtitiæ, ꝙ iuſtitiā faciat ſuper facto
latius in precibus ſibi narrato: illa verba, iuſti-
tiam faciat, operantur vt fiat id, quod iuris eſt,
Bal.in c.cum ueniſſent, col.fi.de teſti.& ꝙ proce
datur ſecundum iuris ordinem,& ueritate com-
perta fiat id,quod iuris eſt, ſecundum Angel. in
Auth.de hæred.& Falc.in §.exhæredatos.Bero.
54 conſi.74.nu.15.uol.3. † Septimo & poſtremo
loco non debet ex alio ſuffragari talis legitima-
tio Comiti Io.Baptiſtæ,namque facta fuit tem-
pore,quo Comes Ioan. Franciſcus primam vxo
rem habebat,nec erat ſpes inducendi ſecūdam,
nec de illa cogitatum, ne dicam expreſſum ab
eo uel à principe in legitimatione: immo proba
tum eſt quòd non ſperabat habere filios legiti-
mos, meritò cum mortua coniuge prima,poſtea
ſecūdam induxerit, ex qua filium legitimum ge
nuit, dicendum eſt dictam legitimationem re-
uocatam fuiſſe per ſuperuenientiam dicti filij po-
ſtea legitimè nati, de quo minimè fuerat cogita
tum: ita voluit Bald. conſi. 306. caſus huius q.
uol.2.in nouiſ.ſecundo dubio.Caſtr.& Aret. in
l.ex facto,ff.de vulg.& pup. Caſtr.& Corn.in l.
ſi te parens, C. de ſuis & leg. & latè Tiraquel.
in l.ſi umquam.in uerſ.donatione largitus, nu.
55 252.cum ſequentibus,C.de reuo.dona. † nam
qui contrarium tenent (quos plurimos eſſe non
ignoro,cumulatos ab eo,nu.229. cum ſequenti-
bus,& à Fernādo Vaſquio lib.3.de ſucceſſ. crea
ti.§.21.nu.154.) procedunt, & intelligendi ſunt
data eorum cogitatione,ut idem Bal.diſtinguit
56 loco citato. † Quod & in alio ſimili caſu factum
uidemus de donatione,quæ per ſuperuenientiā
filiorum reuocatur,l.ſi unquam,C. de reuocan.
dona.qui per doctores intelligitur, quando do-
nans de filiis non cogitauit, ut etiam probatur
in c.fi.17.q.4.ibi [quidam cum filios non habe-
ret,nec ſperaret] & ibidem [nati ſunt ei filii nec
opinanti] & ideo dicunt ſcribentes, quòd illa
reuocatio donationis fit ex veriſimili, præſum-
ptaque mente donantis, qui ſi cogitaſſet de futu
ris liberis, ueriſimiliter aut non donauiſſet,aut
donationi eam legem appoſuiſſet, ut ſuſceptis
poſtea liberis, ea irrita fieret: ex quo fit quòd
ſi donans cogitauit de futuris liberis, non eſt lo
cus illius legis diſpoſitioni, nimirum ceſſante il
lius ratione, ut expreſsè uoluit Bar. in l. Titia,§.
Imperator,col.2.verſ.quæro,quid ſi in dubio,ff.
de leg.2.& in l.1.col.2.ver.tamen ut ego reſpon
deam, & ibidem Bald. in fin. verſicul. demum
quæro, C. de inoffic. dona. & idem Bald. in l.
1. colum. 2. in fin. quæſtio.1. C. de inoffic. dot.
& conſi.306.caſus quæſtionis.col.2.uerſic.ſecun
dum motiuum.uol.2.Imol.in c.fi.colum.6.uerſ.
idem attende.& col.11.uer.quæritur,quid in do-
natione. de dona. Caſtr. conſi. 434. reſpondeo
per ordinem,col.1.uol.1.& conſi.435.ſuper hoc
puncto,uol. 2. Andre.Sicul.in l.cum acutiſſimi,
colum.5.& alibi,C.de fideic.& in c. Raynutius,
colum.8.& 48.verſic.ſed uolentes.de teſta.Cor.
conſi.15.colum.3.uerſi.non enim reuocatur,uo-
lum.1.conſi.11.col.pen.uol.3.conſi.30.col.2.uo
lum.4.Soc.in rubr.ff. de lib. & poſthu. & in l.2.
col.1.ff.ſol.mat. conſi. 141. ultimo dubio, uol.4.
Dec.conſi.365.num.4.Bertran.conſi.214.poni-
tur in facto.in fi.uol.1.conſi.38.quamuis dona-
tio,col.1.uol.4.Rube.conſi.3.col.2.cum ſimilib.
cumulatis à Tiraquello in princ.dictæ legis,nu-
me.61.

58 me. 61. † prout etiam pari modo videmus in caſu l.cum auus,ff.de cond.& demon.l.cum acu tiſſimi,C.de fideic.& l.generaliter,§.cum autem, C.de inſti. & ſubſt. quæ iura cum fundentur in illa veriſimili & pręſumpta mente teſtatoris,ꝙ ſi de liberis liberorum cogitaſſet, veriſimiliter extraneum non ſubſtituiſſet,ut dicit Angel. conſi. 108.iſta quæſtio.in ſecundo dubio.Anch. conſi. 46.hoc capite,prima facie,poſt prin.conſequens eſt quòd ſi de illis cogitauit, & tamen extraneũ ſubſtituit, non ſit locus illis iuribus, ut pote ceſſante eorum ratione: ita Andr. Sicu.in d.l. cum acutiſſimi. & eo prior Rom.conſi.370.in propo ſita conſultatione. Dec.conſi.355.colum.2.verſ. quartò & vltimò,& conſi. 391. col. 1. conſi.416: col.fi.& ſatis probatur in d.§.cum autem.ibi [ Si de nepotibus cogitauerit] quem ad id expendit
59 Rom.& Tiraquel.locis citatis, † Et licèt filius legitimus Comitis Ioan. Franciſci poſtea natus deceſſerit,tamen tantum abeſt,ut dicta legitima tio reuocata reconualuerit, per illius mortem, prout etiam dicitur de donatione reuocata per ſuperuenientiam filij,quæ non reconualeſcit ipſo moriente, ut tradit Bart. poſt Marti. de Fano in l.Titia Seio,§.Imperator,col.fin.ff.de lega.2. Bar.conſ.235.Lapus fecit teſtamentum.Imol.in c.fi.col.fi.de dona.Baueri. Inſti.de teſta.mili.§.1. nu. 8.Corn.conſi.176.colum.fi.uol.2. cum ſimilibus per Tiraquel.in d.l.ſi umquam,in uerſ.ſuſceperit liberos.à nu.137.vſque ad nu. 170.vbi latiſſimè vagatur dilatando fimbrias, quam ſententiam ſecutus fui in l.poſthumo,nu.157.C.de
60 bon.poſſ.contra tab. † Et quia in his quæ ſunt ipſo iure ſublata,non datur regreſſus ad priſtinam formam,l.qui res,§.aream.ff.de ſoluti.l. inter ſtipulantem,§.ſacram,& ibi Iaſ.not.4. ff. de verbo.oblig.cum aliis per me loco citato, num. 240.& ex iſtis hæc opinio firmata remanet pro Comite Petro Maria contra Com. Ionnem Baptiſtam,quæ tanto clarior reddetur reſpondendo ſigillatim cõtrariis,de quibus ſupra, ad quæ
61 deuenio. † Et ad primum non diſputando,nũquid dicta legitimatio Comitis Io. Baptiſtæ fue rit plena legitimatio,uel potius diſpenſatio, uelut ab uxòrato patre petita: quod ſecundum te net ex multis Cephal.in d. conſi. 186. nu. 28. in hac cauſa promulgato,quoniam illud velut non neceſſarium conſultò prætereo, dico non inde ſequi quòd Com. Ioan. Baptiſta debeat excludere Com. Petrum Mariam ſubſtitutum non ci tatum, immo uerò dicta legitimatio non nocet dicto Comiti Petro Mariæ non citato, prout ex multis oſtendi latius in ſecundo fundamento ad eius fauorem condito: quod repetitione non eget,ſed hac additione,uel ſupplemento, quo cla
62 rius reddetur. † Nam licèt in legitimatione facta uiuente patre conſtitutũ ſit agnatos non eſſe citandos,quantum ſit reſpectu bonorum patris ea ratione,quia de ipſis ad libitum diſponere po teſt,& in eis eſt moderator & arbiter,l. in re mãdata,C.manda.ſicque tenet Bart.in l. Gallus,§. & quid ſi tantum,col.pen.ff.de lib.& poſth.quẽ cæteri ſequuntur ibi: tamen non idem iuris eſt in bonis ſubiectis fideicommiſſo, & in quibus pater grauatus reperitur ea reſtituere alteri, ſi deceſſerit ſine filiis: quoniam in eis ceſſat ratio Bartoli,cæterorumq; communis, quippe quòd
63 de illis pro libito diſponere non poteſt, † meritò à ceſſante ratione prædicta, ceſſare debet eorum deciſio, ſicque citatio fieri debet: quia ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio, quę ſub ea ratione fundabatur. c. cum ceſſante, & ibi Dec. de app.latè Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. 1. par.nu.9.& ita tenet in terminis noſtris Ancha. conſi. 427. circa primum quæſitum, in ſecundo dubio. Alex.conſi.68.conſideratis his,in 2.dub. & in conſi. 94. conſideratis his. uolum. 1. Deci.conſi.55.col.1.& 2.& latius conſi. 425. col. 3. latè Pariſ.conſi.9.nu.29.& 30. uol.2. Ruin.conſ. 3.col.3.uol.1.Repetentes in d.§.& quid ſi tantũ. potiſſimè verò Soc.col.pen. in fi. uerſ. quartum
64 correlarium, † vbi dicit quòd illa communis concluſio, quæ tenet legitimatum excludere ſubſtitutum,declaranda eſt & intelligenda procedere, ſi citatus fuerit ſubſtitutus, aliàs ſecus: & ſubdit ꝙ ita tenuit in indiuiduo Franc. de Rampo.& alij,quos ibi citat: ſequitur Galliau. nu.82.& ſequenti, & hæc concluſio confirmari poteſt ex alia,quam ponit Geminianus & Imol. in c.grandi.de ſupplen. negli. prælat. in 6. & ad rem noſtram deducit Dec.in allegato conſi.55.
65 colum.2. † vbi dicunt quòd primogenitus naturalis non poteſt ad inſtantiam patris legitimari, ad hoc ut ſecundo genitus legitimus excludatur,niſi fuerit requiſitus ſecundogenitus, ſtante conſuetudine,quòd non extantibus legitimis & naturalibus deferatur regimen proximiorib. quia non erat in poteſtate patris legitimis auferre ius ſuccedendi, qualis erat ſecundogenitus vigore dictæ conſuetudinis remoto primogenito non legitimo: & illam deciſionem refert & ſequitur Alex.in d.§.& quid ſi tãtum, colum. penul.pariq́ue modo Iaſ. in prima lectura, col. 18.uerſi. primo limita,& in ſecunda lectura,colum.14.uerſi.limita iſtam conclu. Ruin.col.pen. Alex.conſi.25.col.3.uerſi.ad prædictorum confirmationem, conſi. 67. col.4.uerſi. iuuatur iſta concluſio,& conſi. 94. col.pen.uerſ.7.confirmo. uolum. 1. quibus in locis hoc ſingulare reputat & notabile. & idem Dec.conſi.85.col.pen.& po ſtremò Tiraquel. in tracta. de iure primigeniorum,q. 34.nu.48. quare realis eſt & bene funda
66 ta reſponſio ad primum. † Nec ab ea me retrahit illud,quod dicebatur naturam legitimationis in eo verſari quòd retro trahatur, quoniam negatur iſtud habere locum in præiudicium tertii per tex.optimum in §.liceat igitur.in authen. quib. mod.natur.effi.leg.ibi [ & ſuos de cætero] & rurſus ibi [ & hoc facto exinde filios ] & ibi not.Ang.ad idem text. in §.illud tamen,in fi. in Auth.quib. mod. nat.effi. ſui.ibi [ quo facto ex hoc filios ] & ibi glo.& in c. tanta,in uerbo poſt contractum matrimonium. qui fil. ſint leg. Huiusq́ue ſententiæ fuerunt Bar.& omnes in d.§.& quid ſi tantum, quibus addendus eſt Bald. con ſi.102.eſt conſiderandum,colum.2.uol.3. Alex.

conſi.

conſi.5.nume.10. uol.7. Iaſ.in rubr.ff.de libe.&
67 poſth.col.3 Ceph.conſi.185.num.20. † Immo
verò in dubio eſt interpretanda legitimatio, vt
minus lædat tertium, d.§.ſi quis à principe. Rui.
conſi.80.nu.6.vol.3. Brun.conſi.15.num.12. Soc.
iun.conſi.63.num.16. conſi.110.nume.26.vol.3.
aut ſi qui ſunt ſupra relati, ſecus dicentes, & præ
ter eos alij, quos cumulat Tiraq. in trac. de iure
primig. quæſt.34.nu.33. cum eo temperamento
procedunt, ut ille ſubdit, noſque ſupra firmaui-
mus, nu. 9. cum aliis nundum eſt quæſitum ius
68 aliquod formatum, & incommutabile. † Nec
verum eſt quod dicebam ius formatum non eſſe
quæſitum Com.Petro Mariæ, cum penderet cō
ditio fideicommiſſi uiuente patre Com.Io. Ba-
ptiſtæ, quoniam cum tempore dictæ legitima-
tionis teſtatores iam deceſſiſſent, & ſic in bonis
eorum ius eſſet quæſitum Com.Petro Mariæ. ſi
Comes Io.Franciſcus eius frater decederet ſine
filiis legitimis &c. non potuit ipſe Com.Io.Frā-
ciſcus ius fideicōmiſſi ſubuertere p talē legitima
tionem filij ſpurij: eſſet enim iſta quædā ſpecies
alienationis rerum fideicommiſſo ſuppoſitarū,
cum per ipſam legitimationem in alterum bona
deuoluerentur, quam teſtator diſpoſuerit con-
tra auth.res quæ, C.communia de leg. Nec etiā
videtur intentio principis fuiſſe ius tertio quæſi
tum auferre. d.§.ſi quis à principe. c.quamuis, &
c.ſi pro te. de reſcr. in 6. ita pulchrè tradit Anch.
conſi.427.col.1. ſupra cum multis citatus in ſecū
69 do fundamento, † qui confirmat hoc in ſpecie
magis ex not.per Io. Andr. in c.ſine culpa, de re-
gul.iur. in 6. in merc.q.2. princ. vbi determinat
quòd legitimatio etiam per ſequens matrimo-
nium, non aufert ſpem ſucceſſionis, quam quis
habet in bonis nundū defuncti ordine primoge
nituræ: vnde multo minus, ſubdit Ancharanus,
in bonis iā defuncti legitimatio ſuperueniens di
70 ctā ſpē ſubſtituto quæſitā auferre debet: † hoc
enim ius, ut addit Soc.iun.conſ.12.col.2.uol.4.
dicitur adeo probabili ſpe ſubſtituto quæſitum,
ut impleta conditione ſubſtitutionis ſuæ, nō po-
tuerit illo priuari: & ideo in iure dicitur conſi-
derabile, iux. doctr. Bartoli in l.is poteſt, ff.de ac
quir. hæred. quoniam cæteri ſequuntur, & præ-
cipuè Aret.col.4.uerſi.uel tertiò adde, dicens ꝙ
huiuſmodi ius poteſt dici certo modo quæſitū,
ut per eum, quod & in terminis noſtris declarat
71 Alex.conſi.67.uol.1. † Et hoc eſt, ut ſubdit So
cin.iun. quia licèt ſit ius de futuro, dicitur tamē
habere cauſam ſubſiſtentem de præſenti, immo
de præterito fundatam, ſcilicet in teſtamento pa
tris vel aliorum præceſſorum, prout in caſu no-
ſtro: & in hoc differt à iure ſimpliciter de futuro
pendente ex uoluntate uiuentis, ut eſt ius ſucce
dendi ab inteſtato, quod non eſt ita conſiderabi
le, ut declarat Bar. in l. qui Romę, §. duo fratres,
q.6. ff.de uerbo. oblig. id enim ius moriens alte
rum inſtituendo auferre poteſt, non ſic in iure
72 fideicommiſſi. † Simile uidemus in iure ad
feudum in inueſtitura fundatum, quod in iure
quoque dicitur conſiderabile, & ſola uoluntate
uaſalli poſſidentis auferri nōn poteſt, ut docet
Bertrand.conſi.112. uiſis quibuſdam, nu.26.uo-
lum.2. priorum, & prius eo Barto. conſi.58. ex
themate prædicto. Rui.cōſ.36.nu.15. vol.3. Soc.
iun.loco citato. quare tandem concludi poteſt
hoc ius dici ſatis formatum & incommutabile;
quando teſtator eſt mortuus, cum teſtamentum
per eius mortem ſit cōfirmatum, c.cum Marte.
de cele.miſſ. & non ſit in poteſtate grauati illud
73 ſubuertere in præiudicium uocati: † & ſicut ex
parte grauati hoc eſt uerum, ſic ex parte princi
pis dici debet, quoniam licèt iſtud ius ſit quærē
dum, dum uiuit grauatus, in quo ſolet princeps
poſſe pjudicare, ſcd'm. Bal. in l.2.C.de iur.& fac.
& in c. dño guerram. hic fini lex. & per Mod. in
d.§.& quid ſi tantum, tamen quemadmodum ta
le ius, quando pēdet à contractu principis, per
eum tolli non poteſt, quia à ſuo contractu licèt
conditionali recedere non poteſt, cum ſit irreuo
cabilis, ut not.in l.1.C.de peri.& co.& in l.neceſ
ſario, §.pen. ff.eo. Rui.conſi.7.nu.30.vol.1.con-
ſi.69.nu.24.uol.3. pari modo quando pendet ex
teſtamento non debet à principe poſſe tolli per
legitimationem, cum dixerit auctoritate re-
ſcipti ſui teſtamentum reſcindi non poſſe. l.ſi te-
74 ſtamentum, C.de teſta. † Non omitto tamen
quòd Anch. à quo deſumpſimus hanc conclu-
ſionem, parum ſibi conſtans fuit, nam conſ.225.
uidetur prima facie dicendū, nu.5. quē ſequitur
Soc. conſi.226.col.3.uol.2. concludit legitimatū
excludere ſubſtitutum non citatum ea ratione,
quia teſtator ſubſtituendo, ſi filius deceſſerit ſi-
ne filiis legitimis &c. cenſetur veriſimiliter ean-
dem affectionem habuiſſe ad legitimatum poſt
amotam maculam geniturę, quā habuit ad eius
75 patrem. † Et quod dicitur per reſcriptum prin
cipis non debere tertio præiudicari, procedit
in iure quæſito in eſſe producto, ſed impedire fu
turam acquiſitionē, quæ pendet ex incerto euē-
tu, prout in caſu noſtro, non uidetur eſſe prohi-
bitum: nam nondum filio legitimo dicitur ali-
quod ius quæſitum tempore legitimationis, &
eius natura uidetur impedire futuras acquiſitio
nes ſucceſſionis, maximè deriuantes à teſtatore,
qui potuiſſet inſtituere etiam non legitimatum:
quare diſcrepat Anc. à dictis per eum in allega-
to conſi.427. cum uelit ibi non præiudicari ſub-
ſtituto, nec eum excludi per legitimatum, in eo
uerò conſi.225. ſecus determinet ex tacita & cō-
iecturata mente teſtatoris eo tempore, quo non
dum ius erat quæſitum ſubſtituto, ut plenius de
76 ducit Soc. in d.conſi.226. † Sed à priore ſen-
tentia non recedo, nam quod attinet ad illam
rationem veriſimilis affectionis teſtatoris habi-
tam ad legitimatum, ſicut ad legitimum, quam
pariter perpendit Soc. in l.Gallus, §.ſi eius, col.
fin.ff. de lib. & poſth. dico quòd illa non debet
attendi ad excluſionem ſubſtituti expreſſè uoca
ti, poſtquam teſtator non diſpoſuit ſuper ea: nō
enim uoluntas teſtatoris attenditur, niſi deter-
minatè diſponat, ut not. Bal. & Imol. in l. quidā
cum filium, per illum text. ff.de hære.inſt. Dec.
conſ.159.nume.5. conſi.205.nu.8. & conſi.287.
77 nu.9. † Immo quod teſtator non loquitur vel-
le

le non præſumitur, vt dicit Bald. in l. vnica, §. ſin
autem, C. de cad. toll. c. ad audientiam. de deci.
c. inter corporalia. de traſ. epiſ. Dec. conſi. 15. nu.
1. Ceph. conſi. 196. nu. 3. Quod verò dicit Anc.
de iure quæſito in eſſe producto, quod hic non
concurrit, tollitur ex dictis per eum in dicto cō
ſi. 427. quia id nō eſt neceſſarium, ſed ſufficit ius
quæſitum ſpecie probabili, quod nō eſt in pote
ſtate grauati tollere: ſicque reprehendit eum Ti
raquel. in d. l. ſi umquam, in verſi. ſuſceperit libe
78 ros, nu. 72. † Tantoq; magis in hāc ſententiam
trahor q; de Comite Petro Maria extāte & ſub-
ſtituto non fuit aliqua mentio facta principi le-
gitimanti, nam qui tenent in legitimatione facta
uiuēte & inſtante patre filiorum vel agnatorum
citationem neceſſariam non eſſe, moti ratione
Bartoli, quia pater de ſuis bonis diſponendi
liberam habet poteſtatem, quæ ceſſat ut dixi in
bonis alterius fideicommiſſo ſubiectis, requirūt
ſaltem quòd de filiis uel agnatis fiat mentio: a-
lioquin eis veluti ſubreptitia non nocet, neque
præiudicat, vt tradit Ioan. Andr. in addi. Specu.
in tit. de ſucc. ab inteſtato, §. 1. uerſi. item Scias.
cuius dicta refert Butri. in conſ. 2. viſis literis. An
gel. in §. ſi quis igitur. in Auth. quib. mod. nat. ef
fi. ſui. Soc. in d. §. & quid ſi tantum, nu. 19. vbi la-
tius. Crot. nu. 85. & in terminis de ſubſtituto lo-
quens Rui. nu. 127. Pariſ. omnium latiſſimè lo-
79 quens conſi. 3. col. 2. & 3. uol. 2. † & quod poſtre
mò dicit Anch. quòd teſtator potuiſſet inſtitue-
re non legitimatum, nihil urget, cum id nō fece-
rit, argumento tex. in §. illud quæſitum. in fi. In-
ſtit. de rer. diui. quod & à fortiori conuincitur,
nam uoluntas teſtatoris ordinata ad teſtandum,
non tamen ad effectum deducta, non attēditur,
ſiue ſit ad pias cauſas, ut concludit Oldra. conſi.
119. Titius condidit teſtamentum. Ioan. Andr.
in addi. Specul. in tit. de inſtr. ed. §. compendio-
ſe car. pe. in fi. verſi. ſed fuit quæſtio de facto. Ca
ſtrenſ. conſ. 365. viſa dicti facti narratione, col. fi.
ver. ſed tamen. Imol. conſi. 91. in cauſa, quæ uer
titur. Ioan. de Ana. conſ. 57. ſiue inter liberos, ut
per Caſtr. loco citato, & conſi. 202. Ad primum
quæſitum, in 3. dubio, & abundè Dec. conſi. 488.
colum. 2. & 3. meritò tanto minus attendi debet
quod nec fecit, nec ordinauit, nec facere quidē
cogitauit teſtator, licèt facere potuiſſet, & ita pa
tet primum contrarium luculenter ſolutum re-
80 manere. † Nunc ad ſecūdum tranſitum facio,
quod in eo verſatur Comitē Io. Baptiſtam uo-
luti legitimum ſuccedere poſſe, nec à legitimè
natis differre, & dico reſpectu primi fideicom-
miſſi rem non habere difficultatem, cum loqua-
tur de natis in legitimo matrimonio: quibus pla
ne verbis habita relatio fuit ad naturalem na-
ſcendi modum legitimè per uiam matrimonij,
meritò legitimatus non comprehenditur, ut di-
xi ſupra, nu. 48. comprobaturq; nā licèt Comes
Io. Baptiſta fuerit legitimatus, ac ſi natus eſſet
de legitimo matrimonio, tamē id nō niſi fictè, ac
impropriè dici poteſt, iuxt. not. per Bar. in l. ma-
81 ritus, §. legis, ff. de adulter. † quod potiſſimè
confirmatur: quòd enim quis ſit natus in uel ex
legitimo matrimonio eſt quid facti, quod ubi nō
eſt, non poteſt induci niſi per fictionem, l. in bel
lo, §. factæ, ff. de capti. uerba autem dicti fideicō-
miſſi verè ac propriè ſumenda ſunt, non autem
fictè & impropriè, nec ſecundum intentionē te-
ſtatoris legitimatus per reſcriptum dicitur verè
legitimus ſecundum Caſtr. in l. fi. C. de his, qui
ven. æta. impe. ſequitur Dec. conſi. 155. nu. 4. D.
82 meus Rimin. conſi. 453. nume. 12. † & Rui. ma-
gis in terminis noſtris conſi. 103. nu. 5. & 6. uol.
3. vbi concludit legitimatum non admitti ſtante
ſtatuto loquente de nato ex legitimo matrimo-
nio: quod idem eſſe debet in diſpoſitione te-
ſtatoris, §. diſponat. in Auth. de nupt. ut in ſpe-
83 cie concludit Cephal. conſi. 66. col. 2. † Secun-
dò reſpondetur ponderando illa uerba [in legi
timo matrimonio natis] quæ denotant q; imme
diatè & à principio ſuæ natiuitatis filij ſint tales,
ſicut quando teſtator loquitur de natis ex legi-
timo matrimonio, nam cum illa dictio, ex, de-
notet cauſam proximam & immediatam, Bart.
in l. 1. §. ex incendio, ff. de incen. rui. & nau. Bald.
in l. 1. c. ſi ſer. exte. & in l. non dubium. not. 5. C.
84 de legib. † ſicut & principium temporis, Bar.
in l. ex hoc iure. in princip. ff. de iuſt. & iur. non
uerificantur in legitimatis etiam per ſubſequens
matrimonium, ut in ſpecie concludit Pariſ. conſ.
9. nu. 44. & conſi. 12. nu. 146. uol. 2. quoniam illi
non habēt qualitatem legitimitatis à principio
ſui temporis, quod eſt eorum natiuitas, neque
proximè, nec immediatè conſequuntur eā quan
do naſcuntur, ſed dudum poſt ſubſecutum ma-
trimonium, §. legitimi. in Auth. quib. mod. nat.
effi. ſui. ibi [legitimi ſiquidem ſucceſſores pro-
cedunt hominibus ex nuptiis quas contrahunt]
igitur ante nuptias cōtractas non ſunt legitimi
ſucceſſores, & in verſiculo, quapropter ibi [nu-
ptiis procedētibus ex hoc ipſo ſunt ſucceſſiones
certæ, & inter legitimos connumerentur] igitur
antequam procedant nuptię, non ſuccedunt, ne
85 que legitimi dicuntur. † Comprobatur ex c. tā
ta, qui fil. ſint leg. ibi [qui antea ſunt geniti poſt
cōtractum matrimoniū legitimi habentur] igi-
tur ante illud celebratum nō ſunt legitimi; pro-
ut ſic illum ponderat Alciat. lib. 3. Parado. c. 12.
in fi. & mod. Galli in conſuetu. Pariſii, §. 8. nu. 35.
dicentes quòd quamuis ſequens matrimonium
faciat eos verè & propriè legitimos, verum eſt
ut ex nunc tempore ſcilicet contracti matrimo-
nij, non autem facit eos uerè legitimos retro, uel
in præteritum à tempore natiuitatis, ut proba-
tur ibi. poſt contractum matrimonium: tunc er
go conſtat, quòd uerè ad uſque fuerunt illegiti-
mi: & impoſſibile eſt facere quin tales fuerint, cū
ad præteritum ſtatum immutādum nulla ſit po-
tentia, ſecūdum Philoſophum. l. in bello, §. factę,
ff. de capti. ſed bene poteſt lex ex nunc fingere re
tro in præteritum eos fuiſſe legitimos, quę fictio
86 dicitur tranſlatiua de tempore ad tempus. † ac-
cedit etiam text. in §. ſi uerò etiam. in Auth. qui.
mo. nat. effi. legi. ibi [his ita geſtis & nuptias & ex
eis ſobolem eſſe legitimam] igitur ante geſtas nu
ptiasque ſequutas ſoboles non eſt legitima, quia
inclu-

incluſio vnius tempòris, eſt alterius excluſio, l.
cum prætor, ff. de iudi.& tradit Pariſ. conſil. 68.
nu.104.vol.4. Demum confirmatur ex l. nuper,
C.de nat.lib.ubi dicitur quòd filius naſcitur iu-
ſtus, ſi naſcatur poſt matrimoniū, quamuis prius
fuerit conceptus: vnde præſupponit ille text. ꝙ
filius non dicatur naſci iuſtus, ſi matrimonium
ſequitur natiuitatem: ſicq́ue ponderat eum Rui.
87 conſi.92.col.5.circa fi.uol.3. † Et cum prædictis
iuribus ita ponderatis cōcordat ad vnguem Bal.
in c.innotuit, col.penul.verſi.& nota. de electio.
dicens quòd omnis legitimatio eſt præpoſtera,
quia facit quem legitimum ex poſt facto, ſed le-
gitima natio eſt ordinata proceſſio, ſecundum
uiam naturæ, nam præcedit matrimonium ut
cauſa, deinde naſcuntur, legitimi: ordo enim na
turæ eſt, vt cauſa præcedat cauſatum ſuum, l.
2.§. prius, ff. de vulga. & quamuis, ſubdit Bal.
iſta legitimatio per matrimonium ſit reſtitutio,
per quam abſoluitur ſordes peccati, tamen qui
moritur cum filiis ſic legitimatis, non dicitur de
cedere cum filijs legitimè natis, quia legitimatio
eſt ordo præpoſterus, & macula eſt impreſſa o-
88 rigini. † Et cum Baldo conuenit etiā Ceph.
conſi.111. nume.10. licèt eum non alleget, ſed
Antonium Roſellum in tract. legitima. de cauſa
finali ſeu effectiua legitimationis. in princ. ubi
loquens de legitimato per ſequēs matrimoniū,
diſtinguit duo tempora, ſcilicèt matrimonii,
& hoc tempore & deinceps verè & propriè eſt
legitimus, & natiuitatis, & illo fictè dicitur
89 legitimus: † quod enim factum eſt, pro infe-
cto haberi non poteſt, per viam veritatis, ſed
ſolum per uiam fictionis: ſicq́ue diſtinguit Lu-
doui. de Sard. in tractat. legitima. in illa part.
in qua tractat de legitimationis effectu, quæſt.
2. & idem uoluit Cephal. conſil. 81. nume. 20.
& Roland. à Valle conſi. 100. num. 37. volum.
ſecundo, quibus accedit pulcherrimè Natta con
ſil. 624. colum. 4. vbi poſt Bal. in l. eam quam.
colum.11. verſicu. quæro vtrum, C. de fidei-
90 commiſſ. † dicit quòd legitimatio reſtituit in
integrum, ſicut ius poſtliminii, quod habet duo
capita, unum ſecundum veritatem; nam eo ip-
ſo quòd captus reuertitur, recuperat omnia iu-
ra ſua: alterum eſt ſecundum fictionem, quia
fingitur retro fuiſſe in ciuitate: ſic legitimatus
vt ex nunc eſt verè legitimus, vt ex tunc fictè:
quod probat etiam ratione poſt Aret. in l. Gal-
lus, §. ſi eius, ff. de libe. & poſthum. quia retro-
tractio de tempore ad tempus non fit, niſi ſecun
dum fictionem, etiam in his quæ ſunt iuris: un
de legitimatus ſecundum tempus præſens non
poteſt uocari ſpurius, dicendo tu es ſpurius,
ſed per verba præteriti temporis bene dici po-
teſt, tu fuiſti ſpurius: quare ſi prædicta proce-
dunt in legitimato per ſequens matrimonium,
multo fortius in legitimato per reſcriptum.
& ideo cum teſtator ſubſtituendo grauatis, ſi de
ceſſerint ſine filiis in legitimo matrimonio na-
tis, ad principium reſpexerit, & eos quando
naſcerentur voluerit eſſe tales, eſt impoſſibile
91 legitimatos per reſcriptum contineri. † Ter-
tiò non omitto quoque reſponderi poſſe ſecun
do contrario, quòd licèt plerique voluerint le-
gitimatum uerè, non etiam fictè, legitimū dici,
ut præter allegatos plerique ſunt, quos re-
cenſet Tiraquell. in dicta l. ſi unquam. in verſic.
ſuſceperit liberos, nume.63. C. de reuocan. do-
na. attamen alios contrariæ ſcolæ ſequaces idem
cumulat, nume.79. ſed quicquid ſit certo fœde-
re diſtinctionis omnes conciliari poſſunt, ut per
Deci. conſi. 275. nume. 8. dominus meus Zuc.
in l. poſthumo, nume.24.& 25. C. de bon. poſſ.
92 contra tab. & Cephal. conſi. 276. num.10. † in-
quit enim quòd legitimatus dicatur verè & pro-
priè legitimus, id eſſe verum conſiderando legi
timum in genere, & quando agitur de impedi-
mento iuris ciuilis, & ſic largo modo dicitur ue-
rè legitimus: ſed ſi conſideramus eum in ſpecie
ſtrictoq́ue modo reſpectu matrimonij, à quo
filius dicitur legitimus, l. filium, ff. de his, qui
ſunt ſui. legitimatus per reſcriptum non dicitur
propriè & uerè legitimus. citat Deci. Benedi-
ctum de Plumb. in diſpu. ſua, incip. Statuto
Piſano, in primo dubio, & Curtium, qui eum re
fert conſil. 16. colum.4. ſicut & Abbatem in ca-
93 pit. Rodulphus, de reſcrip. colum.1. † dein-
de dicit quòd legitimatus eſt uerè legitimus ac-
cidentaliter & de iure ſpeciali, non autem de iu
re communi, naturaliter, & ab origine, ſicut
eſt filius natus ex legitimo matrimonio: uerba
autem debent intelligi naturaliter, l. fina. C. de
his qui uen. æta. impe. & natus in legitimo ma-
trimonio, dicitur legitimus in potiori ſignifica-
94 to, † quia legitimatus in pluribus differt ab
eo, qui natus eſt legitimè, ut inferius probat,
& in conſil. 284. nume.13. & præter eum proba
tur ex doctri. Baldi in cap. per tuas. de maio. &
obed. dicentis legitimatum debere reuerentiam
legitimè natis, nec debere ſedere ad eandem
menſam: ex quo fortaſſis prodiit illud Illuſtriſ-
ſimorum & ſapientiſſimorum dominorum Ve-
netorum inſtitutum, qui natos illegitimè in
ſuum conſilium (mea quidem ſententia, vt
vidi, uenerandum, & immenſa maieſtate ple-
num) non admittunt, tametſi poſtea quoquo-
modo iura legitimatorum nacti ſunt, ut refert
Fulgoſ. conſil. 621. ſtante ſtatuto, columna ſe-
cunda, uerſic. hocq́ue euidentius. & Tiraquel.
in tractat. de nobili. cap.15. num. 19. at in pro-
poſito noſtro teſtator ſubſtituendo grauatis, ſi
deceſſerint ſine filiis in legitimo matrimonio
natis, dicitur conſideraſſe legitimos in ſpecie
reſpectu matrimonii, de illo mentionem fa-
ciendo, meritò patet hoc caſu legitimatum
per reſcriptum neque verè, neque propriè le-
95 gitimum dici, nec reputari poſſe. † Quar-
tò, & ultimò dici poteſt legitimatum non di-
ſtare à uero legitimo, quo ad futura, non
autem quo ad præterita: quoniam legitima-
tio oculos non flectit retro, ſicq́ue declarat
Cephal. in conſil. 111. nume. decimo, & con-
ſil. 285. nume.41. poſt Socin. conſil. 226. uo-
lum. ſecundo. at in caſu noſtro tractatur de
diſpoſitis per teſtatorem ante legitimationem,

meritò Com. Ioan. Baptiſta non vti legitimus
96 cenſeri debet. † quò verò ad vtrunque fideicō-
miſſum reſponderi poteſt, vt per Curt. conſil. 13. num. 23. vbi dicit quòd illa verba priuilegij, quòd quis habeatur tamquam editus de legitimo matrimonio & agnatis & cognatis parētum, agnatus & cognatus efficiatur, debent intelligi non extantibus aliis legitimis agnatis & cogna-
97 tis, † quia priuilegia contra ius & in præiudicium tertij tendētia ſtrictiſſimè ſunt accipienda, c. olim il primo, & ibi Doct. de uerb. ſign. cū aliis per eum, quē ſequitur Grat. reſp. 65. nu. 5. uol. 1. & reſp. 29. nu. 62. uolum. 2. immo verò Tiraquel. in allegato verbo, ſuſceperit liberos, nu. 52. ſimpliciter dixit legitimatum haberi pro legitimo, quantum ad ipſum & legitimantē, non etiā quātum ad tertium per §. filium verò. in Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. ubi dicitur [ filium verò per huiuſmodi cauſam factum legitimum ipſi ſoli genitori, legitimum facimus, non etiam extraneę perſonæ, ideſt cognationi patris ] quamquam ſententiæ ſuæ non ita ſimpliciter adhærendum cenſeo:
98 † quoniam text. ab eo citatus duntaxat habet locum in legitimato per oblationem curiæ, vt declarat Ruin. conſ. 108. ad fi. vol. 3. ſed legitimatus per reſcriptum, uel per alium modum, per quem reſtituatur primis natalibus, legitimus efficitur quo ad auum & tranſuerſales per allegatos ſupra, nu. 12. & præter eos ſecundū Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de ſucc. ab inteſt. in ultima addi. Butri. in c. per venerabilem, qui fil. ſint leg. Caſtr. conſi. 227. Ang. conſil. 17. Comes Brādiliſius. Are. in d. §. & quid ſi tantum. & Alc. cōſ. 159. uol. 1. qui communem teſtatur, ſequiturq; Ruin. conſi. 108. ad fi. uol. 3. vnde dictū Tiraquelli temperandum eſt, ut per Cur. & Grat. de quibus ſupra, ꝙ legitimatus non habeatur pro legitimo, quo ad tertium, ſtantibus legitimis, prout in caſu noſtro: ſi uerò non extant, pro tali ſit re-
99 putandus & tenendus. † Ad tertium reſpondetur præter Ceph. in d. cōſi. 186. ex doctrina eiuſdemmet Angeli conſ. 6. lata eſt ſententia. ubi limitat illā regulam de uerbis, in omnibus & per omnia, ꝙ non impediant reſtrictionem, ne ſequatur aliquod abſurdum uel inconueniēs, ne quis indebitè damnum patiatur, argum. l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſ. tut. & ideo ſtante ſtatuto, ꝙ poteſtas exequi poſſit ſententias conſulū, prout ipſi in omnibus & per omnia, non tamen poterit poteſtas exequi mediante banno ceſſantis & fugitiui, propter quod etiam uxores & filij obligantur, quia hoc eſſet crudele & inhumanū, ꝙ illi tenerentur pro debitis fugitiuorum: & illā deciſionem ſequitur Aret. & Crot. in l. 1. ff. ſol. ma. ſicut & Ripa, nu. 9. diſſentiens ab Alexandro cōtrariū tenente. Et licet ambo Socini, & Iacobus Nigri pariter contradicant, fatentur tamen om-
100 nes opinionem Angeli æquiorem eſſe. † Similemq; doctr. tradit Butri. conſi. 19. ubi tenet ꝙ licet Abbati conceſſa ſint ea quæ competūt Epiſcopo in omnibus & per omnia, tamen talis adæquatio non trahitur ad inſolita, inhoneſta, & cū difficultate cōcedenda: ſequitur Iaſ. in d. l. 1. nu. 21. ff de leg. 1. ex quibus etiam Pariſ. conſ. 12. nu. 212. uol. 2. in terminis noſtris dicit talem clauſulam, ꝙ legitimatus in omnibus & per omnia ęquiparetur natis ex legitimo matrimonio, declarari debere, ac reſtringi uidelicet dūmodo legitimatio fiat cum ratione, cauſa, moderamine, & honeſtate. meritò non debet ex dictis verbis fideicommiſſum comprehendi, cū id eſſet abſurdū, inconueniens, & inhoneſtum & indebitè damnum pateretur Comes Petrus Maria, qui vocatus ad fideicōmiſſum excluderetur per dicta uerba, & de prædictis deciſionibus non perpendit Ruin. in d. conſi. 161. nu. 19. uol. 2. nec Iaſ. in d. cōſi. 40. uol. 3. ſanius locutus. in lectura dictæ legis
101 primæ. † Ad quartum de uerbis uniuerſalibus quibus dicitur admiſſus Comes Io. Baptiſta ad ſucceſſionem diuerſorum, & aliorum quorumcūque, meritoque uidetur admiſſus ad ſucceſſionē fideicommiſſi, reſpondetur ꝙ prædicta uerba reſtringi debent, ne Comes Petrus Maria indebitè damnum patiatur, ut fieret ſi etiam cauſam fideicommiſſorum comprehenderent: Ita gl. Barto. & cæteri ſcribentes, & poſt eos Iaſ. in l. fi. §. in computatione, C. de iure delib. Dec. conſi. 356.
102 col. 1. Crau. conſi. 3. nu. 6. conſi. 221. nu. 3. † Simile uidemus in libero arbitrio alicui conceſſo, qđ reducitur, atque reſtringitur ad arbitrium boni uiri, quotiens agitur de præiudicio tertij, ut illud euitetur, ut ponunt Butri. & Imol. in c. 1. de conſti. & ibi Dec. lect. 1. nu. 21. Fely. nu. 51. & latè ſatis Andre. ab Exea. nu. 427. & 428. Lap. alleg. 61. Natta in clemen. ſæpe, §. non ſic tamen, col. 33. verſi. tertium eſt. de uerb. ſignif. Bal. in Rubr. C. de pœna iud. qui malè iud. q. 1. Dec. in c. dilecti, nu. 6. de iudi. & conſi. 355. nu. 6. & alii quamplures, quos cumulat Menoch. in tract. de arbit.
103 iud. lib. 1. q. 9. nu. 8. † hocque præterea comprobatur: nullum enim eſt uerbum tam uniuerſale & indiſtinctum, quod ex conſideratione circūſtantiarum non debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipere, l. ſi mihi in uia, §. fina. ff. de lega. 3. ſicque reſpondet Oldrad. conſil. 148. factum eſt tale, colum. fin. verſicul. ad alia ita reſtringens illa uerba, omnia quæ ſibi obuenire poſſunt, quomodocunque, & qualitercunque. Purpur. in l. cum quid, nume. 26. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. quodcunque, colum. 2. ff. de verbo. obl. cum ſimilibus per Neuiz. conſi. 40. nume. 12. at materia fideicommiſſi eſt circumſtantia conſiderabilis, propter quam dicta uerba reſtringi debeant, & illud non complecti, ne tertio fiat præiudicium, hoc eſt Comiti Petro Mariæ: unde Comes Io. Baptiſta intelligitur legitimatus ad ſucceſſionem aſcendentium agnatorum, & cognatorum, & aliorum quorumcunq;, & in quacunque ſucceſſione, ad quam non eſſet alius uo-
104 catus, & ſine illius præiudicio. † Et hæc interpretatio multùm palpabilis & iuridica redditur, quoniam ſi uerba multum ampla & prægnantia non extendūtur ad inſolita, abſurda, & cum difficultate concedenda, ſecundum Butri. in allegato conſi. 19. & Iaſonem in d. l. 1. immo uerba quātumcūque præciſa recipiunt congruam, & æquā inter-

interpretationem.glo.in l.ſtipulatus ſum Damã.
in verſi.continuo. & ibi Bartol. ff.de verbo.obl.
Natta conſi.4.colum.fin.multo magis verba du
105 bia & æquiuoca,de quibus in caſu noſtro. † Ae
cedit quòd ſicut noluit princeps admitti Comi-
tem Io.Baptiſtam ad ſucceſſionem bonorum pa-
tris,niſi quatenus ei reliquerit,non autem cõtra
eius voluntatem , pari modo cenſetur noluiſſe
eum venire ad ſucceſſionem aliorum contra uo-
luntatem illorum,& in pręiudicium vocatorum
ab eis, vt ſic principis voluntas vniformis fuerit
ad omnes ſucceſſiones,l.nam hoc iure, ff.de vul-
106 ga.& pup. † Immo verò ſi quando petens legi
timari filium minus expreſſit in precibus, plus
verò comes in legitimatione, talis legitimatio
non operatur in præiudicium tertij, cui ius eſſet
quæſitum,ut tradit Pariſi.conſi.6. nume.41. uo-
lum.2. multo minus hic, vbi Comes Ioan.Fran
ciſcus & princeps idem expreſſerunt, nec vllus
eorum de fideicommiſſis aut ſubſtitutis vllam
penitus mentionem fecit, dici debet Comiti
Petro Mariæ cenſeri præiudicatum: & iſtæ ſunt
rationes multum palpabiles, & concludentes
107 ad moderanda verba ſupra relata. † Nec ſub-
ſcribere poſſum conſilio Socini 63.nume.7.uo-
lum.3. volentis in legitimatione non eſſe neceſ-
ſariam mentionem fideicommiſſi vel ſubſtituti,
& id eſſe de mente doctorum: nam Salyc. Ale-
xand. Imola, Deci. Ruin. Neuiza. Curt. iun.
Grat. Brun. Cephal. & Anchar. quos in primo
fundamento ſupra deduxi pro Com. Petro Ma
ria facto, clarè contrarium dicunt, ex quibus
Socin. conuincitur, & ſingularis remanet in ea
108 ſententia, meritò non eſt illi deferendum. † Rur
ſus procedere poſſet opin. ſua citatis agnatis,li-
cet eorum mentio poſtea non fuiſſet in legiti-
matione facta: at ſecus ubi neutrum factum fue
rit, ut in caſu noſtro, quia ſicut plura admini-
cula ſolent ampliare,pari modo plures defectus
ſolent annihilare & actum deſtruere,ut idem So
cin.argumentatur, & concludit conſil.118.co-
lum. antepenul. verſicul. poſtremò, uolum.pri-
mo,quem ſequitur Marſil.ſingul. 385. Grat. Re
ſpon. 59. nume.41. volum.1. Grammat. conſil.
45.nume.22. Roland. à Valle conſi. 24.nume.
109 61. † Præterea circa mentionem agnatorum
non factam ſolet adhiberi probabilis diſtinctio,
quòd aut id quærimus reſpectu ualiditatis legi-
timationis,& agnatorum mentio non eſt neceſ-
ſaria: aut id quærimus reſpectu ſucceſſionis in
bonis agnatorum, & eorum mentio requiritur:
alioquin non prodeſt talis legitimatio. Ita uo-
luit Butri. in cap. per venerabilem, colum. 17.
ver. nunc videamus an legitimatus. poſt Iacob.
de Belui. in §. primo, in Authen. quibus mod.
nat. effi. ſui. ſequitur Deci. conſi. 367.nume. 5.
& alios citat Porti. Imolenſ.lib.3.regularum ſua
rum, concluſione 3.colum.2. ſicut & Ceph.con-
ſi.285.nume.24.& nume.50.& 51.nos autem ver
ſamur in ſecundo caſu, uidelicèt an ſuccedere
poſſit Com.Io.Baptiſta teſtatoribus ſuis anteceſ
ſoribus agnatis: igitur de ipſis & Com. Petro
Maria mentione non facta, dicendum eſt ei di-
ctam legitimationem prodeſſe non poſſe, nec
110 dicto Com. Petro Mariæ præiudicare. † Po-
ſtremò non omitto dici poſſe quod pinguiori-
bus verbis concepta fuerat legitimatio,de qua
loquitur Socin. quàm præſens: Comes enim
Palatinus voluerat quòd legitimatus ab eo eſſet
legitimus & naturalis, ac ſi ab initio fuiſſet legi-
timè procreatus per uerba multùm ampla, & ꝙ
ſuccederet ex teſtamento & cõtra teſtamentum,
& quòd faceret conditionem purificari & defi-
cere, ſicut feciſſet ſi fuiſſet de legitimo matrimo
nio a princ. procreatus, non obſtante quocunq;
iure quæſito alteri ſeu quærendo: quibus planè
verbis apparebat, ut ſubdit Soc. clara legitiman
tis intentio, quòd etiam in fideicommiſſis inclu
deretur legitimatus, ſiue tanquam poſitus in cõ
ditione, ſiue tamquam uocatus. at hæc verba ceſ
ſant in narratione patris Comitis Io.Baptiſtæ,
111 ſicut & in legitimatione principis ſequuta: † me
ritò non obſtat illud conſi. Socini, quia ex pun-
cti diuerſitate ius uariatur. Pariſ.conſil.99. nu-
me.39.uol.3.ubi dicit quòd ex diuerſitate facti,
iuris deciſio diuerſa & contraria reſultat. Ad
& Nicolaus inſtituti fuerunt nepotes teſtatricis,
deinde filii ſui qui præmortuis illis & præteriti
rupiſſent teſtamentũ, d. l. poſthumorum, meritò
25 ne id ſequatur, de illis debet intelligi: † tanto-
que magis quia ſunt tales qui ex præſumpta vo-
luntate teſtatoris excluderent quemlibet ſubſti
tutum Hieronymo, etiam ſi uocati non eſſent
per l. cum auus, ff. de cond. & dem. & l. cum acu-
tiſſimi, C. de fideic. taliſque conſideratio uide-
tur de mente Ruin. conſi.158. nu.12. uol.2. licèt
26 non ita deducat. † Quartò conſiderabat aduo
catus alia uerba teſtamenti dicentis [& hoc ideo
fecit

fecit ipſa D. Teſtatrix , quia uoluit omnia eius
bona peruenire debere & remanere in familia
& agnatione prædictorum fratrum ] quæ verba
clariſſima ſunt ad fideicommiſſum, ut not. Are.
Soc. & alii in l. qui Romæ, §. cohęredes, ff. de uer
bo. obl. Soc. cõſ. 249. col. 11. cõſi. 251. col. 5. Dec.
27 conſi. 425. & alibi paſſim doctores. † Quintò
ponderabat clauſulam codicillarem in teſtamẽ
to pòſitam, quæ ſolet eſſe illius roboris ac uirtu-
tis, vt ſubſtitutio facta ꝑ uerba directa trahatur
ad fideicõmiſſum, prout originaliter uoluit Bal.
& poſt eum Caſtr. Ang. Imol. Alex. Iaſ. & Alci.
in l. uerbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.
Fulg. in l. precibus, C. de impub. & conſ. 43. Mat
theſ. notab. 141. Soc. conſi. 144. col. 1. uol. 1. Alex.
conſi. 81. col. 1. conſi. 51. conſi. 201. nu. 18. uol. 6.
Cur. iun. conſi. 180. nu. 32. uolum. 2. ſicque con-
cludit in terminis in ſubſtitutione facta per uer-
ba directa Dec. conſi. 431. col. 2. unde filii Hiero
nymi uigore d. clauſulæ codicillaris admitti de-
bent ad hæc bona per fideicommiſſum & publi-
cationem eorum impedire: & his mediis cona-
batur D. aduocatus clientes ſuos tueri, cõcluſio
nemque meam ſubuertere, ſicque Illuſtr. domi-
ni Giberti cameram fiſcalem prorſus exclude-
28 re. † Sed ego diligentius omnibus animaduer
ſis in priorem ſententiam reſedi, prædictis mini
mè refragantibus: namque ad primum poteſt
in primis probabiliter id negari, uidelicet quòd
ſubſtitutio facta de filiis Hieronymi, facta dica-
tur per nomen collectiuum propter interpoſitã
copulam &, inter uerbum filios, & uerbum de-
ſcendentes; quæ ſolet inter diuerſa poni. glo. &
Doctores in Rubr. C. de iur. & fac. igno. uerbũ
ergo filios, reſpicit natos ex Hieronymo, uerbũ
deſcendentes, ulteriores ex illis uel aliis naſcitu
29 ros, ſicque diuerſas perſonas: † filiique Hiero
nymi uocati per uerbum filios, non dicuntur uo
cati per nomen collectiuum: id enim non eſt ta
le, licèt uerbum deſcendentes ſic illis non adie-
ctum, ut per Dec. conſi. 223. nu. 4. Soc. iun. conſi.
126. nu. 26. uolum. 1. ſed uocati dicuntur per no
men ſpeciale, prout eſt uerbum filios: cæteri ue
ro uocati dicuntur generaliter per illud uerbũ
deſcendentes, ut pulchrè determinat Rui. conſ.
123. n. 2. uol. 2. ubi propriè loquitur de teſtatore,
qui uocauit filios filiorum, & deſcendentes eo-
rum; dicitque quòd filii filiorum dicuntur uo-
cati nominatim, quia filiorum nomen eſt ſpecia-
le, cæteri uerò generaliter per illud uerbum de-
ſcendentes. mouetur ex l. Titius. in princ. ff. de
libe. & poſthu. & ex doctrina Angeli conſi. 305.
chariſſime frater, ubi facto relicto filiabus & hæ
redibus earum dicit filias fuiſſe ſpecialiter nomi
natas & hæredes earum generaliter, & Ruinum
ſequitur Cephal. conſil. 262. nu. 13. uolens & ip-
ſe uerbum filiorum non eſſe collectiuum, ſed ap
pellatiuum, quod differt à collectiuo; atque id
tradit Cur. iun. conſi. 58. nu. 4. quare iam patet
machinam per illum D. aduocatum ſuper erro-
30 neo fundamento conſtructam collabi: † quo-
niam deficiente fundamento, non poteſt ædifi-
cium ſtare, ut per Spec. in tit. de aduoc. § ſexto,
verſi. poſt hoc. c. cum Paulus, prima. quæſt. 1. c.
veniens de presbi. non baptiz. cum ſimilib. per
Firma. in verſi. fundamentum. Bal. in l. vnica, §.
1. C. de cad. tollen. Nicolaus Rucher. conſ. 27. nu
me. 42. primo tomo diuerſorum Germaniæ
31 † Sed ut etiam cõcederemus filios Hieronymi
per nomen collectiuũ fuiſſe vocatos, adhuc dico
quòd ex quo uocati ſunt per verbum, inſtituit,
merè directum, quod fideicommiſſo non conue
nit, nec adaptari poteſt, ut prædixi, certè dicun-
tur in vulgarem tantum uocati, ut in terminis
tradit Dec. in d. conſi. 205. qui cauillari non po-
teſt: nam loquitur in ſubſtitutione facta per no-
men collectiuum, liberos, vt patet in principio
conſilij, vbi proponit caſum de teſtatore, qui fra
trem inſtituit, & liberos ſuos: eundemque po-
nit conſi. 248. in princ. poſteaque, nu. 5. idem cõ
32 cludit: † eademque ratione mouetur in conſ.
228. & conſi. 253. nu. 2. loquens quando teſtator
inſtituit fratrem & ſuos, ſicque per nomen colle-
ctiuum locutus fuit, ut concedit Craue. citatus
in d. conſi. 22. num. 4. verſi. & ſi dicatur. & tamen
vbique vult Dec. in vulgarem tantùm ſubſtitu-
tionem illos uocatos cenſeri, & præter Deci. te-
net Aret. idem in d. §. quidam rectè, col. pen. vbi
reprehendit Caſtr. quando ſubſtitutio facta fuit
per uerba directa, prout eſt uerbum inſtituo (de
33 quo hic agitur.) † eſt enim impoſſibile, ut ille
dicit, quòd ſubſtitutio facta per tale uerbum tra
hatur ad fideicommiſſum, ex quo potuit ab ini-
tio ualere iure directo, iuxt. plenè not. in l.
uerbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupil. ubi ſic con-
cludunt Doctores per illum tex. in uerbo, fru-
34 ſtra. † quod intelligitur ſine fructu, l. fruſtra,
C. ne vx. pro mari. c. ſi Romanorum. 19. diſtin.
nam nõn eſſet ſine fructu, ſi traheretur ad fidei-
commiſſum, ut per eos ibi. & idem tenet Ale. in
l. centurio, ff. eo. nu. 64. qui communẽ teſtatur.
& Iaſ. confirmat, nu. 10. Gallia. nu. 63. Cur. iun.
in l. precibus. poſt Alex. & Iaſ. nu. 50. C. de im-
pub. & al. ſubſtit. ubi latiſſimè dixi, nu. 335. cum
pluribus ſequentibus. Guil. Bened. in c. Raynu-
tius. in verſi. ſi abſque liberis ſecundo, num. 32.
de taſta. & cum Aret. per rationem ſupradictam
conſentit etiam Soc. in d. §. quidam rectè, col. pe
nul. uerſi. ſecundus caſus, ubi propriè loquitur
quando plures vocantur ordine ſucceſſiuo, &
per uerbum inſtituo: idemque tradit conſ. 43. co
lum. 5. uerſi. aliquando & ſecundò, uol. 3. citan-
do ſe in d. §. quidam. ubi pariter Galliau. ſequi-
tur, nume. 22. dicens, quòd communis eſt reſo-
lutio in hoc paſſu, quòd ſi ſumus in inſtitutio-
ne, tunc tantùm per vulgarem cenſentur uoca-
ti, non autem per fideicommiſſum: & illud an-
te eos quoque tenuit Caſtr. in d. conſi. 352. ad
35 ſi. uol. 2. † Et certè ratio prædicta, æquè mili-
tat in uocatis per nomen collectiuum, ſicut per
appellatiuum filios (quo ſecundo caſu loquun-
tur Aret. & Soc.) quia ſi illud verbum inſtituo,
directum, quod ab initio uoluit iure directo, nõ
poteſt ad fideicommiſſum trahi: utique fateri
oportet eos in vulgarem tantum uocari, ſiue te-
ſtator uſus fuerit uerbo filiorum, ſiue liberorũ,
ſuorum,

ſuorum,uel deſcendentium: & propterea bene
Decius in conſiliis ſupra citatis loquens in ſub-
ſtitutione facta per nomen collectiuum,ut libe-
tos,vel ſuos,ſub hoc verbo,inſtituo , idem con-
cludit quod Aret. & Socin. in facta per nomen
36 filiorum per eorum rationem : † quia vnifor-
mis eſt vtrique caſui,meritò idem ius eſſe debet,
l. illud,ff.ad l. Aquil.l.à Titio,ff.de verb. oblig.
l.fina. C. ad l. Falcid. cum ſimilibus,& idem te-
net alibi Socin.in conſi.113. colum. 3. volum.1.
vbi non facit differẽtiam,an quis inſtituerit fra-
trem & liberos vel filios , & ſic an fuerit locutus
per nomen collectiuum , vel appellatiuum : ſed
tantùm ponderat quòd vſus fuerit verbo , inſti-
tuo, quod eſt directum , ſecutus Aretinum in
dicto §.quidam. nec Caſtr. ibidem contrarium
tenens facit illam differentiam de verbo filiorũ,
ſeu liberorum, ſi rectè conſideretur : ſicque re-
fert eum Socin.in dicto conſi. 113. & vltra præ-
dictos addo Rubeum conſil. 129.colum.fin. qui
propriè loquitur, quando teſtator dixit inſtituo
fratrem,& liberos,& ſic per nomen collectiuum
locutus fuit : & tamen concludit quòd tales li-
beri cenſetur uocati per vulgarem , citans Soc.
& Dec.in conſiliis de quibus ſupra,& in indiui-
duo quòd inſtitutio facta de pluribus filiis teſta-
toris & eorum deſcendentibus ( ut hic ) intelli-
gatur in vulgarem tantùm : & ideo adita hære-
ditate per filios,nepotes excludantur concludit
Dec. conſi.384. quo nihil melius adduci poteſt.
37 † Et ex his planè reſoluitur conſilium Crauet
tæ 22.in quo fiebat ex aduerſo fundamentum :
loquitur enim clarè de ſubſtitutione facta per
verbum, ſubſtituit , vt in eius principio patet,
ibi [ ſubſtituit nobilem Beatricem eius filiam &
ſuos ] quod verbum ſubſtituo, eſt commune ſe-
cundum Barto.in l.centurio, colum. penul.& cę
teros poſt eum, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. vnde
facilius eo caſu trahitur ad fideicommiſſum,quã
ſubſtitutio facta per verbum directum ciuile,ut
eſt verbum inſtituit,iuxt. not. in l.ſecunda, ff.ad
Trebel. & in dicta l. centurio, ſicque propriè di
ſtinguit inter iſtos duos caſus Galliau. in dicto
§. quidam, nume.22. faciens differentiam , an
ſimus in inſtitutione , & ſic in verbo directo ,
& tunc cenſentur iſti vocati ordine ſucceſſiuo
per vulgarem tantùm . aut verò ſumus in ſub-
ſtitutione, & ſic in verbo communi , & tunc eo
modo quo prior in gradu admittitur poſt inſti-
tutum : ita & alii ſequentes in gradu poſt eum,
& ſic per fideicommiſſum , vt hic caſus à præ-
38 cedenti differat. † Nec obſtat text. in dicto §.
in fideicommiſſo. & in dict. §. fratre, quia reſpon
detur illa iura clarè loqui in fideicommiſſo,item
uerbum relinquo , vtrobique poſitum commu-
ne eſt , vt per Alex. in l. nam quod, §. non om-
nis,nume.7. ff. ad Trebel. vnde nimirum ſi plu-
res uocantur per nomen familiæ , ſequentes in
gradu veniunt per fideicommiſſum , quia teſta-
tor vſus eſt verbo relinquo , quod eſt com-
mune , non autem directum : vel illa iura pro-
cedunt in ſubſtitutione facta de pluribus ſe-
paratim , nos in facta copulatiuè: quo ſecundo
caſu dicitur in vulgarem tantùm facta , vt reſpõ
det in effectu Socin. conſi. 73.colum. 5. uolum.
4.citans text. in capit. 1. §. cum autem. in titu.
Epiſ. uel Abb. qui loquitur de conceſſione feu-
di facta alicui & deſcendentibus maſculis & fœ-
minis: nam intelligitur ſi maſculi non extent,
illis autem admiſſis , excludunt fœminæ , quod
infert eas in vulgarem tantùm uocatas cenſeri .
39 † Vel & tertiò reſponderi poteſt ad §. in fidei-
commiſſo, ut per Ruin. conſi. 92. nume.8. vo-
lum. 2. dum text. dicit poſt eos omnes extin-
ctos , ſequentes vocari , non intelligi debere ,
quòd poſtquam illi fuerint admiſſi & ſubinde
mortui , ſequentes per fideicommiſſum uocari,
vt ibi Caſtrenſ. interpretatur : quia poteſt intel
ligi quòd admittantur per vulgarem , & ſic de
extinctis antequam fuerint admiſſi , ut latius
per Ruin. qui hanc expoſitionem confirmat , ut
40 per eum . † Non obſtat inſuper ratio Crauet-
tæ in dicto conſi. 22. quæ ſua non fuit ſed Soci-
ni conſil. 12. colum.4.in tertio dubio, uolum. 3.
& conſil.73. colum.5.uolum.4. nam refellit eam
ipſemet Crauet. parum ſibi conſtans, in conſil.
131.nume.5.poſt Caſtrenſ. conſi. 435. iſtud reli-
ctum. in princip. volum. 2. ubi Caſtr. loquitur
in relicto facto duobus, & eorum hæredibus ex
eis deſcendentibus,& ſic per nomen collectiuũ.
& tamen tenet eos vocari ordine ſucceſſiuo in
vulgarem tantùm , quod aduerſatur rationi
prædictæ: dicit enim Crauc. quòd licèt neceſ-
ſariò debeat intelligi de hæredibus poſt mor-
tem nominatis primo loco , tamen neceſſariò
non ſequitur quòd cenſeantur uocati hæredes
ex cauſa fideicommiſſi , quia potuerunt hære-
des vocari ex cauſa ſubſtitutionis vulgaris , eo
mortuo , qui primo loco uocatus eſt ante a-
ditam hæreditatem , & ſic intelligi poteſt de
hæredibus ex ſubſtitutione vulgari : & ita quo-
que reſpondet Ruin. in dicto conſil. 92. nume.
8.volum. 2. ad §. in fideicommiſſo, ut mox di-
41 xi. † Ad conſi. verò Baldi 305. uolum. 3. qui
loquitur in aliquo & eius deſcendentibus uoca-
tis per uerbum inſtituo , prout in caſu noſtro ,
& tamen intelligit ordine ſucceſſiuo per fidei-
commiſſum , reſpondetur ipſum malè loqui, &
contra rationem illam , quam Deci. Aretin. &
Socin. faciunt in d. conſiliis , & in d. §.quidam
rectè, & contra Caſtrenſ. Rubeum , & Deci. in
aliis locis ſupra relatis , qui contrarium tenent.
42 † Non obſtat inſuper dictum Soci.in d.§.qui-
dam.in quarto caſu. nam damnat eum Ruin. in
d.conſi.92.nume.8.& latius in conſi.159. nume.
22.uol.2.poſt Cuma. in d. §. in fideicommiſſo ,
quem ſequitur & commendat idem Socin. in l.
ſi cognatis,colum.10. ff.de reb. dub. Sed ultra
Ruin. clarè reſpondetur , quòd Soc. ibi loqui-
tur quando plures uocantur per nomen colle-
ctiuum , & per uerba ſignificantia non ſolum
vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam , puta
quandocunque filius meus deceſſerit , ſubſti-
tuo fratrem & familiam ſeu cognatos : at in ca-
ſu noſtro iſti uocantur per uerbũ inſtituo, quod
ad fideicommiſſum nullatenus adaptatur , ut
dixi

dixi poſt Aret. Dec.& ipſummet Soc.in d.§. qui
dam rectè.in ſecundo caſu.& in dicto conſi. 113.
col.3. volum. 1.meritò tales caſus confundi non
43 debent valde diuerſi. † Et in quantum dicit
Craue.quòd Dec.fuit ſibi contrarius, non eſt
verum in hoc, ſed in illa quæſt.an vocati per no
men collectiuum cenſeantur vocati ordine ſuc-
ceſſiuo,vel ſimul,& eodem tẽpore, de qua nunc
non diſputamus : ideo reiectis omnibus iſtis am
bagibus, remanet primum dubium bene ſolu-
tum. Nunc ad ſecundum deuenio,per quod nul
latenus tollitur concluſio mea, ſi paulo diligen-
44 tius doctores citati conſiderentur, † nam Ale
xander in conſiliis allegatis,ad quem Soc.& De
ci. in aliis ſe remittunt,& ob id ſecundum illum
debent intelligi, iuxt. doctr. Bartol. in l. non ſo
lum,§.liberationis,ff.de lib. leg.Petr. Folletius
de conſtitu. regni, verbo, Capitaneorum,nu.
129. Ludolphus Schiraderius conſil. 34. nume.
55. primo tomo diuerſorum Germaniæ, loqui-
tur in ſubſtitutione facta per verbum commu-
ne, vt quia dixit teſtator, Hieronymus & eius
filii veniant ad hæreditatem : id enim verbum
veniant, eſt commune, ut per Bartol. & alios
in d.l. centurio,colum. penult. & vlterius Soci-
nus in dicto conſi.43. verſi. aliquando & quin-
tò referendo Alexandrum in dicto conſi.22. in-
telligit eum expreſsè, quando eſt facta ſubſtitu-
tio per verbum ſubſtituo, ſine aliis verbis im-
portantibus tractum temporis, vt verba Soci-
ni clarè ſonant. poſtremoque Crau. in d. conſi.
22. pari modo loquitur in ſubſtitutione facta
45 per verbum commune, ſubſtituo : † nos au-
tem verſamur in facta per verbum directum ci-
uile, inſtituo : quo caſu tractus temporis non fa
cit, ut per fideicommiſſum vocati cenſeantur
nominati, ſed in vulgarem tantum : nam mili-
tat illa ratio conſiderata per Aretin.& Socin.in
dict.§. quidam rectè. & Dec.in dicto conſi.205.
cum ſimilibus ſupra citatis, quòd uerbum dire-
ctum non poteſt ad fideicommiſſum trahi, ubi
potuit ab initio ualere iure directo. Et vltra
Socinum. ibi in ſecundo caſu Gallian.nume.22.
Caſtr. conſi. 352. ad fi. uolum. 2. & idem Soci.
conſi.43.uerſi.aliquando & ſecundò,paſſim con
cludunt, quòd quando plures uocantur ordine
ſucceſſiuo, & per verbum inſtituo, tunc intelli-
gũtur uocati in vulgarem tantũ,qui fuit primus
modus à Caſtrenſe conſideratus,nec conſiderãt
aut uim faciũt, an adſit uerbum denotans tra-
46 ctum temporis uel non, † ſed tantum Soci.
in d. conſ.43.in quinto caſu, ubi ponderat quòd
adſint verba ſignificantia fideicõmiſſariam ſub-
ſtitutionem, exemplificando, ut per eum in d.
§. quidam rectè.in quarto caſu, quandocunque
filius meus deceſſerit, ſubſtituo fratrem & fami
liam,ſeu cognatos : hæc enim uerba ualde diffe-
runt à merè directis. ſtantibus ergo uerbis dire-
ctis in caſu noſtro, ceſſant Doctores ſupra cita-
ti;nam fateri oportet iſtos eſſe uocatos in vulga
rem tantum, ſecundum communem reſolutio-
nem Doctorum, prout teſtatur Gallian. in d.§.
quidam rectè, nume. 22. & propterea de ſolo

Decio parum curandum eſt,qui in dicto conſil.
47 431. auſus eſt oppoſitum conſulere : † hanc-
que communem opi. confirmo ex alia recepta
doctorum concluſione,qua cauetur compendio
ſam factam à pagano per uerba directa poſt pu
bertatem non valere,nec ad fideicommiſſum tra
hi quoquomodo. exemplum,quandocunque fi-
lius meus deceſſerit,uel infra 25.annos,talis hæ-
res eſto, uel talem inſtituo. Ita propriè exempli
ficat Barto.in d. l. centurio,colum.2.ad fi.num.
14. uerſi. primo quæro. ubi refert glo. Azo. Ia-
co.de Belui. Dynum & omnes ita tenere,& Ale
xan.ibi,nu.64. Iaſ.nu. 29. Rip. nume.69. Orian.
nume.20.& Gallia.nu.63.fatentur eſſe commu.
idemque Cur.iun. poſt Alex. & Iaſ.in d.l. preci
bus,nume.50. Caccialup.nu.26.& Sapia nume.
96.ubi pariter ego latiſſimè,nu.335. cum multis
ſequentibus attingo. Guil. Bened.in cap. Ray-
nutius.in uerſi. ſi abſque liberis.ſecundo,num.
32.de teſta.Oldra.conſil.125. in propoſito, nu.3.
Pariſ.conſi.54.nu.27. uol.3.Grat. reſpon.160.in
48 princ.uol.2. † Proceditque ſine ſcrupulo dicta
communis opin.quando verba ſunt directa ciui
lia, prout eſt uerbum inſtituo, de quo in caſu no
ſtro : licet forte ſecus eſſet, quando verba eſſent
directa non ciuilia, ut eſt uerbum accipiat,ſecũ
dum diſtinctionem Bart.in d.l. centurio, col.3.
quem ſequuntur infiniti,quos cumulat Beroius
deciſ.38.& ſecundum eam conſuluit Aret. con-
ſi.54.Alex.conſi.165.uol.5.Fulg.conſi.43.& So
cin.iun. conſi.138.nu.6.,uolum. 2. qui dicit eſſe
commu. qui enim Bartolo contradicunt,ut Sal.
in d.l.precibus,colum.6.Card.& Imola in d. ca-
pit.Raynutius.Imol.& Alex.in d.l.centurio,nu
me.65. Iaſ.nu.31. Orian.num.21. Polyt.in tract.
ſubſti.in materia compendioſæ, nu.22. Alcia.Pa
rerg.lib.10.cap.1.loquuntur in ſecundo caſu de
verbis directis, non ciuilibus, & in eo Bartolo
contradicunt paſſim uolentes talem compendio
ſam factam per uerba directa poſt pubertatem
non obliquari, ſed irritari penitus, reiecta Bar-
toli differentia de verbis directis ciuilibus, &
non ciuilibus : quam & nimis ſcabroſam ap-
pellat, nec ad mentem legis, & ab omnibus
ferè reiici teſtatur Excellentiſſimus dominus
Paulus Leonius Patauinus Iur. conſul. noſtri
temporis primus, & antiquioribus minimè ſe-
cundus. Et ideo iure merito ſublimatus ab In-
uictiſſimo Duce noſtro Alfonſo ſecundo ad ſu-
premam dignitatem ſui conſilii ſignaturæ,in tra
ctat.ſubſtit.in materia compendioſæ, nume.32.
Sed utcumque ſit, nos in primo caſu fortiori lo-
quimur de uerbis directis ciuilibus in quo con
49 ſentiunt omnes idem. † Nam ſecundum
prædictam concluſionem uerificatur hæc, de
qua tractamus : ſiquidem loquuntur illi Do-
ctores in compendioſa facta prr verbum quan-
docunque, uel infra vigeſimũquintum annum,
& ſic habente tractum temporis, & tamen con-
cludunt eam non trahi ad fideicommiſſum,
ſi facta ſit per uerba directa : Igitur hinc cla-
rè patet, quòd quando plures vocati ſunt
copulatiuè ordine ſucceſſiuo per verbum in-

ſtituo , quod eſt directum , eos in vulga-
rem tantùm vocari, non obſtante tractu tem-
poris appoſito , non autem per fideicommiſ-
ſum , aliàs deſtrueretur illa communis opin.
doctorum , & ſic apparet quam grauiter er-
rauerit Deci. dicto conſi. 421. contrarium po-
50 nens, & hoc non perpendens. † Non omit-
to quoque ſecundo loco probabiliter & pul-
chrè dici poſſe, quòd illud verbum in infini-
tum, ex aduerſo conſideratum , non eſt æquè
pariter & principaliter poſitum , ſed regitur ab
illis verbis merè directis, hæredes inſtituit Hie
ronymum, Nicolaum & eorum filios & deſcen-
dentes in infinitum , quo ſtante licèt aliàs il-
lud eſſe potuiſſet aptum ad denotandum fidei-
commiſſum , tamē ſecus eſſe debet in hoc caſu,
in quo regitur à verbis directis : hinc enim fie-
ri debet , vt tota ſubſtitutio directa remaneat.
51 † Probatur hæc differentia per ea , quæ di-
cunt Doctores in alia quæſt. de compendioſa
facta per verbum commune & directum, puta ſi
filius meus quandocunque deceſſerit , talem
ſubſtituo & hæredem facio, nam cum vtrunq;
verbum , directum ſcilicet & commune , ſit æ-
què principaliter poſitum , meritò ſubſtitutio
directa dicitur & obliqua ad electionem ſub-
ſtituti , ſecundum Bartol. in dict. l. centurio. in
4. quæſtio. princip. nume. 38. & poſt eum ſcri-
bentes : at ſecus ſi uerbum directum veniat ad
terminationem communis , puta talem hære-
dem ſubſtituo , quia ſubſtitutio remanet in to-
tum directa . nec poteſt per viam fideicommiſ-
ſi ſubſtitutus venire. Ita Bald. in d. l. precibus,
colum. 13. verſicul. vnum etiam aduerte . ſe-
quitur Imol. in dicto capitu. Raynutius, in ma-
teria compendioſæ . Angel. conſi. 101. conſide-
randum eſt Alexand. in d. l. centurio , nume.
95. & in l. nam hoc iure, colum. 2. verſic. limita
tamen prædicta , ff. de vulga. & pupil. ſubſtitut.
Socin. conſi. 144. colum. 2. volum. 2. quare non
poteſt fundamentum fieri ſuper dictis verbis, in
infinitum , cum regantur & terminentur ab il-
52 lis directis , hæredes inſtituit. † Voluit ergo
teſtatrix hos omnes venire iure directo ſucceſ-
ſiuis temporibus , quod aliter eſſe non poteſt,
quam per vulgarem, & quæ nullo tempore ex-
cluditur , dummodo non ſit adita hæreditas ,
vt ponit Caccialup. in d. l. precibus , nume. 39.
12. concluſio. & Socin. conſi. 116. colum. 5. uol.
53 2. † Placet etiam tertio loco reſpondere, quòd
ad hoc ut tractus temporis operetur effectum
de quo ſupra, requiritur quòd reſpiciat vocatos
ordine ſucceſſiuo , & non alios : quia tunc ad
eos non extenditur , argumento l. ſi unus , §.
ante omnia , ff. de pact. & quia in dubio ſubſti-
tutio fideicommiſſaria induci non debet , cum
ſit oneroſa , l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vul-
gar. & pupil. ita declarat in terminis Crauet.
in conſi. 131. nume. 4. at hic illud verbum in
infinitum, reſpicit deſcendentes , quibus anne-
ctitur , & qui bene poſſunt in infinitum porri-
gi , l. liberorum , ff. de verbor. ſignificat. non
autem Hieronymum , Nicolaū & eorum filios,

quia finiti ſunt , & eorum reſpectu id ver-
bum in infinitum , non conuenit : & ita pariter
54 ſecundum dubium remanet ſublatum . † Ad
tertium verò, fundatum in uerſic. proximiores,
ut ſupra ponderato per Dominum aduocatum,
dico quòd illa ponderatio nihil nos mouere de-
bet, ſtantibus aliis à me factis in oppoſitum ſu-
pra, nume. 10. vſque ad 15. incluſiuè : quibus o-
ſtendi verbum illud proximiores, de filiis Hie-
ronymi nequaquam intelligi poſſe , nec in eis
verificari , & interpretationes per me datæ po-
tius admitti debent , cum tendant ad excluſio-
nem fideicommiſſi, quàm in contrarium dedu-
cta , cum dirigatur ad illud inducendum , vt
55 dixi ſupra, num. 4. † ſi quidem fieri debet in
dubio interpretatio fideicommiſſo locum non
eſſe , vt concludit Natta conſi. 200. ad finem.
Nec tutæ ſunt illæ reſponſiones , quas dabat
Dominus aduocatus ad regulam leg. nam hoc
iure, ff. de vulga. & pupil. per me conſidera-
tam. nam prima de ratione diuerſa , quæ fa-
cit eam ceſſare , repugnat illi legi , ut per Ale-
xand. ibi, & in l. Gallus, §. 1. ff. de libe. & poſth.
ſequitur Ruin. conſi. 150. in fin. conſi. 162. num.
9. volum. 1. Dec. conſi. 211. colum. 2. Grat. reſp.
56 129. nume. 7. volum. 2. † Et vbi concederemus
illam limitationem pro vera , reſtringi tamen
debet ad diſpoſitionem legis, ſecus autem in ho
minis diſpoſitione, prout diſtinguit Alexand. in
d. l. nam hoc iure. cuius opin. debet in hoc præ-
ualere, uelut opiniones contrarias concilians ,
ut per Saly. in l. filiæ cuius, C. famil. erciſ. Grat.
Reſp. 30. nume. 33. conſi. 118. nume. 7. volum. 1.
namque potior haberi debet opinio, per quam
diſtinctionē res dirimitur. l. item uidendum , in
fi. princ. ff. de pet. hæred. l. ſi finita, §. illud, ff. de
dam. infec. l. adeo, §. cum quis, ff. de acq. rer. do.
c. literas, & ibi glo. in verſ. uiam mediam, de reſt.
ſpo. glo. in c. quærenti. in verſi. per æquitatis ſe-
mitam. de offi. deleg. & in c. ſcientes. de cenſi. An
gel. conſi. 376. Nobiles uiri, nume. 2. verſic. ſed ſi
ſalua ratione. Alex. conſi. 50. nu. 7. volum. 7. Pa-
riſ. conſi. 92. nu. 30. uol. 2. Io. Iacob. de Leon. in-
ter conſilia Soc. iun. conſ. 39. nu. 78. & conſi. 121.
nume. 36. uol. 2. Ang. Aret. Inſt. de emp. & uend.
in prin. col. 2. uerſ. & iſtam cum ſimil. per Ceph.
conſi. 16. nu. 35. opiniones per diſtinctionem re-
ducendæ ſunt ad concordiam, Imol. in c. ſuper
57 literis de reſcrip. † & Doctori bene diſtinguen
ti credendum eſt, cum ſecundum Senecam, be-
ne diſtinguēs proximus ſit veritati , prout refert
Bero. conſi. 100. nu. 3. uol. 1. nos autem ſumus in
diſpoſitione hominis : ergo uerſamur extra præ
dictam limitationem . Quo uerò ad ſecundam,
quæ datur quando non poteſt æqualiter deter-
minare, reſpondetur ut per Alexan. in l. in teſta
58 mento, col. 1. C. de teſt. mil. † illud procedere
quando non eſt dare caſum, in quo poſſit vnifor
miter operari : & ita procedit lex ſecunda iunct.
glo. ff. de offi. procon. in qua fundatur dicta limi
tatio, nam verbum manumitti, reſpectu liberorū
nullo caſu poteſt determinare , eodēmodo quo
reſpectu ſeruorum propriè loquendo , cū liberi
emanci-

emancipentur, non manumittantur : ſed vbi
eſt dare caſum, in quo poſſit vniformiter ope-
rari in vtriuſque perſonam, tunc una determi-
natio debet æqualiter determinare, ſecundum
Alexand. ibi, prout in quæſtio. noſtra, in qua
eſt dare caſum, in quo illud verbum, proximio
res, reſpectu Hieronymi intelligatur de aliis,
quam filiis ſuis, ſicut eorum reſpectu intelli-
gitur, puta quando Hieronymus decederet, uel
delinqueret non extantibus filiis : tunc enim
alij dicerentur proximiores ipſi Hieronymo,
ex quo filij non extantes, eos non præcederet,
l. proximus, ff. de uerbo. ſigni. l. 1. §. proximus,
59 ff. vnde co. † Ad aliam verò limitationem de
diſpoſitione neceſſaria, diligentius eſt conſide-
randum, ne quem decipiat : nam proximiores
vocati poſt Hieronymnm per fideicommiſſum,
uenire non poſſunt, niſi adita per eum hæredi-
tate, l. poſt aditam. ubi not. C. de impub. &
quia de manu hæredum capiunt fideicommiſ-
ſarii, §. reſtituta. Inſtit. de fideicom. hære. l. quia
poterat, ff. ad Trebell. at Hieronymus vt adeat,
60 teſtatrici debet ſuperuiuere, † quia viuen-
tis non eſt hæreditas, l. qui ſuperſtitis, ff. de ac-
quirend. hæred. & viuens non habet hæredem.
l. fin. C. de hæred. uel act. uend. Socin. conſil.
12. tertio dub. volum. tertio : meritò, ſubſtitu-
tio facta Hieronymo de proximioribus, non di-
citur facta in caſu neceſſario, ſed uoluntario,
quia ſuperuiuente Hieronymo teſtatrici, filii
ipſius Hieronymi non erant de neceſſitate, etiã
cauſatiua inſtituendi, ſed duntaxat eo præmo-
riente, d. l. poſthumorum, quę hoc caſu loqui-
tur, & de hoc eſt caſus apertus in l. ſi quis filio
exhæredato, ff. de iniuſt. teſt. ceſſat ergo limi-
tatio data, & ſumus in regula d. legis, non hoc
iure, meritò procedit adhuc conſideratio mea,
quòd illud verbum proximiores, in ſubſtitutio
ne facta Hieronymo debeat intelligi de aliis,
61 quam filiis Hieronymi. † Non obſtat inſu-
per quòd dicti filii Hieronymi ſint tales, qui
ex præſumpta voluntate defuncti excluderent
ſubſtitutum, &c. quia reſpondetur nec ex iſto
capite verbum illud proximiores, neceſſariò
interpretari debere de filiis Hieronymi, nam
diſpoſitio leg. cum auus, & leg. cum acutiſſi-
mi, de quibus ſupra, procedit in caſu, quo pa-
ter vel mater filio ſuo ſubſtituit, nulla mentio-
ne facta de liberis ſeu filiis ipſius filii : tunc
enim euaneſcit ſubſtitutio, ſi filios grauatus
decedit cum filiis, quia non eſt veriſimile pa-
rentem, ſi de nepotibus cogitaſſet, talem ſub-
ſtitutionem feciſſe : ita facit hanc rationem
Imperator in l. generaliter, §. cum autem, C.
de inſtit. & ſubſtitu. ubi interpretatur Papinia
num in dicta l. cum auus. & hoc quoque caſu
procedit altera ratio Imperatoris in dict. l. cum
acutiſſimi, filios grauati ſubſtitutum exclude-
re, ne uideatur teſtator alienas ſucceſſiones
62 uoluiſſe præponere ſuis. † at ubi teſtator de
liberis filii grauati cogitauit, & de ipſis men-
tionem fecit, & nihilominus alium filio ſub-
ſtituit, utique ceſſant dict. leges, quia in cla-
ris non eſt opus coniecturis, l. continuus, §. cum
ita, ff. de verbor. obliga. ita in terminis declarat
& limitat iura prædicta Roman. conſil. 370. co-
lum. 2. quem refert & ſequitur Deci. conſi. 365.
nume. 4. conſi. 391. colum. 1. conſi. 416. colum.
fina. Andre. Sicul. in dicta l. cum acutiſſimi, co-
lum. 3. quæſtio. quinta. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam. in princip. nume. 63. C. de reuocan. do-
na. at hic teſtatrix cogitauit apertè de filiis Hie-
ronymi, nominando eos in primo capite teſta-
menti, & de ipſis in ſecundo repetendo. ibi,
quibus omnibus ſubſtituit, ergo ſubſtituen-
do Hieronymo proximiores, non arctamur
ad intelligendum de ipſis ex coniectura dicta-
63 rum legum, quæ hoc caſu ceſſant. † Et quod
tradit Ruin. in dicto conſil. 158. nume. 12. uo-
lum. ſecundo. procedit, quia filij illius Toma-
ſii non fuerunt grauati, licèt nec expreſsè ho-
norati, ſed tantum conditionaliter nominati :
vnde fit coniectura quòd cenſeantur uocati,
ne ſequatur illud abſurdum, quod tradit Rui.
ibi : at hic filii Hieronymi fuerunt grauati,
quia poſt honorem illis factum in primo capi-
te, dixit teſtatrix in ſecundo. Quibus omni-
bus ſubſtituit proximiores ; meritò non poſ-
ſunt dici vocati poſt Hieronymum, quia hoc
ſecundum caput fuit poſitum ad eos grauan-
dum, non ad honorandum. Et inducta ad
vnum effectum, non debent operari contra-
rium, l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. qua-
re ſic ſigillatim diſcurrendo patet tertium mo-
tiuum, quo nitebatur Dominus aduocatus, eſ-
64 ſe confutatum. † Nunc ad quartum tranſeo,
dicoque quòd licèt illa ratio conſeruandi bona
in familia ſoleat inducere fideicommiſſum, &
illud ampliare per ſupradicta, & præterea ex
doctr. Bart. in l. pater filium, §. fundum, ff. de
leg. 3. quam deducit Cror. in l. filiusfamilias, §.
diui. ſub nu. 127. verſic. aliquando, & quartò, ff.
de leg. 1. Ferd. Loaz. num. 98. ad fi. & ante eos
Soc. conſi. 43. colum. 1. volum. 3. cum ſimilibus
à me cumulatis conſi. 20. nume. 13. quibus nunc
65 addo Ruin. conſi. 158. nume. 2. volum. 2. † ta-
men in caſu noſtro ſecus eſſe debet, in quo di-
cta ratio reſtricta fuit ad ſupraſcripta, vt patet
ex illis verbis, in agnatione prædictorum fratrũ,
quæ referuntur ad ſupradicta cum qualitatibus
ſuis, vt per Bart. in l. 1. §. fi. ff. ſi fam. fur. & ſic ſi
filij Hieronymi ei ſucceſſerint ex vulgari, & il-
lis proximiores : vnde dicta ratio tantum locum
habere debet in dictis caſibus, prout in alio ſi-
mili reſpondet Alexand. conſi. 59. volum. 7. &
in noſtro Dec. conſi. 291. colum. penul. uerſicul.
non obſtant allegata, quem ſequitur Craue. con
ſi. 98. nu. 12. vnde cum vulgaris expirauerit a-
66 ditione Hieronymi, filii ſui repelli debẽt. † Cir
ca quintum de clauſula codicillari, miſſis multis
à me dictis in d. l. precibus, nu. 447. cum ſequen
tibus, quæ non eſt operæpretium hic uelut ean-
dem cantilenam repetere, dico quòd illa con-
cluſio de clauſula codicillari, quæ trahit ſubſtitu
tionem directam ad fideicommiſſum procedit,
ubi reſpicit futurum tẽpus, ut quia dictum ſit, ſi

non valet vel non ualebit iure teſtamenti, va-
leat iure codicillorum, ſecus ſi concepta ſit per
verba præſentis temporis, prout in caſu noſtro
factum reperitur, vt ſingulariter declarat Pe-
ruſ. in capit. ſi pater, nume. 75. verſicul. quintò
quæritur. de teſta. in 6. quem refert, & ſequi-
tur Rip. in d. l. centurio, numero 85. idemque
concludit poſt Dominum ſuum Caccialup. in d.
l. precibus, nume. 33. ad fin. Rube. in d. §. qui-
dam rectè, colum. 8. & Socin. iun. conſi. 166. ad
67 fin. volum. 2. † Et ratio differentiæ adferri po
teſt, quam Ripa in dict. l. centurio, num. 84. de-
ſumpſit ab Areti, conſi. fin. colum. fina. nam pri
mo caſu teſtator audiendo publicationem ſeu
vulgarem expoſitionem & declarationem hu-
ius clauſulæ verbis in futurum conceptæ, ſatis
intelligit cum notario, cæteriſque præſentibus
quid importet in ſui generalitate, videlicèt quod
prouidet in præſenti & in futurum, caſu quo te-
ſtamentum annulletur, licèt in ſpecie non intel-
ligat ipſe cum cæteris omnes cauſas, quibus po-
teſt annullari: vnde hæc clauſula debet operari
contra omnes nullitates, contra quas uerisſimi-
liter prouidiſſet, ſi de illis in ſpecie cogitaſſet,
prout eſt quòd adueniente pubertate, uel adi-
ta hæreditate ſubſtitutio directa, quæ interim
potuit ualere, debeat corruere: neque ſubſti-
tutus etiam iure fideicommiſſi admitti. Veriſi-
mile eſt enim quòd de hoc caſu quoque pro-
68 uidiſſet, ſi de illo cogitaſſet in ſpecie: † ſuf-
ficit enim quòd in genere cogitauerit, l. qui iu-
re militari, ff. de teſt. mil. Bartol. in l. vnica, ff.
de cond. ex leg. dominus meus Riminaldus in
l. 1. colum. 3. C. de eden. & ex hac ratione dicta
clauſula debet operari in hoc caſu. ſed iſta ratio
ceſſat uerbis de præſenti tempore tantum con-
ceptis, quia dictum ſit, ſi non ualet iure teſta-
menti, ualeat iure codicillorum: nam uoluntas
teſtatoris fuit prouidere ſtatim quòd erit mor-
tuus, quo tempore teſtamentum ſortietur effe-
ctum uel inſtituto adeunte, aut non ſubſtituto
per vulgarem ſuccedente: non autem in futu-
69 rum conſulere, † quia verba præſentis tem-
poris ad illud non porriguntur, l. ſi ita, ff. de au-
ro & argento leg. meritò adita hæreditate per
inſtitutum, poſteaque quandocumque morien-
te, non debet eſſe locus ſubſtitutioni fideicom-
miſſariæ, quia ad hunc caſum uerba clauſulæ co
dicillaris non porriguntur, ſed hic caſus omiſ-
ſus à teſtatore pro omiſſo haberi debet, l. ſi ex-
traneus, ff. de condi. ob cauſam. Ex his tan-
dem patet intentionem dictorum filiorum Hie-
ronymi iuri conſonam non eſſe ſuper fideicom-
miſſo per eos prætenſo: quare longioribus uer
bis non eſſet elaborandum: eo tamen ad eo-
rum fauorem conceſſo ſine ueri præiudicio, ui-
deamus quid deducendum ſit ex perſona dicti
Hieronymi, nam illud totum ad cameram fi-
70 ſcalem Illuſtr. domini Giberti pertinebit. † &
in primis alias ego conſiderabam quòd cum
Hieronymus eſſet nepos teſtatricis ex quon-
dam Domina Margarita illius filia, ſibi debe-
batur legitima in bonis auiæ ſicut eius matri
ſi vixiſſet, §. prohibemus. in fi. in Authen. de
trien. & ſemi. à qua legitima non potuit exclu-
di, nec in ea grauari, caſu quo delinqueret,
quoniam cum fideicommiſſum ſit onus. l. cohæ-
redi, §. cum filiæ, ff. de vulg. reiicitur reſpectu
legitimæ, l. quoniam in prioribus, C. de inof-
71 fic. teſtamen. † Quinimmo nec expreſſa pro-
hibitio alienationis operatur reſpectu legiti-
mæ, prout tradit Aretin. conſil. 19. ſecundo
dubio. Iaſ. in l. filiusfamilias, §. diui. lect. prima,
colum. 2. in ſecunda verò, colum. 3. nume. 16. &
Rip. nume. 27. Crot. nume. 15. de leg. primo.
Sed aduerſus hanc concluſionem motus fuit
idem Domi. aduocatus ex pluribus & primo
deciſione Beroij quæſt. 87. ſuarum familiarium,
nume. 10. vbi concludit diſpoſitionem legis,
quoniam in prioribus, loqui quando filius eſ-
ſet duntaxat inſtitutus in legitima: tunc enim
nec onus, nec aliqua dilatio annecti poteſt le-
gitimæ, at ſecus vbi fuit vniuerſaliter inſtitu-
72 tus: † mouetur ex not. per Cyn. Bald. Saly.
& Alexand. in l. hæres, C. de impub. & ali. ſub
ſtit. vbi quando filio tota hæreditas ex teſtamen
to defertur, non poteſt dicere, uolo meam le-
gitimam ſine onere, & reſiduum hæreditatis re-
pudio, ſed totum acceptare vel repudiare de-
bet. Et ideo concludit Bero. filio delinquente
legitimam ad fiſcum non pertinere. Secundò
mouebatur aduocatus ex prohibitione aliena-
tionis facta per teſtatricem, quæ Hieronymo
delinquente tendebat in eius fauorem, ne bo-
na tranſirent in fiſcum, ſed penes eius filios re-
manerent, vt inde vſumfructum conſequere-
tur velut ex aduentitiis bonis, l. cum oportet, C.
de bon. quæ libe. meritò debet hoc etiam re-
ſpectu legitimæ locum habere, velut ad proui-
ſionem Hieronymi factum, iuxt. not. per om-
nes in l. cum ex filio, ff. de vulg. & in l. filiis ma-
trem, C. de inoffic. teſtamen. Et licèt potuiſſet
Hieronymus huic fauori renunciare petendo le-
gitimam, quia tamen non petiit, ſed fiſcus, ad-
mitti non debet, ut idem Bero. determinat loco
73 citato, nu. 9. † Tertiò dicebatur quòd ex quo
legitima fuerat prohibita detrahi, totq; fructus
extra legitimam perceperat Hieronymus æqui-
ualentes legitimæ, illos eſſe computandos in eã:
meritò peti non poſſe, ut per Cuma. in l. cohæ-
redi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. ſubſti. & in l.
in fideicommiſſaria, ff. ad Treb. conſi. 25. col. 4.
& conſi. 52. col. 2. Cur. iun. conſi. 120. nu. 16. li-
cet enim fructus legitimæ non poſſint in eam cõ
putari, ſecus tamen in perceptis ex aliis bonis ul
tra legitimam, in quibus filius fuit inſtitutus:
74 nam de illis grauari poteſt. † Quartò cum Hie
ronymus acceptando hæreditatem diceretur ap
probaſſe teſtamentum, in quo detractio legiti-
mæ fuit prohita, certè ſicut ille uiuens eam pe-
tere non poſſet, ut per Curt. iun. conſi. 71. nu-
75 me. 14. pari modo nec fiſcus, † Quintò cum
bannitus eſſet Hieronymus capitaliter per ſta-
tutum, & ob id ſibi non deberetur legitima,
quia cum alius in locum ſuum ſuccederet,
pro mortuo reputabatur, l. actione, §. pu-
blicatione,

blicatione, ff. pro ſoc. ſequitur, vt fiſcus no-
mine ſuo non poſſit legitimam petere ſecun-
dum Bald. poſt Guiliel. in l. ſi qua pœna, ff. de
hisqui ſunt ſui. Caſtrenſ. conſil. 32. omiſſo or-
dine ſuprascriptorum. Alexand. conſil. 75. co-
lum. penult. volum. primo. Deci. conſi. 438. nu-
76 me. octauo. † Iſtis tamen motiuis non obſtan
tibus ab opin. mea non recedo, nam quo ad
primum, quòd onus & grauamen fideicommiſſi
adiectum filio inſtituto præter legitimam, puta
vniuerſaliter, immo deducendum ſit reſpectu le
gitimæ, probatur in l. ſenium, §. cum autem, C.
de inoffic. teſtamen. ubi ſi filius fuerit inſtitutus
ſub conditione, vel in tempus certum, in to-
tum, quo ad legitimam, reiicitur cõditio & tem
pus, ſtatimque ſibi debetur, & ideo Fulgoſ. Ca
ſtrenſ. & Iaſ. ibi notant illum text. ad amplia-
77 tionem dictæ l. quoniam in prioribus. † nam
ſicut per illam reijcitur omnis dilatio & onus,
quando in legitima tantum fuit inſtitutus, ita
quando plus eſt relictum reiicitur, quo ad le-
gitimam per d. §. cum autem, qui in hoc addit
d. legi, quoniam in prioribus, quod & ibidem
repetit Iaſ. colum. 1. in ſecunda ampliatione pro
notab. & poſt eum Roderic. Soarez. pariter in
amplia. 2. Iaſ. in d. l. cum ex filio, colum. 2. poſt
med. ſed & præter eos Aret. conſil. 19. proponit
caſum in filio vniuerſaliter inſtituto, grauato
per fideicommiſſum & prohibito alienare, vt
hic, & in ſecundo dubio cõcludit, quòd ex quo
talis prohibitio de non alienando eſt grauamen
aliquo modo minuens legitimam, reiicitur quo
ad ipſam. Roma. quoque conſil. 185. colum. 1.
loquitur in generali fideicommiſſo iniuncto fi-
lio & inſtituto vniuerſaliter, & tamen conclu-
dit legitimam de illo detrahendam eſſe, & ſic
onus fideicommiſſi, quo ad eam deduci: idem-
que ponit ipſe Roman. conſil. 239. in princip.
quem vtrobique refert alios cumulans Deci.
conſil. 81. in princip. conſil. 236. conſi. 238. num.
4. & conſi. 419. nume. 1. Ruin. conſi. 57. nume. 3.
volum. 2. Pariſ. conſi. 55. nume. 22. volum. 2. con-
ſi. 43. nume. 13. volum. 3. Natta conſi. 145. nume.
22. Grat. reſpon. 9. nume. 12. volum. 2. qui loquũ
tur omnes in fideicommiſſo vniuerſali iniuncto
78 filio, & ſic de inſtituto præter legitimam. † Con
firmaturque dicta concluſio: nam ex quo pater
filium in legitima grauare non poteſt, d. l. quo-
niam in prioribus. ſequitur quòd fideicommiſ-
ſum ei ſimpliciter iniunctum non intelligitur re
ſpectu legitimæ, quia diſpoſitio ſimpliciter facta
nõ porrigitur ad caſum, in quo quis poteſtatem
non habet, vt not. Barto. in l. ſi quis ſub condi
tione, ff. de cond. inſtit. Bald. in l. fin. §. in com-
putatione, C. de Iure delib. Luc. de Penna. in l.
fi. C. de exact. trib. lib. 10. & conſi. 504. colum. 1.
& in cap. 1. lect. 2. in gloſſ. ab omnibus. de conſti.
Crauet. conſil. 106. nume. 6. & ita format hanc
rationem Deci. in dicto conſi. 81. colum. 1. & cõ
ſi. 218. nume. 3. vbi repetit hanc concluſionem.
79 † Sed & aliam Ruin. addit in dicto conſil. 57.
nume. 10. & conſi. 58. nume. 9. uolum. 2. nam te-
ſtator grauando filium reſtituere hæreditatem,
non uidetur eum, licet poſſet, in dubio grauaſſe
in legitima ſecundum Angel. Caſtr. & Alexan.
in l. precibus, C. de impub. & ali. ſubſtit. Imol.
in l. centurio, ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & in
cap. Raynutius. in materia compendioſæ. de te-
ſta. quo fit vt in generali reſtitutione non videa
tur de legitima ſenſiſſe. ex quibus clariſſimè con
ſtat D. aduocatum dictorum filiorum deceptũ
fuiſſe, nodumque in ſcirpo quæſiuiſſe. Beroum-
que, qui illum adduxit in hanc ſententiam, con-
80 tra communem fuiſſe locutum. † Nec obſtant
not. per ſcribentes in d. l. hæres, quia loquun-
tur in terminis illius legis de filio inſtituto dato
ſibi vulgari ſubſtituto, nam tali caſu ſibi non de-
betur legitima, ſi repudiat hæreditatem, quia
cum fuerit inſtitutus, & ſi hæres eſſe noluerit,
fuerit ſibi datus ſubſtitutus, de ſe conqueri de-
bet, ſi non adeundo perdit legitimam, quam a-
deundo conſequeretur, l. iam dubitari, ff. de
hæred. inſti. & declarat Dec. in d. l. hæres, co-
lum. fin. at ſecus eſt quando grauatus fuit etiam
reſtituere, prout ſupponitur hic in ſecundo ca-
pite ſubſtitutionis: nam tali caſu ceſſat illa fa-
cultas repudiandæ hæreditatis, cum compel-
li poſſit, l. quia poterat. in princip. ff. ad Tre-
bell. ſicque diſtinguit hoc caſu egregiè Caſtr.
in dict. l. quoniam in prioribus. in fin. vt ibi
81 per eum. † Ad ſecundum reſpondetur id pro-
cedere, quotiens onus reperitur iniunctum fi-
lio minori vel etiam maiori, parum tamen in-
duſtrioſo, negligenti, vel dilapidatori: valet
enim etiam reſpectu legitimæ fauore ipſius gra
uati, ne lapſu minoris ætatis, aut ingenii, uel
morum ſuorum bonis careat, ut in d. iuribus
declarant Doctores, Caſtren. conſi. 136. Iaſ. in
d. §. diui, colum. 3. verſic. limita nunc iſtam con-
cluſionem, vbi quoque Crot. nume. 17. verſicu.
tertia ſit concluſio, Ripaque nume. 28. poſt.
Veronenſem & Picum, quos citat Rube. conſi.
27. colum. 2. Dec. conſi. 349. colum. 2. conſi. 403.
in fin. & conſi. 441. colum. 1. Bero. in d. quæſtio.
82 87. nume. 5. † Sed vbi filius maior eſt, dili-
gens, & bonorum cuſtos, conſentiunt omnes
allegati tale grauamen, quo ad legitimam, reij-
ci, & probatur in l. Titio centum. in princip.
& ibi Caſtrenſ. & Imol. ff. de condi. & demonſt.
Ruin. conſil. 42. colum. fina. volum. ſecundo.
at in propoſito noſtro non conſtat ex deductis
in proceſſu de minori ætate Hieronymi tem-
pore teſtamenti. qui vult ergo dicere illum fuiſ-
ſe minorem, ut ſic onus etiam teneat reſpectu
legitimæ, debet illam minorem ætatem proba-
83 re. † Quia vbi ætas eſt fundamentum intentio
nis alicuius, ſiue ſit actor, ſiue reus, ille debet
eam probare, l. cum te. & ibi Bald. & omnes, C.
de proc. l. ſi minorem, C. de in integr. reſtitut.
mi. Bald. conſi. 19. factum, uolum. 5. cum ſimili-
bus per Alciatum cumulatis in tractat. de præ-
84 ſumpt. 2. reg. præſumpt. 14. † minus probatum
uideo quòd dictus Hieronymus eſſet parum in-
duſtrioſus, negligens, vel dilapidator, nec id præ
ſumitur, l. cum de indebito, ff. de prob. ſed con
trarium, l. meritò, ff. pro ſoc. Socin. conſil. 274.

colum.9.volum.2.poſt Imol.in l.2.§. ſi quis ne-
get,ff.quæ teſt.aper. Alciat.in dicto tractat. ter-
85 tia regula , præſumpt. 2.& 3. † Et licèt hoc
ſaltem debeat allegari ſecundum Socin. quia
præſumptio liberat ab onere probandi, non al-
legandi,l.ſi adulterium , §. idem Pollioni, ff. de
adult. latè Iaſ. in l. non hoc, colum.fin.C.vn-
de leg. tamen in allegationibus iuris id etiam
fieri poteſt, ex quo probatio non requiritur ,
vt inquit Butri. in capit. peruenit. de emptio. &
vend. Alexan.in l. 1. colum. 2. C. vt quæ deſ.
aduo. Deci.conſil.267. colum.penul. Balb. in l.
86 Celſus.3. parte,ff. de vſucap. † Nec verum eſt
hoc caſu onus annexum fuiſſe legitimæ fauore
Hieronymi , ſed aliorum proximiorum vocato-
rum: quo caſu deducitur ex legitima , ut per
Aret. conſil.19.ſecundo dubio. nam quod dici-
tur de vſufructu, venit in conſequentiam, quod
non attenditur,l. ſi quis nec cauſam , ff. ſi cert.
87 petat. † & ſicut potuiſſet Hieronymus dictam
legitimam petere: pariter idem poteſt fiſcus Il-
luſtr. Domi. Giberti, quicquid & malè ſentiat
Bero. probatur, nam ius detrahendi legitimam
tranſmittitur ad hæredes , etiam extraneos , vt
not. Salyc. in l. ſenium. in princip. C.de inoffi.
teſtamen. verſic.quæro cum Gloſſ. 1. Alexand.
conſil.54. viſo titulo quæſtionis, colum. 3. vol.
2. cum ſimilibus per Dec.conſi.81.colum.1.con
88 ſi.218. nume.4. † At fiſcus licèt propriè non
dicatur hæres. Anchar. conſi. 283. ex prædictis
allegationibus,ſaltem dicitur ſucceſſor vniuer-
ſalis, l.tutoris, C.ad l. Iul. de vi.pub.Caſtr. Ful
goſ. Roma. & Alexand. in l. fin.in princip. ff. ſi
cert. pet. & vbi ſumus in obligatione iam con-
tracta, fiſcus habetur hæredis loco,vt tradit Bar
tol. Angel. Caſtrenſ. & Imol. in l. quotiens, ff.
de noua. vnde licèt iura conditionalia vel alia
poſt publicationem quæſita non tranſeant in fi-
ſcum , contracta tamen ante ſecus, vt per Dec.
qui plures citat, in l. 3.§.Illud,ff. quod quis. iur.
conſi.235. colum. penult. conſi. 438. nume. 10.
Socin.iun. conſil. 51. volum. 1. meritò quia hic
agitur de obligatione iam contracta ante publi
cationem bonorum Hieronymi, quia tempore
mortis teſtatricis poterat ille petere ſeparatio-
nem legitimæ , & de illa pro libito diſponere,
vt per Caſtr. in dicta l. quoniam in prioribus.
ſequitur in hoc fiſcum loco hæredis reputari ,
& ob id ius in ea conſequenda dicitur habere.
89 † Ad tertium dico,quòd opinionem Cumani
reprobant Alexand. in d.l.in fideicommiſſaria,
nume.6. Rip nume.41. & Claud.Aquenſ.num.
7.Socin.conſi.82.nu.31.uolum. 4.& eſt de men-
te Pariſij conſil.1.nume.93. volum. 3. dum dicit
imputari fructus in legitimam perceptos poſt
diem purificati fideicommiſſi: ſentit ergo ſecus
in perceptis ante, ſicut in caſu noſtro,Nec ratio
Cumani de fructibus perceptis ex bonis ultra le
gitimam,in quibus filius grauari poteſt,bene cõ
uenit ad inferendum quòd illi debeant in legi-
90 timam imputari , † quoniam videmus quòd
fructus percepti iudicio teſtatoris compẽſantur
cum eo,quod debetur hæredi, l. quod de bonis.
§.quòd auus,ff.ad l. Falcid. l.cum pater,§. Titio,
ff. de leg. ſecundo.& tamen non compenſantur
cum legitima, nec in eam imputantur etiam vo-
lente teſtatore,l. ſcimus, §. repletionem , C. de
inoffi.teſtam.quod eſt mirabile , & extraneum,
ſecundum Caſtrenſ. in d. §. quod auus , quia ſi
imputantur in verum debitum , facilius in legi-
timam deberent imputari,l. Papinianus,§.quar
ta, ff. de inoffic. teſtam. rationemque differen-
tiæ reddit Alexand. in d.§. quod auus , quod il-
lud eſt in legitima , quia de ipſa deducitur ipſo
iure quodcunque grauamen , vt illam filius ha-
beat ſtatim pleno iure.d.l. quoniam , & d. §. re-
pletionem,& §. prohibemus.in Authent.de tri.
91 & ſemi. † Ideo etiam ſi teſtator voluerit fru-
ctus in legitimam imputari, tamen non imputã-
tur, quia filius ſimpliciter adeundo , non vide-
tur onus agnouiſſe, reiectum a lege ipſo iure , l.
ſi quando, §. & generaliter , cum ibi not. C. de
inoffic. teſtamen.quæ ratio ceſſat in alio debito,
quia lex ipſo iure de illo grauamen non dedu-
cit.& Alexandrum ſequitur Ruin. conſi.57.nu-
me.9.& conſi.79.colum.2.volum.2.meritò patet
quòd argumentum Cuma. non procedit de mẽ
92 te iuris. † Ad quartum reſpondeo , quòd ap-
probatio teſtamenti facta per filium non impe-
dit eum petere legitimam , ut tradit Anch.con-
ſi.151. plura ſunt dubia,colum.4. Dec. conſi.81.
col. 1.conſi.218.col.2. & conſi.419.colum.1. Ad
quintum & vltimum dico, caſul noſtro non ob-
ſtare dictas deciſiones Baldi & ſequacium : lo-
quuntur enim in filio bannito viuente patre, in
cuius bonis filio poterat deberi legitima, ſi patri
ſuperuiueret,ſed tempore banni ſibi non debeт,
93 † quoniam viuente patre non conſideratur ,
ſed eo mortuo tantum debetur. Barto.in l.fi. per
illum text. ff.de liber. agno.plenè Iaſ. in l.is po-
teſt, ff.de acquir.hæred. Dec.conſi.19.col.penul.
unde pater per fiſcum inquietari non poteſt no-
mine filii,ut per Dec.in d.conſi.438.col.pe. nos
autem loquimur in Hieronymo bannito poſt
mortẽ teſtatricis, & ſic poſt ius ſibi quæſitũ in le
gitima,meritò id bene potuit in fiſcũ transferri.
Et ita patet legitimam d.Hieronymi ad illũ per-
94 tinere. † Reſpectu verò reſidui dicebã , q. ſtan-
te prohibitione alienationis in teſtamento , cõfi
ſcatio bonorum quidem impediri debebat , vt
tradit Bar. in l.imperator, ff. de fid. lib. vbi pari-
ter Ang. Roma.in l. ſi conſtante,§.fi.ff. ſol.matr.
Ang. Aret.in tract.de malef.in verbo, & eius bo
na publicamus, verſ.& nota Alex.conſi.23.uol.
1.quod eſt repetitum conſ.88.vol.3.Soc.cõſ.121.
col.4.vol.4.Marſ.ſing.314.Iaſ.in d.§.diui.lect.2.
nu.19. Ambroſ.de Opizo,nu.30. Ferd.Loaz. nu.
55.Crot.nu.36. Rip.nu.47.Rui.conſ.124.nu.5.
cõſ.129.nu.4.uol.2. cõſi.23.nu.15.vol.5.Soc.iun.
conſi.77.uol.2.nume.11. Grat. Reſp.21. nume.
68.vol.2.Cur.iun.conſi.120.nu.10. Bocr. deciſ.
278.nu.6.D.meus Rimin.conſi.343. Bero.q.42.
circa fi.ſuarum familiarium.Rube.conſ.154.nu.
95 2.qui eõdem teſtatur, nec ab ea recedẽdum. † tã
toq; magis expreſſione facta cõfiſcationis prohi-
bitæ, quæ valet, ut per Rui.in d.§.diui,col.6.not.

4.&

4. & cōſ.129.col. 2.uol. 2. tamē aduerti debet ad verba teſtamenti, quæ dicunt [ in omni caſu, in quo aliquis inſtitutorum aliquod delictum committeret, propter quod bona fiſco venirent ap-
96 plicanda ] † id enim verbum, committeret, non denotat actum perfectum, ſed quòd ſtatim cum aliquis ex inſtitutis incipit uelle delinquere, priuatio inducatur, & ſubſtitutioni ſit locus ante conſumptionem ipſius delicti, ut in ſimili quæſt. tradit Bartol. in l. ſi quis poſſeſſionem, ff. de acquirend. poſſeſſ. vbi dicit, quòd ſi dono tibi hoc pacto quòd ſi alienares, dominium ad me reuertatur, ſtatim quòd incipis alienare, priuatio inducitur, & in quæſt. noſtra ſequitur cum Ruin. in dicto conſi. 129. quo ſic ſtante, ſi tenemus, vt ex aduerſo ſupponitur, filios ſuos Hieronymo ſubſtitutos ( quod ſupra negaui ) ſequitur quòd ab initio, quo cœpit velle delinquere, priuatus fuit dictis bonis, eaque deuoluta fuerunt ad filios, & in eis velut aduentitiis cœpit uſusfructus ei velut patri competere, l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Deinde verò ſecuto delicto tranſlatus eſt vſusfructus in fiſcum, ad quem debet toto tempore vitæ d. Hie-
97 ronymi pertinere. † Sed & aduerſus hanc concluſionem meam D. aduocatus ille filiorum Hieronymi multis inſtabat; nam primò negabat quòd ante conſummationem delicti, locus fuerit ſubſtitutioni, vel vſufructui dicti Hieronymi: nam teſtatrix locuta fuit de delicto, propter quod bona venirent fiſco applicanda, in quem caſum voluit eſſe locum ſubſtitutioni. at ex ſolo propoſito delinquendi bona non confiſcantur, nec in caſu cōfiſcationis exiſtunt, ſed requiritur effectus conſummatus ex generali conſuetudine, ut tradit Bald. conſi. 361. volum. 1. Alexand. conſil. 15. volum. 1. Angel. & Moder. in l. prima, §. hæc autem verba, ff. quod quis. iur. Felyn. in tract. Connat. colum. 3. Barbat. conſil. 23. volum. 1. qui dicit eſſe commu. meritò dum fecit ſubſtitutionem in caſu delicti, debet intelligi de conſummato: non ergo prius lo-
98 cus fuit ſubſtitutioni vel uſufructui. † Secundò poſito quòd ante delictum locus eſſet ſubſtitutioni, non tamen iſto caſu quæreretur vſusfructus patri, uel quæſitus non iret ad fiſcum, ceſſante ratione d. leg. cum oportet, quæ fuit ut pater fruatur eo, regatque pro libito: nam quo momento patri quæreretur, perderetur, & ad fiſcum conuolaret, quod eſſet vanum, l. qui bis idem, cum ibi not. ff. de verbo. obligatio. Tertiò quia dicitur in teſtamento, quòd hoc ideo fecit teſtatrix, quia voluit eius bona in familia remanere: quæ verba verificari non poſſent, ſi patri quæreretur uſusfructus, & in fiſcum tranſiret, ut per Alexand. conſil. 23. nume. 17. colum. ſequent. volum. 1. ubi dixit in ſimili, quòd ſi teſtator uoluit domum continuè ſtare uſq; in infinitum pro ſuis hæredibus, ea nunquam poteſt
99 ad alium pertinere. † tantoque minus hoc eſſe debet in caſu noſtro, quia aliàs inductum fauore agnationis retorqueretur in eius odium contra l. quod fauore, C. de legib. ſi patri quæreretur uſusfructus, & ad fiſcum tranſiret. Quartò conſiderabat Dom. aduocatus concluſionem meam in erroneo præſuppoſito fundari, quòd patri quæreretur vſusfructus, quia retineret in filios poteſtatem, nō obſtante banno, quod eſt
100 falſum: † nam bannitus in loco banni nedum perdit iura, quæ ſibi deferuntur ex ſtatutis loci, ſed etiam de iure communi, vnde conſequi non poteſt hæreditatem ſibi delatam ex teſtamento, vel ab inteſtato: quia ſtatutum ſic offuſcare poteſt ius commune in ſuo territorio, ꝙ effectum non ſortiatur, vt tenent Rayner. Roman. Caſtrenſ. & Iaſ. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Imol. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de lib. & poſth. & in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Treb. Ang. in q. per eum diſputata. duo ad inuicem litigantes, colum. 9. Alexan. conſi. 23. & conſi. 75. uolum. 1. conſil. 49. volum. 4. cum ſimilibus à me latè cumulatis in l. ut vim. poſt Decium nume. 120. per duas columnas, ff. de iuſti. & iure. Vnde ſi dictus Hieronymus per bannum perdidit ea, quæ ſibi de iure communi competebant in loco ſtatuti, patria poteſtas uelut offuſcata, eo loco non potuit effectum ſuum parere, meritò nullus vſusfructus ſibi quæſitus fuit, nec in fiſcum per
101 eum tranſlatus. † Sed nec ex iſtis ab opin. mea recedo, quam confirmo: nam uerbum, committeret, de quo in teſtamento, eſt præteritum imperfectum ſubiunctiui modi, ſicut de verbo, oporteret, tradit Bartol. Alexand. & Iaſo. in l. cum ſtipulamur, ff. de verborum obligat. ergo denotat actum imperfectum, & non conſummatum. Nec obſtat primum fundamentum, quia pro reſponſione duo conſideranda ſunt, pœna ex delicto inferenda ſecundum ſtatuta loci, & illa locum non habet niſi eo conſummato, ſecundum Doctores citatos, qui hoc caſu loquuntur: alterum eſt ſubſtitutio facta Hieronymo, & hæc ante conſummationem delicti uerificatur ex illis verbis, aliquod delictum committeret, quæ rem denotant in fieri, non autem factam, ut ſupra oſtendi, meritò nondum delicto conſummato locus fuit ſubſtitutioni & uſufructui, quia hæc non reſpiciunt
102 pœnam, ſi bene conſideretur. † Ad ſecundum reſpondetur illam non eſſe rationem d. legis, cum oportet, ſed patriam poteſtatem, quod oſtenditur: nam ante illam legem pleno iure filij quærebant aduectitia patri, ſicut ſerui domino, l. placet, ff. de acqui. hæred. cum enim eſſent in alterius poteſtate, nihil ſuum habere poterant, ut in ſeruo text. arguit in l. acquiritur, ff. de acq. re. do. & in filio in l. ſic eueniet, ff. de adult.
103 † Hinc eſt quòd licèt filius miles maneat in poteſtate patris, caſtrenſe tamen peculium patri non quærebatur, l. 3. C. de caſtr. pec. lib. 12. Imo præcipuum erat filij, l. prima, §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon. quia in eo filius uice patris famil. fungebatur, l. 1. ff. ad Maced. & ſic quo ad hoc patria poteſtas non erat in conſideratione. Hunc modo rigorem mitigauit Imperator in dicta l. cum oportet. & in §. 1. Inſtit. per quas per. nob. acq. ordinando ꝙ proprietas

eſſet filiorum, uſufructus uerò patris ratione patriæ poteſtatis, de qua loquitur ibi [& patribus honorem debitum reſeruauimus] & ruſus ibi [ſic enim parenti nihil derogabitur uſumfructum rerum poſſidenti] hæc igitur fuit fundamentalis ratio d. legis cum oportet, non autem ex aduerſo conſiderata, ſed quodam conſecutiuum, quia filius patendum patrem uti & frui & pro libito gubernare, nec rationem adminiſtrationis exi-
104 gere. † Secundò dato quòd illa poſſet aliquo modo dici ratio, quia tamen eſſet probabilis & non neceſſaria, & militat altera de patria poteſtate, nõ deberet per hoc ceſſare diſpoſitio d. legis, cum oportet, ſicque reſpondet obiecto de ceſſante ratione. Soc. conſi. 1. col. fi. uol. 1. cui conuenit quod abundè ponit Tiraq. in tract. ceſſan. cauſa limit. 1. de cauſa ſiue ratione impulſiua, qua ceſ-
105 ſante non ceſſat diſpoſitio. † Ad tertium dicitur illud uerificari poſſe reſpectu proprietatis, quæ manet in agnatione, ſed uſufructus penes Hieronymum, & inde ad fiſcum pertineat, iuxt. §. 1. Inſtit. de uſufr. & hinc ceſſat auctoritas Alexandri conſi. 13. uol. 1. nam teſtator ibi diſpoſuerat de domo, quam uolebat continuè ſtare pro hæredibus, & ſic ſemper per eos poſſideri, unde bene infert Alex. quòd poſſeſſio dictæ domus ad alium peruenire non poteſt ex uolunta-
106 te teſtatoris, † quia duo inſolidum quid poſſidere non poſſunt, l. ſi ut certo, §. ſi duobus, ff. cõmo. & ſic eo loco fit talis interpretatio, quia aliàs uoluntas teſtatoris locum habere non poteſt, at hic poteſt effectum ſortiri remanente proprietate penes familiam, licet uſufructus interim ſpectet ad fiſcum, meritò longè diuerſi ſunt termi-
107 ni caſuum prædictorum. † Nec obſtat conſideratio facta de l. quod fauore, nam fallit ubi quid uenit in conſequentiam fauoris conceſſi, l. cum ex oratione, ff. de exc. tut. Bal. in 7. oppo. Soc. in l. cum filio 2. not. ff. de leg. 1. quod in uſufructu contingit ad patrem pertinente rerum, quæ iure aduentitio filiis obueniunt. Quod verò pertinet ad quartũ, dicere poſſem nec eſſe tutam, nec ueram concluſionem Raynerij & ſequacium in
108 d. l. 1. C. de hæred. inſti. † ſed Bartolo potius, Angelo & Alex. Aquenſi & Ripæ adhærendum eſſe in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Treb. qui tenuerunt bannitum non amittere ea, quæ ſunt inducta de iure communi in loco ſtatuentium, ſed duabus potiſſimum rationibus id miſſum facio, prima quòd illud luculenter oſtendi in d. l. ut uim, num. 127. ſic ut ultra forſan plus deſiderari non poſſit: altera quòd caſus noſter præter illam quæſtionem uerſatur, nam procedit in filio, cui quid poſt bannum obueniat: at hic uſusfructus ad Hieronymum ſpectare cœpit ante bannum, & delictum commiſſum: cum uerbum, committeret, ut dixi, rem imperfectam denotet, & actũ non conſumatum: quare nihil impedit quin eo poſtmodum delinquente & bannito, conuolet uſusfructus ad fiſcum, & ſibi quæratur, dum
109 uiuet naturaliter ipſe Hieronymus, † ſicuti uidemus in grauato fideicõmiſſo ſimpliciter poſt mortem fideicommiſſo delinquente: nam bona tranſeunt in fiſcum cum ſua cauſa, uidelicet ut dum uiuit, fiſcus habeat uſumfructum, eo uerò moriente relaxet fideicommiſſario, ut declarat Alex. conſi. 23. col. 4. nu. 19. uol. 1. Rui. conſi. 23. nu. 15. uol. 5. Ambroſ. de Opiz. in d. §. diui, nu. 30. & Bero. q. 41. ad fi. & ita remotis omnibus cõtrariis apparet me pro ueritate prima uice reſpõdiſſe ad fauorem Cameræ fiſcalis Illuſtr. domu. Giberti Pij.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro multùm Reuerendo & Illuſtre Comite Anibale Cannoſſa.

### ARGVMENTVM.

Contractus quando perfectus dicatur, & pœnitentiæ ſit locus.

### SVMMARIVM.

1 *Contractus, de quo conuentum ſit ſcripturam fieri, quam ſui natura non exigebat, uidetur perfectus, ea nondum facta.*
*Quod procedit ſi poſt contractum ſic dictum fuit, ſecus ſi ante. 23.*
2 *Verba contrahentium debent intelligi ſecundum cõſuetudinem.*
3 *Conſuetudo potens, & lege potentior.*
*Et rex omnium dicitur. 4.*
*Siue Domina, maximè uerborum. 5.*
6 *Contractus ut in ſcriptis dicatur, requiritur à contrahentibus expreſſè cautum, quòd aliter non ualeat, & eſt communis opinio.*
*Sed contra, licet non ſit dictum, quòd aliter non ualeat. 28.*
*Et eſt communior ſententia. 29.*
*Et de ratione illius. 31.*
7 *Principis determinatio uim legis habet.*
8 *Principis aſſertioni ſtandum.*
*Etiam de facto alieno informati.*
9 *Verba contrahentium, in futurum denotant tractatum & ratiocinium.*
10 *Tempus futurum, non trahitur ad præſens.*
11 *Promiſſio de uendendo, non dicitur uenditio de præſenti.*
12 *Venditor habens rem, tenetur præciſè tradere, nec liberatur præſtando intereſſe.*
*Secus ſi promiſit uendere. 13.*
13 *Promittens uendere, non tenetur præciſè tradere, licèt habeat poteſtatem tradendi.*
14 *Contractus uis, non in tractatu, ſed concluſione conſiſtit.*
15 *Contractus dicitur conditionalis, acto quòd res per tertium æſtimetur.*
*Et ante pro nullo reputatur.*
16 *Conditio prius liquidari debet, & impleri, quàm conditionato ſit locus.*

*Mentita*

17 *Mentita data ſub conditione, ea non uerificata, eſt nulla.*

18 *Contractus, de quo dictum fuit adhiberi notarium, collatus videtur in diem celebrandi inſtrumenti.*

*Si non apparet ex coniecturis contrarium. 19.*

20 *Teſtator ſi de voluntate ſua voluit inſtrumentum fieri, dicitur eam contuliſſe in diem inſtrumenti, & ſi interim decedat, eſt nulla.*

21 *Decius conſi. 340. confutatur.*

22 *Intellectus l. contractus, C. de fide inſtru. 30.*

23 *Intellectus l. contrahitur. ff. de pignor. 24.*

25 *Conſuetudo probari debet, ut quid facti.*

*Et reſtringi debet ad locum, in quo reperitur. 26.*

*Nec ſaltem in ſeparato loco locum habet. 27.*

31 *Pœnitentia locus eſt in contractibus nominatis ante implementum.*

32 *Verba contractus non ſunt intelligenda, ut ſint ſupernacanea, ſi alius ſanus intellectus accommodari poteſt.*

*Sed operari debent. 33.*

*Et potius impropriè capi, quàm quòd nihil operentur. 34.*

*Non enim quid eſſe debet ſine fructu operandi. 35.*

36 *Teſtes & inſtrumenta paris fidei.*

37 *Sententia principis nulla ſine citatione.*

38 *Principis diſpoſitio ſic intelligi debet, ne tertio fiat praeiudicium.*

39 *Principis placitum quando pro lege habetur.*

40 *Papinianus quare ſecuri percuſſus eſt.*

41 *Iuſtitia cur Ioui aſtare dicatur.*

42 *Princeps rectus dicitur, qui cõſiliarios ſapiẽtes eligit Quod de Franciſco Sfortia teſtatur Boſſius.*

43 *Alfonſus Dux Ferrariæ eminentiſſimus ſuorum ſapientum conſilio commendatur.*

*Cornelius Bentiuolus celebratur.*

*Hercules de contrarijs Comes laudatur. 44.*

*Alfonſus Eſtenſis Taſſonus commendatur. 44.*

45 *Donans cauſa mortis, appoſito pacto de attendendo, poteſt pœnitere.*

*Diſtinguendo tamen, ut per Decium.*

## CONSILIVM. LI.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITATVR an conuentio quædã
quę exhibetur inter Reuerendum
& Illuſtrem D. Anibalem, & Illu-
ſtrem D. Teodaldum fratres & am
bos Comites de Canoſſa perfecta
dicatur, ita quòd pœnitentiæ locus inter eos eſ
ſe non potuerit, licèt nunquam inde publicum
inſtrumentum fuerit celebratum: & ad fauorem
dicti Comitis Teodaldi prima conſideratione
dicẽdum videbatur eam fuiſſe & eſſe ualidam,
1 nec ab ea recedi poſſe. † Licet enim conuen-
tum fuerit quòd inde fiat inſtrumentum de hu
iuſmodi conuentione, & tranſactione, non per
hoc dicitur in ſcriptis facta, quia cum de ſui na-
tura non requirat ſcripturam, videntur cogi
taſſe partes, quòd ſcriptura fiat ad faciliorem
probationem, iuxta l. contrahitur, ff. de pignor.
vt declarat Salyc. in auth. ſed nouo iure. colum.
3. verſi. aut eſt dictum. C. ſi cer. pet. Dec. conſilio
340. & Grat. reſpon. 117. col. 1. vol. 1. & ita appa-
ret fieri de conſuetudine, quæ obſeruatur, quòd
contractus non dicatur in ſcriptis fieri ex eo, quod
2 notarius rogatus fuit de inſtrumento. † Et ſe-
cundum conſuetudinem verba contrahentium
debent intelligi. l. ſemper in ſtipulationibus, ff.
de regul. iur. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de
ædil. edic. c. cæterum. de dona. Dec. in dicto cõ
ſi. 340. num. 3. nec immeritò, nam ut eleganter
ſcribit Connanus in commentariis iuris ciuilis,
libro primo, cap. 10. conſuetudo pars eſt iuris ci
uilis in ijs rebus poſita, quæ priuſquam ueniſ-
ſent in conſuetudinem, poterant ſine ſcelere uel
prætermitti, vel violari: poſtquam autem longo
omnium uſu comprobatæ ſunt, parem legibus
3 habent poteſtatem. † Quin ſanctiora quodam-
modo uidentur eſſe ea, quæ moribus afferun-
tur, quàm quæ imperantur legibus, propterea
quòd leges dantur ut plurimum inuitis & recu
ſantibus ab eo, qui plus poteſt: & idcirco ingra
tiores ſunt, quia coactæ. unde ille [Per uim ſunt
leges, & plebiſcita coactæ] At quod eſt conſuetu
dinis ſuaue per ſe influit in mores hominum,
ſic ut uel à natura putetur eſſe, aut ab antiquis
bono publico inſtitutum, quare nihil aptius, ne
que uerò potentius quicquam eſt hominibus re
gendis conſuetudine, præſertim quæ ſua uetu-
4 ſtate naturæ uim obtineat, † ut meritò Pinda-
rus morem omnium Regem appellet, quod ſo-
lus regnet, ſolus imperet, & unus omnibus mor-
talibus iubeat, uetet, præſcribat, quod uidea-
tur. Vnde Darius, ut eſt apud Herodotum, Gre-
cos aliquando rogauit, quanta pecunia adduci
poſſent, ut ueſcerentur defunctorum parentum
corporibus, quemadmodum Indi. at illi meliora
eum ominari iuſſerũt: rurſus Indos cum multis
precibus, & præmiis tentaſſet, ut mortuos Gre-
corum more cremarent: reſponderunt, ſe prius
extrema paſſuros. Tantum valet in vtranque
partem ſeu recta, ſeu parua opinio & conſuetu-
do, ut vix, ac ne vix quidem ſemel confirmata
5 tolli queat. † Et quod ad rẽ noſtram propius
accedit, idem Connanus in commentariis ſuis,
lib. 6. cap. 3. colum. penul. conſuetudinem cùm
omnium rerum dominam, tùm maxime verbo-
rum appellat: quare bene ſequitur verba cõtra-
hentium ſecundum conſuetudinem intelligen-
da fore. Confirmantur prædicta ſecundo loco,
6 † nam adhoc vt contractus dicatur in ſcriptis fie
ri, requiritur quòd expreſſe à contrahentibus a
ctum ſit, quòd aliter contractus non ualeat,
vt not. Bartol. in l. contractus, in princ. C. de fi-
de inſtrum. & in auth. ſed nouo iure, in fin. C. ſi
cer. pet. & iſtam concluſionem latè probat Saly
cet. in dicta l. contractus, q. 2. Ang. conſi. 156. D.
Angelina circa finem. Aret. conſi. 260. colum. 4.
Fabian. in tracta. de emptio. & vendi. 5. q. princ.
verſi. tertiò quæritur, & Ang. Aret. Inſti. de em-
ptio. & venditio. in prin. colum. 2. quo loco dicit
ita vidiſſe practicari, licet Ferrariæ aliter dictũ
fuerit

Bal.C.de reſcind.vend.& multa tractãtur,quæ
non perficiuntur:vnde teſtes qui deponunt de
tractatu,non probant,vt notat Bald. in l.multū
intereſt,col.2.C.ſi quis alte.vel ſibi,& in capit.
ſi.col.ſi.de iura.cal. Dec.conſi.197.nu. 3. Crot.
conſi.41.num.11.dans exemplum de libello, in
quo non conſiderantur verba narratiua, ſed e-
ius concluſio.Bart.in l.Aurelius.§.Sticho, ff de
lib.lega.& idem firmat alibi quoque Dec.con-
ſi.105.ſub nume.5 & conſi.233.col.4.& longè
melius Natta conſi.357.col.1.poſt Bal.in l. con-
tractus.C.de fide inſtru.col.2.verſi. ſed quæro,
vbi docet quòd tunc dicitur eſſe concluſum in
contractu,quando conſtat de perfettione reſpe
ctu voluntatis concluſiuæ, quia eſſe conſiſtit in
perfectione, quæ habetur ex concluſione: dein
de ſubdit quòd contractus in abſolutione perfi
citur,quæ fit in inſtãti cū partes dicũt, ita cõſen
ſimus,vel ita facimus. Igitur nec iſta ſcriptura
vt ſupra loquens,probat contractum fuiſſe per-
15 fectum. † Quintò concurrit quòd actum fuit.
vt terrenum deberet æſtimari,ac mẽſurari per
Dominum Riuerciollam:quo ſtante talis cõtra
ctus dicitur fuiſſe conditionalis,& electo non ar
bitrante reſoluitur,& pro nullo reputatur, l.ſi.
C.de contrah.empt.§.ſed noſtra. Inſti. de empt.
& vend.Soc.pulchrè conſil.26.col.ſi. volu.1. qui
fortius dixit contractum venditionis factum ad
menſuram conditionalem eſſe, & imperfectum
ante menſurationem:& ſi facta fuerit traditio,
non tamen dicitur translatum dominium,quia
illa dicitur nuda à cauſa. ſequitur Rolan. à Val
16 le conſi.7.nu.14.vol. 3. † Nec in dubitationẽ
venit quòd vbicunque quid conditionale dedu
citur in iudicio,non poteſt effectum ſortiri, niſi
prius liquidetur conditionem impletam fuiſſe.
Bald.per illum textum in l.ſi quidem,colum.ſi.
C.de excep.cum aliis per Dec.relatis conſ. 585.
nu.1. natura etenim conditionis eſt, vt prius im-
pleatur,quàm emolumentum ſequatur.l.Thais
ancilla.§.Stichus.ff.de fideic.lib.Rui.conſ.181.
nume.11.vol.1.Ceph.conſi.169.nu. 25. † hinc e
17 tiam Dec.conſi.487.col.2.quem ſequitur Soci.
iun.conſi.122.num.32.vol.2.& Rol.à Valle di
cto conſi.7.n.15.vol.3.dicit ꝙ mentita data ſub
conditione , ea non verificata , eſt nulla , quia
quæ conditionalia ſunt pendent à veritate con
ditionis,& ea non verificata,nullius ſunt momẽ
ti:quare ſequitur ex prędictis dictum contractũ
non poſſe dici perfectum,neque concluſum, cũ
non fuerit purificata cõditio in eo poſita. † Sex
18 tò non omitto quòd partes conuenerunt de ta-
li tranſactione rogari debere duos notarios, ac
inſtrumentum fieri infra terminum Paſcatis re-
ſurrectionis Dominicæ tunc proximè futuræ.
Vnde ſequitur contractum nequaquam perfe-
ctum dici poſſe priuſquàm cõficiatur inſtrumẽ
tum:& ideò partes pœnitere potuerunt : fuit e-
nim quoddam ratiocinium de contractu cele-
brando. Ex quo enim partes voluerunt cartam
debere fieri à notario,neceſſariò cogitarunt de
die,quo notarius erit rogatus:ideo in illum diẽ
videntur conferre voluiſſe ſubſtantiam contra-
ctus:ita tradit Caſtr.in l.cum res.col.2.C.de pro
ba.in l.qui bis idem, ff.de verb.oblig.& in l.cõ-
tractus.C.de fide inſtr.ubi ex hoc concludit eſ-
ſe quandam pollicitationem de uendẽdo , & ra
tiocinium:ſubditque quòd ita conſuluit Floren
tiæ,Fulgoſiusque ſubſcripſit,atque ita fuit obtẽ
tum:ſicque reperio quòd Fulg. prædictam ra-
tionem breuiter tenet conſi. 200.in quæſtione.
ad finem. & conſilium Caſtrenſis habetur,con-
ſilio 365.viſa dicta facti narratione in antiquis.
alias conſi.451.uol.2.in nouis, & cum utroque
concordat Dec.conſil.11.col.ſecunda,& Areti.
19 quem refert conſi.160.ſecundo dubio. † qui ap
probat dicta Pauli de Caſtro.in dicta l.cum res.
in dubio, uidelicet quando partes ſimpliciter ſe
referunt ad inſtrumentum. nec apparet ex aliis
coniecturis,quòd partes ſtatim uoluerint habe-
re contractum pro perfecto,& abſoluto, prout
in caſu noſtro non conſtat. Immo potius oppoſi
tum ex ſupra deductis. Idemque ſequitur Soci.
conſi.120.nu.17.uol.4.& Boeri. deciſ. 48. nume.
18.& inſuper Dec.conſi.159.nu.4.loquens in te
ſtamento ad pias cauſas, nolens illud non ualé-
re uelut imperfectum, ex quo teſtator ſe retulit
ad notarium de illo rogandũ, prout ibi plenius
20 per eum poſt Oldra.conſi.159. Titius.† Vbi cõ
cludit quòd ſi per teſtes apparet teſtatorem uo-
luiſſe,quòd de tali uoluntate,& teſtamento cõ
ficeretur inſtrumentum, uoluntas eius dicitur
ſuſpenſa donec inſtrumentum conficeretur per
notarium:& ſi interim moriatur teſtator , non
ualet teſtamentum:licet ad pias cauſas cõfectũ,
ibique moder.Galli apoſtillantes addunt Iaſo-
nem conſi. 195.uol.ſecundo,conſi.8.uolumi. 3.
& Cur.iu.conſilio.duodecimo,ſed præter illos
plures alios cumulat Antonius Gabrielius Ro
manus in ſuis concluſionibus lib. 4. de teſta-
men.concluſione 9.ad quem in gratiam breuita
tis lectores delego, duntaxat addẽs Ruinum cõ
ſi.7.col.4.uol.3.dicẽtem propter auctoritatẽ Ol
dradi & Ioannis Andreæ non eſſe recedendũ
ab eorum opinione in practica,tantoque magis
quòd in hanc partem conueniunt Alberic. Cu
ma. Anch. Fulg.& Imola.quos citat Natta con
ſi.28.nume.146.& præter eos quoque Iaſ. conſi.
155.col.pen.uerſi.ſecundò reſponderur , uol. 4.
Soc.iun.conſ.189.nu.94.uol.ſecundo. Pariſ. cõ
21 ſi.146.col.ſecunda,uol.4. † Et licet idem Dec.
conſil.340. contrarium uelit,tamen ultra quòd
ibi pretium fuerat ſolutum ſignum contractus
perfecti,Inſti.de emptio.& vend.in prin.nõ be
ne loquitur Dec.uolens quod quando pactũ de
uendendo præcedit,acto quòd inde fiat ſcriptu
ra,licet uenditio non ſit perfecta ante cartã per
fectam, remanet tamen promittens efficaciter
obligatus uigore pacti præcedentis, nam id ad
ſcopum repugnat doctrinæ Caſtrenſis,& ſequa
cium,de quibus ſupra.qui proprie ponunt ca-
ſum de pacto præambulo ipſius inſtrumenti. &
22 tamẽ uolunt id eſſe nullum, & inefficax: † quo
rum ſententia uerior eſt indubitanter per tex.
tum in dicta l.contractus.ibi [ non aliter uires
habere ſancimus,niſi inſtrumẽto &c.] & melius
ibi

ibi [ ut nulli liceat priuſquam hæc ita præceſſe
rint aliquod ius ſibi ex eodem cõtractu uel trã
ſactione vendicare ] hæc enim verba manifeſtè
demonſtrant ius & obligationem eſſe nullam.&
ita gloſſa. verbo aliquod dicitur aliquos ius a-
ctionis vel obligationis non competere parti.
quare patet ex prædictis intẽtionem Illuſtris, &
Reuerendi D. Anibalis optimè de iure fundatã
remanere. Quam partem tenendo ſupereſt con
23 trariis reſpondere, † & ad primum de l.cõtra
hitur, ff.de pignor.per quam dicebatur, quòd
vbi contractus ſui natura ſcripturam non requi
rit, partes videntur cogitaſſe quòd inde ſcriptu
ra fiat ad faciliorem probationem, reſpondetur
illud procedere, quãdo prius celebratus fuit cõ
tractus, deinde ſubiunctum fuit quòd inde fie-
ret ſcriptura: tunc enim talis ſcriptura dicitur in
teruenire ad commemorationem & in vim ſo-
lius probationis. Sed qñ prius dictũ fuit de inter
uentu ſcripturæ, & ſic ante factum, aliqua par-
tium dixit, habeamus notarium qui ſit rogatus,
tunc eſt ſignum quod debeat in ſcriptis cõtra-
hi, ideſt quòd ille ſic dicens non erat aliàs con-
tracturus, nec iſto caſu militat dicta lex cõtrahi
tur. ita eleganter diſtinguendo declarat Bal.in
d.l.cõtractus, col.ſecunda, quem refert & ſequi
tur Speculum aureũ in nona diſtinctione prin-
cipali iudiciorum, nu.88. Anton. de Cannario
in trac.de inſinua.nu.39.q.11. Fabianus de mõ
te in tract.de emp.& vend.q.5.princi.num.76.
verſi.dicetur autem cõtractus. Sigiſmondus Lo
fredus conſi.19.col.fi.& Iaſon conſi.151.vol.2.
pluresq́ue id genus cumulat Catel. Cot. libro
memorialium ſuorum, ver. contractus in ſcrip-
ptis. dicens, quòd contractus in ſcriptis,
dicitur quando partes expreſſè agunt in ſcri
ptis contrahere antequam ad contractum per-
24 ueniant. † Et præter ipſos ita propriè loqui-
tur dicta lex contrahitur, ibi [ & ideo ſi conuenit
ſine ſcriptura ut hypotheca ſit, res erit obligata:
fiunt enim de his ſcripturæ, vt quod actum eſt
per eas facilius probari poſſit. ſine his autem va-
let quod actum eſt ] ecce quonam pacto loqui-
tur ille textus quando contractus celebratus
fuit & concluſus, nihil prædicto de ſcriptura in-
interuenienda: & gloſſa ibi dicit illum textum
limitari in caſu dictæ l. contractus, quæ modo
loquitur quando prædictum fuit de ſcriptura:
ibi [ contractus quos in ſcriptis fieri conuenit ]
quo caſu ſubdit eos nõ aliter vires habere quàm
inſtrumenta fuerint facta. cuius differentiæ alia
ratio eſſe non poteſt, quàm ſupradicta Baldi, vi
delicet quòd primo caſu cogitarunt partes de
ſcriptura ad commemorationem tantum: ſecun
do verò, quòd debeat omnino ĩ ſcriptis fieri, &
non aliter: quod eſt ad vnguem cõtra Decium
qui contra illa iura & Baldum locutus fuit, & in
hoc ſecundo caſu nos clarè uerſamur, quia ante
oĩa dicitur. *Eſſo Conte & Reuerendo donn' Anibale
ſono venuti all'infraſcritto accordo & tranſattione
che naſcerà tra loro, ne ſia rogato ſer Hercole &c.* &
ſic in primis antequam deſcribatur qualitas cõ
tractus celebrandi conuenitur inter partes de
ſcriptura adhibenda. igitur intentio partiũ fuit
25 in ſcriptis contrahere, & non aliter. † Non ob-
ſtat etiam dum Decius atteſtatur de conſuetu-
dine in caſu ſuo. eſto enim quòd Piſis, vbi reddi
tum fuit illud conſilium, & vbi arbitror illum
caſum contigiſſe, ſubeſſet illa conſuetudo, non
tamẽ ſequitur vt idem Mutinæ vel Regio ſit di-
cendum niſi probetur, quia conſuetudo eſt fa-
cti, ergo non præſumitur. l.in bello. §. factæ, ff.
de capti. & poſtlim. reuerſis. & ita eſt de mente
Bar. in l. de quibus, 4.q. ff.de legib. dum quærit
quomodo probetur conſuetudo. præſupponit
enim eam debere probari, nec aliter præſumi, &
ita volunt doctores in c.fi.de conſue. Cor. con-
ſi.174.nu.5.uol.ſecundo, conſi.83.col.5.nu. 13.
uol.4. Alex.con ſi.67.circa medium, uolu.7. So-
ci.iun.conſi.65.nume.37.uol.1. Pariſ.conſil. 25.
nume.18.uol.1. D. meus Riminal.conſi 307.nu-
me.16.& abundè Roland. à Valle conſi.53.nu.
26 31.uolum.2. † At in caſu noſtro non probatur
conſuetudinem talem uerſari Mutinæ, meritò
conſuetudo Piſana, de qua meminit Dec. in d.
conſ.340. reſtringi debet ad illum locum in quo
proponitur eam uigere ut notat Oldrad.conſil.
137.perlectis. Alex.conſi.6.uiſa in ueſtitura uol.
5. Dec.conſi.389.col.fi. Craue. conſ.30.col.3.cũ
ſimilibus per Soc.iu.conſi.101.col.3.uol. ſecun-
do, qui concludit eam eſſe ſtricti iuris, nec ſuos
terminos excedere, ut per eum latius, quod &
Bar. tradit & alii poſt eum, in l.pactum, in fine.
C.de collat. Bal.in l.ſecunda, col.fi.uerſi. alii. C.
quæ ſit long. conſuet.& cumulati per Tiraquel-
lum.in trac. primigeni.q.6.n.23. ſicut & per Se
natum Pedemontanum deciſ. 100. ad finem
uolentes conſuetudinem de loco ad locum ne-
27 quaquam porrigi. † Quod ſaltem ſine cõtro-
uerſia procedit in loco ſeparato & habente iura
diſſimilia, prout Piſarum ciuitas, & Mutinæ
ſecundum Marianum in c.cum contingat, co-
lum.14.uerſi.tertiò principaliter, de foro com-
pet. quem refert & ſequitur Anton. Gabri. Ro-
manus in ſuis concluſionibus, libro 5. de præ-
28 ſcri.conclu.ſecunda, nu.14. † Non obſtat ter-
tium quòd requiratur actum fuiſſe inter partes
nedum quòd contractus fiat in ſcriptis, ſed ul-
tra quòd aliter non ualeat: quia hoc ultimum
nõ eſt neceſſarium, ſed ſatis eſt cõuẽtum fuiſ-
ſe ut fiat in ſcriptis, licet nõ ſit dictum quòd ali
ter factus non ualeat. iſta fuit opinio Placentini
& Azonis relata per Accurſium in d. l. contra-
ctus, poſteriore loco. atque ob id in dubio per
eum recepta, iuxta notata in l.ſi idem cum eo-
dem, in fi. ff.de iuriſdictio.om.iudic. ubi Iaſ. De
cius, Domi. meus Riminaldus, & alii ponunt, &
repetentes in rub. ff.ſi cer.pet. maximè D. meus
29 Zuccardus. † Idem quoque tenẽt Bal. & Ca-
ſtren. in d.l.contractus. gloſſa, Chriſtophor. Por
tius, Tollẽtinos, & Aldobrã. Inſtitu.de empt.&
uẽdi. in prin. ubi dicunt hãc opinionem Placen
tini eſſe communiorem, quam etiam tenent So
ci.cõſi.120. Boeri.deciſ.48. Deciſ. Neapo.39.nu
me.4.& alia 375.col.pe. ſimpliciter dicẽtes cõ-
tractum in ſcriptis dici, cõuẽto quòd inde fiat
ſcri-

ſcriptura,licet nō fuerit dictum quòd aliter cō-
tractus factus nō ualeat.ex quibus apparet hāc
ſecundam partem pondere & numero docto-
30 rum alteri præualere. † Quinimmo pro ea eſt
caſus in d.l.contractus.ibi, [ Illos tamen quos
in ſcriptis fieri cōuenit.]nec ultra textus addit,
quòd partes egerint,quod aliter facti nō valeāt:
eodemque modo procedit Imperator Inſti. de
de emptio.& vend.in princ.dicens,[In his autē,
quæ ſcriptura conficiuntur]nō autem dicit, hoc
acto quòd aliter non valeant: & illum textum
fatetur Vaſquius non leuiter vrgere.Ex his er-
go iuribus manifeſtè conuincitur prior opinio,
quia quatenus in d.l.contractus,dicitur[non a-
liter vires habere ſancimus]& ſecundo loco [nō
aliter perfectam eſſe venditionem & emptionē
cōſtituimus]ſunt Imperatoris verba ſic decidē-
tis,non partium ſic loquentium,vt verba, ſanci-
31 mus,& conſtituimus,manifeſtè denotant.† Ra-
tioq́ue particularis huius opinionis in promptu
videtur eſſe,quam ponit Vaſquius:nam quādo
partes voluerunt,vt in contractu fieret ſcriptu-
ra (ſic.n.melius legēdum puto , quàm ne in con
tractu fieret ſcriptura ) eo ipſo tacitè videntur
intelligere,vt interea ab illo conſenſu recedere
licitum ſit,non aliter atque licet in contractibus
innominatis ante implementum per totum titu
lum, ff.& C.de rer.perm.& per totum,ff.de præ
ſcr.ver.& cond.cauſ.dat.& C.de condi. ob cauſ.
ſicq́ue vni recedere volenti ſi alter dixerit , cur
improbè fidem conuentionis violare tentas? il-
le replicare iuſtè poterit,ſe minimè fidē violare,
cum inter eos id actum tacitè videretur,ut quā
diu ſcriptura non eſſet confecta,tandiu is cōtra
ctus non uideretur eſſe perfectus,ſed tantum cę
ptus,ſicque ille potius ex diuerſo videatur fidei
uiolator,qui dum licet alteri pęnitere,contra fi
dem conuentionis hāc libertatem adimere pro
perat,non ignorans hanc tacitam conditionem
reſolutiuam eum contractum habuiſſe,ſi nō pœ
niteret antequā ſcriptura confecta ea de re fuiſ-
32 ſet.† Nec in contrarium pungit altera ratio Va
ſquii ſupra relata , quòd illa uerba , ꝙ inde fiat
ſcriptura,cēſeantur prolata probationis gratia,
nō āt ſubſtantiæ: nā totū cōtrariū puto dici de
bere,motus ex eo,ꝙ verba contractus nūquam
ſunt intelligēda,ut ſint ſupuacanea, ſi alius in-
tellectus ſanus accommodari poteſt.l.1. in prin.
ff.quod met.cauſa.l.1.in fi.ff.ad municip.l.3.§.1.
qui incipit, non fruſtra.ff.de iureiu.Caſtr.conſ.
33 357.primò vidēdum eſt,col.1.vol.1.† Immo verò
ſic intelligi debent,vt aliquid operentur.l.ſi quā
do , in princ.ff.de lega.1.c.ſi Papa.de priuil. in
6.aliàs ſi verba non operarētur,ludibrio cenſe-
rētur appoſita & eluſoriè,quod fieri non debet.
l.fi.§.non autem.C.de bon.quæ libe.l.cum aliis,
in fi.C.de cur.fur.c.commiſſa.§.porrò, de elect.
lib.6.vnde bene Bald.& doctè conſi.51.genera-
li ſtatuto,in fi.vol.5.dicebat ꝙ ſingula uerba le-
gis,aut priuilegii debent habere aliquid ponde
ris,& ad aliquem effectum trahi per l.item ue
34 niunt.§.aptanda,ff.de pet.hære.† Immo verba
potius impropriè ſumi debent , & contra eorū
naturam quàm quòd nihil operentur.l. ſi ſtipu-
latus fuero per te.l.ſtipulatio iſta.§.ſed ſi ſeruus.
& §.poſſidere,ff.de verbo.obliga. c. ſi ſententia.
de ſent.excommu.in 6.quæ iura ad hoc propoſi
tum citat Abb.conſi.32.col.1.volumi.2.tradit
Dec.conſi.48.col.2.Craue.conſi.30.n.9.& con
35 ſil.135.nu.24.vbi latius hoc exornat de uerbis,
quæ dēnt aliquid operari, nec eſſe uana. † Nō
.n.in uerbis contractus dēt eſſe aliquod uerbū
quantum uis minimū,quod ſtet ſine uirtute ali
quid operandi.Soc.conſi.18.uol.1.Iaſon in l.fi-
na.ad fi.ff.quod quiſ.iur.plene Dec.in c.paſtora
lis.in prin.de appe.Ceph.conſi.257.num.33.at
in propoſito noſtro quando partes dixerunt ꝙ
de contractu fieret ſcriptura, præſupponitur te
ſtes fuiſſe præſentes, alioquin plerunque ſciri
non poſſet quid egerint partes aut dixerint, cū
in controuerſia fori promptiores ſint ad negan
dum nociua.meritò cum teſtes contractum pro
bare poſſint,prout celebratus fuit,ſcriptura non
36 eſt opus ad eius probationem, † cum parem fi-
dem faciant teſtes & inſtrumenta, l.in exercen-
dis,C.de fide inſtru.& ſic illa uerba.quòd inde
fiat ſcriptura,non cenſentur prolata probatio-
nis contractus gratia , ſed ad eius ſubſtantiam,
ita quòd deficiēte ſcriptura,contractus corruat
uelut imperfectus:ſic enim bene ſignanter ope
rantur uerba prædicta.quare patet hanc inter-
pretationē potius eſſe capiendam q̃ Vaſquii,de
qua ſupra,nam data copia teſtium,redditur ſu-
perflua dictorum verborū expreſſio, & ſine fru-
37 ctu operandi prolata dicetur. † Ad ultimum
de Principis ordinatione primò reſponderi po
teſt,quòd cum non appareat de citatione Reue
rendi D.Anibalis ante prolationem dictæ ſentē
tiæ,utique ualere non debet. Immo nulla dici-
tur,ut tradit gloſſa,quam Bal.Caſtr.& cæteri ſe
quuntur ibi in dicta l.fi.C.de legib. & plerique
alii idem tenēt,quos refert & ſequitur Alex.in
l.de uno quoque,nu.13.ff.de re iud.vbi conclu-
dit communiter teneri,quòd citatio requiratur
in proceſſu principis,ſi agitur de præiudicio ter
tii,prout hic agebatur de præiudicio Illuſtr. &
Reuerendi D. Anibalis creditoris de ſcutis 1151.
redigēdis ad ſcutos 800.& idem quod tenet A-
lex.exornat aliis quotis Marſ.in d.l.de unoquo-
que,nu.53.ſe remittēs ad dicta ſuperius in ſecū-
da ampliatione,num.10.vbi tenet quòd etiam
Papa non poteſt procedere parte non citata,ni-
ſi hoc faciat de plenitudine poteſtatis: adducit
Hoſti.& Io.Andr.in c.ueſtra,de procur.& Ale-
xandrum conſi.87.uiſis codicillis, vol.2.& mul-
tos alios ad idē famulātes , quibus addo Deciū
conſi.528.nu.7.& Soc.conſi.164.col.pen. uerſ.
& poſſet forte.dum loquitur in quæſitis de iu-
re gēt.quem refert & ſequitur Craue.conſil. 5.
colum.2,& in trac.de antiqui.temp.in 1.par.nu
me.8.quo caſu uerſabatur ipſe Reuer. Domi-
nus Anibal,cum eſſet creditor alimētorum,quę
iuris naturalis ſunt,l.1.§.ius naturale,in uerbo,
38 educatio.ff.de iuſt.& iur. † Secundò reſpon-
detur quòd diſpoſitio Principis ſic ſemper intel
ligi debet,ne tertio fiat præiudiciū,l.cum auus.
C.de

C.de eman.liber.l.2.§.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco pub. Dec.conſi.209.nu.6. & conſilio 286.col.fi. D.meus Rimi.conſi.276.nu.34. Pariſ.conſi.67.nu.24.vol.3.Ceph.conſi.154.nu. 15. Natta conſi.4.nu.5.cum ſimilibus,quos vt interim prætermittam, placet tamen in medium adferre, quæ ſcribit Connan. in commentariis
39 ſuis,lib.1.ca.16.col.9.ſic dicens, † Certè quod Principi placuit,pro lege haberi,lex eſt,dum id naturæ iuri non deroget:nam ciuilibus legibus, &,vt ait Dion, ſcripto iure ſolutus eſt. Cæterũ naturæ lege tam eſt adſtrictus,quàm quiuis noſtrum,aut etiam multo magis:exemplo enim lõgè grauius peccat, quicquid peccat, quòd ad eius ſimilitudinem popularium ferè mores conformãtur: & qualis ipſe fuerit, tales vt plurimũ
40 ſolent eſſe ciuitates. † Quapropter omniũ laudibus celebratur Papinianus,qui neganti Caracallæ,vt ipſum de cæde fratris ſui Getæ,quẽ occidi iuſſerat,excuſaret apud Senatum,recuſauit dicens,parricidium non tam facile excuſari poſſe,quàm fieri:atque id cum ſemel atque iterum ac ſæpius tyranno roganti pernegaſſet, ſecuri
41 percuſſus eſt. † Neque verum eſt Iuſtitiam adſtare Ioui,vt faueat Regum delictis,& iuſtum eſſe defendat,quicquid illi commiſerint,vt dicebat Anaxarchus:immo potius vt nullum ſit impunitum hominum facinus, ſed Regum præcipuè,quorum ſcelera etiam in populis,qui nihil deliquerunt,ſolet vindicare,vt eleganter ſcribit Heſiodus,Græcè ille quidẽ,nos aũt ſic Latinè.

*Iuſtitia eſt uirgo Ioue nata,uerendaq́; Diuis*
*Omnibus, hanc ſi quis læſit de plebe,parentem*
*Orat,ut auctorem ſceleris ſua pœna ſequatur.*
*Sin Rex peccarit,populi ut plectantur & ipſi*
*Poſtulat,iniuſti tanta eſt iniuria Regis.*

Quare patet ex prædictis quòd princeps non præſumitur tertio præiudicare velle, cũ nec id expreſſe facere debeat,ſi recti principis nomen
42 obtinere cupit. † Ab hoc autem cauebit ſi conſiliarios ſapientes eligat,vt monet Bar.in tractat. de regimi.ciuit.quod Martinus in tract. de principe conclu.154.dicit feciſſe Ducem Mediolani tempore ſuo,qui in conſilio ſuo prudentes Doctores & viros peritiſſimos,& Deo deditos elegerat:poſtea que refert Egidius Boſſius in titulo de principe,nume.207.ſummo iudicio,& accurata conſideratione obſeruaſſe Ducem ſuũ Frãciſcum Sfortiam ſecundum,qui Senatum conſtituens,in eum ordinem delegit clariſſimos, ac eloquentiſſimos Iureconſultos, quos ſigillatim
43 ſumma cum laude nominat Boſſius. † idemque facilè videmus obſeruaſſe principem noſtrũ Alfonſum ſecundum, & Ferrariæ Ducem eminentiſſimum ac maximum,qui in conſiliis ſuis ſecretis & Signaturæ,& regimine Reipublicæ ac ſui fœlicis Imperii Iuriſconſultos ætate noſtra primarios ſumma prudentia, & integritate prædictos cooptauit Alfonſum Roſſetum Abbatem Reuerendiſſimum Epiſcopum Ferrariæ,multũque Reuerendum Franciſcum Martellum Archipresbiterum Carpi,Paulum Leonium,Ioannemque Mariã Criſpum,qui tot legationibus,

& magiſtratibus fœliciter, & ſumma cum omnium admiratione functi fuerunt,tantaque rerum experientia pollent,vt in optimè conſulẽdo tanto Principe noſtro,beneque tota ditione ſua regẽda,nulla melior,aut ſanctior electio prædictis fieri potuiſſet:quibus etiam coniungi voluit Ioannem Baptiſtam Pignam , eximium artium doctorem,Philoſophum ſapientiſſimũ, & eloquentiſſimum oratorem,a ſecretis ipſius
44 principis deſtinatum. † Nec tot celeberrimis uiris contentus addidit Illuſtriſſimum Do.Cornelium Bẽtiuolum equitem Regis Chriſtianiſſimi,ſuæque Excellentiæ locumtenentem in rebus bellicis, & arduis negociis tractandis nemini ſecundum:nec non Illuſtrem Comitem Herculem de Contrariis,& Illuſtrem Comitẽ Alfonſum Eſtenſem Taſſonum iudicem 12.ſapientum ſapientiſſimum,demumque Antoniũ Montecatinum egregium artium doctorẽ philoſophum grauiſſimum,& muſarum alumnum, Heroes omnes,& nobiliſſimos viros, & tanto fęlicis ingenii acumine decoratos,vt habenis orbis uniuerſi moderandis præeſſe poſſent. Quatenus igitur ad rem noſtram redeundo,princeps commiſit ſcribi Comiti Camillo Eſtenſi Taſſono Gubernatori Regii, quòd faceret accordiũ factum inter partes locum habere,nec aures darentur cauillationibus Reuerendi Comitis Anibalis,debet intelligi talis commiſſio prout in ea narratur,quia Dominus Anibal reclamauerat principi de inſtrumento non facto infra tempus ſtatutum;Comes autem Teodaldus dixerat ſtetiſſe per D. Anibalẽ quominus fieret,quod inde non erat,quia diceret ſe pęnitere huius cõuẽtionis,de qua actum fuerat fieri ſcripturam: ſed quia volebat vnum alium venditorem ſibi præſtari,qui ſe obligaret inſolidum vna cũ Comite Theodaldo,& quædã alia pacta. Princeps igitur præſupponens accordium factum & concluſum inter partes,commiſit, vt locum haberet non obſtantibus dictis per D. Anibalem, vt friuolis & cauilloſis de uenditore ſibi præſtando,& aliis pactis in conuentione non deductis. Sed non per hoc commiſit princeps dictum accordium locum habere, caſu quo partes velint ex capite pœnitentiæ ab eo recedere, vtpote nõ dum inde facta ſcriptura,prout de iure poterãt ſecundum gloſſam , Bal.& Caſtr.in d.l.contractus,& in aliis locis ſupra citatis. Quia ſi tũc Reuerendus & Comes D. Anibal dixiſſet ſe nolle ſtare conuentioni , ex quo conuentum fuerat, ut inde fieret ſcriptura,nec facta fuerat, non di
45 ceretur cauillaſſe utendo natura contractus:† ſicut & ille qui donauit cauſa mortis pacto poſtea appoſito de attendẽdo , & non cõtraueniẽdo , põt pœnitere:nec dicitur contrauenire,ex quo vtitur natura cõtractus reuocabilis ex pœnitentia,ut inquit Bal.in l.cum quis,ff.de condictio. ob cauſ.Ang.conſ.254.col.2.Alc.in l.quæ dotis,col.4.ff.ſoluto matrimo. Corn.conſi.125. colum.pen.uolum.1.Rui.conſil.170. nume. 14. volum.1.Soc.iun.in l.1.nu.40. ff. de leg.1. quorũ ſententia procedit diſtinguendo,vt per Dec. conſi.

conſi.305. col.1.conſi.470.in princi. conſil.531. col.pen.in l.fi.nume.21.C.de pact.in l.non om nis,nume.11.ff.ſi cer.pet. & poſt eum Alciat. in ſecun.limita.Pariſ.conſi.16.nu.17.volum.ſecun do,& Andreæ.ab Exea,libro pactorum,nu. 505. cum ſimilibus à me cumulatis Inſti.de donatio. in prin.nu.26.cum ſequent.vbi plenius illam di ſtinctionem confirmaui,meritò quia in iſto caſu non cantat ordinatio prædicta principis, nec iſto caſu debet interpretari in præiudicium Re uer. D.Anibalis:ſequitur quòd nihil releuat in caſu noſtro.Et ita tandem ſublatis omnibus cõ trariis remanet intentio ſua fundata de iure, quod pœnitere poſſit dictæ conuentionis non perfectæ,totamque ſummã ſcutorum 1151. petere & cõſequi debere à Comite Teodaldo fratre ſuo, non obſtantibus dictis & oppoſitis per eum.

*Hippolytus Rimi.Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtriſſi. Domino Cornelio Bentiuolo equitis ordinis ſacri Chriſtianiſſ.Regis & Excellentiſſ. Ducis Ferrariæ locum tenente.

### ARGVMENTVM.

Conuentioni conditionali quando ſit locus. Intereſſe damni emergentis,uel lucri ceſſantis quãdo peti poſſit. Creditum unius quando cum credito alterius ſit conpenſabile. Litera ſcribentis quando,uel non obligat. Libet gabellarii, uel alia ſcriptura quando probet. Et unius negligentia quando noceat alteri.

### SVMMARIVM.

1 *Conditio prius impleri debet ac probari, quàm agi poſſit.*
2 *Verba mentem demonſtrant, & ponderanda ſunt.3.*
*Et Socratis exemplum recitatur.*
*Sicut & aliud Diogenis.*
5 *Computus ſaldari,intelligitur de omnibus.*
6 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
7 *Conditio nihil ponit in eſſe,priuſquam impleatur.*
8 *Contrahentium mens magis attendi debet, quam uerba.*
9 *Conſequens qui uult,uult & antecedens.*
10 *Agere uolens, debet oſtendere ſe prius impleuiſſe.14.*
*Et qui prius agere uult,prius implere debet.11.*
*Et an ipſo iure,uel ſi opponatur.12.*
13 *Exceptio,tu non impleuiſti etiam in executione opponi poteſt ad eius impedimentum.*
15 *Tractantur multa,quæ non perficiuntur.*
16 *Verba de contractu probare non ſufficit, ſed concluſionem.*
17 *Contrahẽtes ſi cogitarunt de inſtrumento celebrato, uidentur in illum diem contuliſſe contractum.*
18 *Conditionalis promiſſio nihil ponit in eſſe.*
19 *Conditione deficiente,perinde habetur diſpoſitio,ac ſi facta non eſſet.*
20 *Nil fieri, uel ſub conditione non purificata, æquiparantur.*
21 *Conuentionis tempus non debet attendi.*
*Sed conditionis,in quam collata fuit.23.*
22 *Tempus ad ſoluendum datum, facit ut interim peti non poſſit.*
24 *Debiti incertitudo curſum temporis impedit.*
25 *Scriptura probat contra ſcribentem, uel eum qui alium deputauit.*
*Pro ſcribente uerò nequaquam.26.*
*Etiam mercatore.27.*
28 *Factum nil intelligitur,cum supereſt aliquid addendum.*
29 *Conditio non pro parte,ſed in totum impleri debet,& ex omni parte.30.*
31 *Intereſſe probabile,uidetur deberi iudicis arbitrio.*
*Et citra moram regularem.*
*Sed contra.57.59.*
32 *Intereſſe damni emergentis quando peti poteſt.*
*Et de illo conſtare debet per legitimas probationes. 33.35.*
*Nec ſtatur dicto creditoris.34.*
36 *Tempus probari debet, quando quis in eo ſe fundat.38.*
37 *Teſtis non concludens,non probat.*
*Nec tractans de ſe exonerando. 38.*
39 *Teſtes in tempore præſumuntur eſſe ſingulares, non autem conteſtes.*
40 *Intereſſe lucri ceſſantis ſolito negociari debetur, & eſt communis.45.*
*Sed probari debet merces in promptu fuiſſe,ex quibus lucrari potuit.42.*
*Et debet eſſe certum, incertumq́; peti non poteſt. 43.*
*Sed quod in actu.45.*
*Et in tutore datur exemplum.44.*
44 *Tutor non tenetur ad intereſſe,quòd prædia non emerit,niſi probetur quòd erant uenalia, & de his tractatum.*
46 *Agi non poteſt ad intereſſe ob piſces non captos.*
47 *Intellectus l.quemadmodum.§.ſi nauis.ff. ad l. Aquil.*
48 *Caſtrenſis opi.circa intereſſe lucri ceſſantis reÿcitur.*
*Et communis approbatur. 49.*
50 *Opinio communis in iudicando & conſulendo tenenda.*
*Et inhærens ſingulari cõtra communem, dicitur per imperitiam iudicare.51.*
52 *Intellectus l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb.obliga.*
53 *Teſtes de ualore deponere debent de communi æſtimatione.*
54 *Intereſſe lucri ceſſantis,non debetur ante moram debitoris.56.*
55 *Permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum.*
*Ita poſt tempus admiſſum ante cenſetur prohibitum.*
56 *Intellectus l.ſocium,qui in eo ff.pro ſoc.*
58 *Intereſſe lucri ceſſantis ut debeatur,quæ conſideranda ſint.*

*Mora*

59 *Mora per interpellationem contrahitur.*
60 *Debitor diuerſi fori, non tenetur ire domum creditoris.*
*Nec proteſtari tenetur, quòd ſolueret, ſi creditor adeſſet. 61.*
62 *Incertitudo excuſat à mora.*
63 *Mora non incurritur in liquidandis.*
64 *Creditor negligens in exigẽdo, à debitore ſoluendo, non poteſt habere regreſſus contra fideiuſſorem.*
65 *Satisfacere quomodo quis alteri dicitur.*
66 *Legatario dicitur data licentia capiendi legatum propria auctoritate, quando teſtator voluit rem ad eum libere peruenire.*
67 *Spolium probari debet ab allegante.*
68 *Verba ſeruire debent intentioni, non e conuerſo.*
69 *Verba ſe habent ut corpus, & ſuperficies: mens ut ſpiritus, & anima.*
70 *Verba non debent eſſe appoſita ſine uirtute operandi.*
71 *Pars vna declarat aliam.*
72 *Numerus pluralis quando in vno verificetur.*
73 *Verba notarij cenſentur partium.*
74 *Socij duo non ſunt inſolidum duo rei, niſi ſit actum.*
75 *Socius ſocio nocere non poteſt, niſi conſentienti.*
*De quo datur exemplum Caſtrenſis. 76.*
77 *Inſtitor quis dicatur.*
*Et plures duo rei dicuntur. 78.*
79 *Serui vicarios habebant.*
80 *Forus mercatorius reſpicit ueritatem.*
81 *Libellus eſt cauſa materialis ſententiæ.*
82 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata.*
*Proceſſus & ordo ſubſtantialis à partibus omitti non poteſt. 82.*
*Nec pronuntiatio iudicis in contrarium ualet. 83.*
*Nec renuntiatio partium prodeſt. 84.*
85 *Nullitas ex defectu proceſſus quantæ uis ſit.*
86 *Succedens in locum alterius, eo melioris conditionis eſſe non debet.*
87 *Statutum in uſu non receptum non ligat.*
*Continet enim tacitam conditionem, ſi moribus utentium receptum fuerit. 88.*
*Nec ante dicitur conuentum. 89.*
90 *Merces cuius ſint, in dubio recurritur ad coniecturas.*
91 *Coniecturæ faciunt apertiſſimam probationem, ſaltẽ in occultis, quæ conſiſtunt in animo. 92.*
93 *Animus probatione difficilis.*
94 *Hæres deducit expenſam factam in rebus hæreditarijs.*
95 *Mercatores in libris ſcribunt debitum & creditum.*
96 *Iudex debet eruere ueritatem undiq;.*
97 *Solutione tollitur obligatio.*
98 *Quis recedere non poteſt à ſua confeſſione.*
99 *Confeſſio tantæ uis eſt, ut iudex eam nullam pronunciare non poſſit.*
100 *Actor probare debet, quod aſſerit.*
101 *Officialis aſſertio, non uidetur alteri præiudicare.*
102 *Libri officialis de publico deputati faciũt plenã probationem.*
*Et rem notoriam. 103.*
104 *Præſentia partis in ſcriptura quando præſumatur.*
105 *Conſentire quando quis dicatur, non contradicendo.*
*Si præſens eſt actui, ſed tacet. 106.*
107 *Verum dicitur, quod primordio ueritatis innatur.*
108 *Inſtrumento ſtandum; quia pro ueritate habetur: nec indiget fori diſceptatione.*
*Et habet uim deciſionis cauſæ. 109.*
*Diciturq; ueritas apparens, & probata, non autem probanda.*
*Et habet uim deciſionis cauſæ. 109.*
*Nec de illo dubitandum eſt. 110.*
111 *Scriptura probat contra ſcribentem.*
*Et pluribus adminiculis fulcita plenè probat. 112.*
113 *Societas gabellarum tranſit in hæredem.*
114 *Societas finitur morte, non tamen emolumentum, nec onus.*
115 *Solutionem allegans, probet.*
116 *Ex facto ius oritur.*
117 *Teſti contra ſe deponenti magis credendum.*
118 *Confeſſio reſultat ex productione.*
119 *Scriptura præcedens declarat ſequentem, & econtra.*
120 *Singula quæ non proſunt, multa iuuant.*
121 *Probationes imperfectæ coniunguntur ad plenam.*
122 *Creditori creditur ad beneficium debitoris.*
123 *Compenſatio fit ſummarum hinc inde debitarum.*
124 *Inſtitori datum, uidetur datum domino.*
125 *Iudex de ſtilo ſe informare poteſt.*
126 *Temporis diuerſitas arguit diuerſitatem rerum.*
127 *Culpa in nemine præſumitur.*
*Et ſumitur interpretatio, per quã excluditur. 142.*
*Secus ubi ſumus in claris.*
128 *Culpa certa, & limitata probari debet. 150.*
129 *Probationes fortiores contra uериſimile requiruntur.*
130 *Libri boni uiri non negligendi.*
131 *Probatio procedit à communiter accidentibus.*
132 *Adminiſtrator de negligentia tenetur.*
133 *Negligentia eius, cui facta eſt commiſſio, nocet committenti.*
*Et adminiſtratoris nocet ciuitati. 134.*
135 *Negligentia, magna culpa dicitur.*
136 *Conditionis perſeuerantia requiritur.*
*Exemplum datur. 137.*
138 *Permittens labi tempus, in culpa dicitur.*
139 *Negligentia arguitur, remedijs opportunis non utendo.*
140 *Culpa maior arguitur imprudenter agendo, quàm nil agendo.*
141 *Serò nimis ſapiunt phryges.*
143 *Præſumptio ueritati cedit.*
*Et ab ea ſuperatur.*
144 *Fama & uita bona, in genere probata, non prodeſt in ſpecie mala probata.*
145 *Probationes in ſpecie præferuntur probationibus in genere.*
146 *Præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere.*
147 *Culpam committens, tenetur etiam de contingente, præter eius propoſitum.*
148 *Intellectus l. ſocius ſocio. ff. pro ſoc.*
149 *Præſumpitur quis nolle iactare ſuum.*
151 *Teſtium numerus tollit defectum ſubiectionis.*


Expe-

*152 Experientia rerum magiſtra.*
*153 Libris creditur, quo ad ſummas paruas.*
*154 Teſtes de auditu poſt litem motam non faciunt etiam præſumptionem.*
*155 Approbatio quando inducatur per receptionem librorum. 156.*
*Et declaratur. 157.*
*158 Damnum aſſerens, probare debet.*

## CONSILIVM. LII.

*Auxilium meum à Domino.*

PROPONVNTVR dubia per clariſſimum Dominum Auditorem in
cauſa Illuſtriſſimi Domini Cornelii Bentiuoli equitis ſacri ordinis Regis Chriſtianiſſimi, & in
bellicis rebus Ducis ampliſſimi cum magnifico
Domino Ioanne Baptiſta Deto Florentino: de
quibus diligenter pro viribus meis eſt perſcrutandum, vt honeſto deſiderio præfati Illuſtriſſimi Domini mei, cui plurimum debeo, ſatis-
1 faciam. † Dicitur ergo primo loco, licet videa
tur quod non ſolidatis rationibus, adhuc dies
obligationis ad ſoluendum Illuſtriſſi. Domini
non uenerit: cum in inſtrumento conuentionis adſit conditio. l. ſi cui. §. primo. ff. de legat.
primo, iuncta l. cedere diem. ff. de verborum ſignificatio. & eius natura ſit, ut prius impleri de
beat ac probari, quam quis agere poſſit ex diſpoſitione conditionali. l. Thais ancilla. ff. de fideicom. lib. l. legata ſub conditione, ff. de condi
tio. & demonſtratio. l. legatum. C. de conditio.
inſer. quæ iura citat ad hoc Ceph. conſilio 207.
numero 52. tamen quandocumque purificata
erit conditio ſolidatis rationibus, apparebit
veniſſe diem ac tempora ſolutionibus aſſignata, ſecundum Bartol. & Socin. in l. ſi in diem.
ff. de conditio. & demonſtratio. & ideo Illuſtriſ
ſi. Dominus efficaciter tenebitur ad ſoluendas
omnes ſummas temporum tunc decurſorum: at
ea conditio purificata videtur ex eo, quòd cal
culator Illuſtriſſi. Domini habuit compendium
rationum ſubſcriptum à calculatore Deti, &
concorditer deductum, propter quòd uidetur
approbatum ab eo & fidem facere contra eum
ſecundum Bald. conſilio 275. factum tale eſt.
columna ſecunda, volumine tertio. Craue. conſilio 158. columna prima. meritò fundata vide-
2 tur Deti contra Illuſtriſſi. Dominum. † Ego
verò ſecus de iure ſentio, præmittendo verba
conuentionis inter ipſum & Detum, quæ ſic
dicunt, *Che ſe habbino à ſaldare i conti tra loro
del dare & dell'hauere, & fatti & ſaldati che
ſiano di quello, che'l Signore reſti à dare, n'habbia
hauer tempo à pagarli anni undeci proximi futuri
3 ogni anno la rata &c.* quæ ſequuntur, † Quæ
verba ſigillatim conſideranda ſunt & ponderanda. l. huiuſmodi. ff. de verborum obligatio. nam nullum, eſt magis mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, vt inquit Baldus in capitulo primo, de
teſtib. & ex loquela hominis animus eius iudicatur. Baldus in l. ſed & reprobari, in principio. ff. de excuſatio. tutorum. Rolandus à Val
le de contractu loquens conſilio 61. numero
4 ſeptimo, volumine ſecundo. † Hinc Socrates
puerum ad ſe miſſum, ut illius indolem inſpiceret, conuerſus ad eum quàm primum
dixit, loquere adoleſcens, ut te videam:
ſignificans verba certiſſimum eſſe, minimeque
mendax animi teſtimonium. Sicut & Diogenes ſibi videri mirum dicebat, quòd cum ol
lam, aut operculum non emerent homines,
niſi pulſu ac tinnitu exploratum, quò facilius dignoſcerent, ſit ne integrum probæ argillæ, ac bene coctum, in comparandis ſer
uis ſolo aſpectu eſſent contenti, cum ſatius
foret eos ad loquendum prouocare, atque ex
oratione deprehendere, quanti & quales eſ-
5 ſent. † Nam dum primò dicitur quod ſaldari debeant computus dandi & habendi, ſignificatur, quod omnes huiuſcemodi compu
tus ſaldari debeant, nec ſufficiat earum partem ſaldare. caſus eſt in l. ſi ita fuerit. §. quæſtio. ff. de manumiſſ. teſta. vbi duobus data fuit
libertas, ſi rationes reddiderint, dicitur ibi, quod
ſi quidem ſimul rationes geſſerunt, non ſufficit alteri ad conſequendam libertatem rationes
ſuas reddere, niſi utriuſque reliqua ſoluerit, &
in reliquis accipere debemus, ut & ipſa rationum volumina reddantur. Sicut igitur illa
ſimplex obligatio reddendi rationes, de om
nibus intelligitur, nec in parte purificatur
illa conditio, pariter in caſu noſtro verba
conuentionis, quòd ſaldari debeant computus dandi & habendi, debent intelligi de
omnibus, nec in eorum parte uerificentur.
6 † Secundò conſiderandum eſt, quòd alia
uerba, quæ ſequuntur, & factis & ſaldatis
dictis computibus Illuſtriſſi. Dominus habeat
tempus ad ſoluendum, ſine dubio faciunt
conditionem, uelut in ablatiuis abſolutis poſita. l. à teſtatore, & ibi Bartol. Imol. Cuman.
& omnes ff. de conditio. & demonſtratio. idemque notant ſcribentes in rubrica. ff. ſol. matrimo
nio. Dec. conſilio 466. numero 18. & conſilio
532. numero quarto. Cozad. conſilio 182. numero 19. latè Ripa. libro ſecundo reſponſ. capitulo nono. Senat. Pedemonta. deciſio. 165.
numero undecimo. Rolandus à Valle conſilio 65. numero 23. uolumine tertio. Berous
conſilio 176. numero 78. uolumine primo. Cephal. conſilio 197. numero quarto, & conſilio
292. numero ſexto. Pariſ. conſilio 81. numero ſeptimo. conſilio 87. numero 86. uolumine primo. Natta conſilio 374. numero
vigeſimonono. Neuizan. conſilio 50. numero 13. & conſilio 87. numero quinto, ubi
quòd expreſſam faciunt conditionem. quo fit
ut prius adimpleri debeat dicta conditio, quàm
quòd Illuſtriſſi. Dominus aliquid ſoluere de-

beat, & teneatur: textus eſt in l.Sticho, in
principio,ff.de ſtatu libe.ubi ſi libertas Sticho
data ſit ab hæredibus hoc modo, ut redditis
rationibus eum manumittant, non prius ei li-
bertas fideicommiſſaria debetur,quàm ſi ratio-
nes omnes raddiderit,& reliqua omnia, quæ
per eum abeſſent, reſtituerit: & ſic prius ille de
bet adimplere conditionem (nec in parte ſuffi-
cit,ſed in totum debet adimpleri) quàm compe
tat ſibi libertas: & ille textus ſignanter eſt ad-
notandus, quia propriè loquitur de rationibus,
ſimpliciter in ablatiuis abſolutis, quemadmo-
7 dum conuentio, de qua ſupra. † Et huius re-
gulæ ratio in promptu adferri poteſt, nã priuſ-
quam conditio impleatur, nihil ponit in eſſe.
Pariſ.conſilio 48. numero ſecundo, uolumine
primo. conſilio 19.numero 45.cum ſequen.uo-
lumine ſecundo. Interimque ceſſare facit om-
nem obligationem, capitulo finali, de ſponſal.
in ſexto. Gozad.conſilio primo,numero 40.igi
tur quando conditio deducitur in iudicio liqui-
dari debet,quòd impleta ſit, vt not. Bald. in l.
ſi quidem, columna finali,per illum textum in
verbo, extitiſſe. C. de exceptio. cum ſimilibus
per Rolandum à Valle conſilio 57. numero 20.
uolumine tertio. Tertiò conſidero quòd ſub-
iungitur in illa conuentione, De eo quod Illu-
ſtriſſi. Dominus remanebit debitor, habeat tem
pus ad ſoluendum: nam eſt impoſſibile ſcire,
quid, & inquantum remaneat debitor, niſi pri
us & integraliter facti fuerint, & ſaldati com-
8 putus hinc inde. † Et hoc fuit indubitanter de
mente contrahentium, quæ magis attendi de-
bet,quàm verba(caſu quo non ſeruirent in pro
poſito,licèt bene deſeruiant, vt ſupra demon-
ſtraui)l.finali.C.quæ res pign.Iaſ.in l. 3. C. de
liber.præter.Alexand.conſilio 28.columna pe-
nultima,volumine primo.conſilio 125.in fin. vo
lumine quinto.Roland. à Valle conſilio 69. nu
mè, 45.volumine tertio. † Quoniam qui vult
9 conſequens, vult omne ſuum neceſſarium ante
cedens.l.illud.ff.de acquirenda hæreditate.l.ad
rem mobilem.ff de procu.Butri.in notab. caſu
poſt glo.in capitulo,conſtitutus.de relig.domi.
Curt.in additio.ad Caſtren. in l. qui proprio.
§.inde quæritur.ff.de proc.Dec. conſilio 146.
columna tertia, & in alio tradit Anchar. con
ſilio 228.Alexand,conſilio 84. columna finali,
volumine quinto.demumque D.meus Zuccar-
dus in Rubr.C.qui admi.vbi latius poſui, nu-
mero 227.cum ſequentibus. ſed calculare ratio
nes datorum & receptorum, eſt præambulum
neceſſarium, ſi ſcire volumus quis alteri rema
neat in aliqua ſumma debitor, vt eſt clariſſi-
mum: ergo ſi Detus hoc ſecundum voluit, &
primum omnino voluiſſe dicitur, & ſic ad om
nes computus, & rationes prius calculandas,&
ſaldandas ſe obligaſſe. His ita ſtantibus ſequi
tur clara concluſio,quod cum Detus ex uerbis
conuentionis teneatur ſe calculaſſe & ſaldaſſe
rationes omnes, ita quòd appareat Illuſtriſſi.
Dominum remanere debitorem in aliquo priuſ
quam debeat aliquid ſoluere in terminis præ-
fixis, debuit oſtendiſſe Detus ſe illud imple-
10 uiſſe. † Ad hoc enim vt aliquis virtute ali-
cuius contractus agere poſſit, debet prius oſten
dere ſe impleuiſſe pro parte ſua illud, ad quod
implendum tenebatur: textus eſt, & ibi notat
Bald.in capitulo primo,qual.domi.propri.feu
di.priue.Bald.in l.ſtipulatione talium, ff.de iu-
re dot.& in authentica, dos data.C. de don.an-
te nup. bonus textus in l.Iulianus.§.offerri. ff.
de act.emptio.ſequitur Soc.conſilio 273.colum
na ſecunda, volumine ſecundo. & Deciſ. Nea-
11 po. 220.numero quarto. † & ubi ſunt duo cõ
trahẽtes,quorum vnicuique aliquid eſt implen
dum, is prius tenetur implere, qui prior vult
agere. Alexand.conſilio 49.columna ſecunda,
volumine ſecundo.Craue.conſilio 151. nume-
ro decimo.& onus probandi implementum per
tinet ad eum, qui implere tenetur, non ad eum
cui implendum eſt.Bartol.in l.in illa. ff. de uer
borum obligatio.Alexan.conſilio 101. ante fi.
volumine ſecundo, conſilio 41.columna ſecun-
da,ad finem, uolumine tertio. conſilio 75.vo-
lumi.4.& conſilio 52. volumi. 6. Corne. conſi.
101.col. 2.conſilio 111.col. tertia,& conſilio 113.
columna ſecunda, uolumine primo. conſil. 11.
columna penultima, volumine ſecundo. Cra-
12 ue.conſilio 193.numero 15. † Et licet inter Do
ctores ſit altercatio, nunquid hoc procedat ip
ſo iure, tametſi reus non opponat de implemẽ
to non facto, quod Bald. Fulg.& Decius volue
runt in l.filiæ licet.C.de collat.Dec.conſil.421.
Rube.conſilio 30.columna finali, contra verò
Romanus & Alexand.voluerunt in dicta l. filiæ
quod opponatur, & prior eis Bal.ſibi cõtrarius
in l.1.in fi. C. de his, quæ ſub modo. cum ſimi-
libus per Andræ. ab Exea libro pactorum, nu-
mero 432.tamen & horum poſteriorum Docto-
rum ſententiæ ſatisfactum reperitur in caſu no
ſtro,cum procurator Illuſtriſſi. Domini in ſcrip-
turis oppoſitiuis id fecerit,& amplè dixerit De-
tum non calculaſſe rationes omnes, & ita non
13 impleuiſſe, quod tenebatur. † Quæ quidem
exceptio,tu non impleuiſti pro parte tua, ne-
dum in principio,vt hic factum fuit, opponi po
teſt, ſed & aduerſus executionem, & eam im
pedit,vt declarat Corn.conſi. 79.col. tertia, ad
finem,volumine primo,& conſilio 297.volumi
ne tertio. & ſemper opponi poteſt, dato quòd
ſtatutum prohibeat exceptiones opponi.Barto.
in l.1.§.& patrui. ff.quod ui aut clam. Roma
nus conſilio 244. columna ſecunda, uerſicu-
lo, ſupereſt,ut reſpondeamus. Corn. conſilio
291.columna finali.conſilio 297.columna ſecun
da, volumine tertio.conſilio 245. columna ſe
cunda, volumine quarto.Dec.in capitul.ex par
te,il ſecondo,columna quinta,10.fallen. de off.
deleg.& conſilio 119. columna prima. † immo
uerò eſt adeo fauorabilis hæc exceptio,tu non
impleuiſti pro parte ſua, quòd ſuper ea iudex
ſupplet ex officio ſuo, parte non opponente,ut
notat Roman.in d.cõſi. 244. ſequitur Horati.
Mandoſ.in addi.ad eum. qui & allegat Craue.
id & plura dicẽtẽ,de quibus ſupra, cõſ.151.col.
tertia

14. † Hinc igitur apparet Detum ab agendo re
pellendum fore, cum potiſſimè dicat Andræas
ab Exea loco citato, numero 424. uerſi. primus
caſus. q quando implementum actoris ita fuit
ordinatum, uel ex eius qualitate, uel ex proprie
tate uerborum contrahentiũ, quòd præcedere
debet implementum, tunc ſine dubio non po-
teſt actor agere ſi nondum impleuerit: ideo pro
bare debet ſe impleuiſſe tempore, quo agit. Nec
ſufficeret offerre implementum, niſi effectua-
liter impleret, quia tale implementum eſt fun-
damentum intentionis ſuæ. Hic enim eſt caſus
noſter ad vnguem, quoniam conuenit Detus
cum Illuſtriſſi. Domino de ſaldandis computi-
bus hincinde, hisq́ue factis & ſaldatis, de re-
ſiduo, cuius reſtabit debitor Illuſtriſſ. Dominus
debeat habere terminos ad ſoluendum: ex ver
bis enim contrahentium fuit ordinatum, quòd
Detus in primis impleat faciendo, ac ſaldando
computus, & oſtendendo, quòd Illuſt. Domi-
nus remaneat debitor de tanta ſumma: meritò
non poteſt agere ad ratas conſequendum in ter
minis præfixis, non demonſtrando, quòd effe
ctualiter impleuerit ea, ad quæ tenebatur ipſe
15 Detus ex verbis conuentionis. † Quartò for-
tius unum aliud ego pulchrè conſidero, quòd
dicta conuentio & eius ſcriptura facta fuit in ef
fectu pro ordinando, & conficiendo poſtmodũ
in futurum inſtrumentum promiſſionis & obli
gationis Illuſtriſſi. Domini de ſoluendo: unde
non fuit facta dicta ſcriptura conuentionis, vt
eſſet promiſſio & obligatio præfati Domini, ſed
pro ea in futurum deſignanda: ſicq́ue dicitur
continere tractatum & præparationem futuræ
promiſſionis & obligationis, de ſoluendo per Il
luſtriſſ. Dominum temporibus ſtatutis, quæ pro
batio tractatus non ſufficit: quia multa tractan
tur, quæ non perficiuntur, vt notat Bald. in l.
multum intereſt, columna ſecunda. C. ſi quis al
te. vel ſibi. eſt enim tractatus ſeparatus ab ipſo
contractu, vt probatur in capitulo, tua. de his,
16 quæ fiunt à præla. † Hinc Bald. eleganter in l.
cum allegas, columna ſecunda, verſiculo, ſcias
etiam: C. de uſur. dicit quòd non ſufficit proba-
re ratiocinationem; & quòd verba facta ſint
de contractu, niſi probetur, quòd concluſio
firmata ſit, quia multa dicuntur, quæ non fi-
unt. l. ſciendum, in fine, ff. de ædil. edic. & tota
uis in concluſione conſiſtit. l. ſi voluntate, vbi
Baldus. C. de reſcinden. vend. ſicq́ue arguit A-
lexand. in ſimili, conſilio 31. volumine primo,
conſilio 57. in fine, volumine ſexto, & in alio ple
nè Dec. conſilio 488. numero decimo. confirma
tur hæc concluſio, nam præmiſſis verbis enun-
ciatiuis partium ſubiicitur cõuentio in hæc ver
ba, *Che ſe habbiano à ſaldare i conti tra loro del da
re & dell'hauere; & fatti & ſaldati che ſiano di
quello, che'l Signore reſti à dare n'habbia hauer tem
po à pagarli anni undeci.* Certè hæc ſunt uerba
promiſſionis & obligationis futuræ de ſoluen-
do per Illuſtriſſi. Dominum, non autem promi
ſit, nec ſe obligauit Illuſtriſſi. Dominus ex di-
ctis uerbis ad aliquid ſoluendum: igitur con-
tra non obligatum Detus agit impertinenter.
17 † Quinimmo plus addo ſequentia uerba quæ
dicunt, *Che l'Illuſtriſſimo Signore Cornelio fornito
di ſaldare i conti, facci inſtromẽto in amplieri forma
del ſuo debito con giuramento.* quibus planè uer-
bis apparet, ex quo partes voluerunt inſtru-
mentum fieri modo prædicto, cogitarunt de
die, in quo notarius erit rogatus. Ideoq́ue ui
dentur in illum diem conſerre uoluiſſe ſubſtan
tiam contractus, ut egregiè tradit Caſtren. in l.
cum res. colum. ſecunda, de probatio. in l. qui
bis idem. ff. de verborum obligatio. & in l. con
tractus. C. de fide inſtrumentorum, ubi conclu
dit eſſe quandam pollicitationem de venden-
do, & ratiocinium, & quòd conſuluit Floren-
tiæ, Fulgoſiusq́ue ſubſcripſit, atque ita fuit ob
tentum: ſicq́ue reperio quòd Fulgoſi. prædi-
ctam rationem breuiter tenet conſilio 200. in
quæſtione, ad finem, & conſilium Caſtren-
ſis habetur conſilio 365. uiſa dicta facti narra-
tione in antiquis, aliàs conſilio 451. uolumi-
ne ſecundo, in nouis, & cum utroque con-
cordat Dec. conſilio undecimo, columna ſe-
cunda, & Aretin. quem refert conſilio 160. ſe-
cundo dubio. ſequitur idem Socin. conſilio
110. numero 17. uolumine quarto. & Boeri. de
ciſ. 48. numero 18. & plures alios cumulaui ſu
periore conſilio, numero 20. meritò cum in
hunc uſque diem non fuerit factum prædictum
inſtrumentum, nec fieri potuerit, ex quo non
fuit finitum ſaldari computus, & poſt quos fi-
nitos illud ſequi debebit, ſequitur Illuſtriſſi.
Dominum nihil promiſiſſe, neque ad aliquid
18 ſe obligaſſe: † talis enim promiſſio ſua con-
ditionalis uelut in euentum, quo condi-
tum fuerit inſtrumentum, nihil ponit in eſ-
ſe. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ.
teſta. l. is damnum. §. quod pendet. ff. de regul.
iuris. Dec. in l. 2. nu. 10. in fine. C. de eden. Ce
phal. conſilio 37. numero 47. conſilio 56. nume
ro 31. conſilio 118. numero decimo, & conſilio
251. numero ſeptimo, Dominus meus Riminal-
dus conſilio 289. numero 46. Pariſ. 164. nume-
ro 19. volumine quarto, & facta ſub conditio-
ne non meretur prius executionem, quàm
quòd conditio fuerit impleta, ut latè ponit
19 Dec. conſil. 401. numero primo. † Immo uerò
conditione deficiente, perinde habetur ac ſi
facta non fuiſſet. l. unica. §. ſi autem aliquid ſub
conditione. C. de caduc. tollen. l. generaliter.
§. ſi autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. Soci.
conſilio 180. columna ſexta, volumine ſecundo.
Bertran. conſil. 18. numero ſecundo, prima par-
te: quæ licet in ſubſtitutione loquantur, tamen
idem iuris eſt in quacunque alia diſpoſitione. l.
pecuniam quam. ff. ſi certum petatur, l. neceſſa-
riò. §. quòd ſi pendente, ff. de peric. & commo.
rei. vend. Soc. iun. conſilio quarto, numero 16.
& conſilio 180. numero 40. volumine ſecundo.
20 Craue. conſilio 170. numero octauo. † Paria e-
nim ſunt, nihil fieri, aut ſub conditione, quæ
non purificetur. Ripa reſpõſorum libro primo,
cap. 2. nume. 23. Ceph. conſilio 17. num. octauo.

& ex prædictis ſequitùr quòd cum Illuſtriſ.Domino fuerit aſſignatum tempus annorũ 11.deſolvendo ſingulis annis reſiduum, quod dare debebit factis,& ſaldatis computibus, & ſic in euentum dictæ cònditionis.Nec primus annus, nec ſequentes vnquam cucurrerũt, aut curſum ſuum inceperunt ante ſaldatos prædictos com-
21 putus. † Quia non debet attendi tempus conuentionis prædictæ in conſiderando curſu dictorum annorum & ſolutionum,ſed tempus cõditionis,& ſic quòd computus fuerint ſaldati. l.eum qui.ff.de conditio.& demonſtratio.l.1.§.ſerui.ff.ad Syllan. l. ſed ſi in conditione.§.ſolemus.ff.de hæred.inſti.l.1.ff.de regu.Caton. quibus ita declarat Craue.conſil.11. numero 9.&
22 conſilio 16,numero 2. † immo verò cum Detus dederit terminum annorum 11. Illuſtriſſi. Domino ad ſoluendum poſt ſaldatos computus, intelligitur eſſe prohibitus quicquam petere ante dictum tempus,& ſic eo tempore, quo nondum ſaldati ſint computus, vt per Bartol. in l.cum pater.§.à filia.ff.de legat. 2.Bart. Angel.& Doctores in l.poſt mortem.C. de fideic. Craue.conſilio 156.numero quinto, & de hoc eſt textus in §.temporales.Inſtitu. de excep. vbi Iuſtinianus temporales,atque dilatorias exceptiones appellat,quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt,qualis eſt cum ſic cõuenerit,ne intra certum tempus ageretur.velut intra quinqueunium: nam finito eo tempore, non impeditur actorem exequi. igitur eo pen-
23 dente impeditur,& eſt prohibitus agere.† non enim debet attendi tempus, in quo quid fiat, ſed in quo quid conferatur,l.quod ſponſæ. C. de ſponſ.l.in tempus,ff. de hæredi. inſtit. Natta conſil. 557.numero 8.& ſic cum ſolutiones collatæ fuerint in annos 11.poſtquam ſaldati fuerint computus,tempus in conuentione ſpecificatum ibi, *Che s'intendano cominciati à San Piero paſſato,facendo la prima paga tra ſei meſi.* Non debet attendi·ſic enim fuit dictum ſub eo prætextu,quòd interim ſaldarentur computus, & in eo plurimùm diligens eſſet, atque ſolicitus Detus,cuius oppoſitum fecit: ſed debet attendi tẽpus futurum poſt ſaldatos computus, a quo 11. anni incipient curſum ſuum ad ſoluendum per Illuſtriſſi. Dominum,ſi quid reſtabit debitor,&
24 † non ante, ſtãte incertitudine debiti curſum temporis impediente,gl. in capitulo, imputari. de reg.iur.in 6.Emilianus conſilio 118.numero 37.ſicut & aliàs impedito non currit,niſi à tempore ceſſati impedimenti,puta vaſallo ad petendam inueſtituram, vt per Præpoſi. in capitulo primo,columna penultima, verſiculo, quæro, quid ſi pendẽte.quo temp.mil.& poſt eum Mattheus Afflic.columna decima,verſiculo,octauò quæritur, & latius Roland.à Valle conſilio 18. numero 10.volumine primo. Sola difficultas in eo verſatur, quòd ſupponitur in dubiis ſaldatos eſſe computus ex compendio allegato: circa quod aduerti debet hoc dici non poſſe, namque licèt illud compendium ſuperſcriptum fuerit, & approbatum à calculatore Deti, non tamen idem factum reperitur à calculatore Illu-
25 ſtriſſi. Domini: † meritò licet illud compendium, quod eſt ſcriptura priuata, probet contra Detum virtute ſuperſcriptionis ſui calculatoris, vt per Bartol.Imolam, & Roma.in l.nuda.ff.de dona.Felyn.in capitulo,ſecum. columna ſecunda,octaua declara.de fide inſtrument. Pariſ.conſi.79.numero 2.volumine tertio. Gra. reſponſ.53.nume.1.volumine primo, & copioſè Neuizanus conſilio 45. numero 14. Tamen non idem dici debet aduerſus Illuſtriſſ. Dominum,qui,nec calculator ſuus approbarunt, neque ſubſcripſerunt dictum compendium: tunc enim demum ſcriptura priuata fidem facit contra partem, quando fuit ab ea approbata. Bal. conſilio 275.factum tale eſt,quidam campſor, columna ſecunda, volumine tertio. Craue.con-
26 ſilio 158.columna prima. † Confirmatur,nam dictum compendium continet rationes illorũ de Girlandariis & Detis·ita quòd ſi probaret, tenderet ad commodum Deti nunc agentis aduerſus Illuſtriſſi.Dominum.at liber mercatoris ciſcunſcripta conſuetudine, vel ſtatuto, quæ hic adeſſe non ſupponuntur, non probat pro ipſo mercatore, neque plenè,neque ſemiplenè, prout tenet gloſſa ordinaria in l.quædam.§.nummularios,ff.de edend.& ibi Bartol.& alii communiter. Alexand.in l.1.columna finali.C.de edend.& Iaſ. in l.admonendi, ſub numero 131. ff.de iureiur,& abundè Roland.à Valle conſilio 92.columna prima,volumine tertio, poſt Petr.
27 & Cyn.in l.bonæ fidei.C.de iureiuran.† dicentis,quòd priuatæ ſcripturæ mercatoris non debet plus credi,quàm viuæ uoci eiuſdem.Sed ſi mercator uiua uoce pro ſe deponeret, nihil ei crederetur.l.omnibus.C.de teſti.ergo nec eius ſcripturæ pro ſe credi debet.aliàs de facili unuſquiſque ſibi pararet ſemiplenam probationẽ, ſcribendo in libro ſuo, prout uellet, quod eſt abſurdum.Vnde dicebat Baldus in capitu. primo, de controu. inueſtit. quòd etiam ſi eſſent miſſæ ſcripturæ priuatæ, non facerent fidem. reſpondetque pariter Rolandus ſtatuto,quando extaret in loco,quatuor modis,ut per eum, quod non attingo, uelut non neceſſarium in caſu noſtrò.Secundò poſito ſine ueri præiudicio,quòd illud compẽdium probaret, quod negatur: adhuc tamen dici non poteſt, ſaldatos eſſe computos omnes, quòd & ex petitione Deti manifeſtè colligitur, in qua petit, quòd in creditum ſuum ponantur aliquæ partitæ relictę indeciſæ per ipſos calculatores, & ultra ſuperſunt aliæ decidendæ per clariſſimum Dominũ auditorem. Quare dici non poteſt ſaldatos eſſe computus, ſi non omnes ſaldati fuerunt: nec id finitum dici poteſt, vt conuentio cantat, & ſupra probaui per l.ſi ita fuerit, §. quæſtio, ff.de manumiſ.teſtamen.& l.Sticho,in princip. ff. de
28 ſtatu libe. † Beneque facit text. in l.cum Syllanianum, in fine, C. de his quibus. vt indignis. quo dici ſolet nihil factum intelligi, donec aliquid ſupereſt addendum; meritò conditio purificata dici non poteſt.

Nec

Nec ad illud refugium Detus deduci poteſt, vt dicat, ex quo pro parte ſaldati ſunt computus, cum pro parte ſatisfeciſſe, & impleuiſſe: nihil enim releuat hoc ad ſciendum nunquid Illuſtriſſi. Dominus reſtet debitor in aliquo, cum computus calculandi, ſaldandique poſſent eſſe tales, ex quibus tantum remaneret creditor, quòd licet in ſaldatis eſſet debitor, omnibus compenſatis non remaneret debitor: oportet
29 igitur omnes ſaldatos eſſe. † Præterea cũ per conditionem ſit inita conuentio, de qua ſupra: ibi, *& fatti & ſaldati che ſiano*, quia ablatiui abſoluti faciunt conditionem, vt ſupra dixi. ſequitur inde quòd non ſufficit dictam conditionem impleuiſſe pro parte, quæ in totum poteſt adimpleri. caſus eſt in l. qui duobus. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi qui duobus hæredibus 10. dare iuſſus eſt, & fundum ſibi habere, verius eſt, inquit textus, vt conditionem ſcindere non poſſit, vt quamuis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vendicabit, niſi alteri quoque adeundi reliqua quinque numerauerit, aut illo omittente alteri tota decem. Cõformis eſt tex. in l. cui fundus. eodem titulo. ibi [in eo verò, quod vni ſub conditione legatum eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet] inquit textus, & priorem legem Caſtrenſis habet pro notabili, quia ſi non eſſet conditio, legatum eſſet diuiduum, & poſſet legatarius acceptare ex parte vnius, & ex alia repudiare: tamen propter conditionem dandi in perſonam vtriuſque, legatum redditur indiuiduum, ſicut &
30 conditio eſt indiuidua. dicta l. cui fundus. † debet enim conditio ex omni ſui parte impleri, vt inquit Dominus meus Riminaldus conſil. 117. numero ſeptimo, vnde cum pariter in conuentione ſit appoſita conditio, videlicet quod ſaldatis computibus, ideſt cum fuerint ſaldati, de reſiduo, in quo Illuſtriſſ. Dominus remanebit debitor, habeat tempus annorum 11. talis conditio ſcindi non poteſt adimplendo pro parte per Detum, vt quicquam ab Illuſtriſſi. Domino conſequatur, ſed integraliter debet adimplere ſaldando computus omnes, antequam dici poſſit Illuſtriſſi. Dominum ſibi teneri, & ita primum dubium remanet reſolutum & expe-
31 ditum. † Venio ad ſecundum, quod attinet ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis. circa quod inquit Excell. D. Auditor quòd inter perſonas negociari ſolitas quicquid ſit de rigore circa taxationem certam conuentam, videtur tamen ex æquitate in foro mercatorio ſeruanda, & etiam in foro canonico admittẽda, videlicet quod intereſſe probabile debeatur arbitrio iudicis decernendum, non tanquam uſuræ, ſed tanquam intereſſe aduerſus eum, qui fruitus eſt pecunijs debitis, vt eſt textus in l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſoc. & de hoc arbitrio iudicis in taxando intereſſe, cui ſtatur, tradit Petr. de Vbald. in tract. de ſocie. quæſtione 19. ad finem, quem refert Neuiza. conſilio 77. columna finali. vnde cum penes Illuſtriſſ. Dominum fuerint ſummæ impenſæ per Dominicum de Girlandariis & ſocios de Roma pro ipſo Illuſtriſſi. Domino & pro negocio Maliani, videtur etiam citra moram regularem ſuam rationem talis intereſſe haberi poſſe, iuxta not. in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quòd inter. in capitulo, cum venerabilis, de exceptio. & ſic ad illud Illuſtriſſi. Dominus condemnan-
32 dus videtur. † Huic motiuo puto pluribus modis reſponderi poſse, & in primis circa intereſse damni emergentis conſiderandum eſt, quòd illud ita demum peti poteſt, quando quis aliquod damnum incurrit, & paſsus eſt ob carentiam pecuniarũ ſibi debitarum, quod non incurriſset, ſi eas habuiſset, & à debitore ſibi ſolutæ fuiſsent: exemplum, quia pecunias ab Hebræis ſub vſuris accipere coactus eſt, vel in aliquam pœnam incurrit, quàm promiſerat, ſi non ſolueret ſortem: ſi enim debitor ſuus ſibi ſoluiſset, non accepiſſet ab Hebræis pecunias ſub fœnore, uel pecuniam, quam debebat ſoluiſset, & in pœnam non incidiſset. His ergo caſibus conſequi poteſt illud intereſſe ſuum dãni, quod incurrit, & quod appellatur damni emergentis. Ita declarant Salyc. & Caſtren. in l. 2. C. de vſur. Ioan. de Ana. in capitulo, conqueſtus, eodem titulo. Alexand. conſilio 141. columna prima, volumine quinto. Roma. conſilio 94. in principio, & conſilio 101. per totum, quorum priore loco Horatius Mandoſius Romanus in additi. citat inſuper Ancharanum conſilio 376. columna ſecunda, & Curtium iuniorem in dicta l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. ante numerũ 41. verſiculo, tertiò facit. dicitque Rotam ſic determinaſse, idemque Dec. conſilio 322. numero quinto. Cagnol. in l. curabit. numero 33. C. de actio. empt. Socin. conſilio 88. columna tertia, uo-
33 lumine quarto. Alciat. reſpon. 320. † Vt tamen petitioni talis intereſse ſit locus, oportet quòd de illo conſtet per legitimas probationes, ut not. in dicta l. 2. C. de uſur. & per Doctores in dicto capitulo, conqueſtus, alioquin peti non poteſt, ut concludit Alexand. in dicto conſilio 141. Ruin. conſilio 104. columna ſecunda, uolumine quarto, & Dec. in dicto conſilio 322. ſicut & Alciat. loco citato. ſed in caſu noſtro non fuit probatum per Detum de aliquo damno emergenti ſuo uel Girlandarii, quod equidem per eum probandum erat, cum eſset fundamentum intentionis ſuæ: igitur ſuccumbere debet. l. qui accuſare. C. de edend. & ita in ſpecie decidit Afflict. deciſione 21. columna prima, ubi dicit quòd ad hoc ut mandatarius conſequatur intereſse a mandante, ſolutio ipſius intereſse clarè probari debet. aliàs non debet per mandantem ſolui. idemque dicit Afflict. deciſio. 91. columna prima. & ſequitur amplè Rolandus à Valle conſi-
34 lio 35. numero ſeptimo, uolumine primo. † & pulcherrimè Natta conſil. 490. ubi dicit quòd non ſtatur dicto creditoris dicentis ſe tantum damnum fuiſse paſſum ex retardata ſolutione, ſed illud eſſe probandum: adducit

Baldum in l. rogaſti. §. ſi tibi, columna ſecunda,
verſiculo. quid ergo ſi mutuo. ff. ſi certum peta-
tur, vbi dicit quòd ſi promiſiſti reſtituere decē
in nundinis, & ſi non reddideris, promiſiſti mi
hi quindecim; & confiteris ex nunc mea tan-
tum intereſſe, talis conuentio non ualet, quia
facta videtur in fraudem vſurarum, & non ſta
tur aſſertioni inſtrumenti, ſed de vero intereſſe
35 probandum eſt. † Adducitque præterea Natta
textum in l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. liber. &
ibidem Albericum, columna penultima, dicen
tem, quòd vbi vſuræ petuntur, vt intereſſe, de
bet illud probari per teſtes, & legitimas proba
tiones, ſubditque ſe ita de facto obtinuiſse, &
vt latius per ipſum Nattam. vnde patet hanc cō
cluſionem eſse ſolidiſſimam, ſecundum quam
Detus hoc intereſse damni emergentis petere
non poteſt ab Illuſtriſſi. Domino. Nec ab ea me
retrahunt teſtes examinati per Detum, ut hoc
intereſse probaret, quoniam non concludunt:
primus enim teſtis Franciſcus de Stephanis in
quit, *che dopo che la compagnia del detto Domenico,
& Gioan Battiſta comincio à mancare, è ſtato & è in
ſui camby, & in ſu li intereſſi, & hà patito più di die
36 ci per cento*. Sed hoc nihil prodeſt Deto, † quia
teſtis non dicit quo tempore hoc euenerit: po-
tuit enim contingere priuſquàm Illuſtriſſ. Do-
minus quicquam habuerit à Dominico Gir-
landario, uel ille pro Illuſtriſſi. Domino quic-
quam expendiderit, de quo teneri non debet
ipſe Illuſtriſſi. Dominus, niſi poſtquam debuit,
prædicta contigerint, ut colligitur ex exemplis
Alexandri conſilio 141. volumine quinto, cum
ſequacibus ſupra citatis: & quando quis ſe fun
dat in tempore, debet illud præciſè probare
ſecundum glo. in l. cum actum. ff. de nego. geſt.
quam Bartol. Bald. Fulgo. & cæteri ſequuntur,
& in notab. quæſtione tradit Bartol. in l. non
ſolum. §. ſed vt probari, ff. de noui oper. nunc.
cum aliis per Dec. conſilio 210. columna penul
tima. Craue. conſilio ſexto, numero 106. Ruin.
conſilio 92. numero octauo, uolumine tertio.
Alexand. conſilio 87. in principio, uolumine ſe
ptimo, cum ſimilibus per Rolandum à Valle cō
ſilio 41. numero 45. uolumine primo, quibus ac
cedit Cephal. conſilio 82. numero 51. & Senat.
Pedemōtanus deciſ. 107. numero ſexto, poſt Sa
lycet. in l. matrem, per illum textum. C. de pro-
batio. & Alexandrum conſilio 198. numero ter
tio, & quarto, volumine ſeptimo, & idem Se-
natus in terminis teſtium deciſio. 79. numero
51. ubi reprobat teſtes non concludenter pro-
bantes tempus, de quo præciſè probandum
37 erat. † Et quemadmodum non concludit hic
teſtis in tempore, nec in quantitate, quia di-
cit neſcire particulariter quantam ſummam re
ceperint ad cābium Girlandarius & Detus, un-
de cum potuerit eſſe longè minor ea, quam præ
tendit Detus aduerſus Illuſtriſſ. Dominum, me-
ritò talis probatio non prodeſt Deto, quoniam
debet de neceſſitate concludere, capitu. in præ
ſentia, de probatio. l. non hoc. C. unde legit. Bu
triga. in l. actor. C. de probatio. Imol. Roman.
& Alexand. in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimo-
nio, cum ſimilibus per Ruin. conſilio 49. nume
ro quarto, vol. quinto, puta ſi certum de intereſ
ſe pretendit, vel aliam certam maiorē ſummam,
tantundem ſe paſſum fuiſſe probet: aut certam
ſummam. ſic enim Doctores intelligunt, qui de
intereſſe damni emergentis loquuntur, ut ex
38 eis colligitur. † Et in quantum ſubiungit idē
teſtis dicens, *Ma quelli, che lui ha tolto per loro,
poſſono eſſere ſtati da cinque milia ſcudi in circa*.
Conſiderandum eſt, quòd nec in hac parte il-
li deferendum eſt, aut credendum, quoniam
tractat de ſe exonerendo: ſic enim dicit, ut Gir-
landarium, & Detum oneret, & teneri faciat
illis, à quibus eorum nomine pecunias ad cam-
bium ſe recepiſſe dicit, & ab illis ſe liberet cum
alioquin illis, à quibus recepit ipſe, remaneret
obligatus, meritò non probat, uelut tractans
de ſe exonerando, ut ponit Bartol. in l. defer
re. ff. de iure fiſ. Abb. in capit. inſuper, numero
18. de teſti. Alex. conſilio 186. numero 13. uolu-
mine ſecundo. Cuman. conſilio 68. in princip.
Dec. conſilio 94. & conſilio 236. Guid. Pap. con
ſilio 74. & Marſ. conſilio 2. numero 45. Cra. con
ſilio 112. numero 10. Grat. reſpon. 48. numero
primo, reſpon. 51. numero ſexto, & reſponſ.
152. numero 12. uolumine ſecundo. Crot. conſi-
lio 122. numero 7. Eodem planè morbo laborat
ſecundus teſtis Neapoleonus de Cambis dicēs,
quòd Detus ab anno 1565. paſſus eſt multa inte
reſse plurium ſummarum pecuniarum recepta-
rum ad cambium. *per hauerglie ne date eſſo teſti-
monio, come monſtro più uolte*. Sic enim conatur
ſe exonerare, ut ſe a dominis ſuis liberet, unde
non probat. quod uerò ſubdit ſe ſcire quòd ab
aliis etiam Detus receperit pecunias ad cābiū,
nec à quibus exprimendo, nec quantum, non
probat: unde reiiciendus eſt. Item tertius teſtis
Laurentius de Guidettis Deto non famulatur,
licet enim dicat, quòd Deti ſumpſerunt ad cam
bium multas ſummas pecuniarū à diuerſis mer
catoribus, & ideo paſſi fuerunt magna intereſſe
non tamen de certa ſumma deponit, nec de cer
39 to tempore. † Nec in dubio conteſtis præſumi
debet in ipſo tempore, quoniam teſtes ſuper
tempore deponentes, qui poſſunt ita eſſe conte
ſtes ſicut ſingulares, in dubio præſumuntur
ſingulares, ut notab. colligitur ex dictis Barto
li in l. Celſus. in fi. ff. de uſuc. & expreſſius notat
Bal. in l. fi. 15. oppo. C. de edic. diui Adri. tollen.
Butri. in capitulo, licet cauſam, de probatio. &
Rui. conſilio 35. numero 16. uolumi. 4. ſupereſt
demum Vincentius de Buccerellis quartus te-
ſtis, qui de certa quantitate pecuniarum ad cam
bium receptarum non deponit, & ob id incer-
ta ſua probatio non releuat. l. neque natu-
les. C. de probatio. capitulo, in præſentia, de pro
batio. cum uulga. ex quibus liquidò conſtat
non probato concludenter intereſſe damni
emergentis, ut oportebat Detum ad illud con-
40 ſequendum aſpirare non poſſe. † Nunc ad
intereſſe lucri ceſſantis deſcendo, quòd pariter
petit Detus: ſed meo iudicio non dēt exaudiri

ſuper eo, nam poſito quòd ſolito negociari de beatur, & ſe uel Girlandarium tales probaue rit, ut eſſe mercatores, ut primum tradunt Bar tol. Alexand. & Iaſ. & alii in l.3.in fine.ff.de eo quod cer.loc. cuius opinionem dicit eſſe communem Dec.conſilio 116.in princip.& conſilio 441.in fine. Barto.& cæteri in l.vnica.C.de ſen
41 ten.quæ pro eo quod inter. † Et ſecundum A lexand.in l.diuortio,in principio col. ſeptima, ff.ſoluto matrimonio.in l.inſulam.§.vſuras, columna ſecunda, eodem titulo.& conſilio 141.co lumna ſecunda, volumine quinto. Soc.conſilio 169.circa, volumine ſecundo. Dec.conſil. 116. mox citato.& conſilio 321.in fine. Igneus,& Pirus in l.quatenus, ff.de reg.iur. Deciſ. Neap. 20. & Petrus Rebuf.in l.vnica, glo.vltima, nume.
42 25.C.de ſenten.quæ pro eo, quod inter. † Tamē requiritur quòd certum ſit creditorem fuiſſe lucratum, ſi pecuniam habuiſſet, vt quia probauerit quod præ manibus talem habuerit mercantiam, de qua tantum fuiſſet lucratus. & quia pecuniam non habuit, mercari & lucrari nonpotuit. vel alio modo conſtare debet, quòd ſi habuiſſet illam pecuniam, certitudinaliter fuiſſet lucratus, ſecus ſi incertum erat: nam non ſequitur, erat cōſuetus aliquando lucrari, ergo ſi habuiſſet pecuniam fuiſſet lucratus: quia poſſibile eſt quòd non, cum multa potuerint eueni re in contrarium: ita Caſtren. in dictâ l.3.in fi.& poſt eum Iaſon: Felyn.& Pariſ. in c.cum uenerabilis, de excep. Iaſ. in l.cunctos populos, colum. 11. verſiculo, ſecūdò principaliter. C.de ſumma tri. Dec.conſilio 111.colum.1.conſil.321.columna ſecunda, & in l.quatenus.in fi.ff.de regu. iur. Cur.iun.in l.2.§.mutui, columna ſexta.ff.ſi certum petatur Rube.conſilio 20.& conſil. 88. Do. meus Rimin.conſilio 175.numero 71.& per me in apoſtil. Corraſ. miſcellaneorum libro tertio, capitul. 13. Rui. conſi. 104. numero 7. in fine, volum. 4. Roland. à Valle conſilio 35. numero 13. volumi. 1. Natta conſilio 450. nume. 6. Purpur. in l.rogaſti.§.ſi tibi, numero quarto, ff.ſi certum pet.& Antoni. Gabrielius Roman. in ſuis cōcluſionibus, libro tertio, de ſolutio.& liberatio.concluſione decima, columna tertia, qui & alios ci-
43 tat. † demumque Baldum in l. fina. columna ſecunda, oppo.3. C.de furt. dicentem quòd intereſſe lucri debet eſſe certum, incertum uerò peti non poſſe, & cum prædictis etiam concordat Franc. Marci, quæſtione 167. parte ſecunda, ubi ſequitur Caſtrenſem, additque Henricū Boich. in dicto capitul. conqueſtus, dicentem quòd intereſſe lucri ceſſantis debet eſſe certum & indu
44 bitatum: † Confirmatque per id quod in ſimili voluit Barto. in l.tutor, qui repertorium.§. qui poſt. ff. de admi. tut. ubi dicit quòd intereſſe peti non poteſt, quod tutor omiſerit conuertere pecuniam pupilli in emptionem prædiorum, niſi probetur quòd prædia fuiſſent venalia, & ꝙ fuiſſet tractatum ſuper hoc: & hoc etiam fuit intentio Bartoli in dicta l.unica, dicentis, & apparet quaſi pro certo quòd ex ea lucratus fuiſſet, ut cū ponderat Deciſ. Neap. 20. de qua ſupra ſicut etiam refert & ſequitur Benuenutus Stracca in tracta. de mercatu. titulo de contract. mercat. numero 2. per duas columnas, & Dec. in l. diem functo, notab. quarto, ff. de off. aſſeſſo. & amplè Craue. conſi. 320. in tertio dubio, vbi confirmat hanc concluſionem, quam etiam tenet Frater Angelus in ſua ſummula, verbo, vſura.
45 §.15. † dicens quòd huiuſmodi lucrum ceſſans debet eſſe in actu vel quaſi in actu, quia ſic dicitur peti quod aliquo modo eſt: ſecus ſi eſſet ſolum in poſſibilitate, quia ſic dicitur potius non eſſe, ut ibi per eum.& cum prædictis etiam concordat nouiſſimè Menoch. de arbitra. iud lib. ſecun. centuria ſecunda, caſu 119. licet & alias opiniones referat. & iſta concluſio, præter tot au-
46 toritates, † probatur in l.naturalem.§. primo, in fine, ff. de acquiren. rerum dominium, & in §. illud quæſitum. Inſtitut. de rerum diuiſio. ibi [quia multa accidere poſſunt, ut eam non capias.] & melius in l.quemadmodum, §. ſi nauis. in fine, ff. ad legem Aquil. quem textum Caſtr. & Iaſ. in dicta l.3. in fine bonum appellant, ubi ſi agitur damni iniuria ob retia ſciſa, æſtimatio non fit piſcium, qui ideo capti non ſunt: ecce quòd ibi illi erant ſoliti piſcari, & capere piſces, & tamen non habetur ratio dicti lucri ceſſantis, quia non probatur paratos fuiſſe piſces, qui caperentur: quare ſic in caſu noſtro dicamus non ſatis eſſe dicere, uel probare Detum fuiſſe mercatorem, negociari & lucrari ſolitum 10. pro centenario, vt ſui teſtes dicunt, ſed probare quoque debuit quòd paratas habuit merces, quas emiſſet, & inde tantum lucratus fuiſſet, ſi pecunias habuiſſet, quas prætendit: quod ultimum nequaquam probauit, meritò ſuccumbere debet in hoc intereſſe lucri ceſſantis.
47 † Immo fortius & eleganter Natta conſilio 450. ſupra citato, numero ſexto, conſiderat illum textum, nam dicit quòd piſcatores retia ſua in mari uel flumine collocauerant ad capturam piſcium, quæ ſi nauigantes inciderint, tenentur quidem reſarcire damnum dictis retibus illatum, ſed non tenentur præſtare æſtimationem piſcium, qui nondum erant capti, quoniam incertū erat an caperētur. Ecce, dicit Natta, quòd piſcatores ibi deuenerant ad aliquem actum capiendi piſces, quia extenderant retia pro captura piſcium, & tamen deciditur ibi, quòd non poſſunt conſequi lucrum quod ex captura piſcium feciſſent. Quantò minus igitur eſt dicendum, ſubdit Natta, quòd quis non poſſit conſequi lucrum, quod feciſſet ex emptione fundi uel mercis, quando ad nullum actum facti peruenit, propter quod appareat quòd uerè & pro certo emiſſet dictum fundum & merces, & ſic à fortiori probat ille textus hanc
48 concluſionem communem Doctorum. † Non omitto tamen, quòd idem Caſtrenſis in l. continuus. §. cum ita, poſt Angel. & Aretinum, notab. 7. ff. de verborum obligat. volunt in probando tale intereſſe ſufficere probare, qđ homines eiuſdem conditionis, cuius eſt ipſe creditor, ſi habuiſſent pecuniam, fuiſſent tantum

lucrati: idemque latius explicant Cagnol. in
l.curabit, columna finali. C. de acti. empt. &
in dicta l.vnica, numero 43. C. de ſenten. quæ
pro eo, quod inter. dicens ita vidiſſe practicari
& iudicari in Senatu ſui Ducis, & principis:
mouentur ex dicto § cum ita, vbi ſi quis pro-
miſit dare Epheſi, ſubeſt tantum tempus quo
ipſe poſſit ire Epheſum. hoc autem tempus in-
telligitur habito reſpectu ad illud idem tempus
quo plerique eiuſdem conditionis homines il-
luc ſolent peruenire. Ergo pari modo in hoc in-
tereſſe lucri ceſſantis ſufficit habere reſpectum
ad alios mercatores eiuſdem conditionis, & ſic
vt quod ipſi ſoliti ſunt lucrari, præſtetur huic.
49 † Sed ab opinione prima non recedo, quæ ma
gis communis eſt, vt ex numero Doctorum pa
tet, ſi quidem illa dicitur eſſe cōmunis opinio,
quæ plurium teſtimonio comprobatur. l. 1. verſi
culo, & ſanè crebrior, & ibi notat ad hoc Bald.
ff. de offi. Quæſt. & l. diui fratres, ver. plurium iu
ris auctorum, ff. de iure patro. c. nouimus. in ver
bo, opinio à pluribus approbata, & ibi not. Bu-
tri. & Abb. de verborum ſignificatio. ſequitur
Iaſ. in l. re coniuncti, numero 142. ff. de legat.
50 tertio. † & in iudicando & conſulendo non eſt
ab opinione communi recedendum, vt not. om
nes in capitulo primo, de conſtitutio. Neuizan.
conſi. primo, numero 12. Bero. conſil. 7. nume-
ro 29. volu. 2. nam uim legis habere dicitur &
ius facere, quod eſt in iudicando, & conſulendo
ſeruandum, neque ab illo fas eſt recedere, vt
idem Bero. ponit conſi. 92. nume. 17. volum. 2. a-
lioquin iudex cauſam ſuam faceret per ea, quæ
volunt Ioan. And. Abb. & alii, in dicto c. primo.
51 † unde Baldus in l. præterea, per illum text.
ff. de Senat. inquit, quòd is, qui opinioni ſingu-
lari contra communem inhæret, dicitur ſecun-
dum imperitiam iudicare, & traditur per Ale-
xan. conſi. 141. col. 7. vol. 2. ſequitur Bero. conſi.
153. nume. 19. volu. primo, ſiquidem illa dicitur
eſſe bona opinio, quæ plurium teſtimonio robo
ratur, ut inquit Gramma. conſi. 44. nume. 1. ci-
ui. tantoque magis illa communis opinio tenē
da eſt, quòd iuris adductis ſupra pro ea non re
ſpondetur. † Nec obſtat textus in dicto §. cum i-
52 ta, quia ibi certum erat illud tempus itineris re
latione facta ad alios homines eiuſdem condi-
tionis, at hic relatio, quæ fit ad alios mercatores
eiuſdem conditionis non inducit certum lu-
crum, quia alii mercatores tantum lucran-
tur, quando habent merces. Sed non inde ſequi
tur, igitur & iſte tantum fuiſſet lucratus, ſi pecu
nias habuiſſet, nō probato quod merces paratas
habebat. Præterea nec attenta ſecunda opinio-
ne (quando præualeret, quod non cōcedo) po
teſt Detus obtinere; teſtes enim ſui, primo dū
taxat excepto, non dicunt, quòd communi-
ter alii ſimiles mercatores, ut eſt Detus, & e-
rat Girlandarius, conſueuerint lucrari decem
pro centenario, ſed tantum dicunt quòd ipſi
Detus & Girlandarius potuerunt tantum lucra
53 ri, † quod non ſufficit, vt & alibi dicitur in
probando ualore rei per teſtes, quos non ſuffi-
cit deponere fundum fuiſſe tanti valoris, ſed
quòd communi æſtimatione tanti valebat, &
tantum communiter venderetur, ut per Barto
lum, Alexan. & Moder. Peruſ. in l. pretia rerum.
ff. ad l. falc. Aretin. in §. ſi quis agens, columna
ſecunda. Inſtitutio. de actio. Aretin. & Felyn.
in capitulo, cum cauſa. de teſti. Cagnol. in l. 2.
numero 235. C. de reſcind. uend. meritò Detus
omni reſpectu ſuccumbere debet in hoc intereſ
54 ſe lucri ceſſantis. † Sed & addo pro maiori de
fenſione iurium Illuſtriſſ. Domini mei, quòd v
niuerſa Doctorum ſchola uno ore prædicat hoc
intereſſe lucri ceſſantis non deberi ſolito nego-
ciari ante moram debitoris: ita tradit Aret. con
ſi. 9. 3. dubio, ubi dicit quod ita ſe habet communis
opin. ut illud peti poſſit, & eius ratio haberi tan
tum poſt moram debitoris, ut per Ancha. in re-
gula, peccati venia. de reg. iur. in 6. ſequitur De
cius in capitulo, cum uenerabilis, col. 6. de ex-
cep. conſi. 216. & conſi. 441. col. fina. Rube. con-
ſilio 20. columna ſecunda, & conſi. 65. Craue. cō
ſi. 87. colum. fina. idemque tenet ante prædictos
Bald. in l. 1. C. de uſur. & fruct. legat. & Anchar.
conſi. 148. in quæſtione, quæ uertitur. quos al
legat, & ſequitur Ioan. Lup. quem Palatios ru-
uios appellant in capitulo, per ueſtras, in 6. no
tab. de dona. inter uirum & uxorem, columna
quarta, in fine. Alciat. reſpon. 173. ad finem Cy.
in authentica, ad hæc, quæſtione penultima.
C. de uſur. Bartol. in dicta l. unica, C. de ſen-
ten. quæ pro eo. uerſiculo, uenio ad ultimam
partem Abb. in capitulo, conqueſtus. de uſur.
Anchar. in clementina prima, §. ſanè. quæſtio-
55 ne undecima, eodem titu. † Qui omnes cum
teneant huius intereſſe rationem habendam
in ſolito negociari poſt moram debitoris, pla-
nè intelligunt ante moram illius rationem non
habendam, nec illud ſolito negociari deberi:
ſicut enim permiſſum ad tempus, poſt illud cen
ſetur eſſe prohibitum. l. ſtatu liberum. §. Stichū.
ff. de leg. 2. in & ibi not. Bar. & in l. ſcire oportet,
§. conſequens, ff. de excuſatio. tut. Caſtrenſ. in l.
epiſtola. §. finali. ff. de pact. Bartol. Imol. Areti.
Ale. & Iaſ. in l. ſi ita quis, ff. de uulg. & pupil. Ti
raq. abūdè, de utroque retract. tit. de retrac. cō
uentionali. §. primo. glo. ſecunda, numero 44. di
xi Inſtitut. de don. §. primo, & nunc addo Be-
roum conſilio 177. numero 77. uolumine ſecun
do, ita permiſſum poſt tempus cenſetur ante il
lud prohibitum, ut regulam reciprocam facit
idem Bero. conſilio 151. numero 24. uolumine
56 ſecundo. † Immo ſignanter Cagnol. in dicta
l. curabit, nume. 53. C. de actio. empt. qui locua
inter alios allegatur in dubiis poſt Corneum,
Ruinum & Felynum, quos citat, inquit quod
intereſſe lucri ceſſantis aliàs permiſſum non
currit, niſi poſt moram debitoris. & quod
magis eſt, allegat ad hoc textum in l. ſocium,
qui in eo. cum gloſſa. ff. pro ſoc. de qua in
dubiis, quæ probat ad vnguem concluſionem
prædictam doctorum: dicit enim, ſocium qui in
eo, quod ex ſocietate lucrifaceret, reddendo mo
ram adhibuit, cum ea pecunia ipſe vſus ſit, vſu-
ras

-ras quoque eum præſtare debere Labeo ait: ſed
non quaſi vſuras,ſed quaſi ſocij interſit moram
eam non habuiſſe. Hæc ſunt verba textus for-
malia, quæ clarè demonſtrant hoc lucrum ceſ-
ſans tantùm deberi poſt moram debitoris credi
tori,prout ad illum gloſſa textum extendit de ſo
ciis loquentem. Immo verò remota mora, ſub-
dit ille textus, tale intereſſe lucri ceſſantis non
deberi dicens,ſed ſi aut vſus ea pecunia non ſit
debitor, aut moram non fecit contra eſſe, hoc
eſt illud intereſſe præſtare non debere: & ita Bar
to. Bald. Saly. & omnes ibidem volunt ex mora
57 tantùm illud deberi,non autem ſine mora. † Et
quod in dubiis dicitur intereſſe probabile iudi-
cis arbitrio decerni poſſe aduerſus eũ, qui frui-
tus eſt pecuniis debitis,etiam citra moram re-
gularem, non eſt tutum, nec de mente Docto-
rum, ſed loquuntur præſuppoſita mora debito-
ris. Et ad hoc adduco Ioannem Lupum loco ci
tato,qui referendo Diuum Thomam in ſecun-
da ſecundæ,quæſt.57.artic.4. in reſponſione ſe-
cundi articuli, dicit quòd in perceptione lucri
ceſſantis debet haberi reſpectus ad damnum im
pediens lucrum,vt fiat aliqualis recompenſatio,
attenta natura negocij & perſonæ, nõ autem in-
tegra reſtitutio, quia minus eſt habere aliquid
in virtute, vt eſt exiſtens in actu acquirendi,
quàm habere in actu: vnde ſi debitor non fuit
in mora,ceſſat petitio dicti lucri, & poſt moram
tantum debitoris illi locus eſt arbitrio iudicis,ta
xando cum diminutione, ſicque pariter eſt in-
telligendus Petrus Rebuff. in dicta l. vnica, nu.
13.C.de ſent. quæ pro eo quod inter. in vltima
58 glo. qui Ioannem Lupũ & alios adducit. † Sed
cæteris longè clarius hoc idem determinat Nat
ta conſi.370.nu.6. vbi præmiſſio quòd in ſolito
negociari poſt moram debitoris habetur ratio
lucri ceſſantis per dictam l. ſocium, qui in eo.
& Doctores, quos allegat, ſicque negat ante
moram debitoris illud deberi. refert illas duas
opiniones à me ſupra relatas videlicet Caſtren-
ſis in dicta l.3.in fine, ff. de eo quod cer. loco. ꝙ
merces eſſent in promptu comparandę,& aliam
eiuſdem Caſtrenſis in l. continuus,§.cum ita,ff.
de verbo.obliga.quòd ſufficiat probare ſimilis
conditionis homines tantum fuiſſe lucraturos,
ſi pecunias habuiſſet non approbando magis v-
nam,quàm aliam ex dictis opinionibus,licèt in
conſi.450. primam approbauerit. ſubdit hoc in-
tereſſe lucri ceſſantis ſolito negociari deberi,cõ
ſiderando ipſum,non vti iam quæſitum ſed ac-
quirendum, computatis periculis, & expenſis,
ac perſonalibus laboribus, quæ ſolent interue-
nire circa negociationis lucrum, quæ ceſſant in
petente tale lucrum ceſſans, qui non fuit nego-
ciatus ex defectu pecuniarum ſibi debitarum,
non ei ſolutarum, nam nec elaborauit, nec pe-
riculo ſe ſubiecit, nec impenſas ullas ſubiuit,
ideoque iudicis arbitrium eſſe debet in iuben-
do minus erogari creditori, ſed hoc totum pro-
cedit adhibita mora debitoris in ſoluenda vera
ſorte,prout ſupra Natta præmiſit: at ante morã
nequaquam verſatur arbitrium iudicis in hoc
intereſſe lucri ceſſantis,cum non debeatur, nec
aliquis doctor hoc dicit. Quibus ita ſtantibus &
ad caſum noſtrum inferendo intrepidè dico &
affirmo,quòd Illuſtriſ. Dominus ad aliquod in-
tereſſe lucri ceſſantis teneri non debet, nec ad il
59 lud conueniri potuit per Detum, † quia num-
quã fuit in mora Illuſtriſſ. Dominus, ut etiam fa
tetur in primo dubio magnificus D. Auditor,
& eſt veriſſimum pluribus rationibus: prima,
quia nunquam fuit interpellatus à prædictis; vi-
delicèt nec à Dominico Girlandario, dum ui-
xit,nec à Deto: & mora tantum per interpella-
tionem contrahitur,l.ſi ex legati cauſa, & ibi no
tant Doctores,ff.de verbo.obliga. Aret. in l. ita
ſtipulatus,eo.tit.conſi.49. verſi. præterea. Alcia.
reſpon.111.nu.3. Connan. in Commentar. ſuis,
lib.5.c.3.col.1. vbi dicit quòd mora vel dicti la-
pſu vel interpellatione creditoris conſtituitur,
& in terminis Dec.conſi.116. ad fi. propriè lo-
quens in ſolito negociari, cui dicit non deberi
intereſſe lucri ceſſantis per debitorem, qui non
fuit in mora, quia neque fuit interpellatus ex-
preſsè, nec per diem, quæ interpellat pro
60 homine. † Confirmatur, quia cum eſſent di-
uerſi fori Dominicus Girlandarius, & Illuſtriſ.
Dominus non tenebatur ipſe, velut debitor ire
ad domum Girlandarij creditoris,vt voluerunt
Guil. de Cun. Bart.& Fulg. in l.item illa, ff. de
conſti. pec.& poſito quod illi dixerint debitorẽ
debere proteſtari domi, ꝙ paratus eſſet ſolue-
re,ſi adeſſet qui reciperet. Idemque Iaſ. in l.2.C.
de iure emphy. quæſt.37. in fi.conſi.8.col.1.vol.
61 1.Ang.in §.præterea.col.14.Inſt.de acti. † Ta-
lis tamen proteſtatio non eſt de ſubſtantia, ſal-
tem quo ad conſeruationem ſui iuris,ut per Ale
xan.conſi.92.col.4.vol.1.Arc.conſ.162.col.3. Io.
de Ana.conſi.5. Iaſ.in l.ad diem,ff.de verb.obl.
vbi dicit quòd ante factum laudat, quòd fieret
proteſtatio,ſed poſt factum, quòd teneret opi-
nionem Alexandri, & Aretini: & cum prædictis
etiam tenet Dec.conſi.566. in fi. Gozad. conſil.
57.col.3. Parpal. in l. ſi quis maior.8. notab. C.
de tranſ. Ruin.conſi.149. in fin.& conſi.150. per
totum,vol.1. Idemque tenuit Aret.& Caſtr.in l.
ſi emptorem,in princ.ff.de act. empt. demumq́;
62 Roland.à Valle conſi.87. nu.18. uol.1. † Secun
da ratione, quia cum Illuſtriſſ. Dominus cum
Dominico tantùm contraxiſſet,non autem cum
Deto, & cum Dominico computus haberet de-
bitorum & creditorum, quibus incertus eſ-
ſet an remaneret eius debitor, & in quantum,&
vltra mortuo Dominico nullus erat, qui vellet
eſſe hæres ſuus, cum decoxiſſet, ita quòd Illu-
ſtriſſ. Dominus ignorabat, cui ſoluere deberet,
ſi quid debuiſſet. igitur ob talem incertitudinẽ
mora comitti non potuit aduerſus ipſum Illuſtr.
Dominum. Immo propter talem incertitudinẽ
fuit, & eſt excuſatus à mora,ſecundum Barto.&
doctores in l.3.§.incertam, ff. de acquir. poſſ. &
not.in l. quod te, ff. ſi cer. pet. quibus ita con-
63 cludit Alcia. reſpon.418.nu.3. † Tertia ratio-
ne, quia cum computus non eſſent liquidi,pro-
ut nec ſunt in hunc uſque diẽ,& ideo conuentio
cum

cum Deto facta fuit, cum fuerint ſaldati, & ſic li-
quidati mora per Illuſtriſ. Dominum committi
non potnit, qnia in liquidandis non incurritur
mora ante liquidationem. Bald. in l. acceptam.
6. quæſtione, C. de vſur. Alex. conſi. 48. col. 1. in
fi. vol. 2. Decil. Neap. 205. Crauc. conſi. 89. nu. 5.
Ruin. conſi. 64. nu. 15. uol. 1. Quarta ratione, quia
Girlandarij poſtquam deſierunt eſſe conducto-
res Maliani & adminiſtratores eſſe ceperũt, tot
fructus & introitus habuerunt præmanibus, ex
quibus ſatis ſuperque potuerunt ſibi ſatisfacere
de credito ſuo, ſi quod habebant aduerſus Illu-
ſtriſſ. Dominum, quod cum facere neglexerint,
immo poſtmodum inde propria voluntate re-
ceſſerint, ſibi venit imputandum: nec Detus no
mine Dominici poteſt intereſſe lucri ceſſantis
64 petere, ſicut in ſimili videmus, † quod ſi cre-
ditor fuerit negligens in exigendo à debitore,
dum erat ſoluendo, & ipſe debitor poſtea deſie-
rit eſſe ſoluendo, non poteſt habere regreſſum
contra fideiuſſorem, l. ſi fideiuſſores in id. & ibi
Caſtren. ff. de fideiuſſ. Bal. Caſtr. Salyc. & Alex.
in l. ſi. ff. ſi cert. pet. Ruin. conſi. 45. num. 5. uol. 5.
vnde ſic & in caſu noſtro dicẽdũ uidetur. Quòd
autem potuerint Girlandarij ſibi ſatisfacere, col
ligitur ex 21. capitulo conductionis Maliani, in
quo data ſibi fuit libera facultas relaxandi affi-
ctum, & eo dimiſſo ſibi reimburſandi quicquid
ſoluiſſent, nec inde remoueri poſſe de poſſeſſio-
ne, niſi primo fuiſſent integraliter ſatisfacti.
65 † Ex hac enim libera poteſtate data Girlanda
riis dicitur Illuſtriſs. Dominus eis ſatisfeciſſe,
quia capiendo ſatisfactionem ut genus, ea dici-
tur quando quomodocunque deſiderium credi
toris adimpletur, l. 1. ff. qui ſatiſ. cog. l. item libe-
ratur, §. 1. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſolui. Bero.
conſi. 202. nu. 5. uol. 1. ſeu ſaltem dicitur eis dè-
diſſe tacitam licentiam ſibi ſatisfaciendi propria
66 auctoritate, † prout in legatario uidemus, ad
quem teſtator rem legatam voluit liberè perue
nire, cui dicitur teſtator dediſſe tacitam licen-
tiam capiendi legatum propria auctoritate, ut
poſt Alex. tenet Iaſ. in l. nemo poteſt, nume. 38.
ff. de leg. 1. Ripa in d. l. 1. ff. qnor. legat. num. 12.
Rube. conſi. 43. col. 2. Ioannes Durant. de arte
teſtan. titulo 5. cautela 32. Alciat. Reſp. 607. nu.
3. Gozad. conſi. 91. nu. 7. & Soc. iun. conſi. 72. nu
me. 7. uol. 2. demnmque Menoch. in tract. de adi-
piſcen. poſſeſ. remedio 2. nu. 52. de quo plenius
dixi Inſt. de donati. in prin. nnme. 1455. cum ſe-
quen. meritò neſcio videre quo iure velit De-
tus petere intereſſe lucri ceſsantis pecuniarum
ſiue in effectu Maliani ſolntarum, ſiue ex ratio-
ne Romæ pro Illuſtriſ. Domino aliis ſolutarum,
cum potuerint Girlandarii abundè ſibi ſatisfa-
cere uigore pacti conuenti in capitulis locatio-
67 nis. † Et licèt Detus dicat quòd conductores
Maliani, poſtquam ceperunt eſſe ſimplices admi
niſtratores, priuati fuerunt de facto ab Illuſtriſſ.
Domino, qui fructus accepit propria auctorita-
re, nec illi potuerũt ſibi reimburſare pecunias ex
penſas in eo affictu, & pro Illuſtriſ. Domino, ta-
men non probat Detus talem priuationem &
ſpolium, prout debebat, illud allegans. l. 1. §. hoc
interdictũ, ff. de vi, & vi arma. c. cum ad ſedem.
de reſti. ſpol. Caſtr. conſi. 52. in cauſa quæ verti-
tur. Ioan. de Amic. conſ. 61. nu. 2. cum ſimilibus.
in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſeſ. & ex his
abnndè puto me ſatisfeciſſe ſecundo dubio, ſic
ut ſublatum dicatur omnino. Nnnc ad tertium
deſcendo, quod verſatur in reiicienda petitio-
ne Illuſtriſs. Domini dicentis ſoluiſſe plures pe-
cunias Benedicto Girlandario conſocio, condu-
ctori, & adminiſtratori ſubinde bonorum & red
dituum Maliani, quas petiit Illnſtriſs. Dominns
admitti in calculo faciendo ad creditum ſuum,
compenſarique in credito Dominici Girlanda-
rij, ſi qnod erit illius creditum ſaldatis computi-
bus. At magnificus D. Auditor hanc petitionẽ
dubitabilem reddit, nec ad mittendam putat: in-
quit enim, quòd licèt Dominicus & Benedictus
de Girlandariis ſocij fuerint in affictu Maliani,
tamen illo finito per rennnciationem Dominici
remanſit ille ſolus adminiſtrator, iuxta tenorem
capitulorum vſque ad mortem, nec in tali ad-
miniſtratione fuit admixtus Benedictus, nec in-
ter eos aliqua ſocietas, cum nec nomẽ ſuum, nec
corpus, operas, induſtriam, vel impenſas intule-
rit Benedictus: vnde nulla ſocietas inter illos
cõtracta dici põt, l. vt ſit, cum l. ſequenti, ff. pro
ſocio. Vnde cum reſpectu temporis adminiſtra-
tionis Dominici Benedictus non fuerit in ea ſo-
cius ſuus, ſolutio facta Benedicto cõpenſari non
debet cum credito Dominici. Hoc motiuum fa
cilè (meo iudicio) reſolui poteſt: & in primis
ex capitulis primis & ſecũdis affictus Maliani. a-
deſt enim 14. capitulum priorum, in quo Illuſtr.
Dominus promittit tenere conductores, & ſic
Dominicum & Benedictum in poſſeſſione paci-
fica per totum tẽpus affictus, nec inde auelli poſ-
ſit, donec fuerint reimburſati de eo, quod expẽ
diderint. illi vero econuerſo ſe obligant reddere
bonum computum, & legalem adminiſtrationis
Illuſtriſs. Domino: hæc enim promiſſio non ca-
dit, nec adaptari poteſt, dum eſſent cõductores,
quia tali caſu non tenentur, niſi ad ſoluendum
penſiones in & per modum, de quo in primo ca-
68 pitulo: † meritò dici debet, quòd intelligen-
da ſit dicta promiſſio in euentum, & pro tempo-
re, quo deſierunt eſſe conductores illi affictui re
nunciando, iuxta 21. capitulum, in quo ſibi da-
tur iſta facultas, & ſimplices adminiſtratores eſ-
ſe cœperint, iuxta partium intentionẽ, cui ver-
ba ſemper debent inſeruire, non autem uerbis
intentio. c. humanæ aures, 22. q. 5. c. ſedulò. 38. di
ſtin. Abb. conſi. 1. & conſi. 75. vol. 1. Crot. conſi.
1. nn. 39. Pariſ. conſi. 73. nu. 15. uol. 2. Iulius Fer-
rettus conſi. 18. num. 5. Soc. iun. conſ. primo, nu
me. 9. conſi. 39. nu. 51. conſi. 75. num. 33. & conſi.
69 122. nu. 39. uol. 3. † Nam verba ſe habent, vt
corpus & ſuperficies, & mens, vt ſpiritus & ani-
ma, ut per Curt. conſi. 25. col. 8. Roland. à Valle
conſi. 8. nu. 31. vol. 1. & conſi. 70. nu. 56. uol. 3. vn-
de nimirum ſi debent intelligi ſecundum men-
tem proferentis, c. ſecundò requiris. de app. l.
quiſquis, ff. de verbor. ſignifi. Soc. iun. conſi. 105.
num. 33.

70 nume. 33. vol. 3. † Alioquin ſi nos intelligere-
mus illa verba pro tempore, quo Dominicus &
Benedictus erant conductores, vana forent &
ſuperflua, quia conductores non reddunt locato
ri rationem adminiſtrationis, vt dixi: quod eſſet
abſurdum, quia uerba non debent eſſe appoſita
ſine virtute operādi & fruſtratoriè, l. ſi quando,
ff. de leg. 1. immo nullū verbum, licet minimū,
debet eſſe ſuperfluum. Bald. in rubr. C. de con-
trahen. empt. quæſti. 9. Dec. conſi. 626. nu. 7. Ro-
land. à Valle conſi. 1. nu. 123. uolum. 3. clarius
hoc etiam demonſtrant poſteriora capitula 24.
& 26. nam primò narratur Illuſtr. Dominum lo
caſſe introitus Maliani Benedicto Girlandario
& aliis, videlicet Pinadoro & Fiorello, quorum
loco dicitur ſucceſſiſſe Dominicum Girlanda-
rium: deinde dicitur, quòd ſi fictabiles continua
re nolint in affictu à primo anno ſupra, & remā-
ſerint creditores Illuſtriſs. Domini, ſint admini-
ſtratores donec fuerint ſatisfacti. certè cum ſu-
pradictum fuerit de Benedicto & Dominico, cō
ductores eos appellando, deinde ſubiiciatur cō-
ductores nolentes perſeuerare in affictu eſſe ad-
miniſtratores, de neceſſitate debet intelligi de
71 dictis Girlandariis, † quia vna pars capitulo-
rum aliam declarat, l. ſi ſeruus plurium, in fin. ff.
de leg. 1. Secundò confirmatur hæc cōcluſio per
verba conuentionis initæ cum Deto, in qua nar-
ratur Illuſtriſs. Dominum locaſſe redditus Ma-
liani Dominico & Benedicto de Girlandariis &
aliis (quales erant Pinadorus, & Fiorellus) de-
inde ſubiicitur, quòd in eo affictu remanſerunt
Dominicus & Benedictus (quod fuit ex renun-
ciatione Pinadori, & Fiorelli facta Dominico)
poſtea narratur ꝙ Dominicus ſuo nomine &
aliorum renunciauit affictui debito tempore, iu-
xta capitula, & ob id vt prætendit Detus re-
manſerunt ipſe Dominicus & alij, ſimplices ad-
miniſtratores dictorum introituum: nam cum
dicatur de Dominico & aliis, qui renunciarunt,
72 & qui adminiſtratores fuerunt, † nec illud ver
bum aliis, verificari poſſit in Pinadoro & Fiorel
lo, qui iam fuerant excluſi per eorum renuncia-
tionem, neceſſe eſt illud verificari in Benedicto,
licet illud verbū, aliis, ſit pluralis numeri, ex quo
non poteſt verificari, niſi in uno, l. ſi. C. ſine cē
ſu. uel reli. cum ſimilibus per Beroum conſi. 111.
73 nu. 16. uol. 1. † Et licet illa ſint uerba notarii,
tamen cenſentur eſſe verba Deti, & ab eo prius
prolata, vt notarius refert. Bart. in l. quod ſi ne-
potes. quam legit cum l. ſi quis filiabus, ff. de teſt.
tut. Bal. in l. ſciendum. in fi. ff. de verb. oblig. & in
l. mater, nu. 6. C. de rei vend. Soc. conſ. 20. nu. 12.
vol. 3. Dec. conſi. 450. & conſi. 653. nu. 6. & in l.
ſi librarius. num. 4. vbi etiam Gagnol. nu. 9. ff. de
reg. iur. Natta conſi. 262. nu. 6. Grat. reſp. 112. nu.
27. vo. 1. vnde patet ex prædictis negari non poſ
ſe Benedictum fuiſſe adminiſtratorem cum Do-
minico eius fratre in adminiſtratione redditū
74 Maliani. † Sed poſito quod ita ſit, dubitat ta-
men adhuc D. Auditor aduerſus Illuſtriſs. Do-
minum, nam duo ſocii non ſunt regulariter duo
rei, niſi ſit actum, aut ex circumſtantiis perpen-
datur, l. ſi tamen plures, ff. de exercito. Barto. in
l. eandem, propè ſeptimam quæſt. ff. de duo. re.
at hic potius contrarium ſuadetur, nam Benedi
ctus in affictu habuit ſextam partem, Domini-
cus tertiam, totalemque adminiſtrationem affi-
75 ctus. † Præterea ſocius non poteſt nocere ſo-
cio, niſi conſentienti, l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. l.
nemo ex ſociis, ff. pro ſoc. nec vnus alium obli-
gat ex ſuo facto, l. iure ſocietatis, eo. tit. Dec. in
d. l. ſi ſocius. Tertiò caſu, quo poſſet obligare a-
lium, intelligitur pro parte, quam reperitur ha-
bere in corpore ſocietatis tantùm. Vnde cum Be
nedictus nihil haberet, nec etiam nudum nomē
affictu finito, ſed Dominicus ſolus adminiſtra-
tionem, induſtriam, & impenſas omnes, ſequi-
tur Benedictum non potuiſſe Dominicum obli
gare. Quartò & vltimò, qui habet poteſtatem
obligandi ſocium, intelligitur durante ſocieta-
76 te: † vnde dicit Caſtrenſ. ſingulariter in l. 1. §.
non autē. uerſi. item aliàs conſului, ff. de inſtito.
quòd cum duo mercatores feciſſent ſocietatem
per quinquenniū, finito quinquennio alter non
tenetur de contractibus cum eius ſocio celebra-
tis, licèt contrahentes ignorauerint finitam eſſe
ſocietatem, quia inueſtigare debuerunt: & idem
Caſtr. in l. 1. §. conditio, ff. de exerci. & conſ. 335.
viſis pōderatis. ſequitur Dec. in d. l. ſi ſocius, col.
2. ſicque dicitur hoc anno fuiſſe iudicatum Flo-
rentiæ. at ſocietas affictuum finita fuit primò
renunciatione Dominici, deinde ſi quid erat re-
77 ſiduum morte, ergo &c. † Super hac difficul-
tate veritatem facti perſcrutando, dico quòd Be
nedictus & Dominicus poſtquam deſierunt eſ-
ſe cōductores reddituum Maliani, cœperunt eſ
ſe, remanſeruntque ſimplices adminiſtratores,
vt ſupra fuit oſtenſum, & ob id inſtitores Illuſtr.
Domini fuerunt. Inſtitores enim uocantur illi,
qui negociationibus præponuntur. §. 1. Inſtitu.
quod cum eo. & in l. 3. ff. de inſtit. actio. cum
ſimilibus. † in his autem inſtitoribus con-
ſtitutum eſt, quod cum eis videatur manda-
ta adminiſtratio inſolidum, teneantur inſoli-
dum, ſintque duo rei. Doctrina eſt Bartoli in al
legata l. eandem. quæſt. 6. ff. de duo. reis. per tex.
in l. 1. §. ſi plures. iuncta gloſſ. ff. de exerci. act. ubi
ſi plures ſint magiſtri non diuiſis officiis, pro ſin
gulis obligatur exercitor: quia cuilibet inſoli-
dum commiſiſſe uidetur, inquit gloſſa. Pariter
ergo dicamus eos inſolidum Domino teneri ra-
tione prædicta, prout fuit mens Bartoli per illū
textum iuncta gloſſa. & illam deciſionem Barto.
ſequitur & ampliat Imola, colum. 2. circa finem.
quare ſolutiones factæ per Illuſtriſſ. Dominum
Benedicto, uel pro eo tempore, quo fuit admini
ſtrator una cum Dominico, debet Dominicum
obligare, §. ex huiuſmodi. Inſt. de duo. reis. Iaſ.
78 in l. ſi vnus, in prin. nu. 7. ff. de pact. † Nec ob-
ſtant quæ dicuntur in dubio de duobus ſociis,
quia reſpiciunt tempus affictus, & dum durauit
per annum ferè, nos autem loquimur poſt eius
renunciationem, dum fuerunt adminiſtratores
ſimplices Benedictus & Dñicus, & ſic inſtitores
Illuſtriſſ. Domini, quo tempore fuerūt duo rei,
& ſic

& ſic dubia caſui noſtro non obſtant, cum præ-
ter illum loquantur. Nec in facto uerum eſt Be-
nedictum habuiſſe duntaxat ſextam partem in
affictu, immo verò tertiam habuiſſe demonſtrãt
capitula, quæ dicunt affictum fuiſſe ſactum ipſi
Pinadoro & Fiorello, ergo cuilibet pro tertia
parte, l. ſi diuiſa, vbi Saly. C. locati. nec in dicto
affictu Illuſtriſſ. Dominus pro dimidia fuit com
mixtus, vt in memoriali quodam ſuo Detus
ſupponit. id enim repugnat capitulis & inſtrumẽ
to locationis, rogato per Ser Benedictum Sylue
ſtrum, quod videre volui: in quibus vnanimi-
ter dicitur, quòd Illuſtriſſ. Dominus locauit præ
dictis redditus Maliani, ita quòd ipſe locatoris
non autem conductoris nomẽ ſortitus fuit. Nec
verum eſt affictu finito Benedictum, nec quidẽ
nudum nomen habuiſſe, cum capitula ſic eum
adminiſtratorem appellent, & verba conuentio-
tionis, quemadmodum Dominicum. Nec ipſe
Dñicus magis actualiter adminiſtrauit, quàm
Benedictus, ſed Ioannes Cappellus commiſſa-
rius Maliani conſtitutus, qui eorum nomine fuit
adminiſtrator reddituum Maliani: vnde dici nõ
poteſt ſolum Dominicum habuiſſe adminiſtra-
tionem, induſtriam, & impenſas, ſed vtrumque,
ſcilicet ipſum & Benedictum mediante commiſ
79 ſario ſuo. † ſicut & olim ſerui, quibus à Domi-
no peculium concedebatur, plerunque per vica
rios ſuos negociabantur, vt habetur in §. cum au
tem. Inſt. quod cum eo. & regulariter qui per a-
lium facit, per ſe ipſum feciſſe videtur, l. 1. §. de-
ieciſſe, ff. de ui, & ui arma. & omnia noſtra faci-
mus, quibus auctoritatem noſtram impartimur.
l. 2. §. omnia, C. de veter. iur. enu. Nec Illuſtriſſ.
Dominus ſoluit Benedicto, velut ſocio affictus
finiti, ſed vt inſtitori adminiſtrationis durantis:
& ob id notata per Caſtr. & Decium locis cita-
tis non faciunt ad propoſitum, nec attingunt ca
ſum noſtrum, ſicq́ue ceſſant omnino. Quartum
ſuccedit dubium, quod dependet à litera Illuſtr.
Domini ſcripta Dominico Girlandario 20. Apr.
1564. in qua fatetur ſe debitorem Benedicti fra-
tris ſui de ſcutis 1371. & ſolidis 34. & contentus
eſt vt eos ſibi Dominicus reimburſet in primis
ſolutionibus futuris affictus Maliani, aut in re-
tractu ſuorum bladorum recollectus proximè
futuri. deinde patet quòd Dominicus miſit Pi-
ſas modia 200. frumenti Maliano recollecti ven
dita Iuliano Guidio, ex quorum pretio videtur
Dominicus ſibi ſatisfeciſſe de credito fratris in
Illuſtriſſ. Dominum ipſi Dominico per domina
80 tionem ſuam conſignato, † ſicq́ue Domini-
cus proceſſiſſe videtur, iuxta commiſſionem ſibi
datam in prædicta litera: & hoc attendi debet
in foro mercatorio, qui reſpicit veritatem, l. ſi
fideiuſſor, §. quædã, l. quintus, ff. mand. & utro-
bique Bartolus: req́ue non exiſtente integra, nõ
videtur Illuſtriſſ. Dominus quicquam oppone-
re poſſe. Sed & hoc motiuũ, licèt eleganter pro-
poſitum, proſterni poteſt: & in primis ego con-
ſidero, quod de hoc clariſſimus dominus Audi-
tor iudicare non poteſt, quod non ob diffiden-
tiam, dico propter ſummam illius integritatem,
ſed ita ſuggerente iuſtitia, terminisq́ue iuris ſuf-
81 fragantibus: † nam clarum eſt quòd Detus in
libello ſuo hoc non deduxit, nec in conuentio-
ne continetur, ſi legantur & relegantur: nec ſu
per eo ſactus eſt proceſſus, qui libellus & proceſ
ſus dicuntur eſſe cauſa materialis ſentẽtiæ, adeo
quòd ſententia lata ſine proceſſu, dicitur eſſe la-
ta ſine cauſæ cognitione, & per conſequens dici
tur nulla ſecũdum Bar. in l. prolatam, C. de ſent.
& inter. omni. iud. & in l. ex ſtipulatione in fin.
eo. tit. & eſt textus in c. quoniam contra, de pro-
ba. vbi declaratur quo ordine iudex debet cau-
ſas diffinire: quia primò debet acta & proceſſum
facere in ſcriptis, aliàs pro eius ſententia nõ præ
ſumitur, quando proceſſus per legitima docu-
82 menta non apparet. † Hinc dicimus, quòd iu
dex debet iudicare ſecundũ allegata & probata,
& ſic ſecundum proceſſum, vt habetur in l. illi-
citas. §. ueritas, ff. de offic. præſid. ergo ſententia,
quæ non habet proceſſum, dicitur carere mate-
ria, & ſic eſt nulla, quia ſecundum Philoſophũ,
ex nihilo nihil fit. Ita declarat pulcherrimè Spe
culum aurum in 3. & vltima parte, nu. 58. & ſe-
quenti, & præter illud confirmat Vantius in tra
ctat. de nulli. ſent. ex defectu proc. nu. 9. vbi di-
cit quòd proceſſus & ordo ſubſtantialis à parti-
bus aliquo modo remitti non poteſt, quia illud
dicitur eſſe ſubſtantiale alicuius rei, ſine quo res
illa eſſe non poteſt, prout dicimus de pretio re-
ſpectu emptionis, §. pretium, Inſtit. de empt. &
vend. igitur ſententia ſine proceſſu ſuo ſubſtan-
83 tiali conſiſtere non poteſt. † Quod etiam pro-
cedit ſiue iudex pronunciaret abſque proceſſu
procedendum fore: talis enim pronunciatio ni-
hil prodeſt, ſecundum Cardi. in cle. ſæpe. q. 12.
de verbo. ſignif. ſi quidem factum prætoris iuri
publico derogare non poteſt, l. 1. §. 1. ff. de fer.
l. formam, C. de offi. præfec. præt. cum ſimilibus
per Alex. conſi. 36. in fi. vol. 2. bonus textus in l.
teſtandi, C. de teſt. ibi [ nam iuriſdictionis muta
re formam, vel iuri publico derogare, non eſt
cuiquam permiſſum ] & tenet Bal. in l. 1. col. 13.
verſicu. ego non credo, C. qui accu. Butri. in c.
exhibita. de iudi. quem refert, & ſequitur Alex.
conſi. 82. in princ. uol. 3. & conſi. 182. nu. 5. uol. 6.
84 † Sine partes huic ſolemnitati renunciarent,
nam nec prodeſſet quominus eſſet nulla ſenten-
tia per text. in l. ius publicum, ff. de pactis. & po
nit Caſſado. deciſ. 9. nu. 8. de app. Rota deciſ. 88.
in cauſa, in nonis. Iaſ. in l. nemo poteſt, col. 3. le-
ctu. 2. ff. de leg. 1. & in l. ſi conuenerit, col. 1. ff. de
re iud. dum ponit quòd ſententia ſine ſubſtan-
tialibus, uel cum expreſſo iuris errore, licèt de
conſenſu partium lata, eſt ipſo iure nulla: ſicq́ue
firmat etiam Guid. Papæ quæſt. 316. iudex. &
85 Capic. deciſ. 47. in fi. † Quinimmo nullitas ex
defectu proceſſus ſubſtantialis adeo releuat, ut
hac ratione ſententia nulla, per iudicem appella
tionis reformari non poſſit, ſed duntaxat pronũ-
tiari nulla, vt voluit Abb. notab. 3. & 4. in c. dile
cti. de empt. & vend. quem tex. ad hoc commen
dat Bal. in l. 2. q. 14. C. de reſcin. vend. tradit Ale
xand. conſi. 79. proſpectis verbis. verſi. eſt verũ,

vol.2.Dec.conſi.484.colum.2.verſic. nec prædi-
ctis.& ponit Vant.loco citato,num. 7. Secundò
dato ſine præiudicio veritatis, quòd ſuper hoc
iudicari poſſet. attamen dico non aliter id fieri
debere, quam ad fauorem Illuſtr.Domini, quo-
niam Benedictus Girlandarius erat creditor Il-
luſtriſs. Domini ſeparatim ab affictu, & admini
ſtratione Maliani, ac ratione Romæ communi-
bus cum Dominico illius fratre, nec in dicto cre
dito Dominicus aliquod participium penitus
86 habebat. † Igitur quemadmodum nullum ius
in eo credito Dominicus habebat, nec Detus ex
eius perſona veniens habere debet: quoniam
ſuccedens alterius loco, non debet eſſe melioris
conditionis eo, cuius loco ſuccedit, ſed repelli
debet, ſicut is, in cuius locum ſuccedit, c. nemo
plus iuris. de reg.iur. in 6.l. ſi mulier, §. 1. ff. ad
Velleia. D.meus Rimin.conſi.152. num.27.Nec
virtute literæ, de qua dubitatur iuncta diſtractio
ne frumenti Piſis facta, Detus ſe iuuare poteſt,
quoniam prædicta litera locum non habuit, nec
87 illam Detus executus fuir, † prout in ſimili di
citur de ſtatuto in vſu non recepto, quod non at
tenditur, nec illud quis pro ſe poteſt allegare, ut
per glo. Fely.& alios in c.1.de treug.& pac.not.
Bar. in l.fi.§.ſed cum antiquitas. in fi. C.de cur.
fur.&conſi.184. iudex communis Aſſiſij. Anch.
conſi. 283.iure ſtricto.in princip.Alexand.con-
ſi.132.col.1.vol.1.Dec.conſi.649.nu.8.Crot.con
ſi. 72.nu.19. ſic enim dici debet de litera prædi
88 cta. † cenſetur enim continere tacitam condi-
tionem, ſi moribus fuerit recepta, hoc eſt ſi Do-
minicus ea fuerit vſus, & illam mandauerit exe-
cutioni: quod ſi non fecerit, vt mox dicam, po-
teſt Illuſtriſs. Dominus ei ſine peccato contraue
nire. Rui.conſi.13.nu.28.vol.2. conſi.143.num.
20. uol.5.Rip. lib.1.reſponſ.cap.5.nu.3.latiſſimè
Marſ.in pract.crim.§.aggredior,nu.40.verſic.&
89 circa hanc materiam. † Immo non dicitur con
trauentum, ſi vſu vtentium non fuit obſeruata,
Ruin.in dicto conſi.13.nu.27. quia nulla cenſe-
tur, & non conſiderabilis. Pariſ.conſi.104.num.
69.vol.1.conſi.53.num.98. uol.3. Cephal.conſi.
155.nu.16.Quòd autem dicta litera nõ fuerit uſu
comprobata per Dominicum, probatur: nã fru-
mentum quod miſit Piſas, non vti ſuum miſit,
nec in ſatisfactionem crediti fraterni receptum,
iuxta tenorem literæ, ſed illud miſit uti frumen-
90 rum Illuſtriſs. Domini. † Colligitur hoc ex
aliquibus coniecturis veriſimilibus, ad quas re-
curri ſolet, quando dubitatur an merces tranſ-
miſſæ ſint vnius vel alterius, vt decidunt Bal.&
Saly.in l. cum proponas, C.de nau.fœno. quos ſe
quitur Benuenu.Strac.in trac.de mercatu.3.par
te, tit.de nauib.in fi. ex quibus cõiecturis nos ar-
gumentari docet Iur.conſ.in l. qui in prouincia,
§.Diuus, ff.de rit.nup. ſicq; facit Ceph.in not.ca
91 ſu conſi.259.nu.12. † Nec immeritò quia con-
iecturæ apertiſſimam inducunt probationem, l.
ſi quis locuples, ff. de manu.teſta.l. licet Impe-
rator. & ibi Caſtr.Alex.& Iaſ.ff.de leg.1. Pariſ.
conſi.66.nu.61.vol.3. Roland. à Valle conſi.58.
nu.84.vol.3.& per illas quid dicitur euidenter
92 apparere. Bero.conſi.114.nu.17.vol.1. † Quod
ſaltem procedit in his, quæ conſiſtunt in animo,
& occulta ſunt, veluti difficilis probationis: pro
bantur enim coniecturis vt concludunt commu
niter Doctores in c.fi.qui matri.accuſ. poſſ. in c.
2.de conſti.in c.quoſdam.de præſum. Alex.in l.
ſi cui, §.ijſdem, ff.de accuſ. in apoſt.ad Bar.Sena-
93 tus Pedemont.deciſ.71.nu.30. † animum enim
occultum eſſe, & probatione difficilem, ſuade-
ri poteſt ex his, quæ diſertè ſcribit Connanus in
commentar.ſuis.lib.1.cap.2.col.3. Semper enim
vetuſtiſſimi & doctiſſimi quiq; putauerunt ineſ-
ſe diuinum quiddam & cęleſte in animo noſtro,
quem & Cicero lib. 5. Tuſcula. decerptum eſſe
dicit ex mẽte diuina, vt cum nullo alio, niſi cum
ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, poſſit comparari,
qui ſi excolatur, & eius acies ita curata ſit, ut nul
lis cęcetur erroribus, fit perfecta mens, ideſt ab-
ſoluta ratio, quæ eſt idem quod virtus, ut iam
non ſolum diuinus, ſed etiam, vt Euripides au-
ſus eſt dicere, Deus ſit. At rem noſtram proſe-
quendo, prima coniectura eſt, & ſe nobis offert,
quòd in libris Dominici ſiue commiſſarij tem-
pore adminiſtrationis reddituum Maliani, poſi-
ta fuit expenſa tranſmiſſionis dicti frumenti Pi-
ſas ad creditum ipſorum adminiſtratorum, & ad
debitum Illuſtriſſ. Domini, prout habetur in cõ
pendio dandi & habendi in partita ſic loquen-
te. *Et den no hauere lire 2148. per tanti che aſſegna-
no hauer ſpeſi in mandare mogia 200. de grani à Pi
ſa.* Hinc enim colligitur illud frumentum, non
uti proprium Dominici fuiſſe trãſmiſſum Piſas,
quia expenſa quoque ſpectaſſet ad ipſum Domi-
nicum, velut in re ſua facta, ſed dicitur ac præſu-
mitur fuiſſe trãſmiſſum, velut frumentum admi-
niſtrationis Maliani, & ſic pertinens ad Illuſtriſ.
Dominum: vnde voluerunt adminiſtratores
94 expenſam prædictam deducere, † ſicut hæres
deducit expenſam factam in rebus hæreditariis,
vt per Bar. Ang. Caſtr. Alex.& Iaſo.in l. fi. §. in
computatione, C. de iure delib. Emilianus no-
ſter conciuis conſil.15. exemplum ſatis ad rem
noſtram ſimile deducunt Bart.Iaſ.& alii loco ci-
tato. ſi in uendendis rebus hæreditariis ſoluit
aliquid proxenetis vel ſimilibus perſonis: qua-
re ſic in ſolutis vectoribus, & aliis frumẽti factis
à Maliano Piſas, vt in dicto compendio. Secun-
da coniectura eſt non minus efficax præcedenti,
95 † nam cum Benedictus eſſet debitor Domini
ci, ſi Dominicus vendidiſſet illud frumentum
Piſas miſſum pro ſibi ſatisfaciẽdo de credito ſuo
cum Benedicto, utique ipſe Dominicus in libris
ſuis, in quibus apparebat eum habere debere à
Benedicto, feciſſet ab alio latere dictorum libro
rum ſe debitorem de pretio dicti frumenti, cre-
ditoremque Benedictum, & pro eo Illuſtriſ. Do
minum, iuxta morem mercatorum, qui ſcribunt
in libris ea, quæ debẽt habere, & ex aduerſo ſcri
bunt illud, quod dare debent: de quo ſtilo teſta
tur, & quòd referat, declarat Imola in l.1.ad fi.
ff.de ſoluti.quem ſequitur & commendat Alex.
conſi.85.uol.3. Soc. conſi.17.col.2.vol.3. Deci.
conſi.308.in fi. dominus meus Rimin.conſ.35.
nu.16.

nume.16.& conſi.173.nume.1.at iſtud non facit
Dominicus, quod ego viderim,nec oſtendit De
tus; nec oſtendere poteſt,quia non eſt verum, ꝙ
Illuſtriſſ. Dominus pro Benedicto factus fuerit
creditor in libris Dominici de pretio dicti fru-
menti. Ergo datur intelligi,ſurgitque coniectu-
ra maxima,quòd illud venditum fuerit nomine
Illuſtriſs. Domini,& vt ſuum frumentum vigo-
re dictæ adminiſtrationis . Tertia coniectura
eſt,quia Benedictus factus fuit debitor intereſſe
pecuniarum per eum debitarum Dominico, ne
dum pro tempore ante venditionem dicti fru-
96 menti, ſed etiam poſtea decurſo, † prout ex li
bris Dominici conſtare poterit magnifico D. Au
ditori,ſi ſibi faciet eos exhiberi pro eruenda ve-
ritate,vt debet.c.iudicantem.30.q.5.ſi enim fru
mentum miſſum Piſas venditum fuiſſet in ſatiſ-
factionem crediti Dominici cum Benedicto,ceſ
97 ſaſſent interuſuria Dominici: nam † ſolutio-
ne eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.
Inſtit.quib.mod.toll.obli.in princ. & ſine ſorte
interuſuria ſtare non poſſunt. l.4. C.depoſ.qua-
re patet ex prædictis coniecturis Dominicũ non
vendidiſſe dictum frumentum , veluti ſuum ,
ſuóque nomine , ſed uti frumentum Illuſtriſs.
Domini uigore adminiſtrationis prædictæ. Sed
ulterius,cur ad coniecturas recurrimus,cum res
ſit in aperto clariſſima? Inſtant agẽtes Illuſtriſſ.
Domini quòd pretium dicti frumenti ponatur
ad eius creditum in calculo rationum & compu
tuum,conſentit Detus.Hinc ergo tacitè confite-
tur illud fuiſſe uenditum nomine Illuſtriſſi. Do-
98 mini † non poteſt igitur Detus reuoluto man
tello dicere uenditum fuiſſe per Dominicum in
ſatisfactionem ſui crediti cum fratre,& hoc me-
dio a tali confeſſione diſcedere.l.generaliter. C.
de reb.cred.c.per tuas.de prob.c.ſi cautio.de fi-
de inſtru. c. Lotarius, 30.q.2.ſi quidem cõfeſſio
maior eſt quolibet publico inſtrumento,& qui-
buſcunque depoſitionibus teſtium.Bald. conſi.
192.proponitur quòd in quadam ciuitate, col.
2.vol.2.D. meus Rimin.conſi.300. nume.88.ali-
bi dicit. Idem Bald. conſi. 354. quæritur vtrum
in priuata ſcriptura,col.1.vol.3. quòd vbi eſt cõ
99 feſſio, ibi eſt relaxatio omnis probationis. † &
adeo efficax eſt confeſſio partis,quòd iudex non
poteſt eam nullam pronuntiare. Abb. conſi. ul-
timo,colum.fi.vol.1.ſequitur alia ponens Cra-
uet.conſi.61.nu. 3. tantoque magis non poteſt
Detus hoc dicere,cum ſic prętendat frumẽtum
venditum fuiſſe ut ſuum. Quòd verò ponatur
ad creditum Illuſtriſſ. Domini, ſupponat ut il-
lius frumentum venditum fuiſſe, quæ ſunt con-
traria,& quæ allegare non licet. l. 1. C. de furt.
vbi Bar. Bald. Caſtr. Iaſ. & omnes: quare con-
cluditur Illuſtriſſ.Dominum rectè petere pretiũ
dicti frumenti ſui, velut quid pertinens ad ad-
miniſtrationem redditũum Maliani.Nec Detus
ſuper litera Illuſtriſſ Domini ſe fundare poteſt,
cum non fuerit effectum ſortita, manſitq; debi-
tor Illuſtriſſ.Dominus Benedicti, non autem fa
ctus fuit debitor Dominici, ſubindeque Deti lo
co Benedicti, vt ex prædictis apparet.& ita(meo
iudicio) remanet ſolutum quartum dubium in
100 hac re propoſitum. † Quinto loco dubita-
tur occaſione crediti cameræ Ducalis librarum
6432.in Benedictum & Dominicum de Girlan
dariis pro ſpacciis factis in gabella magna Ferra
riæ per totum annum 1565.pro quibus ſe obliga
uit Illuſtriſſ. Dominus de dicto anno,4.Septem.
& illud ſoluiſſe conſtat ex inſtrumentis in cauſæ
productis: quam ſummam petit Illuſtriſſ. Domi
nus in calculo poni, ac de illa rationem haberi
ad creditum ſuum : dicit enim Clariſſ. D. Audi
tor in primis non conſtare ſufficienter quid ipſi
Girlandarii deberent gabellæ prædictæ,cum ta-
men id aſſerens Illuſtr.Dñs probare debuiſſet,l.
101 2.ff.de prob.l.actor,C. eo. † Nec aſſertio of
ficialium de dicta ſumma facta mortuo Domini-
co uidetur ei præiudicare, vel habenti iura ſua,
qualis eſt Detus.c. alteri. de reg. iur.in 6.Secun-
dò quia non conſtat expeditiones factas ad ga-
bellam mortuo Dominico de menſe Octob.di-
cti anni 1565.fuiſſe de ueteribus negotiis,& eo-
rum ſequela dum uiuebat,quia de poſt eius mor
tem decurſis & contingentibus ille non teneba-
tur, veluti uita functus.Tertiò quia partitæ ratio
num gabellæ non ſunt editæ integræ & à capite
datorum,& acceptorum,vt debuerunt. l.argen
tarius,§.1.ff.de eden. ſed ſummatim pro quoli-
bet menſe & pro reſiduo. Et licet ſubſcriptæ fue
rint & affirmatæ per Benedictum, mortuo Do-
minico, tamen præiudicare non potuit Benedi-
ctus ultra portionem ſuam,ut per Dec. in l.ſi ſo
cius,ff.ſi cert.pet.colum.2.poſt Anch.conſi.332.
102 in fi. † Hoc dubium tametſi pulchrum, non
obſtat Illuſtriſſ. Domino,nec eius intẽtioni,quo
niam cum officiales gabellæ deputati ſint de pu
blico ad ſcribẽdum ſpaccia mercatorum in dies
occurrentia, ſine dubio libri ſui faciunt plenam
fidem etiam pro tertio, qualis eſt Illuſtriſſ. Do-
minus, & contra tertium, qualis eſt Detus, ne
dicam contra deſcriptos in eis mercatores, qui
ſpaccia prædicta fecerunt,quales fuerunt Bene-
dictus,& Dominicus Girlandarij: doctrina eſt
Bartoli in l. quædam,§.numularios, ad fi. ff. de
eden. quam Caſtr. Alex. & Iaſ. ſequuntur ibi.
Alex.conſi.179.in princip. volum.6.Soc. conſil.
159.in princ.& conſi.205.col.2.uerſi.tertiò pro-
batur, uol.2. Dec.in c.cum cauſam.col.3. de pro
ba. cum ſimilibus per Crauet.in tract. de antiq.
temp.2.parte, num.230.& ſequen. Ripa in l. ad-
monendi,nume.128.ff.de iure iur.poſt Bertach.
in tract.de gabell.in 2.quæſt.4.partis.Roin.con-
ſi.62.nu.10.vol.5.& Menoch.in tract. de arbitr.
iud.lib.2.centuria prima,caſu.91.nu.11.qui cõ-
munem teſtatur, & loquũtur omnes in libro ga-
103 bellarij, qualis hic proponitur. † Hinc Be-
rous conſi.87.nu.22. uolum.2. dixit librum cam
pionis facere rem notoriam,quia auctoritate pu
blica ſcriptus reperitur, & cum prædictis quoq;
concordat Iulius Ferrettus in tract. de gabell.&
publicanis,nume.591. Accedit quod Illuſtriſſi.
Dominus promiſit pro Girlandariis ſoluere ma
gnificis Factoribus generalibus illud omne,qđ
tunc debebãt,uel deberent in futurum ipſi Gir-
landarij

ſandarii pro negociis & expeditionibus mercan
tilibus factis & faciendis in gabella magna per
totum annum 1565. & hoc fecit Illuſtriſſ. Domi-
nus, vt in inſtrumento legitur, motus precibus
& contemplatione infraſcriptorum de Girlan-
dariis, qui ſunt Dominicus & Benedictus, vt in-
ferius dicitur. præſumitur enim quod illi præſen
tes fuerint, ſi motus fuit precibus & contempla-
tione prædictorum: ſi enim fuiſſent illa verba
duntaxat per Illuſtriſſ. Dominum prolata, remo
tis & abſentibus Girlandariis, Notarius, qui erat
cautus, dixiſſet, motus, vt aſſeruit vel dixit, pre-
104 cibus &c. † Præterea quando promiſſio facta
reperitur in ſcriptura, quæ à communiter acci-
dentibus fieri ſolet inter præſentes, vtique tunc
præſumitur præſentia partis, licèt in ſcriptura
non ſit expreſſa: ita voluerunt eleganter Imol.
& Aret. in l. Titia, §. Idem reſpondit, ff. de verb.
oblig. at à communiter accidentibus fieri ſolent
ſimiles promiſſiones, vt iſta fuit Illuſtriſ. Domi-
ni, præſentibus illis, quorum precibus & contē-
platione fiunt, vt ſæpius in facto ſeruari vidi: me
ritò præſumi debet ipſos de Girlandariis fuiſſe
105 præſentes. † Et hinc aliud ſequitur notatu di-
gnum, quòd Girlandarij ſic audientes, & intelli
gentes Illuſtriſ. Dominum promittere pro eo-
rum debito tunc præſenti, futuroque per totum
annum 1565. videntur illud factum comprobaſ-
ſe, conſenſiſſeque ſic eſſe, prout Illuſtriſſ. Domi-
nus promiſit non contradicendo, prout facere
potuiſſent, vt declarat Bart. in l. filiusfamiliàs, ff.
ad Maced. Mattheſ. notab. 12. Marſil. ſing. 344. &
in mercatoribus, & in ſimili caſu aſſecurationis
106 Dec. conſi. 430. col. pen. in fi. † Confirmatur,
nam vbi in actu requiritur conſenſus, vel diſſen-
ſus, præſens & tacens ſibi præiudicat, tanquam
contumax ſit in reſpondendo, niſi contradicat,
l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de inter. acti. c. ſecun-
do, de confeſſ. in 6. c. 2. de accuſ. eo. lib. ponit Bar
to. in l. quæ dotis, col. pen. & ibi Alexan. ff. ſolut.
matr. Iaſ. in l. patre furioſo, colum. pen. ff. de his
107 qui ſunt ſui. Natta conſi. 567. nu. 9. † vnde ta-
les libri gabellæ magnæ tanto magis fide digni
cenſeri debent, ex quo primordio veritatis adiu
uantur, iuxt. not. per Bar. Caſtrenſ. in l. cū filius,
§. hæres meus, ff. de leg. 2. Caſtrenſ. conſil. 150.
Curt. conſi. 56. col. 5. Gramma. conſi. 30. ad fin.
Fortificantur & iam præmiſſa, nam poſtmodū
domini factores generales abſoluerūt Illuſtriſ.
Dominum per inſtrumentum publicum à libris
6432. in quibus compertum eſt Dominicum &
Benedictum de Girlandariis fuiſſe debitores pro
negociationibus & expeditionibus eorum ad ve
ctigal gabellæ magnæ per totum annum 1565.
ex calculo & ratiocinatione facta per eos cum
capſerio, quia confeſſi fuerunt dicti factores Du
cali cameræ, ſiue dictæ gabellæ fuiſſe ſatisfactum
108 per Illuſtriſ. Dominum. † Cui quidem inſtru
mento ſtandum eſt, quia pro veritate habetur,
nec indiget fori diſceptatione. Bal. in l. Impera-
tor, colum. 1. ff. de ſtat. hom. lect. 1. Iaſ. in l. iuriſgē
tium, §. quod ferè. ſecundo notab. ff. de pact. &
repe. l. admonendi, nu. 135. ff. de iure iur. & par-
tis intentionem fundat, & ſic Illuſtriſſ. Domini,
l. cum precibus, C. de prob. l. deſiderium, C. de-
109 poſ. Ceph. conſi. 289. nume. 10. † Quinimmo
habet vicem deciſionis cauſæ. Bal. conſi. 233. ſi
per inſtrumentum, vol. 1. repetito conſi. 400. vol.
5. Cephal. conſ. 218. in prin. Nec immeritò, quia
inſtrumentum dicitur veritas apparens, & pro-
batio probata, non autem probanda, ut per Bal.
in l. 2. C. quan. fiſ. vel pri. Angel. in l. intereſt. vl
timo notab. C. de ſoluti. Dec. cōſ. 448. col. 1. Rui.
conſi. 118. colum. 2. vol. 4. Roland. à Valle conſi.
58. nu. 6. vol. 2. Senatus Pedemonta. deciſ. 72. nu
me. 4. & (vt paucis multa complectar) inſtrumē
tum facit probationem promptam, manifeſtam,
realem, probatam, euidentiſſimam, liquidam,
certam, indubitatam, & notoriam, vt ex mul-
tis exornat Tiraquel. in tract. de retra. lignagier,
§. 1. gloſſ. 1. nu. 20. cum ſequentib. quem ſequi-
110 tur Roland. à Valle conſi. 75. nu. 19. uol. 1. † Et
per eundem conſi. 57. nu. 3. vol. 3. vbi dicit poſt
Bal. conſi. 215. col. 2. vol. 1. de inſtrumento dubi
tandum non eſſe, ſicut nec de caſu legis. Poſtre
mò nō prætereo ſubſcriptionem Benedicti Gir-
landarij, partitis libri gabellæ per officialem in-
de delumptis, qui Benedictus ſuo nomine & fra
tris Dominici dicit, quòd facto calculo & ſaldo
cum capſerio gabellæ omnium datiorum facto-
rum per eorum bancum ſpacciorum reſtant de-
bitores per totum annū 1565. ſummæ lib. 6432.
111 † hæc enim ſcriptura licet priuata, probat con
tra ſcribentem, qui eam ſcripſit, vt tenent om-
nes in l. 1. C. de eden. & in l. admonendi, ff. de iu
re iur. & cum facta fuerit à Benedicto nomine
ſocietatis initæ Ferrarię cū Dominico fratre ſuo
ſuper ſpacciis prædictis, ut illa loquitur, indubi
tanter ex ea pariter Dominicus obligatus fuit,
ut eſt doctrina Baldi in l. iure ſocietatis, ff. pro
ſoc. quem ſequitur Alexand. conſi. 139. col. 2. uo
lum. 5. conſi. fin. col. pen. uol. 7. & Dec. in l. ſi ſo-
cius, ſub nu. 5. ff. ſi cert. pet. Addo quòd idem Be
nedictus ſuo & fratris nomine fatetur habuiſſe
dictam ſummam ab Illuſtriſſ. Domino, quia pro
miſit eam pro eis dominis factoribus generali-
bus, promittitque illam facere bonam Illuſtriſ.
Domino in eo, quod deberet cauſa expenſarum
affictus Maliani. Quare libri gabellæ magnæ tot
muniti ſunt in hoc caſu noſtro præſidiis, vt de
eorum fide minimè ſit dubitandum, ſicque Gir
landarios de ſumma prædicta fuiſſe debitores
112 pro dictis ſpacciis ad gabellam magnam. † Nam
ſcriptura quantumuis priuata, pluribus admini
culis ſulcita, plenè probat, l. inſtrumenta, & l. ra
tiones, C. de prob. Guid. Papæ quæſt. 441. pro
declaratione. Sicut etiam videmus quòd in om-
ni cauſa tam ciuili, quam criminali, ex pluribus
indiciis, ac præſumptionibus plena ac perfecta
inducitur probatio, gloſſ. in l. 3. §. eiuſdem, ff. de
teſti. Craue. conſi. 175. nu. 2. Marſ. in l. 1. §. idem
Cornelia, nu. 4. ff. de quæſti. Deciſ. Neap. 13. in fi.
& Craue. conſi. 61. col. 4. verſi. & ſunt ſoliti. Ce-
113 phal. conſi. 151. nu. 38. † Et licèt illæ ſubſcriptio
nes Benedicti, factę proponantur mortuo Domi
nico fratre ſuo, ſicque finita ſocietate dictorum
ſpaccio-

ſpacciorum,tamen bene præiudicari potuit hæ-
redibus dicti Domini, ſeu Deto nũc in eius locũ
venienti, tum quia ſocietas erat ſuper ſpacciis
mercium, & earum gabellis, quæ debebantur
ex eis gabellæ magnæ Ferrariæ, quo caſu tranſit
ſocietas in hæredem,l.verum,§. in hæredem, ff.
114 pro ſoc. † Et poſito quòd regulariter ſocietas
finiatur morte,tamen ſicut emolumentum tran-
ſit in hæredem, ſic & damnum,ut ibi dicitur: ſe
quitur vtrunque dictum Ange.Aret.in §. ſolui-
tur. Inſtit.de ſocie.& longè plenius Pariſ. conſi.
82.nu.30.cum ſequen.vol.1.quare ceſſant in ca-
ſu noſtro propoſita in dubiis: & poſito ꝙ par-
titæ non fuerint exhibitæ integræ ac diſtinctæ,
ſed ſummatim, tamen concurrentibus tot aliis
ſufficere debent: quia non eſt veriſimile officia-
lem mentitum fuiſſe de ſumma prædicta, cum in
ſtrumentum abſolutionis, & ſubſcriptionis Be-
nedicti conueniat, & ad ſcopum concordet.
Quamquam ut omnino ſatisfiat integerrimo do
mino Auditori tranſmittuntur ſeparatim ratio-
nes & partitæ dictarum expeditionum, prout
115 exoptat oculata fide videre. † Nec mirum vi-
deri debet, quòd Girlandarij à die promiſſionis
Illuſtriſs. Domini pro eis factæ per totum an-
num 1565.nihil gabellæ ſoluerint pro expeditio
nibus ab eis factis: tolerarunt enim eos officia-
les dictæ gabellæ intuitu,ac reuerentia Illuſtriſſ.
Domini, quod erga alios mercatores non feciſ-
ſent: & qui vult dicere eos ſoluiſſe, probet, l.1.
C. de prob. hoc enim negat Illuſtriſ. Dominus,
& ita remanet omnino ſublatum quintum du-
bium. Venio nunc ad ſextum dubium de ſcutis
819.quos Illuſtriſſ. Dominus petit ad eius credi-
tum poni in computibus,quos habet cum Bene
dicto & Dominico de Girlandariis,& illi ſecum
occaſione adminiſtrationis Maliani, & expenſa
rum per eos ibidem factarum,cuius ſummæ fa-
ctum eſt tale,nam Cappellus Commiſſarius Ma
liani dedit modia 500. frumenti nomine Illuſtr.
Dñi D.Iaſeph. de Nobilibus Lucẽſi,agenti D.
Ludouici & Pauli de Samminiatis, quod Lucã
tranſmiſſum fuit à die 15. Decembris 1565. per
totum 16. Ianua. 1566. qui Samminiati erãt cre
ditores Benedicti Girlandarij de ſumma ſcutó
rum 1809.17.1.de quibus bonos fecerunt dicto
Benedicto ſcutos prædictos 819. ad inſtantiam
Illuſtriſs. Domini, qui id fieri fecit requiſitus à
dicto Benedicto,ut ſatisfaceret dicto Benedicto
& Dominico de eo, qđ eſſent illius creditores ex
cauſa expenſarum affictus Maliani: vnde petit
Illuſtriſſ. Dominus dictam ſummam ſcutorum
819.poni ad creditum ſuum. At in oppoſitum
dubitat Excell. D. Auditor,quia Benedictus du
dum poſtea ſub die 19. menſis Aug.1566. fateri
videtur in ſua receputa dictum frumentum fuiſ-
ſe penes Samminiatos, iamque prius mortuo
Dominico menſe Octob. 1565. ſub eius quoque
nomine ſcripſit extra veritatem, & ſub nomine
ſocietatis Ferrariæ, quæ nihil communionis ha-
bet cum trãſmiſſione frumenti Lucam. Quinim
mo conſtare videtur per liſtam domi. Lodouici
Samminiati frumentum fuiſſe de frumento do-
mini Pauli ſui filij, non autem Illuſtriſſ. Domi-
ni: nec ſtandum videtur aſſertioni Benedicti ſe-
116 cus dicentis. † Ego verò iuridicam & æquita-
ti conſonam puto intentionem Illuſtriſſ. Domi-
ni,ſi veritas facti bene ruminetur,quia ab eo ius
oritur,velut ex fonte,l.ſi ex plagiis,§. in cliuo,ff.
ad leg. Aqui. Rolan. à Valle conſi.29. in princ.
volum.2.& in primis dico quòd frumentum præ
dictum conſignatum fuit Domino Ioſeph No-
bili, velut agenti domini Ludouici & Pauli Sã-
miniati, qui de illo tenebantur computum red-
dere Illuſtriſſ. Domino, cuius nomine Cappel-
lus Commiſſarius illud conſignauerat. hoc in
primis atteſtatur amplè dominus Paulus Sam-
miniatus per ſcripturam manu ſua, & à tribus
teſtibus recognitam ac ſubſcriptam, demumq;
117 à Bonſignorio notario cameræ ducalis, † cui
domino Paulo magis credendum eſt ex eo,ꝙ cõ
tra ſe deponit ad beneficium Illuſtriſſ. Domini:
teſtibus enim contra ſe ipſos loquentibus magis
eſt credendum,l. præſes, C.de ſerui.& aqua. Cra
ue.conſi.6.nu.62. confirmatur hæc fides domini
Pauli per compendium diſpenſationis frumenti
Maliani ſumptum ex libro Cappelli Commiſſa
rij, vbi in partita ſecunda fit debitor Illuſtriſſ.
Dominus de dictis modiis 500. frumenti datis
ſuo nomine dicto domino Ioſeph infra tempus
prædictum: ſicque liber Cappelli,ſcripturaque
118 domini Pauli concordant. † & cum Detus di-
ctas partitas libri Cappelli produxerit & appro
bauerit,probant indubitanter,cum reſultet in-
de confeſſio Deti ſuper contentis in eis, l. cum
precum. C.de lib.cau.l.cum oſtendimus, in fin.
ff.de fideiuſſ.tut. Cardin. in cle. 1.nu. 11. de pro-
cur.Iaſ.in l. quæ dotis,nu.90.ff. ſol. matr.Crau.
conſi.1.nu.11. Senatus Pedemonta. deciſ. 71.nu.
51. Et licet illa partita libri Cappelli nõ dicat,ꝙ
ille domi. Ioſeph de Nobilibus eſſet agens illo-
rum de Samminiatis,in hoc tanquam dubia re-
cipit declarationem per dictam ſcripturam do-
119 mini Pauli Samminiati poſtea factam. † Sicut
enim ſcriptura præcedens declarat ſequentem,
& ab ea recipit interpretationem, l. legatorum,
in fi.ff.de leg.2.l.qui non militabat,§.1.ff. de hæ-
red.inſtit.Crot. conſi.88. nu. 11. pariter econtra
ſequens ſcriptura declarat præcedentem,l.ſi ſer-
uus plurium, in fin. ff.de leg.1. vt contrariorum
ſit eadem diſciplina,l.fi.§. contra quoque, ff.de
legat.3. notant ſcribentes in rubr. ff. de acquir.
poſſ. Accedit quòd Benedictus fatetur in ſcri-
ptura ſua recepiſſe à prædictis Samminiatis ſcu-
tos 819. nomine Illuſtriſſ. Domini retractos ex
frumentis illius introituum Maliani Lucæ uẽdi
tis, & quos ſcutos ſibi ſolui fecit Dominatio
ſua pro debito ſuo, cauſa expenſarum affictus
Maliani, promittẽdo illos eidem facere bonos.
120 † Quæ ſcriptura veluti conueniens ſupra me-
moratis, eas coadiuuat,& ab eis pariter coadiu-
uatur,ut quæ non proſint ſingula,multa iuuent,
ut no. Bal.in l.ſi quis,§.1. ff. de eden. dicens hoc
habere locũ nedũ in diſpoſitionibus teſtium,ſed
121 etiam in ſcripturis,qualis eſt caſus noſter. † &
ideo proditum eſt illud vulgatum,plures proba-
tiones

tiones imperfectas, etiam diuerſæ ſpeciei, quæ tendunt ad vnum, plenè probare: quia coniunguntur ratione fauoris publici, ne facultas probandi reſtringatur, vt notat Bal. in l. ſpadonem, §. qui iura multa, ff. de excuſ. tut. Caſt. conſi. 85. quòd præfata ſententia, circa fi. & conſi. 300. Iudex. Roman. conſi. 8. Imol. conſi 91. viſis. & conſi. 138. q. 1. Alex. conſi. 53. col. 2. vol. 1. Andre. Sicul. conſi. 3. col. antepe. conſi. 7. in princ. & conſ. 25. col. 2. vol. 2. Soc. conſi. 187. col. 6. Dec. in c. cum cauſam. col. fin. de prob. Secundò principaliter ego conſidero quòd idem D. Paulus Samminiatus in allegata ſua ſcriptura teſtatur ſe, patremque ſuum nomine Illuſtriſſ. Domini feciſſe bonos D. Benedicto Girlandario ſcutos 819. cauſa ſaldandi computum cum eo, quem tenebat ille cum ipſis de Samminiatis multo maioris ſummæ, & de quibus ſcutis ſubdit ſibi fuiſſe datum creditum ab ipſo Illuſtriſſ. Domino ad computum pretij dicti frumenti, quod apparet in alia ſcriptura D. Lodouici patris ſui in ultima
122 partita: † nam cum fateatur D. Paulus, qui creditor erat Girlandarij ſibi eo modo ſolutum fuiſſe, ſine dubio ſibi credendum eſt ad beneficium Girlandarij debitoris ſui, ut eſt amplum conſi. Caſtrenſis. 396. in antiqui. quod incipit, Quæritur utrum fideiuſſor. & ita quoque conſuluit Franciſcus Tigrini de Piſis, ut refert & ſequitur ipſe Caſtrenſ. in l. duobus, §. 1. ff. de iureiur. & in l. qui debitorem, ff. de fideiuſſ. dicẽs ſe ita conſuluiſſe Florentiæ, quia confeſſio probat veram numerationem: & ante ipſum tenuit hoc idem Bar. conſi. 160. incip. Titius promiſit. & ſequitur Alexan. conſi. 24. viſo inſtrumento, vol. 1. vnde cum Illuſtriſſ. Dominus erogauerit ſuas pecunias in ſatisfactionem debiti, quod habebat Benedictus ſocius Dominici ſui fratris cũ Samminiatis, conſequens eſt, ut nunc Detus ueniens ex perſona Dominici prætenſi creditoris Illuſtriſſ. Domini cauſa affictus Maliani, compenſare debeat Illuſtriſſ. Domino dictam ſummã pro Benedicto ſocio Dominici ſolutã Samminiatis cũ credito dictorũ fratrũ, quòd Detus prætẽdit cauſa affictus, & adminiſtrationis Maliani,
123 † quia ſummarum hinc inde debitarum fit ipſo iure compenſatio pro concurrenti quantitate, quotiens opponitur, uel à parte petitur, l. ſi conſtat. & ibi gloſſ. & Doctores, C. de compenſ. & eo modo debitum extinguitur, ut per dominum meum Riminal. conſi. 101. nume. 37. opponique poteſt contra ceſſionarium creditoris de eo, quod ſibi debetur ab ipſo cedente, ut notat Cyn. Bald. Angel. & Salyc. in l. eius quod, C. de compenſ. & declarat idem Rimin. meus latius conſi. 69. nume. 3. & ſic Illuſtriſſi. Dominus opponere poteſt contra Detum, qui prætendit habere iura Dominici ad inſtar ceſſionarij de eo, quod ſibi benedictus debet ex cauſa ſatisfactionis illorum de Samminiatis creditorũ. Nec obſtat quòd Benedictus fateatur in ſua ſcriptura frumentum fuiſſe penes Samminiatos, quaſi quòd hoc repugnet partitis compendij libri Cappelli dicentibus, datum fuiſſe Ioſeph de Nobilibus, ſtante quòd dictus Ioſeph erat agẽ: Samminiatorum, ut domi. Paulus clarè teſtatur
124 in atteſtatione ſua. † vnde frumentum datum dicto Ioſeph inſtitori Samminiatorum, cenſetur eis datum, & de eo tenebatur, §. inſtitoria. Inſt. quod cum eo. & l. 1. ff. de inſtit. acti. cum ſimilibus. Benuenut. Stracca in tract. de mercatu. titulo, quomodo in cauſ. merca. proced. ſit. num. 21. poſt Boer. deciſ. 114. Quòd vero Benedictus prædefuncto fratre Dominico ſcripſerit, ſicut ſi viueret. *Noi Domenico & Benedetto Girlandari cõpagni à Ferrara confeſſiamo &c.* paratum habet reſponſum à ſtilo mercatorum, qui ne confundant ſcripturas unius negociationis, uno ſociorum moriente, per aliquod temporis interuallum ſcribunt nomine defuncti ſocij memorato ac expreſſo, ſicut ille viueret adhuc & in huma-
125 nis eſſet: † de quo ſtilo poterit ſe informare D. Auditor, ut ponit Florianus poſt Barto. in l. 3. in fi. ff. de teſti. & Corn. conſi. 277. nume. 5. vol. 3. Poſtremò me parum remouet à prædictis ſcriptura D. Ludouici Samminiati loquens de granis Pauli noſtri, ſentiens ipſe D. Ludouicus non agi de frumento Illuſtriſſ. Domini, ſed de ſuo & filii, ut etiam Detus affirmat: & eſt uerum, quia frumentum illud aſſignatur ſub die 30. Octobr. 1565. at conſignatum Ioſeph Nobili nomine Illuſtr. Domini cœpit à 6. Decemb. dicti anni, & progreditur uſque ad 26. Ianua. ſequentis an-
126 ni. † Vnde talis diuerſitas temporis arguit diuerſitatem rerum, ſicut & diuerſitas perſonarum. l. cum quæritur, & l. & an eandem, ff. de excep. rei iudi. Corn. conſi. 313. nume. 3. uolum. tertio, quoniam in hoc frumento domini Pauli ſubeſt æquiuocatio magna, nam Benedictus non dedit illud D. Paulo, ſed econtra domi. Paulus id dedit Benedicto: ſicque innuit prima partita D. Ludouici dicens, *M. Benedetto Girlandario ſopra il conto de grani de Paulo noſtro dè dare.* Vnde creatus fuit debitor Benedictus illorum de Samminiatis occaſione frumenti eorum habiti, uel eius nomine per eos erogati de ſcutis 900. ut in partita dicitur. at de frumẽto Illuſtriſ. Domini conſignato Nobili nomine & agenti Samminiatorum, pro parte fuit illis ſatisfactum de eorum credito in Benedictũ, faciẽdo bonos ſcutos 819. dicto Benedicto contemplatione Illuſtriſ. Domini: & hoc patet in vltima partita ſcripturæ D. Lodouici Sãminiati, teſtaturq; D. Paulus eius filius, & ipſe Benedictus in eorũ ſcripturis, ita ꝙ omnia uero conſonat. Vnde remanet ex prædictis efficax intentio Illuſtriſſ. Domini ſuper dicta ſumma ſcutorum 819. ponenda ad illius creditum. Septimum & ultimum dubium ſupereſt occaſione refectionis damni paſſi per Illuſtriſ. Dominum in frumento tẽpore meſſiũ diſſipato de anno 1565. culpa & negligẽtia Cappelli Cõmiſſarii & adminiſtratoris tũc deputati per Girlandarios, iã finita eorũ cõductione, de quo damno petit Illuſtriſſ. Dominus haberi rationẽ, & illud ad creditum ſuum poni, ſibique refici. At in contrarium ſurgit D. Auditor dubitando:
127 † Primum præmittens in nemine culpam præ-

ſumi. Barto.in l. exceptionem,colum,2. ff. de fi-
deiuſſ. & maximè in viro bono,qualis proponi-
tur fuiſſe Cappellus per teſtes: Nec diligentia
ſatis exacta requirebatur in eo, ſed qualis in re-
bus ſuis, l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. probarique
debebat talis culpa, quæ deuiaret ab ea diligen-
tia, quam talis conditionis, & profeſſionis homi
nes adhibere ſolerent, vt docet Barto. in l. quod
128 Nerua, ff. depoſ. † immo verò certa, & limita-
ta, ut idem Barto. tradit conſi. 193. & latius Iaſ.
conſi. 116. volum. 1. Secundò dicitur, non eſſe
veriſimile, quòd meſſores meſſem proſterne-
rent, & pedibus peſſundarent, vel abiicerent,
cum nullum inde commodum ſentirent. Nec
Dominico ſiue Cappello cõueniebat eos ſequi
per maritimos agros calore ſolis combuſtos, eo-
rumque lateribus aſſiſtere: nec etiam ſi uoluiſ-
ſent, potuiſſent tot meſſoribus oculos & cuſto-
129 diam eodem tempore adhibere; † vnde con-
tra hæc veriſimilia fortiores & cõcludentes pro
bationes requiri uiderentur. l. non eſt veriſimi-
le, ff. quod met. cau. cap. quia veriſimile, de præ-
ſumpt. Nec refragatur quòd aliqui teſtes aſſe-
rant audiuiſſe Cappellum querelantem quòd
pecuniæ Romam non mitterentur; id enim di-
xiſſe potuit timens eas non eſſe paratas in fine
meſſis ſoluendas meſſoribus, iuxta regionis mo
rem: & cum uixerint præſumuntur alimentati,
l. fi. C. de alim. pup. præſtan. Quin etiam teſtes
ſubditi Illuſtriſſi. Domini, non videntur ob id
130 omnino integri. † Tertiò ſubiicitur quòd li-
bri Cappelli boni uiri reputati, non uidentur
negligendi, ut de rationibus boni uiri ponit
Barto. in l. admonendi, ff. de iureiuran. cum-
que potiſſime per miniſtros Illuſtriſſ. Domi-
nis fuerint accepti, & apud eum repoſiti, viden-
tur ab eo approbati tacito conſenſu ſuo, ut in re
cipiente literas probat Bart. in l. cum tabernam,
§. 1. ff. de pigno. & in l. Titius, ff. de conſti. pec.
& in quolibet actu poſitiuo probat Abb. conſi.
88. colum. 4. uolum. 1. conſi. 7. colum. 6. & conſi.
18 colum. 3. vbi ampliat. uol. 2, & de priuilegiis
apud aliquem repertis notat Aret. conſi. 15. in fi.
131 † Poſtremò non omittitur grando, quæ tunc tẽ
poris fuit in illa regione ſecundum teſtes, cui
damnum potius aſcribi debet (ſi quod adfuit)
ut à communiter accidentibus fieri conſueuit.
l. non hoc, C. unde legi. & cum plura frumenta
perceperit Illuſtriſſ. Dominus illo anno, quàm
retroactis allegatæ culpæ, nõ uidentur aliquod
notabile damnum attuliſſe meſſores, ſicque tan-
dem reſidet clariſſ. dominus Auditor, & à dubi
132 tando deſiſtit in præſenti cauſa. † Quibus tamẽ
minimè repugnantibus Illuſtriſſ. Dominus & in
hoc articulo debet, ut ſperat, obtinere permit-
tendo ꝙ adminiſtrator de negligentia tenetur,
nam qui ex officio obligantur, ſi negligenter ſe
habeant, in dolo præſumuntur. Anchar. conſi.
158. ex narratis in facto, col. 6. Soc. conſ. 2. col. 2.
Craue. conſi. 132. nu. 4. Alciat reſpon. 319. ad fi.
& Menoch. in tract. de arbitra. iudi. lib. 1. centu-
3. caſu 209. nu. 33. ubi dicit adminiſtratorem te-
neri reddere rationem fructuum per negligen-
133 tiam non perceptorum. † Secundò præmitto,
ꝙ ubi factum uel aliquod onus iniungitur ali-
cui, negligentia talis, cui facta fuit commiſſio no
cet committenti. l. ſi procuratorem, §. ſi tutores,
ff. mand. & notat Bar. in l. 1. §. ſi procurator, ff. ſi
quis ius dic. quia negligentia, & factum illius
cenſetur negligentia, factumque committentis,
vt ibi: traditque D. meus Rimi. conſi. 33. col. 1.
134 † Idque procedit etiam in adminiſtratore ciui
tatis, cuius negligentia præiudicat ciuitati. l. ad-
uerſus, C. de uſur. Barto. in l. Imperatores, ff. de
pact. Cur. iun. conſi. 60. nu. 15. Immo plus etiam
conſtitutum fuit, quòd adminiſtrator nedum te
neatur de negligentia ſua, ſed etiam de negligẽ-
tia alterius ſubadminiſtratoris ſui. l. ad commen
tarienſem, C. de cuſtod. & exhib. reorum. l. 5.
ff. ad l. Iul. de ui. Bald. & Iaſ. in l. periculum, ff. ſi
cert. pet. ſub nu. 1. ſicut exempli gratia mercator
tenetur de facto ſui inſtitoris, Capici. deciſ. 180.
nu. 3. Mod. Ferrar. in l. eandem. in princ. nu. 164.
ff. de duob. reis. Ex his ita præmiſſis infertur, ꝙ
cũ adminiſtratio redditũ Maliani cõmiſſa fue-
rit Girlãdariis per Illuſtriſſ. Dñm quamprimũ
renuntiarent affictui, prout in capitulis affictus
ſupra concluſum fuit, illique Cappellum in e-
ius ſubadminiſtratorem deputauerint ex facul-
tate ſibi conceſſa pariter in eiſdem capitulis, il-
leque fuerit in negligentia, prout ſtatim proba-
bitur; ſequitur quòd de illa Girlandarij teneri
debent ſicut de propria. Quòd autem Cappel-
lus in negligentia fuerit, aſſumo teſtes Illuſtriſ.
Domini: nam meſſores, quos appoſuit, totum
frumentum non amputauerunt debito tempo-
re, quod ob id nimis aruit, & in terram cecidit:
ita primus teſtis ibi, *& più della metà ſe ne ſegor-
no fuori di tempo.* Item ſecundus ibi, *& crederà be
ne che pure in qualche indugiaſſi, & che ſi reteneſſe il
fine della metitura per difetto di denari.* Quintus
quoque clarè dicit, *uide che i ſegatori ſtauano al-
la terra & non ſegauano, perche non erano pagati:
& in tanto i grani caſcauano.* Sed & ſextus dicit,
*che per il mancamento de danari, la ſegatura delli
grani andò in longo, & per queſto molti grani, che era
no ſtraſecchi, nel ſegare poi ſi ſgranorono, & ne caſca
uano aſſai;* & paulo inferius ſubdit, *& che queſti*
135 *grani furono ſegati tardi, & doppo li altri.* † Hæc
certè non niſi magna negligentia Cappelli dici
potuit, quæ culpa eſt. l. magna, ff. de uerbo. ſi-
gnifi. Ceph. conſi. 335. nu. 20. Plotus in l. ſi quan
do, nu. 216. C. unde ui. & quidem lata, prout eſt
non intelligere id, quod omnes intelligunt, l. la-
tæ, ff. de uerb. ſign. Lippis enim ac tonſoribus eſt
notiſſimum, ſpicas nimis aridas effectas ex pro-
craſtinatione eas præcidendi, per ſe ipſas in ter-
ram grana proiicere. Igitur Cappellus, qui ex
adminiſtratione ſibi conceſſa per Girlandarios
tenebatur hoc opus meſſis oportuno tempore
adimplere, cœpitque, ſed non perfecit, non dici
tur impleuiſſe, iux. not. per Bal. in l. ſi quis hære-
dem, circa fi. uerſ. itẽ facit ad quæſtionẽ, C. de in
136 ſti. & ſubſt. † ubi dicit ꝙ ſi maritus inſtituit uxo-
rẽ hæredem ſub conditione, ſi accipiet tertiũ or
dinem S. Franciſci, ſi quidẽ illum habitũ mulier
accepit,

accepit, ſed non perſeuerauit, non debet habe-
re hæreditatem, quia non dicitur conditio-
nem impleuiſſe: ſequitur Dec. conſi. 177. colum.
137 fina. dans aliquod exemplum † de conditione
alicui impoſita ſtudendi in legibus, nam intel-
ligitur ita, quòd perſeueret, & gradum Docto-
ratus conſequatur, aliàs non dicitur impleta
conditio: quare ſic & in propoſito noſtro dici
debet ad vnguem, hincque nomine negligen-
tiæ ac culpæ Cappellum grauiter notari poſſe.
138 † nam qui permittit labi tempus, nec fecit
quod in tempore facere debebat, in culpa fuiſ-
ſe dicitur, vt eſt doctrina Baldi in extraua. ad-
dit. ad Speculat. in titulo de appella. colum. 10.
ad finem. verſicul. in culpa, quem refert & ſe-
quitur Emilian. conſil. 62. nume. 4. Accedit
quod ijdem teſtes vnanimiter dicunt de ſegeti-
bus in campo dimiſſis per meſſores, & ut vulga
riter dicunt, *d'vn gran ſtratio de grani, perche
non erano pagati*. Et ut inquit in ſpecie ſextus,
*credo, che faceſſino coſi, perche non haueano dena-
ri, & per ſegare piu preſto, perche haueano pro-
meſſo ſegare fin 15. giorni: & per eſſere pochi homi-
ni, non li potea riuſcire: & li ſocij laſſauano fare,
perche non li haueano intereſſe*. Sicut & addunt
omnes teſtes de beſtiis vaccinis & bufalinis
eas ſegetes commedentibus ob nullam curam
in eis repellendis, & inſuper de nonnullis, qui
eas furto ſurripiebant & clanculum triturabant
in ſuos vſus eas vertentes. nam cum adhæc om-
nia impedienda poterat Cappellus oportunis
remediis vti, cum eundo, tum mittendo ſuper
extantes, nec quicquam fecerit, licèt certiora-
139 tus, vt ſextus teſtis aſſerit, † vtique dicitur
in negligentia fuiſſe: quæ quidem arguitur in
eo, qui cum remediis oportunis ad actum vti
poſſet, id non fecit, vt tradit Socin. conſi. 273.
colum. 4. volum. 1. quem refert & ſequitur Cra
uet. conſi. 112. ſub nume. 4. Augetur tanto ma-
gis fides teſtium prædictorum de abuſu ſege-
tum, quia meſſores non erant ſatisfacti, nam
conſtat ex liſtis panis, caſei, carnium ſali-
tarum, vini, & id genus, vt dicitur datorum
meſſoribus, quòd ſerò nimis illis ſuccurſum
fuit, cum dictæ res proponantur datæ nonnul-
lis die 20. 23. & aliis 26. & 30. Iunij, dandæque
primo Iulij, & tamen ipſi teſtes dicunt quòd
10. Iunij meſſes & inciſiones frumenti incipiunt
in dictis locis, quòd & alibi communiter obſer-
uari conſueuit. Vnde meſſores prædicti viden-
tes, quòd eis non prouidebatur de neceſſariis
ad victum, prout moris erat, nolebant ſecare, &
ſecantes ſegetes peſſundabant, ac in agris eas
dimittebant, & illis abutebantur, vt aſſerunt
teſtes ſupra commemorati. Et licet forſan ali-
quas pecunias habuiſſent à dicto Cappello ſub
8. die Iunij, de quibus in duobus inſtrumentis
legi, tamen cum ſegetibus ſecandis haberent
incumbere, non poterant annonam ſibi com-
parare, Malianum eundo, vel alibi, vbi vena-
lis eſſet: vnde neceſſitatibus ſuis non fuerat o-
140 portunè prouiſum, vt debebat. † Immo verò
hinc culpa maior Cappelli deprehenditur ine-
ptè & imprudenter dantis illas pecunias in agro
mox futuris quàm ſi non dediſſet, vt per Anch.
conſi. 362. de viribus aditionis, col. 1. Crau. con
ſi. 8. nu. 28. demum verò meſſem expediuerunt
poſt obſonium illis datum, ſed ſera nimis expe-
ditio ſecandi fuit ob ſegetes nimis aridas, quæ
per ſe & motu manuum ac perſonarum eas tan-
gentium excidebant in terram, nec incluſæ ſpi-
cis & latebris ſuis contineri poterant. Quare di
141 ci poteſt aduerſus Cappellum, † ſerò nimis ſa-
piunt Phryges, cum debuit in tempus occurre-
re, non autem poſt illatum vulnus medelã adhi
bere, contra tex. in l. 1. C. quan. lic. ſe ſine iud.
vindi. Et ex his ceſſant in effectu quæ deducun-
tur in dubiis, tamen particulariter reſponden-
do ſigillatim, dico circa primum culpam quidẽ
nõ præſumi regulariter, quãdo ſumus in dubio,
142 † nam ſumitur interpretatio per quam exclu-
ditur præſumptio culpæ. Ang. in l. ſed ſi damnũ,
§. 1. ff. de pecul. Craue. conſi. 151. nu. 28. ſed quan
do ſumus in claris, non eſt opus coniecturis. l. cõ
143 tinuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. † nam præ-
ſumptio veritati cedit. l. fi. ff. de prob. Ceph. con
ſi. 272. nu. 12. Emili. conſi. 73. nume. 19. & à veri
tate ſeparatur. l. in rebus. C. de iure dot. Socin.
conſi. 164. colum. 5. uerſic. ad hanc obiectionem,
vol. 2. Pariſ. conſi. 29. nume. 44. vol. 2. Roland. à
Valle conſi. 99. nu. 11. vol. 1. at negligentia, ſic-
que culpa manifeſta Cappelli probata eſt, & ſu-
pra deducta, quæ Girlandariis attribuitur, vt
propria: meritò ceſſat præſumptio non culpæ.
Quod verò Cappellus eſſet vir bonus, non tol-
lit quin negligens fuerit circa meſſem fructuum
Maliani & Illuſtriſſ. Domini, vnde nil prodeſt
Deto Cappelli probitas in genere probata, ſtã-
te negligentia dicti Cappelli particulariter, &
144 in ſpecie iuſtificata, † prout videmus quòd pro
bata alicuius bona vita & fame in genere, non
prodeſt ſi eiuſdẽ mala vita & fama in ſpecie pro-
bata ſit, ut per Roma. conſ. 167. in fi. poſt Imol. in
c. inquiſitio. & in c. cum oportet. de accuſ. Marſ.
in l. de minore. §. plurium, nu. 100. ff. de quæſt. in
pract. Crim. §. diligenter, nu. 193. conſi. 3. nu. 22.
& conſ. 44. nu. 21. Boſſi. in tit. de inquiſiti. nu. 35.
Rolan. à Valle conſi. 7. nu. 52. vol. 1. & Horatius
Mandoſius Romanus in apoſtil. ad Rom. loco ci
145 tato. † Nam & hoc eſt regulare, ꝙ probationes
in ſpecie præferantur probationibus in genere,
vt voluit Innoc. in c. auditis. de præſcr. ſequitur.
Alex. conſ. 76. col. 4. vol. 1. conſ. 88. col. 6. & conſ.
150. col. 5. vol. 5. Grau. conſ. 153. nu. 11. D. meus
146 Rimi. conſ. 92. nu. 3. † ſicut etiam præſumptio
in ſpecie tollit præſumptionem in genere. Bal. in
l. ſiue poſſidetis, C. de prob. Alex. in d. conſi. 76.
conſi. 62. in caſu, col. 3. vol. 3. conſi. 150. col. 7. uer
ſi. præterea, uol. 5. Pariſ. conſ. 29. num. 87. vol. 2.
Soc. iun. conſi. 128. nu. 230. uol. 1. D. meus Rimi.
conſi. 128. nu. 2. Nec obſtat quòd aliqui teſtes di
cant, ut tertius & quartus, credere quòd abuſus
dicti frumenti fuerit contra voluntatem Cap-
147 pelli, ſiue non fuerit cum eius conſenſu, † quo
niam utcumq; fuerit cum culpa fuerit per eum
admiſſa, teneri debuit de eo, quòd euenit

etiam præter eius propoſitum, l. qui occi-
derit, §. in hac quoque, ff. ad l. Aquil. l. quo-
niam multa, C. ad l. Iul. de ui. & ponit Natta
conſil. 79. nume. 7. Nihil etiam facit dicere ſa-
tis fuiſſe Cappello eam diligentiam adhibuiſſe,
148 qualem in ſuis rebus. † Lex enim ſocius ſo-
cio, procedit in ſocietate, in qua proditum eſt ſo
cium ſocio de negligentia non teneri, vt ibi
[parum diligentem ſibi ſocium acceperit, de
ſe queri debet.] at in adminiſtratore ſecus eſt
conſtitutum, qui bene de negligentia tenetur,
vt ſupra probaui, & ob id negligentia & mala
adminiſtratio, quæ in bonis propriis toleratur,
in alienis coercetur, iuxta not. per gloſſ. & Do-
ctores in l. ſi conſtante, §. ſi maritus, ff. ſolut.
matr. & ita concludit in terminis & eleganter
Socin. iun. conſil. 148. nume. 42. volum. 1. Quòd
autem dicitur talem culpam debuiſſe probari,
quæ deuiaret à diligentia aliorum hominum ſi-
milis profeſſionis, profectò cócurrit & verifica-
tur in caſu noſtro: nam cui dubium quòd alius
adminiſtrator præpoſitus ad curam tantorum
reddituum Maliani, abſentibus Girlandariis
partim Romæ, partim Ferrariæ commoranti-
bus diligens fuiſſet circa meſſem ſæpius & in
dies mittendo famulos, factores, aut alios, &
eundo quoque perſonaliter ad videndum, nun-
quid illi meſſores bene ac diligenter procede-
rent in ſecando ſegetes, vt in inſtrumentis pro-
miſerant? certè quilibet recti ſenſus ita dice-
149 ret & iudicaret. † Immo verò & in propria
meſſe quis diligens paterfamilias idem feciſſet,
cum non ſit præſumptio quempiam velle iacta-
re ſuum, l. cum de indebito, ff. de proba. ergo
ſi Cappellus non fecit in aliena meſſe ſibi com-
miſſa, quod in propria feciſſet quis diligens
eius patronus, negari non poteſt quin in cul-
pa fuerit, ut per Bald. conſil. 404. volum. ſe-
cundo. Roma. conſi. 426. ſecun. & tertio du-
bio. Crau. cóſi. 97. col. 2. cum ſimilibus. Et do-
mi in Caſtro Maliani remanente Cappello, nec
foris exeunte, nec ad agros ſe transferente, ut
dicunt teſtes, dicitur deuiaſſe ab ea diligentia,
quam adhibuiſſent alij talis profeſſionis, hoc
eſt qui ſimilem adminiſtrationem præ manibus
150 habuiſſent. † Et quod dicitur de culpa cer-
ta & limitata probanda per Bar. & Iaſ. citatos
in dubiis concedo, quoniam & idem firmat
Alexand. conſil. 3. viſo proceſſu, colum. 2. vo-
lum. 4. conſi. 136. colum. penult. volum. 7. Dec.
conſi. 430. colum. 1. conſil. 562. nume. 11. Crau.
conſi. 8. nume. 20. conſi. 151. num. 11. Ruin. con-
ſi. 12. in princip. conſi. 93. nume. 8. volum. 5. Sed
dico quòd certa, limitata, & in ſpecie probata
fuit, tum quòd nimis ſerò finita fuit meſſis, ob
quod grana ceciderunt in terram, quòd meſſo-
res abuſi fuerunt ſegete, eam pedibus ſubiicien
do, quòd à beſtiis ſine cuſtode vagantibus cor
roſa fuit, & ab aliquibus etiam ſubtracta: quæ
omnia & ſingula per incuriam Cappelli conti-
gerunt. At dicere quòd hæc non ſunt uériſi-
milia, certè ſi duntaxat allegarentur, tolerari
poſſet: ſed cum probentur, non uideo cur ad-
mitti non debeant, & maximè per plures te-
151 ſtes comprobata, † quorum numerus etiam
ſupplet qualitatem, tollitque defectum ſubie-
ctionis allegatæ, vt tradunt Bartol. Butrig. &
Florian. in l. 3. princip. ff. de teſtib. Ioan. Andr.
in titul. de noto. crimin. §. fama. in addi. Specul.
in verſi. alias ſupra. Imola in l. qui teſtamento,
in princip. ff. de teſta. Alexand. conſi. 5. volum.
1. Ioan. de Amic. conſi. 25. nume. 3. dominus
meus Riminaldus conſil. 143. nume. 6. ubi in
apoſtil. alios aggregaui: quibus addo nunc Cro
tum in tractat. de teſtib. nu. 193. Ioan. de Amic.
conſi. 8. nume. 37. conſil. 52. nume. 3. & 4. con-
ſil. 61. nume. 20. Marſil. ſingul. 68. nume. 29. &
conſil. 113. nume. 33. Immo verò valdè veriſimi
lia ſunt, quæ deponunt ipſi teſtes de ſegetum
abuſu per meſſores facto, quia cum promiſiſ-
ſent illud opus abſoluere infra 16. dies accuratè
& arbitrio boni viri, ut cantant inſtrumenta ſu
per hoc, & eſſent pauci ut inquit ſextus teſtis,
non poterant in termino præſcripto, niſi fru-
mentis abutendo, rem expedire, rurſus cum
ſocij, hoc eſt laboratores ſic in illis partibus ap-
pellati, non haberent in frumentis aliquod in-
tereſſe, quoniam Illuſtriſſ. Dominus ob eius
credita cum illis, partem eorum ſibi uendica-
uerat, non curabant ſegetes cuſtodire, & à be-
ſtijs & furibus conſeruare; vnde & à beſtiis,
& à furibus ea depredabantur, vt amplè depo-
nunt teſtes, quæ facta non fuiſſent adhibita cu-
152 ra & diligentia, † vt experientia docet rerum
magiſtra. Corn. conſil. 144. nume. 4. volum. 2.
quibus veriſimilibus ita ſtantibus admittuntur
ſubditi teſtes pro Domino Bald. conſi. 468. qua
liter probentur, nume. 7. volum. 3. Immo ue-
rò paſſim uolunt eos admitti. Alexand. conſil.
88. colum. 4. verſicu. item non obſtat, vol. 5.
Crot. in tractat. de teſtib. nume. 184. & Hie-
ron. de monte in tractat. de finib. reg. capi.
58. nume. quarto. Vlterius circa libros Cappel-
li de expenſis factis pro colligendis ſpicis poſt
terga meſſorum relictis, aut aliis circa meſſem
neceſſariis, cauendum eſt ne nimis eis indul-
geamus, eorumque fidem præter iuris tramites
153 augeamus, † cum ad minutas ſummas re-
ferri ſoleat, non ad magnas, de quibus agunt,
ut per Ripam poſt alios, quos citat in l. admo-
nendi, nume. 126. ff. de iureiuran. & Doctor.
in l. prima, C. de edend. tum quòd poſt que-
rimonias magnas Illuſtriſſimi Domini ad au-
res Cappelli delatas de ſegetum abuſu, potuit
ille tales libros conſcribere, & expenſas in eis
154 ponere: † quare non probant, ut de teſtibus
dici ſolet, qui audiuerunt ab aliquo quicquam
dici poſt litem motam, qui nec quidem præ-
ſumptionem faciunt, cum ſic in fraudem dici
potuerit, ut ponit Archid. in ca. 1. 35. q. 6. Deci.
conſi. 82. col. 1. Pariſ. conſi. 53. nu. 11. uol. 4. Curt.
iun. in l. 1. nume. 59. ff. ſi cert. pet. Crauet. conſil.
112. nume. 12. Quin & tales impenſæ (ſi uerè
factæ ſunt) nó toti morbo, ac illato dãno cóſulue
rũt, ut granis in terram delapſis magni momẽti,
pp ſpicas nimis aridas, & à beſtijs depopula-
tas.

tas. & à furibus oblatas, & ſic in omnem e-
155 uentum Detus ſuccumbere debet. † Nec in approbatione dictorum librorum, tacitoque conſenſu Illuſtriſſimi Domini per eorum receptionem fundamentum ſolidum fieri poteſt ex allegatis in dubiis, quibus addendi ſunt amplè cumulati per Marſi. ſingul. 344. & inſuper dominus meus Riminaldus conſil. 156. nume. 9. quia loquuntur Doctores in recipiente literas, & eas legente: ita quòd inde ſcientiam habet contentorum in eis. nam videtur ex hoc approbare non contradicendo, uidens & ſciens illud quod tendit ad eius præiudicium, & tamen ta-
156 cet. † At hoc non ita ſatis adaptatur caſui noſtro circa recipientem libros alicuius adminiſtratoris, in quibus adſunt rationes & computus hinc inde debitorum & creditorum, nam quis eos recipiendo non uidetur opprobare, ſed retinere, vt eos videat, an in eis contenta vera ſint. Ita limitando voluit egregiè Veronenſ. cautel. 9. pone quòd filius. Præterea ſi recepti fuerunt dicti libri mortuo iam Dominico, de quo ad veritatem facti me refero, non obligarent pariter recipientem: nam ratio, qua ſcriptura ad alium miſſa, probat contra recipientem, & legentem eſt, quia ille dicitur abſenti loqui, quod de mortuo dici non poteſt, cum quo quis
157 loqui non poteſt: † ideo non inducitur obligatio nec approbatio. Ita ſingulariter uoluit Innocen. in capit. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſta. Butri. in capit. fin. de confeſſis, & Roman. in l. nuda, nume. 12. ff. de dona. & vtranque limitationem ſequitur Dec. in capit. ſecundo, nume. 15. de fide inſtrumen. Poſtremò reſpectu grandinis allegatæ, quæ Maliano fuiſſe dicitur dicto anno menſe Maij & Iunij, quoniam dicunt teſtes eam fuiſſe per tranſennam dicentes, *venne vna paſſata di tempeſta*, non eſt credendum quòd inde damnum contigerit, nec talis probatio concludit, grando uenit, ergo damnificauit, dicta l. non hoc, l. neque na-
158 tales, C. de proba. † Et aſſerenti damnum inde cauſatum incumbit onus probandi, l. ei qui l. in exceptionibus, ff. de probatio. tradit Bald. conſil. 329. caſus talis eſt, volum. primo. Corn. conſi. 128. colum. penult. uolum. ſecundo. Pariſ. conſil. 38. colum. 2. uolum. 1. unde uana redditur in hoc, ſicut & in cæteris prætenſionibus ſuis intentio Deti: ſolidiſſima uerò Illuſtriſſi. domini Cornelij, pro quo uenit iudicandum, ut ſpero, pro ſumma doctrina clariſſ. D. Auditoris, cui me, cauſamque præſentem plurimum commendo.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

Pro Illuſtriſſ. Domino Cornelio Bentiuolo equite ſacri ordinis chriſtianiſſ. Regis, & Excellentiſſ. Ducis Ferrariæ Locumtenente.

## ARGVMENTVM.

Adminiſtrator bonorum nunquid teneatur inuentarium facere & exhibere, aliàs poſſit in litem iurari aduerſus eum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtratores omnes non tenentur inuentarium facere.*
*Sed contra per auctorem. 3.*
*Primumq́ dictum declaratur, quomodo & quando procedat. 9.*
2 *Conſuetudo non conficiendi inuentarium, excuſat ab eo.*
4 *Iuratur in litem inuentario diminutè facto, vel obſcurè.*
*Multoq́ magis eo non facto.*
*Vel ex interuallo facto defectiuo. 5.*
*Et id, etiam ſi res habuerit communes cum alio. 6.*
6 *Adminiſtrator debet inuentarium facere, licet res habeat cõmunes cũ eo, cuius bona adminiſtrauit.*
*Et eſt communis opinio. 7.*
*Et immobilia per ſitum & coharentias in inuentario ponere debet. 8.*
10 *Pater adminiſtrans bona filij, quando teneatur, uel non, conficere inuentarium.*
11 *Argumentum à ſpeciali validum.*
12 *Adminiſtrator, ut excuſetur ab inuentario non confecto, probare debet non extitiſſe bona ab initio.*
13 *Negatiua probari debet ab eo, qui ſe fundat in ea.*
*Tantoq́ magis ubi quis habet præſumptionẽ cõtra ſe.*
14 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio.*
15 *Adminiſtrator non conficiens inuentarium, habet præſumptionem contra ſe.*
16 *Probatione duriore grauatur habẽs præſumptionem contra ſe.*
17 *Qualitas adiecta verbo, regulatur, ſecundũ tempus uerbi.*
18 *Verbis enunciatiuis non ſtatur inter partes, quando principaliter ſuper eis dubitari contingit.*
*Niſi iuramentum intercesſerit. 19.*
*Vel ab inſtructo & ſciente prolata fuerint. 20.*
*Aut per modum cauſæ dicta fuerint. 21.*
*Et ſaltem faciunt præſumptionem, cui ſtatur non oſtenſo contrario. 22.*
23 *Inuentarium vnde dictum.*
24 *Inuentarium mox fieri debet, quamprimum poteſt.*
25 *Factorum ruralium cura, qualis.*
26 *Conſuetudo, velut facti, probari debet.*
*Et in ſpecie, non autem in genere. 27.*
28 *Notorium eſſe, uel non, ubi dubitatur, probari debet.*
*Et multa notoria dicuntur, quæ non ſunt. 29. 31.*
29. *Nullitas non dicitur notoria, quæ diſputatur.*
*Et ſententia declaratoria requiritur, & citatio partis. 31.*

## CONSILIVM. LIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DOMINVS Ioannes Peregrinus Ser
chius, vertente lite inter eum & Il-
luſtriſſ. D. Cornelium Bentiuolũ
equitem ſacri ordinis Chriſtianiſſi
mi Regis, & eminentiſſimi Ducis
Ferrariæ Locumtenentis ſuper adminiſtratione
temporis, quo fuit ipſe dominus Io. Peregrinus
Locumtenens dicti Illuſtriſſ Domini in ſua ter-
ra Maliani, cõdemnatus fuit per magnificos D.
Factores generales ad exhibendum libros & in-
uentarium ſpectantes ad dictam adminiſtratio-
nem, à qua ſententia cum appellauerit excel-
lens nouus conſultor dubitare videtur, eum ad
exhibendum dictum inuentarium non teneri.
Licet enim adminiſtratores teneantur reddere
1 rationem, † non tamen omnes tenentur in-
uentarium conficere: id enim primo ſentit Cu-
man. conſi. 88. circa medium, ſecundoque ra-
tione comprobatur: nam inuentarium dicitur
quòd inuenta deſcribantur in eo. gloſſ. in cle-
men. quia contingit, §. illi. de religi. domi. &
in l. tutor, qui repertorium. in princip. ff. de ad-
mi. tut. Igitur quotiens adminiſtrator à prin-
cipio bona non inuenit, ad inuentarium non
tenetur, velut ad impoſſibile, l. impoſſibilium,
ff. de regul. iur. cui rei datur exemplum in facto
ribus, ad quorum manus à principio nihil ob-
uenit, ſed in dies poſtea: non enim conficiunt
inuentarium, ſed librum rationum tantùm.
2 † Acceditque conſuetudo notoria non confi-
ciendi inuentarium, quæ debet eum excuſare,
ſecundum Barto. in dicta l. tutor, colum. 3. ver-
ſicul. item ſi conſuetudo, cum ſimilibus per
Plotum in l. ſi quando, nume. 383. C. vnde vi,
& Porcelli. in tractat. de inuenta. quæſtio. 1.
num. 13. quare ſi non tenetur ad illud conficien
dum, nec ad exhibendum: ſicque videtur fuiſ-
3 ſe malè iudicatum. † Quibus tamen non ob-
ſtantibus, ſecus eſt de iure dicendum, ſenten-
tiaque confirmari debet ad vnguem: moueor
in primis ex doctrina Baldi conſil. 137. quædam
vidua, nume. 5. volum. 5. vbi dicit quòd omnis
negociorum geſtor tenetur reddere rationem,
ſed caput rationum eſt inuentarium, vnde om-
nis negociorum geſtor tenetur facere inuenta-
rium: idque concludit Bald. in auia paterna eo
loco. Idem tenet Sociu. conſil. 46. colum. 1. &
2. volum. 1. vbi facit eandem regulam de nego-
ciorum geſtore, qui tenetur reddere rationem
multis perſonis, id exemplificans: poſtea con-
cludit quòd ſi non fecerit inuentarium de bo-
nis, prout tenebatur, contra eum iuratur in li-
4 tem, & alijs pœnis tenetur, vt per eum. † qui
concordat in eandem concluſionem conſi. 213.
col. 2. vol. 2. & arguit à fortiori: nam ſi iuratur
in litem, quando confecit inuentarium, ſed di-
minutè, quia res omnes non poſuit in eo, vel
obſcurè, ſecundum Barto. in dicta l. tutor. col.
penul. multo magis quando non confecit inuen
tarium. authen. multo magis, C. de ſacr. ſanct.
eccle. Idem quoque clarè tenet Dec. conſi. 178.
colum. 1. vbi loquens de quolibet adminiſtra-
tore, qui tenetur reddere rationem, l. 1. §. offi-
cio, ff. de tut. & rat. diſtr. quem textum Iacob.
de Are. & Bald. extendunt ad quemlibet alium
adminiſtratorem, ſicut & alij plures cumulati
per Dec. ſubdit quòd in tali ratione adminiſtra
tionis primò inueſtigatur, quòd fecerit inuen-
tarium antequàm adminiſtrationem ſuſciperet,
prout tenetur, dicta l. tutor. & l. rationes, eod.
5 titu. † Et in patruo loquens. idem concludit
Dec. conſil. 192. colum. 1. & præter eum Ruin.
conſil. 29. nume. 13. uol. 5. vbi loquens de quoli-
bet adminiſtratore concludit eum teneri, ſi ſta-
tim non confecit inuentarium, & in eo quod ex
interuallo fecit omnes res non poſuerit: & cum
prædictis etiam concordat Roland. à Valle con
ſi. 49. col. 1. & 2. uol. 1. ſicut & Menochius in tra
ctat. de arbitra. iudic. lib. 2. centuria 3. caſu 208.
nume. 19. vbi præmiſſa regula, quòd quilibet
adminiſtrator tenetur librum rationum redde-
re, extendit ad Inuentarium, quod etiam ſi con
feciſſet, ſed inordinatè, contra eum in litem iu-
6 rari poteſt, vt plenius per eum. † Quare pa-
tet hanc concluſionem tot auctoribus eſſe ſufful
tam, quòd non eſt vlterius laborandum. Addo
tamen ex abundanti Pariſium conſi. 25. num. 45.
vol. 1. dicentem, quòd officium adminiſtratoris
eſt inuentarium facere de rebus illius, quas gu-
bernat & regit. l. fin. C. arbi. tut. quod etiam
procedit, quando talis adminiſtrator haberet
res communes cum illo, cuius bona adminiſtrat,
ſecundum Corneum conſi. 196. ad euidentiam,
volum. 3. demumque Plotum in dicta l. ſi quan-
do, num. 194. ubi dans exemplum de multis, de-
mum ſubdit, & denique omnes negocia aliena
vel communia adminiſtrantes tenentur redde-
re rationem, iuxta ſacrum verbum Euangelij,
redde rationem villicationis tuæ, & quia caput
rationis reddendæ, eſt exhibere inuentarium,
ac librum rationum, quòd tenentur ad om-
nem requiſitionem illius, cuius res vel negocia
fuerunt adminiſtrata, exhibere inuentarium
ac librum rationum quotidianarum, ex quibus
7 conuincuntur, † aliàs poterit in litem iurari
contra eos, vt per eum ibi, qui concludit hanc
eſſe veram & communem opinionem Docto.
deinde nu. 137. ſubiungit quòd inuentarium
quorumlibet adminiſtratorum, qui ad illud
conficiendum tenentur, debet eſſe candidè,
clarè, liquidò, ſigillatim, ac diſtinctè confe-
ctum, vt abſque alia probatione ex eo poſſint
conueniri, & quòd petentes rationem reddi
releuentur ab onere probandi bona & iura ſua,
aliàs inuentario non ita confecto in litem iu-
rari poterit aduerſus eos, ac ſi inuentarium nõ
feciſſent: adducit Soci. conſ. 159. col. 1. & conſ.
190. uol. 2. Caſt. conſi. 124. in cauſa, col. fi. uol. 1. &
8 alios, de quibus per eũ. † Quinimmo ſubdit q̃ bo
na oĩa immobilia per ſitũ & cohęrẽtias, & quan-
titates

titates ac qualitates in inuentario quocumque
poni debent, ſicut in omni inſtrumento & libel
lo. l. forma, ff. de cenſib. l. ſi rem, ff. de rei vend.
aliàs iurari poterit in litem. citat Bartolum con
ſil. 150. Ruinum conſil. 29. nume. 11. volum. 5.
Socin. & Caſtrenſem locis citatis. Vnde patet
9 veritas huius concluſionis. † Cui non obſtat
in primis Cumanus adductus in dubiis: im-
mo verò magis ſtipulatur, nam præmittit regu-
lam, quòd de quampluribus adminiſtratoribus
ſtatutum eſt, vt inuentarium conficere tenean-
tur, vt patet in iuribus per eum cumulatis & in
aliis, ſecundum diuerſitatem adminiſtrato-
rum: tamen vt ille ſubdit, in patre non idem
reperiit iure cautum: immo videtur potius in-
nui contrarium, cum eius adminiſtratio argui
non poſſit, neque culpari, neque rationes red-
dere teneatur, quod eſt ut ſupra declarat Cu-
man. quando filius ex cauſa aduentitia bona
quæſiuit, quorum proprietas eius eſt, vſufru-
ctus autem patris, & idem legitimus admini-
ſtrator eorum eſt: nam tali caſu nec culpari, nec
argui poteſt. l. cum oportet. in princip. & in
10 §. non autem, C. de bon. quæ liber. † ſentit
ergo Cuman. quòd vbi pater non eſt uſufru-
ctuarius, nec legitimus adminiſtrator, tunc
eum teneri conficere inuentarium, & ratio-
nes reddere: ſicque Speculatorem declarat
Cuman. quem citat, ut per eum: & de hoc eſt
etiam deciſio Bald. in dicta l. cum oportet, §.
fin. qui vult patrem indiſtincte teneri reddere
rationem pro bonis filij, quæ adminiſtrauit,
quorum vſusfructus patri non quæritur: idem-
que voluit Aretin. conſil. 72. ſexto dubio. So-
cin. conſil. 11. colum. ſecunda, & conſil. 34. co-
lum. penult. ad finem. volum. primo. Crauet.
conſil. 218. colum. 1. cum ſimilibus: vnde cum
Cumanus ponat caſum ſpecialem in patre le-
gitimo adminiſtratore, qui non tenetur confi-
cere inuentarium, quia non tenetur reddere
11 rationem adminiſtrationis, † ſequitur in con-
trarium ius commune verſari, l. ius ſingulare,
ff. de legib. l. 1. ff. ad municip. gloſſ. in l. eos,
C. de fabricenſ. libr. 11. Petr. Cyn. Caſtren. &
Docto. in l. ſi tutor, c. in quib. caſib. in integ.
reſtitu. cum cæteris adductis per Euerard. in
centur. ſua, loco à ſpeciali 40. nempè quòd
omnes alij adminiſtratores regulariter tenean-
tur inuentarium facere, ſicut tenentur ratio-
nem reddere, & ita ſanè Cumanus interpre-
tatus ſtat pro nobis, non autem contra nos.
12 † Non obſtat quòd adminiſtrator non tenea-
tur inuentarium conficere, quando bona non
inuenit ab initio, immo verò tali caſu non te-
netur, velut ad impoſſibile, nam id procedit
eo probante talem negatiuam, ſicut quæ & qua
lia bona fuerint illa quæ adminiſtrauit, & non
alia: poteſt enim iudex tales probationes ad-
mittere & diſponere, locum non eſſe iuramen-
to in litem ob inuentarium non exhibitum. ita
Calcan. conſil. 92. in primis puto. quem refert
& ſequitur Piotus in d. l. ſi quando, nume. 250.
at ex eo quòd adminiſtrator tantum alleget non
fuiſſe bona ab initio deſcribenda in inuentario,
prout in caſu noſtro ſupponitur, non releuatur
ab exhibendo inuentario, nec à iuramento in li-
13 tem, ſi non exhibeatur: † hocque confirma-
tur ulterius, quoniam negatiua probari debet
ab eo, qui in ea ſe fundat. Bart. in l. in illa. & poſt
eum cæteri, ff. de verbo. obliga. inter quos Ale-
xan. dicit eſſe communem. idemque ponit conſ.
23. colum. 1. vol. 1. conſ. 29. & conſi. 34. volum. 2.
Corn. conſil. 123. volum. 1. Dec. conſi. 78. in fin.
Crauet. conſil. 1. colum. fina. idemque & alij
quampiures in aliis locis, quos adducit Franciſ.
Hercul. Peruſinus in tractat. quis tene. prob. ne
ga. in prin. num. 2. Igitur cum D. Io. Peregrinus
neget aliqua bona fuiſſe ab initio deſcribenda
in inuentario, ideoque non fuiſſe obligatum:
immo nec potuiſſe, licèt voluiſſet inuentarium
14 conficere, tenetur id probare. † Tantoq; ma-
gis hoc procedit, vbi quis negat id, quod pro ſe
iuris habet præſumptionem, cum præſumptio
iuris ſit liquidiſſima probatio, l. licèt. vbi Iaſ. ff.
de leg. 1. Dec. conſi. 54. colum. 1. conſi. 222. col. 2.
Patiſ. conſi. 32. nume. 45. conſi. 62. colum. 1. uol.
1. & alibi ſæpius, ut per Herculanum loco citato,
15 nume. 4. † at adminiſtrator non conficiens in-
uentarium habet præſumptionem contra ſe, di-
cta l. tutor qui repertorium, in princip. Calcan.
in dicto conſi. 92. quia præſumitur bona ſubtra-
xiſſe, §. ſcimus. & §. ſi verò non fecerit, in Auth.
de hæred. & Falci. meritò negatiuam ſuam pro-
bare debet; nec ſtatur ſimplici ſuæ allegationi.
16 † immo verò ad vrgentiorem probationem
tenetur, & grauatur propter præſumptionem
iuris, quam habet contra ſe, l. fin. ff. de eo quod
met. cauſa, l. ſi extraneus, ff. de condi. ob cauſam.
Dec. conſi. 175. colum. 5. nume. 5. conſi. 172. co-
lum. 2. & conſil. 438. circa princip. Crauet. conſ.
129. in fin. Alciat. de præſump. regul. 3. præſum.
7. nume. 3. Cephal. conſi. 241. nume. 97. & conſi.
250. nume. 8. & certè mirum videtur, quomo-
do negetur in Caſtro Maliani Illuſtriſſimum
Dominum Cornelium eius loci dominum nul-
la bona mobilia, nullamque ſupellectilem pror
ſus habuiſſe tempore, quo D. Io. Peregrinus ab
eo conſtitutus fuit ſuus locumtenens: hoc e-
nim tantum abeſt à veriſimili, quòd nihil ſupra.
immo credendum eſt quòd in curia ſua, & ad
eius habitationem deputatã ſupellectilem de ſe
dignam habuerit, ne quãdo illuc accederet, vel
familiares ſui cogerentur ad naulum recipere,
vel emere, donec ibi morarentur utendam: &
vt audio D. Io. Peregrinus maiores illius parte
vſus fuit, reſiduoque uti potuit, velut in eius po-
teſtate dimiſſo. ſed iſta probata non fuerunt, ve-
lut non neceſſaria probatione: putabat enim Il-
luſtriſſ. Dominus aduerſarium ex bono & æquo
proceſſurum, nec veritatem negatione uelatu-
17 rum. † Sed ut omnino conuincatur ore ſuo, vi
deatur inſtrumentum dicens, cum ſit qꝫ magnifi
cus D. Io. Peregrinus Serchius tempore, quo ſte
tit in terra Maliani pro locumtenente Illuſtriſſ.
D. Cornelij Bentiuoli, adminiſtrauerit negocia
illius, reſque & bona, & pecunias eiuſdem: cum

enimqualitas illa adminiſtrationis rerum & bo-
norum præſupponat earum exiſtentiam, quia
ꝙ non adeſt, adminiſtrari non poteſt: & adiecta
fuerit illis verbis, tempore quo ſtetit, quæ de-
notant principium, medium, & finem ſtandi eo
loco, ſequitur quòd regulari debet ſecundum
tempus illorum verborum, l. in delictis, §. ſi ex-
traneus, ff. de noxal. dominus meus Riminald.
conſi. 27. nume. 2. Dec. conſi. 5. nume. 4. & conſi.
139. num. 5. et ſic inde probatur adfuiſſe res ab
initio, quæ fuerunt adminiſtratæ per ipſum ſic
confitentem: & ita ponderando tollitur quod
in dubiis dicebatur illud inſtrumentum nõ pro-
bare, quòd ab initio quicquam peruenerit ad
18 manus D. Io. Peregrini: † ſicut etiam ſi dice-
retur verbis enũciatiuis etiam inter eaſdem par-
tes ſtandum non eſſe, quando principaliter con
tingit diſputari de enunciato, ſecundum Burriũ
in c. illud. de præſumpt. cum ſimilibus. per Dec.
conſi. 213. col. fina. conſi. 348. in fin. Ruin. conſi.
44. num. 6. volum. 5. Cur. iun. conſi. 24. nume. 3.
conſi. 95. Pariſ. conſi. 94. nume. 19. volum. 1. cum
ſimilibus per Benuenutum Straccam in tract. de
aſſecurationibus, gloſſ. 6. num. 5. Senatus Pede-
19 mont. deciſ. 76. nume. 12. † Ceſſat enim ſtante
iuramento Serchij in fine inſtrumenti poſito, cõ
tinente omnia & ſingula prædicta fuiſſe & eſſe
vera: tunc enim probant verba enunciatiua ſe-
cundum Alexand. conſi. 17. vol. 3. Gramma. uo
to 16. Stracca loco citato, & prior eis Angel. in
l. ex his verbis, C. de teſta. mil. in lectura Peruſi
na, quem refert, & ſequitur Viuius in ſuis com-
munibus opinionibus, in verbo, verba enuncia
20 tiua. † Item cum prolata fuerint illa verba in
perſonam domini Ioannis Peregrini, qui veriſi
militer bene ſciuit an adminiſtrauerit nec ne, vt
in ſimili, ſi prolata ſint ſuper conſanguinitate ab
his, qui præſumuntur ſcire iura ſanguinis, quo
caſu probant conſanguinitatem, l. quidam, ff. de
prob. per quã ſic concludit & declarat Fel. in c. p
tuas, de prob. & Aret. poſt eum. Ruin. conſi. 141.
21 nu. 10 uol. 5. † accedit ẽt quod per modum cau-
ſæ prolata fuerunt illa verba, ut colligitur ex eis
ibi. cum ſit: nam dictio, cum, quandoque deno-
tat cauſam, ſtatque pro quia, §. cumque. in proœ.
Inſtitu. & Alberic. ponit in Dictio. ſuo, verbo,
cumque. quo caſu diſpoſitionem inducunt. l. em
ptorem, §. ancillæ, & ibi nor. Bar. ff. de rei vendi.
glo. & Doctores in l. ſi ſocer. §. Lucius, ff. ſol. ma-
tri. Barto. in l. ex hac ſcriptura. & ibi Imola. ff. de
22 dona. Natta conſi. 119. nume. 4. † & ſaltem ne-
gari non poteſt, quòd inducunt præſumptionẽ,
cui ſtari debet donec probetur contrarium, vt
per Aret. in c. per tuas, de prob. & conſi. 14. col.
fina. Alexand. in Apoſt. ad Bald. in l. ad pro-
bationem, C. loca. & latius Graue. in tracta. de
antiq. tempo. prima parte, nume. 59. unde cum
Serchius negatiuam non probauerit, ſtandũ eſt
affirmatiuæ de bonorũ exiſtentia ab initio præ-
23 ſumptione munitæ. † At demus ſine veri præiu-
dicio, qđ ab initio bona nõ adſuiſſent, q̃ inuẽta-
rio poni potuiſſent: tamen cũ dietim ad eius ma
nus bona peruenerint, vt in dubiis nõ negatur,
ſed verius cõceditur, non video cur de illis inuẽ
tariũ conficere non debuiſſet, cum inuentariũ
nedum ſit introductum ad deſcribendum in eo
bona inuenta, ſed & ea, quæ bonis adduntur,
& in dies ad manus adminiſtrationis peruenire
poſſunt, vt concludit gloſſa. 1. in dicta l. tutor,
quæ & in dubiis allegatur. & certè bona ratio
differentiæ reddi non poteſt, quòd fieri debeat
inuentarium, ſi ab initio adſunt bona in eo po-
24 nenda, † non autem quando non adſunt
ab initio, ſed poſtea adeſſe incipiunt. Immo
verò & hoc ſecundo caſu fieri debet, cum lex
dicat illud mox fieri, ideſt quamprimum pote-
rit, vt declarat Bartol. in dicta l. tutor, nume.
6. colum. 1. vnde ſi non potuit ab initio fieri
propter carentiam rerum, fieri debet poſtea,
cum res adeſſe ceperint, ex quo tunc fieri po-
25 teſt. † Nec ſimile, quod adducitur de factori-
bus Dominorum ruralibus, accommodari po-
teſt caſui noſtro: tales enim factores habent
curam circa culturam agrorum fructuumque
collectionem, & id genus, non autem ſupel-
lectilium domus Dominicæ, vt eſt notiſſimum.
at ſecus in locum tenente, cui generalis admi-
niſtratio totius patrimonij conceſſa fuit, ut in
caſu noſtro: vnde cum prædicti factores & lo-
cumtenentes ſint ſimiles tantum ſecũdum quid,
non autem ſimpliciter, non procedit argumen-
tum à ſimili, cum in eo, in quo fit comparatio,
ſit diſſimilitudo, ſecundum Archid. Domi. &
Præpoſi. in cap. relatum, 37. diſtin. Abb. Imol.
& Felyn. in cap. tranſlato. de conſtit. Euerard.
in centuria ſua, loco à ſimili. diſſimilitudo e-
nim eſt in eo, de quo agitur: nam factores illi
rurales curam uel adminiſtrationem domus re-
gulariter non habent, ſed fructuum, & id ge-
nus: at locumtenentes omnium, quæ dici uel
26 excogitari poſſunt. † Poſtremò non obſtat
conſuetudo, quæ allegatur, non conficiendi in-
uentarium, nam facti eſt, & probari debuit, ut
per Corn. conſi. 174. nume. 5. volum. 2. Pariſ.
conſil. 25. num. 18. volum. 1. dominus meus Ri-
minaldus conſil. 307. nume. 16. & abundè Ro-
27 land. à Valle conſi. 53. nume. 31. volum. 2. † Et
quidem in ſpecie, non in genere, veluti contra
jus commune, vt per Oldra. conſi. 237. Alex.
conſil. 6. volum. 6. cum ſimilibus per Roland. à
Valle conſi. 69. nume 24. volum. 3. & idem in ter
minis inuentarij conſi. 73. num. 42. uolum. 2. nec
prodeſt refugium, quod allegatur conſuetudi-
nem eſſe notoriam de non faciendo inuentariũ:
28 † negatur enim talis notorietas. Vnde cum
dubium ſit an ſit notorium, vel ne, probari de-
bet, ut per Iacob. Nouellum in practi. ſua crim.
in princip. ſub nume. 13. verſic. fallit etiam
quando. pro quo facit etiam quod inquit Dec.
in l. fina. in princip. nume. 16. ff. ſi cert. pet. vbi
diſputando, nunquid in facto notorio ſententia
requiratur, dicit partem negatiuam procedere,
quando factum omnino notorium eſt, & oĩbus
adeo cõſtat euidenter, ut nihil opponi poſſit: ſe-
cus eſt ſi ſimpliciter dicatur & allegetur eſſe noto-
riũ, nã ſuper hoc debet ferri ſententia declarato
ria,

29 ria, † quia multa dicuntur notoria, quæ non
ſunt. c. conſuluit. de appel. vnde ſic in propoſito
noſtro dicamus, notorium non indigere proba-
tione, quando per ſe patet, & oppoſitionem nõ
patitur: ſecus ſi negatur & opponitur eſſe noto-
rium, prout in caſu noſtro dicitur aduerſus Scr
30 ochium. † Pari modo videmus in nullitate, quę
notoria allegatur ad impediendam executionẽ
ſententiæ, nam ſi negatur, & poteſt habere du-
bitationem, & diſputationem, non dicitur no
toria, ut tradit Peruſ. in c. dilecto, nu. 153. pro-
pe finem. uerſi. & intellige. & nu. 168. ad fi. de ap
lat. Fely. in c. inter cæteras. col. 5. uerſi. & intelli
ge. de re iu. Dec. ĩ c. ex parte. il 2. col. 5. ver. quin
tò fallit. de offi. deleg. Ceph. conſi. 201. col. fi. &
ideo non impedit executionẽ ſñiæ, ut per eum,
31 † Sed vt cæteros à remotioribus omittamus,
adduco Rolan. à Valle in allegato conſilio 53.
nume. 34. volum. 1. vbi pariter allegabatur con
ſuetudo quædam notoria: reſpõdetur enim hoc
carere veritate, quia multo dicũtur notoria, quę
non ſunt. dicto ca. conſuluit, & ibi not. Abb. de
appella. & ad hoc vt aliquid ſit notorium ſentẽ
tia declaratoria requiritur, ſecundum Barto. in
l. fi. ff. ſi certum petatur. Dec. conſil. 310. nume.
32 11. † & in qua requiritur etiam citatio partis,
vt per Aret. conſilio 165. columna 6. Dec. conſi.
483. col. fi. Quinimmo ſubiungit nec iudicem ſe
informare poſſe de tali conſuetudine, niſi quã-
do eſſet ordinatoria: ſecus vbi deciſiua ſit, quia
illa probanda venit. Bar. in l. de quibus, colum-
na 12. uerſi. ſecundò probatur. ff. de legib. Socin.
conſi. 36. columa 3. Dec. conſi. 402. num. 12. con
ſilio 483. colum. fi. & conſi. 388. nu. 8. qualis eſt
hæc de non faciendo inuentario, nam tali infor
matione conceſſa & verificata, ceſſaret iuramen
tum in litem litis deciſiuum, & reus abſoluere-
tur: meritò non debet admitti talis informatio
iudicis ſuper dicta conſuetudine, quæ deciſio-
nẽ reſpicit. Et ex prædictis abundè ſublata ſunt
dubia, venitq́ue prior ſententia dominorum fa-
ctorum confirmanda.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſt. Comite Baldaſſare Malchia-uetto.

### ARGVMENTVM.

De renunciatione, quæ ad ius ignoratum non porrigitur. Et de clauſulis ex certa ſciẽtia, & de plenitudine poteſtatis.

### SVMMARIVM.

*1 Prohibitio alienationis cum cauſa, valet.*
*2 Pœna priuationis, apponi poteſt in teſtamento.*
*Et quando directò contingit. 3.*
*4 Dictio ex nunc, quid operetur.*
*5 Grauamen de legitima reijcitur.*
*6 Trebellianica non debetur, quando fuit prohibita.*
*7 Tranſactio generalis quæ comprehendat.*
*8 Quietatio generalis quomodo intelligatur.*
*9 Verba geminata magis exuberantem uoluntatem oſtendunt.*
*10 Clauſula ex certa ſcientia, quid operetur.*
*Et quid, principe non informato. 45.*
*Et in præiudicium tertij. 46.*
*11 Clauſula de plenitudine poteſtatis, operatur, ut nihil opponi poſſit.*
*Non tamen ubi princeps non eſt informatus. 47.*
*Nec in tollendo iure quæſito.*
*Nec ubi ſubeſt ſubreptio. 48.*
*12 Clauſula, ſupplens omnes defectus, quid operetur. 50.*
*13 Reſtitutio in integrum quando tollatur.*
*14 Princeps ordinare poteſt ne quis audiatur.*
*15 Renunciatio unius iuris, non extenditur ad aliud.*
*16 Ignorantia præſumitur in dubio.*
*17 Renunciatio non extenditur ad ius ignoratum.*
*Etiam ſtante iuramento. 18.*
*Neque ualet, non uſis uerbis teſtamenti. 19.*
*Et ordinata ad unum effectum fit caduca, eo non ſecuto. 20.*
*21 Bona emphyteotica non ueniunt in fideicommiſſo.*
*22 Relatio fieri debet ad petita.*
*23 Promiſſio redditur nulla, deficiente conditione, ſub qua facta fuit*
*24 Conceſſio conditionalis ad actum deduci non poteſt.*
*25 Supplicatio ſubreptitia quando dicatur.*
*26 Subreptio uitiat gratiam.*
*27 Verba promiſſionis ciuiliter intelligenda.*
*28 Maiora expreſſis quando non ueniant.*
*29 Clauſula generalis non refertur ad maiora in materia reſtringibili.*
*Nec ad ius incognitum. 30.*
*31 Verba menti deſeruire debent, non econtra.*
*32 Interpretatio ſemper ineſt diſpoſitioni.*
*Et eſt duplex. 33.*
*34 Generalis locatio quæ non includat.*
*35 Verba geminata reſtringi debent ſecundum mentem.*
*36 Confeſſio geminata reuocabilis ex errore.*
*37 Ignorans non dicitur conſentire.*
*Et eius nullus eſt certus effectus. 38.*
*38 Reſcriptum principis concedit, & diſpenſat, quomodo intelligatur.*
*39 Verbum concedit, & diſpenſat, quem reſpiciat.*
*40 Reſcriptum continens diſpenſationem ſtrictè interpretandum.*
*41 Signatura attenditur, non petitio.*
*42 Princeps non præſumitur in dubio noluiſſe uti plenitudine poteſtatis.*
*Et quanta ſit illius auctoritas. 43.*
*44 Contractus minoris, licet ſolennis, an ei noceat.*
*46 Princeps debet eſſe informatus de præiudicio tertij.*
*51 Conſenſus iuris naturalis.*
*52 Abſolutio peti poteſt, ſtante enormiſſima læſione, à iuramento.*

*Quia*

*Quia ex parte recipientis tolerari non poteſt. 53.*
54 *Clauſula acceſſoria, non auget diſpoſitionem.*
*Nec eandem alterat. 55. 63.*
56 *Loquens non comprehenditur in diſpoſitione, quæ re ſpicit alios.*
57 *Obligatus de euictione, quando poßit agere. 65. 66.*
58 *Index intelligere debet, quod fit coram eo.*
*Et ſibi res exponenda clarè. 59.*
60 *Decretum iudicis ſtricti iuris.*
*Et intelligi debet ad id, ad quod refertur. 61.*
62 *Licentia obligandi bona de euictione, quomodo ſit in telligenda.*
64 *Promißio de euictione intelligi debet ſecundum natu ram actus, ſuper quo interponitur.*
66 *Fideicommiſſum quando dicatur remiſſum.*

## CONSLIVM LIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

PRo intelligentia dicendorum præ-
mitti debet, quòd olim Dominus
Iacobus Malchiauellus prælega-
uit Do. Baldaſſari eius nepoti ex
fratre multas res particulares, &
inter cæteras vallem dictam la Stella, quã pro-
hibuit omnino, & in perpetuum vendi, vel a-
liter alienari, quoniam voluit eam in totum
peruenire ad deſcendentes maſculos d. Baldaſ-
ſaris: parique modo prælegauit D. Tomæ eius
filio plures alias res. Deinde eos vniuerſales hæ
redes iuſtituit adiecto præcepto, quòd in om-
nibus, & per omnia, & cum effectu parere de-
beant voluntati ſuæ, & omnia, & ſingula obſer-
uare, & in aliquo non contrafacere: & ſi quis
eorum & ſuorum deſcendentium in aliquo cõ-
trafecerint ex nunc eum uel eos priuauit, & pri
uat legatis omnibus ſibi factis & inſtitutione ac
ſubſtitutione prædictis & bonis hæreditatis ip-
ſius teſtatoris penitus & in totum & applicauit
obſeruantibus & non contrafacientibus libere
& in totum. Poſtea mortuo iam diu teſtatore D.
Io. Paulus & Hippolytus fratres & filii d. Baldaſ
ſaris defuncti diuiſionem fecerunt bonorum
paternorum, & D. Hippolyto contigit in parte
ſua d. vallis della Stella, quam vendidit cuidam
Veneto, dictumque contractum Do. Io. Paulus
approbauit, qui præterea alienauit quædam
bona, ſita in uilla Guardiæ, Dominis Palmirol
lis, quæ ſunt de relictis alias d. Baldaſſari per
d. teſtatorem. vnde mortuo D. Hippolyto ab in
teſtato relicto Domino Ioanne Paulo fratre, &
Com. Baldaſſare iuniore nepote ſuo filio d. Do
mi. Ioan. Pauli. ſecum cogitare cœpit ipſe Co-
mes Baldaſſ. patruum & patrem priuatos eſſe
bonis omnibus ad eos peruentis poſt Domi.
Baldaſſarem eorum patrem, eaque omnia
& ſingula ad eum pertinere, ſicque iure me-
dio contra patrem ſuit iudicatum ad fauorem
d. Com. Baldaſſaris per magnificum conſilium
1 iuſtitiæ. † Nam valuit indubitanter illa pro-
hibitio alienationis d. vallis, facta intuitu deſcẽ
dentium D. Baldaſſaris, ad quos voluit eam per
uenire, vt declarant Bartol. Cuma. Alex. & Iaſ.
in l. filiusfamiliàs. §. diui, in princ. per illum tex.
ff. de leg. primo. Cy. Bar. & Caſtr. in l. quotiens.
la prima. C. de hær. inſt. Ang. conſi. 165. colum.
5. Alex. conſi. 56. colum. 1. volu. 1. & Dec. conſil.
2 481. in prin. cum ſimilibus. † Similiter pœna
priuationis contrafacientibus apponi potuit in
teſtamẽto. l. 1. C. de his, quæ pęnæ nom. Alex. d.
conſi. 56. colum. 1. & vt dicunt Bal. & Corn. in
d. l. 1. hoc totum dependet à voluntate teſtato-
ris, tam reſpectu priuationis, quàm translatio-
nis. ſequitur Paris. alios citans, conſi. 19. nume.
3 135. volum. 2. † Tertiò dicta pœna priuatio-
nis directò dicitur contigiſſe, hoc eſt ante aditã
hæreditatem, quo caſu translatio hæreditatis
fieri dicitur ipſo iure, ex quo hæreditas data pri
mo ſub conditione cenſetur adempta illi ſub cõ
tra conditione, & conſequenter non dicitur illi
data, vt per Soc. in rub. ff. de his, quæ pœnæ no.
verſic. tertio caſu. Corn. in d. l. 1. colum. 2. & alii
cumulati per Pariſ. in d. conſi. 19. num. 135. cum
ſequen. probatur, nam teſtator contrafacientẽ
voluntati ſuæ, ex nũc priuauit bonis, & in alios
4 ea tranſtulit, † nam illa dictio, ex nunc, opera
tur ut effectus collatus videatur in tempus præ
ſens, quo verba proferuntur, ſecundum Bald.
in auth. contra rogatus. C. ad Trebel. Imol. &
Alexan. in l. huiuſmodi. la ſeconda. num. 3. in fi.
ff. de verborum obligatio. & Fely. in c. licet, col.
4. de proba. cum ſimilibus: vnde patet, quòd ef-
fectus priuationis, & translationis verificatur
in tempus conditi teſtamenti, & ſic ante aditio-
nem hæreditatis per Dominum Hippolytum,
& Io. Paulum, meritòque iure directo fit, & nõ
5 per uiam fideicommiſſi. † Nec agitur in præ-
ſenti caſu de legitima, reſpectu cuius dicatur
impedita alienatio, velut grauamen, quod de le
gitima reiicitur. l. quoniam in prioribus. C. de
inoff. teſtam. Rube. conſi. 27. nume. 2. quoniam
prædicti fuerunt pronepotes teſtatoris collate-
rales, ueluti deſcendentes à Do. Ioanne fratre
ſuo, quibus nulla debebatur legitima, ut eſt no
tiſſimum. Minus etiam tractari poteſt de Tre-
bellianica, ſtante priuatione iure directo facta.
6 † Rurſus idem dici poteſt, etiam quòd de illa
tractaretur, quæ per fideicommiſſum cõtingit,
ſtante quòd Trebellianica fuit expreſſè prohi-
bita. Item quia priuauit cõtrafaciẽtes penitus,
& in totum bonis hæreditatis, quæ uerba ſic ge
minata clara ſunt ad inducendam talem prohi-
bitionem Trebellianicæ, ſicut quando teſtator
dixit tota, & integra, vt per Curt. conſil. 66. col.
17. Andræ. Sicul. conſi. 25. col. pen. uol. 1. cum ſi-
mil. per Neuizan. conſi. 2. ſub nume. 33. vbi etiã
dicit eſſe magis communem, uno tantum ver-
bo prolato. Sola ſupereſt difficultas, an d. Co-
mes Baldaſſar agere uolẽs aduerſus eos, qui ac-
quiſiuerũt d. bona Guardiæ à patre ſuo id face
re poſſit, ſtante quòd ipſe diſpenſatus auctorita
te Ducali poſtea conſenſit d. contractui per mo
7 dum, de quo in precibus eius continetur. † Et
prima conſideratione dicendum uidetur, quòd
nequaquam

nequaquam id facere poſſit, quoniam promiſit
nó cótrauenire nec uirtute teſtamenti Do. Bal-
daſſeris, nec D. Hippolyti, nec cuiuſcũque cau
ſæ, quæ dici & immaginari poſſit: quo ſtante ſuc
cedit doctrina Caſtrẽſis in l. Aquilia. ff. de trãſ.
vbi dicit quòd tranſactio generalis comprehen
dit etiam illa, de quibus non erat lis, ſi hoc fuit
de mente partiũ, tuncq; cenſetur fuiſſe de men-
te partium, quãdo ſalua ratione recti ſermonis
non poteſt fieri reſtrictio, puta ſi lis erat ſuper-
fundo, & tranſegimus quòd mihi dares cẽtum,
& ego dimitterem tibi fundum, & liberarem te
generaliter ab omni, in quo in teneris vel tene
ri poſſis ex quacunque cauſa, quæ dici vel exco
gitari poſſit: nam liberaberis etiam ab illis, de
quibus lis non erat, nõ quia dicatur ſuper eis fa
cta tranſactio, quia non fit niſi de eo, de quo eſt
lis, ſed quia occaſione tranſactionis, quæ fit ſu-
per lite de fundo, fit iſta remiſſio, etiam de his
8 quæ non ſunt in lite. † Et idem tradit Caſtr.
in l. ſi de certa. colum. 1. C. de trãſ. & ibidem Iaſ.
colum. fi. refert q. Baldi in l. ſub prætextu, col.
fi. eodem titulo de adminiſtratore rerum mea-
rum, qui mecum computauit ſuper vno capitu-
lo, & ego ſibi generalem quietationem de omni
bus, in quibus mihi tenetur uſque in præſentẽ
diem: non enim reſtringi debet ad illud capitu
lum tantum, ſed in omnibus capitulis dicetur
mihi præiudicatum, & alia id genus exẽpla tra
dit Barto. in l. pluribus. ff. de accep. Cy. in l. ſi ex
maiore. C. de excep. & Deciſ. Neapo. 285. num.
7. & 354. nu. 12. Tantoque magis hoc procede-
re videtur, nam Com. Baldaſſar hoc idem repli-
cauit inferius dicens, quòd non poſſit contraue-
niri ob quamlibet cauſam, quæ dici poſſit & i-
9 maginari: † quæ verba geminata magis exube
berantem voluntatem ſuam oſtendunt, vt not.
in l. Baliſta. ff. ad Trebel. Bar. in l. ſcimus C. de a
gri. & cenſ. lib. 11. Roman. in l. ſi verò. §. de uiro.
31. fallen. ff. ſoluto matrimonio. Neuiza. conſi.
87. n. 11. cum potiſſimè ſint in ſcriptura prolata,
quia videntur cum maiori deliberatione dicta,
quam ea quæ eodem contextu viua voce dicun
tur, vt per Fely. in c. ſi cautio. colum. 11. de fide
inſtrumento. ſequitur, Natta conſilio 170. nume
ro 31. & Neuizan. conſilio 50. numero 16. Ter-
tiò confirmatur, quia d. Comes Baldaſſar petiit
ab Illuſtriſſimo Duce d. promiſſionem approba
ri ex certa ſciẽtia, de plenitudine ſuę poteſtatis,
& auctoritate Ducali, & ſuppleri omnes defe-
10 ctus facti, qui interueniſſent. † Illa enim clau-
ſula, ex certa ſcientia, tollit reuiſionem, quia
quod fecit princeps ex certa ſcientia, non po
teſt in dubium reuocari. Bartol. in l. conficiun-
tur, ff. de iure codic. conſilio 196. ciuitati Ca-
merini. Oldra. conſi. 257. nec audiri debet quis
aduerſus illud quòd fecit princeps ex certa ſciẽ
tia, ſed repelli debet, & illi perpetuum ſilẽtium
imponi. Bal. in c. 1. §. ſi quis autem. de pac. Con-
ſtan. Dec. conſilio 191. nu. 3. conſi. 269. num. 19.
conſi. 341. n. 2. 390. n. 13. 463. nu. 15. 498. nu. 26.
& cõſ. 595. nu. 19. Cur. ſen. cõſi. 49. n. 79. & iun.
174. nu. 6. Goza. conſi. 8. nu. 43. Pariſ. conſ. 3. nu.
73. vol. 4. Boer. de pot. lega. a late. nu. 75. Alciat.
11 de præſum. reg. 3. præſum. 11. n. 12. & 14. † Et in
ſuper alia clauſula de plenitudine poteſtatis o-
peratur, ut nihil opponi poſſit, quod conceſſio-
nem infringat, vt tradit Bald. in proœ. decre. co
lum. 4. nec dici poteſt principi, cur ita facis? ut
per eum in prælud. feud. colum. 9. Dec. d. conſi.
390. nume. 13. Goza. conſi. 8. nume. 43. Pariſ. con
conſi. 1. nu. 79. vol. 4. Iacob. Leon. conſil. 117. nu.
253. inter conſilia Bruni: nec vlterius quæren-
dum eſt. Brun. conſi. 1. nu. 33. Cur. iun. conſilio
12 121. nu. 18. † Demumque illa clauſula & ſuppleri omnes defectus facti, qui interueniſſent, ope-
ratur in ſupplendis defectibus iuris poſitiui. ca
pitul. illa. ubi Butri. & Abbas, de electi. Specul.
in tit. de legato. §. nunc oſtendendum, verſiculo
18. Alex. conſi. 79. volum. 1. colum. 5. Dec. conſi.
341. colum. 2. conſil. 410. colum. penul. & Rube.
conſilio. 76. colum. 1. qualis eſt ſanè defectus ex
preſſionis ſpecificæ teſtamenti d. Domini Iaco-
13 bi Malchionitti. † Tertiò concurrit, nam d.
Comes aſſenſit non poſſe petere reſtitutionem
in integrum ex capite læſionis enormis, & enor
miſſimæ, aut ex capite minoris ætatis cum iura-
mento: quo ſtante tollitur dicta reſtitutio in
integrum, authentica ſacramenta puber. & ibi
not. omnes. C. ſi aduerſ. uend. Soc. conſi. 279. co
lum. 1. volumi. 2. & conſilio 53. in fin. uolum. 4.
Craue. conſi. 7. nu. 3. Rolan. a Valle conſi. 59. n.
14 5. uolu. 1. † Quarto d. Comes voluit denegari
audientiam per quemcunque iudicem ſibi uo
lẽti contrauenire, aut ex capite reſtitutionis in
integ. aut alicuius capitis: quo ſtãte & reſcripto
principis id concedente, audiri non debet, quia
princeps ordinare poteſt, quòd quis non audia
tur à magiſtratibus ſuis: ita Gard. & Imol. in c.
quia diligentia. de elect. Soc. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum, nume. 17. ff. de libe. & poſthum.
Pariſ. conſi. 1. nume. 38. & conſi. 51. nume. 133. uo
lum. 4. Rui. conſi. 55. num. 9. uol. 5. Poſtremò ac
cedit quòd obligauit ſe de euictione bonorum
datorum per patrem D. aduerſariis: vnde non
videtur eos moleſtare poſſe, quia quem de eui
ctione tenet actio, eũdẽ agẽtẽ repellit exceptio.
l. vendicante. ff. de euictio. & ibi Bart. & alii: qua
re ſtantibus præmiſſis d. Comes excludendus
uẽ. Quibus tñ non obſtãtibus arbitror contra-
riam partem de iure veriorem eſſe: moueor in
primis quòd in tota ſupplicatione nulla fit ex-
preſſa mentio de teſtamento Do. Iacobi neque
de iuribus competentibus d. Comiti Baldaſſari
15 ex illo teſtamẽto: † quo ſtante promiſſio ſua de
non contraueniendo, quæ continet in effectu re
nuntiationem iurium ſuorum circa teſtamen-
tum D. Baldaſſaris & Hippolyti non extendi-
tur ad teſtamentum Do. Iacobi l. ſi unus. §. ante
omnia. ff. de pact. l. ſi domus. ff. de ſerui. urb. præ
dio. & ibi Caſtren. tradit. D. meus Rimi. cõſilio
71. nume. 26. cõſi. 249. nu. 22. Pariſ. cõſ. 65 num.
26. volum. 2. Franc. Mar. q. 245. nume. 3. Immo
cum ſit ſtricti iuris, nõ uenit aliud, niſi id quòd
exprimitur. Calder. conſi. 5. de preb. Bal. in l. fi.
uerſic. & eſt argumentum. C. ad leg. fal. Dec. cõ
ſilio

ſilio 379.nume.3.poſt Card.cõſi.120.& Roma-
num cõſi.168.circa primum,& idẽ Decius 402.
colum.2.cõſi.419.nu.9.Pariſ.cõſi.10.nu.22.uo
16 lu.4.Natta cõſi.78.col.fi. † Secundò accedit ꝙ
Comes Baldaſſar ignorauit teſtamẽtum prædi-
ctum D. Iacobi & ex illo ſibi aliquod ius com-
petere,quæ quidem ignorantia præſumẽda eſt
in dubio, ueluti facti per alium.l.quòd uulgò.
ff.pro emp.l.fi.ff.pro ſuo. D.meus Rim.cõſ.33.
nu.55.Natta conſi.16.nu.7.& maximè facti per
alium de antiquo, & longinquo, prout eſt d. te
ſtamentum Domi.Iacobi conditum iam annis
60.& ultra,ut concludit idem Natta conſi.162.
17 nu.43. † meritò d.renunciatio non extenditur
ad tale ius ignoratum,l.mater decedens.ff.de in
offi.teſtam. & ibi glo.& Doct.Cano.in c. ſedes.
de reſcr.D.meus Rimi.conſi.121.n.25.Cor.cõ
ſil.339. nu. 9.uol.2.Gramma.deciſio.57. nu. 8.
Bertran.conſi.85.nume.4.uol.2.Soc.iu.conſil.
79.nu.22.uol.3.Alex.conſi.8.uiſis,col.pe.uol.
18 3.Dec.conſi.530.nu.11. † Idque procedit etiam
ſtãte iuramẽto,quia iuramẽtum non extẽditur
ad ignorata & incognita,l.fi.C.de non num.pe
cu.c. quemadmodum. de iureiur. Bar.in l.ſed ſi
quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Natta conſil.
363.nu.4.Cor.conſi.339.nu.8.uol.2.& ratio eſt
ſecũdum Caſtrẽſem in d.l.mater.quia renũcia-
tio innititur uolũtati renũciationis tãtũ;& igno
rãs non habet uolũtatẽ.l.ex maleficiis. §. longe
minus.ff.de actio.& oblig. ſequitur Emilianus
conſi.140.ad fi.ſicut nec dr̃ conſentire.l.1.§.uo-
lũtate.ff.ſol.mat.& tradit D.meus Rim.cõſ.363
19 n.27.† Tertiò cõprobatur,nãq; nõ ualet renũ
ciatio,niſi uiſis & cognitis uerbis teſtamẽti.l.1.
in prin. ff.que.teſt.aperi.l.de his.& ibi Guil.de
Cun.Bal.Caſtr.& Iaſ.ff.de trãſ.vbi dicũt,quòd
ſi pater reliquit in teſtamẽto quid pro dote fi-
liæ ſuæ: deinde fratres eam maritarũt, & fece-
rũt ꝙ uocauit ſe cõtentam dote,& renunciauit
omni iuri,quòd haberet in hæreditate paterna,
utique talis renunciatio ſibi non nocet,quo ad
relicta in eodem teſtamẽto,niſi fuerit ſibi oſten
ſum & lectum, ita ut illud intellexerit:ſequitur
Corn.cõſi.339.nume.7.uolum.2. Natta cõſilio
363.nume.3 & Deciſ.Neapo.378.nume.3.meri
tò cum in d.ſupplicatione & inſtrumẽto ſubin
de celebrato nõ fuerit facta mẽtio d. teſtamen
ti D.Iac.nedum quòd illud fuerit uiſum, lectũ,
& cognitum ab ipſo Com. Baldaſſare,ſequitur
quòd d.renũciatio ſibi nocere nõ debet,quoad
illud teſtamẽtum,& iura ſua ex illo teſtamẽto.
20 † Quartò conſiderãdum eſt quòd d. renũcia-
tio Comitis Baldaſſaris facta fuit ab eo,cũ hoc
tamen quòd bona data ab aduerſariis in permu
tationem & venditionem ſupponantur in om-
nibus,& per omnia fideicommiſſis d. Baldaſſa-
ris & Hippolyti:vnde cum ordinata fuerit ad
illum effectum, nocere nõ debet ipſi Comiti,ſi
d.effectus non fuit ſecutus, nec ſequi poteſt,ſed
fieri debet inualida & caduca,deficiẽte cauſa fi-
nali.l.ſuus quoque.de repud.hæredi.Bal.in l.1.
verſic.circa tertium.C.qui admi.cõſi.437.quæ-
dam puella.colum.2.uolum.1.D.meus Rimi.cõ
ſi.249.nume.15.Dec.cõſi.86.colum.4.uerſicu.
quãtum uerò. Pariſ.conſi.49.nume.41. volum.
3.Tiraque.in trac.ceſſante cauſa, prima par.nu
21 me.124. † Quòd autem d.effectus ſequi non
poſſit, probatur: nam una ex poſſeſſionibus da
tis ex aduerſo reperitur eſſe emphyteotica Epi-
ſcopatus Mutinæ,quæ nõ poteſt in fideicõmiſ-
ſum uenire, ut tradunt Bar.& alii in l.ſi patro-
ni in prin.ff.ad Treb.& tradit Alex.cõſi.11.col.
9.uerſi.ſed præmiſſis,uolum.3.ubi teſtatur eſſe
communẽ,meritò ſuper d.renũciatione uis fieri
nõ poteſt, ſicut nec ſuper reſcripto principis cõ
22 cedẽtis,ut petitur. † quoniam hæc eſt natura
eorum, quæ cõcedũtur ad petitionem alterius,
ut pro eorum declaratione & reſtrictione rela-
tio fiat ad petita.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.
ff.de interro.act.Bal.in l.eam quam.C.de fidei.
D.meus Rimi.cõſil.82.nume.16.& in ſignatura
principis quòd intelligatur ſecũdum tenorem
ſupplicationis,quia ad illã refertur tradit Bal.
per illum tex.in c. inter dilectos. de fide inſtru
mento. Butr.cõſ.19.cum ſimilibus a Pariſ.cumu
latis,cõſi.20.nu.8.uol.2.vnde ſi Com.Baldaſſar
promiſit nõ cõtrauenire,&c.ſub ea conditione,
quòd omnia bona ex aduerſo data ſubiiceren-
23 tur d.fideicommiſſis, † ſequitur,quòd ſicut de
ficiente d. conditione nulla redditur promiſſio
ſua ſub d. conditione collata.l.item quia. ff. de
pact.ibi,nuptiis non ſecutis,ipſo iure euaneſcit
ſtipulatio.Craue.conſi.93.nu.3.& perinde habe
tur, ac ſi nunquam facta fuiſſet.l.cedere diem.
ff.de uerb.ſignifica.Cra.conſil.170.nume.8. ita
pariter conceſſio principis euaneſcere debet, &
24 haberi,perinde ac ſi facta non eſſet:† cum potiſ-
ſimè conceſſio conditionalis ad actum deduci
non poteſt,niſi conditione impleta.Bal. in l. A-
retinſa.ff.de ſta.homi.Innoc.in c.ſuper eo.de ap
pella.Pariſ.conſi.130.nu.17.uolu.4. Confirma-
tur,nam d.conceſſio non ita debet intelligi, ut
ſonet in abſurdum.l.nam abſurdum. ff. de bon.
liber.quod utiq; locum haberet,ſi uellemus di-
cere, quòd princeps conceſſiſſet & approbaſſet
d.promiſſionem Comitis Baldaſſaris de nõ cõ-
traueniẽdo, & quòd poſſeſſiones datæ patri ſuo
nõ poſſent in totum ſubiici fideicommiſſis præ
dictis.Quintò non omitto quòd aduerſarii de-
derunt duas alias poſſeſſiones patri d. Comitis
Baldaſſaris liuellarias communis Mutinæ ſub
annua ſolutione librarum 12.ſingulis annis, &
quæ appropriari non poſſunt,quo fit ut ſint mi-
noris æſtimationis decimæ partis totius pretii,
& etiam ſex pro centenario librarum, reſpectu
d. grauaminis,prout habetur in ſtatuto de mo-
25 do detraheh. de reb. condit. 91. † Et de hu
iuſmodi qualitate d.duarũ poſſeſſionũ nulla fuit
facta mentio in ſupplicatione d.Comitis facta
per aduerſarios,& ad eorum inſtantiam emana
ta, meritò d.ſupplicatio dicitur fuiſſe ſubrepti-
tia, eo quia non fuit narrata d.qualitas d. dua-
rum poſſeſſionum, ſicut nec alia iuris eccleſiæ,
quæ ſi fuiſſent expoſita, de facili retraxiſſent
principem a conceſſione ſua,vel eum ſaltẽ dif-
ficiliorem reddidiſſent,ne tantiſper Comes Bal
daſſar

daſsar damnificaretur,relaxãdo res liberas pro
obnoxiis , & maioris in effectu ualoris pro re-
ceptis minoris ualoris ob dictas recognitio-
26 nes: † vnde d.ſubreptiones uitiare debent gra-
tiam ſuam. capitul. poſtulaſti.c.conſtitutus. de
reſcr.c.cum noſtris,& ibi Butri.col 6.de præbē,
cum ſimilibus per Pariſ.conſ.74.nu.15. uolum.
4.Rui.conſi.157.col.1.uol.primo,& Io. Staphil.
in trac.de gratiis & expecta.in tit.de modo &
forma impetrã.nu.18.& ita non debēt nocere d.
27 Comiti,nec aduerſariis ſuffragari. † Et tenen
do hanc partem, non obſtant contraria : nam
que ad primũ reſpondetur, ꝙ illa uerba promiſ
ſionis de non contraueniendo uirtute cuiu-
ſcũque cauſæ,quæ dici & imaginari poſſit, de-
bent intelligi ciuiliter,& ab illis uerbis gene-
ralibus grauis læſio excipi debet, argumento
leg. creditor. §. Lucius. ff. manda. meritò non
debent nocere d.Comiti,qui excluderetur a di
ctis bonis pertinentibus ad eum virtute teſtamē
ti d. Domini Iacobi,& ita reſpondet Dec.conſ.
349.nume.7.& Pariſ.conſi.20.nu.83,uolumi.1.
28 † Secundo reſpondetur, quòd vbi reperiũtur
expreſſæ ſpecies cum adiectiuo vniuerſali, non
habente aliud ſubiectum,quã ſpeciem præmiſ-
ſam,puta quia dictum fuit de prædiis & quibuſ
cunque aliis rebus,tunc non veniũt maiora ex
preſſis,quia diſponens videtur principaliter lo-
qui de ſpecie,& uelle eam extendere, non autē
exemplificare genus, cui non dedit certũ ſub-
iectum.ita Felyn. in c.ſedes,colum.8.de reſcrip.
vnde ſic in caſu noſtro cũ Comes Baldaſſar pro
miſerit non contrauenire virtute teſtamenti D.
Baldaſſaris,& Hippolyti,nec cuiuſcunque cau
ſæ,talis clauſula non debet ad maiora referri,ꝑ
ut eſſet ſi referretur ad teſtamentum D.Iacobi,
quia per teſtamenta ſpecificata, ius efficax ille
nõ habebat, in d.bonis,ſed per illud D.Iacobi:
unde præiudicium,quod in ſpecie non cõſeque
retur, incurreret in genere ; & ita clauſula ge-
neralis quid maius contineret,quàm ſpecies e-
numeratæ,quod eſſe non debet ſecundum de-
29 clarationem Fely.loco citato. † Tertiò reſpon
detur, quòd in materia reſtringibili clauſula ge
neralis non refertur ad maiora,ſed ſtat reſtricti
ue.ita Soc.in l.quidam relegatus,colum.3.ver.
ſexta & vltima concluſio.ff.de reb.dub. ſed ma-
teria renunciationis ſtricta eſt, ut ſupra dictum
30 fuit ergo &c. † Quartò dico ꝙ illa vebra ſtante
ignorãtia d.Comitis de d.teſtamento D. Iaco-
bi; non debent in eius præiudicium operari, &
ad illud incognitum referri.l.cum Aquiliana.ff.
de tranſ.l.tres fratres.de pact.& tradit Pariſ. in
d.conſi.20.nu.81.Bar.ante ipſum in l. Aurelio,
§.Caius.col.fi.ff. de lib.leg. ēt ſi præſtitum ſit iu
ramentum.Iaſ.in d.l.cum Aquiliana.Alba con-
31 ſi.3.nume.14. † quod comprobatur,nã verba
mēti deſeruire debēt,non autem mens verbis.
capitulo,ſedulò 38.diſtinctio.& uerba ſe habēt,
vt corpus & ſuperficies,mens verò vt ſpiritus &
anima.Cur.cõſi.15.colum.8.Rol. à Valle con-
ſil.8.nume.3.uolum.primo:at mens Com.Bal-
daſſaris fuit renuntiare teſtamētis ſpecificatis,&
cuicunque cauſæ,cuius notitiam haberet , uel
habere poſſet,non autem d.teſtamento D.Iaco
32 bi,de quo nullam ſcientiam habebat.† Et ulte
rius interpretatio ſemper ineſt diſpoſitioni de
neceſſitate ex ueriſimilitudine,aut ipſius.rei na
tura.Bal.conſi.343.examinanda ſunt. uolum.1.
& eſt interpretatio ſpiritus ſcripturæ.Bal.conſi.
33 275.quod pro regula,colum.3. uolu.2. † Rur-
ſus duplex eſt interpretatio, altera quæ fit per
pũctum rationis,altera probabilis, quæ fit per
uiam æquitatis. Bal.conſilio 411.quidam Medio
lanenſis.colum.1.uolum.1. Graue.conſi.3.num.
21.at in caſu noſtro bene eſt ueriſimile & æquũ
quòd Comes Baldaſſar uoluerit renũtiare d.te-
ſtamētis ſpecificatis & cuicunque cauſæ ſibi no-
tæ,ſed d.teſtamento ſibi ignoto nequaquã:me-
34 ritò ad cognita d.uerba reſtringi debēt. † quia
in generali locutione ſolum includuntur quæ
loquentem ueriſimile eſt incluſurum fuiſſe.l.ob
ligatione generali.ff.de pignor. Oldra. conſilio
35 95.col.2.& Graue.conſi.160.nu.5. † Non ob-
ſtat inſuper quòd d.uerba fuerint geminata, ꝗa
nihilominus reſtringi debent ſecundum mentē
& intentionem ipſius Com.Baldaſſaris , ut tra
dit Rolan.à Valle in d.conſilio 8.nume.33.uol.
primo,quæ fuit non contrauenire ex cauſa d.te
ſtamentorum uel cuiuſcunque cauſæ ſibi notæ,
non autē incognitæ,qualis erat teſtamētum D.
36 Iacobi. † Confirmatur,quia ſicut confeſſio ge
minata reuocari poteſt,quãdo fuit erronea,Ro-
ma.conſi.491.ut propoſita.Dec.in l.1.C.de erro.
cal.num.7.& 8. qui communem teſtatur. & poſt
eum Cephal.conſi.142.nume.56. ita pariter re-
nunciatio geminata d. Comitis Baldaſſaris ei
præiudicare non debet.idque tanto magis com
probatur,quia ſi dicitur quòd uerba geminata
magis enixam & exuberantem uoluntatem oſtē
dunt,fateri oportet in ea proferente uoluntatē,
37 & ſic conſenſum adeſſe ſic loquendi. † At igno
rans non dicitur conſentire l.2.§. uoluntatem ,
ff.ſolu.mat. D.meus Rimi.conſi. 363. nu.27.Pa
riſ.conſi.20.nu.63.& conſi.47.nu. 100.uol.1.cõ
12.nu.245.uolum. ſecundo.unde non dicitur
poſſidere qui ſe ignorat poſſidere. Graue. con-
ſilio 171.nume.18.ſicuti nec renunciare,l. mater
38 decedens.ff.de inoffi.teſtamento. † ignorãtis
enim nullus eſt certus effectus,ut inquit Bald.
in l.dicere. in prin.ff.de arbi.unde ſubdit in gl.
finali, quod ſi arbiter errat in mente ſua,& er-
ror excludit uoluntatem, non tenet arbitrium
ipſo iure:ſequitur Emilian.conſi.48.nu.5. meri
tò cum d.Comes Baldaſſar ignoraret d. teſta-
mentum Domini Iacobi,dici non poteſt ex d.
uerbis,licet geminatis illi renunciaſſe,quia non
fuit in eo uoluntas,nec aliquis conſenſus ſtan-
39 te ignorãtia ſua. † Ad ſecundum de approba-
tione d.promiſſionis facta per principem ex cer
ta ſcientia, de plenitudine poteſtatis &c. diligē
tius aduerti debet,quòd Comes Baldaſsar duo
petiit unum ; quod ipſum reſpiciebat,& quod
ipſe facere intendebat,uidelicet quòd ipſe Co
mes intendebat conſentire d.contractui per pa-
trem celebrato,& ſe obligare ad non contraue-
nien

niendum uigore teſtamenti Do.Baldaſſaris, & Hippolyti & cuiuſcunque cauſæ,& ſe de euictione obligare. Et ſuper hoc petebat à principe ſe habilitari, ſibique concedi,ut inde poſſet celebrare inſtrumentum cum ſuis clauſulis & iuramento. Secundum erat quod reſpiciebat ipſum principem, & quod ipſe facturus erat, videlicet quòd Excellentia ſua dignaretur approbare d.inſtrumentum ex certa ſciẽtia,de plenitudine ſuæ poteſtatis, & auctoritate Ducali, & ſupplere omnes defectus facti, ita quòd nec reſtitutio in integ.peti poſſit,nec contrauenire ex capite læſionis enormis,& enormiſſimæ, nec cuiuſcunque cauſæ,quæ dici & imaginari poſſit immo audientia denegetur per quemlibet iudicem ei qui uelit ex cauſa reſtitutionis in integ. aut alicuius capitis contrauenire. Princeps tandem reſcribit,& ita cõcedit & diſpenſat Dominus, vt petitur. Certè dico principem primæ tãtum petitioni reſpondiſſe, non autem ſecundæ,

39 † nam verbum concedit, & diſpenſat, reſpiciunt Comitem Baldaſſarem,cui cõcedit,& quę diſpenſat,vt petit, videlicet quod poſſit conſentire d.contractui paterno,& ſe obligare, ut narrauit. Secundæ verò petitioni nihil reſcribit,cũ nõ apponat in reſcripto ſuo aliquod verbum quod reſpiciat approbationem ipſius principis de eo quod faciet d.Comes,meritò reſcriptum ſuum non debet ad ſecũdam petitionem exten-

40 di: quod probatur in primis:nam † cum tale reſcriptum contineat diſpẽſationem, ſtrictè venit interpretãdum, iuxta naturam diſpenſationis. c.requiritis.§.niſi rigor.97. diſtinct.c.quod dilectio,de conſ.& affi.Pariſ.conſi.88.nume.20.volum.4.nam odioſa eſt diſpenſatio. Ancha.conſi. 242.Dec.conſ.338.n.3.meritoque reſtringenda.

41 Bellame.q.477.Pariſ.cõſ.136.n.23.uol.4.†Secũdò quia vbicunque ſignatura reperitur limitata non attenditur petitio,ſeu ſignatura,quia ſæpe princeps ſignando ſupplicationem reſtringit petitionem,vt tradit Abb.in c.2.de treu.& pace.Iaſon in l.1.C.de diuer.reſcrip.Rui.conſi.43.nu-

42 me.3.vol.1. † Tertiò quia non præſumitur indubio princeps uti uoluiſſe plenitudine poteſtatis & auctoritate ducali, de quibus in ſecunda petitione,ſecundum Innoc.in c. cum ad monaſterium.de ſtat.regul.Imola in l. quidam conſulebat.ff.de re iudi.Rui.conſi.79.nu.9.uolu.3.Quinimmo potius contrarium conſtat quòd noluerit uti d.poteſtate,nec d.auctoritatem interponere,cum ſubiecerit in reſcripto cum interuen-

43 tu D.Bellencini,† quo non erat opus,ſi d.inſtrumentum fuiſſet muniendum principis auctoritate, ueluti cæteris ſolennitatibus longè ſolenius. l.omnium.C.de teſta.& ibi Iaſ.poſt alios nume. 11.immo uerò interuentus D.Bellencini arguebat d.inſtrumentum celebrandum per d.Com. Baldaſſarẽ, fundandum eſſe in ipſo D.Bellencino,non autem in principe,nec in illius auctoritate. Pariſ.conſi.76.nume.12.uol.4.& in ſumma dicitur ſubrogatus interuentus D.Bellencini loco ſolennitatum ſtatuti de contr.min.de quibus tactum fuerat in precibus:ibi,& quia cum ſit minor annis 25.non poteſt facere quantum cupit, niſi cum multis ſolennitatibus,quæ multotiens cauſant difficultates in celebrãdis contractibus,

44 &c. † Quibus ita ſtantibus hoc inſtrumentum uelut lõgè damnoſum d.Comiti,nocere illi nõ debet,tametſi factum cum debitis ſolẽnitatibus ſtatuti,loco quarum fuit Bellencinus, ut in tali ſtatuto latè tenet Andræas Sicul.conſil.41.col. 2.& per totum,uolum.quarto.Secundò principaliter,dato ſed non conceſſo, quod princeps etiam ſecundæ petitioni reſcripſiſſet, nihilominus dictæ clauſulæ parùm uel nihil obeſſent d.

45 Comiti Baldaſſari, † namque in primis,quo ad clauſulam ex certa ſcientia,illa locum non habet,nec operatur in his,quæ ſunt facti, de quibus princeps non præſumitur informatus, ſed potius præſumitur ignoraſſe,ut erat in caſu noſtro, d.teſtamẽtum D.Iacobi:ita Pariſ.conſilio primo, nume.85.volumine primo.Craue.conſi.126.nume.3.Goza.conſi.5.nume.14.Soc.iu. conſi.77.nume.126.uolu.1.Natta conſi.209.nu. 6.Roland.à Valle conſi.2.nume.161.cum ſeq. volum.1.Rui conſi.157.nu.9.uol.1.conſi.71.nu.

46 38.& conſi.97.nu.7.in fi.uolu.3.† vbi requirit quòd fuerit certificatus de præiudicio tertii, ut etiam tradit Craue.in tracta.de antiq.tempo.1. par.nu.40.ideoque in eius præiudicium nõ operatur,ut per Soc.conſi.164.col.3.volum.2.quia non cenſetur illi uoluiſſe ius ſuum auferre,ſecũdum Bal.quem ibi citat,& eum ſequitur Grat. reſp.158.col.pen.uol.2.& ultra prædictos addo Soc.conſi.120.col.7.uer.ſed ad iſta,uol.3. Dec. conſi.198.nu.8.conſi.544.col.fi.nu.36.D.meus Rimi.conſi.10.n.27.Neuiz.conſi.12.inter conſilia Bruni.Baldum in prælud:feud.nu.37.Caſtren.conſi.159.col.fi.uol.2. Alex.conſi.122.colum.pe.uol.4.Pariſ.conſi.82.nu.55.uol.1.Fely. in c.nonnulli,col.14.de reſcr.Cephal.conſi.133.

47 nu.110.cum ſimilibus. † Reſpectu uero clauſulæ,de plenitudine poteſtatis eadem cadit reſpõſio,quia non operatur in his,quæ ſunt facti, de quibus princeps informatus non fuit:ideo ſi prĩceps reſcribit contra ſentẽtiam cum clauſula de plenitudine poteſtatis, non operatur reſcriptum contra ſententiam,quæ trãſiuiſſet in rem iud.quãdo princeps de hoc informatus non fuiſſet.Bal.in l.fi.C.ſent.reſcin.non poſſe. Abb.in cap.paſtoralis.§.præterea.de offi.deleg.Soc.conſil.120.col.6.uol.3.Dec.conſil.198.col.pe. Brun. conſi.87.col.5.Cra.conſi.126.col.2.Pariſ.conſi.

48 1.nu.85.uol.1.† Nec operatur in tollendo iure quæſito alteri, ut erat in caſu noſtro ius quæſitum Comiti Baldaſſari ex teſtamento D.Iacobi, cum alioquin non diceretur plenitudo poteſtatis, ſed iniquitatis potius,ut per Soc.conſi. 164.col.9.uol.2.cõſ.120.col.pe.uol.3.poſt Car.ĩ cle.paſtoralis.de re iud.Soc.iu.conſil.65.nume.

49 6.uol.2.†demũque nec quãdo ſubeſt ſubreptio, vt hic de teſtamẽto Do. Iacobi non nominato. Gozad.cõſi.9.nu.42.Et idem dici poſſet ad illa uerba, & auctoritate ducali, quæ ſimilia ſunt

50 prædictis de plenitudine ſuæ poteſtatis. † Ad clauſulam uerò ſupplendi defectus facti dicitur quòd

quòd licet illa tollat defectus iuris poſitiui, non tamẽ tollit eos, qui ſunt de iure naturali, clem. ſæpe. in uerſi cæterum. de uerborum ſignificatio. Butri. in capitulo, illa, de electio. cum ſimilibus adductis per Alex. cõſil. 79. col. fi m. 5. vol. 1. Dec. cõſi. 341. nu. 6. conſi. 410. col. pe. Rube. cõſi. 76. col. 1. At in caſu noſtro defectus facti, vide licet quod de teſtamento Do. Iacobi nulla ſit facta mentio in precibus, & illud ignoraret Comes Baldaſſar, nõ eſt defectus iuris poſitiui, ut ſupra dictum fuit, ſed naturalis: quia defecit cõſenſus d. Comitis, ſtante illius ignorãtia, ut ſu-
51 pra dictum fuit. † Et qui conſenſus eſt de iure naturali. l. cum amplius. §. is natura, & ibi Dec. Cagnol. & alii, ff. de reg. iur. meritò nec d. clau-
52 ſula poteſt habere locum in hoc caſu. † Ad tertium quòd ipſe Comes aſſenſerit non petere reſtitutionem in integ. ratione læſionis enormis, & enormiſſimæ, reſpondetur in primis talem renunciationem non obſtare, quominus ſtante d. læſione peti poſſit abſolutio à iuramento & contraueniri. Butr. conſi. 24. col. 3. Soc. conſi. 220. colum. 5. uerſi. præterea, uol. 2. cum ſimil. per Gra.
53 conſi. 142. nu. 23. & cõſi. 191. nu. 10. † Secundò quòd nec ex parte recipiẽtis talem renũciationem tolerari poteſt, cum locupletaretur cum aliena iactura: unde licet ſeruari poſſet ſine interitu ſalutis æternæ ipſius Comitis iurantis, tamen quia ſeruari non poteſt ſine interitu ſalutis æternæ partis aduerſæ, quæ illam recepit, meritò debet abſolutio cõcedi. ita Butri. cõſi. 45. in fi. Caſtr. cõſi. 259. col. 5. conſi. 305. uol. 2. cum ſimilibus per Craue. in d. cõſi. 191. nu. 11. Rui. conſi. 107. nu. 10. vol. 1. Neuiza. cõſil. 22. nu. 28. cum
54 ſimil. & ita ceſſat obiectum. † Ad quartum de audiẽtia, quam uoluit denegari d. Comes, conſiderandum eſt, quòd d. clauſula uenit acceſſoriè, & in executione ſuperius dictorũ ab eo, ut ꝙ nõ poſſit contrauenire ratione d. teſtamẽtorum uel cuiuſcunque cauſæ, & id genus: ſi enim uellet exequi cõtrarium, uoluit ſibi denegari audiẽtiã: meritò talis clauſula non auget ſupra diſpoſita pluſquam comprehendant. clem. 1. de præben. Rota deciſ. 23. in antiquis, de procura. Fel. in d. c. ſedes, in 6. declaratione uerſi. intellige tripliciter.
55 † & hoc eſt quod vulgò dicitur clauſulam acceſſoriè poſitam nõ alterare principalem diſpoſitionem, ad quod citatur illud. clem. 1. ponit Dec. cõſi. 142. in fi. & cõſi. 470. nu. 4. cũ uulg. Ad ultimum de obligatione euictionis d. bonorum, reſpõdetur illam debere intelligi quãtum ſit reſpectu aliorum, quam ipſius Comitis ita
56 promittentis, † quia in diſpoſitione, quæ reſpicit alios, quàm loquentem, non comprehenditur perſona loquentis, vt ſi quis dicat, alii dicunt: quia nõ intelligitur ipſe dicere. Fulg. in l. 1. C. ſi aduerſ. don. Cor. cõſi. 34. col. 2. uol. 2. con ſilio 186. col. 4. uol. 3. & cõſi. 70. n. 4. uol. quarto.
57 † Et licet obligatus de euictione aliorũ regulariter nõ poſſit agere, d. l. vendicãtem, ubi Bartol. Bald. & alii, tamen id locum non habet, quando euictio ſequit ex ordinatione auctoris ipſius ꝓmittentis, ſecundum Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, q. 1. ff. de uerb. oblig. Alex. cõſil. 21. uolu. 5. & latè Rui. cõſi. 146. col. 3. uol. 1. unde cum autor d. Comitis Baldaſſaris fuerit D. Iacobus, ex cuius ordinatione talis euictio ſequi debet, nõ debet teneri d. Comes: & ita pro nunc reſolutis cõtrariis remanet cõcluſio ad fauorem ſuum firmata, uidelicet quòd impetrata abſolutione à iuramento petere poſſit d. bona, uelut ad eum pertinẽtia uigore d. teſtamẽti D. Iacobi & priuationis paternæ, ac patrui propter alienationẽ d. Vallis ſtellaræ, & ut latius ſuper his erit formãda petitio. Et ultra ſuperius dicta diſpenſatio prædicta cõplecti nõ poteſt fideicõmiſſum D. Iacobi, nec eius reſpectu quicquam operari: cum enim princeps Comitem Baldaſſarem diſpenſauerit cum interuẽtu D. Bellencini, & ſic requiſiuerit præſentiam ſuam, utique neceſſariũ fuit ꝙ dictus D. Bellencinus intelligeret quid corã
58 eo fieret. † nam quãdo quid requirit præſentiam iudicis, ſic debet fieri quòd iudex intelligat quid fit coram eo: ignorãs autem nõ intelligitur præſtare præſentiam, nec conſenſum. l. coram. ff. de uerbo. ſig. unde Bal. in rub. C. qui admi. col. 3. ver. vnde dixit, infert notab. ſe de facto dixiſſe quòd ſi partes ſimulãt uẽdere, cum tacitam donationem celebrẽt, licet iudex interponat decretum, nõ tamẽ dicitur donatio inſinuata, quia nõ erat notum iudici, quòd intẽderent
59 celebrare donationẽ. † aptè itaq; & intelligibiliter natura negocii exponẽda eſt, & declarãda iudici, aliàs nõ intelligitur factum cum eius præſentia, ſecũdum Baldum, quare & in propoſito noſtro Comes Baldaſſar nõ intelligitur diſpenſatus cum interuẽtu Bellẽcini ad nõ cõtrauenienẽdum cauſa teſtamẽti D. Iacobi, ſi illud non fuit notum Bellencino quòd Com. Baldaſſar intenderet illi renũciare: unde debuit clarè & intelligibiliter exponi natura negocii d. Bellencini, aliàs non dicitur factum cum eius interuentu &
60 præſentia. † Confirmãtur prædicta, nam decretum iudicis ſui natura ſtricti iuris eſt, & ſtrictè intelligendum. l. 1. C. ſi plur. una ſent. Dec. conſi. 43. & in l. 1. nu. 6. C. quando non pet. par.
61 † & quãdo relationem habet ad ſupplicationẽ & petita, debent intelligi ſecũdum ſupplicationem & non ultra, ſecundum Bar. in l. ſi ſeruũ. § fi. colum. ſecunda, ff. de leg. ſecundo, & ita tradit in terminis Pariſ. conſi. 100. nu. 22. & ſequen. uolum. 1. meritò cum in caſu noſtro Com. Baldaſſar petierit ſe diſpenſari ad conſentiendum d. contractui, & ad ſe obligãdum illi non contrauenire cauſa teſtamẽti auiti & patrui, princepsque dixerit, & ita diſpenſat, ut petitur, non debetur ultra petita porrigi decretũ Bellẽcini ſubſecutum, quia ita, non autem aliter diſpenſauit princeps, quàm peteretur. item ut petitur, non autem ultra petita.
62 † Nec in contrarium quicquam repugnat licentia petita in ſupplicatione per Com. Baldaſſarem obligandi ſe, uel bona ſua pro euictione &c. nam præter alias dicta, nunc addo quòd iſtud fuit petitum reſpectu euictionis & defenſionis, & aliorum ſubſtantialium & naturalium annexorum & dependentiũ

ab

ab ipſo contractu, non autē reſpectu obligationis de euictione ſeparatæ & diuerſæ ab expreſſa. Ita in terminis reſpondet Pariſ. in d. conſilio 100. n. 28. Comes igitur Baldaſſar uoluit obligari de euictione, & eo reſpectu tantum petiit licētiam caſu, quo bona uendita & permutata Palmirolis ab eis euincerentur, occaſione teſtamenti D. Baldaſſaris & Hippolyti, uel ex quacūque cauſa, &c. puta creditorum, &c. Sed nō intelligitur petiiſſe licentiam ſe obligandi de euictione propria cauſa teſtamenti D. Iacobi, quæ obligatio eſt diuerſa & ſeparata a promiſſa & petita. cū enim talis clauſula ſit annexa & dependens ab ipſo contractu, ut dicit Pariſ. non debet ulterius porrigi & locum habere paſſim in quocunque
63 caſu. † Et ad hoc bene facit quod dici ſolet clauſulam acceſſoriam non alterare nec immutare naturam diſpoſitionis, clementina prima. in fin. de præbend. cum ſimilibus per Craue. conſilio 25. colum. 1. Do. meus Rimi. conſi. 79. nume. 24.
64 Dec. conſilio 195. colum. pen. † Et ultra Pariſ. tradit hoc idem Ruin. conſi. 146. nume. 3. nolumi. primo, ubi loquendo de huiuſmodi promiſſione de euictione, dicit quòd intelligi debet ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur vnde patet quòd famulatur actui principali, qui celebratur inter partes, non autem latius
65 extenditur. † Præterea nec alia ratione nocet d. Comiti obligatio de euictione, quoniam licet inde ſequi ſoleat, quòd obligatus de euictione agere non poſſit, aut agendo repellatur. l. uendi cantē. ff. de euicti. quia tamen id procedit ex diſpoſitione legis ut ibi, non autem quia promiſerit non agere, & ad non agendum ſe obligauerit, utique diſpenſatio principis ſibi non nocet, quia diſpenſatus fuit circa petita & per eum expreſſa: ibi, & ita diſpenſat, ut petitur, non autē extra petita, & poſita in precibus ſuis. Et hæc eſt realis reſponſio, quæ uerbis principis inhæret, & intentioni pariter ipſius Comitis, qui nūquā uoluit ſe obligare ad non agendum ex fideicommiſſo D. Iacobi, qđ nec expreſſit, & quod igno
66 rabat adeſſe, nec ex illo ſibi ius competere. † Tāto que minus hoc dici debet ſtante doctrina Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in quinta quæſtione, dicentis quòd ad hoc, ut intelligatur remiſſum ius fideicommiſſi, ſeu aliud ius dependens ex teſtamento, non ſufficit, quòd in inſtrumento dicatur, quòd unus remiſit alteri omne ius præſens & futurum ex teſtamento uel ab inteſtato iure fideicommiſſi, uel ſubſtitutionis cuiuſcunque, uel alio quocunque iure, quia non ſufficit facere mentionem de teſtamento in genere, niſi dicatur in ſpecie de teſtamēto paterno, uel talis teſtatoris, aut aliter probetur, uel præſumatur ſcientia teſtamenti: & cum Bartolo tenent omnes communiter, excepto Angelo, prout refert Iaſ. ibi, nume. 66. cum ſeq. poſt Roman. conſilio 403. qui pariter illum reprehendit. Vnde ſi per illam clauſulam, ſeu obligationem de euictione Comes Baldaſſar non poſſet agere ad fideicōmiſſum D. Iacobi per indirectū priuaretur eo iure, quo non priuatus eſſet renuntiādo modo prædicto magis prægnanti. Quare non attenta d. obligatione de euictione, ego reſideo in priore ſententia.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtribus Comitibus de Manfredis.

### ARGVMENTVM.

Quando feudum ſit alienabile.

### SVMMARIVM.

1 *Feudum alienari non poteſt in præiudicium concedentis, nec agnatorum, ad quos eſt peruenturum.*
*Nec etiam pro anima. 2.*
*Fallit ex conſuetudine alienandi. 11.*
*Vel ex principis conceſſione, licet tacita. 15.*
3 *Feudum adminiſtrationis eſt, non patrimonij.*
*Hugo Capetus feuda dilatauit.*
5 *Ciuitas ex conſuetudine ſibi ius acquirere poteſt.*
6 *Conſuetudo & ſtatutum non differunt, quo ad cauſam efficientem, ſed quo ad modum diſponendi.*
*Et potentius operatur, quàm ſtatutum. 7. 9.*
8 *Conſuetudo pars iuris ciuilis.*
*Et Regina dicitur. 10.*
11 *Conſuetudo de feudis alienandis, ualet.*
*Et nulla, tolerata tamen à ſuperiore, ualet. 12*
13 *Inferior uiolare non debet auctoritatem ſuperioris.*
14 *Feudi natura conſuetudine potius, quàm iure uerſatur.*
15 *Feudum cum clauſula cui uel quibus dederis, poteſt alienari.*
*Et eſt communis opinio. 16.*
17 *Feudum poteſt alienari proximiori ſucceſſuro ſine conſenſu domini.*
*Et inſtitutio fieri poteſt tali caſu, ſine regis aſſenſu. 18.*
*Et eſt communis opinio. 19.*
20 *Feudum alienans in ſucceſſurum dicitur auctoritate legis id facere.*
21 *Statutum, quòd mulier non poßit alienare ſine conſenſu proximiorum, locum non habet alienando in filios.*
22 *Diſpoſitioni prima per ſecundam non cenſetur derogatum, niſi expreſſè caueatur.*

### CONSILIVM LV.

*Auxilium meum à Domino.*

EGREGIE ſcripſit Excellens Dominus Franciſcus Denalius Regienſis in oſtendendo magnificos & Illuſtres Comites de Manfredis condominos caſtri Montis Ricci Ducatus Regii de bonis dicti Comitatus diſponere

ſponere poſſe vel inter uiuos, uel per ultimam
voluntatem uelut allodialibus. Cuius tamen
conſultatio, prima fronte, dubitabilis, &
longè periculoſa mihi uiſa fuit; nam cum
1 † præceſſores eorum fuerint inueſtiti iure
feudi ab Excelſo nunquam delendæ memo-
riæ Principe Duce Alfonſo primo Atteſtino
de dicto Caſtro Montis Ricci, uillis, lo-
cis, & pertinentiis ſuis, pro ſe, filiis, & de-
ſcendentibus legitimis maſculis tantùm, ſe-
quitur quòd dictæ res ita feudales alienari
non poſſint, nec in præiudicium conceden-
tis, nec agnatorum, ad quos tale feu-
dum ſit peruenturum. capitulo primo, de
prohibit. feud. alienatione per Federicum.
capitulo unico, §. donare, qualiter olim
feud. pater.alien. Baldus conſilio trigeſimo-
tertio, ad euidentiam, volumine primo,
repetito conſilio 397. uolumine quarto.
Iaſon conſilio quinquageſimoſeptimo, vo-
lumine primo. conſilio 168. volumine
quarto. Gozadinus conſilio octauo, nume-
ro uigeſimoprimo. Gratus reſponſo quar-
to, numero trigeſimoſeptimo, uolumine pri-
mo. Dominus meus Riminaldus conſilio
octuageſimoprimo, columna tertia, & ibi dixi
2 in apoſtillis. † & abundè Neuizanus con-
ſilio nono, ubi dicit, quòd nec pro ani-
ma uaſallus de feudo teſtari poteſt, poſt Ia-
cobum de Ardizo, Ioannem Blanchi. in
ſuis ſummis, & alios, quos citat. Secun-
dò, quia ſumus in feudo Regali & dignita-
tis, vel quia conceſſum fuerit ad uſum regni
prout in inueſtitura dicitur, uel quia ſit Co-
mitatus, quo ſtante in ſucceſſionibus talium
feudorum admittuntur collaterales, & tran-
ſuerſales in infinitum, dato quòd eſſent ul-
tra centeſimum gradum, ut dicunt Bald. &
alii in capitulo primo, §. Capitanei. de feud.
Marchio. Veronenſ. cautela nonageſimaſex-
ta, eſt dubium. Dec. conſilio octuageſimo-
quinto, Pariſius conſilio uigeſimotertio, nu-
mero 124. uolumine primo. Gozadinus conſi-
3 lio vigeſimoſexto, numero 18. † & ut egregiè
declarat Connanus in commentariis ſuis iu-
ris ciuilis, libro ſecundo, capitulo nono, co-
lumna quinta, licet ſi quis noſtros annales
curioſius euoluerit, cognoſcet Ducatus, Co-
mitatus, & Baronias, quas uocamus, mu-
neris & adminiſtrationis olim fuiſſe, non pa-
trimonii nomina, reuocarique potuiſſe, cum
liberet Principi, certè quidem ad hæredes Du
4 cum, & Comitum non pertinuiſſe. † tamen
primus Hugo Capetus ad conciliandos, re-
tinendosque ſibi procerum animos, quorum
opera regnum Franciæ nullo iure occuparat,
has, quæ temporariæ erant dignitates, fecit
perpetuas, atque ita deinceps pariter reliqua
feuda tranſierunt ad hæredes, dum tamen
eſſent milites, hoc eſt nobiles: nobiles e-
nim militum nomine & priuilegio utuntur.

Quo ſic ſtante, fateri oportet alienationem
cenſeri prohibitam, cum alioquin ſi ualeret, ta
lis effectus ſucceſſionis locum habere non poſ-
ſet. Et hæc breuiter dictis Comitibus repu-
gnare uidebantur. Quibus tamen non ob-
ſtantibus, in ſententiam Domini conſulen-
tis deſcendo: moueor in primis ex conſue-
tudine, quæ mihi ſupponitur inter ipſos Il-
luſtres Comites de Manfredis eo loco uige-
re, quòd bona prædicta pro libito uen-
dant & alienent, ſicque retroactis annis paſ-
ſim ſeruauerint. Qua conſuetudine ſic ſtan
te, pariter & nunc & in futurum idem fa-
5 cere poſſe debent, † iuxta doctrinam Bar-
toli in proœmio digeſtorum, ubi uoluit
quod etiam ciuitates ex conſuetudine poſ-
ſunt ſibi acquirere ius ſtudii ſine priuilegio,
ponens exemplum in ciuitate Paduæ, & idem
Baldus in c. primo, qui feud. dare poſſint, co
lumna ſecunda, dixit, quòd conſuetudo ha-
bet uim decreti, & tenaciter obſeruata ha-
bet uim iuſtitiæ. ſequitur Alexander conſi-
lio ſeptuageſimo, niſo puncto, columna ter-
6 tia, uolumine quarto. † conſuetudoque &
ſtatutum non differunt, quo ad cauſam ef-
ficientem, & eius poteſtatem, ſed tantum
quo ad modum, & formam diſponendi. Ale
xander conſilio 108. columna tertia, uolu-
mine tertio, poſt Baldum in l. conſuetudinis.
quæſtione ſecunda. C. quæ ſit long. conſue-
tudo. Immo conſuetudo magis eſt attenden-
da, quàm lex: Felynus in capitulo primo,
7 numero quarto, & quinto de ſponſal. † &
quandoque potentius operatur, quam ſtatu-
tum, quia trahitur ad caſus ſimiles, id quod
non eſt in ſtatuto. Angelus conſilio quinqua
geſimoſecundo, & Alexander conſilio 119.
numero decimoquarto, uolumine ſexto,
& ideo facit licitum, quod alioqui foret il-
licitum. §. quia uerò etiam, in Authenti-
ca de defenſor. ciuita. tradit Archidiaconus
in capitulo, quia ſancta. ſexageſimater-
tia diſtinctione. & plenius plura ponit de
præſtantia conſuetudinis Cardinalis Alba-
nus in ſuis lucubrationibus ad Bartolum,
in repetitio. l. de quibus, ff. de legibus.
8 † Sed elegantius illam deſcribit Connanus in
commentariis ſuis iuris ciuilis, libro primo,
capitulo decimo, poſtquam enim dixit quòd
conſuetudo, pars eſt iuris ciuilis, in iis rebus
poſita, quæ priuſquam ueniſſent in conſuetu-
dinem, poterant ſine ſcelere uel prætermit-
ti, uel uiolari: poſtquam autem longo omnium
uſu comprobatæ ſunt, parem legibus habent
poteſtatem ſubdit: † Quin ſanctiora quo-
9 dammodo uidentur eſſe ea, quæ moribus
aſciſcuntur, quàm quæ imperantur legibus.
propterea quod leges dantur, ut plurimum,
inuitis, & recuſantibus ab eo, qui plus po-
teſt, & idcirco ingratiores, quia coactæ. Vn-
de ille,

*Per uim ſunt leges, & plebiſcita coacta.*

At quod eſt conſuetudinis, ſua ui per ſe
influit in mores hominum ſic, vt uel a natu-
ra putetur eſſe, aut ab antiquis bono publi-
co inſtitutum. Quare nihil aptius, neque
uerò potentius quicquam eſt hominibus re-
gendis conſuetudine, præſertim quæ ſua ue-
10 tuſtate naturæ uim obtineat, † ut meritò
Pindarus, morem omnium regem appellet,
quòd ſolus regnet, ſolus imperet, & unus
omnibus mortalibus iubeat, vetet, præſcri-
bat, quod uideatur. Vnde Darius, ut eſt apud
Herodotum, Græcos aliquando rogauit quan
ta pecunia adduci poſſent, ut ueſcerentur de-
functorum parentum corporibus, quemadmo
dum Indi. At illi meliora eum ominari iuſſe-
runt. Rurſus Indos cum multis precibus &
præmiis tentaſſet, vt mortuos Græcorum mo
re cremarent, reſponderunt, ſe prius extre-
ma paſſuros. Tantum ualet in utranque par-
tem ſeu recta ſeu praua opinio, & conſue-
tudo, ut uix, ac ne uix quidem, ſemel con-
11 firmata tolli queat. † Tantoque magis hæc
conſuetudo debet attendi, ueluti iuridica:
ualet enim conſuetudo localis de feudis alie-
nandis, ut de Gallia teſtatur Ioannes Fabri
in §. item Seruiana. uer. quid de feudo. & in
§. Fuerat, Inſtitutio. de actio. & in aliis locis
cumulatis per Decium conſilio 218. numero
nono, qui citat etiam Baldum conſilio 185.
Quidam nobilis, uolumine primo, quod a-
liàs reperitur conſilio 318. uolumine ſecun-
do, & tradit idem Baldus in capitulo, ſigni-
ficauit, columna prima, de reſcrip. ſicut & Ol
drad. conſilio 159. ſecundo dubio. Guido Pa-
pæ deciſio. 159. demumque Pariſ. conſilio
decimotertio, numero uigeſimotertio, uo
lumine primo, quem ſecutus ego fui in
apoſtillis ad Dominum meum Riminaldum
conſilio octuageſimoprimo, in addicione
ſecunda. Et nunc addo quoque Nattam
conſilio 322. numero tertio; ſicut & conſilio
600. numero decimonono, ubi tamen dictam
conſuetudinem reſtringit ad perſonas habi-
les, & feudi capaces, niſi probetur quòd
inducta fuerit, ut etiam feudum in perſo-
nas inhabiles poſſit alienari, quia conſuetu
dò nihil proficit, ſi probetur generaliter, ni-
ſi etiam probetur ſpecialiter in caſu, de quo
agitur; ut per Oldrad. conſilio 217. Anchara.
conſilio 239. pro maiore intelligentia, columna
quinta, uerſiculo, ad ſecundam rationem. Ale-
xan. conſilio 196. columna penultima, uerſicu
lo, quia ubi teſtes; uolumine ſecundo. & Curt.
iun. conſilio 26. columna penultima, uerſiculo,
12 ex premiſſis. † Et ubi nulla dici poſſet, cum
tamen a ſuperioribus tolerata fuerit, hoc
eſt ab Illuſtriſſ. Ducibus Ferrariæ, Mutinæ,
& Regii, non poteſt ab inferiore iudice nul
la declarari. l. minor autem magiſtratus. ff. de
minor. l. eos. §. ne liceat. C. de uſur. capitulo,
cum inferior. de maioritate & obedientia. cle
13 men. ne Romani, de electio. † Non enim de
bet inferior uiolare auctoritatem à ſuperiore
conceſſam. l. finali. ff. de legibus. Caſtren. conſi
lio 424. quia Seio, columna ſeptima, uolumi-
ne primo, prout in ſimili dicimus inferiorem
non poſſe manum apponere in eo, ſuper quo
ſuperior iam manum appoſuit, licet factum ſu
perioris ſit nullum. Innocentius in capitulo, in
ter dilectos. de exceſſ. præl. Ancharan. conſi
lio 57. circumſcriptis. Romanus conſilio 335.
columna ſecunda, uerſiculo, cæterum. Bella-
mera conſilio trigeſimoquarto, columna quar
ta, pulchrè declarans. Crauetta conſilio 137. nu
14 mero octauo. † Nec huius conſuetudinis mi
rum uideri debet, cum feudi natura potius
conſuetudine, quàm iure communi regule-
tur, Corneus conſilio 97. numero ſeptimo,
uolumine primo. ideo conſuetudo particula
ris alicuius loci de feudis alienandis præferri
debet diſpoſitioni iuris communis, ſiue con
ſuetudini feudorum ſuadenti contrarium, pro
ut concludit Pariſ. dicto conſilio decimoter-
tio, numero uigeſimoquinto, uolumine pri-
15 mo. † Secundò confirmatur iſta concluſio ui
gore breuis Apoſtolici, quo iam diu dictæ
res & bona, quæ prius erant feudales Epi-
ſcopatus Regii & Comitatus Albineæ, fue-
runt vna cum dicto Caſtro per ſummum Pon-
tificem dictis Comitibus conceſſæ in cam-
bium bubulcarum 300. terrarum liberæ à ſo-
lutione feudi, ac cenſus pro ſe & hæredi-
bus, & ſucceſſoribus ſuis, & cui, vel qui-
bus dederint. Quo ſtante fit, vt alienari
poſſint inter uiuos, uel in ultima uoluntate:
capitulo primo, de feud. non haben. propr.
nat. Aluaro. in capitulo, feudum, columna ſe-
cunda, verſiculo, ex qua gloſſa. ſi de feudo
fuerit controuer. inter dominum & agnatum.
Iaſ. in l. tertia, columna tertia, verſiculo, iuxta
prædictum notabile. C. de iure emphyteotico;
& conſilio 156. columna ſecunda, verſiculo
quia clarè, uolumine ſecundo. Decius conſi-
lio 171. columna ſecunda, conſilio 193. co-
lumna ſecunda. Curtius iunior conſilio
130. columna prima. Gozadin. conſilio quar-
to, numero octauo, uerſiculo decimo. Cra-
ue. conſilio 84. columna ſecunda. Pariſ. con-
ſilio tertio, columna quinta, conſilio uigeſi-
16 motertio, numero 41. volumine primo, † &
inſuper Curt. conſilio quarto, columna ſe-
cunda, qui teſtatur hanc eſſe communem: ſe-
quitur Rolandus à Valle conſilio nonageſi-
moſexto, numero trigeſimoquarto, uolumine
primo, conſilio primo, numero quadra-
geſimoſeptimo. Et longe copioſius conſi.
55. nu. trigeſimotertio, & quarto, uolumi. ter-
tio. Et ultra prædictos, hanc concluſionem fir
mat poſt multos idem Curtius Iunior in
tractat. de feudorum quarta parte, quæ-
ſtione quinta, numero 141. per di-
ctum

ctum capitulum primum, de feud. non hab. ubi dicit eſſe textum fortiſſimum & ineuitabilem de hoc: demumque in fine quæſtionis ſubiungit, quòd is, in quem facta fuerit talis alienatio, retin ebit illam rem liberam & expeditã, & tanquam allodialem, non autem iure feudi, ſecundum gloſſam ibi, Andræam de Iſernia, Baldum, Aluarotum, & alios paſſim, quod reputat ipſe Cur. mirabile, ſingulare, & perpetuò memoriæ cõmendandum. Et hanc partem breuiter his paucis tenendo, poſtquam longè latius vagatus fuit Dominus conſulens,
17 non obſtant contraria. † Reſpondetur enim quòd ſi alienationes, quæ fieri intenduntur, fiant in condominos Comites de Manfredis comprehenſos in inueſtitura, planum eſt eas fieri poſſe, quia feudum ſine conſenſu domini poteſt alienari per uaſallum proximiori & immediatè ſucceſſuro. capitulo primo, §. etſi clientulus. de alie. feud. capitulo primo. §. ſed & res. per quos fiat inueſti. & ibi Afflict. not. quarto. Andræ. de Iſer. & poſt eum Afflict. notab. ſeptimo. in capitulo primo, de alie. feudi paterni, & in cap. primo, de eo qui finem fecit agna. vbi dicit quòd quis poteſt renunciare feudum ei, qui immediatè ſucceſſurus eſt, etiam ſine conſenſu domini: & cum prædictis etiam concordat Felynus in capitulo, quæ in eccleſiarum. in ſeptima declaratione. de conſtitutio. Iacobi. à S. Georgio in inueſtitura ſua. verſiculo, & cum pacto de non alienando, columna quinta, verſiculo, & aduertite. Alexand. conſilio 40. columna finali, volumine ſex
18 to. † unde dicit Afflict. in capitulo primo, numerò decimoquinto, de ſucceſſ. feud. quòd ſi teſtator inſtituit illum in feudo, qui omnino erat legitimè ſucceſſurus, quia filius erat, ualet inſtitutio ſine Regis aſſenſu, & in dicto §. ſed & res. numero 49. dicit, quòd quando alienatur feudum in proximè ſucceſſurum, non ſoluitur releuium domino, quod & uoluit in conſtitutione Regni incipien. conſtitutionem
19 diuæ memoriæ. numero decimoquinto. † & hanc eſſe communem firmat Iaſ. conſilio 64. columna finali, uolumine ſecundo, à qua dicit non eſſe rècedendum in iudicando: & ratio eſt ſecundum prædictos patres, quia iſta non eſt propria alienatio, ſed quædam refutatio, ſiue ceſſio. l. voluntas. C. de fideicom.
20 quæ non eſt prohibita in proximiorem. † Item & quia qui alienat in proximiorem, & immediatè ſucceſſorem, alienat cum conſenſu legis, cuius poteſtas à pari procedit cum poteſtate principis præſtantis conſenſum, ut per Afflictum in dicto §. ſed & res. notab. quarto. ſequitur Rolandus a Valle conſilio 64. numero 19. cum ſequentibus, uolumine ſecundo. & cum prædictis etiam concordat Craue. conſilio 39.
21 ad finem. † adducens ſimile de ſtatuto diſponente, quòd mulier non poſſit donare ſine conſenſu proximiorum, quod locum non habet, quando mulier donat filiis: allegat Baldum conſilio 37. decreto. columna prima, in fine, uolumine tertio. Si uerò alienationes fieri contingant in extraneos, adhuc idem dici debet, ſtante breui Apoſtolico, & clauſulis in eo contentis, à quo receſſum non reperitur in inueſtitura memorata facta per Illu-
22 ſtriſſ. Ducem Alfonſum dictis Comitibus, † tum quia per ſecundam diſpoſitionem præcedenti non cenſetur derogatum, niſi hoc exprimatur, ut per Bartol. conſilio 71. ex facto. columna ſecunda. Dec. in l. pacta nouiſſima, numero quinto. C. de pact. hinc idem Bartol. in l. pater filium. §. filium. ff. de legat. tertio, dicit quòd quando præcedit diſpoſitio prohibitiua, & alia ſimpliciter ſequitur, intelligitur ſequens diſpoſitio ſub conditione, ſi contra prohibitionem factum fuerit: ſequitur Crot. conſilio 52. numero nono, & conſilio 61. numero uigeſimo, quod eſt ne per ſecundam primæ derogetur: tum etiam quia princeps ille celeberrimus confirmauit dictis Comitibus nedum omnem poſſeſſionem, quam habebant de dictis locis, ſed & omnia & ſingula ſeruari ſolita inter eos. ergo facultatem liberam alienandi & diſponendi de eis, prout antea facere conſueuerunt. Et ita res mihi ſatis clara uidetur omni reſpectu: quare non eſt opus ulterius in ea uerba facere.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

## Pro Illuſtre Domino Octauio Creſcentio.

RGVMENTVM.

De ſtatuto forenſem, uel non ſubiectum, nec onera ſuſtinentem excludente à ſucceſſione immobilium, quando locum non habeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Forenſis dicitur, in loco non habens originem, domicilium, uel incolatum.*
*Et qui non eſt de corpore ciuitatis. 2.*
3 *Subditus quis dicitur ratione domicilij.*
*Magiſq; ratione originis. 4.*
5 *Facta non præſumuntur.*
6 *Onera realia ſuſtinere ſufficit in potentia, & habitu,*

tu, licet non in actu ſuſtineantur.
7 Onera quæ forenſibus habitantibus in loco indici poſſint.
8 Ciuilitas nunquid abſenti quæratur. 56.
9 Priuilegium imperfectum, dicitur abuſiuè priuilegium.
Nec in uſu receptum debet attendi. 50.
Limitatur, ſi non fuit oblata occaſio utendi. 66.
11 Statutum tacitam habet cõditionem, ſi moribus fuerit receptum.
12 Familia per maſculos conſeruatur.
13 Filiæ ſunt agnatæ.
14 Familia tantum agnatos complectitur.
15 Immunitates non comprehendunt deſcendentes ex fœminis. & quando. 73.
16 Qualitas adiecta uerbo, regulari debet ſecundum tempus uerbi.
17 Hæres habilis eſſe debet tribus temporibus.
18 Pecunia in emptionem prædiorum parata, uice immobilium fungitur.
Sed contra. 81.
Secundum communem.
19 Statutum concedens mulierem ſuccedere in dimidiam bonorum immobilium marito, procedit in pecunia parata ad emptionem immobilium.
Sed contra. 81.
20 Fructus perpetuò duraturi computantur inter immobilia.
21 Statutum, quòd magnates non poſſint emere fundum in loco, procedit etiam ſi famulus interponatur, qui emat.
22 Minor prohibitus uendere, nec uendenti poteſt conſentire.
23 Inſtitui poteſt extraneus & ignotus teſtatori.
24 Geminatio demonſtrat enixam uoluntatem diſponentis.
25 Teſtamentum coram minore numero teſtium, ualet uigore ſtatuti.
Et eſt communis, & ita practicatur. 26.
Et ad quæcunque bona porrigitur, licet extra territorium conſtituta. 27.
28 Dominium acquiritur teſtamento.
29 Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem, nunquid procedat, ſi ab alio fuerit occupata. Cumanus & alij, quòd non.
Baldus uerò, & plerique ſecus ſenſerunt. 30.
Riminaldus diſtinguit. 31.
Et quando ſtatutum clarè loquitur, ceſſant doctorũ ſententiæ. 32.
33 Remedium recuperandæ, locum non habet in ſtatuto continuante poſſeſſionem, niſi exprimatur.
34 Poſſeſſor inſtare poteſt, quòd aduerſario fiat præceptum, ne illum turbet.
35 Spoliatus inſtare poteſt reintegrari.
36 Permiſſum cenſetur, quod prohibitum non reperitur.
37 Legatum factum eccleſiæ, intelligitur de propinqua teſtatori.
Et pauperibus factum intelligitur, de pauperibus loci teſtatoris. 38.
Vel ſi familiæ, intelligitur de familia teſtatoris. 39.
40 Statutum correctorium, non porrigitur extra territorium.
41 Statutum prohibens alienationem fieri in forenſem, locum non habet in facta ſub conditione.
42 Legatarius relictus exequutor teſtamenti poteſt auctoritate propria ingredi poſſeſſionem bonorum.
43 Proteſtatio conſeruat ius.
44 Moleſtare quis alium dicitur per retentionem naturalis.
45 Ciues origine & receptione fiunt.
46 Ciues ex priuilegio gaudent beneficio ciuium.
Et ut ciues tractari debent in fauoribus & alijs. 47.
48 Statutum de offendente ciuem, locum habet etiam in recepto ad ciuitatem ex priuilegio.
49 Ciuis appellatione comprehenditur etiam ciuis ex priuilegio.
50 Ciuis ex priuilegio, dicitur uerè ciuis.
51 Pro tali haberi, uel eſſe tale, quando idem ſit.
52 Ciuis ex conſequentia tenetur ad onera.
53 Ciuitas dicitur populus iiſdem legibus, & moribus gubernatus.
54 Verba generalia recipiunt reſtrictionem de habilitate, quando continent noui actus conceſſionem.
Nec eſt eadem ratio in omnibus. 55.
56 Priuilegium ciuilitatis, an abſenti quæratur.
57 Scientia præſumitur inſtrumentis penes aliquem reperti.
58 Ciuis quis efficitur ſola creatione.
59 Ciuilitas uera per ſtatutum inducitur.
60 Priuilegium principis ualet ſine ſcriptura.
61 Gratia fit, papa dicente, fiat.
62 Clauſula ſupplentes omnes defectus, quid operetur.
63 Priuilegium bullatum ſufficit.
Nec confirmationem ſucceſſoris requirit. 64.
65 Succeſſor poteſt reuocare gratiam ſui præceſſoris.
66 Habilitato aliquo ad acquirendum, cæteri de ſua familia cenſentur habilitati.
67 Priuilegium per non uſum amittitur, quando non fuit oblata occaſio eo utendi.
68 Ceſſante cauſa an ceſſat effectus. 70.
69 Lex generaliter intelligitur propter rationem, uel procemium generale.
71 Deſcendentium appellatio, communis eſt ad omnes, etiam per lineam fœmininam.
72 Maſculinum concipit fœmininum in materia communi.
74 Subſequentia declarant præcedentia.
75 Imperium hominum adiectione magis ampliari, quàm pecunijs conuenit.
76 Statutum generale loquens in perſona, locum non habet in pupillo.
77 Minores ad collectas non teneri.
78 Lex dat formam futuris.
79 Allibrationem quando fieri ſufficiat.
Verbum ſubiũctiui modi in lege, uel ſtatuto intelligitur in futuro.

Statutum

82 *Statutum concedit quem uocari, cum erit capax & habilis.*

83 *Fraus quæ ſequitur ex actu, non tamen ex intentione ad eam ordinata, non attenditur.*

## CONSILIVM LVI.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS & magnifica Domi-
na Camilla Viſcontina teſtamen
tum condidit, in quo inſtituta
in legitima tantum Illuſtriſſi. Do
mina Iſabella eius filia, ſuum
hæredem vniuerſalem inſtituit Illuſtrem Do-
minum Octauium Creſcentium nepotem ex
Illuſtri Domina Caſſandra ſorore ſua. Quæ-
ritur an in bonis immobilibus ſitis in terri-
torio Petræ viuę ſuccedere poſſit, & admitti
debeat dictus Illuſtr. Dominus Octauius ex al
legato teſtamento? Et prima conſideratione
dicendum videtur quòd non, ſtante ſtatuto
dicti loci, quòd forenſem reddit incapacem
1 ex teſtamento. † Quòd enim dictus Illuſtr.
Dominus Octauius, forenſis de iure dicatur,
ibi clarum videtur, ex quo eo loco non ha-
bet originem, nec domicilium nec incola-
tum: forenſis enim dicitur, qui foris venit
ad locum, vbi non ſortitur forum aliqua ra-
tione. §. ſi uerò aliqui. in Authenti. de Quæ-
ſto. quem textum Baldus allegat in l. de qui-
bus, columna nona, verſiculo quartò quæri-
tur, ff. de legib. & in l. tertia. §. hæc uerba. in fi-
ne. ff. de neg. geſt. † & qui non eſt de corpo-
2 re ciuitatis, quia non eſt ibi ciuis, nec inco-
la, vt tradit Bartol. in tracta. repreſal. quar-
ta quæſtione quinta quæſtionis principa. Ale-
xand. conſilio 34. columna penultima, volu-
mine quinto, & in ſtatuto Regij Dec. conſilio
661. columna ſecunda, ſeu qui non eſt in loco
natus, vt per Caſtrenſ. conſilio 195. poſſet quis
dicere, in antiquis, aliàs conſilio 89. columna
ſecunda, uolumine ſecundo, in nouis. Bero. con
ſilio 173. numero 43. uolumine primo. quæ ſin
gula cum conueniant Illuſtriſſi. Domino Octa
uio, forenſis cenſeri debet, & incapax vigo-
3 re dicti ſtatuti. † Secundò pariter obſtare
videtur ei ſtatutum met, quod excludit à ſuc
ceſſione non ſubiectum ſtatutis Petræ uiuæ: ta-
lis enim dicitur eſſe dictus Dominus Octauius:
nam ſubditus propriè quis dicitur ratione do-
micilii, vt nor. glo. in verbo, ſubditus, in cle-
mentina prima, de foro competenti. quæ di-
cit, quòd licet quis ſortiatur forum ratione
contractus, vel delicti, non tamen propriè di-
citur ſubditus, ſed ratione domicilij: ſequitur
Caſtren. in allegato conſilio 89. & Dec. conſi-
lio 661. Felyn. in capitulo finali, de foro com-
petenti. Cephal. conſilio decimotertio, numero
decimoquinto, & conſilio 53. numero 35. at Il-
luſtr. Dominus Octauius domicilium non ha-
4 bet in loco Petræ uiuæ, † immo nec origi-
nem, cuius occaſione quis etiam magis ſubdi-
tus dicitur, quàm ratione incolatus & domici
lii. l. aſſumptio. in princ. & l. libertus. §. præſcri-
ptio, ibi [cum ſimul igitur utrobique deſerũ-
tur, potior eſt originis cauſa.] & ibi Bart. ff. ad
municipa. Bero. conſilio 155. numero 38. uolumi
ne ſecundo. Igitur Illuſtr. Dominus Octauius,
qui non ſubditus reperitur ſtatutis dicti loci,
5 debet incapax reputari. † Tertiò repugnare
videtur adhuc illud ſtatutum ſibi, quatenus ex-
cludit non ſubſtinentem onera realia & perſo-
nalia in eo loco, & eius diſtrictu. quòd enim nõ
ſuſtineat ea onera, uerſatur in facto, ſicuti quòd
ſuſtineat: igitur probare debet ſe ea ſuſtinere,
ſi uult admitti, quia quæ in facto conſiſtunt,
non præſumuntur. l. in bello §. factæ. ff. de cap-
ti. & poſtlimi. reuer. ſicque Bald. arguit in ru-
brica de fide inſtrumentorum, columna tertia,
& in ſtatuto Regii Decius in memorato conſi-
6 lio 661. columna ſecunda. † Et ſi dicatur re-
ſpectu onerum realium ſufficere potentiam &
habitum ea ſuſtinendi, cum quis habebit bona,
licet actualiter non ſubſtineat, quia bona non
habet, ut per Caſtr. in dicto conſilio 89. Soci.
in rubrica, ff. ſoluto matrimonio, columna quar
ta, in fine. Alexander conſilio 156. columna
penultima, uolumine ſecundo. Dec. conſi-
lio 153. columna penultima, Fulgoſ. conſilio
102. columna finali, cum ſimilibus. reſpectu ue
rò perſonalium Illuſtr. Dominum Octauium,
ueluti minorem, immo uerò & infantem, im-
munem reddi per ſtatutum de non ſoluentibus
collectas. † Reſpondetur quædam onera rea-
7 lia conſiderari poſſe, ad quæ dictus Dominus
Octauius, ſi ibi habitaſſet, de neceſſitate tene-
retur, vt ad onus hoſpites in domo recipiendi,
quod eſt reale, & imponitur ratione ſolius poſ
ſeſſionis, & ſic etiam forenſibus habitantibus in
loco. l. reſcripto. §. finali. ff. ad municipa. Item e-
quum, & mulum, quem haberet exponere ad
cõmodum Reipublicæ, l. munerum. §. patrimo
nium, & ibi Bar. ff. de muner. & ho. ſicque ueri-
ficarentur in eo uerba ſtatuta loquentis de ſu
ſtinente onera realia, quod ſecus eſt alibi habi
tando: meritò inhabilis cenſeri debet. & ita tra
dit in terminis ſimilis ſtatuti Ruin. cõſilio 100.
columna quarta ad finem uolumine ſecundo, &
ideo Illuſt. Domina teſtatrix de prædictis dubi-
tans, inſtitutionem dicti Domini Octauii con-
ditionalem fecit, quatenus dictus Dominus
Octauius eſſet capax, & habilis ad ſucceden-
dum ſecundum formam dicti ſtatuti, & non ali
ter, nec alio modo. Nec ipſi Domino Octauio
uidetur opitulari poſſe ciuilitas quædam con
ceſſa per Excelſum principem dicti loci Illu-
ſtri Domino Carolo Pico huius Illuſtr. Do-
mini Octauii pro auo materno ſibi ſuiſque filiis
& deſcendentibus, † quoniam multa uidentur
8 obſtare dictæ ciuilitati, quominus proſit ipſi Do.
Octauio. & primò quod tale priuilegium ciuilita-
tis nõ fuit quæſitum ſibi, quia erat abſens, immo

nec in rerum natura tempore, quo conceſſum
fuit, vt in terminis tradit Anchar.conſilio 169.
viſis puncto, ſtatuto.quia in tali ciuilitate noti
tia eſt neceſſaria, & conſenſus ciuis creati requi
ritur.l.abſenti.ff.de dona.& vt ibi latius per An
charanum, quem ſimiliter in ſtatuto Regii ſe-
quitur ad vnguem Dec.in allegato conſilio 661.
columna ſecunda, & in priuilegio legitimatio-
nis ponit Rui.conſilio 102, numero 8.volumine
tertio, per not.In l.qui.abſenti.ff.de dona.cum
ſimilibus.Secundò quia de more conſueuerunt
huiuſmodi priuilegia ciuilitatum habere manũ
principis coucedẽtis ante vel poſt, quòd in præ
9 ſenti priuilegio non reperitur factum, † me-
ritò dicitur abnſiuè priuilegium, ſed imperfe-
ctum, iuxta l.ſecundam, §.primo.ff.quemad.te-
ſta.aper.& nihil actum cenſetur, donec aliquid
ſupereſt addendum.l.cum Sillanianũ. C.de his
quibus ut indignis.tantoque magis quod à ſuc
ceſſoribus principis non fuit confirmatum, p-
10 out moris eſt. † Tertiò quòd non fuit in uſu re
ceptum, meritò non debet attendi, prout de ſta
tuto notatur in capitulo primo, de treug.& pa
ce.Barto.in l.finali, §.ſed cum antiquitas.in fi-
ne.C.de cura.furi.& conſi.144.iudex commu-
nis Aſſiſii, Anchar.conſilio 283. iure ſtricto, in
principio.Alexand.conſilio 132. columna pri-
ma, uolumine primo. Felyn.in capitulo primo.
de treuga & pact.Dec. conſilio 689. numero
11 8. † Cenſetur enim continere tacitam condi-
tionem ſi moribus fuerit receptum, ideo ei ſine
peccato poteſt contraueniri.Rui.conſi.13.num.
28.volumine ſecundo.conſilio 143. numero 20.
volumine quinto.Ripa libro primo.reſponſ.c.
quinto, numero tertio, & abundè Marſi.in pra
cti.crimi.§.aggredior, numero 40. verſiculo, &
circa hanc materiam.demumque Cephal.conſi
lio 155.numero 16.Quatò fortius accedere vi
detur quòd ex narratiuis uerbis dicti priuilegii
conſtare uidetur voluntatem concedentis fuiſſe
tale priuilegium concedere maſculis & familiæ
Picæ, dum dicir, Excellentium uirorum acceſ-
ſione. & ibi nnbilitate generis: meritò nõ debet
in eo comprehendi dictus Illuſt.D.Octauius de-
ſcendens ex linea fœminina, videlicet ex præfa
12 ta Illuſt.D.Caſſandra: † quoniam per maſcu-
los, non autem per fœminas familia & eius di-
gnitas conſeruatur, vt not. Iacob. de Aren. in
ſua diſputa.quem refert Ioan. Andræ.in addi-
tio.Specul.in rubr.de ſucceſ.ab inteſta.Cur.cõ
ſilio 40.numero 3.D.meus Riminal.conſil. 184.
nume.19.& probatur in l.1.§.penul.ff.de uentre
13 inſpi. † Licèt enim fœminæ quoque velut fi-
liæ poſſint appellari agnatæ, nõ tamen per ipſas
agnatio conſeruatur.l.pronunciatio, in fine, cũ
ſequen.ff.de verb.ſignific.Soc.iun. conſilio 181.
numero 39.uolumine ſecundo. Cephal. conſil.
294. numero quarto, ſiquidem tranſeunt in alie
nas & diuerſi nominis familias nubendo, ue uſu
14 videmus: † at familia duntaxat agnatos com-
plectirur, hoc eſt eos, qui ſunt eiuſdem nnmi
nis.unde Connanus egregiè libro ſecundo ſuo
rum commentariorum iuris ciuilis, capitulo
15.columna quarta, refert ſi quem quis teſtamẽ
to hæredem ſcripſiſſet, eumque iuſſiſſet ferre no
men ſuum, uidebatur adoptaſſe eum, uelut Iu
lius Cæſar ſcripſit hæredem ex dodrante Octa-
uium, eumque in familiam nomenque adopta-
15 uit, vt ſcribit Suetonius. † Confirmatur, qua
tenus in dicto priuilegio conceduntur exẽptio
nes, immunitates, & id genus, ſub qua conceſ-
ſione non ueniunt deſcendentes ex fœminis. l.
1.§.finali.ff.de iure immu.Butri. conſilio 9. viſo.
puncto.Dec.conſilio 223.columna ſecunda. Ri
pa libro ſecundo reſponſ. capirulo 26. numero
19.igitur idem dici debet reſpectu ciuilitatis,
ne idem priuilegium diuerſo iure cenſeatur.l.
eum qui ædes.ff.de uſucapio. cum ſimilibus.
16 † Quintò & ultimò concurrit, quòd etiam ci
uis ex priuilegio non efficitur capax, niſi fecerit
ſe allibrari in æſtimo communis Petræ uiuæ, ut
diſponit ſtatutum, de quo ſupra: hoc autem nõ
fecit Illuſtr.Dominus Octauius, nec ab alio ſuo
nomine factum reperitur: & cum iſta qualitas
requiſita per ſtatutum debeat adeſſe tempore
delatæ ſucceſſionis, quoniam adiecta uerbo, de
bet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in deli-
ctis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.l.Titius.ubi etiã
Bartol. ff.de teſtamen.milita.& in l.qui duos.
ff.de rebus dub.Calcan.conſilio 14.in princip.
Socin.conſilio 166.numero 18.nerſiculo con-
firmo. Ruinus conſilio 200. numero octauò,
volumlne ſecundo.Cephal.conſilio 189. nume
17 ro 28.& conſilio 251.numero 13: † Immo ue-
ro in hærede requiritur habilitas tribus tem-
poribus, vt teſtamenti, mortis, & aditionis.
l.ſi alienus.§.in extraneis.ff.de hæredi.inſt.quæ
deficit hic in primis duobus temporibus, ſequi
tur vt hic Dominus Octauius carens dicta qua-
litate allibrationis, velut incapax huius ſucceſ
ſionis debeat excludi. Nec ei ſuffragari poſſe
videtur prouiſio teſtatoris, qui reliquit Illu-
ſtrem Dominum Marcum patrem dicti Domi-
ni Octauii adminiſtratorem bonorum cum fa-
cultate colligendi, & vendendi fructus, & eos
inueſtiendi pro ipſo Domino Octauio in bonis
18 immobilibus triplici medio. † primò quidem,
quoniam cum dicti fructus reperiantur depu-
putati ad emptionem prædiorum, veluti res
immobiles cenſeri debent, l.3.§. quid ergo.ff.
de contra.iud.tut.ſicut plerique per illum tex
tum dicunt pecuniam in emptionem prædio-
rum paratam vicem rei immobilis obtinere,
vt Romanus ibi, prout ab omnibus citatur,
& in l.ſi ex legati cauſa, columna quarta, vbi
pariter Aret.columna quarta, uerſiculo, addit
etiam Barb.columna 13.verſi.adde etiam.ff.de
verborum obligatio.& idem Roman. ſingular.
103.tu habes quòd pecunia, ubi textum in di
cto.§.quid ergo, vnicum & ſingularem dicit, &
à nemine, præterquam à ſe, annotatum, ſicut
& conſi. 188.in hac cauſa, col.finali, vltimo du
bio Cuman.in l.à diuo Pio.§.vltimo, per illum
textum.ff.de re iud. & in l. cætera. §.ſed ſi ſepa
rauit.ff.de leg.1.Cremen.ſingu.59.pecunia eſt.
Barb. in l.ſecunda. §. & harum. columna 16.
verſi

verſi.item fallit.ff.de verborum obligat'o. in ca
pitulo, nulli. colum. penultima,& in capitulo,
poſſeſſiones.columna ſecunda,de rebus eccleſ.
non alienan.in cap.ſecundo ,columna penulti-
ma,de ſoluti.in additio.Bald.in l.etiam.C.de fi
deicom.& conſilio 14.columna ſecunda, verſi.
& ſi quiſpiam,volumine ſecundo.Firmianus in
tract.gabella.ſecunda parte octauæ partis prin-
cipa.columna prima, verſiculo , & propterea.
Ioan.Lup.in repe.rub.de dona. inter virum &
uxorem.§.38.columna ſecunda, ver.& pecunia,
Corſet.in ſingular.in uerbo,pecunia. Caſſane.
in conſuetu.Burgund.titulo de droictz appar-
tenans a gens mariaz.§.2.in uerbo , tant meub-
les,uerſic.quid autem de pecunia. & iterum in
§.eiuſdem tituli.24.in verbo , ſunt aſſignez ou
promis,& latiſſimè,atque ſcietiſſimè Ferronus,
qui fœliciſſimè ornatum dicendi cum legum ,
& ſtatutorum interpretatione copulauit,in cō-
mentariis conſuetud. Burdigal. titulo de dote.
§.6.& rurſum titulo de teſtament.§. 8. Ripa
in l.1.columna ſecunda, numero 9.ff.ad trebel.
Cardin.Alban.in ſuis lucubrationibus ad Bar.
19 in l.2.§.creditum.ff.ſi certum petatur. † unde
Alberic.ſcribit in ſecunda parte ſtatutorum.q.
205.uerſiculo, item quæro,duas pulchras quæ-
ſtiones,quòd ex ſtatuto diſponente mulierem,
quæ ſuperſtes eſt marito , ei ſuccedere in dimi
dia parte bonorum immobilium,ea habere de
bet dimidiam partem eius pecuniæ , quæ depo
ſita eſt ad comparationem prædiorum : ſequi-
tur Barbat.in rub. de reb.eccle.non alie. colum
na 51.uerſiculo,& in quantū,ſub numero 192.
meritò ſic & iſtud ſtatutum excludens foren-
ſem à ſucceſſione immobilium , debebit eun-
dem excludere à ſucceſſione fructuum deſtina-
torum in emptionem bonorum immobilium ,
prout ſic in terminis dicti ſtatuti arguit & con-
cludit Ambroſ.de Opizo in l.filiusfamilias.§. di
20 ui.nu.74.uerſi.quid autem.ff.de leg. primo.† Se
cundum medium eſt,quoniam fructus dictæ hæ
reditatis ad ipſum Ill.Do.Octauium hæredem
( ſi ualeret inſtitutio ) ſpectare deberet perpe-
tuo ,longoque tempore, uidelicet donec uiue
ret, ſed quando fructus ſunt perpetui,uel lon-
go tempore duraturi,computantur inter immo
bilia,ut tradit Bal.in l.hac edictali.§.his illud.co
lum.prima.C.de ſecun.nup.meritò non potue
runt relinqui D.Octauio , etiam per modum,
de quo in teſtamento , ſicut nec immobilia, ut
in tali ſtatuto declarat Barbat. in dicta rubrica
21 de reb.eccle.non alie. 13.limitatione. † Tertiū
medium eſt , nā talis ordinatio uidetur in frau
dem ſtatuti prædicti prohibentis omnino fo-
renſem ſuccedere in territorio Petræ uiuæ, me
ritò Domino Octauio prodeſſe non debet , vt
in ſimili tradit Bal.in l. non dubium.C.de legi-
bus,de ſtatuto quòd magnates non poſſint eme
re fundum in territorio ſtatuentis , & ipſi faciūt
chartā in perſonā famuli, quòd famulus emat,
22 quia non poſſunt in fraudem ſtatuti; † Et idē
Baldus in l. finali.C. ſi aduerſ.donat. vbi quoq;
Salyc.& Aret.de ſtatuto dictante,quòd minor
non poſſit aliquam uenditionem facere, quòd
nec poterit vendenti conſentire,quia eſſet com
mittere de facili fraudem ſtatuto : ſequitur Bar
bar.in dicta rubr.numero 205. cum ſequenti.
Aret.in l.finali,colum. prima,& poſt eum Dec.
columna quarta. C.de pact.Firmian. in tracta.
de epiſcopo.in quarta parte,libro quarto , co-
lumna 55. uerſiculo,ſed nunquid prohibitus.
Barb.in capitulo , ſi quis presbiterorum,per eū
textum,iuncto capit.præcedenti, de reb. eccle.
non alien.& in capitulo,peruenit , circa fin.de
emptio.& uenditio.conſilio 51.colum.15.uerſi.
& facit quod uoluit,uolum.1.& conſil. 41. col.
antepenul. uerſiculo, ſecundò oſtendo,uolumi-
ne tertio.Soc.in l.Gallus.§. uidendum . colum.
2.in fine.ff.de liber.& poſth.& conſilio 230.co
lumna tertia,uerſiculo poſtremò non omitto,
uolumine ſecundo.Dec.in l.aliud.ff.de reg.iur.
Fabian.à monte Sabino in tracta.de emptio.&
uenditio.quæſtio.25.tertiæ q.princ. Alciat. in
rubr.C.de pact.Ferron.in conſuetud.Burdiga.
tit.1.§.ſecundo,& Tiraquel.quoque latius de le
gibus connubial.in uerbo,contracter.glo.3.nu
mero 135.cum ſequent.ubi conſiderat fraudem
prædictam,quæ facilè fieri poſſet ſtatuto , ſi id
concederemus: quare ſic & in propoſito noſtro
dicendum uidetur. Et hæc ſunt quæ cōſultatio-
nem ad fauorem Illuſtr. Domini Octauii mirū
in modum difficilem longeque dubitabilē red-
23 dere uidebantur. † Quibus tamen non obſtā
tibus arbitror ipſum capacem eſſe dictæ ſucceſ
ſionis,nā fundata reperitur eius intētio in teſta
mēto præfatæ Illuſtris D. Camillæ,quæ ipſum
hæredem inſtituit , & de iure quilibet etiam
prorſus extraneus & ignotus teſtatori poteſt hæ
res inſtitui.l.extraneum.la ſeconda.C. de hære-
di. inſti. meritò iure permittente ſucceſſio in
iſtis bonis dicitur ad eum pertinere,cum uolun
tas teſtatoris ſeruanda ſit.l.1.C.de ſacroſan. ec
cle.§.diſponat.in Auth.de nupt.& ita conclu-
dit in terminis noſtris Soc.iun.conſilio 18. nu
mero ſexto , uolumine tertio. Tantoque ma-
gis quòd nedum hoc in primo teſtamento
diſpoſuit dicta teſtatrix , ſed & in ſecundo,
ubi idem ordinauit , & primum confirmauit:
24 † quæ geminatio actus magis enixam uolun
tatem dictæ teſtatricis oſtendit ita faciendi,
iuxta not.per Bartol. & omnes in l. Baliſta.
ff.ad Trebellia.& in l.ſcimus.C.de agric.& cen
ſi.libro undecimo. Cur.conſilio 40. columna
quarta.Pariſ.conſi.31.numero.52.conſilio 131.
in principio,uolumine primo,& in terminis te
ſtamenti conſilio 9. numero 43. uolum.2.Socin.
conſi.149. materia præſentis,colum.9.uerſi.ſecū
da difficultas,uol.2.Rui.conſi.110.nu.17.uol.2.
& pulchrè,copioſeque Do. Virgilius de Silue-
ſtris inter conſilia utriuſque Riminaldi genito-
ris & filii gentilium meorum conſi.224.nume.
18.ubi in apoſtillis ſub litera D. confirmaui .
25 † Nec de ualiditate dicti ſecundi teſtamen-
ti dubitari debet , poſito quòd coram mi-
nori numero ſeptem teſtium , maiore ta-
men duobus , ſit factum : ſtante ſtatu-

to dicti loci ſuper hoc condito : quoniam pro
ditum eſt tale ſtatutum ualere , minuens nu
merum ſeptimum teſtium in teſtamentis de
iure communi requiſitum , prout in ſtatu-
to Veneto tradit Bartol.in l. prima, uerſiculo
tertio quæro.nume.21.C. de ſumma trinitate,
quem poſt Cyn. Bald.Salycet. Fulgoſ. & pleri-
que paſſim ſequuntur. vt etiam refert Iaſ. nu-
mero 80.Caccialup. numero 140. qui commu-
nem teſtantur : idemque Caſtren.& Areti.in l.
3.ff.de teſtamen.ille colum.fina. hic autem pri-
26 ma & ſecunda: † quibus addendus eſt Ange.
conſilio 126. teſtamenti factio , vbi dicit quòd
ita practicatur in iudiciis & ſcholis, multoſque
cumulat Alexand.conſilio 87. numero 6. volu-
mine ſeptimo,dicens hanc eſſe communem ob-
ſeruantiam, & magis communem teſtatur idem
met Alexand.in l.ſi non ſpeciali, poſt princi-
pio.C.de teſtamen.quam tenet etiam poſt glo.
Angel. Aretin. & Baueri.in §.fina. Inſtitutio.
eo. Guil.Bened.in capitulo, Raynutius. verſic.
teſtamentum primo , numero 55.extr.eo. infi-
nitoſque cumulat ad eandem ſententiam Boe
ri.deciſio.218.numero ſexto. Deciuſque prior
eo, qui communem teſtatur in capitulo ſecun-
do,nume.20.de probatio. Ripa Crot. & mod.
Bono.in l.nemo poteſt,ff.de leg.1. cum ſimili-
27 bus. † Adeoque ualidum cenſetur tale teſta-
mentum vigore ſtatuti memorati,quod ad quæ
cumque bona teſtatoris porrigitur , licèt extra
territorium ſtatuti poſita , ſecundum Bartol.in
dicta l.cunctos populos,quæſtione ſeptima,nu-
me.36.poſt Iacob.Butri.& Cynum & antiquos,
quorum ſententiam dicit eſſe communem Iaſ.
columna penultima,& fin. lectura ſecunda , &
ſequitur Marſil. in l.fina. numero 95. ff. de iur.
omnium iudicum:meritò bona ſita Petræ viuę,
& in eius agro , pertinent ad Illuſt. Dominum
28 Octauium uigore vtriuſque teſtamenti. † Id-
que nedum iure dominii , quod acquiritur te
ſtamento , glo.& Doctores.in l.cum hæredes.
ubi notant Alexand.Caſtrenſ.& alii , ff. de ac-
quirenda poſſeſſio.& not.in l.traditionibus. C.
de pact. ubi glo. Caſtr. Alexand.Dec.& Domi-
nus meus Riminaldus ad finem , ſed etiam poſ
ſeſſionis ipſius teſtatoris , quæ fuit continuata
in ipſum Illuſtr. Dominum Octauium virtu-
te ſtatuti . Quòd poſſ.defun. volentis id proce-
dere ad fauorem hæredis , licet alius prius eam
29 occupaſſet: † ex quo tolluntur uariæ doctorum
ſententiæ , nunquid occupata prius ab alio poſ-
ſeſſione cenſeatur continuata,& translata in hæ
redem : nam Cumanus,Iaſon, & Aquenſ. in l.
Pomponius.§.quæſitum. ff.de acquir. poſſ.ſicut
& in dicta l.cum hæredes , uoluerunt,quòd ne
quaquam. Signorol.conſilio 188. colum. prima,
Bald.in rubr.de cauſ. poſſ. & proprie.colum.fi.
uerſi.ſed nunquid. Andræ. Sicul.in rubr. C.qui
admi.car.2.colum.4.uerſic.undecimò adduco,
& in cap.2.colum.8.de conſue.nume.45. conſi.
58.colum.11.verſi.capio aliam dubitationem ,
& colum.12.uerſic.modo aggrediendo, & ite-
rum colum.14.uerſiculo & ſi dicatur,volum.2.
Alexand.conſi.82.perſpectis his,colum. 2. uerſi
culo,nec ad hoc obſtat. uolum.2.quod eſt repeti
tum conſi.40. uolumine tertio , conſil. 63. uiſa
facti narratione, colum.1.eo.uolum.conſi.51.&
conſilio 153.columna ſecunda, uolum.6.Calca.
conſilio 76.colum.3.uerſic.nec obſtat.Soc. con
ſilio 49.colum.fina.volum.3.& ut breuitati con
ſulam,plures alii cumulati per Tiraquel. in tra
cta.le mort.ſaiſ.le uiſ.in 3. declaratione 5. par-
30 tis,nume. 7. † Contrarium uerò ſenſerunt a-
lii plerique ſcribentes, ut Bald.conſi.454. qui-
dam Ioannes,in fine,uolum.3. Ioan.Fabri in §.
ſui.colum.ſecunda.Inſtitutio.de hæred.qual.&
diffe.Anch.conſi.146.in prædicta q.Imola con
ſilio 16.Fulgo.conſilio.230.in quæſtione.Iaſon
conſilio 85.colum.fina.uolu.1. & conſilio 146.
colum.1.uolum.4.ubi ſic dicit fuiſſe iudicatum
à Senatu Regio Mediolanēſi aduerſus quoſdā
fideicommiſſarios , qui propria auctoritate oc-
cupauerant poſſeſſionem rerum hæreditariarū.
Dec.conſilio 84.colum.ſecunda, uerſiculo,& ul
terius. & conſilio 467. colum. fina. cum ſimili-
bus,quæ congerit idem Tiraquell. loco citato ,
nume.9.cum ſequentibus, ubi ponit alias de-
clarationes,quando prædicta occupatio proſit,
31 uel non,occupanti. † Quibus & aliam ſingula
rem adiicio , quam ponit Dominus meus Rim.
conſilio 340.colum.prima, ponderando unum
verbum Alexandri in dicta l.cum hæredes, ut
procedat , & opituletur dicta occupatio , quan
do incontinenti facta fuerit ab alio , hoc eſt q
poſt modicum tempus à morte defuncti fuerit
accepta poſſeſſio:ſecus uerò interueniente ali-
quo temporis interuallo,& ſaltem tanto, quòd
hæres potuerit apprehendere poſſeſſionem ip-
ſarum rerum,& per conſequens ſtatutum poſſit
fingere:tunc enim perinde eſt , ac ſi realiter poſ
ſeſſio quæſita fuiſſet per hæredem ,& occupatio
32 alterius nihil operatur, aut ei ſuffragatur. † Hęc
enim utcunque ſint , quando ſtatutum ſimpli
citer loquitur , ceſſant : tamen ſi procedat ulte
rius , ut in caſu noſtro loquens , quod poſſeſ-
ſio translata & continuata intelligatur in hære-
dem , etiam ſi alius prius eam occupaſſet:ſic e-
nim expreſsè loquēte ſtatuto & refragante ceſ
ſant omnes amaritudines Doctorum,& occupa
tio redditur inefficax , & nulla, ut per Iaſ. con-
ſilio 85.columna ſecunda, uolumine tertio. Pa-
riſ.conſilio 41.columna ſecunda, uolumine pri
33 mo , & Tiraquell.dicto loco . ad finem. † Id-
que pariter confirmatur,cum ſtatutum met pro
tali poſſeſſione continuata det hæredi etiam
remedium recuperandæ poſſeſſionis , quod eo
non expreſſo non competiiſſet, ut per Baldum
in authentica defuncto.C.ad Tertullia. Alexan
der conſilio 37.columna ſecunda , uolumine
primo. Deciſio. Neapolita. 299. numero 13.
& Dominus meus Riminaldus conſilio 558.
numero undecimo, latiſſimeque diſputat Tira-
quell.in dicto tracta.le mort.in quarta declara-
tio.ſextæ partis. hinc enim manifeſtè patet ,
talem poſſeſſionem occupatam non atten-
di , ueluti ſpolium quoddam , ſi datur reme-
dium

34 dium recuperandæ poſſeſſionis. † Poteſt igitur Illuſtriſſ. Do. Octauius inſtare, quòd fiant præcepta D. Iſabellæ, ne eum turbet in poſſeſſione in eum continuata, & quòd ad eam non tendat, cum conſtet ex dicto ſtatuto eum eſſe in poſſeſſione, vt per Bald. in l. ordinarij, colum. 4. C. de rei. vend. in addi. Specul. In titulo de libel. concep. §. fi. in verbo, officium, & in l. 1. C. de ſequeſ. poſſ. Caſtr. conſi. 3. col. 1. vol. 2. Card. conſ. 60. Abb. in c. 1. nume. 18. de lib. obla. & D. meus Vberti. Zuccard. in l. fi. nu. 112. C. de edic. diui

35 Adr. tol. † Vel petere ſe reintegrari ad poſſeſſionem, veluti ſpoliatum, iuxta notata in l. ſi quis ante, ff. de acquir. poſſeſſio. & in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpol. Sed & alia via ſuccurſum reperitur in teſtamento domino Octauio, præter dictum ſtatutum, quòd poſſ. defun. dato quòd eſſet incapax ſucceſſionis bonorum immobiliũ ſitorum in agro Petræ viuæ: relictus enim fuit adminiſtrator eorum Illuſtriſſ. dominus Marcus eius pater cum facultate locandi, colligendi fructus, eos vendendi, & inueſtiendi in tot bonis immobilibus pro dicto domino Octauio, quouſque fuerit factus maior annorum 25. ſeu capax, & habilis à Principe, vel alio modo ad ſuccedendum,

36 dum, ut in teſtamẽto plenius continetur. † Hęc enim prouiſio relinquendi præfatum D. Marcũ adminiſtratorem dictorum bonorum, cum non reperiatur à ſtatuto prohibita, permiſſa cenſeri debet, l. præcipimus. in fi. C. de appellat. l. ſancimus, C. de teſta. cum ſimilibus. & tanto magis, quòd bona non fuerunt in eum alienata per teſtatricem, ſed adminiſtratio tantum conceſſa, quæ dominium non transfert, c. 1. & ibi not. de dona. cum facultate locandi. quod nec dominiũ transfert in conductorem, nec poſſeſſionem, meritoque dictum ſtatutum ceſſat, vt in ſpecie tradit Caſſa. in conſuetudi. Burgun. rub. 9. nu. 35. & Io. Bapt. Plotus conſi. 108. nu. 58. vol. 1. crimi

37 nalium. † Et cum fructus inueſtire debeat in tot bonis immobilibus, teſtatrixque tempore teſtamenti domicilium haberet alibi, vbi & originaria fuerat, debet intelligi ꝙ inueſtitio dictorũ fructuum fieri debeat in bonis immobilibus ibi ſituatis. l. quæ conditio, §. fi. ff. de cond. & dem. per quem textum Cynus in l. 1. C. de ſacr. ſanc. eccl. inquit, quòd ſi teſtator legat centum Eccleſiæ

38 ſiæ intelligitur de ſibi propinqua, † ſicut etiã ſi iubet bona ſua diſtribui inter pauperes, intelligitur de pauperibus loci teſtatoris, non autem diuerſi, ſecundum Caſtren. in dicto §. fina. aut ſi legat cognatis, intelligitur factum legatum cognatis ipſius teſtatoris, ut declarat Barto. in l. ſi cognatis, colum. fi. verſic. quæro hic dicitur, ff. de reb. dub. & in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.

39 † vbi dicit quòd ſi teſtator iuſſit in familiam relinqui ſimpliciter, intelligitur in dubio de familia teſtatoris, & ſubdit ita tenere Dynum, Petrũ & omnes: ſequitur Iaſ. conſi. 215. col. 1. volum. 2. & conſi. 159. in princ. vol. 4. Roland. à Valle conſi. 100. nume. 5. vol. 1. Quo ſtante nemini dubium eſt, quòd inueſtitio dictorum fructuum in bonis ibi ſitis facienda cedere poteſt ad commodum Illuſt. domini Octauij, cum ſtatutum, de quo contenditur, forenſem excludat à bonis immobilibus ſitis in territorio Petrę viuæ, meritoque à ſitis extra ſecus dicendum ſit, ſicque ip-

40 ſum eorum capacem remanere: † quoniam tale ſtatutum correctorium iuris communis, non porrigit vires ſuas ad bona extra territorium, iuxta notata in l. ſi. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. cunctos populos, C. de ſumma trinit. & fid. cathol. Sed & alio reſpectu procedere debet inueſtitio prædicta ad fauorem Illuſtriſſ. domini Octauij, dato quòd etiam fieret in diſtrictu Petræ viuæ, quoniam non purè hoc impoſuit Illuſtr. domino Marco adminiſtratori relicto, ſed ſub conditione, videlicet vſque quo D. Octauius erit habilitatus à principe, vel aliter ad ſuccedendum

41 in dictis bonis. † Quo ſtante ſtatutũ prohibens alienationem fieri in forenſem, locum non habet in alienatione facta ſub conditione, cum forenſis pendente conditione poſſit fieri ciuis, l. cętera. in princ. & ibi notat Iaſ. notab. 7. ff. de leg. 1. Ita declarat in terminis Ripa in c. 2. de legib. & longa conſuetu. libro ſuo reſpon. nu. 24. quem refert & ſequitur Plotus conſi. 108. nu. 26. quod eſt ſummè notandum. Et cum præfatus Illuſtr. Dominus Marcus relictus adminiſtrator dictorum bonorum, & fructuum ut ſupra relictus et fuerit executor teſtamenti, omniumque & ſingulorum

42 lorum in eo diſpoſitorum, † poteſt auctoritate propria conſequi dictam adminiſtrationem, ſicque ingredi ad tenutam & poſſeſſionem dictorum bonorum pro illis adminiſtrandis, vt determinãt in quocunque legatario relicto executore teſtamenti Bald. Ang. Salyc. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. non eſt dubium, C. de leg. Alex. in l. Paulus. la prima, ff. ad Treb. Dec. conſi. 243. col. pen. Soc. iun. conſi. 86. nu. 10. vol. 1. Pariſ. conſi. 81. nu. 21. uol. 2. cum aliis à me cumulatis Inſt. de dona. in princ. nu. 1432. Laudo tamen quòd vrbanius agendo, & ad euitanda ſcandala iudicem adeat, præmiſſaque proteſtatione, ac conſeruatione propriæ facultatis de ingrediendo propria auctoritate, citata D. Iſabella petat per eius officium ſe aſſociari ad tenutam & poſſeſſionem dictorum bonorum pro illis adminiſtrandis, &

43 aliis peragendis in teſtamento diſpoſitis: † talis enim proteſtatio iuuat, & conſeruat dictum ius, & auctoritatem ingrediendi iure ſuo, ut plenè tradit Alex. conſi. 128. in cauſa Strazzarolorum, col. pen. uol. 4. Iaſ. in l. 2. C. de iure emphy. quos refert & ſequitur Neguſ. in tract. de pigno. in 4. parte, nu. 26. & præter eum Dec. conſi. 146. col. 4. cõſi. 460. colum. 2. dominus meus Zuccar.

44 in l. ſi. nu. 101. C. de edic. diui. Adr. tol. † parique modo poſtea, ſi opus erit, poterit inſtare fieri præcepta Dominæ Iſabellæ, ne turbet eum in poſſeſſione, quam fuerit conſecutus: quia ſi domina Iſabella moleſtabit eum per retentionem naturalis, dicetur eum turbare in ciuili, ſecundum Barto. in l. 1. §. interdictum, colum. 2. ff. uti poſſi. Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. col. 4. uerſi. ſecundo, & notabilius. ff. de acquir. poſſ. cum ſimilibus: & iſtæ ſunt vice, iuraque, quibus

quibus vti, nitiq; poteſt Illuſtr. D. Octauius per ſe, vel eius Illuſtrem genitorem in hac hæreditate. Quam concluſionem tenendo ſupereſt contrariis, de quibus ſupra, ſigillatim reſponſum ad ferre: quo facto clarior apparebit concluſio ſuperius ad eius fauorem firmata. Non obſtat igitur primum quòd Illuſtriſſ. domi. Octauius forenſis ſit, veluti non habens originem, domicilium, vel incolatum in territorio Petræ viuæ, & ideo quòd ſit incapax ex ſtatuto memorato: nam tollit hoc obiectum priuilegium ciuilitatis iam diu conceſſum per Principem dicti loci Illuſtr. domino Carolo antiquo, quo ipſum, eiuſque filios & deſcendentes, & qui naſcentur ab eis in perpetuum ciues ſuos fecit, conſtituit, & creauit cum facultate emendi, acquirendi & id genus aliis multis in ampla forma conceſſis & e-
45 largitis. † planum enim eſt ciues nedum origine, & natiuitate, ſed & receptione in ciuitate conſtitui. l. 1. in princ. ff. ad municip. & ibi not. Barto. nu. 16. dicens quòd receptione contrahitur ciuilitas per illum textum, dum dicit recepti in ciuitate, & ſic quando contractu habito cum alio ciuitas ſibi facit ciuem, quod videmus ſeruari de conſuetudine ſecundum Bar. comprobatque hoc idem per l. ædificia, iuncta glo. ff. de verbor. ſign. & per l. ciues, C. de incol. lib. 10. in verbo, electio. nec ibi tantum Bartolus, ſed & in l. aſſumptio. §. filius. & in l. libertus, §. patris, ff. ad munic. idem confirmat, volens quòd ciuilitas acquiratur ex decreto, & priuilegio: idemq; Baldus in l. 1. C. de munic. & orig. lib. 10. Luc. de Pẽna in l. ciues. colum. 3. C. de incol. lib. 10. Deci. conſi. 661. col. 2. & Bero conſi. 155. nu. 37. vol. 1.
46 † vnde ciues ex priuilegio creati gaudere debent beneficio ciuium. Rui. conſi. 200. col. 2. in fin. volum. 2. quia appellatione ciuium veniunt etiam ciues ex priuilegio creati, vt per Bald. in l. in vrbe, ff. de ſtat. hom. ubi dicit notandum eſſe, quòd ciues effecti ex conſtitutione, habent ius ciuium ex origine, quia ſunt ueri ciues; & ideo ſubdit Cynum alibi dicere, quòd ſi ſtatutũ dicit quòd omnes ciues habeant tale priuilegiũ, & forenſes non, quòd ſi aliquis forenſis effectus eſt ciuis per ſtatutum, habebit eadem priuilegia, quæ habent illi, qui ſunt ciues originarij per l. ſed ſi hac, §. ſed ſi ius anulorum, ff. de in ius uoc.
47 † Idemque Baldus in l. cum ex oratione, ff. de excuſ. tut. per illum textum, qui vult quòd paria ſunt, qualitatẽ alicui ineſſe naturaliter, uel per priuilegium, notabiliter infert eo ipſo, quòd Comatini recepti ſunt ad ciuilitatem, tractari debent vt veri ciues, & nõ ſolum in fauoribus, ſed in odiis, quod eſt mirum, ſecundum eum, qui ſubdit illam legem multum eſſe ad hoc notandam. ſequitur Iaſ. in l. ſi ijs, qui pro emptore, co
48 lum. 64. verſi. quartò adde, ff. de vſuca. † Hinc & ipſe Bald. in l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. geſt. Bartolum ſequutus inquit, quòd ſtatutum loquens de offendente ciuem, etiam locum habet in offendente eum, qui ad ciuilitatem receptus eſt per priuilegium, quia vera ciuilitas, ita poteſt induci per ſtatutum, ſicut per originem, cũ ciuilitas habeat ſub ſe plures ſpecies, & omnis ſpecies ſit vera ſpecies, d. l. ciues. licet ipſe Bald. primò contra ſentiret, quem ſimpliciter ſequitur Alex. conſi. 99. nume. 8. vol. 6. & Cardinal. Albanus in lucubrationibus ad Barto. in l. fi. C. de his, qui ven. æta. impet. idemque tenuerunt Gemini. & Card. Alexandrinus in c. ſi adiuto-
49 rium, per glo. ibi, 10. diſtinct. † ubi dicunt ꝙ appellatione ciuis comprehenditur ciuis ex priuilegio factus, ita quòd pœna irrogata per ſtatutum offendenti ciuem, extenditur etiam ad iſtũ ciuem ex priuilegio. hinc & Boeri. deciſ. 120. nu. 23. & Marſ. conſi. 127. nume. 2. dicunt quòd omnia iura loquentia de ciue, habent locum in ciue ex priuilegio, ſicut in ciue ex origine, qui ſtat continuè in ciuitate. ſequitur idem tenens Barba. conſi. 87. col. 1. vol. 1. Soc. conſi. 129. colum. 2. verſi. tertiò hoc probatur, vol. 1. demumque Roland. à Valle conſi. 79. colum. 1. nu. 9. uolum. 3. Cum igitur princeps ille hunc Illuſtrem dominum Octauium deſcendentem ab illo D. Carolo receperit in ciuem dicti loci per priuilegium pactis, & modis, de quibus in eo, & ſic conuentionem talem fecerit, nemini dubium eſt ipſum dici & eſſe ciuem Ferrariæ, non autem forẽſem. Confirmatur, nam princeps poſtquam dixit ipſum dominum Carolum, eiuſq; filios &c. ciues noſtros facimus &c. ſubiunxit, ita & taliter, quòd de cætero, ſemper, & in perpetuum ipſe ſuique, ut ſupra, ſint, cenſeantur, & cenſeri debeant ciues locorum noſtrorum quorumcumque, & pro ciuibus in eis & vbique haberi ac tractari, poſſintque, & valeant in ipſis & eorũ diſtrictibus, tamquam veri, & originarij ciues eorum, emere acquirere &c. & omnia alia & ſingula facere, & exercere, quæ & quemadmodũ poſſunt cæteri ciues originarij dictorum loco-
50 rum. † Ex quibus verbis manifeſtè patet ipſum eſſe ciuem, ſecundum ueritatem, ut eſt doctrina Bartoli in l. ſi iis, qui pro emptore, in fine 3. quæſtionis princ. nume. 35. ff. de vſuc. quam latè diſcurrit & comprobat Iaſon ibi, nu. 291. per
51 tres columnas, & Crot. nu. 30. † cum potiſſimè ſecundum Butrium in c. ex parte, ſecundò notabili, de ſponſal. hæc verba haberi pro tali, in actibus à uoluntate mala proferentis dependentibus æquipolleãt iſtis, volo ꝙ ſit talis: quod notat Butrius propter ſtatuta, quæ quandoque diſponunt, ut quis habeatur pro ciue ab habentibus poteſtatem ciuilitatem concedẽdi: cirat Bartolum in dicta l. ſi ijs, qui pro emptore. Sic enim dici debet in hoc priuilegio conceſſo à dicto Principe, habente poteſtatem creandi ciuem. Ad ſecundum verò de non ſubiecto ſtatutis dicti loci, qualis ſupponitur Illuſtris dominus Octauius, & ob id incapax ex dicto ſtatuto, reſpondetur id ex eadem ciuilitate pariter tol-
52 li: † nam eo ipſo quòd alicui ciuilitas conceditur, ex conſequentia quadam neceſſaria, & ex quadã oneris annexitate, tenetur ad ea, quibus alij ciues ſubiiciũtur, ut ad datia, collectas, & alia quæ ſtatutis ciuitatis indicuntur. Ita declarat Bal. in l. quod fauore. 7. oppo. C. de legib.

poſt

poſt Petrum: ſequitur Soc.in l.cum filio.notab. 2.ff.de leg.1.& hoc eſt regulare,quòd ciues dicãtur iuriſdictioni ciuitatis ſubiecti.l.1. & ibi Bart. ff.ad munici. l. 1. C.de munic. & origi. cap. ſecũdo. de conſti.in 6.& not.ſcribentes in c.fi.de for.
53 cõpe.Bero. conſ.22.nu.12.vol.7. † nã & ciuitas, vnde ciues dicuntur, appellatur quicumque po pulus iiſdem legibus & moribus gubernatus,vt poſt Cæſarem de bello Gallico ſcribit Connanus in Commentar. iuris ciuilis,lib.1.capit.7.in prin.Ad tertiũ de nõ ſuſtinẽte onera,vt hoſpites in domo recipere, equum & mulum pro republica commodare, iuxta conſi. Ruini 200.vol. 1.reſpondetur,quòd cum Illuſtr.dominus Octauius ſit filiusfamilias, qui domum, mulum , vel equum proprios non habet, ad onera prædicta
54 teneri non poteſt: † talis enim diſpoſitio iuris reſtringi debet de habilitate, & ſic illis adaptari, qui tales res præcipuas habent,vt ſunt patresfamilias, cum nouus actus conceſſionẽ contineat, non autem iam conceſſi extenſionem.l. 1. C. de ſacroſanc. eccl.l. ut gradatim,§. 1. ff. de mun. & honor.Bart.in l. 1.§. nunciatio,ff. de oper. nou.
55 nunc. † cum potiſſimè diſpoſitio generalis nõ intelligatur,quando in omnibus non eſt eadem ratio,iuxt.not.per Bar.in l.ſi pluribus, ff. de leg. 1.Doctores in c. quia circa.de electi.lib.6.Deci. conſi.43.colum.2. D.meus Rimin.conſi.71. nu. 28. Crauet. conſi.3.nu.26.Caſtr. conſi.187.notandum eſt,colum.pen.vol.2. Crauet. conſi. 70. nu.27.at non eſt par ratio filium,qui domũ,mulum,vel equum non habet, commodare teneri hoſpitibus,& reipublicæ,ſicut alius eos habẽs, quia nemo dat quod non habet. l. filius, C. de dona.l. traditio,ff.de acquir.rer. domi. ergo &c.
56 † Non obſtat vlterius, quòd priuilegium non fuerit quæſitum Illuſtr. Domino Octauio tunc abſenti, immo nec in rerum natura, ſecundum Anch. conſi.169. & Decium conſi.661. quoniã reſpondet ad hoc in terminis Soc. iun. conſi. 18. num.21.verſi.demum, vol.3. dicens in primis, quòd pro vero nihil facit,& ſibi videtur allegatio nimis cauilloſa,quodque cõtrariantes ex ea nil aliud agunt, quàm nodum in ſcirpo quærere, & apertiſſimam iuſtitiam impedire. Inquit enim quòd licet aliquis non petierit priuilegiũ ciuilitatis, ſed eo ignorante fuerit conceſſum, non tamen requiritur alia expreſſa ratificatio, ſed incipit habere effectum à tempore, quo de illo habuit notitiam, ſiue ſcientiam, ſecundum Barto. Alberi.& alios in l.fi.ff. de conſti.prin. & ibi Iaſ.col.8. verſic. ſucceſſiuè quærunt Doctores,qui plures alios citat,& dicit eſſe communẽ, de quo pariter per Abbatem & alios in c. 2. de
57 conſtitu. † dicitur autem quis habuiſſe notitiã priuilegij,ſi apud eum repertum fuerit,iuxt.no. per Doctores. in l. qui Romæ,§.duo fratres, ff. de verbo. oblig. & ſi quis uelit quòd requiratur acceptatio,ſeu ratificatio, ea præſumitur interueniſſe,quàm primum nouit: cum illud fuerit ei conceſſum in ſui beneficium, honorem, & vtilitatem,iuxta doctrinam Barto.in l. quæ dotis,ff.ſolut.mat. col.pen. verſic. quæro quid de præſente: ſemperque præſumitur conſenſus, quando actus eſt concupiſcibilis, vt tradunt Innoc. & alij,in c.in Geneſi. de electio. & Claud. Aquenſ.in d.l. quæ dotis, col.5. uerſic. ſecũdo inquantum. qualis eſt actus capacitatis acquirẽdi immobilia in dicto loco: at hæc omnia concurrunt in Illuſtr. domino Octauio, quia penes ſe dictum priuilegium reperitur habere , ergo præſumitur illud ſciuiſſe ſicque ratificaſſe: &
58 ita ceſſat obiectum prædictum. † Ad aliud uerò quòd huiuſmodi priuilegium non habet ante ſe deſcriptionem, nec poſt ſe manu propria concedentis, meritò dicitur imperfectum: reſpondetur, quòd cum Princeps ille Illuſtrem D. Carolum, & deſcendentes ciues ſuos creauerit,ut dicitur in priuilegio, non fuit neceſſaria deſcriptio manus ſuæ, quia ſola electione, ideſt creatione,quis efficitur ciuis,l. ciues.in verſicu. electio, & ibi Bart. C. de incol. lib. 10. & in l. 1. colum. pen. uerſi.ſecundo nota.nu.16. ff. ad mu
59 nic.Ruin.conſi.127.col.1.uol.1. † Et ſicut uera ciuilitas poteſt introduci per ſtatutũ ſecundum Bart.in l.ſi iis, qui pro emptore,ff.de uſuc.in l.ſi maritus,§. legis,ff. de adulter. Caſtr. in l. nulla, ff. de legib. Rui.loco citato,ita & per principẽ, qui eſt lex animata in terris. Nec ſanè video ꝙ ad ſubſtantiam ciuilitatis ſcriptura requiratur, ſed duntaxat ad probationem, cum iura hoc nõ dicant,eiuſdemque ſit efficaciæ pactum ſine ſcriptura,uel cum ſcriptura, ſi aliis probationibus poteſt comprobari, l. pactum quod bona fide, cum ibi not.C.de pact.l.contrahitur,ff.de pign.
60 cum ſimilibus. † Comprobatur, nam priuilegium, ſeu gratia principis valet ſine ſcriptura,ſoloque conſenſu, verboque ſuo perficitur,ut tradit Bal. in l. humanum.in fine,C.de legib.& in l.fin. C. de ſeruo commu. manu. & alibi ſæpe, prout tenent & referunt Fely. Deci. & Ripa in Rub.de conſtitu. qui teſtantur hanc eſſe communem: tametſi Natta ſecus ſentiat conſi. 420. nume.3.poſt gloſſ. & Bal. quos citat. Idemque tradit Ioannes de Selua in tract.de benefi.3.parte, quæſt.22. nu.11. & Hiero. Gigas in tract.de penſi. eccleſi. quæſt.34.volens quòd penſio ſalua cõſcientia peti poſſit & exigi literis ſuper illius reſeruatione nondum expeditis. mouetur inter
61 alia, † quia Papa dicente fiat,ſtatim de iure naturali gratia dicitur facta: expeditio autem literarum dicitur eſſe ſolemnitas extrinſeca iuris poſitiui, quæ licet omiſſa fuerit, recipiens penſionem ſuper gratia facta debet eſſe tutus in foro conſcientiæ: & hæc indubitanter fuit intentio dicti principis in priuilegio dicendo, verboque hoc noſtro iura eorundem locorum apprehendere volumus, & iubemus: unde ſine alia deſcriptione ſua voluit dictum priuilegium va-
62 lere. † Tantoque magis ſtante clauſula ſubiecta,ſupplentes etiam omnem defectum &c.quæ ſupplet defectus iuris poſitiui,ſecundum Butriũ in c.1.de tranſ. Alexan.conſi.79.col.5.uol.1. Deci.conſi.341. nu.6. conſi.410. nu.23. Rube.conſ. 76.colum.1.cum ſimilib. per Deci. cumulatis in capitu. 1. nume. 9. de confirma. util. uel inutil.

Quinim-

63 † Quinimmo cum tale priuilegium reperiatur
bullatum ſigillo, ſeu bullo ſolito priuilegiorum
principis, nil aliud fuit neceſſarium, nec aliqui-
bus clauſulis, aut manu principis, quia ſatis ap-
paret ipſo facto, quòd princeps voluit infringe-
re ius commune, l. quidam conſulebat, ff. de re
64 iud. D. meus Riminal. conſi. 415. num. 7. † Non
obſtat & aliud de confirmatione ſucceſſorum ne
ceſſaria ad hoc priuilegium, quia negatur: cũ
enim valuerit ab initio, quòd conceſſum fuit, cõ
firmatio non fuit neceſſaria, ſed gratia tantum
tollendæ dubitationis ſolet interuenire. Bart. in
l. priuilegia, C. de ſacr. ſanct. eccle. & ibi ſequun
65 tur alij. † Hocq; præterea confirmatur ex his,
quæ tradunt Cy. & Alber. in l. digna vox. C. de
legib. Bal. in tit. de pac. Conſt. ver. amplius. A-
ret. in cap. nouit. de iudic. Gramma. deciſ. 46.
nume. 5. dicentes, quòd ſucceſſor in regno po-
teſt reuocare gratiam, ſeu priuilegium ſui prçceſ
ſoris per c. is cui, de præbend. in 6. hinc enim
patet illud durare, nec indigere confirmatione,
ſi non reuocetur à ſucceſſore. Ad aliud, quòd
hoc priuilegium non fuit in vſu receptum, & ob
id per non vſum fuit amiſſum, dico quòd in fa-
cto hoc eſt falſum, cum eius virtute Illuſtr. domi
na Camilla multa bona quæſiuerit in dicto lo-
66 co, de quibus agitur. † Atque hinc infertur,
quòd cum ipſa ſemel fuerit habilitata ad acqui-
rendum huiuſcemodi bona immobilia, Illuſtriſ.
D. Octauius pariter intelligitũ habilitatus, & di-
ſpẽſatus ad eorum acquiſitionẽ: ita tradit in ter
minis Ripa in tit. de legib. cap. 2. lib. 1. reſpon.
67 ſub nu. 13. Plotus in d. conſi. 108. nu. 18. † Ac-
cedit etiam quòd priuilegium per non vſum nõ
amittitur, quando non fuit oblata occaſio vten
di eo, quia priuilegium negligentia non vtentis
amittitur: quæ negligentia non cadit in eo, qui
nõ habuit facultatem vtendi: ita poſt gloſſ. no-
tant Butri. Abb. & alij. in cap. Abbate, de ver-
bo. ſign. Felyn. & Dec. copioſè in c. cum acceſ-
ſiſſent. de conſti. Dec. conſi. 271. num. 18. cum ſi-
mili. at Illuſtr. domino Octauio nunquam, niſi
nunc à morte Illuſtr. dominæ Camillæ oblata
fuit occaſio vtendi dicto priuilegio, meritò non
eſt dicendum, quòd illud perdiderit. Ad aliud,
quòd ex verbis narratiuis mens principis depre
hendatur fuiſſe concedendi priuilegium maſcu-
lis, & familiæ Piccæ, non aũt fœminis, & deſcen-
68 dẽtibus ab eis. † Quod nihil aliud infert, q̃ di-
cere, ꝙ ceſſante cauſa cõceſſionis, ceſſet eius effe
ctus, l. omnes. vbi glo. & Doctores, c. de epiſc. &
cleric. maximè Caſtren. qui eam legem ſemper
ad hoc dicit allegari. c. poſt tranſlationem, uerſi.
cæterum. de renunci. & ibi paſſim Doctores. ex
quibus Cardinal. Florent. inquit cum textum
ſemper ad hoc citari ſolere, pluresq́ue ſimiles
cumulat Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſa, prima
parte, num. 12. reſpondetur argumentum retor-
queri poſſe: nam quando dictum fuit in proœ-
mio, clariores effici ciuitates præſtantium viro-
rum acceſſione, nemo eſt qui dubitet. generali-
ter locutus fuit, non reſtringendo ſe ad viros
præſtantes familiæ Piccæ poſtmodum expoſito
deſiderio domini Caroli, cum ciuem creauit.
69 † Vnde ſuccedit attento proœmio generali,
conceſſionem licèt particularem, generaliter in-
telligendam fore, & habere locum debere etiã
in deſcendentibus per lineam fœmininam, futu
ris uiris prçſtantibus, qualis ſperatur hic Illuſtr.
dominus Octauius iuxt. uot. per Bar. Bal. & alios
in l. 3. §. hæc regula, ff. de iur. & fac. ign. Iaſ. in l.
id quod, nume. 7. ff. de leg. 1. D. meus Riminal.
conſi. 371. nu. 1. & Craue. latè conſi. 227. num. 3.
70 col. a. cum ſimil. † Secundò poſito, quòd obie
ctum procederet, tamen reſpondetur quòd li-
mitatur in primis ea regula, non procedere, quã
do cauſa fuerit impulſiua, non autem finalis:
tunc enim ea ceſſante, non ceſſat conceſſio. l. 2. §.
fin. & ibi glo. Bar. & alij, ff. de dona. l. 2. §. ſexum,
vbi gloſſa pariter, Bar. & cæteri, ff. de poſtul. Ti-
raquel. in dicto tract. ceſſante cauſa, limitatio-
ne prima. at in gratiis & priuilegiis (quo ca-
ſu ſumus) in dubio omnis cauſa præſumitur im
pulſiua potius, quàm finalis, ut uoluit Bald. in
c. decet. & poſt eum Philip. Franc. verſi. & dicit
hic Bald. de reg. iur. in 6. ſequitur Tiraquel. lo-
co citato, limita. 1. nu. 85. uerſi. octauum quod.
71 † Tertiò non omitto, quòd princeps ciuem
creauit Illuſtriſſ. Dominum Carolum, eiusq́ue
filios & deſcendentes ab eo: igitur comprehen-
di debet Illuſtr. D. Octauius deſcendens ab eo,
licet per lineam fœmininam, videlicet median-
te Illuſtr. Domina Conſtantia eius filia, auiaq;
materna dicti D. Octauij, quia deſcendentium
appellatio communis eſt ad omnes utriuſque ſe-
xus, etiam per lineam fœmininam, ſicut per ma
ſculinam creatos. l. fi. C. de ſuis & legi. §. 1. in Au
then. de hæred. ab inteſt. Fulg. conſi. 86. Alex.
conſi. 159. viſo themate, uol. 2. Dec. conſi. 213.
conſi. 425. Gozad conſi. 10. num. 45. conſi. 20. co
lum. 3. D. meus Riminald. conſi. 184. nu 5. & ibi
in additionibus poſui. Ruin. conſi. 164. nume. 3.
72 vol. 3. † Tantoq́ue magis, quòd uerſamur in
materia ciuilitatis maſculis & fœminis indiffe-
renti: quo caſu maſculinum concipit fœmini-
num, prout latè tradit Dec. in l. 2. nu. 95. ff. de re
gul. iur. ubi Cagnol. Guil. Mayner. Ferrar. &
Petrus Loriotus. Curt. conſi. 9. Pariſ. conſi. 41.
73 num. 76. uol. 3. † Ad aliud, quòd in priuilegio
concedũtur immunitates, quo caſu non veniũt
deſcendẽtes ex fçminis. l. 1. §. fi. ff. de iure immu-
ni. dico uerba decreti diligenter eſſe reſpicien-
da: dicunt. n. Cupienti magnifico D. Carolo in
locis noſtris priuilegiis, immunitatibus, & bene
ficiis ipſorũ gaudere. põdero, ꝙ loquitur de im-
munitatibus, non ſimpliciter, ſed dictorum lo-
corum, quç propriè verificantur in illis, quæ per
tinent ad ciuilitatem, & ab ea dependent: idq;
patet, dum creat princeps illum dominum Ca-
74 rolum, & ſuos deſcẽdentes ciues. † Nam ſub-
ſequentia declarant præcedentia. l. ſi ſeruus plu
rium, in fi. ff. de leg. 1. & quia ſubdit de immuni-
tatibus, quibus funguntur in dictis loci ciues o-
riginarii, ſicq́ue ſe reſtrinxit ad immunitates ci-
uibus competentes, non autem alia de cauſa cõ
cedi ſolitas: puta propter numerum filiorum,
uel

uel alia, † de quibus loquitur dicta lex 1. §. 1. ff. de iure immu. in qua ſpeciale eſt, quod maſculinum non concipiat fœmininum, quia eſt contra utilitatem publicam: ſecus autem in priuilegio, de quo agitur, ciuilitatis meræ, quod vtilitatem publicam non offendit, immo potius ei famulatur: quia intereſt Reipublicæ ciuitatem liberis hominibus repleti. l. 1. ff. ſolut. matr. vnde Iuriſconſultus in l. cum ratio, §. ſi plures, ff. de
75 bon. dam. † refert Adrianum Imperatorem reſcribere ſe malle imperiũ hominum adiectione ampliare, quàm pecuniarum adiectione: & textus in l. 1. §. & generaliter, ff. de vent. in poſſ. mit. dicit homines naſci ipſi Reipublicæ. Et hinc eſt quod leges reprobauerunt conditionem, ſi mulier non nupſerit, appoſitam eius legato: adverſatur enim publicæ vtilitati, cum impediat ſobolem procreari. l. & hoc modo, ff. de cond. & demonſt. hincque pariter inferunt Moderni, quos refert Bulgarinus in l. 1. nu. 17. ff. ſol. matr. quod ſtatuta concedentia aliquid forenſibus venientibus ad habitandum, dicuntur fauorabilia ratione publicæ vtilitatis, & ideo tale priuilegium ciuilitatis ſub maſculino debet fœmininũ continere, & appellatione deſcendentium venire debent deſcendentes ex fœmina, vt tradit Caſtren. in l. maritum, ff. ſolut. matr. ſequitur Alex. in l. quia perſonale, eo. tit. Dec. conſi. 223. col. pen. & in l. 2. ff. de reg. iur. ſicque ceſſat obiectũ.
76 † Non obſtat & aliud de allibratione neceſſaria per ſtatutum ciui ex priuilegio, vt capax ſucceſſionis reddatur: reſpõdetur enim tale ſtatutum generaliter, & in perſonam loquens non habere locum in Illuſtr. domino Octauio pupillo, vt voluit D. Zilliollus de Crema inter conſilia Baldi conſi. 135. col. 3. nu. 6. uol. 3. in nouis cui dominus Philippus de Caſollis & Baldus ſe ſubſcripſerunt: ſequitur Soc. conſi. 124. nume. 3. uol. 3.
77 Tantoque magis comprobatur, namque allibratio fit ad hoc, ut allibratus ſoluat collectas pro perſona, vt notum eſt: at minores non tenentur ad collectas, quę ſunt cauſa allibrationis, nec ad allibrationem teneri debent: quia ceſſante cauſa allibrationis, ceſſare debet allibratio, ca. cum ceſſante, de app. Secundò poſito quòd Illuſtr. dominus Octauius ſub dicto ſtatuto contineretur, tamen finis illius, qui fuit additio poſt illud facta, non poteſt allegari contra ipſum, quia iam per prius erat effectus capax ſucceſſionis in bonis teſtatricis vigore dicti priuilegij, & illa additio ſtatuti ſuperueniens non potuit auferre prædicto D. Octauio capacitatem iam quæſitam, cũ referri debeat ad eos, qui fierent ciues ex poſt:
78 † quia regulariter natura legis, eſt futuris negociis formam imponere, nõ autẽ præteritis. l. leges, C. de legib. & ibi Doct. Bar. in l. omnes populi, quæſt. 6. princ. ff. de iuſt. & iur. Alex. conſi. 190. col. 2. vol. 2. tantoq; magis, quòd in fine dicitur, non efficiatur capax. Vnde non intendit loqui de eo, qui iam alio modo eſſet effectus capax, prout erat Illuſtr. dominus Octauius. Ita reſpondet in indiuiduo ſimilis tamen ſtatuti Socin. iun. conſi. 18. nume. 19. & 20. volum. 3.

79 † Tertiò non omitto non eſſe neceſſariam allibrationem tempore delatæ ſucceſſionis, ſed ſufficit eam fieri poſtea, ante tamen aditionem, & inde ſibi ius quæritur. Ita Barto. in l. uentre, col. 3. verſi. tertius caſus, ff. de acquir. hæred. ſequuntur omnes ibidem. Rui. conſi. 71. col. 1. uolum. 1. & Soc. iun. conſi. 18. nu. 19. de quo ſupra. Et vltra prædictos hæc concluſio ſua confirmatur, nam ſtatutum dicit, ꝙ ciuis ex priuilegio nõ
80 efficiatur capax, niſi fecerit ſe allibrari. † pondero illud uerbũ, fecerit, ſubiũctiui modi, quod in præterito & futuro reperitur: nam in dubio à lege vel ſtatuto prolatum, intelligitur in futuro, quia de natura legis eſt dare formã futuris. d. l. leges. Ita Bar. Cuma. Imola. Soc. & omnes in l. ſolemus, ff. de cond. & demonſt. Aret. Inſt. de legat. in prin. Iaſ. in l. qui Romæ, §. Augerius, col. 3. ff. de verb. oblig. ſenſus eſt igitur illius ſtatuti, quòd talis ciuis non efficiatur capax, niſi fecerit ſcilicet in futurum ſe allibrari poſt ſucceſſionem delatam infra tempus habile, quod tacitè ſubintelligitur, iuxta l. continuus. §. cum ita, ff. eo. & arbitrio iudicis velut nan determinatũ,
81 l. 1. ff. de iure delib. † Vlterius non obſtant conſiderata ſuperius circa adminiſtrationẽ fructuũ conceſſam Illuſtriſ. D. Marco genitori ipſius D. Octauij, quoniam periculoſa eſt illa concluſio de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, quæ inter immobilia computatur, ſicut & illa de ſtatuto, de muliere quæ lucratur dimidiam bonorum immobilium mariti prædecedẽtis, ut lucretur dimidiã pecuniæ deſtinatæ ad emptionem immobilium: nam contrarium tenent Iacob. Raue. Cyn. Rayneri. Bald. Angel. Imol. Floria. Alexand. Aret. & Iaſon. in dicta l. cætera. §. ſed ſi parauerit, ff. de leg. 1. per tex. in l. cum in fundo, §. ſi fundus. ibi, Sed ut non uice corporis, ff. de iure deliber. Alexand. in l. prima, §. fuit quæſitum. & poſt eum Iaſ. ff. ad Trebel. & in l. à diuo Pio. §. vltimo, ff. de re iud. Felyn. in c. cum adeo, col. 3. uerſic. unde dicunt. de reſcrip. & amplè Bologni. conſi. 39. col. fi. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. num. 107. & hanc eſſe communem teſtatur Soc. iun. conſi. 110. nu. 17. vol. 1. poſt Alex. & Iaſonem ibique reſpondet ad text. in l. tertia, §. quid ergo, ff. de contra. iud. tut. qui in contrarium citatur. Idemque tenet Boeri. conſi. tertio, num. 12. Et propterea deciſio Ambroſij de Opizzo in dicto §. diui. fundata in prædicta concluſione, labilis eſt, & parum curanda, ultra quòd potius remiſſiuè loquitur, quàm quòd firmet pedes. Eodemque modo reſpondetur ad illud de fructibus perpetuo ſeu longo tempore duraturis, qui computantur inter immobilia: nã id eſt ſecundum fictionem; meritò non debet in hoc ſtatuto verifi-
82 cari, quod eſt contra ius commune. † Ad vltimum de fraude reſpondetur, quòd cum ſtante tali ſtatuto ius concedat quem vocari, cum erit capax, & habilis, ut tenet Ripa in dicto c. 2. de legib. nu. 24. & Plot. dicto conſi. 108. & eſt tex. in l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. ſequitur fraudem ceſſare: nam quando via eligitur permiſſa, di-

uerſa

uerſa à prohibita, non cenſetur in fraudem legis fieri, ſed lege permittēte potius fieri dicitur, ut no. Imol. in l. tam his, ff. de don. cauſa mor. & quod notat Bart. in l. is, qui duos, ff. de lib. leg. ſequitur Rui. conſi. 44. nu. 16. uol. 2. at in contrariis via electa erat vniformis, & eiuſdem iuris & rationis; ideo parificatur omiſſæ, l. iniuriarum actio, ff. de iniur. cum ſimilibus per Rui. loco ci
83 tato, nu. 17. † propterea quando etiam fraus ſequitur exactu, intentione tamen ad hoc non ordinata, non eſt in conſideratione. l. ſi vehenda, §. 1. ff. ad l. Rod. l. nō omne, ff. de ſtat. lib. declarat Bar. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſ. cog. Ang. in diſpu. nobilis quidam. Alc. cōſ. 2. vol. 1. Rui. cōſi. 74. nu. 14. vol. 1. ſed intentio teſtatricis non fuit ordinata ad fraudandum ſtatutum, ſed potius ad conſeruandum, vocando demum Illuſtr. dominum Octauium, cum eſſet habilis & capax; igitur ſi qua fraus illi ſtatuto videtur impingi, velut ad id non ordinata, non debet attendi: ſicque tandem ſublatis omnibus contrariis, quæ ſuperius in hac conſultatione deducta fuerant, mihi ſatis ſuperque videtur hanc partem pro præfato Illuſtr. domino Octauio ſubſtētabilem fore, & ſecundum terminos iuris procedere. Cæterum quis diligentius, ſi fieri poterit, conſiderabit & animi ſui votum in medium proponet.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtr. Comite Alfonſo Calcagnino.

### ARGVMENTVM.

De bladis non extrahendis ſine bulletta officialiū domini ſuperioris.

### *SVMMARIVM.*

*1 Immunes tenentur facere profeßionem publicano, aliàs incidunt in commiſſum. 8.*
*Niſi conſuetudo aliter ſe habeat. 2.*
*Vel quando res ſunt, de quibus liquet publicano bullettam non debere ſumi. 3.*
*4 Diuiſio vnius territorij in duo, non videtur fieri poſſe in præiudicium ſubditorum.*
*Niſi facta ſit auctoritate principis. 32.*
*5 Vaſallus eccleſiæ, non poteſt imponere inſolitu grauamina.*
*Niſi neceßitate ſuggerente. 36.*
*6 Vaſallus æquiparatur vſufructuario.*
*Et feudo priuari debet ob deteriorationem notabilem rei. 7.*
*Veluti male tractans ſubditos ſuos.*
*8 Territorium vnum de duobus quandoque fit.*
*9 Res de facili redit ad naturam ſuam.*
*10 Extenſio fit in correctorijs, quando res reuertitur ad naturam primæuam.*
*11 Conſuetudo vicinorum attēditur, etiam in oneroſis.*
*Et vniuerſalis orbis ſpeciali præferenda eſt.*
*Sicut & urbis. 12.*
*13 Comites & domini recognoſcentes ſuperiorem, poſſunt facere pragmaticas, & ſtatuta.*
*Quando non ſunt contra diſpoſitionem iuris. 14.*
*15 Vaſallus inueſtitus cum mero & mixto imperio & omnimoda iuriſdictione poteſt facere omnes cridas.*
*16 Imperij meri communicatio quid denotet.*
*17 Duces, Marchiones, & Comites perpetuò inueſtiti, cenſentur principes in ſuo Ducatu, Marchionatu, uel Comitatu.*
*18 Comes uirtutum cenſetur ſupremus princeps.*
*Idem de Illuſtr. Aloyſio Gonzaga.*
*Et eſt communis opinio. 19.*
*Idem de Pandulpho Domino Fani 20.*
*21 Comes in ſuo territorio magis aßimilatur principi, quàm præſidi.*
*Et quid facere poßit.*
*22 Papa inter ſæculi Principes obtinet Principatum & Monarchiam.*
*23 Statuta de bladis non extrahendis ignorare, ſupina eſt ignorantia.*
*24 Iuriſdictione caret quis extra territorium.*
*25 Inferior ſtatuere poteſt ob publicam vtilitatem.*
*26 Vtilitas publica præferri debet priuato commodo.*
*27 Conſuetudo ceſſat in actibus difformibus; & à iure ſcripto non receditur.*
*Vel ultima debet attendi. 28.*
*28 Mater meretrix non poteſt filiam meretricem exhæredare.*
*Niſi mater fuerit emendata. 29.*
*30 Filia, quæ peccauit in corpus ſuum, non debet ali, nec dotari à patre.*
*Niſi fuerit emendata.*
*Idem de filio emendato, qui non poteſt exhæredari. 31.*
*32 Diuiſio principis auctoritate, non requirit conſenſum ſubditorum.*
*33 Feuda dignitatum non diuiduntur de iure.*
*De conſuetudine ſecus.*
*Et in Lombardia.*
*34 Diuiſio fit dignitatum propter plura territoria.*
*Et quando feudum totum uni aßignatur. 35.*
*36 Receditur à ſolitis ob caſus emergentes.*
*37 Neceßitas non ſubiacet legi communi.*
*Facit licitum, quod eſt illicitum.*
*Et reſpub. poteſt cogere ad uendendum res uiliori pretio. 38.*
*Fieriq; poſſunt ſine decreto ſuperioris, quæ aliàs nō potuiſſent. 39.*
*40 Abſolui poteſt in caſu neceßitatis, ubi non poſſet ea non extante.*
*41 Neceßitatibus ſuis quis non tenetur ſubtrahere, ut eroget in pias cauſas.*

CON-

## CONSILIVM LVII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR an homines Fuſſigna
ni bona poſſidentes in territorio
Leonino teneantur accipere bul-
lettas à datiariis Illuſtris & magni
fici Comitis Alfonſi Calcagnini
domini dicti territorij Leonini pro extractione
frumenti, & aliarum rerum ex dicto territorio.
& dicendum videtur ꝙ non, vt prætendūt ſtāte
conſuetudine, de qua deponunt eorū teſtes nō
accipiēdi dictas bullettas, nec ante diuiſionem,
nec poſt illius territorij à territorio Fuſſigna-
ni factam per dictū Comitem Alfonſum & Co-
1 mitem Theophilum fratrem ſuum: † licet enim
aliàs exempti, & priuilegiati, qui aliquid ſolue-
re non tenentur, debeant facere profeſſionē, a-
liàs incidunt in pœnam ſtatuti, ſecundum Bart.
Roma. & Imolam in l. fi. §. diuus, ff. de publica.
Cardin. Zabarel. in clemen. fi. de cenſib. & ponit
2 Iulius Ferret. in tract. de gabellis, nu. 172. † at-
tamen ſi conſuetudo in ſimilibus obſeruata ali-
ter ſe haberet, illa ſeruanda eſt, vt declarat Bal.
conſi. 245. vol. 2. in antiquis, per textum in l. ſi
publicanus, §. in omnibus, ff. de public. vbi Pau
lus inquit [In omnibus vectigalibus ferè conſue
tudo ſpectari ſolet: idque etiam principalibus
3 conſtitutionibus cauetur.] † Confirmatur, nā
quemadmodum dicit Barto. in dicto §. diuus, ꝙ
quædam ſunt, de quibus liquet publicano, ꝙ
non debet ſolui gabella, vt quia quis nunquam
ſoluit, tunc non debet peti apodiſſa, per textum
ſuperius in §. quotiens. ſequitur Imol. Roman.
& Iulius Ferrettus, de quibus ſupra: ita pariter
quando conſuetudo inoleuit apodiſſam non eſ-
ſe recipiendam, prout in caſu noſtro ſupponi-
tur, ob eius defectum res in commiſſum cadere
non poſſunt. Secundò accedit, quòd ut dicunt
teſtes prædicti, Caſtrum Fuſſignani ſemper ha-
buit ſatis amplum territorium, ſub quo com-
prehenſum fuit omne terrenum, vocatum Leo-
ninum, ſaltem reſpectu iuriſdictionis exercen-
dæ, nec vnquam dictum terrenum Leoninum
fuit de per ſe ſeparatum, niſi nunc, quo fuit diui
ſum: tamen homines dictorum locorum nolue-
runt ſibi præiudicatum fuiſſe, conducendo eo-
rum blada ex Leonino ad Fuſſignanum, perin-
4 de ac ſi ſeparatio facta non fuiſſet. † cum enim
fuerit vnum tantum Caſtrum Fuſſignani: talis
diuiſio facta quo ad territorium, ſeparando Leo
ninum à reſiduo, non videtur fieri potuiſſe, ve-
luti tendens in præiudicium publicum illius lo
ci, ſicque ſubditorum, vt tradit Abb. in c. prudē
tiam, nu. 13. de offi. deleg. quem ſequitur Alex.
conſi. 25. col. 5. volum. 5. at eis præiudicaretur, ſi
tenerētur ex dicta diuiſione bullettas recipere,
quas antea non recipiebant, ut teſtes omnes di-
5 cunt. † Tertiò confirmatur hæc concluſio, quia
vaſallus, qualis eſt Eccleſiæ Illuſtris Comes Al-
fonſus, non poteſt inſolita grauamina ſubditis
ſuis imponere. l. 1. C. vectig. noua. per quam ſic
tradit Bald. conſi. 435. volum. 5. Immo verò va
ſallus malè tractans ſubditos ſuos, poteſt feudo
6 priuari, quod ſic probatur: † nam vaſallus æ-
quiparatur vſufructuario, ut arguit Angel. con
ſi. 371. multum conſidero. Zaſius in tractat. feu-
do. 10. parte, num. 64. at vſufructuarius propter
deteriorationem notabilem rei, in qua habet
vſumfructum, priuari debet vſufructu, prout de
terminat Caſtr. poſt Guil. de Cun. in auth. qui
rem, C. de ſacroſan. eccle. vbi pariter Iaſ. Curt.
7 iun. conſi. 137. col. 1. † meritò pari modo vaſal
lus priuari debet feudo, quando feudum dete-
riorauerit notabili deterioratione, ſecundum
Caſtr. Iaſonem & Cur. iun. locis citatis. Sed va
ſallus malè tractans ſubditos ſuos, dicitur face-
re notabilem deteriorationem feudo, quia abu-
titur dominio, & ſic ſe facit indignum domina-
ri, Bal. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.
Cur. iun. conſi. 137. colum. 1. Sicque dixit in ter
minis Bald. in c. 1. §. publici latrones, de pac. te-
nen. quem communiter feudiſtæ ſequuntur in
§. ſequenti. Curt. iun. in tract. de feud. 6. parte,
uerſic. quæro igitur. Caſtrenſ. Iacobi. à Sancto
Georg. & Iaſ. in dicta authen. qui rem. Soc. con-
ſi. 272. col. 3. verſic. ſextò iſta concluſio. Deciſ.
Neap. 265. Gramma. deciſ. 104. colum. 4. Ro-
land. à Valle conſi. 18. col. 2. vol. 3. unde ſi pro-
pter malos tractatus vaſallus incurrit priuatio-
nem feudi, ſignum eſt euidens, quod inſolita gra
uamina ſuis ſubditis imponere nō poteſt, quale
reperitur hoc vrgendi homines ad accipiendū
bullettam contra ſolitum. Iſtis tamen non obſtā
tibus, contrariam ſententiam libentius ample-
ctor, quæ illuſtrem Comitem Alfonſum tuetur:
moueor, nam clarum eſt, quòd antequam Co-
mites de Calcagninis eſſent infeudati de Ca-
ſtro Fuſſignani cum ſuo territorio, & de territo
rio Leonino, hæc erant duo territoria, diuerſa
prorſus & ſeparata: illud enim erat Illuſtriſſimæ
Domus Eſtenſis, hoc autem ſedis Apoſtolicæ,
iuxta illud,

*Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.*

Et fatentur etiam teſtes: ſed poſt infeudationē
8 fuerunt vnita ſimul hæc duo territoria, † & ue-
lut vnum territorium de duobus factum fuit,
ſicut de duobus ciuitatibus, uel prouinciis po-
teſt una fieri, ut per glo. in Auth. vt ſine quo. ſuf
frag. §. illud. Bar. in l. 1. C. de metro. Beryto, lib.
10. ſicut igitur ante prædictam infeudationem
bona poſſidentes in eo territorio Leonino, &
habitantes in territorio Fuſſignani, uel alibi, ſi
volebant extrahere blada, vel alias res ſuas ex
territorio Leonino tenebantur profeſſionem fa
cere, & apodiſſam recipere, poſito quòd etiam
gabella ſolui non debuiſſet. l. fin. §. diuus, & ibi
Bart. Ang. Romanus, Alex. & Imola, ff. de publi
9 ca. † ita pariter nunc, quòd ad primæuos ter-
minos ſuos rediit hoc territorium Leoninum,
mediante ſeparatione de illo facta à territorio
Fuſſignani, debent prędicti poſſidentes in eo bo
na dictam profeſſionem facere, & bullettam re-
cipere

cipere pro extractione prædicta, quia res de facili reuertitur ad priſtinam naturam. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & ibi Iaſ. qui multa congerit ad eam regulam, quorum exempla ponit etiam Fely. in c. cum acceſſiſſent, col. 3. de conſti. quæ forſan alter ab altero ſuſcepit,
10 aut idem ſpiritus in vtroque fuit. † talis enim materia dicitur fauorabilis, quando res ad ius primæuum reuertitur, ita q̀ extenditur, quãuis correctoria ſit. gloſſa in c. ſtatutum. verbo, numerandum. de præbend. in 6. Butri. in c. olim tibi, de verb. ſigni. Iaſ. in auth. quas actiones, nu. 23. C. de ſacr. ſanc. eccl. Alex. in l. ſi conſtante, col. 5. ff. ſolut. matr. & poſt eum Iaſ. nu. 130. Ripaque, nu. 61. Iaſ. in dicto §. pactus, nu. 6. & conſi. 137. nu. 13. vol. 4. Gozad. conſi. 101. nu. 24. Grat. Reſpon. 163. nu. 34. vol. 2. Gramma. pulchrè confirmans deciſ. 92. num. 15. de quibus memini in dicto §. pactus, nume. 41. Secundò moueor, quoniam; vt dicunt teſtes Illuſtris Comitis Alfonſi, ita ſeruatur Lugo, Bagnacauallo, Rauẽnæ & in aliis locis Romandiolæ, Ferrariæ, & aliis locis Italiæ, & extra, quòd pro extractione rerum bullettæ ſumuntur. ergo ſic & in iſto territorio Leo-
11 nino ſeruari debet: † quia conſuetudo vicinorum attenditur, etiam in oneroſis. l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commu. præd. Oldra. conſi. 267. Craue. conſi. 94. nu. 5. plenè Pariſ. conſi. 25. col. penul. vol. 4. & cum ſit conſuetudo generalis in tota Romandiola, vt teſtes dicunt, debet etiam ſeruari in dicto loco particulari territorij Leonini, poſito quòd ibi non adeſſet. c. cum eccleſia Vulterana, de electi. & ibi tenet Hoſti. Ioan. Andre. Butr. & Abbas cum ſimilibus, vt per Ruinũ conſi. 29. nu. 9. vol. 5. qui dicit eſſe communem. Craue. in tract. de antiqui. temp. in 4. parte, nu. 57. & Roland. à Valle conſi. 51. nu. 24. vol. 3. Immo cum ſit vniuerſalis orbis conſuetudo, quia in Italia & extra ſeruatur, vt aliqui teſtes dicũt, præferenda eſt ſpeciali conſuetudini caſu, quo adeſſet in oppoſitum in d. territorio Leonino.
12 † Orbis. n. cõſuetudo præferẽda eſt conſuetudini vrbis. c. legimus. 93. diſtin. & tradit Anton. Roſel. in tract. de Concilio, §. nunc vtilem, nu. 69. vnde meo iudicio vanè laborant homines prædicti in contrarium. Tertiò confirmatur hæc opinio virtute proclamatis editi per ipſum Comitem Alfonſum in dicto territorio ſuo Leonino poſt diuiſionem præallegatam, quo cauetur, vt omnes pro extractione tenecãtur accipere bullettam, aliàs res cadant in commiſſum cum animalibus, & prout in eo latius continetur: nam
13 clarum eſt dictum proclama valere. † Iſti enim Comites & Domini recognoſcentes ſuperiorẽ, poſſunt facere pragmaticas, & condere ſtatuta, vt tradit Bartol. & alij ſequuntur in l. 1. ff. quod quis. iur. & in l. omnes populi. 4. quæſt. primæ. q. princi. ff. de iuſt. & iure. ſequitur Alex. conſil. 112. nume. 10. vol. 4. qui loquitur in terminis de proclamate, dicitque id fieri poſſe ſine conſi-
14 lio procerum: † & hoc clarè procedit, quando non ſunt contra diſpoſitionem iuris communis. l. 2. C. de offi. præfec. præt. clemen. ne Romani, de electi. tradit Caſtr. conſi. 149. viſis, & ponderatis, in antiq. & Soc. conſi. 272. col. 3. poſſuntque iuuare legem ſuperioris, ut per gloſſam Paulum Laudenſem, Cardinal. & alios in dicta clemen. ne Romani. quale reperitur huiuſmodi proclama: quia de iure communi res incidunt in commiſſum non facta profeſſione, nec accepta bulletta ab officialibus loci, vt per omnes in
15 dicto §. diuus. † Quinimmo plus accedit, quòd cum dictus Illuſtr. Comes Alfonſus inueſtitus fuerit à ſede Apoſtolica de territorio Leonino cum mero & mixto imperio, ac gladij poteſtate, & iuriſdictione omnimoda, ſequitur hac amplà poteſtate ſic ei conceſſa, illum potuiſſe facere omnes cridas, & alias quaſcunque prouiſiones; vt de populo qui habet omnem iuriſdictionem ſcribit Bart. in l. omnes populi. q. 1. num. 5. ff. de iuſt. & iure, quem dicit poſſe facere ſtatuta, non expectata ſuperioris auctoritate. ſequitur Anchar. & Angel. Aret. in locis relatis ibi per Iaſo.
16 lectura. 2. nu. 33. † Et de hac communicatione meri imperij meminit pulchrè Bal. quem refert Caccialup. in l. imperium, nu. 18. ff. de iur. om. iud. dicens, quòd quoddam eſt merum imperium ſoli principi competens, ideſt abſoluta illa poteſtas, quæ eſt ſupra ius: & illam plenitudinem poteſtatis poteſt Imperator alteri communicare aſſumendo eum in partem ſolicitudinis; prout aliàs fecit erigendo multa loca, & ciuitates Lombardiæ in verum Principatum & Ducatum, vel infeudando aliquem principem, vt Ducem Mediolani, Ioannem Galeatium, & filios de illa Illuſtriſſima dignitate Ducatus Mediolani, quo caſu intelligitur communicata illa poteſtas abſoluta, ſalua tamen maieſtate imperij, ideſt ſuperioritate imperiali, maioritate, & honore: quia nihil poteſt abſorbere ſibi de iuriſdictione ſuprema: quæ cum ſit quid perfectum, nec poteſt creſcere, nec decreſcere. vnde ſicut Imperator habet totalem plenitudinem poteſtatis, ſic & illam Dux Mediolani habebat in locis ſibi commiſſis & conceſſis. Nam licèt illa conceſſio fuerit pleniſſima, tamẽ radices imperij non euulſit, quia Cæſar erogat, & nihil ſibi abeſt. eandem ergo poteſtatem habuit idem Dux poſt Cęſarẽ, quam Cæſar ſaluo honore & maieſtate & ſuperioritate imperij. Sic igitur in caſu noſtro dici debet de Illuſtr. Com. Alfonſo ſummo Pontifi-
17 ce ſic amplè inueſtito. † Tantoque magis, quoniam Duces, Marchiones, & Comites perpetuò inueſtiti, qualis fuit & eſt Illuſtris Comes Alfonſus, cẽſentur principes in ſuo Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, & omnia poſſunt in eorum principatibus, quę poteſt Imperator in uniuerſo orbe. Ita voluit Caſtren. conſil. 225. ſuper primo dubio, colum. 3. in antiquis, quem refert Alexand. conſi. 2. uolum. 1. verſic. quinimmo plus. repetito in conſi. 87. uolum. 2. Andre. Sicul. conſi. 34. præclarè. colum. penult. volum. 2.
18 † & ante ipſos Angel. conſi. 193. in cauſa accuſationis, dicens quòd Comes virtutum cenſetur ſupremus princeps, qui delegare poteſt ex plenitudine poteſtatis omnem cauſam, ſicut Imperator,

Imperator,& omnia poteſt, & quicquid ſibi pla
cet. Vnde concludit Cur. iun. quòd Illuſtr. do-
minus Ioannes Luyſius Gonzaga habet merum
& mixtum imperium,& omnimodã iuriſdictio-
nem Caſtri Giffredi,& reſpectu ſubditorum ſuo
rum & bonorum in ſua iuriſdictione ſitorum ſta
tuere poteſt, & inducere conſuetudinem colle-
ctandi,prout latius ibi per eum. ſequitur Idem
Dec.conſi.91. colum. 2. in princip. Socin. iun.
19 conſi.33. num.9. volum 3. † & hanc eſſe com-
munem aſſerit idem Soc.iun. conſi. 76. nume.
1.conſi. 105. nume. 18. & conſi. 126. nume. 15.
volum. 3. ſequitur Roland. à Valle conſil. 91.
nume.17. uolum.2.& conſi.1.nume. 51. volum.
3.& de Duce Mediolani, ſicut etiam prædicti lo
quuntur,ponit Boſſius in titulo de crimine læſæ
maieſtatis, nume. 54. dicens quòd in dominio
ſuo eſt,ſicut Imperator in ſuo imperio:quod etiã
repetit in titulo de regalis,nume.36.& pulchrè
ponit Natta conſil.487.nume.9. vbi loquitur de
Marchionibus,qui habent iura imperii conceſſa
ab Imperatoribus:nam poſſunt idem in territo-
rio ſuo,quod Imperator poteſt in uniuerſo Im-
perio. allegat Ioannem Andr. in addi. Specu.tit.
de inſtru.editi.§.porrò,in addi.incipiente, hæc
20 præſcriptio,in fine. † Et in Pandulpho Domi
no Fani ponit Roman. conſi. 59. ad diſcutien-
dam veritatem. ſecundo dubio,qui fuit inueſti-
tus à ſummo Pont. prout & hic Comes, & con-
cludit eum poſſe inobedientes punire publica-
tione bonorum & ibidem Horatius Mandoſius
Romanus in additionibus concordantes citat.
21 † Hinc etiam Bald.in l. receptitia,colum.1. C.
de conſti.pec.dicit quod Comes in ſuo territo-
rio magis aſſimilatur principi,quàm præſidi. &
idem tenet Bal. in l. pen. C.de don.inter. uir.in
l.exemplo,q.pen.C.de proba & in procę. fforũ,
col.2. vbi vult,quòd etiam ſi Rex habeat regnũ
ſuum in feudum ab alio Rege, tamen habet ſu-
premam poteſtatem in ſubditos: licet enim ius
vniuerſitatis vtiliter poſſideat, tamen in iuribus
ſingulorum habet plenitudinem poteſtatis, &
directè poſſidet iuriſdictionem in ſingulis gene-
rum,& nomine ſuo ſimplici eam exercet,& com
moda iuriſdictionis acquirit pleno dominio,
licèt habeat utile reſpectu vniuerſitatis Regni
& cum prædictis etiam concordat. Alexan.con-
ſi.primo, colum.7. verſicul. præterea, volum. 5.
Socin.conſi. 66. col. 6. volum.3. Crauet. conſi.
135. colum. 2. verſic.ſed præmiſſis. Deci.in cap.
paſtoralis. colum.1. de appel. vbi dicunt quòd
tales Comites poſſunt committere cauſas ap-
pellatione remota, quia quo ad ſubditos ſuos
poſſunt ea omnia facere, quæ Imperator in v-
niuerſo orbe, cum habeant dignitatem perpe-
tuam, & adminiſtrationem iure proprio.
Hinc & Ruin. conſil. 28. nume. 17. volum. 1.
& conſil.48. in fin. uolum.4. dicit legem, bene
à Zenone, C. de quadr. præſc. locum habere
in huiuſmodi Comitibus, Ducibus, & Marchio
nibus. ſequitur Roland. à Valle conſil. 91. co-
lum.ſecunda, volum. ſecundo. ſic igitur & de
Comite inueſtito de territorio Leonino à ſa-
croſancta ſede Apoſtolica dici debet ad vn-
guem: nam quæ de Imperatore dicuntur, ſa-
tis quoque ſummo Pontifici cõuenire poſſunt,
22 † cum is inter ſeculi principes obtineat princi-
patum, & monarchiam, ut refert gloſſa in cap.
ad apoſtolicæ. de re iudic. lib. 6. verſicu. illi au-
tem. Roman. eam ſecutus conſi. 467. & in ter-
ris ſubiectis eccleſiæ, qualis eſt ciuitas Rauen-
næ, in cuius territorio ſitum reperitur territo-
rium Leoninum, Papa eandem habet poteſta-
tem,etiam in temporalibus,quam habet Impera
tor in terris Imperij. c. per venerabilem, qui fil.
ſint leg. & ibi not. Butri. colum.5. probatur in
c.licet,cum ibi not. de for.compet. per gloſſ. &
Doct.in c.nouit de Iudi. per Alex. conſi.1.uol.
1. Ruin. conſ.76.nu.8.vol.3. igitur ut concludã,
ſi inueſtitus a ſereniſſimo Imperatore poſſet hu
iuſmodi proclamata promulgare pariter & in-
ueſtitus à ſummo Põtifice debet id efficere poſ-
23 ſe † Nec excuſari poſſunt homines dicti terri
torij Leonini prætextu ignorantiæ dicti procla
matis, quia communiter per omnes ciuitates
Italiæ ſunt huiuſmodi ſtatuta,de frumento non
extrahendo, quare ſupina dicitur ignorantia,
vt ſcribunt Barto. Roman. & Imola in l. fin. §.
licet, ff.de publica. Quartò confirmatur, quo-
niam vt dicunt teſtes ante diuiſionem territorij
Leonini ab illo Fuſſignani poterat Comes Al-
fonſus, vt vtriuſque loci Dominus ſimul cum
fratre ſuo Comite Theophilo, pręcipere iſtis ho
minibus de Fuſſignano,qui blada ſua conduxe-
rant Fuſſignanum,ut ea reconducerent in dictũ
territorium Leoninum pro indigẽtia dicti loci:
24 † quod nunc minimè facere poteſt facta diui-
ſione,quia iuriſdictione caret in territorio Fuſſi-
gnani.l.fi.ff.de iur. om.iud. vbi dicitur quòd ex-
tra territorium iuſdicenti impunè non paretur.
ad idem textus, in c.ut animarum, de conſti. in
6. meritò dum blada, cæteræque res ſunt in ſuo
territorio Leonino,conſequens eſt ut pręcipere
poſſit illis & aliis,quòd non extrahant dictas res
ſine bulletta ad finem, ut ſi opus ſit territorio
prædicto, & in eo commorantibus dictis rebus,
non concedat extractionem earum, uel non om
nium, ſed plus & minus ſecundum temporis exi
25 gentiam. † Quia inferior, etiam qui per ſe ha
bet poteſtatem ſtatuendi,ſaltem per uiam ſtatu-
ti, uel edicti generalis hoc facere poteſt,propter
cauſam publicæ vtilitatis. l. Antiocenſium, &
ibi notat Barto.& Salyc. ff. de priuil. cred.cum
ſimilibus per Alexand.conſi. 122. num. 11. uol.
26 4. † Et hæc vtilitas publica,quæ conſiſtit in con
ſeruando dictum territorium Leoninum, præ-
ferri debet priuato commodo iſtorum parti-
cularium Fuſſignani. l. vnica, §. fina. & ibi
Barto. & alij, C. de cad. tollend. l. vtilitas, C.
de primipilo, libro duodecimo. Immo uero de-
bet quis aliquod incommodum pati pro vtilita-
te uicinorum, l. prima, §. ſunt qui putant, ff.
ne quid in flu. pub. Oldrad. conſil. 218. Cra-
uet. conſilio 23., numero vigeſimotertio,cum
27 ſimilibus. † Non obſtant ita tenendo con-
traria, nam quo ad primum negatur allega-

ta conſuetudo non accipiendi bullettas per iſtos
homines poſt diuiſionem: immo verò plurimi
eorum bullettas acceperunt, vt dicunt teſtes di-
cti Illuſtris Comitis Alfonſi. Vndè ſtante diuer
ſitate conſuetudinis, quia quidã eas receperũt,
quidam verò non, à iure ſcripto recedi non de-
bet, ut no. Bar. in l.2. in prin. ff. ſol. mat. Dec. cõſ.
8. col. 4. conſi. 129. col. 2. Deciſ. Neap. 280. quo di
ſponitur bullettas accipi, d. §. diuus. cum ibi nota
28 tis. † Aut ſi qua dictarum conſuetudinũ debet
attendi, vltima recipiendi bullettas, vt dicunt te
ſtes, attẽdi debet: ſic enim paſſim determinatur
in aliis caſibus, ꝙ vltima conſuetudo debeat at-
tendi, nam videmus quod licet mater meretrix
non poſſit filiã pariter meretricem exhæredare,
ſecundum Bar. Bal. & alios in l. in arenam, C. de
29 inoff. teſt. † ſi tamen mater fuerit emendata, &
ad honeſtam vitam reducta, ſecus erit, quia vlti-
ma conſuetudo debet attẽdi. Ita Bal. in l. ſi filiã,
C. eo. tit. per l. Mela. §. pen. ff. de adi. leg. Fulgo.
& Iaſ. in dicta l. in arenam. per l. Imperiales, in
princip. C. de nupt. ſequitur Bermond. in titulo
de publicis concubina. in rubric. de ſtupro. nu.
30 23. † ſimile videmus in filia, quæ peccauit in
corpus ſuum, quæ non debet ali, nec dotari à pa
tre ſuo, ut notat Specul. in titu. qui fil. ſint legi. §.
pen. verſi. quid ſi filia peccauit. Bal. in l. fin. C. de
dotis promiſſ. nam ſi filia fuerit per pœnitentiã
emendata & ad ſaniorem vitam reducta, debet
ali & dotari à patre ſuo, ſecundum Specul. loco
citato. verſi. quid ſi pœnitentiam egerit. ſequun
tur Butri. & alij Canoniſtæ in c. Quintauallis,
de iureiuran. Cardin. Albanus in ſuis lucubra-
tionibus ad Bartolum in l. Caſſius, ff. de ſenat.
& in l. pacta nouiſſima, nume. 2. C. de pact. Ia-
31 ſon. in dicta l. in arenam. † Hinc & Alexand.
in l. 1. ff. ſolut. matr. de filio loquens, qui com-
miſerat ingratitudinem, propter quam poterat
exhæredari, ſi pœnitentiam egerit viuo patre, ſe
cus erit. ſequitur Iaſ. loco citato. & in authen.
non licet, C. de lib. præter. & licet Fely. in c. Ro-
dulphus, col. 4. uerſ. & ad prædictum effectum.
de reſcrip. tenuerit contrarium, quia redderetur
eluſoria legis diſpoſitio, tamen Catell. Cotta li-
bro ſuorum Memoralium, verbo, filiusfami-
lias, qui à patre, dicit tenendam eſſe opinionem
Alexandri, quæ communiter approbatur, cum
potiſſimè fundamentis Felyni reſpondeat Picus
in dicta authen. non licet. tertia charta, verſi. ſed
pulchrum occurrit dubium. vnde redeundo ad
rem noſtram, cum poſteriore loco conſueuerint
homines prædicti recipere bullettas, talis con-
32 ſuetudo debet attendi, non autẽ anterior. † Ad
ſecundum reſpondetur prædictã diuiſionẽ fieri
potuiſſe auctoritate Principis, ut facta fuit, pro-
ut tenet Alex. conſi. 7. & conſi. 25. vol. 5. Ruinusq́;
conſi. 29. col. fi. vol. 5. nec tali caſu conſenſus ſub
ditorum debet interuenire. Immo non attenta
eorum uoluntate fieri poteſt diuiſio vt latè tenet
& probat Alexand. in dicto conſi. 25. colum. pe-
nult. & Ruin. conſi. 19. col. fin. uolum. 1. Quin-
immo generalius dico quod ſcribitur in c. impe-
rialem, §. præterea Ducatus, de prohi. feud. alie.
33 per Federic. † quòd feuda dignitatum non di
uiduntur. quam regulã latè confirmat Cur. iun.
in tract. de feud. 4. parte, nu. 121. q. 30. de conſue-
tudine locum non habet, quoniam communiter
in Italia, & alibi Ducatus, Marchionatus, & om
nes dignitates prę̨ter Regales diuiduntur, ut tra
dit Ioan. And. in rubr. de feud. col. pen. Oldr. cõ
ſi. 237. col. 1. præſertimq́ue in Lombardia, ſecun
dum Alex. poſt Andre. de Iſern. conſi. 60. col. 1.
vol. 3. Deci. abundè in c. prudentiam, nu. 14. de
offi. deleg. Ruin. in d. conſi. 29. col. fi. Soc. conſi.
165. viſis inueſtituris, col. 8. vol. 2. Cur. iun. in tra
ctat. de feud. 4. par. ſub nume. 122. 8. limitatione.
34 † Præterea conſiderandum eſt, ꝙ licèt eſſet vnũ
Caſtrum Fuſſignani, duo tamen erant in effectu
territoria, ſuum, & Leoninum cum iuriſdictioni
bus etiam ſeparatis, propter poteſtates, ſeu offi-
ciales in utroq; exiſtentes: meritò diuiſio eorũ
rectè proceſſit. ceſſat enim illa ratio Abbatis in
d. c. prudentiam, & Alexandri in dicto conſi. 25.
col. 5. quòd duo capita ſint in eodem territorio
& Caſtro, quaſi monſtrum quoddam: ſed quan
do ſunt plura caſtra, & plura loca, ceſſat dictum
abſurdum per diuiſionem, ut per Soc. conſi. 165.
verſ. quarto reſpondetur, colum. 7. poſt Franc.
de Ramp. & Gaſparem Calderin. Ruin. in al-
35 legato conſi. 29. nume. 17. volum. 5. † Quin &
accedit quòd in diuiſione prædicta totum feu-
dum Fuſſignani cum territorio ſuo fuit aſſigna-
tum Illuſtri Comiti Theophilo, totumq́ue feu-
dũ territorij Leonini Illuſtri Comiti Alfonſo:
quo caſu toleratur, & iuridicè procedit diuiſio
ſic accedente communi omnium conſortũ con-
ſenſu. ita Bal. in dicto §. præterea Ducatus, ver-
ſic. pone duo fratres, & Aluar. verſ. quæro quid
ſi duo fratres. glo. in l. ſi familiæ. verbo, pro par-
te agnoſcere. C. famil. erciſ. & ibidem Bald. idem
decidens. Soc. in allegato conſi. 165. col. 9. uerſi.
tertio reſpondetur: demumq; Cur. iun. in trac.
de feud. quarta parte, nume. 122. uerſi. hæc pri-
ma regula. Mouentur præfati Doctores, quia
non dicitur tali caſu feudum propriè diuidi, ſed
potius conſolidari, & remanere in perſona illius
tantum: quare pluribus mediis, ut concludatur;
36 ceſſat obiectum ſecundo loco propoſitum. † Ad
tertium reſpondet idem Bal. in dicto conſi. 435.
illud procedere, niſi neceſſitas eſſet, quòd abſq;
ſuperindicto pertranſiri non poſſet: nam pro-
pter caſus emergentes receditur à ſolitis, & fit
tranſitus ad inſolita, quia neceſſitas hoc facit,
quæ legem non habet, l. neminem, C. de ſacro
37 ſanc. eccl. † Vnde dicitur quòd neceſſitas non
ſubiacet legi communi, c. ſecundo, de obſerua.
ieiun. c. ſicut. de conſecra. diſtinct. prima, facitq;
licitum, quod eſt illicitum, c. quod non eſt, de re
gul. iur. in 6. hinc Ange. egregiè dixit conſi. 351.
38 generoſus mileſ. † quòd propter neceſſitates ur
gentes Reſpublica compellere poteſt ſubditos
ad vendendum res ſuas, etiam pretio uiliori. l.
uenditor, §. ſi conſtat, ff. ſi ſer. uend. l. ſi penden-
tes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufru. Natta ſequi-
39 tur conſil. 63. nume. 6. † & Felynus in capit.
cum acceſſiſſent, nume. 31. de conſti. & in capit.
quere-

querelam, num.10. de iureiuran. dicit neceſſitatem operari, ut ea, quæ alio, qui ſine licentia vel decreto ſuperioris fieri non poſſent, valida ſint. ſequitur Cardin. Albanus in lucubration. ad
40 Bartolum in l.2. ff. ad leg. Rod. de iactu, † qui ſubdit pariter eos, qui à ſede tantum Apoſtolica poſſunt abſolui, poſſe tamen in caſu neceſſitatis ab aliis abſolui. Specul. in titulo de ſent. & quæ ſequun. §.6. verſic. illud quoque. videmusq; do tem conſtante matrimonio propter neceſſitatem alienari poſſe, ueluti propter alendos maritum & uxorem, ut per glo. Ang. Aret. & alios, ubi latius tetigi. Inſt. quib. alie. licet, in princip. & ponit Bero. conſil. 36. nume.14. volum. 2.
41 † Nec tenetur quis ſuis neceſſitatibus ſubtrahere, ut in pias cauſas eroget, ut ad propoſitum dicit Hoſtien. in capit. de his. de eccleſ. ædifi. per text. in cap. primo, & ca. auctoritate. de inſtitu. cum ſimilibus per Bero. conſi.3. nume.23. volum. primo, & ſi plura, ſcitu digna de ui neceſſitatis quis ſcire cupit, eos ad Roland. à Valle delego, qui copioſè ſcribit, & eleganter, ut ſolet, uir ille clariſſimus, conſi.80. per totam columnam primam, volum.3. quæ cum ita ſint, & unde digreſſi ſumus reditum faciẽtes, poſſumus audacter concludere, quòd cum per diuiſionem factam territorii Leonini à Fuſſignano nõ poſſit Comes Alfonſus amplius imperari hominibus de Fuſſignano, ſibi fuit opus & neceſſarium, ſi uolebat ſubuenire indemnitati ſui territorij, tale grauamen imponere bullettas accipiendi, quod durante unione non erat impoſitum, ut ſic ſciret quid, & quantum frumentũ, & aliorum bladorum remaneret in ſuo territorio. Et ex prædictis remanet intentio dicti Comitis Alfonſi clara, ſicque fuit per magnificum Conſilium iuſtitiæ iudicatum.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre D. Franciſco Eſtenſe.

### ARGVMENTVM.

De inſtrumento aduerſus nonnullas ſuſpitiones de falſo defenſato.

### *SVMMARIVM.*

*1 Suſpitio falſi, an pro ueritate habeatur?*
*Diſtinguitur inter ciuilia & criminalia. 2.*
*Et in ciuilibus, an uitium ſit uiſibile, uel non. 6.*
*Sicq; Boſtius interpretatur, aduerſus Deciũ. 10. 12.*
*Et Natta damnatur. 11.*
*Item quo ad capturam tantum, non autem ut quis puniatur pro falſario. 13.*
*Et in hoc Archidiaconus declaratur. 14.*
*Et Gabrielius Romanus damnatur. 15.*
*3 Inſtrumentum redditur ſuſpectum de falſo, quando notarius aliàs fecit inſtrumenta falſa.*
*Dummodo quòd ante, non poſt id fecerit. 21. 22.*
*Teſtis de credulitate probat contra producentem.*
*Quia uidetur eum approbaſſe, producendo.*
*Falſitatis præſumptio reſultat ex perſona notarij conſueti ſimilia facere.*
*Nec eſt neceſſaria ſententia contra notarium. 6.*
*Niſi quo ad totalem reprobationem inſtrumenti. 7.*
*8 Inſtrumentum reprobatur ex infamia notarij, non obſtante bona fama partis, quando tractatur de magna quantitate.*
*9 Suſpitio qualibet non tollit fidem inſtrumenti.*
*10 Inſtrumentum quando dicatur ſuſpectum.*
*11 Quandoque bonus dormitat Homerus.*
*13 Archidiaconus in c. in memoriam. 19. diſtinct. circa falſum, declaratur. 14.*
*14 Suſpitio minus quàm præſumptio.*
*In criminibusq; ſufficit ad capturam. 15.*
*Et Decius ſaluatur. 16. 17.*
*17 Captura non committitur, niſi facta fide de debito, quia magni preiudicij. 18.*
*18 Carcer eſt ſpecies ſeruitutis.*
*19 Miſſio in poſſ. nõ cõceditur, niſi facta fide de debito.*
*20 Inſtrumentum notarij ualet, non obſtante mala fama notarij: extra tamen officium ſuum.*
*Immo nec in officio, ſi poſt inſtrumentum deliquerit; non ſi ante. 21. 22.*
*22 Notarius ſi deliquerit in officio ſuo, ualent tamen inſtrumenta prius ab eo condita.*
*23 Suſpitio ſurgit ex clauſula inſolita, poſita in inſtrumento.*
*24 Clauſula inſolita inducit, præſumptionem latentis fraudis.*
*25 Clam factum dicitur, quod non potuit in aliorum notitiam deuenire.*
*Suſpicioneq; non carent in occulto celebrata. 26.*
*27 Actus occultus ualet ob cauſam factus.*
*28 Inſidiarum paratarum alteri, pulchra exempla.*
*29 Mori nemo præſumitur cum mendacio.*
*Pulchraq; in ea re exempla.*
*30 Scriptura mortui magis probat, quam uiuentis.*
*Et de ratione.*
*31 Moriens omnis, licet non ſit ſanctus Io. Bapt. tamen a cõmuniter accidentibus magis ſalutem animæ quærit, quam uiuens.*
*32 Inſtrumentum redditur ſuſpectum ex perſona producentis, conſueta fabricari facere inſtrumenta falſa.*
*33 Ioannes Baptiſta Pigna commendatur.*
*34 Præſumitur pro nobilibus.*
*35 Falſitas non præſumitur committi in ciuitate celebri.*
*36 Ciues ciuitatis celebris, habent gradum præeminentiæ.*
*37 Teſtes ciuitatis celebris præferuntur alijs.*
*38 Præſumptio ualiditatis actus, cæteris præfertur.*
*39 Falſum ut excludatur, fit interpretatio.*

## CONSILIVM LVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

TAMETSI dubia propoſita fuerint
eleganter aduerſus Illuſtrem ge-
neroſumque Baronem dominum
Franciſcum Eſtenſem, ſpero tamẽ
ita labore & induſtria efficere poſ-
ſe, ut commodo & honori ſuo, quem magis cu-
1 rat, conſultum ſit. † Dicitur in primis contra
fidem inſtrumẽti, & in ciuilibus ſuſpitionem fal
ſi pro falſitate haberi, ſecundum Archidia. in c.
in memoriam. 19. diſtinct. Ioan. de Ana. in rub.
de crimi. falſi, in fine. Alexand. conſi. 77. uol.
1. colum. penul. Ioannes de Ana. conſi. 49. Dec.
conſi. 189. colum. 1. & in capi. porrecta, not. 3. de
confir. ntil. vel inutil. Neuizan. conſi. 27. nume.
2 13. † Licet in criminalibus ſecus eſſet dicen-
dum, vt Decius ibidem tradit, & diſtinguit, &
in conſi. 175. ſicut & conſi. 448. nume. 28. & con-
ſi. 615. & præter eum Curt. iun. conſi. 52. ad fin.
conſi. 64 nume. 5. conſil. 132. nume: 10. conſil.
166. nume. 6. & conſil. 178. nume. 18. Soc. iun.
conſi. 61. nume. 3. volum. 2. conſi. 132. in fine,
uolum. 3. Gramma. conſil. 30. nume. 5. crimi-
lium. Crauet. conſil. 134. nume. 26. vbi pariter
citat Socinum in quampluribus ſuis conſiliis, ut
per eum præciſè concludentem, non dari fidem
inſtrumento de falſitate ſuſpecto, vbi ciuiliter
agitur. ſequitur Ceph. conſil. 287. col. 2. Natta
conſil. 124. nume. 4. & conſi. 733. num. 8. & 9. Boſ
3 ſius in titulo de falſis, nume. 79. † At in propo
ſito noſtro multæ uerſantur ſuſpitiones, & in
primis mala fama Notarij de prædicto donatio-
nis inſtrumento rogati, ut per teſtes probatur:
& in ſpecie circa ſuum Notariatus officium, ꝙ
aliam donationem falſam dictauerit, & in rogi-
tibus ſuis deſcripſerit, quod etiam dominus Cæ
ſar unus ex teſtibus ipſius Illuſtris D. Franciſci
4 deponit. † Qui pro & aduerſus eum, licet de
credulitate deponat: quia uirtute productionis
cenſetur illum approbaſſe, ut concludit Roma.
conſi. 104. in fin. Ruin. conſi. 141. vol. 5. Iaſ. con-
ſi. 57. colum. 4. uolum. 1. & in rubr. ff. de iureiur.
col. 3. Soc. iun. conſi. 69. uol. 1. Craue. conſi. 201.
5 col. 3. † Hanc enim coniecturam, ſiue præſum
ptionem conſiderat Ioan. de Ana. in allegato cõ
ſi. 49. & Ruin. conſi. 35. col. 6. uolum. 4. num. 10.
vbi dicit ad unguem, quòd præſumptio falſita-
tis reſultat ex perſona notarij, qui probatur a-
liàs falſum commiſiſſe, qui fuit inquiſitus, con-
feſſus, & pœnam ſoluit, ut euitaret infamiam. ex
qua præſumptione ſuboritur ſuſpitio falſitatis,
ut not. per gloſſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. ff.
de eden. Specul. in tit. de inſtru. editi. §. inſtru-
mentum. verſi. item opponitur, quòd notarius.
Caſtr. conſi. 203. Doctores in cap. cum Ioannes.
de fid. inſtru. cum ſimilibus per ipſum Ruinum,
6 † qui ſubdit, quòd ad inducendam talem ſuſpi-
tionem non eſt neceſſaria ſententia contra No-
tarium, nec etiam quòd fuerit nomen Notarij
inter reos receptum, ſed ſufficit etiam ſi per te-
ſtes & famam probaretur, quòd Notarius eſſet
ſolitus ita facere, ut eſt expreſſè de mente Bar-
toli & aliorum in l. 1. §. ſi quis neget, ff. que. teſta.
aper. vbi dicit eſſe ſatis probare perſonam no-
7 tarij ſuſpectam eſſe, † licèt quantum ad tota-
lem reprobationem inſtrumenti, neceſſarium
ſit notarium fuiſſe de falſo condemnatum, uel
quòd fuerit inter reos receptus, ſicque loqui-
tur Bald. in l. in exercendis, C. de fide inſtrum.
id exigens non ad cauſandam ſolam ſuſpitio-
nem, ſed ad totalem inſtrumenti reprobatio-
nem. Quæ concluſio, ſi uera eſt, uerificatur
in caſu noſtro, ubi per ſententiam Notarius con
demnatus de falſo inſtrumento fuit, & ab offi-
cio notariatus depoſitus anno D. 1548. ob aliud
inſtrumentum donationis falſum per eum con-
8 fectum. † Et poſito quòd Illuſtris dominus Fran
ciſcus producens inſtrumentum prædictum eſ-
ſet bonæ famæ, ut infra dicetur, tamen ſtãte ma-
gna quantitate rerum & bonorum omnium do-
natoris, quæ ſub donatione prædicta comprehẽ
duntur, infamia Notarii ſcribentis debilitare de
bet inſtrumentum dictæ donationis, ut egregiè
determinat Bal. conſi. 402. quæritur an, uol. 5.
9 † Super hoc motiuo diligentius eſt conſiderã
dum, velut animaduerſione digno: namq; non
omnis ſuſpitio tollit fidem inſtrumenti, immo
nec magna ſuſpitio, niſi uitium ſit viſibile, quod
ex ipſius inſtrumenti lectura uel inſpectione
colligatur, iuxta c. inter dilectos, de fide inſtr. &
l. fin. C. de edic. diui Adri. toll. iuncta glo. in uer
bo, vitiatum. Hæc eſt deciſio Innocentij in c. 1.
de fid. inſtrum. col. pen. uerbo, obiicies. vbi ſic
declarat legem iubemus, C. de prob. & eum ſe-
quitur Hoſtienſ. Butrius, Cardinal. & Abbas, co
lum. pen. uerſ. ulterius, & alij cum eo tranſeunt.
10 † ſicut & Boſſius titulo de falſis. num. 6. dicens
mirari, ꝙ Decius non aduertit ad hanc deciſio-
nem, quæ tamen non erat in loco remoto: quam
pari modo ſequitur Caſt. in d. l. iubemus, dicens
ſuſpectum eſſe inſtrumentum in terminis illius
legis, quæ non admittit in eo caſu fidem ſibi da-
ri, quando peccat in ſui forma, ueluti ꝙ abraſum
eſt in loco ſuſpecto, iux. not. in l. ſi unus, C. de te-
ſta. & in d. l. fi. C. de edic. diui Adri. toll. uel quia
non continet conſuetam formam, uel ſolemnita
11 tem, l. iubemus, in fi. C. de teſt. † Non omitto
tamen, quòd Natta conſi. 633. nume. 9. paſſim te
net id procedere, licèt uitium non ſit patens, ſed
latens in inſtrumento, dicitq; ꝙ Deci. ita tenet
in allegato conſi. 189. poſt allegatos per eum.
Hancq; communem teſtatur, ut ille putat, Cur.
iun. conſ. 132. col. pen. & ſequitur Baptiſta Villa-
lobos in ſuis cõibus opinionibus, in uerbo, falſi
ſuſpitio. Sed errat uir ille, licet aliàs oculatiſſi-
mus: cum dici conſueuerit. [Quandoq; bonus
dormitat Homerus] nam Dec. & Cur. iun. & ſe
quaces tantùm dicunt, ꝙ in ciuilibus ſuſpitio fal
ſitatis habetur pro falſo, quod nec negatur, nec
12 eſſe cõe dictũ Doctorũ. † Sed bene dicit̃ id ſim
pliciter malè dici, niſi ſimus in ſuſpitione uiſibi-
li,

li,ſecundum doctrinam Innocentij,Caſtrenſis,
& ſequacium, prout eleganter adfirmat Boſſius
in allegato titulo de falſis,ſub num.13. & hanc
diſtinctionem vitij viſibilis, & latentis, verio-
rem dicit & approbatam Antonius Gabrielius
Romanus in ſuis concluſionibus, lib. 6. de cri-
13 minalibus, concluſione 6. ad finem. † Quin-
immo dictum Archidiaconi in dicto cap. in me-
moriam, debet intelligi ſecundum legem, quã
allegat,vt notat Bar.in l.non ſolum,§. ſi libera-
tionis,ff.de lib.leg.& in l.cum quidam,ff. de his
quib.vt indi. Roman.conſi.211.col.fi. at textus
in dicta l.iubemus, quem citat Archid.loquitur
quantum ad commiſſionem capturæ. ibi [quaſi
falſarios eſſe detinendos] non autem dicitur
ibi, quòd ex ſuſpitione falſitatis puniatur quis
14 pro falſario. † Nec Archid. & Domi. hoc di-
cunt in dicto cap. in memoriam, quia ſolum di-
cunt, quòd proceditur ad pœnam. Hæc enim
verba videntur importare,quòd formetur pro-
ceſſus contra captum pro ſuſpitione falſitatis,nõ
autem inferunt, quòd immediatè pro ipſa ſola
ſuſpitione puniatur: eſſet enim valde abſurdũ,
quòd pro ſola ſuſpitione falſitatis deberet puni-
ri tali pœna, cum ſuſpitio minus ſit quàm præ-
ſumptio,vt not.Bar.in l. admonendi, ff. de iure
iuran. Iſta fuit notab. declaratio Decij pluribus
in locis,uidelicet conſi.62.col.4. conſi. 175. col.
5.& 9. conſi. 189. col.1. fuitque de mente Alex.
conſi.205.vol.6. Rube. conſi.15.in fin. Mantuæ
conſi.203.conſi.208.col.10.& conſil.178. in fi.
Grati reſpon.34. col. 2. vol.2. & reſpon.60.col.
fin.eo. vol.Nec prædicti tantum fuerunt in hac
opinione,ſed & Afflic. in conſtitutione,qui lite
ras,de falſ.in 4.q. dicens hoc velle textum in d.
l. iubemus. de quo meminit Petrus Follerius
in pract. ſua criminali, ſecunda parte ſecundæ
partis,titulo item quòd commiſit falſitatem,nu.
15 32. † Bene verum eſt,quòd Gabrielius ille Ro
manus, loco citato, confutare conatur hanc in-
talligentiam,dicens eam ſibi nequaquam place-
re, quia Archidiaconus, Ioannes de Ana. cæte
rique ſupra memorati ponunt hoc tanquam
ſpeciale ipſius criminis falſi, quod ſuſpitio falſi
pro veritate habeatur. at ſi intelligeretur reſpe-
ctu capturæ, in hoc nullum eſſet ſpeciale in cri-
mine falſi, quia etiam in aliis criminibus ex ſu-
ſpitione deueniri poteſt ad capturam, ut per
Marſil. in l.1.nu.2.ff.de quæſti. Gramma. conſi.
16 55.uol.1.Soc.iun.conſi.61.col.3.vol.2. † & ſe-
cundum hanc obiectionem proſterni uidetur,
quod inquit Dec.in allegato conſi. 189.col.1.ꝙ
ſit ſpecialitas reſpectu capturæ.Sed adhuc defen
di poteſt doctorum ſententia nedum receptior,
ſed & uerior per dictã l.iubemus, cui non reſpõ
17 det Gabrielius.& ad obiectum ſuum dico, † ꝙ
Dec.& ſequaces ante ipſum conſiderarunt eſſe
ſpeciale in crimine falſi, quòd ſuſpitio falſi pro
uero habeatur, non reſpectu aliorũ criminum,
ſed reſpectu aliorum caſuum, qui non continẽt
crimen,ut contingit in debito ciuili,cuius occa-
ſione non deuenitur ad capturam,ſiue ꝙ allege-
tur,ſiue iuretur,ſed ita demũ ſi fiat fides de debi
to per teſtes,uel inſtrumẽta,vt voluit Ang.in l.
ſi ab arbitro.§.fi.ff.qui ſatiſ.cog.& in l.nemo car
cerẽ,C. de exact. tribut.lib.10. quẽ ſequit̃ Dec.
conſi.75.col.2.& pulchrè Natta conſi.430.nu.8.
18 † dicens ꝙ cum captura ſit maximi præiudicij,
quia irrogat infamiam,iuxt. no.in l.3.§.tutores,
ff.de ſuſpe.tut. & quia ſtare in carcere,eſt ſpecies
ſeruitutis,l.2. ff. de libe.hom. exhib. l. Titio, §.
Titio centum,ff. de cond.& dem.non debet cõ-
mitti pro debito incerto, & non liquido.Bal. in
l.apertiſſimi.in fin.C.de iudi.in l. conſentaneũ,
col.4.verſi.quæro vna cum Bartolo,C. quomo.
& quan.iud. & in c. fi. verſus finem. de iureiur.
Ang.in l.1. C. quor. appella.& in dicta l. ſi ab ar
19 bitro. † Sed & probatur, ut ſubdit Natta in l.
cum proponas,cum authen. ſequen. C. de bon.
aut.iud.poſſi.& in l.2.C.vbi in rem actio.vbi nõ
conceditur miſſio in poſſeſſionem rerum, niſi fa
cta fide de debito. Vnde ſi res capi non poteſt
non probato debito, multo minus capi poteſt
perſona, cum perſona quibuſcunque rebus an-
teferatur, l.in pecudum,ff.de vſufr. l. iuſtiſſimè,
ff. de ædil. edic. & cum prædictis etiam concor-
dat Fely.in c. cum inter,colum.8. de exceptio.
Paris de Sindica. verbo capturam. Alex. conſi.
241. colum.1.uolum.6.Corne.conſi.136.vol.4.
quos allegat Neuizan. conſi.52. nu. 13. & idem
ponit abundè Roland. à Valle conſi.65.nume.
18.volum. 3. quare ſequitur non eſſe verum
ſimpliciter,quòd ſuſpitio falſi habeatur pro ue-
ro,quo ad annullandum inſtrumentum,& illud
ſine fide reddendum, ſed quo ad capturã & for-
mandum proceſſum: niſi tamẽ uitium ſit patẽs,
vt ſuperius dixi, & concludit Boſſi. loco citato,
20 nu.14. † Vlterius quo ad malam famam Nota
rij, præter officium notariatus probatam, ut ꝙ
vulnus inferri iuſſerit Agazzano legum profeſ-
ſori, conſiderandum eſt quòd ad tollendam fi-
dem inſtrumenti id nequaquam ſufficit, ſed ni-
hilominus ualent inſtrumenta ſua, tradit hoc
Bar.in l.eadem,§.1.ff. ad leg. Iul. repetun. Caſt.
conſi.203. ponitur in facto in antiq.ſentit Bald.
in l. iubemus,in fine, C. de prob. & clarè Bald.
Ang.& Alex.in l. ſi quis ex argentariis,§.1.ff. de
21 eden.poſt Odofredum. † Quinimmo nec abeſ-
ſe poteſt huic inſtrumento donationis, quòd a-
liam donationẽ falſam dictauerit, ut ex aduerſo
proponitur: nam procederet obiectum, ſi prius
eam feciſſet,ac in rogitibus ſuis redegiſſet: tunc
enim inſtrumenta poſtea confecta nõ ualerent,
ut per Bald.in dicta l. iubemus, ad fin. & in l.1.
colum.8. C. de ſumma trini.ſequitur Andræas
Sicul. in rub.C. de fid.inſtr.col.pe. Marſ.in rub.
C.de proba.Ceph.conſi.287.nu.30. Immo tali
caſu notarius torqueri poteſt, ut per Alc.conſ.
22 139. vol.7.ſequitur Neuiz.conſ.27.nu.8. † Sed
in caſu noſtro res aliter ſe habet, nam priuſquã
fuerit accuſatus & cõdẽnatus de illo inſtrumẽto
donationis falſò per eũ rogato,prius fecerat hoc
de quo controuertitur: quo ſtante ualere debet
hoc inſtrumẽtũ,licet alia facere nõ poſſit, nec fa
cta valeant poſt condemnationem prædictam.
ita Specu. de inſtru. edi.§.poſtremò. verſi. item

opponitur, quòd tabellio; Caſtrenſ. in allegato conſi. 203. Bald. Angel. & Alexand. in dicto §. primo, qui dicit eſſe communem. Barto. & Bald. in l. Barbarius, nume. 16. & poſt eum, Iaſ. nume. 58. ff. de offic. præt. cum igitur Notarius iſte rogatus fuerit de hoc inſtrumento donationis anno 1550. condemnatus verò fuerit de falſo inſtrumẽto poſtea rogato de anno 1553. ſequitur hoc inſtrumentum prius factum firmũ manere, & eſſe validiſſimum, ſicque primum mo
23 tiuum ceſſat. † Nunc ad ſecundum venio, nam dicitur adeſſe ſuſpitio, quæ ſurgit ex illa clauſula inſolita, poſita in inſtrumento, ꝙ non deberet ipſo donatore viuente publicari: alioquin nõ valeret, ſed eſſet nulla donatio. Hanc enim coniecturam conſiderant doctores ad arguendum inſtrumentum ſuſpectum de falſo, & indignum fide, vt Baldus conſi. 311. verſic. 8. arguitur, vol. 5. Veronenſ. in tract. de ſimula. contract. præſump. 9. Cur. conſi. 55. in fine. & Dec. conſi. 399. nu. 8. & de hoc eſt gl. notab. in l. ſi quis ſub con
24 ditione, ff. de cond. inſti. † dicens ꝙ clauſula inſolita inducit præſumptionem latẽtis fraudis, quam Bart. Bald. & Angelus extollunt ibidem. Maſ. in rubr. C. de prob. num. 56. & Rol. à Valle
25 conſi. 47. nu. 57. vol. 2. † & cum prouiſum fuerit dictam donationem non publicari, & ſic in aliorum notitiam non deuenire, clam facta fuiſſe dicitur, vt idem Rolan. ponit conſi. 93. nu. 30. vol. 3. ex qua re reſultat ſuſpitio ſecundum Bar. in l. non intelligitur, §. tacito, ff. de iure fiſci. Rui. conſi. 35. vol. 4. colum. 7. Curt. conſi. 55. col. fi. & Cur. iunior conſi. 166. colum. 3. cum ſimilibus per Romanum conſi. 54. num. 5. & in apoſtillis
26 Horatius Mandoſius Romanus, † vbi dicit ꝙ quæ in occulto fiunt, ſuſpitione minimè carent. adducit gloſſam in c. conſuluit. verſi. odit lucem. & ibi clarè Felyn. nume. 20. & Dec. colum. 3. verſi. vltimò notandum, de offi. deleg. Specul. in tit. de ceſſi. acti. §. 1. col. 4. verſic. tertiò ſi facta ſit ceſſio. & alios infinitos cumulat, quos eſſet laborioſum nimis referre, concludens in eorum odiũ, qui aliquid in occulto gerunt, emanaſſe plura, de quibus ſcribit Roma. conſ. 506. primo dubio. Sed hæc coniectura fragilis eſt, namque immo aderat cauſa, & quidem duplex, cum ſe viuente donator nollet hanc donationem propalari; Prima propter fratres ſeruorum, quos inſtituerat hæredes duobus annis ante in teſtamento manu ſua conſcripto, eiſque regimen dederat domus & ſuorum bonorum, vt teſtes dicunt: vnde nolens eos ſcire de hac donatione, ad quam deuenit ab eis malè tractatus, appoſuit dictam clauſulam; ne ſi tranſiret in eorum notitiam dictum donationis inſtrumentum, remouerentur à regimine. Secunda ſubeſt cauſa, quæ ex ipſomet inſtrumento donationis panditur, videlicèt immoderata vita ſuorum attinentium, quorum timore noluit publicari dictam donationem, ne fortè uel ab eis offenderetur, vel peius tractaretur. Conueniens igitur fuit admodum dicta clauſula donationi, de qua
27 geritur, ſtantibus dictis cauſis. † Lex enim probat actum occultum teneri poſſe, uel debere, durante uita alicuius, quando concurrit cauſa, propter quam id fiat, ut eſt textus notab. in §. fin autem quis ita formidoloſus. Inſt. de pup. ſubſt. vbi pater ſibi palam teſtari poteſt, pupillo uerò clam. ne inferiores tabulæ uiuo filio impubere aperiantur, ſi timeatur pupillum poſt obitum ſuum periculo inſidiarum ſubiacere: nam, ut egregiè ſubiungit Balduinus ibidem, ſanè quotidiana rerũ experientia ſatis admonet, non omnino vanam eſſe harum inſidiarum formidinem. Vnde manauit illud,

- - - *Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames.*

Atque olim quoq; à ſubſtitutis ſtructas fuiſſe
28 frequenter pupillis inſidias, † indicant impia illa vulgi uota apud Perſium ſatyra ſecunda,

- - *Pupillumve utinam, quem proximus hæres*
*Impello, expungam.*

Notaque eſt illa mulier Mileſia, quæ accepta à ſubſtituto pecunia, partum ſuum medicamentis abegit, necauitque: & ſceleratus ille tutor, cruci olim affixus ab Imperatore Sergio Galba, quòd pupillum, cui ſubſtitutus erat ueneno ſuſtuliſſet. quare ſimiles inſidias aut diuerſas timens donator ſibi parari poſſe caſu, quo tunc donatio facta Illuſtri D. Franciſco fuiſſet diuulgata, clauſulam illam ſibi valde ſalutarem apponi curauit in inſtrumento, quæ non minus nocere debet inſtrumento, quàm ſi fuiſſet omiſſa. Tertia ſubiicitur ſuſpitio de affectione, qua donator Fratres ſeruorum proſequebatur, & ante & poſt donationem, curam rerum ſuarum illis dimittendo, eos hæredes inſtituendo, & id genus: quos deluſiſſet alteri bona donando, mendaxque fuiſſet, quod non præſumi
29 tur, † cum nemo cum mendacio præſumatur mori. Bald. conſil. 476. vol. 5. ubi ex hac ratione concludit, quòd confeſſio damnati ad mortem ſuper extorſione vſurarum fiſco præiudicat. Similiterque dicit Calde. conſi. 25. titulo de teſta. quòd creditur confeſſioni rogati de reſtituendo incapaci, quando ſic confitetur in vltima uoluntate, quia tunc mentiri non præſumitur. Alibique ſcribit idem Calder. conſil. 15. in tit. de vſur. quòd non eſt præſumendnm quem
30 mentiri in articulo mortis. † Hinc & videmus, quòd ſcriptura mortui probat, vbi uiuentis non probaret: quia non eſt ueriſimile, quòd moriens talem ſcripturam dimiſiſſet, ſi uera non eſſet. Barto. in l. admendi, colum. 7. uerſic. circa ſecundum, ff. de iureiur. Bald. in l. comparationes, colum. 7. uerſic. Cynus firmat, C. de fid. inſtrumen. & in l. inter chartulas, C. de conue. fiſ. deb. lib. 10. Deciſ. Neap. 40. in fin. Grauet. conſil. 287. colum. antepenul. & longè prius conſi. 6. nu. 51. cum ſequen.
31 † ubi poſt Baldum in tit. de pace Conſtan. uer. uaſalli primò, in fi. dicit ꝙ licèt non omnis moriens ſit ſanctus Ioannes Baptiſta, tamen à communiter accidentibus uidemus quòd infirmantes magis quærunt ſalutem animæ, quàm bene ualentes. Sed & hæc coniectura nihil releuat ad

tollendam

tollēdam fidem inſtrumenti, nec ad illud impugnādum, velut extra illud veniens, non autē ex eius lectura, iuxta not. per Inno. & alios in dicto
32 c.1. de fid. inſtru. † Illud bene concederem, ꝙ ſi probatum fuiſſet Illuſtrem D. Franciſcū conſueuiſſe aliàs inſtrumenta falſa fabricari feciſſe, vel produxiſſe, ſurgere poſſet inde ſuſpitio contra iſtud, quòd eſſet falſum, vt ponit Specul. in tit. de inſtr. edi. §. poſtremò aliàs inſtrumentum. verſ. item opponitur. Caſtr. conſi. 203. in antiq. & Boſſius in titulo de falſis, nume. 8. ſed tantum abeſt, vt hoc probatum ſit. Quinimmò totum cōtrarium, videlicèt ipſum Illuſtrem dominum Franciſcum fuiſſe ſemper equitem honoris, & qui plus honorem, & animam curauit, quàm bona, nec contra vel pręter alicuius voluntatem quicquam habere curauit. Quinimmo quando nihil etiam pro illo probatum reperiretur, non deficeret eius nobilitas, cum ſit de Illuſtriſ-
33 ſima & excelſa proſapia Eſtenſi, † quam tantoperè admirabili eius ingenio, pro veritate tamen, extollit Ioannes Baptiſta Pigna à ſecretis excelſi principis & Ferrariæ Ducis Alfonſi ſecundi in eius immenſa hiſtoria iam per omnes
34 oras promulgata: † nam pro nobilibus multum præſumitur, ut eſt glo. notab. in cap. illud. 3. diſtinctio. notat Angel. in l. ſi à bonæfidei, per illum tex. ff. de rei vendi. Petrus Gerar. de Petra ſancta ſingul. 30. pro nobilibus. Corſet. in cap. grandi. de ſupplen. negli. prælat. Veron. in tractat. de Imperat. militiæ eligendo, colum. 12. & Ioan. Lup. in rubric. de donati. inter uir.
35 & vxo. colum. 16. † Accedit, quòd in ciuitate, & loco celebri, & inſigni, qualis eſt ciuitas Ferrariæ, non præſumitur, nec eſt veriſimile committi falſitatem, vt habetur in l. non eſt veriſimile, & ibi Barto. qui arguit de vrbe Romana ad quemplibet locum, vbi ius redditur, ff. quod met. cauſa. Item ſumendo argumentum de loco ad perſonam, iuxta textum in l. 1. §. Offilius, ff. ne quis eum. bonus text. in cap. peruenit, iuncto capitu. cum eccleſia. de immuni. eccle. vnde ſicut non præſumitur falſitatem comitti in ciuitate celebri, pariter & fortius non præſumitur eā perpetrari à ciue ciuita-
36 tis celebris, † cum ciues ciuitatum celebrium habeant gradum præeminentiæ, quòd præferuntur aliis ciuibus, ſecundum Barto. in l. 1. C. de Alexan. prim. libr. 11. ſequitur Dec. in capit. clerici, colum. 5. de iudic. & ſic certam præſumptionem dignitatis, & veritatis habent pro ſe ipſis, iuxta notata in dicto cap. clerici, pro quibus eſt melior præſumptio, quàm pro aliis per ſupradicta, & per ea quæ voluit Ioannes de Platea in dicta l. prima. Roman. in l. ſi uero.
37 §. de uiro, fallen. 10. ff. ſolut. matr. † & quæ notat Ioan. de Amicis conſi. 25. colum. 7. vbi ponit quòd teſtes celebrioris ciuitatis præferuntur aliis, ex quibus ad caſum noſtrum inferēdo, pro ut ad vnguem facit Socin. iunior conſi. 39. nu. 33. uolum. 2. dici debet non eſſe ueriſimile Illuſtrem dominum Franciſcum Eſtenſem, tam nobilem, & in ſplendida ciuitate Ferrariæ genitum, & apud excelſos Duces noſtros, & ſereniſſimos Imperatores, Reges, & alios pleroſque principes gratiſſimum, auctorem fuiſſe falſæ donationis, & de illa falſum inſtrumen-
38 tum fabricari feciſſe. † Tantoque magis in hanc ſententiam deſcendere debemus, quòd ex prædicta præſumptione ſequitur, & ſurgit ualiditas inſtrumenti, donanoniſque prædictæ. igitur talis præſumptio pro validitate actus, uelut i potentior cæteris, præferi debet & præualere. l. quotiens. ff. de reb. dub. ponit Decius in cap. quoniam Abb. colum. 7. de offic. deleg. & in l. in contrahenda, nume. 13. ff. de regul. iur. ſicut & conſil. 344. Soc. iun. conſi. 79. nume. 70. uol. 3. Alciat. in tractat. de præſumpt. tertia regula, præſumpt. 34. Roland. à Valle conſi. 61. nume. 27. & Cephal. conſi. 294. nume. 45. Pariſ. conſi. 88. nume. 51. uolum. 3. & alios cumulaui in Rubr. C. qui admi. nume. 132. ſicut & Inſti. de dona. in princip. ſub nume. 942. & 996. in editione noua, quam, deo dante, facturus ſum, vbi priora mea commentaria multo locupletata ad omnium vtilitatem in lucem veniunt.
39 † Confirmatur, nam ſi quid ſe habere poteſt ad falſum & non falſum, ſumi debet pro non falſo, quia ſemper interpretatio fit, ut excludatur falſum, ut notat Bald. in l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pact. Deci. conſil. 175. colum. 4. Marſi. conſi. 104. nume. 26. & copioſè Socin. iun. conſi. 45. volum. 3. Gramma. conſi. 30. nu. 2. & conſi. 41. nume. 16. Angel. in tractat. de maleſic. verſic. falſario, colum. 1. uerſic. 1 & non eſt mirum. Alexand. conſi. 70. colum. 1. in fin. uerſicu. accedit quia, uolum. 1. conſi. 93. colum. penult. uerſic. nec prædicto inſtrumento, uolum. 5. Gabriel. Romanus in ſuis concluſionibus, lib. 7. de criminalibus, conclu. ſecunda, nume. 14. propterea ſi propter allegatam præſumptionem ex actibus Domini donatoris ſe habere poſſet ad falſum donatio præſens, ex actitatis verò ſemper per Illuſtrem dominum Franciſcum ſe habere poteſt ad non falſum, utique reputari debet pro non falſa. Quis enim umquam imaginari poſſet tanti facinoris Illuſtrem dominum Franciſcum auctorem fuiſſe, de tam præclara & antiquiſſima proſapia Eſtenſi genitum, Heroemque tam magnanimum, & ſtrenuum bellorum Ducem? certè nullus. igitur reijcienda uenit dicta coniectura, uelut parum conferens ad annullandum inſtrumentum donationis præſentis, & in fauorem ſuum reſideo, prout etiam fuit iudicatum.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

## Pro Illuſtre Comite Guidone Calcagnino.

### ARGVMENTVM.

De immunitate quibuſdam conceſſa, onus guardiarum non comprehendente.

### SVMMARIVM.

1 *Dictio plenaria, intelligitur de indiſtincta, indifferenti, ſiue ſimplici.*
*Item de libera.2.*
3 *Plenum quid dicatur.*
4 *Dictio omnimoda, quid ſignificet.*
5 *Dictio omnibus, vniuerſalis, nihil excludit.*
6 *Verba vniuerſalia vim habent ſpecialis expreſſionis.*
*Quod verum eſt in materia fauorabili, ſecus in reſtringibili. 85.*
7 *Vniuerſalis diſpoſitio includit ea, quæ aliàs non includerentur.*
*Niſi quis indebitè damnum pateretur. 89.*
8 *Dictio ſingulis, idem operatur quod dinumeratio rerum.*
9 *Geminatio uerborum dilatat diſpoſitionem, ne ſit ſuperflua, & nihil operetur. 10.*
*Recipit tamen reſtrictionem ab alijs legibus. 91.*
*Et ab homine gratia euitandi abſurdi. 92.*
11 *Superfluitas euitanda, etiam ſillaba.*
12 *Genus ſpeciebus ſuppoſitum, ampliat diſpoſitionem.*
*Et alijs verbis idem ſurgit. 13. 14.*
15 *Dictio etiam, ampliat diſpoſitionem.*
16 *Diſpoſitio trahitur ad incogitatum, quando quis ita voluit. 20.*
17 *Immunitas ab oneribus conceſſa, non comprehendit onera cauſa belli impoſita.*
*Niſi verbis uniuerſalibus concepta ſit. 18.*
*Sed contra ſecundum communem. 105.*
*Nec procedit, ubi alij nimis grauarentur.*
19 *Verba ſic intelligi debent, ut aliquid addant.*
21 *Diſpoſitio facta per nomen collectiuum comprehendit augumentum ſuperueniens.*
*Quod declaratur quomodo procedat. 106.*
22 *Priuilegium Abbatis de admittendis familiaribus ad diuina, procedit in adiunctis.*
*Et de ratione. 106.*
23 *Priuilegium indeterminatè loquens, indeterminatè debet intelligi.*
*Non tamen eſt continuandum, quando incipit eſſe damnoſum. 24.*
*Niſi uerbis uniuerſalibus promiſſio facta fuerit. 25.*
*Et quomodo procedat. 107.*
24 *Promittens coquere panem alicuius familiæ, non tenetur ea nimis aucta. 73. 74.*
*Niſi promiſerit omnibus de familia coquere. 25.*
*Et de ratione. 107.*
26 *Equo conducto, ſi probetur equum in itinere mortuum, non releuat probatio, non probato, quòd idē fuerit equus.*
27 *Probatio incerta, & dubia non releuat.*
28 *Iudicium abſolutum eſſe non debet in re dubia.*
29 *Probatio dubia non releuat, etiam in materia fauorabili, puta matrimonij.*
30 *Probatio debet de neceſſitate concludere, uel de iuris præſumptione.*
*Nec per poſſibile, ſed per neceſſe.*
31 *Interpretatio fit contra producentem teſtes.*
*Quod declaratur quomodo procedat.*
32 *Teſtes ſuper tempore præſumuntur ſingulares.*
33 *Fama non probatur per teſtes, dicentes quòd audiuerunt publicè dici.*
*Et quomodo deponere debeant. 34.*
*Et duo ſaltem requiruntur. 35.*
36 *Vox unius, uox nullius.*
*Cauſaq́ nulla uno teſte terminatur.*
37 *Res per duos confines demonſtratur.*
*Cum loci expreſſione. 38.*
*Niſi quatuor confinibus fuerit limitata, quia tres probari debent. 42.*
39 *Confines potius attendi, quàm nomen proprium.*
*Et quando ſit uerum. 43.*
*Quod declaratur quomodo procedat. 40.*
41 *Nominis diuerſitas arguit rei diuerſitatem.*
44 *Identitas probanda per eum, qui ſe fundat in ea.*
45 *Hæredum appellatione ueniunt uniuerſales ex teſtamento, uel ab inteſtato.*
*Emptores uerò ſecus, & ſucceſſores titulo ſingulari inter uiuos. 46.*
*Niſi adiecto uerbo, quibuſcunque. 47.*
48 *Dictio ut ſupra, relatiua præcedentium.*
49 *Repetitio qualitatum fit, quando oratio eſt imperfecta reſpectu uerbi. 50.*
*Stipulatio ſtricti iuris eſt. 51.*
52 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam.*
53 *Immunitatis materia reſtringibilis.*
*Nec extenditur de perſona ad perſonam. 54.*
55 *Concedens, ſi noluiſſet, expreſſiſſet.*
56 *Filiorum maſculorum facta mentione, poſtea filiorū ſimpliciter, an de maſculis intelligendum.*
57 *Res immunis penes unum, non tranſit ad alium talis.*
58 *Emens à fiſco ſoluit collectas, licèt fiſcus non ſolueret.*
*Et idem in emptore ab eccleſia. 59.*
60 *Immunitates à iure reprobatæ.*
*Et quando facta ualeant. 61.*
*Secundum communem. 62.*
63 *Negatiua quomodo per teſtes probanda.*
*Et eis quando credendum. 64.*
*Si ſint ſaltem plures. 65.*
66 *Immunibus quibuſdam redditis, cæteris quando accreſcat onus.*
67 *Immunitas non attenditur, quando alij enormiter læderentur.*
68 *Diſpoſitio non ſeruanda, quando proceſſu temporis redditur iniqua.*
69 *Principem quid deceat.*
70 *Princeps debet tractare ſuos ſubditos, ut filios & nepotes.*
*Eosq́ fauoribus proſequi. 71.*
72 *Ex cauſa licet à quacunq; diſpoſitione recedere, nec fit iniuria cuiquam.*

74 *Contractus & ſtatuta intelligi debent, rebus ſic ſtātibus.*
75 *Promiſſio debet intelligi ſecundum ſtatutum temporis, quo facta fuit.*
*Etiam ſi iurata fuerit. 76.*
77 *Dictio plures, ad paucos refertur, & eiuſdem qualitatis.*
*Non autem diuerſæ. 78.*
79 *Immunitatis uerba, licet ampla, reſtringi debent, quando alij nimis grauarentur.*
*Et quando pleniſſima dicatur.*
*Immunitatis conceſſio. 80.*
81 *Verbum plena, ſiue plenaria, reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam.*
*Idem de uerbo omnimoda. 82.*
83 *Verbum præciſum recipit limitationem.*
84 *Verba uniuerſalia reſtringuntur, ne quis indebitè damnum patiatur.*
86 *Gratia ad beneficium quando reſtringibilis.*
87 *Belli pondus, & momentum.*
88 *Conceſſio quando contineat, quæ requirunt ſpecialē mentionem, uel non.*
90 *Verbum ſpeciale adiectum generali, ſignificatum illius reſtringit.*
93 *Abbati conceſſis quæ competunt Epiſcopo in omnibus & per omnia, nō tamen ueniunt, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis.*
94 *Superfluitas potius toleratur, quam quòd uerba operentur, ubi diſponere non poſſunt.*
95 *Repetitio fit in oratione imperfecta.*
*Et in ſequentibus regulariter. 96.*
97 *Copula &, repetit qualitates præcedentium.*
*Et quæ ſunt eiuſdem generis, non autem diſſimilia. 98.*
99 *Statutum, quòd extantibus maſculis filiæ ſuccedant ab inteſtato: ex teſtamento uerò ſint contentæ legato facto, intelligitur ſtantibus maſculis.*
100 *Immunis ab oneribus præſentibus, tenetur ad futura.*
101 *Tempus determinatum, non recipit functionem alterius temporis.*
102 *Verba futuri temporis, non trahuntur ad præteritum.*
103 *Inquiſitus de uulnere illato tali die, non tenetur, alio die probato.*
104 *Cardinales in eligendo Papam, nunquid expectare debeant abſentes, quando non eſt ſpes aduentus eorum.*
106 *Alexandri conſilium declaratur.*
107 *Veronenſis declaratur.*
108 *Princeps non cenſetur tertio præiudicare.*
109 *Principis boni quale officium.*
110 *Statutum dans uni, & auferens alteri, non ualere.*
111 *Intellectum l. non puto. ff. de iure fiſci, qua ratione fundetur.*

## CONSILIVM LVIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ANno Domini 1468. Illuſtris Comes, & generoſus eques Dominus Teophilus Calcagninus donauit Dielpho ſuo camerario duas petias terrarum tornaturarum centum pro qualibet, poſitas in territorio Fuſſignani cum plenaria, & omnimoda in perpetuum exēptione laboratorum, unius, ſeu plurium, qui eas laborabunt, & colebunt, ſeu earū partem ab omnibus, & ſingulis collectis, ſeu tributis, taxis Vicarii, Cōteſtabilis, aliorumq́ue officialium ſolutionibus, carrigiis, factionibus, & grauaminibus quibuſcunque, quæcunque ſint, aut eſſe poſſint, & quocunque nomine, ſeu uocabulo nuncuparentur, & quæ ullo tempore imponi contingerēt per ipſum Comitem Teophilum, ſeu ſucceſſores ſuos, aut in communi, tam ordinariè, quam extraordinariè, etiam ſi talia eſſent, de quibus dici poſſet non fuiſſe ueriſimiliter cogitatum. Quæritur an nunc habitantes coloni ſuper terris prædictis teneantur ad ſolutionem guardiarum contribuere, quæ ſoluuntur annuatim Illuſtri, ac ſplēdidiſſimo Comiti Guidoni Calcagnino pudiciſſimæq́ue Matronæ illius matri Comitiſſæ Iuniperæ? Et prima conſideratione dicendum uidetur, quòd nequaquā, ſingula ferè uerba, de quibus ſupra, conſiderando.
1 † Et in primis, nam donauit ille Comes res cum exemptione plenaria, quæ dictio intelligitur de indiſtincta, uel indifferenti, ſeu ſimplici exēptione, ut per glo. notab. in l. inter bonorū. ff. de admini. tut. unde colligit ibi Bar. quòd curatores furioſi, prodigi, & pupilli dicuntur habere liberam adminiſtrationem, quia dicitur ibi
2 plenariè, quod idem eſt ac ſi diceret liberè. † Cōformis eſt tex. in c. præterea, de offic. delega. ubi uerbum plenaria, importat liberam poteſtatē, ſecundum Cardinalem ibi. ſequitur Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ædes, nu. 6. ff. de leg. 1. & ut ibi notat
3 illum textum poſt Bald. & Imol. † plenum dicitur illud quod non recipit additionem, ſeu quod additione non indiget. c. bene quidem, in princ. 96. diſtinct. Secundò Comes ille liberalis non contentus uerbo plenaria, addidit, & om
4 nimoda, † quod idem ſignificat quod indiſtincta, ut not. gloſſa in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cauſa. & ibi per Barto. & probatur ex notatis per gl. in l. Grecè. §. illud. ff. de fideiuſſ. & ex notat. per Roman. & Aretin. in l. ſi duo. ff. de acqui. hæred. & per glo. in clemen. prima, de foro compe. quibus accedit Rui. conſilio 61. nume. 25. volum. 5. dicens quòd æquipollet uerbo, pleniſſima. † Tertiò ſubiunxit ab omni
5 bus collectis &c. quod uerbum omnibus uniuerſale, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. l. omnes. C. ſine cenſu, uel reli. c.

li.c.ſolitę.de maio.& obed.c.ſecundo,de obſer.
ieiu.c.ſi Romanorum.19.diſtin.quę iura ad am
pliandam dilatandamq́ue immunitatem dedu-
cit Craue.conſilio 294.columna 3.cumulans in
finitos effectus,quos vniuerſalia verba produ-
cunt,quos enumerare laborioſum prolixumq́,
nimis eſſet:eundem tamē non omittam,ſed ad
do conſi.308.colum.3.uſque in finem, plura de
ul uniuerſalium uerborum pariter cumulantē
in materia immunitatis,demumq́ue col. penul.
6 pro coronide quadam ſubiungit, † quòd licet
in ſpecie dictum non eſſet de onere hoſpitandi,
à quo quis eſſet immunis,tamen ſtantibus ver-
bis vniuerſalibus,in ſpecie dicitur prouiſum,&
cautum de illo onere hoſpitandi, quia uerba u-
niuerſalia vim habent ſpecialis expreſſionis.Bar
tol.in l.2.ff.de nouat.& in l. 1. in fi.ff.ſi quis in
ius uoca.ſequitur Iaſ.conſil.45.colum. pen.vol.
primo.Soc.in l.Gallus.§.ſi forſitan colum.fi. ff.
de libe.& poſth.& in l.quidam relegatus.col. 3.
ff.de reb.dub. † idq́ue præter Craue.compro
7 bari poſſe uidetur ex eo, quòd dictio uniuerſa-
lis includit ea, quæ aliàs non includerentur, vt
eſt doctrina Barto.in l.generali.§.uxori.ff.de u-
ſuſru.leg.ubi dicit quòd licet in legato generali
res uenales non veniant,tamen ſecus eſt appoſi
to verbo,omnibus,in legato:ſequitur Dec.in l.
1.ff.de regu.iur.colum.3.conſi.294.col.2.conſil.
358.colum.1.in fi.& conſil.666. colum.1.Ruin.
conſi.78.colum.pen.volum.1.conſil.112. nume.
16.volum.5.Rolan.a Valle conſil.87.colum.2.
8 vol.2.Crot.conſi.44.nu.17. † Quartò quo ma
gis ille Comes rem declararet, nedum conceſſit
immunitatem ab omnibus,ſed addidit,& ſingu
lis collectis cum cæteris,quæ ſequuntur:quæ di
ctio ſingulis,tantum operatur quod ſingularis
dinumeratio rerum,ut ponit Iaſ.in l. huiuſmo-
di.§.pen.col.1.ff.de leg.primo.Aret.in l.ſi ex to
to.§.ſi ita legatum.ff.eo.Docto. in l.ſi Stichum.
§.ſtipulatio,ff de uerborum oblig.hinc Alex. &
Imol.in l.quod dicitur eo. tit. dicunt quòd per
illa verba,pro hæredibus,& ſucceſſoribus omni
bus,& ſingulis,quicunque hæredes licèt extra
nei comprehenduntur in diſpoſitione,de cuius
natura tales hæredes non comprehenderentur.
ſequitur Bero.conſilio 81.numero 19.uolumine
ſecundo, & dixi ſupra conſilio 27. numero 12.
9 † Accedit & quinto loco, quòd conceſſit ip-
ſe Comes immunitatem ab omnibus collectis
& grauaminibus quibuſcunque, quæcunque
ſint & eſſe poſſent: & ita bis & ter uniuerſalia
uerba geminata,quæ magis operantur ad immu
nitatem dilatandam, iuxta notata per Bar.in l.
cum ſcimus.C.de agri.& cenſ.libro 11. & in ter-
minis declarat Natta conſi.160.nu. 28. per hoc
dicens immunitatem reſtringi non poſſe ad cer
tum caſum ſine offenſione mentis loquentis, &
proprietatis verborum, quod eſt fugiendum.
10 † quod etiam Craueta perpendit in allegato
conſilio 294.colum.5.dicens eſſe impoſſibile ta-
lia verba geminata reſtringere, & aliter intelli-
gere,ſalua ratione recti ſermonis, niſi velimus
dicere quòd ſuperfluò cēſeantur appoſita,& ni-
hil operentur: nequaquam dicendum, cum
nullum verbum debeat eſſe ſuperuacaneum, ſi
alius intellectus ſanus dari poſſit.l.1.in princ.&
ibi not.ff.quod met.cauſa l.1.in fi.cum not.ibi
11 ff.ad munic.l.3.§. 1.ff. de iureiuran. † Immo
nulla ſillaba debet intelligi ſuperfluò appoſita.
Bald.in rub. C.de contrah.empt.q.9. verbaq́ue
debent intelligi,ut aliquid operentur, etiam in
materia odioſa,& ſtricti iuris.Calde. conſi. 6.in
fi.qui fil.ſint legi.vbi loquitur in materia diſpē
ſationis,& idem Calder.conſ.13.in prin.de præ
ben.vbi licet in odioſis fiat reſtrictio quantum
fieri poteſt, tamen hoc intelligitur dummodo
diſpoſitio aliquid operetur: & in materia renū
ciationis ponit idem Corn.cōſ.51.col.3. volum.
2.& in materia pœnali Iaſ.conſi.primo,colum.
12 fina. volumi. 3. † Sextò non prætereo,quòd
Comes ille magnanimus poſt onera diuerſa
particulariter expreſſa:ibi,collectis,tributis, ta
xis,&c.ſubiūxit in genere,& grauaminibus qui
buſcunque,quæ nullo modo reſtringi poſſunt:
nam quando præcedunt ſpecies, deinde ſequi-
tur genus,diſpoſitio ampliatur.l.item legato.§.
itē intereſt. ff.de leg.3 l.fi.§.cui dulcia. ff. de tri.
uin.oleoq́ue leg.Soc.in l.ſi is qui ducenta.§.v-
trum,col.pen.ff.de reb.dub. & in terminis no-
ſtris ita conſiderat Craue.conſi.294.nu.7. citās
inter alios Socinum conſil.200.col.pen. verſic.
item vbicunque,vol.2.dicentem quòd quando
præmittuntur aliqua in ſpecie,& demum ſubii-
citur clauſula generalis,trahitur ad omnia,quæ
quoquomodo ſub verbis generalibus includi
poſſunt. additq́ue Craue. Federicum de Sen.
13 conſi.40.in fi.deducens vt per eum. † Septi-
mò non contentus prædictis Illuſt.Comes addi
dit illa verba,& quocunque nomine,ſeu voca-
bulo nuncupentur,quibus fit vt laboratores di
ctarum terrarum intelligantur immunes reddi
ti ab onere guardiarum,de quibus agitur, quæ
habent ſpeciale nomen, ut in ſimili immunita-
tis caſu declarat Natta conſi.63. nume.18. ubi
dicit quēdam priuilegiatum exemptum ab om-
nibus oneribus, quibus etiam nominibus ap-
pellētur, cēſeri liberatum a ſuperindicto,quod
14 habet ſpeciale nomen. † Octauò pondero ꝙ
idem Comes poſt onera in ſpecie, & in genere
memorata ſubiunxit,& quæ ullo tempore impo
ni contingerent per ipſum Do. Teophilum ſeu
ſucceſſores ſuos,aut in communi. cogitauit e-
nim Comes inuenire gradū ſupra ſuperlatiuū,
prout fecit Ouidius in Ibin dicens,

*Qui mala cum tuleris plurima,plura feras.*

Quaſi dixerit licet verba præcedentia ad omnia
onera trahantur etiam maxima, tamen ſi maxi-
mo maius inueniatur,etiam ad illud uoluit im-
munitatē porrigi.ſic conſiderat in caſu ſuo Cra
ue.loco citato,col.14.cui conformis eſt noſter.
15 † Nonò conſidero,quòd Comes vltra proſe-
quitur dicēs, tam ordinariè quàm extraordina
riè,etiam ſi talia eſſent &c.nam dictio etiam, eſt
ampliatiua,implicans maiora expreſſis,clemen.
vnica cum glo.de ſequeſ. poſſ.clemen. ſecunda,
de ſenten.excommunicatio. Ioan Andr.in cap.
vnico.

vnico,de commod.Gemini.conſi.65.col.3.natu
ra enim iſtius dictionis,etiam,eſt augere diſpo-
ſitionem ad qualitatem,cui adiicitur.c.tanta.de
ſimo.c.2.de procura. in 6.Ioan. An. in cap.cum
multis,de præb.in 6.ſequitur Gemi.conſi. 132.
in princ.Ideo ſenſus eſt, quòd vbi non obſtan-
tibus tot,tantisque verbis vniuerſalibus , tanta
expreſſione caſuum,in quibus immunes redditi
ſunt laboratores,adhuc viderentur aut accide-
rent aliqui caſus,in quibus illi tenerentur,eos
teneri non voluit.ita conſiderat Craue. in alle-
16gato ſuo conſi.294.ſub num. 7. † Decimò po-
ſtremòque nec illud omitto, quod concludens
ille Comes dixit,de quibus dici poſſet non fuiſ
ſe veriſimiliter cogitatum , cum enim voluerit
conceſſionem ſuæ immunitatis trahi ad non co
gitata,laboratores prædicti videntur fuiſſe red
diti ſecuri perpetuò,iuxta doctrinam Angeli in
l.qui iure militari.ff.de teſta.mil.quem ſequitur
Alex.cōſi.42.col. 4.vol.1. & in terminis noſtris
Craue.mox citatus, col. pen.vnde patet diſcur-
rendo ſigillatim uerba conceſſionis immunita-
tis famulari videntur laboratoribus dictarū ter
17rarum. † Et licet hoc onus guardiarum ratione
belli ſit inductum,quo caſu immunitas conceſ-
ſa ſimpliciter ab oneribus non includit onera ra
tione belli, vt determinant Dyn.Alberic. Saly.
& Alex.in l.ſi ex toto,ff.de leg.2.quorum ſentē
tia crebrior eſt,ut ibidem Iaſ.teſtatur, & plures
cumulat Plot.in l.ſi quando,nu. 17. C. vnde vi.
quibus addo Cephal.conſi. 154.nume.3. Fran-
ciſ.Marci deciſ.458.nume.18.in pri.parte . Ro-
land.à Valle conſi.80.nume.17.volum. 3. Vero
nenſ.cautela 63. Feli.in c.nonnulli,nume.58.de
reſcr. & Cardinal. Alban. in lucubrationibus
ad Bart.in l.hi qui,nume.2.ff.de iure immunit.
18 † Tamen cum in caſu noſtro hæc immunitas
conceſſa fuerit verbis vniuerſalibus & prægnā-
tibus,de quibus ſupra,continere debet inſuper
onus ratione belli impoſitū,prout præſens guar
diarum , prout voluit Alexan.conſi.30. primo,
& ſexto dubio,vol. 5.Ripa in l.1.colum.8.verſi.
& iſta concluſio.ff.de vulg.& pup. Natta conſi-
lio 397.nume.5.Pariſ.conſi.25.nume.122. & cla
19rius conſi.68.nu.17.& 29. uol.1. † Confirma-
tur,nam ſi dicta uerba,quæcunque ſint, aut eſſe
poſſent,& quocumque nomine , ſeu vocabulo
appellarentur,non extenderētur ad hoc onus ,
fruſtratoria fuiſſent,& nihil operarentur,verbis
que præcedentibus nihil adderent contra men
tem concedentis,& contra c.ſi Papa, de priuil.
in 6.& plenè per Alex.poſt Barto.& alios in l.4.
§.prætor ait.ff.de dam.infe.ſicque Paris. argu-
20 mentatur in allegato conſ.68.nu.17. † Et quia
concedens ſubiunxit,etiam ſi talia eſſent,de qui
bus dici poſſet non fuiſſe veriſimiliter cogitatū:
cum enim voluerit immunitatem porrigi etiā
ad incogitata, vtique omnia venire debent ve-
lut expreſſa,vt habetur in l.fiſtulas.§.frumenta.
ff.de contra.emp. Doctores in l.ſed & ſi quis. §.
quæſitum.ff.ſi quis cauti.cum ſimilibus per Pa-
riſ.dicto conſi.68.colum.penul.prætereà tenet hoc idem.Dec.conſi.123.nume.3.& 4.Rube.
conſi.135.Alexan. in dicta l.ſi ex toto , colum.
1.conſi.193.ex themate.col.3.volu.2. conſi.97.
col.1.vol.3.& ante ipſos Bal.conſ.406.lata fuit.
ad fi.uol.5.Craue.in dicto conſi. 294.ſub nu.6.
& Cephal.conſi.58.nu.14.qui volunt immuni-
tate conceſſa quorumcunque onerum , quocun
que nomine nuncupentur,prout in caſu noſtro
21contingit, contineri onera ratione belli. † Et
licet proponatur auctum fuiſſe numerum labo-
ratorum ſuper dictis terris a tempore donatio-
nis earū citra,tā illis omnibus cōceſſa cēſeri de
bet immunitas prædicta per id, quod tradit A-
lex.conſi.177.in occurrenti caſu , col.1. volu.2.
vbi dicit quòd quando diſpoſitio fit per nomē
collectiuum, comprehendit etiam augumentū
ſuperueniens de futuro.l.peculium, in princ.ff.
de leg.2.l.grege.ff.de lega.1.vnde ſubdit quòd
immunitas conceſſa officio Sexdecim, & omni-
bus,qui eſſent de illo collegio, complecti debet
omnes illos,qui poſtea ſunt effecti de illo nume
ro ſexdecim. Sic enim dici debet in caſu noſtro,
nam nomē laboratorum eſt collectiuum: igitur
immunitas conceſſa laboratoribus , qui dictas
terras colēt,complecti debet eos, qui aucti ſunt
22in earum laboratura. † Comprobatur ex do-
ctrina Ioannis Andreæ in regula , qui ſentit.
de regu.iur.in 6.in Mercurial.vbi dicit quòd ſi
Abbas & conuentus habent priuilegium,quòd
poſſunt admittere familiares ſuos ad diuina , ſi
quidem noui familiares ſunt adiuncti iuſta de
cauſa,puta quia auctum fuit monaſterium Mo-
nachorum,& auctæ ſunt facultates ita,quòd ma
ior familia eſt neceſſaria: vtique adiuncti gaude
23bunt eodem priuilegio: † quia priuilegium
indeterminatè loquēs, indeterminatè debet in
telligi.c.conſuluiſti.& cap.quam , & ibi not.de
coniu.lepro.& inter alia citat textum in l. ſi mā
cipia. ff.de fund.inſtru . vbi legato fundo cum in
ſtrumento & mancipiis,cedunt legato mācipia,
quæ colendi fundi cauſa teſtator ibi poſt teſta-
mentum induxit, & ſic illud augumentum con
tinetur in legato.ſequitur Alex.in allegato con
ſi.177.col.3.vol.2.quod & caſui noſtro poteſt
accommodari, nam cum terræ, de quibus agi-
tur, fuerint in plures partes diuiſæ , ſicut in di-
uerſas perſonas fuerunt alienatæ,plures labora
tores cœperunt eſſe neceſſarii pro earum partiū
cultura, quàm prius eſſet opus , quando erant
vnitæ, & illius Dielphi tantum : meritò potiri
debent immunitate conceſſa laboratoribus di-
24ctarum terrarum. † Prætereà licèt aliàs priui-
legium non ſit continuandum,quando nimis in
cipit eſſe damnoſum.cap.ſuggeſtum.c. dilecti fi
lii.de decim.glo.in c.primo, de cenſib. & in c.
quanto,vbi doctores inferunt,quòd ſi quis pro
miſit molere alicui & familiæ ſuæ, ſi familia val-
de augeatur,ſuccurri debet officio iudicis ex æ-
quitate,vt reductio fiat ad primum numerum ,
notant Moder. in l.quominus.q.22.ff.de quæſt.
25Dec.conſi.335.col.2.poſt medium. † tamen il
la concluſio non procedit,quando promiſſio fa
cta fuit verbis vniuerſalibus,puta ſi quis promi
ſit molere, aut alicui panem coquere,& pro om
nibus

nibus eius liberis:quia tunc tenetur pro aucta
familia, licet promittens remaneat valde læſus.
ita Veronenſ.in tracta.de ſerui.vrb. præd.capit.
50.q.5.Iacobin.à S.Georgio in tracta.de feud.
uer.& cum molendinis,q.ñna.Boer.deciſi.214.
col.7.Craue.conſi.191.col.fi.quare cum verbis
vniuerſalibus,& quidem pluribus,conceſſa fue
rit hæc immuniras laboratoribus,procedere de
bet,licet aucti multum fuerint:& hæc ſunt quæ
in eorum fauorem deduci poſſunt in præſenti
conſultatione.Quibus tamen non obſtantibus,
arbitror in contrarium veritatem verſari: & in
primis moueor aduerſus iſtos particulares, ꝙ
non probauerint eorum intentionem, nam de
teſtibus ſuis aliqui ſunt dicẽtes, quòd ſciũt, aut
audiuerunt dici terras,de quibus deponũt,fuiſ
ſe Modaneſij,ſeu per eum poſſeſſas, vt primus,
26 quartus,& ſeptimus deponunt, † quod nõ cõ-
cludit:nã nõ ſequitur eaſdem fuiſſe & eſſe,quæ
ſibi fuerũt dónatæ per dictum Comitem. Teo-
philum,iuxta deciſionem Ioannis Andreæ Bu-
trii, Abbatis,Felini,ac cæterorum in c. auditis.
de præſcri.de conductore equi pro certo itine-
re celebrando,quem poſtea locator petebat:cõ
ductor autem probabat in itinere equum fuiſ-
ſe mortuum:nam dicunt Doctores illam proba
tionem nõ concludere, nempe quòd fuerit ille
met ſibi commodatus,aut locatus.ſequitur Ale
xan.cõſi.119.col.pe. Dec.cõſi. 1. in fi.conſil. 137.
col.2.poſt medium. & cõſi.210.col.pen.Rui.cõ
27 ſi.141.nu.12.vol.5.Craue.cõſi.112.num.3. † vn
de particulares iſti ſuccumbere debent tanquã
eorum probatio dicatur incerta & dubia, quæ
nõ releuat.l.certum.ff.de confeſſ.l. duo ſunt Ti
tii.ff.de teſta.tut.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.l. neq;
natales.l. non nudis.l. neque epiſtolis. C.de ꝓ-
ba.c.in præſentia eo.tit. Bar.& doctores.in l. in-
28 ter ſtipulantem.§.1.ff. de verborum oblig. † in
re enim dubia iudicium abſolutum eſſe non de
bet,ne ueritas offendatur.capitul. fina. 33. di-
ſtinctione. & graue ſatis eſt, & indecens, ut in
re dubia certa feratur ſentẽtia.cap.graue. 12. q.
3. ideo reo, qualis eſt Illuſtr.Comes Guido,ma
terque ſua,ſatis eſt quod actorum intentionem
dubiam reddat.c.inter dilectos,in fine.de fid.in
ſtrum.cap.cum ſint partium.de reg.iur. in 6.Bal
dus conſi.79.*Dauanti*,col.2.vol.2.Ancha. conſi.
29 267.pro parte. † Quod procedit etiam in ma-
teria fauorabili, in qua probatio dubia nihil re-
leuat,puta in cauſa matrimoniali,ſecundum A-
lex.conſi.152.col.prima,verſi.nec dicatur,volu.
30 5.ſequitur Craue.cõſi.276.col.3. †probationes
enim debent de neceſſitate concludere, vel de
iuris præſumptione. Bald.in l.2.C. de ſent. quæ
ſine cer.quan.quod ſibi locum vendicat tam in
reo, quàm in actore.l.matrem, & ibi not.C.de
proba. Nec ſufficit quòd probatio concludat
per poſſibile,ſed per neceſſe, vel probabile, ut
per Bal.in l.ad probationem, la ſeconda, C.eo.
glo.in l.matrem tuam.eo.titulo Emilianus no-
31 ſter conſi.76.nume.2. † Hinque proditum eſt
in teſtibus quòd lex pluralitatem præſumit,cum
ſemper Interpretationem faciat contra producẽ
tem.c.in præſentia,de proba. Barto. & alij in l.
inter ſtipulantem.§.primo,ff.de verborum obli
ga.ſicque declarat Rui.conſi.46.nume.16.volu.
4.quod ſaltem procedit in eo,quod eſt uariabi
le,vt per eundem Rui.conſi.12.nume. 5. volum.
5.quem ſequitur Gabrielius Roma.in ſuis con-
32 cluſio.lib.5.de teſti.concl.2. nu.6. † Sic etiam
videmus,quod quando tempus eſt de ſubſtan-
tia,teſtes ſuper tempore deponẽtes,qui poſſunt
eſſe ita conteſtes ſicut ſingulares,in dubio præ-
ſumuntur ſingulares,& ſic non concludere, ve-
lut de diuerſo tempore deponentes, vt colligi-
tur ex dictis Bartoli in l.Celſus,ad fi.ff. de vſuc.
& expreſſius Bal.in l.fi. in 15.oppo.C.de edi.di-
ui Adri.toll.Butri.in c.licet cauſam, de probat.
Rui.conſi.35.nu.16.& conſi.26.nume.5.volu.4.
conſi.12.nume. 5.vol.5.quare ſic pariter in ca-
ſu noſtro dici debet, vbi tractatur de certis ter-
ris olim donatis illi Dielpho poſſeſſis per iſtos
particulares:nam probari debuit, quòd eſſent
illæmet,aliàs in dubio præſumi debet plurali-
tas,& ſic quòd ſint diuerſæ ab illis donatis cum
33 prædicta immunitate. † Sed nec probant alii
quidam teſtes,qui dicunt quòd audiuerunt pu
blicè dici dictas terras fuiſſe & eſſe de eiſdem
terris,quos olim Comes Teophilus donauit o-
lim Dielpho cognominata Modaneſe, ut ſecun-
dus,quintus,& octauus teſtes deponunt,nã cla
rum eſt teſtes deponentes,quòd audiuerunt pu
blicè dici,non probant,quia poteſt eſſe quòd v-
nus homo publicè dicebat,vnde dicere debent
quòd audiuerunt publicè à maiore parte homi
num,ut tradit Barto.in l.de minore.§.plurimũ.
nume.12.ff.de quæſtio. & poſt alios Marſi. ibi.
Dec.conſi.54. col.2.conſi.57.nume.4.conſi.429.
colum.fi.D.meus Rimi.conſi.289.nu.30. Marſ.
conſi.88.nu.12. Craue.conſi.41.Bero.conſi 116.
34 nu.9.uol.3. † Supereſt tertius teſtis, dicens ꝙ
audiuit dici ſæpe ac ſæpius à diuerſis perſonis,
& maximè a patre & auo ſuis, dictas terras fuiſ
ſe donatas per olim Comitem Theophilum An
tonio Mariæ cognominato Modaneſe.ſed hoc
modo fama publica non probatur,nõ dicẽdo ꝙ
audiuerit publicè ſic dici à maiori parte homi-
num &c.vt per Bar.& alios in dicto §.plurimũ,
Bero.conſi.193.nume.31.vol.3.qui ſic inpugnat
35 teſtem. † nec per vnum tantum ſama proba-
tur,ſed ad minus duo requiruntur, vt per Bar.
& omnes in l.admonendi. ff. de iureiuran. Do.
meus Rimin.cõſi.98.nume.29.qui dicit nume.
27.nec vno duntaxat inſtrumẽto eam probari,
poſt Bal.& Salyc.in l.cum aliquis.C.de iure de
libe.& per Bal.in l.optimam. C. de contrah. &
36 commi.ſtipula. † & vt dici ſolet, vox vnius,
vox nullius.l.1.§.idem Cornelius. & l. antepen.
ff. de quæſt. & vnius teſtimonium nec iuſtificat,
nec condemnat,c.admonere. 33. q.2.nullaque
eſt cauſa,quæ vnius teſtimonio, quamuis legiti
mo,terminetur,c.licèt uniuerſis,in fine, de te
ſtib.etiam ſi præſidali fulgeat dignitate,c.licèt
ex quadam.eo.tit. & tradit Speculator in titul.
de teſte.§.reſtat.col.pen.uerſi.licet autem. Nec
poſtremò loco probatur identitas quòd teſtes
dicat

dicant.omnes ferè petias terrarum poſſeſſas ab iſtis particularibus confinare ab uno capite ad uiam Sancti Sabini ab alio uiam ſtropatę,prout
37 in inſtrumento donationis dicitur. † vnde videtur conſtare de re per duos confines,vt declarat Bartol.in l.demonſtratio.quæſt.7.ff.de conditio.&demonſtratio. D.meus Rimin.conſi.92. & conſi.252.Crauc.conſil.198. Bero.quæſt.48. Alex.conſi.133.col.4.vol.1.conſi.73.col.penul. vol.3.conſi.39 colum.2.conſi.50.col.pen. uolu. 5.conſi.107.in fi.conſi.180.colum. fi. & conſilio 183.col.pen.uolum.6.Pariſ.conſi.67.nu.11. vo-
38 lu.1.Rolan.à Valle conſi.46.nu.30.vol.3.† Quoniam conſiderandum eſt in primis ultra duos cõfines requiri expreſſionem nominis loci, quę conueniat,vt Bartolus & ſequaces dicunt:at in inſtrumẽto dicitur,quòd terræ ſunt in loco,vbi dicitur *gli Albarelli* , vel *minadelli* : teſtes autem dicunt eas eſſe in fundo Segadellæ,igitur hinc ſurgit incertitudo,ſiue diuerſitas rerum.
39 † Et licet gloſſa & Doctores in l.ſi quis in ſundi vocabulo,ff.de leg.primo,velint attendi potius confines quàm nomen proprium, vt Alex. Iaſ.& Soc.tenent,tamen iſtud caſui noſtro non conuenit,loquuntur enim Doctores quando vnus tãtum fundus reperitur intra illos cõfines: at hic intra dictas uias poſſunt eſſe plures terræ, quarum aliquæ nominentur,vt in inſtrumento dicitur: aliquæ,ut deponũt teſtes, meritò non ſufficit uerificatio cõfiniũ, ut inferatur, terras, de quibus ipſi deponunt,eſſes illas, de quibus
40 in inſtrumento, per id quod concludit † Caſtrenſ.in d.l.ſi quis in fundi vocabulo, colum. prima,vbi dicit quod ſi eſſet alius fundus, cui conuenirent omnes demonſtrationes,ille cenſeretur legatus,non autem alius,cui altera tantũ conueniret.Idemque ponit ipſe Caſtrenſ.in l.ſi in nomine.C.de teſtamen. Sic enim dici debet in caſu noſtro, quòd ſi poſſident iſti particulares terras poſitas intra dictas vias nominatas Segadella,inferri non poteſt,quòd habere debeãt immunitates cõceſſas laboratoribus terrarum, de quibus in inſtrumento, quibus altera tantũ demonſtratio,confinium ſcilicet,conuenit, non
41 autem loci. † Secundò dico fortius, quòd nec confines conueniunt, nam in inſtrumento ponitur via ſtirpatæ: teſtes autem dicũt de uia ſtropatæ,quę diuerſa ſunt ex diuerſitate nominis,l. ſi idem.C.de codicil. Præterea debet aduerti,ꝙ doctrina Bartoli in d.l.demõſtratio.q.7.de duo
42 bus cõfinibus, † procedit quando res fuit expreſſa cum tribus tantum cõfinibus:tunc enim ſufficit duos verificari.ſed ſi quatuor vel plures fuerint expreſſi, & duo uel plures nõ conuenirent, tunc res dubia remaneret,nec identitas diceretur eſſe probata. Non enim deberent illi duo cõfines probati plus operari, aliis in cõtrarium ſtantibus nõ iuſtificatis, quia vna præſumptio tollit aliam:ita Caſtr.in l.in teſtamẽto, la prima,ff.de cond.& demonſt.Paris de Puteo in cap.ſi finibus,de fini. feud. Alex.cõſi.73.col.2. vol.3.cõſi.38.col.pen.& cõſi.88.col.2.volum.5. Vincẽtinus Paleotus in additi.ad Bart.in dicta 7.q.& Card.Albanus in additionibus ſuis,quas
43 lucubrationes ad Bar.appellauit,nume.11.† Et hæc cõcluſio ſaltem procedit, quando duæ demõſtrationes probatæ rei,de qua agitur,conuenientes alteri rei,cõuenirent,quia tunc propter incertitudinem vitiaretur diſpoſitio, vt tradit Auguſti.de Arimino in addi.Angeli de maleſi. in uerbo, Caium Sempronij. nu.6.& Hieronymus à Monte in trac.de finib.regen. cap.87. ad finem. at hic quatuor confines unicuique terræ fuerunt in inſtrumẽto poſiti,duoque tantum iuſtificantur (ſi tamen verum eſt,quia negatur vt mox dixi)& aliis terris cõuenire poſſunt intra dictas vias poſitis,meritò remanemus adhuc in
44 incerto. † Quare concludendo in hoc primo fundamento dico,quòd cum particulares iſti dicãt ſe immunes, vti poſſeſſores earummet terrarum,quæ donatæ fuerunt illi Dielpho, debuerunt idẽtitatem probare,uelut in ea ſe fundantes,ut per Corn.conſil.144. col.3.uolum.4.Do. meus Rimi.cõſi.164.nume.7.& Craue.cõſi.198. nu.4.quo nõ facto ſequitur eos obtinere nõ poſ
45 ſe. † Secundò poſito ſine ueri præiudicio,quòd idẽtitas dictarum terrarum fuiſſet probata,nihilominus dico quòd iſti particulares niti nõ poſſunt immunitate prædicta:pro cuius concluſionis fundamẽto præmitto, quòd dictus Comes Teophilus donauit dictas terras Dielpho recipiẽti pro ſe,& ſuis hæredibus: ſub quibus uerbis,poſito quòd ueniãt hæredes uniuerſales ex teſtamẽto,uel ab inteſtato.l.quædam.§.nihil.& ibi Doctores ff.de edẽ.Bal.in l.emptorem, col. 3.C.loca.Cur.cõſi.82.col.4.Pariſ.cõſi.62.nu.5.
46 uol.3. † nõ tamẽ ueniũt emptores, & ſic ſucceſſores titulo ſingulari inter uiuos, cum, quod eſt fortius,ſit dubium venire ſucceſſores titulo ſingulari per ultimam uolũtatem, ut inſtitutos in re certa,ſecundum Sal.in l.2.q.10.C.de iure
47 emphi. † niſi uerbum quibuſcũque, reperiretur adiectum: tũc enim uenirẽt etiam ſucceſſores,vt declarat Alex.in l.etiam,colum.fi.ff.ſolu. matrimo.Abb.cõſi.3.tertio dubio,uol.2.Iaſ. in prælud.feud.col.15.uerſic.tertio limita,&cõſil. 89.colum.4.uolum. 3. Crat.reſp.35.nume.4.& ſequẽ.uol.primo, quos allegat Antonius Gabrielius Rom.in ſuis cõcluſ.lib.6. de uerborum ſig.cõcluſione 4.nu.4.& abũdè Rol.à Valle con
48 ſi.96.nu.36.uol.1. † Secũdò præmitto, quòd dictus donator dedit eas res dicto Dielpho:eas recipienti,ut ſupra,& ſic pro ſe, & ſuis hæredibus,ut denotat illa dictio,ut ſupra,relatiua præcedẽtium,ut per Bar.in l.1.§.ex hoc edito, ff.de poſtul.Dec.cõſi.182.nume.3. cum aliis per Pariſ. cõſi.48.nume.14.uol.2.Rui.conſi.183. uolu. 2.Gepha.cõſi.136.nume.6.Dec.conſi.494. col. 1.Soc.iu. conſi.170.nume.34.uol.2.unde ſubiiciẽdo,cum plenaria & omnimoda in perpetuũ exemptione laboratorum,debet intelligi de laboratoribus ipſius Dielphi,& ſuorum hæredũ.
49 † nam ſit repetitio dictæ qualitatis propter imperfectionem orationis reſpectu uerbi, iuxta doctrinam Bartoli in l.in repetendis, colum. 2. in fine,ff.de leg.3.& in l.Seiæ,§.Caio,in prin.ff. de

de fund.Inſtru.Gozad.conſi.19.num.13. Immo verò per illa verba,& has res dedit dicto Dielpho recipienti, vt ſupra, cum plenaria exemptio ne laboratorum, Dielphus, hæredes ſui,& laboratores dicuntur copulati in eadem oratione .
50 † quo ſtante qualitas hæredum repetita videtur in perſona laboratorum, videlicet quòd ſint laboratores hæredum ſecũdum Bartol.in dicto §.Caio. Bal.in l.quamuis.C.de impub.Dec.cõſi.92.Par iſ.conſi.18.nume.19.volum.2.Crauet.conſi.9.nu.25.Rui.conſi.120.nu.6.vol.3.At iſti non ſunt laboratores Dielphi, nec hæredũ ſuorum, ſed extraneorum penitus emptorum, meritò non dicitur eis hæc immunitas conceſſa ,
51 † cum contractus ſtipulationis ſit ſtricti iuris, nec in ea ueniant nõ expreſſa.l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerborum obliga.idque doctè Cõnanus explicat in commẽtariis ſuis iuris ciuilis, libro 6.cap.3.colum.1. dicens quòd ſtipulationes tam latè pateant, quàm verba ipſa , quibus ſunt conceptæ, ab iiſque ſignificationem omnẽ ſuam ſumunt: ideoque verborum obligationes
52 dicuntur. † Tantoque minus ad eos pertinere debet hæc immunitas, quoniam non ſolet extenſio fieri de perſona ad perſonam, ſecundum Areti. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, colum.4. ff. de libe.& poſth. cum ſimilibus per Dec. conſil. 394.nu.8. Iaſ.conſi.217.col.2.volum.2. latè Tiraquel.in l.ſi vnquam, verbo, libertis, num.24. C.de reuo. dona. Alex.conſi.97.col.1.vol.2. Capra conſi.137.col.1.Corn.conſ.97.colum. fi. volu.3.Pariſ.conſi.49.nu.72.vol.3.Soc.iun. conſi. 1.nu.54.vol.1.conſi.108.nu.37.vol.1.Rui.conſi. 143.col.pen.vol.1.& plenius confirmat Cepha:
53 conſil.210.nu. 49. † idque maximè procedit in materia vacationis munerum, & ſic immunitatis, quæ reſtringibilis eſt, ut per Alex.conſi. 124. vol.1.& conſi. 123.vol.5. Berous conſi.148.num. 37.vol.1.dicens in hoc caſu nos uti poſſe verbis imperatoris in l. tutori. C.de neg.geſto.dicentis ac ſatis, abundeque ſufficit, ſi cui vel in paucis a
54 mici labore conſulatur . † & ob hanc rationem quòd immunitates ſunt ſtricti iuris de per ſonis ad perſonas eas non extendi, cõcludit idẽ Bero.conſi.173.col.fi.vol.primo . Confirmatur hoc etiam: nam videmus quòd inferius in clauſula extractionis bladorum, & in oratione perfecta ac ſeparata dixit Comes Teopbilus , quod Dielphus & hæredes ſui, ſeu habentes cauſam ab eo, vel ab eis poſſint extrahere frumẽtũ &c. Hinc enim colligitur, quòd ſuperius in exẽptio ne laboratorum, ex quo non fecit mentionẽ de laboratoribus habentium cauſam ab ipſo Diel
55 pho, vel ſuis hæredibus, † noluit id eis cõmunicare: quia ſi voluiſſet illud illis quoque cõcedere, facile fuiſſet id exprimere.l.unica §.ſin autem ad deficientis.C.de cad.toll. & ita conſiderat in ſimili caſu Ioan.de Ana.conſ. 22. ad finẽ. Anchar.conſi.120. Alex.conſi.55.col.pen.uolu. 3.conſi.38.nu.6.uol.6.Dec.conſi.339.col. ſecunda.Soc.conſi. 127.ad fi.uol. ſecundo. Cur. iun. conſi.49.col.3 .D.meus Zucchar.in l.fi.n.68.C.
56 de edi.ſt.diui Adr.tol. † ubi tenent q̃ ſi teſtator in una oratione perfecta mẽtionẽ fecit de filiis maſculis, ſi alia uerò parte & orõne perfecta de filiis ſimpliciter, nõ fit repetitio maſculinitatis, quia ſi uoluiſſet id teſtator, expreſſiſſet , vt per eos, qui dicunt eſſe magis communem, ut Zuccard.teſtatur, quibus addo Beroum conſi. 110. nu.27.vol.2.qui & alios citat.Rui.conſi. 93. nu. 13.vol. ſecundo, & Cepbal.conſi.68. nume. 17.
57 quare ſic in propoſito noſtro dicẽdum eſt,† hæc que concluſio magis in terminis noſtris iuſtificatur ex doctrina Ioannis Andreæ in addi. Speculatoris, titulo de cenſib.in additione magna. ver.tractauit Vbertus. vbi uult quòd ſi miles alienet in ruſticum certa prædia, de quibus nunquam miles ipſe ſoluerat collectas, id nõ prodeſt ruſtico, quia priuilegium conceſſum fuerat perſonæ, ideo perſonam non egreditur, nec rem
ille non poteſt opponere exceptionem non nu-
me. pecu. alioquin ei non præiudicaret, ſi talem
exceptionem opponere poſſet, quia per eam de-
fenderetur, non probata ex aduerſo vera nume
31 ratione. Inſtit. de exc. per totum. † Et hanc eſ
ſe cōmunē teſtatur Emanuel à Coſta in l. ſi ex
cautione, limi. 11. C. de non nume. pecu. quem
refert Emanuel Suarez in ſuo Theſauro rece-
ptarum ſententiarum, litera D. num. 56. & cum
prædictis etiam concordat Petr. Duen. in ſuis
32 regulis, regula 160. limit. 5. † Ideoque Dom.
meus Riminaldus conſilio 101. nume. 38. bene
dixit, quòd depoſitum, licet confeſſionatum,
retinet ſua priuilegia: motus ex tex. & glo. in
d. l. in contractibus. §. primo. C. de non nume. pe
33 cu. † Et hæc concluſio ſicut ea ratione iuſtifi-
catur, quia ſola confeſſio in depoſito probat
realem numerationem, l. Publia. §. primo, ff. de
poſ. Bal. in l. pecunia. C. de ſolut. cum ſimilibus
per Roland. dicto conſi. 17. nume. 8. & Natta d.
34 conſilio 438. † Ita quoque confirmatur ex alia
communi Doctorum ſententia, quod exceptio
non nume. pecu. locum habet duntaxat in con
tractu mutui, non autem in reliquis contracti-
bus cum ſua prærogatiua, & priuilegio. vnde ſi
fortè ex cauſa mutui in chirographo confeſſus
ſum me tibi cētum debere ex cauſa emptionis,
conductionis, legati, vel ſimilis tituli, prout in
caſu noſtro depoſiti, intra biennium non pote-
ro allegare ſub ſpe futuræ numerationis, ita cō-
feſſum fuiſſe, & ſi meæ confeſſioni aduerſari ve-
lim, oportebit me exceptionem meam probare
ex reg. l. generaliter, & auth. cōtra qui propriā.
C. de non nume. pecu. ita Fel. in d. c. ſi cautio, nu
me. 50. de fide inſtrum. quam ſententiam rece-
ptiſſimam appellat Emanuel à Coſta in d. l. ſi ex
cautione, limit. 2. Aret. in l. 1. col. 6. & Alex. nu-
me. 35. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. legitima, col. 3. ff. de
35 pact. & in l. 1. colum. 4. ff. de cond. ex lege. † cum
ſimil. adductis per Fernandum Vaſq. de ſucceſ.
creat. lib. primo. §. 9. nu. 27. vbi teſtatur hanc eſ-
ſe communem. Nec huic concluſioni repugnāt,
nec eam eneruant deciſiones multæ, quæ co-
pioſè ſatis adferuntur in calce dubiorum, ex q-
bus eo loco dicitur magis communiter teneri,
quòd in confeſſione depoſiti poſſit opponi exce
36 ptio nō nume. pecu. † Qm̄ ſigillatim eas per-
currēdo, penitiusque cōſiderādo, loquūtur in
diuerſis terminis, & diuerſam rationem habē-
tibus. Allegatur in primis Bal. conſil. 384. vol. 1.
in nouis, qui vult in depoſito cauſato ex mutuo
cōpēſationē locū habere, velut ex mutuo nato.
ſequitur Dec. in l. 1. not. 3. C. de edend. in cap. ſi-
gnificaſti. colum. fi. de elect. Soc. cōſi. 143. volu.
primo. in fi. Cagnol. in l. ſingularia, nume. 33. ff.
ſi cer. pet. Apoſtill. ad Abb. in ca. bona fides, in
ver. cōpenſ. de depoſ. Cur. iu. in apoſtil. Alex. in
l. ſi cum dotē. §. eo aūt tēpore, in litera E. ff. ſol.
matri. & illud tolerari pōt, quia cōpēſans ſoluit,
nec creditor patit̄. At in caſu noſtro ſecus ſi ad-
mittimus exceptionē nō num. pec. cū ſuo priui-
legio, q creditor teneatur verā numerationē p
bare, qđ fortè facere nō pōt, & eo onere grauat.
37 † Citatur Ang. in l. fideiuſſor, de fideiuſ. Marſ.
ſing. 135. Gagno. in l. cōtractus. nu. 21. ff. de reg.
iur. Boer. deciſ. 195. n. 8. qui loquūtur de ſtatuto
dāte executionē paratā inſtrumento debiti, uel
de iure cōi, qđ eandē det executionē depoſito.
l. pen. & ibi Bar. Bal. Caſt. & alii C. depoſ. Nā ſi
fiat inſtrm̄ de cōfeſſione depoſiti, dicūt talē cō
feſſionē, uelut extraiudicialē ad obligandū talē

executionem paratam non habere, ſed & illud à caſu noſtro differt, nam tractatur ibi de maiori præiudicio confitentis depoſitum, ſi demus executionem paratam inſtrumento talis confeſſionis, cum neceſſe ſit ei ſoluere, nec admittatur ad probandum negetiuam rei depoſitæ: at hic ſecus, quia ſi opponat exceptionem non nume. pecu. eáque probet, auditur, & defenditur. nimirum ergo ſi magis illi ſuccurritur in eo caſu, quàm in noſtro, quia de maiori præiudicio
38 tractatur ibi, quàm in noſtro. † Adducitur inſuper Alex. conſi. 80. col. prima, verſiculo confirmo, volum. 3. Dec. in l. certi condictio. §. depoſui, columna prima, in fi. & conſilio 116. colum. prima, loquentes de depoſito irregulari, quod eſt vbi pecunia datur ea mente, vt depoſitarius vtatur, & ad tantundem reddendum teneatur. l. Lucius. l. dic ſponſaliorum, ff. depoſ. & tunc dicit Dec. de tali depoſito iudicatur idem, qđ de mutuo, & ob id ex eo non licet lucrum conſequi, ſicut nec ex mutuo, vt per Roma. conſilio 238. & conſilio 520. quæ pariter in dubiis citantur: ſed & illud à caſu noſtro deuiat, quippe quòd ibi tractatur de conſequendis vſuris odioſis, hic verò de vera tantum ſorte conſequē-
39 da. † Non prætereo Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi, nume. 431. cum ſuperioribus cumulatum, qui loquitur in decreto Mediolani diſponente pro depoſito vero, ac reali non poſſe dari bona inſolutum, ſed depoſitarium poſſe detineri, quod locum non habet in confeſſione depoſiti, ſed nec id in ea materia, mirum carcerationis odioſa valde, quod odium hic ceſſat, & in ſimilibus terminis etiam loquitur Barb. conſil. 7. volum. ſecundo, pariter citatus: & multa concurrebant ibi, quæ hic ceſſant, quæ breuitati conſulens miſſa facio. Quare tandem concludo deciſiones allegatas numero quidem multas fuiſſe, ſed pondere valde tenues, cum caſum noſtrum non attingant, qui cōmuniter eſt rece-
40 ptus, vt ſupra dixi. † Sed vlterius, vt video, fit difficultas in dubijs ſuper doctrina Bal. in l. aduerſus, ad finem. C. de non nume. pecu. cum aliis, quæ deducuntur, ex quibus concluditur attendi debere originalem naturam mutui, cui poteſt opponi exceptio non nume. pecu. non autem depoſiti, in quod fuit facta conuerſio: quare neceſſarium eſt & hunc ſcrupulū diuellere. & in primis dico quòd ſatis eſſet reſpondere quòd quæ dicuntur in dubiis, ſunt contra communē opi. ſupra relatam, quæ vult in depoſito confeſſionato exceptionem non nu. pecun. locum nō
41 habere, † quia in iudicando non eſt recedendum à communi ſententia, iuxta not. per omnes in c. 1. ad fi. de conſti. vbi latè Fely. Dec. & Bero. Sed vlterius proſequendo dico, quòd cum motiuum tendat ad id, quòd ex quo depoſitum ſubrogatur loco mutui per conuerſionē regulari debet ſecundum naturam mutui, cuius loco ſubrogatur, per reg. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. ideo conſiderandum eſt ꝙ illa regula non eſt perpetua, ſed in aliquibus caſibus limitatur, quorum duo cōueniunt caſui noſtro. primus eſt, quando ſubrogatio fit iure ſpeciali, ut declarat Gomeſ. in §. fuerat, num. 7. & 8. Inſti. de actioni. poſt Fely. in c. cum olim. n. 5. de maio. & obe. quo loco docet Fely. in poteſtate competente epiſcopo per uiam delegationis capitulum ſuccedens loco Epiſcopi non habere eam poteſtatē, quia illa poteſtas erat iure ſpe-
42 ciali: ſic enim dici poteſt in caſu noſtro, † quando transfuſio fit vnius contractus in alium: fit enim de iure ſpeciali, cum præcedens contractus regulariter eſſet irretractabilis. l. ſicut. C. de act. & oblig. & videmus in l. ſingularia. ff. ſi certum pet. vbi de hac conuerſione tractatur, quòd Iuriſconſ. inquit, ſingularia quædam præcepta ſunt, hoc eſt ſpecialia, ſecūdum omnes, ad denotandum quòd hæc conuerſio unius capſæ, vel contractus in alium fit de iure ſpeciali, ergo depoſitum licèt ſubrogatum per conuerſionem loco mutui non debet regulari ſecundum natu-
43 ram mutui. † Secundus caſus eſt, quando natura ſubrogati repugnat naturæ illius, in cuius locum ſubrogatur: tunc enim non ſapit eius naturā, vt voluit Bald. conſi. 142. volu. 2. Bologni. conſi. 60. in fi. Cuma. conſi. 35. & vtrunque caſum commemorat Menoch. lib. 1. de arbit. iudic.
44 q. 54. num. 33. & 34. † At natura depoſiti, licet confeſſati, non admittit exceptionem non nume. pecu. d. l. in contractibus. 5. 1. & ſic repugnat natura mutui confeſſati, quod illam admittit. Inſtit. de lit. oblig. ergo eius loco ſubrogatum non debet ſecundum naturam ipſius mutui regulari. Hæc igitur (meo iudicio) ſic eneruant cōcluſionem, quæ fit in dubiis, vt illa nequaquam
45 ſubſiſtere poſſit. † Nec inſuper aduerſatur deciſio Bald. in d. l. aduerſus. verſic. vnde concludo, quo loco citatur in dubiis: tres enim caſus diſtinguit. Primus eſt quando confeſſio reſpicit originaliter, & ſecundariò cauſam mutui, puta quia primò verè mutuum interuenit, & ſecundò in confeſſionem deductum fuit. Secundus eſt caſus quando confeſſio reſpicit originaliter cauſam mutui, non autem ſecundariò, quia mutuum primò præceſſit, deinde in aliam cauſam conuerſum fuit. Tertius eſt caſus, quando confeſſio originaliter, & ſecundariò reſpicit aliam cauſam, quàm mutui, puta quia præceſſit locatio, deinde ſecuta fuit venditio: ſed nullus ex dictis caſibus à Bald. propoſitis attingit noſtrum, qualis eſt quando confeſſio originaliter reſpicit cauſam mutui, non autem ſecundariò, quia primò mutuum factū fuit, deinde in cau-
46 ſam depoſiti conuentum, ideo non obſtat. † Quinimmò ſi conſideremus eum, in his, quæ ſubiicit, facit pro nobis Bal. in hunc modum, nam poſt relatas aliorum ſententias concludit, quòd vbi vertitur contentio ſuper numeratione pecuniæ ex parte actoris proponentis, & rei opponentis, actor enim dicit numeraſſe, & reus negat, tunc dicit Bal. ſi reus velit probare pecuniā non eſſe numeratam, ſatis eſt probare, quòd tempore cautionis non fuit numerata pecunia: & tunc actor habet neceſſe probare præcedentem cauſam mutui, aliàs ſuccūbit. cū velit ergo

Bal.

Bald.actorem debere probare numerationem,
quando reus probauit non eſſet numeratum. pa
tet à contrario ſenſu Baldum velle, quòd negati
ua non probata per reum, actor non teneatur
probare affirmatiuam: & tunc ſequitur, quòd
ibidem concludit gloſſ. dicens, quòd præſumi-
tur pro actore. nec dubitari debet quòd à con-
trario ſenſu Doctorum liceat argumentari, ut
poſt multos ego dixi in l.1. num.523. ff. de offi-
cius cui mand. eſt iur. ad quem locum lectores
47 delego. † Nec dicatur quòd verſamur in ſen-
ſu directo Baldi, quia ſecundus teſtis inquit. *Et
quanto al ſcritto, io credo che contenghi verità, che
io non hò uiſti denari*. nã hoc modo negatiua non
concludit: teſtes enim, qui fuerunt præſentes tẽ
pore confeſſionis, dicere debent quòd nulla nu
meratio interuenit, & quòd non potuiſſet inter-
uenire, quin vidiſſent, vt in terminis ibidem cõ
48 cludit Caſtr. ad fi. † Et hic eſt modus regula-
ris probandi concludenter negatiuam, vt not.
Barto. in l.1. §. hoc interdicto, il primo, verſi. vlte
rius quæro, ff. de itin. actuque pri. Ang. in l.1. ff.
de his qui ſunt ſui, & in §. hinc vobis, in Auth. de
hæred. & fal. ſequitur Dec. conſi. 94. col. fi. Ripa
in c. cum eccleſia. de cauſa poſſ. & pro. nume. 88.
49 & Gra. conſi. 28. † Quod verò pertinet ad do-
ctrinam Salyc. in l. in contractibus, §. ſed quo-
niam. verſic. ſed iuxta hoc poſſet, C. de non nu-
me. pec. rogo pariter vt diligentius aduertatur,
quia non obſtat: loquitur enim quando depoſi
tum verè præceſſit, ſed terminos ſuos exceſſit,
quia in accipientem dominium tranſiuit. l. Lu-
cius. l. dic ſponſaliorum, ff. depoſ. & tunc diſtin-
guit Salyc. quòd ſi titulum nouum aſſumpſit, pu
ta mutui, ſicque depoſitum fuit in mutuum trãſ
fuſum, quia depoſitarius confeſſus fuit ſe mu-
tuò recepiſſe, habet locum exceptio non nu-
mer. pec. vult ergo Salyc. in hoc caſu transfuſio
nis prioris contractus in alium attendi naturam
ſecundi contractus, non autem prioris & origi-
nalis: ſi uerò ſubdit Saly. nouum titulum non
aſſumpſit, ſed titulum depoſiti retinet, quia quis
confitetur nunc in depoſitum retinere, quod &
ante uerè fuerat depoſitatum penes eum ad vtẽ
dum tamẽ, & tunc dicit Saly. eam legem locum
habere conſiderata origine, & natura potius
quàm accidenti, ſed nos in caſu verſamur ſimili
priori per Saly. conſiderato, quando facta fuit
transfuſio prioris contractus in alium, non autẽ
in ſecundo, quando remanſit idem titulus. Vn-
de ſi primo caſu vult Saly. attendi ſecundũ con-
tractũ, ſequitur quòd ſicut in ſuo obſtat excep.
non num. pec. quia erat mutuum, ita in noſtro
obſtare non debet, quia eſt depoſitum, in quo
illa non admittitur ſecundum communem, de
qua ſupra. & vlterius confirmatur ex doctrina
Fulg. in d. l. in contractibus, in princ. quia con-
feſſio, quę fit ex cauſa antecedenti, nõ fit ex cau
ſa futuræ numerationis, cum non agatur vt nu-
meratio fiat idq́; clarius explicat in §. ſed quo-
niam. notans contra inſtrumentum depoſiti nõ
50 poſſe opponi exceptionem non num. pec. † &
ideo ſubdit quòd in ciuitate ſua ſemper inſtru-
menta etiam crediti fiunt de depoſito, cui non
obiicitur excep. non num. pecu. neque compen-
ſatio. excipit tamen quando fraus, ſeu ſimulatio
ageretur, quia agebatur ut numeratio fieret, ut
51 per eum. † de qua fraude non apparet in caſu
noſtro, nec illa præſumitur. l. quotiens, §. qui
dolo, ff. de probat. ſicut nec ſimulatio. l. quam-
uis vbi Bal. C. ſi quis alt. vel ſibi, & in l. & qui,
C. de diſtr. pign. D. meus Rimin. conſi. 85. nu.
22. cum ſimilibus, ibidem per me cumulatis in
apoſtil. quibus nunc addo Crauettam conſ. 143.
nu. 12. Menoch. de arbi. iudic. lib. 2. centur. 2. ca
ſu 116. Alex. de Neuo conſi. 30. num. 2. & Franc.
Burſatum conſ. 40. nume. 63. & ita patet Salyce
52 tum loco citato non obſtare. † Minus quoque
me turbat alibi citatus idem Saly. in l. generali-
ter, col. 2. verſic. mihi uidetur, & verſi. aut non
tranſiuit, C. de non nume. pecu. quoniam uerè
non loquitur in terminis noſtris: nam paulò ſu-
pra verſi. uno modo, ponit caſum, quando con-
feſſio fit ex cauſa antecedentis mutui: dat exem
plum ſi confiteor me debere tibi centum ex cau
ſa mutui, quæ tu mihi numeraſti & dediſti ex
prædicta cauſa iam eſt menſis, uel annus, ſeu 10.
vel 20. dies, & in eo caſu dubitat an exceptio
non num. pecu. poſſit opponi ſecundum ſuam
naturam, vt ſic oppoſita infrà biennium probari
debeat numeratio per actorem. & refert in pri-
mis gloſſam ibi eſſe, quæ ſentit, quòd ſic, deinde
aliam in d. l. in contractibus, in prin. ſecus dicen
tem, quam; Simon Vincenti. & D. ſuus ſecu-
ti ſunt: ipſe verò Saly. tandem diſtinguit, in ver-
ſi. mihi videtur, vt per eum. Dico igitur quòd
cum loquatur Salyc. de confeſſione, quæ fiebat
ex cauſa mutui, & emanabat ex eadem cauſa præ
cedentis mutui, non facit ad caſum noſtrum, in
quo confeſſio facta fuit per Panceriam ex cauſa
depoſiti, & emanauit ex cauſa præcedentis mu-
tui, nam in caſu Salyc. durat idem titulus: hic
verò mutatur de mutuo in depoſitum, & atten-
ditur natura ſecundi contractus, ut idem Saly.
tenet in d. § ſed quoniam, ſupra per me conſide
53 ratus. † Sed vlterius plus dico, quòd ubi Saly.
loqueretur in caſu noſtro, pro nobis faceret in
d. verſi. mihi uidetur: nam diſtinguit, quòd aut
exceptio non num. pec. opponitur, quia tempo
re confeſſionis non fuit numerata, & tunc dicit
quòd opponi non poteſt: aut opponitur, quia
numeratum non fuit tempore antecedenti, de
quo in cautione, & confeſſione continetur, &
tunc opponi poteſt: at caſus noſter conuenit pri
mo membro diſtinctionis relatæ, nam Panceria
reſpondens poſitionibus, confeſſus eſt, dicens
ſe conſtituiſſe debitorem, ſed non habuiſſe dena
rios, nec addidit antecedenti tempore, de quo
in confeſſione ſcripti ibi, *per altri tanti hauuti in
denari contanti in piu uolte*. meritò d. exceptio
non nume. pecu. ſimpliciter oppoſita, pura in-
telligitur, & de tempore confeſſionis ſcripti ui-
delicèt, quòd quando fecit illud, & confeſſus eſt,
non habuit pecunias. igitur hoc ſtante non po-
teſt opponere except. non num. pec. Proſequi-
tur deinde Salyc. ſecundum membrum diſtin-
ctionis

ctionis ſuæ, cuius occaſione dubitat, an creditor teneatur probare tunc, ideſt illo tempore antecedenti, de quo in cautione, numeratam fuiſſe pecuniam, an verò reus illo tempore numeratam non fuiſſe: & tunc ſubdit fortè dici poſſe, quòd aut ab illo tempore in cauſa antecedenti poſito tranſiuit biennium; & reus teneatur probare non fuiſſe numeratum, aut non tranſiuit, & tunc creditor teneatur probare numerationem. Sed quia dicit Salyc. de aliqua confeſſione facta illo tempore antecedenti nõ quæritur, ſed ſimpliciter an cauſa illa ſit vera, vel falſa, & cautio de præſenti facta probat illam cauſam veram, donec probetur contra: ideo concludit Salyc. quòd reus habet probare falſitatẽ illius cauſæ per illum text. & l. aduerſus, eod. tit. ſequitur ergò quòd & in ſecundo membro ſuæ diſtinctionis Saly. ſtat pro nobis, non autem contra nos, ſi bene conſideretur, & ego ſuperius eum deduxi: reliqua uerò, quæ proponuntur in dubiis circa exceptionẽ non num. pecu. coram iudice competente, uel non oppoſitam, & ſententiam ſubinde latam, diſcuſſione non indigent, utcunque res fuerit, quia ſatis ex prędictis ſoluta remanent neceſſaria, & hæc Domina debet obtinere coram clariſſ. D D. Senatoribus, ſicut coram magnificis dominis Rotæ uictoriam reportauit, quibus me plurimum commendo.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Camera fiſcali Illuſt. ac generoſi Comitis Guidi Calcagnini.

### ARGVMENTVM.

Ex quibus pax rupta dicatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Soluere quis in dubio præſumitur magis ſuo nomine, quàm alieno.*
*Fallit ſtantibus præſumptionibus in cõtrarium. 31.*
2 *Actio uel cauſa quando variatur, non poteſt ſequi condemnatio.*
3 *Inquiritur ſi de furto, & probatur adulterium, ſequi debet abſolutio.*
4 *Lex, habebat. de inſtit. procedit etiam in cauſa criminali.*
5 *Furtum quid ſit.*
6 *Pretio colligitur, quid in uenditione cadat.*
7 *Moderator quilibet in re ſua.*
8 *Actio ciuilis ubi parti non naſcitur, nec Reipublicæ criminalis.*
9 *Dominium non ante traditionem transferri.*
*Fallit promiſſa cuſtodia rei. 40.*
10 *Promiſſio ſimplex de non offendendo, intelligitur de magna offenſa, non de minima.*
*Fallit adiectis uerbis uniuerſalibus. 12.*
*Contra Marſ. & Paris. 18.*
11 *Offenſa appellatione non uenit leuis.*
12 *Dictio quomodocunque, quid denotet.*
13 *Verba uniuerſalia negatiua, fortius operantur affirmatiuis.*
14 *Verba debent operari.*
15 *Periculum, & fortunam ſuſcipiens in ſe, tenetur de omni caſu fortuito.*
16 *Verba uniuerſalia denotant, quòd nulla diſtinctio fieri debeat.*
17 *Promiſſio generalis de non offendendo, an ad habiles reſtringatur. Marſ. & Pariſ. quòd ſic.*
*Auctor contra. 18.*
18 *Verba legis uniuerſalia reſtringuntur, hominis ſecus.*
*Et de ratione differentia. 19.*
20 *Legatarij prohibiti moleſtare quomodocunq; de qua moleſtia intelligantur prohibiti.*
21 *Geminatio plus operatur.*
22 *Præcedentia declarant ſequentia.*
23 *Actus duo correſpectiui quando.*
24 *Contractus ſequens declaratur ex dictis ante.*
25 *Ratio naturalis ſola ſufficit.*
*Et conſcientiam remordet. 26.*
27 *Teſtes concludunt à communiter accidentibus.*
28 *Teſti deponenti contra ſe, magis creditur.*
*Non tamen cogitur contra ſe deponere. 29.*
*Nec dubitanti creditur. 30.*
32 *Præſumptio cedit ueritati.*
33 *Alteri per alterum non præiudicatur.*
34 *Teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores, ne plus copiæ credatur, quàm originali.*
35 *Teſtis quando cum negatiua coniungit, affirmatiuam probat.*
36 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
37 *Generalis ſermo nihil intactum relinquit.*
38 *Contrahentibus licet inter ſe decipere citra dimidiam.*
*De quo datur exemplum Connani.*
39 *Teſtibus non creditur ſuper eo, de quo laudem uel opprobrium incurrere poſſunt.*

## CONSILIVM LXI.

*Auxilium meum à Domino.*

AGIT camera fiſcalis Illuſtris ac generoſi Comitis Guidi Calcagnini D. Fuſſignani, cõtra Alexandrum Corellum ad pœnam pacis ruptę, in inſtrumento conuẽtam, in quo partes promiſerunt ſe non offendere, moleſtare, inquietare, damnificare, nec offendi, moleſtari, aut damnificari facere quomodocunque, qualitercumque, & ex quacumque cauſa. Quoniam dictus Alexander vindemiari fecit quandam quantitatem vuæ, & domum ſuam deferri, Duranti Steuanino ſibi prius venditam, à qua petitione nititur prædictus Alexander ſe defendere quibuſdam mediis: quare perſcrutandum eſt, quis melius induat arma. & in primis Alexander

xander abſoluendus eſſe videtur, quia negat uẽdidiſſe vuam dicto Duranti, ſed D. Ioãni Mariæ Pictorio, & ab eo pretium recepiſſe dicit. Idque teſtantur D. Ioannes Ballota, & Ioannes Maria Spadacius dicentes, quòd viderunt dictum D. Io. Mariam ſoluere pretium dictæ vuæ, & aliarũ rerum prædicto Alexandro. Hinc enim colligitur ipſum D. Ioannem Mariã emporem fuiſſe,
1 non autem Stephaninum. † Quoniam præſumitur in dubio quis magis ſuo nomine ſoluere, quàm alieno. l. & magis, ff. de ſoluti. Corn. conſi. 318. nu. 3. vol. 1. quare deducta vna cauſa & altera probata, ut in propoſito, quòd vua prius Duranti fuerit vendita, deinde ſibi ablata, & tamen Pictorio vẽdita fuit camera fiſcalis obtinere non poteſt. l. habebat, ff. de inſtito. l. non poſſumus, ff. ſi pars hæred. pet. l. Beblius, ff. de pact. dot. c. Abbate, de re iud. lib. 6. Corneus rationes adducens conſi. 99. circa. fi. vol. 3. & latius Cra-
2 uet. conſi. 210. colum. fi. † & præter eos confirmatur auctoritate Baldi in l. 1. C. vt in poſſ. lega. dicentis, quòd vbi diuerſificatur res, cauſa, vel actio, non poteſt ſequi condemnatio, ſequitur Alex. in d. l. habebat, in addit. ad Bart. vbi ſubiungit idem eſſe dicendum in inquiſitione (de
3 qua agitur in caſu noſtro) † quia ſi inquiritur de furto, & probatur adulterium, ſequi debet abſolutio. citat Angelum in repe. l. ſi vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. ſed addo Bartolum, quem non allegat, in l. denunciaſſe, §. quid er-
4 go, ff. de adulter. † dicentem quòd dicta lex habebat, procedit pariter in cauſa criminali, pro ut etiam tenet Anton. de Prato veteri conſ. 127. col. 2. inter conſilia Alexandri, vol. 4. & cum prædictis etiam concordat Boſſius in titu. de inquiſitione, nu. 81. dicens, quod vbi deducitur in inquiſitione vnum delictum, & aliud probatur, vel cum vna qualitate, & poſtea probatur ſine ea, ſequi debet abſolutio, quòd hic adaptari videtur, nam deductum fuit in effectu delictũ furti cum vna qualitate, uidelicèt quòd Alexander uindemiari fecerit vuam alienam, & domũ
5 ſuam afferri. † Hæc enim fuit contractatio rei alienæ inuito domino, & ſic furtum, Inſt. de obliga. ex delic. in princ. qualitas autem quod inde pax rupta fuerit: licet enim fuerit etiam furtum, caſu quo vua ablata, fuerit Pictorii: qualitas tamen pacis ruptæ non uerificatur, quia cum Pictoriis facta non fuit. igitur fiſcus non videtur obtinere poſſe. Secundo confirmatur Alexandri defenſio, nam poſito quòd vuas vendiderit dicto Duranti, nihilominus dicit ſibi reſeruaſſe vuas dulces, & teneras, quæ non fuerunt in uenditione comprehenſæ: quare licitum ſibi fuit eas uindemiari facere, accipere & de illis pro libito diſponere, idque probare uidetur per æſtimatores, uidelicet Marcum de Beccis, Iulium de Spadaciis, & Io. Mariam eiuſdem familiæ, qui concorditer dicunt, quòd dum eſſent ſuper poſſeſſione Pictorij dictus Alexander eis dixit, quòd ſibi reſeruabat vuas dulces pro faciendo ſibi vino, & quòd eas non æſtimarent, ſed aureas tantum, dicuntque primus & tertius, quòd dulces non æſtimarunt, idque ſic fuiſſe præſumitur, nam in liſta rerum venditarum fit mentio de curribus 5. vuarum in rationem ſcutorum quatuor pro quolibet curru, quo tanto pretio non uenduntur vuę dulces, aut mixtæ, ſed minus, vt ijdem teſtes de-
6 ponunt: † ex hac enim pretij quantitate correſpondente vuis aureis tantum colligitur dulces non fuiſſe uenditas, quibus illud pretium, uelut exceſſiuũ non conueniret, ut tradit Bar. in l. meminiſſe, ad fin. ff. de offi. proconſ. & in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. Socin. in l. 1. not. 4. ff. de reb. dub. Cur. iun. conſi. 80. col. 2. Graue. cõſi. 105. nu. 9. Rol. à Vall. cõſi. 80. nu. 53. vol. 2. Quibus ita ſtantibus nullum fuit delictũ, nihilque mali fecit Alexander ſuas vuas accipiẽ
7 do, † cum in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter, l. in re mandata, C. mand. l. etiam, ff. ſolu. matr. cum vulgaribus. nullaque pariter fuit inquiſitio, ſicut & nullus proceſſus aduerſus Alexandrum formatus, non conſtito prius Domino Commiſſario de delicto per illum commiſſo, ut uoluit Tancred. in ſua compendioſa q. 17. ſentit Bar. & Roma. in l. 1. §. illud autem, ff. ad Sylla. Bar. in l. fi. col. 1. ff. de quæſ. & alij plerique, quos cumulat Marſ. conſi. 8. col. 1. conſi. 12. nume. 34.
8 conſi. 14. nu. 13. & alibi ſæpe, † & ubi non naſcitur actio ciuilis parti, nec Reipublicę naſcitur actio, uel inquiſitio criminalis, ut per Salyc. in l. eos, C. de furt. Bar. conſi. 100. à Domino Cyno, col. 1. Soc. conſi. 127. uiſis capitulis, col. 1. Veron. conſi. 59. Paulus Faber, colum. pen. Nell. in tractat. de bannit. 2. part. 2. temporis, q. 5. & in 3. parte 2. temp. q. 1. in fi. Marſi. conſi. 40. nu. 10. conſi. 49. nume. 15. conſi. 53. nu. 12. & conſi. 66. num. 10. unde ſi nullus agere poſſet ciuiliter aduerſus Alexandrum tali caſu, quo ſuam vuam, ſibique reſeruatam uindemiari fecit, nec crimi-
9 naliter ipſe moleſtari poteſt. † Tertiò ſe defendit dictus Alexander ex alio, quòd quando vendidit dictas vuas, & eas vindemiari fecit, nondum facta fuerat earum traditio dicto Duranti, ſicque nondum fuerat in eum tranſlatum dominium. l. traditionibus, C. de pact. §. per traditionem Inſt. de rer. diui. meritò dici non poteſt illatum fuiſſe damnum dicto Duranti in rem ſuã, & ob id pax nequaquam rupta fuit ex uuæ prædictæ receptione: quare uidetur ex prædictis dubitabilis intentio cameræ fiſcalis aduerſus Alexandrum. quibus tamen non obſtantibus contrariam partem, velut de iure ueriorem amplector. & in primis moueor ex uerbis inſtrumenti pacis ſupra relatis amplis, & ualde prægnãtibus,
10 † licèt enim ſimplex promiſſio de non offendendo debeat intelligi de magna & graui offenſa, non autem leui, prout iſta fuiſſe proponitur ex aduerſo, per ea, quæ latè ponit Marſ. con ſil. 80. nume. 31. & poſt eum Pariſ. conſ. 165. col.
11 3. uol. 4. † quia appellatione offenſæ non uenit leuis. l. 3. in fi. verſi. leuis offenſa, ff. de adi. leg. & ideo Bal. conſi. 58. laudare uos, col. 4. uol. 1. bene dixit, quòd propter leuem offenſam non rumpitur pax. Tamen in caſu noſtro uerba conſideranda

randa ſunt, quæ dicunt non offendere, damnifi-
care, nec offendi, aut damnificari facere quomo
cumque, qualitercumq;, & ex quacumq; cauſa.
12 † nam dicta verba ſic vniuerſalia debent intel
ligi de omni offenſa, ſiue damno, non tantum
graui, ſed etiam leui, cum illud verbum quomo
docunque, importet omnes modos excogitabi-
les, vt tradit Ang. conſi. 280. viſo themate, col.
3. Veronen. conſi. 14. col. 3. denotatque tale ver
bum modum realem, perſonalem, directum &
indirectum, vt per glo. in clem. 2. de ſent. excom.
13 in 6. in verſi. quomodolibet. † Accedit quòd
prodicta verba negatiuè prolata fuerũt, dũ pro-
miſſum fuit non offendere, damnificare, nec of
fendi aut damnificari facere: vnde talia verba
vniuerſalia, negatiuè prolata fortius operantur,
quàm verba vniuerſalia affirmatiua, quia nega-
tiua potẽtius negat, quàm affirmatiua affirmet.
l. hoc genus. vbi glo. Caſtr. & Imol. ff. de cond.
& dem. glo. in c. cum dilectus. de conſue. † Hinc
dictio vniuerſalis, puta nullum aut nulla, omnia
excludit, etiam minima. gl. in cap. ſtatutum; ver
bo, nullum. de reſcrip. in 6. Gemi. conſi. 35. col.
1. in fi. Craue. plenius confirmans conſi. 294. nu
14 me. 6. † Confirmatur, nam partes non tantum
promiſerunt nõ offendere aut damnificare, quo-
modocunque, ſed addiderunt qualitercunque,
& ex quacunque cauſa. Quæ verba nihil opera-
rentur, niſi leuem offenſam, vel damnum leue
comprehenderent, vt in ſimili caſu ſic arguit
Crauetta loco citato. col. 6. poſt Oldr. conſi. 300.
factum tale, col. fi. vbi tenet, quòd ad hoc, ut di-
ſpoſitio quid operetur, multa in ea veniunt, quę
15 aliàs non uenirent. † vnde Corn. conſi. 128. co
lum. 3. uol. 2. dicit quòd ſuſcipiens in ſe omne
periculum & fortunam, tenetur de omni caſu
fortuito. ut uerbũ fortunam, aliquid operetur.
Poſtremò non omitto, ꝙ dicta verba quomodo
cunque, aut qualitercunque, ſignificant & im-
16 portant, † quòd nulla diſtinctio, nulla reſtri-
ctio, aut nulla limitatio fieri poſſit, ut eleganter
voluit Iaſ. conſi. 147. col. 2. uol. 4. ſequitur Gra-
uet. loco citato, col. 4. quare ſub dicta promiſſio-
ne contineri debet omnis offenſa, & omne dam-
17 num magnum, mediocre, uel minimum. † Non
omitto tamen, quòd Marſi. in allegato conſi. 80.
& Pariſ. conſi. 165. vol. 4. uoluerunt talem gene-
ralem promiſſionem, de non offendendo quo-
modocunque, reſtringi debere, ad habilia per l.
vt gradatim, §. ſed ſi lege, ff. de mun. & honor. &
l. 1. cum glo. C. de ſac. ſanc. eccleſ. & in l. 2. C. ubi
de crim. agi. opor. vbi text. dicit à quocunque,
& tamen exponit glo. idoneo. Idq́ue multis ſimi
libus confirmant: quare pariter in caſu noſtro
dicũt dictam promiſſionem reſtringi debere ad
habilitatem, & ſic ad offenſam grauẽ, quæ habet
lædere perſonã, non autem ad modicam & leuẽ
porrigi. & iſtud, quod ipſi dicunt, poſſet & aliis
multis comprobari, quę congerit Iaſ. in l. fideiuſ
18 ſor, §. prætor ait, col. 1. ff. qui ſatiſ. cog. † Sed
hæc ipſorum concluſio recipit vnam notabilem
limitationem, per quam patebit eos allucinatos
fuiſſe in præſenti caſu: quod enim dicunt proce

dit in diſpoſitione legali uel ſtatutaria, ubi fieri
debet reſtrictio ad habiles, ne inducatur, corre-
ctio legum uel ſtatutorum. at ſecus quando ta-
lia verba proferuntur in contractibus, nam non
reſtringuntur ad habiles, ſed operantur augu-
mẽtum, ita uoluit, & limitat egregiè Bal. in l. fi.
col. 1. c. ſine cenſ. uel reliq. pleniusque confirmat
Iaſ. in dicto, §. prætor ait, col. 2. nec tantum id
19 ibi poſuit, ſed & in c. 1. nu. 49. in uſib. feud. † ubi
rationem differentiæ ponit, quia in cõtractibus,
& diſpoſitione hominis ceſſat ratio correctio-
nis, quæ in legibus aut ſtatutis conſideratur, &
idem firmat Ruinus conſi. 111. in princip. vol. 1.
conſi. 86. nu. 11. conſi. 150. nu. 3. vol. 3. conſi. 161.
nu. 35. vol. 5. D. meus Rimin. conſi. 575. num. 11.
Alex. in l. 1. circa prin. ff. de leg. 1. Cur. iun. conſi.
20 1. col. 3. Rolan. à Val. conſi. 61. nu. 44. vol. 1. † &
in pulchro caſu Soc. iun. conſi. 113. nu. 29. uol. 1.
vbi concludit legatarios legato priuari, quibus
iniunctum eſt, ne turbent, aut moleſtent aliqua
liter, nec turbare, aut moleſtare debeant quouis
modo: nam comprehendunt dicta verba omnẽ
& quamlibet moleſtationem, licèt minimam.
Sic enim denotat ipſorum verborum generali-
tas, quæ non debet aliquo modo reſtringi. l. 1. §.
& generaliter, ff. de leg. præſt. vnde ſic & in caſu
noſtro dicendum eſt, quòd dicta verba quamcũ
que offenſionem vel damnificationem, licèt mi-
21 nimam, complectantur. tantoq́; magis, † quòd
geminata fuerunt: ibi, quomodocunque, quali-
tercunque, & ex quacunque cauſa, quæ plus
operari ſolent. l. Baliſta, cum ibi not. ff. ad Treb.
& enixam contrahentium voluntatem demon-
ſtrant incurrendi pœnam pacis ruptæ propter
quamcunq; offenſam, licèt leuem. l. cum ſcimus.
& ibi Bart. C. de agri. & cenſ. lib. 11. D. meus Ri-
min. conſi. 234. nu. 18. Caſ. conſi. 115. col. 2. uol. 1.
Grauet. conſi. 105. nu. 4. vbi dicunt quòd quan-
do verba geminata ſunt, magis enixè dicitur ap-
parere de voluntate diſponẽtis, ne verba ſuper-
fluò cenſeantur appoſita. Sola difficultas eſt, an
hic verificetur, quòd Alexander aliquo modo
dicatur offendiſſe, vel damnificaſſe dictum Du-
rantem: & indubitanter eſt dicendum quòd ſic,
quod verificabitur in tollẽdis obiectis, nam per
reſponſiones illis dandas hæc concluſio pro ca-
mera fiſcali comprobabitur, & clara reddetur.
Igitur ad primum, quòd vua non Duranti, ſed
Pictorio uendita fuerit, dico quòd immo Durã
ti vendita fuit, idq́ue probatur ex multis in me-
dium deducẽdis. Et in primis, nam D. Octauia-
nus Viſtolus deponit de tractatu per eum habi-
to, quòd Alexander venderet Stephanino ter-
ras mazaticas, & quicquid iuris haberet in illa
poſſeſſione, pro eo quod æſtimarentur, quod ſe
facturum obtulit Alexander, & acceptauit Ste
phaninus, ut & alij teſtes deponunt. Vnde cum
poſtmodum dictus Alexãder vendiderit vuam
& alias res, poſito quòd non appareret bene cui
vendiderit an Stephanino, uel Pictorio, nihilo-
minus eſſet præſumendum, ꝙ Stephanino ven-
22 ditæ fuiſſent, † quia præcedentia declarant ſe
quẽtia. l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de leg. 1. l. qui
filijs. l. us

23 filiabus, & ibi Iaſ. poſt alios, eo. tit. † Et quan
do unus actus fit poſt alium incontinenti, corre
ſpectiui uidentur, & unus propter alium factus.
Bald. in l. petens, colum. pen. C. de pact. Corn.
conſi. 283. col. 1. vol. 4. Soc. conſi. 273. col. 4. Dec.
24 conſi. 562. num. 4. † Et in terminis contractus
ſequētis quòd declaretur, & factus intelligatur,
ſecundum ea quæ dicta fuerunt, aut facta in præ
cedentibus, ponit Ang. in l. ſi quis cum aliter,
in princip. ff. de uerb. oblig. & in l. pacta nouiſſi-
ma, col. fi. C. de pact. ſequitur Dec. conſi. 190. co
lum. 3. verſicu. octauò & ultimò, & in ſimili caſu
Crane. conſi. 113 nu. 6. cum ſimilibus aliis cumu-
latis per Straccam in præfatione ſui tractatus de
aſſecurationibus, nume. 33. Secundò confirma-
tur, nam facta uenditione prædicta, & ſecuta
vindemiatione dictæ vuæ, ſubortaq; controuer-
ſia inter Stephaninum & Alexādrum ea de cau-
ſa D. Pirinus & Rodulphus de Corellis timen-
tes ne ob id pax eſſet rupta, acceſſerunt ad Pi-
ctorium, requirentes eum, ut rem componere
uellet, dicendo quòd vua, & aliæ res ſuper eius
poſſeſſione uenditæ fuiſſent ipſi, non autem Ste
phanino per Alexādrū, quod Pictorius ſe num-
quam dicturum profeſſus eſt. idque deponunt la
tius Pictorius & Mauterus à Ballatā. unde res a-
perta redditur. Quid enim de pace rupta timen
dum erat per illos, ſi Pictorio uenditio facta fuiſ
25 ſet? certè nihil. † Et hæc eſt efficax valde & na
turalis ratio, quæ ſola ſufficere debet. l. ſcire o-
portet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. naturalis enim
ratio cuncta rectè diſponit, ut inquit Bald. conſ.
38. D. Thomas, col. 2. uol. 1. habetur enim pro
titulo. Bal. conſi. 401. caſus talis aſſeritur, uol. 5.
& ſeruari debere, etiam ſi lex deficeret. c. ſecundo
requiris, in fi. de app. Abb. in c. Eccleſia S. Ma-
26 riæ, colum. 5. de conſti. † Hinc Bal. in dicto cō
ſi. 38. dicebat quòd uix reperitur aliquid contra
rationem naturalem, quod non remordeat con
ſcientiam. ſequitur Craue. conſi. 31. num. 5. Ter
tiò concurrit quòd facta ſolutione pretij dictarū
rerum Alexādro Durans Stephaninus dixit ei:
Quid erit ſi modo meæ res conſumerentur à te
uel familia tua? nominando vuam. & Alexan-
der reſpondit quòd nequaquam, ut teſtes depo-
nunt: hæc enim requiſitio Stephanini uana fuiſ-
ſet & impertinens, ſicut & Alexandri reſponſio,
ſi non ei, ſed Pictorio res & vua fuiſſent uendi-
tæ: proprias enim res curamus, non alienas,
27 † à communiter accidentibus, ſecundum quæ
ſatis eſt dicta teſtium concludere. glo. fi. in l. cum
dotem, & ibi Bald. C. de iure dot. Iaſ. in l. non
hoc, C. und. leg. nume. 18. Alexand. conſi. 36. in
fi. uol. 5. Soc. conſi. 42. col. 2. conſi. 166. uerſic. 5.
concluſio. & conſi. 187. col. 4. uol. 1. Fel. & Deci.
in c. in præſentia, de prob. Dec. conſi. 184. col. 2.
conſi. 598. in fi. D. meus Rimin. conſi. 345. num.
11. unde dicta requiſitio Stephanini facta Alexā
dro & illius reſponſio manifeſtè denotant inter
28 eos contractum celebratum fuiſſe. † Quartò
(ne longius vagemur) accedit ipſe Pictorius de
ponens, alias res & uuam fuiſſe uenditas Duran
ti, non autem ſibi, cui uelut contra ſe deponen-
ti (ſic enim demonſtrat in eis nullum ius habe-
re) magis credendum eſt, ut concludit Crauet.
conſi. 6. nu. 41. prout de creditore quoque de-
ponente ſibi fuiſſe ſolutum teſtatur Caſtrenſ.
29 conſi. 396. in antiq. † Licèt enim quis innitus
contra ſe deponere non cogatur. Bal. conſi. 227.
vol. 5. Boſſi. in tract. de teſtib. nume. 67. uolens
tamen non prohibetur. Quare iam multis nomi
nibus conſtat uuam cum cæteris rebus fuiſſe uē
ditam Stephanino, eaq; ſubinde ſibi prærepta,
ipſum fuiſſe offenſum & damnificatum ab Ale-
xandro, & propterea pacem fuiſſe ruptam ab eo:
nec id negari poſſe quoquo modo. Nec obſtant
teſtes dicentes quòd uiderunt Pictorium ſoluē
re pretium, qui ob id proprio non alieno nomi-
ne ſoluiſſe præſumitur, quoniam id non firmāt,
maximè Ioan. Maria Spadatius. Immo ſuper in
terrogatoriis dicit, quòd eſſe poſſet Pictorium
ſoluiſſe pretium nomine Durantis, non autem
ſuo. ſicque quòd Alexander uendidiſſet Du-
30 ranti, non autem Pictorio. † Quare ſimilis red
ditur hic teſtis dubitanti (cū factum non firmet)
cui non creditur, ſicut nec ignoranti, ut per
Spec. in tit. de teſte, §. 1. uer. item quid ſi dubitat.
Crot. in trac. de teſti. nu. 311. Sed quid ultra? Pi-
ctorius ipſe nos ab omni dubitatione prorſus e-
xemit, dicens eſſe uerum quòd ipſe fecit ſolutio
nem pecuniarum Alexandro, ſed pro Durante,
& de pecuniis dicti Durantis, & quòd dictus Alexā
der recognouit eas à Durante, faciēs uēditionē
dicto Duranti de uuis mazaticis & aliis, exceptis
quibuſdam melioramentis factis in domo, pro
quibus ſoluit partem dictarum pecuniarum pro
ipſo, & non pro Durante; idque deponit ad un-
guem Durans, qui etiam ſoluit ſcutos quatuor,
quos ſuper tabulam proiicit, ut ille dicit, & Ioan
nes Ballota: quæ ſolutio uana fuiſſet, ſi non e-
31 miſſet dictas res & uuam. † Hinc igitur ceſſat
regula legis 3. ff. de ſolut. de ſolutione præſum-
ptiuè facta magis nomine proprio, quàm alie-
no, nam non procedit ſtantibus aliis præſum-
ptionibus in contrarium. Bartolus, & Doctores
in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ libe.
Alex. conſi. 82. colum. fi. uol. 2. Crau. conſi. 129.
nume. 2. at hic extant coniecturæ ſupra memora
tæ de tractatu præambulo uendendi Duranti,
de Pictorio requiſito poſt uuam uindemiatā, quòd
dicere uellet ſibi, non Duranti uenditam: quod
ille ſe dicturum negauit, cum eſſet falſum, & de
requiſitione Durantis facta Alexandro, ne res
& uua cōſumerentur, & illius reſpōſione, quod
nequaquam. hæc enim ſingula, tantoque ma-
gis iuncta, ſuadent ad præſumendum, quòd ſo-
32 lutio Pictorij nomine Durantis facta ſit. † Et
in ſumma cum Pictorius clarè dicat ſe ſoluiſſe
pro Durante, præſumptio dictæ legis 3. cedere
debet huic probationi claræ & manifeſtæ. l. fi. in
prin. ff. quod met. cauſa. l. nuptura, in fine. ff. de
iure dot. cum ſimilibus per Crane. conſi. 35. nu
me. 5. Pariſ. conſil. 29. nu. 82. uol. 2. Cephal. con-
ſi. 272. num. 12. & ex his ceſſant omnia, quæ dice
bam de una cauſa deducta, & alia probata, quòd
condemnatio fieri non poſſit. Hic enim cauſa
deducta

deducta fuit etiam probata, videlicet quòd vua vendita fuerit per Alexandrum Duranti,& per Alexandrum vel eius nomine vindemiata.Quare ſic ſequitur offenſa damnumq́ue illatum Duranti,& inde pacem fuiſſe ruptam per ipſum Alexandrum. Nunc ad ſecundũ dubium deſcẽdo de vuis dulcibus, ſiue teneris,reſeruatis, quod delictum videtur prorſus excludere,& hoc iudicium vanum reddere. & in primis dico concludenter id non probari: nam Marcus de Beccis id non firmat,cum deponat quòd eſſe poſſet Alexãdrum ſibi non reſeruaſſe dictas vuas dulces
33 cum emptore. † Nec quòd Alexander id tantum dixerit, potuit Duranti præiudicare, nec præſenti,nec conſentienti.c.alteri de reg. iur.in 6.& eadem reſponſio cadit ad dictum Iulii Spadatij pariter deponentis, ſicut & ad aliud Ioan. Mariæ Spadatij,quia verè loquuntur tantum de auditu ab ipſo Alexandro, cui ſicut nõ crederetur, velut in cauſa propria deponẽti.l.omnibus, C.de teſti.c.nullus, eo.tit. ita nec credi debet di-
34 ctis teſtibus,dicẽtibus ſe ab eo audiuiſſe, † quia teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores.c.licet ex quadam.de teſtib.c. fraternitatis,de hæret.Oldrad.conſi.69.col.2. Caſtr.conſ. 284 viſo quodam tali,quali proceſſu,col.1.cõnſ. 299. viſa inquiſitione, col. 2. vol. 2.eſſet enim quàm abſurdiſſimum,quòd ſi non creditur originali,ideſt auctori alicuius famæ, credatur eius copiæ,ideſt his, qui ab auctore tali dici audiuerunt.l.1.ff.de fid.inſtr.cum ſimilibus per Craue. qui ſic arguit & concludit conſi.41.col.2. Quinimmo dominus Hippolytus Zanellus ſecundò examinatus,& Pictorius clarè dicũt ſe nihil ſenſiſſe,quòd Alexander ſibi reſeruauerit vuas dulces,& quòd vuæ quidem fuerũt nominatæ, nec audiuit nominari plus vuam dulcem, quàm auream,ſed Alexandrum dicere Duranti quòd nihil amoueret,nam veriſimiliter id audiuiſſent, ſi dictum fuiſſet,cum præſentes eſſent,dictuſq́ue Pictorius expreſsè dicit quòd dictus Alexãder ſibi non reſeruauit aliquid de vua, ſed Duranti vendidit eam totam dulcem & auream ſuæ partis,& quòd ſi eam ſibi reſeruaſſet,id intellexiſſet.
35 † nam quando teſtis cum negatiua coniungit affirmatiuam, bene probat. Bal.in c. vnico, §. ſi quis per 30. ſi de feudo fuer. contro. D. meus
36 Rimin.conſi.45.col.2. † Augeturq́ue fides dictorum teſtium ex liſta capituli ſecundi, in qua dicitur. *Quanto all'vua dicono che gli è carra cinque di vua.* Si in totum ergo dulcis non eſt excluſa,nec reſeruata,quia qui dicit omne, nihil excludit.l.Iulianus,ff.de leg.3.l.omnia,& ibi Dec. ff.ſi cert.pet.vbi pariter D. meus Riminal. Bar.
37 & alij in l. ſerui electione, §.fi. ff.de leg.1. † Et generalis ſermo nihil intactum relinquit. Bald. conſi.305.verba principis,vol.1.& verbo generali omnia includuntur. Bal.conſi.191. in teſtamento,vol.1.Craue.conſi.133.nume.5. & hinc quoque ceſſant quæ dicuntur de pretio valorẽ vuarum dulcium tranſcendente, propter quod arguitur eas reſeruatas fuiſſe, quia procederet in dubio, nec alio in contrarium apparente: at ſecus hic, vbi cõſtat omnes vuas & alias res fuiſſe venditas,quia in claris non eſt opus coniectu-
38 ris.l.continuus,ff.de verb.oblig. † & nihil impedit quominus plus fortè fuerint æſtimatæ: & tamen venditæ fuerint, & contractus valuerit, cum liceat contrahentibus ſe inuicem decipere citra dimidiam veri pretij.l.in cauſæ,§.1.ff.de minor.quod exemplo mulieris & viri docet Cõnanus in Cõmẽta.iuris ciuilis,lib.8.c.8.col.7.quæ, ſi ſibi certam dotem dixit,ſua non refert aut nullam,aut minimam eſſe dotem, ut reliqua ſua habeat bona propria: debet enim maritus ignorãtiæ ſuæ imputare,qui non contraxerit cautius, cum ſit vulgata regula licere contrahentibus ſe
39 ſe decipere. † Nec dictis æſtimatoribus in hac parte credendum eſt,quòd vuas non æſtimauerint, ut per eos, quia cum ſuper eo,quod deponunt,laus uel opprobriũ poſſit eis euenire: nam iuſtè æſtimando laudari deberent, iniuſtè uerò damnari,meritò eis non eſt deferendum. Speculator in titulo de teſte,§.1.verſi. ſed pone. Alex. conſi.85.col. pen.uolum. 2. Abb. conſi. 16. col. fin.vol.1.Iaſ. in l. ſanum,C. de tranſ. Curt. iun. conſi.145.colum.penul. Vnde tollitur omnino ſecundum contrarium. nam ſi vua dulcis, etiã vendita fuit ab Alexandro Duranti, & poſtea ſibi ſublata, delictum fuit. & ex eo facto pax rupta fuit. Supereſt tertium nunc obiectum diſſoluere,quo dicebatur traditionem nondum fuiſſe factam,nec dominium in Durantem tranſlatũ, meritò damnum in rem ſuam illatum non fuiſſe; nam contrarium fuit de intentione partium, quando Durãs interrogauit Alexãdrum. Quid ſi conſumerentur vua, & aliæ res? & Alexander reſpondit, quòd nec ipſe, nec vllus de familia ſua id faceret,nam conſideratum fuit damnum,
40 licèt res traditæ non fuiſſent. † Sed vlterius cũ Alexander promiſerit earum cuſtodiam,dicens quòd nullus eas amoueret,dicitur id loco traditionis fuiſſe.l.quarundam,ff.de acquir.poſſ.Bal. in l.traditionibus,C.de pact.col.1.Ang.Aret.in §.per traditionem,col.1. Inſt.de rer.diui.meritò ceſſat difficultas.& ex prædictis iudicandum eſt pacem fuiſſe ruptam.

*Hippolytus Riminal.Ferrar.*

---

## Pro Comite Almerico Gelliolo & Pizzolpaſsio.

ARGVMENTVM.

De ſimulatione contractus, quando poſſit opponi,& turpitudo ſua detegi.

*SVMMARIVM.*

1 *Simulatio non poteſt allegari, quando quis iurauit omnia, & ſingula fuiſſe, & eſſe uera.*

*Et eſt*

*Et eſt communis opinio. 2.3.*

*Quia non poteſt ſe allegare periurum.3.*

*Idq́, etiam obtenta abſolutione à iuramento. 4.*

*Sed contra.19.*

*Et etiam ſi factæ fuerint probationes de ſimulatione, parte reluctante.5.*

*Sed contra.34.*

3 *Iurans recepiſſe pecuniam, non poteſt allegare exceptionem illius non numeratæ.*

*Et quare.32.*

*Niſi fuerit admiſſus ad probandum.32.*

6 *Simulatio dicitur imago quædam, quæ habet ſuperficiem veri, ſed non medullam.*

*Et probatur per teſtes, adducentes cauſam ſpecificam ſimulationis.7.*

8 *Simulatio dicitur, nihil agentium.*

*Datur exemplum.9.*

*Et ex dictis ante contractum probatur.10.*

*Et ex clam, & occulte geſtis.11.*

*Et à veriſimili.12.*

*Et per coniecturas, præſumptiones, & inditia.13.*

*Duoq́, teſtes ſufficiunt ad eam probandam.14.*

15 *Contractus ſimulatus non valet etiam iuratus.*

*Quia deficit conſenſus.16.*

*Et in ſubſtantia ſua.17.*

*Et licèt renunciatum fuerit ſimulationi cum iuramento, tamen adhuc nullus remanet.18.*

20 *Alexander conſ.36. uol.2. corruptus emendatur.*

21 *Turpitudinem ſuam allegare non licet.*

*Fallit allegando ſimulationem.22.*

*Et de ratione per Caſtrenſem pulcherrimà.23.*

*Item fauore animæ.25.*

*Et excipiendo.27.*

*Et vbi quis tractat de damno, & aduerſarius de lucro.28.29.*

*Et vbi tacitè fuit remiſſum periurium.30.*

*Vel ubi conſtat de illo, etiam per præſumptiones.31.*

24 *Intellectus l. cum profitearis, C. de reuo don.*

25 *Indebitum recipiens ſcienter, furtum committit.*

31 *Turpitudo iam detecta, poteſt allegari.*

33 *Multa tolerantur iam facta.*

34 *Simulatio poteſt allegari, non obſtante iuramento, quando quis admiſſus fuit ad probandum, licèt parte reclamante.*

35 *Iudex ſecundũ allegata & probata debet iudicare.*

36 *Tacens in iudicio, præſumitur conſentire, licet ad præiudicium ſuum res tendat.*

## CONSILIVM LXII.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITATVR aduerſus magnificũ Comitem Almericum Zilliolum & D. Paulum Pizzolpaſſum agentes de ſimulatione contractus, & 
1 audiri non debeant, † cum iurauerint omnia & ſingula in inſtrumento contractus fuiſſe, & eſſe vera, & non contrauenire, nã tali caſu iuramentum excludit iurantem in quã tum velit oſtendere ſimulationem, quia uenit contra iuramentum, & detegit ſe periurum, & ſic repellitur tanquam detegens turpitudinem ſuam: ita tradit Butri. in c. cum contingat, de iureiuran. in octauo caſu, ſub num.16. & poſt eum Imola, num.78. in fine. & in c. ad noſtram, in fine, de empt. & uend. Caſtr. in l. fin. colum. fi. C. plus ual. quod agitur. Imola in l. nemo poteſt, col. 2. ff. de leg. 1. & poſt eum Alex. nu.16. Iaſon
2 nu.46 lectura prima, † dicẽs q́ eſt ualde utile, & quotidianũ in practica, & quod habuit ſæpe de facto cõſulere. Idemque tenet ibidẽ Ioannes Anibalis Bononienſis, nu.53. Ruin. col.19. ita quòd eſt communis opinio, ſecundum Ripam, nu.75. idemque firmant Alex. & Imola in l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Fal. Gozad. conſi.28. nu.6. & conſi.69. nu.16. Gramma. deciſ.45. col. 1. Soc. conſi.82. col.1. & conſi.83. nu.6. uolum.3.
3 † qui pariter dicit eſſe communem, & cum prædictis concordat Veronenſ. in tracta. de ſimula. contract. præſumptione 7. col. fi. Soc. iun. conſ. 50. nume.3. uol.1. Natta conſi.145. nu.11. Bero. conſi.165. col.2. & conſi.170. col. fi. Senatus Pedemontanus deciſ.42. nu.6. qui dicit eſſe magis communem. Soc. iun. conſi.50. nume.3. uol.1. & fuit etiam deciſio Baldi & Salyceti in l. fi. ad fin. C. de non nume. pecu. ubi dicunt, quòd ſi quis iurauit verè ſibi fuiſſe numeratam pecuniã, non poteſt allegare eam non fuiſſe numeratam, nec opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, quia nõ poteſt ſe allegare periurum: hinc enim patet ſimulationem allegari non poſſe, quæ ſurgit ex pecunia non numerata, poſtquam cum iuramento dictum fuit eam uerè fuiſſe numeratam. ſequitur Alex. conſi.131. uiſo inſtrumento, col.2. uol.2. & hanc cõcluſionem pariter firmat ut communem Curt. iun. conſi. 74. col.1. conſi. 108. nu.13. & conſi.110. nu.15. Soc. conſi. 36. col. fi. uol.1. quos refert Roland. à Valle conſi.93. nu.22. uol.1. qui dicit hanc eſſe ueram, & commu
4 nem doctorum ſententiam: † ampliaturq́; dicta cõcluſio procedere, licèt abſolutio fuerit obtenta à iuramento, nam ea non obſtante ſimulatio allegari non poteſt. Ita tradit Alexan. conſi. 35. uiſo themate, col.2. uol.2. & hoc idem clarius firmat Iaſon poſt Aretin. in d. l. nemo poteſt, lectura prima, nu.46. ubi reprehendit Imolam, qui concluſionem præcedentem limitabat, ſtante abſolutione à iuramento: nam ſi hoc eſſet uerum, dictum præcedens eſſet parui pretij, cum facile ſit obtinere abſolutionem à iuramento, & illa limitatio confunditur per eandem rationẽ, qua fundatur communis concluſio: nam eo ipſo quòd quis peteret ſe abſolui à iuramento, eo quia diceret illud, quod iurauit, eſſe falſum, allegaret ſe periurum, & ſic non admitteretur ad allegandum turpitudinem ſuam, quare neutro caſu debet audiri quis allegando ſimulationem.
5 † Secundò ampliatur dicta concluſio, licèt parte reluctante iurans fuerit admiſſus ad probandum ſimulationem: tales enim probationes fidem non faciunt, ut tradit Gramma. in allegata deciſ.45. nu.3. poſt Alex. & Bauerium, quos citat,

tat, quibus addo Ruinum in d.l. nemo poteſt, qui loquitur quando fuerunt admiſſæ probationes de ſimulatione, nemine contradicente, ſecus ſentiens ſi pars contradixerit: & ibidem Iaſonē poſt Aretinum, qui ponit quando pars aduerſa paſſa fuiſſet admitti probationes de ſimulatione, & ſic quòd non contradixiſſet. vnde ſecus ſentit parte reclamante, prout etiam tradit Soc. conſi.48. ad finem, vol. 4. vbi loquendo de hoc iuramento aſſertorio, quod eſt quando quis iurauit omnia & ſingula fuiſſe, & eſſe vera. ſubdit, & aduertant hæredes emptoris, vt non conſentiant, quòd admittatur ad probandum, quia tūc factis & admiſſis probationibus, tale iuramentū aſſertiuum non prodeſſet, quominus poſſet contraueniri. ſufficit ergo quòd pars contradicat, ad hoc, vt probationes ſimulationis nō pſint. vnde cum fuerit ex aduerſo reclamatum, probationes ſuper ſimulatione factæ prodeſſe non debēt dicto Comiti Almerico, & Pizzolpaſſio. & ex his dubiis à me tamen latius extenſis aduerſus eos dubitatur. Quibus tamen non obſtantibus arbitror eos omnino audiēdos eſſe, atque inſtrumentum depoſiti per eos impugnatiuè productum fuiſſe, & eſſe ſimulatum, nulliusque valoris, & momenti, nullumque ius ex eo fuiſſe quęſitum Marliano in eo nominato, eosque à contentis in eo abſoluendos eſſe: ſicq; iuxta petita

6 per eos iudicandum eſſe. † Moueor nam ſimulatio appellatur imago, quæ habet ſuperficiem veri, ſed non medullam, ſecundum Bald. in l. ei qui, C. de diſtract. pignor. & dicit Bald. in l.1. C. plus ualer. quod agitur. quòd contractus ſimulatus eſt veluti corpus, carens ſpiritu, quia conſenſus eſt remotus ab actu. ſequitur Iaſ. conſi. 170. nu.3. vol.2. & Natta conſi.77. col.1. at de ſimulatione probant teſtes examinati atq; in primis Excel. D. Renatus Cattus nunc orator penes Cęſaream Maieſtatem pro excelſo Duce noſtro Ferrariæ ſeriem facti deponens, & ſubinde D. Thomas de Marāgonis, qui deponūt de hoc inſtrumēto ficto & ſimulato depoſiti, facti penes Pizzolpaſſum per agētē quēdā Marliani, vt Comes Franciſcus Maria Scottus, creditor dicti Pizzolpaſſij, creditū ſuū tutū redderet à ſequeſtris, quę fieri dubitabat penes dictum Pizzolpaſſiū per alios creditores dicti Comitis Franciſci Mariæ. Quin & addunt Guiziardinus & Notarius rogatus de dicto inſtrumento, quòd oſtenſio tantum cuiuſdam modicæ pecuniæ facta fuit, de qua inſeruiuit dictus Guiziardinus dicto agenti Marliani ad inſtātiam dicti Comitis Scotti, quæ non aſcendebat ad ſummam depoſiti, quod dicitur fuiſſe factum penes dictum Pizzolpaſſium. Immo dicunt verè non fuiſſe illi numeratam dictam pecuniam, ſed fuiſſe retro habitam à dicto

7 Guiziardino, cuius erat. † Quare ex prædictis verè conſtat, & probatur dictum contractum fuiſſe ſimulatum, cum teſtes adducant cauſam ſpecificam, quare deuentum fuit ad ſimulationem, de qua ſupra: quo caſu bene probatur ſimulatio, ut ſcribit Bar. in l. poſt contractum, colum.2. ff. de donat. & conſ.65. Petrus Nicolæ, colum.2. verſi. ſecundò eſt videndum. Petr. de Anchar. conſi.227. ad corroborationem prædictorum, ſecundo dubio. Bald. in l. ab Anaſtaſio, in fi. C. mand. Caſtr. in l. iuriſgentium, §. dolo, ff. de pact. Natta conſi.537. num.33. Patet enim ꝗ partes non habuerunt intentionem faciendi dictum contractum depoſiti. † Vnde iſta dicitur

8 fuiſſe quædam ſimulatio nihil agentium, quia ſimularunt aliquid agere, & aliud intendebant agere. l. imaginaria, ff. de reg. iur. declarat Bald. in l. cum precibus, C. de prob. & pulchrè Bart. in dicto conſi.65. dicens, quòd tertio modo dicitur contractus ſimulatus, ſiue immaginarius, quando contractus apparent facti, & de mente non agitur inter partes, quia nihil fit: & dicuntur facti ad reparationem & defenſionem alicu-

9 ius facti. † dat exemplum, ſi quis timebat tirānum, vel commune, vel propter effugienda onera, vel aliquid ſimile, fecit venditionem bonorum ſuorum in alium, cum in veritate inter eos agebatur, quòd non eſſet alienatio, ſed ad reparandum prædictis. idemque voluit Bal. & Saly. c. in l.1. C. plus valere quod agi. Angelus Aret. Inſt. de except. in princ. nu.30. Dec. in dicta l. imaginaria, col.2. & Alba. conſi.97. num. 24. quod exemplum nobis in terminis ſeruit, nam Scottus timens pecunias ſibi debitas per Pizzolpaſſium ſequeſtrari, & auferri per ſuos creditores, interponi curauit illum agētem Marliani, de quo confidebat, qui ſimularet depoſuiſſe dictas pecunias penes Pizzolpaſſium non ea mente, ut eſſet depoſitum inter Pizzolpaſſium & Marlianum, ſed ad reparandum & tuendum creditum ſuum à dictis ſequeſtris creditorum

10 ſuorum. † Et hæc ſimulatio ſic de ſe patens etiam comprobatur, quod ante hoc inſtrumentū fuit tractata, ut Cattus deponit: nam ex dictis ante contractum ſimulatio arguitur, vt per Bartol. Bal. & alios in l. pacta nouiſſima, C. de pact. cum ſimilibus per Veronenſem de ſimula. contract. prima præſumpt. D. meum Riminal. conſi.383. nume.27. & deponit etiam Notarius dicens, ꝗ antequam rogaretur Scottus & alij ſimul retira-

11 ti, ſecretè loquebantur inter eos, † nam ex clā & occultè geſtis, & non palàm arguitur ſimulatio. l. fi. ff. de ritu nupti. Veronenſ. præſumpt.10. prædictis accedit, quòd prædicti dicunt, & etiā Notarius non eſſe ueriſimile, quòd Marlianus voluiſſet deponere tantam pecuniam penes Pizzolpaſſium & Gilliolum ignotos, vt ſibi ſolueretur Placentiæ infra duos menſes, ſed totum cre

12 dunt fuiſſe ſimulatè factum. † Sic enim ſimulatio arguitur, & probatur arguendo à veriſimili, vt tradit Caſtr. conſi. 58. col.2. verſic. item reſultat, vol.2. Dec. conſi.644. col.1. Craue. conſi. 156. nu.9. ſicque Bald. arguit in l.3. C. plus uale. D. meus Rimin. conſi.85. nu.4. & conſi.428. col.

13 fin. † cum enim ſimulationes huiuſmodi fiant occultè, & alter de altero cōfidat, ſimulatio probatur per cōiecturas, per indicia, & per præſumptiones, ut habetur in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re mili. & latè tradit Bologni. conſi. 25. in prin. Dec. conſi.659. in prin. quæ iudicis arbitrio

bitrio

bitrio committuntur, vt egregiè reſpondit Bal.
conſi.311. in quæſtione Gualuagnini, propè fi.
volum.5. Corn.conſi.346. colum. penul. uol.1.
Crau.conſi.156. nume.14. Andr. Sicul.conſ.51.
col.1.in fi.vol.1.Soc. conſi.83.col.2.uol.3.Pariſ.
conſi.54.num.22. volum.4. Didac.lib.3. variar.
reſol. cap. 7. Et totum proceſſit ſub colore per
14 Scottum quæſito ſupra relato. † & ſi duo te-
ſtes ſufficiunt ad probandam ſimulationem ſe-
cundum Saly. in l. emptione,col.fi.C. plus vale
re, multò fortius hic probatur per quatuor te-
ſtes, atq; hinc patet ipſum Pizzolpaſſium & Co
mitem Almericum in ſolidum obligatum dedu-
xiſſe certam ſpeciem ſimulationis, vt opus erat,
cum plures ſint ſpecies ſimulationis, ut declarat
ipſe Bar.in d.conſi.65.Bald.in l.ab Anaſtaſio, in
fi.C. mand. Ang. Aret. loco citato. Veronenſ.in
tract.de ſimula.contract.26. præſumpt.nu.89.&
15 latius Alba.in dicto conſi.97. † taliſque ſimu-
latio ſic per eos deducta in libello, & vt ſupra
probata, talis eſt ſui natura, quòd contractus
non valet etiam iuratus, vt in terminis tradit Bu
tri.in dicto.c. cum contingat.in 8. caſu, & poſt
eum Imola, nume.78. iuramentum enim non
obligat in dicto caſu, neque ligat, quia deficit
voluntas & conſenſus iurantis, & recipientis
iuramentum, licèt aliter finxerint: ideo ex quo
deficit conſenſus, iuramentum non obligat. l.fi.
C.de non nume. pecu. cum ibi not. aliàs iura-
mentum eſſet contra intentionem partium, ſi o-
bligaret, & haberet in ſe quãdam contrarietatẽ
& hoc idem tradit Alciat.in d.c.cum contingat,
16 nu.175. † vbi dicit contractus ſimulatos nõ ſub-
ſtineri in uim apparentem propter iuramentũ,
quia deficit conſenſus, argumento d.leg. finalis.
ſequitur Dec.conſi.587.col.2. Immo verò dicũt
17 ex hac ratione Docto. † talem contractũ ſimula
tum eſſe ipſo iure nullum, quia deficit in ſubſtã-
tia ſua, quæ eſt voluntas & conſenſus contrahen
tium.l.emptor,ff.de aqua plu.arcen.d.l.imagina
ria,ff.de reg.iur. Bar.in d.l.poſt contractum, nu.
4.ff.de dona.cum ſimil.per Crotum in d.l.nemo
18 poteſt,nu.27. † Immo verò etiam ſi renuncia-
tum fuerit exceptioni ſimulationis cum iuramẽ
to, remanet adhuc contractus ſimulatus nullus,
& dicta renũciatio pariter in eo poſita, ſimulata
præſumitur.glo.& omnes in d.l.3. C. plus uale.
Bar.Alex.Iaſ.Ripa, Crot.Ruin.& omnes in d.l.
nemo poteſt. Calder.conſi. 1. de iureiur. Imola
in c. ad noſtram, ad finem, de empti.& vendi.So
cin.iun.conſi.50.in fi.uol.1. meritò dubitandũ
non eſt Comit. Almericũ & Pizzolpaſſium non
teneri ex hoc cõtractu depoſiti ſimulato, ueluti
nullo ipſo iure. Sola uis eſt in tollendis contra-
riis & obiectis diligenter ab Excell. D. Vicario
propoſitis, quibus reſolutis clarior apparebit
hæc concluſio: namq; ad primũ reſpondetur eã
concluſionẽ procedere, non obtẽta abſolutione
à iuramẽto. tunc.n.qui iurauit omnia & ſingula
fuiſſe vera in inſtrumẽto cõtenta, non põt ſimu
19 lationem allegare, † at ſecus quando prius quis
impetrauerit abſolutionem à iuramento: tunc
enim bene poteſt ſimulationẽ allegare. Ita tradit
Imol.in d.l.nemo poteſt, col. 2. & poſt eum Alc.
nu.16. Crot.nu.27. verſi. aduerte tamen. Cãbia
nus in tractatu clauſularum, in titulo, an iuramẽ
tum validet contractum ſimulatum, nu.20.ad fi.
Deciſ.Neapol.60.in prin.Pariſ.conſ.54. nu.84.
vol.1.& cæteris pulchrius D.meus Rimin.conſi.
61.nu.8. ubi dicit indubitanter poſſe peti abſo-
lutionem à tali iuramento. Et licèt Iaſon hoc im
pugnet, eo quia de facili eluderetur iuramentũ,
tamen replicat Dominus meus, quòd hoc non
20 obſtante bene loquitur Imola, † quia & hoc te
net Alex.conſ.35.vol.2.dum dicit ꝙ non obtẽta
abſolutione, non poteſt dici de ſimulatione, &
ſic petita abſolutione bene poteſt dici de ſimula
tione, prout põderat Alexandrũ D.meus. hinc-
que patet Alexandrum meum uitio impreſſoris
eſſe corruptum, quatenus cum ſupra retuli dicẽ
tem, quòd non obſtante abſolutione à iuramen
to, ſimulatio non poterit allegari: uoluit enim
dicere non obtenta abſolutione, prout loquitur
Imol. in d.l.nemo poteſt, quem citat, & ſic ſenſit
quòd ea obtẽta poſſit allegari ſimulatio. adducit
inſuper D.meus Riminal. Abbatem in d. c.cum
contingat, nu.18. uerſi. adnecto aliud dubium,
ubi ſimpliciter petita & obtẽta abſolutione præ
ſupponit dici poſſe de ſimulatione, quia diſputã
do articulum, quando quis iurauit omnia & ſin
gula eſſe vera, & non petita, & obtenta abſolu-
tione, vult contrauenire inſtrumento, an id fa-
cere poſſit. Ergo petita abſolutione pro com-
perto habet id fieri poſſe, & ſic ſimulationem
21 allegari poſſe. † & ad obiectum Iaſonis reſpon
det D. meus Rimin. quod eo attento ſequere-
tur, quòd nec etiam denũciando Epiſcopo poſ-
ſet impetrare abſolutionem, quia ſic de facili
eluderetur diſpoſitio: & tamen Butri. Abbas, Fe
lyn. & alij in d.c.cum cõtingat, volunt eo modo
ſibi conſuli poſſe. Nec etiam ratio, qua fundatur
cõis concluſio, ſatis eſt tuta, quatenus dicũt Do-
ctores, quando quis iurauit oĩa & ſingula fuiſſe
uera, eum nõ poſſe ſimulationem allegare, quia
detegeret turpitudinem ſuam, quòd nõ licet, ut
per Bar. in l.iuſiurandum, quod ex cõuentione,
ff.de iureiur. l.ſi creditoribus, C. de ſeruo pig.
dat.manu. Ang. Aret.in §.1. nu.4. Inſt. per quas
perſ. Alc.in l.fi.nu.4. C.de eden.& ibi etiã Dec.
nu.6. Ceph.conſ.203.nu.15. Quoniam ut tradit
Rip.in d.l.nemo poteſt, nu. 77. eadem ratione
dicendum foret, quòd ſimplex iuramentum
conualidare deberet contractum ſimulatum.
quod tamen eſt falſum, ut tradit glo. in dicta l.
22 3. C. plus ual. quam ſequuntur Doctores. † Se
cundò, quoniam regula illa, quòd non licet
turpitudinem ſuam allegare, & detegere, non
procedit allegando ſimulationem, prout tradit
Bartol. in l. eos, C. de reuo. his, quæ in fraud.
cred. Bald. in l. cum profitearis, C.de reuo.don.
Dec.conſi.14. ad finem. & conſi.587.colum. fi-
na. Tiraquell.de utro. retract. titulo de retractu
lignagier. §.1.gloſſ.2. nume.15.& hoc idem con-
firmat Pariſ. conſi. 54. nume. 89. uolum. 1. ubi
poſt Corn. conſi.135. nume.27. uolum. 1. tenet
quẽ poſſe venire contra iuramentum, allegãdo

ſimulationem,ex quo non venit directò contrà
illud,ſed per indirectum in odium committen-
tium fraudes,& contractus ſimulatos, & imagi-
23 narios. † Sed & longè pulchrius hoc declarat
Caſtr.in l.contra legem, ff. de legib. vbi dicit 9
ideo quis auditur allegans ſimulationem, quia
non ſe fundat in turpitudine, ſed in eo 9 non
conſenſit,atque idem latius ponit ipſe Caſtren.
conſi. 82.viſis his, quæ ſuperius in antiquis. di-
cit enim, quod eſt dare caſum, quòd contra-
ctus fuerit factus in fraudem, & quòd etiam
fuerit, & ſit fictus & ſimulatus, vt quia inquiſiti
volentes fraudare fiſcum, ſimularunt facere,
quod re vera non fecerunt, & apparenter fece-
runt,& non exiſtenter. Vnde admittuntur ad
allegandum ſimulationem,etiam per viam agen
di,& ad petendum ſe declarari non teneri, & à
dicto inſtrumento ſe abſolui: & poſſunt allega-
re quòd contractus fuerit factus in fraudem fi-
ſci, deducendo iſtud per modum cauſæ, hoc
modo videlicet, quòd ideo eſt ſimulatus, quia
non fuit factus ex eo, quòd partes ita egerint re
vera, ſed quòd ita fuerit, ſcilicet quia volue-
24 runt fraudare fiſcum: † & per hoc non obſtat
lex,cum profitearis, C. de reuoc. don. vbi non
auditur quis allegans turpitudinem ſuam, quia
ibi ſola fraus allegabatur,non autem ſimulatio,
vel nullitas contractus: hic verò allegabatur
ſimulatio, vel nullitas, & hoc ſecundum per-
miſſum trahit ad ſe aliud prohibitum. Ita Ca-
ſtrenſ. nobiliter ibi, quem ſequitur Soc. conſil.
25 264. colum.4.volum.2. † Tertiò reſpondetur,
quòd fauore animæ licitum eſt allegare turpitu
dinem ſuam.c.ex tenore, vbi glo. & Abb. de te-
ſtib. Anch.in cap. inter liberos,col.2. de dona.
videtur ergo licitum allegare ſimulationem con
tractus,non obſtante iuramento,ne iurans per-
ſeueret in peccato obſeruando contractum illi-
citum,ut tradit Ripa ſic reſpondēs, in dicta l.ne
mo poteſt,nu.77.Et hoc inſuper ex parte Mar-
liani dici poteſt, qui iuramentum recepit, cum
enim quod petit,retinere nō poſſit ſine peccato:
26 † quia recipiendo ſcienter indebitum, furtum
committit.l.falſus,§.ſed ſi is.ff. de furt. ac etiam
quia dando iuramentum illi, quem ſciebat per-
iurare,grauiter peccauit.c.ille,qui.C.qui exigit
22.q.5.quia vt ibi dicitur,occidit animam iuran
tis,& in hoc vincit homicidam, meritò ad exo-
nerandam conſcientiam dicti Marliani aduerſa
rij licitum eſſe debet Gilliolo & Pizzolpaſſio al-
legare turpitudinem ſuam, ſicuti per viam denū
ciationis euangelicæ: ita Ruin.conſi.132.nu.10.
27 uol.4. † Quartò non omittitur quòd excipien
do quis auditur,allegando turpitudinem ſuam,
quod faciūt Comes Almericus & Pizzolpaſſius,
qui rei ſunt: nam in pari turpitudinis cauſa me-
lior eſt conditio poſſidentis. l.2. C. de cond. ob
turp. cauſam.& vult hoc Bal.in l.1.C. eo.tit. col.
2.verſ.quero hic utrum. Ale.conſ.59.uol.1. Soc.
conſ.264.col.5.vol.2.Dec.conſ.14.col. fi. & Ne.
28 uiz.conſ.23.nu.5. † Quod maximè procedit,
vbi ſic allegans tracta. de damno & alter de lu-
cro, ſecundum Bar.in d.l.iuſiurandum,§. pro-
curator. col.4.ff.de iureiuran.dum allegat text.
in l.de tutela.C.de in integ. reſti.ſequitur Aret.
conſi.65.col.fi. Alex. in d. l. de tutela. & Natta
conſi.76. col. fin.& hoc idem plenius alibi di-
cunt Doctores,quando quis allegando turpitu-
dinem ſuam oſtendit aduerſarium carere actio-
ne, & is particeps fraudis fuit, certatque de lu-
cro: qui verò iurauit de damno,tunc is concur-
rentibus admittitur, & auditur, ut ponit Io-
annes Andr. in addi. Speculat. in tit. de dona.
§.1.uerſi. item pone. & in dicto c. inter dilectos.
Butri. & Abb. in c. cum ſuper.de conceſſ. præb.
Dec. in dicto conſi.14. Felyn.in c. lator.col.1.de
re iud. Veronenſ. conſi.58. Franciſcus, colum.
2. Soc. conſi. 264. colum. 5. uol. 2. Tiraquellus
de utroque retractu, in titu. de retract. lignag.
§.1.glo.28.nume.72. Pariſ. conſi. 54. nume. 86.
volum. 1. Ruin. conſi.132.nume.8. volum. 4. &
aliàs dixi in §. 1. nume.82. Inſtit. per quas per-
29 ſo. † Sed præ cæteris addo Baldum in repe.
l.2.col.35.ff.de iureiuran.ubi poſita quæſtione,
ſi quis iurauit contractum eſſe de pura & libera
ſorte, & ipſum obſeruare, an poſſit petere abſo-
lutionem à iuramento, dicendo illum eſſe fœne
ratitium, poſtquam argumentatus fuit, quòd
audiri non debeat, quia allegat ſe periurum,er
go tamquam ſuam turpitudinem allegans eſt
repellendus. ſoluit inferius, & dicit quòd ſi a-
gens fundat intentionem ſuam ad reſciſſionem
illius actus turpis, & certat de damno, alter
uerò de lucro illicito, auditur hic actor, quia
magis fauendum eſt actori, quàm aduentitio
lucro rei. ſequitur Felyn. in cap. debitores,co-
lum.pen.de iureiur. quod ſi conceditur actori,
multò fortius iſtis reis, cum ſoleant eſſe fauo-
rabiliores. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. cum
potiſſimè nos agamus de contractu ſimulato,
qui nullus eſt ipſo iure, unde non competit ex
eo actio, Marlianusque particeps fuit fraudis in
texenda ſimulatione, certatque de lucro: at iſti
30 rei de damno uitando. † Quintò conſideran-
dum eſt,quòd ubi quis conſenſit contractum fie
ri ſimulatum, & in eo iuramētum poni, uidetur
etiam remiſiſſe periurium partis aduerſæ, quod
poſſet incurrere allegando ſimulationem, ut cō
cisè ponit Imola in dicto c. cum contingat, nu.
78.uerſi. & pro eo.latius verò deducit, & ſequi-
tur Soc conſi.61.colum.3. conſi.66. col.5.uerſ.
ſecundò reſpondetur,uol.1.conſi.17.col. 6. uol.
4. & in l.1. col.pen.num.103.ff.ſol.matr. Idemq;
tradit Pariſ.conſi.54.nu.88. uol.1.& Ruin.conſ.
132.uol.4.facit Fel. in c.1.in prin. uerſ. 2. colligi-
31 tur.de iureiur. † Vltimò poteſt adiungi 9 præ-
dictum iuramētum omnia & ſingula fuiſſe uera
eſt de pterito: ideo ſi conſtat de periurio, & per
iuris præſumptiones, uelut iā detectum poteſt al
legari, iuxt.no.per Bar.in d.l.iuſiurandū,§. pro-
curator. & tradit Ruin. in allegato conſi.132.
nu.11. cum ſequenti. quare tanto magis idem eſ-
ſe debet, ſi conſtet per ueras probationes de ſi-
mulatione.& hæc dixiſſe uolui ad oſtendēdum,
quòd illa ratio de turpitudine, quæ allegari
non poteſt, in qua fundatur illa commu-
nis

nis opinio pluribus modis euitari poteſt, ſed ue
ra uel falſa ſit parum curanda eſt, ſtante limita-
tione uera de abſolutione obtenta à iuramẽto.
Supereſt de ultimo dubio uerba facere, licet ne
ceſſarium non eſſet, ſtante reſolutione primi;
quia ſi uolunt Doctores ꝙ obtenta abſolutione
quis poſſit ſimulationem allegare & probare, cu
randum non eſt an aduerſarius conſentiat, aut
contradicat probationibus, uel eas fieri tolleret,
aut patiatur: ſed indiſtinctè iurans poſt abſolu-
32 tionem auditur. † Nihilominus, ut etiam di-
cto motiuo ſatisfaciam, dicam quid ſuper eo
ſentio: atque in primis conſentio quod Bald. &
Salyc. in l. fi. C. de non nume. pec. loquentes in
exceptione non numeratæ pecuniæ, quam quis
opponere non poteſt, ſi iurauit uerè numera-
tam fuiſſe pecuniam, quia non poteſt allegare
ſe periurum, ſubiungunt quòd ſi fuerit admiſ-
ſus ad probandum negatiuam, & probauerit
eam, tunc quia detectum fuit periurium, po-
teſt illud allegare, & ſic turpitudinem ſuam
iam detectam. l. aliàs, ff. de iureiuran. & illos
ſequitur Alexand. in l. Seius & Augerius, col.
fin. ff. ad leg. Falcid. conſi. 88. uiſo puncto, col.
5. uolum. 2. & in l. nemo poteſt, nume. 17. ff. de
leg. 1. vbi loquitur in terminis ſimulationis. &
poſita concluſione, quòd qui iurauit omnia eſ-
ſe uera, non poteſt allegare ſimulationem, ſub-
dit niſi probationes allegantis ſimulationem
fuerint receptæ, & admiſſæ, quia tunc poſt de-
tectam turpitudinem licitum eſt allegare eam.
Idem quoque ſimpliciter tenet Iaſ. in dicta l.
iuſiurandum, §. procurator, nume. 27. Socin.
conſi. 264. colum. 5. verſicu. non obſtat, uol.
ſecundo. Pariſ. conſi. 53. nume. 37. & conſi. 57.
33 nume. 91. uolum. 1. † vbi mouetur & alia ra-
tione, quia multa tolerantur iam facta, maxi-
mè in iudicialibus. l. patre furioſo, & ibi latè
Iaſ. ff. de his qui ſunt ſui. & plures alios citat
idem tenens, Ioannes de Amic. conſil. 33. nu-
me. 39. & 40. quorum rationes aſſumendo, di-
co quòd ſi quando fuerunt admiſſæ probatio-
nes ſuper ſimulatione, licitum eſt eam allegare;
quia turpitudo iam fuit detecta, & quia multa
tolerantur iam facta, utique dictæ rationes con
cludunt idem eſſe, ſiue pars conſenſerit, ſiue
34 contradixerit admiſſioni probationum. † & ita
(meo iudicio) Grammaticus, & ſequaces ſu-
pra relati, qui ſecus dicunt aut ſentiunt, quan-
do pars reclamauit, non bene loquuntur, ue-
luti contra rationes generales Doctorum, quæ
paſſim procedunt parte reclamante, uel non: &
ita reperio quòd ſignanter apoſtillator ad Ale-
xandrum conſi. 36. uolum. 2. tenet. nam poſita
illa limitatione de probationibus admiſſis ſub-
dit, ſed ego puto quòd etiam parte inuita indi-
ſtinctè allegari & detegi poſſit turpitudo, ſicque
dicit ſentire Baldum in repeti. l. primæ, colum.
35. ff. de iureiuran. Felyn. in capit. debitores, ad
finem. eod. titu. & Crotum in dicta l. nemo
poteſt. Quare ſi poteſt allegari turpitudo, &
ſuper ea probationes fieri poſſunt inuita quan-
35 tumcunque parte, † quia parum prodeſſet
allegatio, probationibus non factis, cum iu-
dex non ſecundum allegata tantùm, ſed etiam
probata debeat iudicare. l. illicitas, §. veritas, &
ibi notant omnes, ff. de offi. præſid. Sed vlterius
vt conſtet partem non reclamaſſe, conſidero ꝙ
præſente procuratore Marliani fuit aſſignatus
terminus probatorius nullatenus eo contradicẽ-
te, ſed tacente. vnde conſenſum ſuum elicio di-
36 ctæ aſſignationi termini, † quoniam præſens &
tacens in iudicio dicitur actui, licèt præiudiciali
ſibi conſentire, ut declarat Guido de Suzari.
in l. licèt, C. de procur. Alex. in l. ſæpe, nu. 93. ver
ſi. ſeptimò ſaluari, ff. de re iud. Bal. in l. 1. ff. de ne
go. geſt. & Ruin. in l. 1. in prin. nu. 4. ff. verb. obli.
Crauc. conſi. 1. in fin. meritò patet, quòd adhuc
uerſamur in concluſione Doctorum quod pro-
bationibus admiſſis parte non reluctante, quis
admittitur ad allegandum turpitudinem ſuam,
& ſimulationem: vnde ceſſant omni reſpectu
dubitationes propoſitæ, clientesq; mei ueniunt
abſoluendi.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## In cauſa Illuſtriſ. & Excellentiſ. Ducis Mantuæ cum Reuer. domino Federico Broilo.

### ARGVMENTVM.

Quando clericus ad feudum admittatur.

### SVMMARIVM.

1 *Quantò iuniores, tanto perſpicaciores.*
2 *Aduocatus iuuenis, medicus ſenex.*
*Et aduocatũ denegare, ẽ tollere partẽ defenſionis. 3.*
*Idq; officium eſt publicum. 4.*
*Et apud Deum meritorium. 5.*
6 *Aduocatus nimis uerboſus, repelli poteſt.*
7 *Doctor debet concluſiuè loqui.*
*Sicut & aduocatus. 8.*
9 *Allegatio bona, inficitur nimia uerboſitate.*
10 *Media uia eligenda.*
15 *Libertas ſemel data, non retractatur.*
12 *Libertus ingratus, an reuocetur in ſeruitutẽ.*
13 *Seriò ſapiunt Phryges.*
*Subreptionis exceptio dilatoria.*
*Ideo poſt ſententiam non poteſt opponi. 13.*
14 *Sententia quæ tranſiuit in rem iud. facit ius inter omnes.*
15 *Tenor inueſtituræ debet attendi, & omni naturæ feudorum præfertur.*
*Etiam ſi referatur in alia inueſtitura. 16.*
17 *Hæredum mentione facta in feudo, non cenſetur electa induſtria perſonæ.*
18 *Clericus admittitur ad feudum mentione hæredum facta.*
19 *Feudo conceſſo pro hæredibus maſculis & fœminis,*

*non cenſetur electa induſtria perſona.*
30 *Feudum ſi conceſſum fuit pro hæredibus quibuſcunque, cenſetur actum de incapacibus.*
*Et veniunt hæredes etiam extranei.21.*
*Et etiam legatarij.22.*
23 *Clericus & fœmina in feudo æquiparantur.*
24 *Conſuetudines feudales excludentes clericos, ſunt exorbitantes.*
*Et ſtrictè intelliguntur de feudo vero & proprio. 25.*
26 *Diſpoſitio exorbitans, loquens in caſu ſimplici, non extenditur ad mixtum.*
27 *Conſuetudo localis in feudis attenditur.*
*Et an procedat etiam reſpectu inhabilium.28.*
29 *Iuramentum aſſecuritatis, quale.*
30 *Seruitia non attenduntur in feudo, quod omnino princeps erat conceſſurus.*
31 *Feudum dicitur contractus nominatus.*
32 *Princeps ligatur contractu præceſſoris ſui.*
*Quod in feudo exemplificatur.33.*

## CONSILIVM LXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

VIbi quæ ſcripſit Natta conſi. 600.
pro Illuſtriſſimo & Excellẽtiſſimo
domino Duce Mantuę contra ma
gnificum & Reuerendiſſimum D.
Federicum Broilum, deinde quæ
in oppoſitũ deduxit D. Aurelius Zibramontus
pro D. Federico. Et licèt ab initio ſubſiſterẽ cõ-
gredi cum priore Iureconſulto, conſumatiſſimo
viro, & ob ætatem graueſcentem venerando, ta-
men partes tuẽdas aſſumpſi poſterioris, iunioris
quidem, ſed egregij, miroque ingenio rerumq;
1 copia præditi Doctoris, † ſecutus illud Accurſij
dictum ex Priſciano, quãto iuniores, tãto perſpi
catiores, quod refert in l. Gallus in prin. ff. de li-
2 be. & poſth. † cũ & apud nos prouerbiale ſit car
men, eſto aduocatus iuuenis, & medicus ſenex.
quod latius exornat Alci. Parerg. 66. 10. cap. 21.
Nec ſanè tantum principem egrè laturum puta
3 ui, ſi ſubditi ſui patrocinium ſubirem, † cum de-
negare aduocatos ſit magnam partem defenſio-
nis tollere, l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iud.
Iaſ. in l. fi. nu. 5. ff. de fer. Fel. in c. 1. nu. 1. vt lit. nõ
4 cont. Senat. Pedemont. deciſ. 1. nu. 13. † & aduo
cationis officium publicum ſit, & ob eã cauſam
repertum, vt ijs ſuccurratur, qui ius ſuum tueri,
& cauſam dicere neſciunt. vnde meritò conſti-
tutum fuit à Nerone, vt cauſarum patroni ſine
mercede, aut muneribus cauſis adeſſent, quẽad-
modum ſcriptum reliquit Alexãd. ab Alex. lib.
3. dierum genialium, c. 5. quẽ refert Menoch. de
5 arbitr. iud. lib. 2. centu. 4. caſu 369. † Immo verò
aduocationis officium eſt meritoriũ apud Deũ,
nam & multotiens iſtud officium exercuit Chri-
ſtus in hoc mundo: fuit. n. aduocatus Mariæ in
tribus cauſis, & pro crucifixoribus ſuis dicẽs, Pa
ter ignoſce illis, quia neſciũt quid faciũt: & conti
nuè illud munus exercet in cœlo intercedẽdo ꝓ
nobis apud patrẽ. vnde Apoſtolus ad Hebræos
c. diſcipulos, de cõſecr. diſt. 5. introiuit Chriſtus
in cęlũ, vt appareret vultui Dei pro nobis. & Be-
da ſuper illud Marci, cũ ſerò factũ eſſet inquit, fi
lius vt formam hominis impleret obſecrandum
patrem putat eſſe pro nobis, quia aduocatus ip-
ſe eſt. ponit Alberic. in l. 1. C. de ſuffrag. Caccia.
in trac. de tranſ. q. 2. in prin. & Rolan. à Valle cõ
ſi. 36. col. 2. uol. 3. Nec petenti ſolã ſimplicemq;
ſubſcriptionem aſſentire volui, quemadmodũ
nec latius & in infinitũ me ſcripturũ polliceor;
cum primum vituperoſum ac inutile futurũ exi-
ſtimem, ſecundũ verò difficile nimis ac impoſ-
6 ſibile præ temporis anguſtia mihi conceſſi, † ac
inſuper ea ratione, ꝙ aduocatus nimis verboſus
de iure cõi poteſt ab officio remoueri, glo. ſingu.
in l. ex ea parte, ff. de poſtu. Paris de Puteo in tra
cta ſindic. in verbo, iudex in tribunali, nu. 3. ubi
dicit ꝙ iudex ẽt poteſt imponere finem dictis ad
uocatorũ, quando ſibi uidetur. l. proximè, ff. de
7 his, quæ in teſta. delen. † nam Doctor debet con
cluſinè loqui & pauca, ſed vtilia effundere, gl. in
c. cum ſit ars. de æta. & qual. Canoniſt. in proœ.
Decretal. Spec. in tit. de aduoc. in prin. col. 3. gl.
in verbo, maluerit. in c. infames. 3. q. 7. Rom. ſin
gul. 780. vbi magnifacit gl. in d. l. ex ea parte. Iaſ.
in l. Gallus, §. quidam rectè, col. 2. ff. de lib. & po-
ſthu. in verſ. adde, quod inquit notandum cõtra
aduocatos allegantes, qui dicũt pauciſſimis ver-
bis agam, & tamen multam verboſitatem exer-
cent, ſecundum glo. in l. cum antiquitas. in fi. C.
de vſufru. Petrus Rebuf. in l. 1. nu. 106. C. de ſent.
8 quæ pro eo, quod inter. † nam boni eſt aduoca
ti breuiter, & ſummatim loqui. Aret. conſ. 110. &
pauca idonea effundere, ꝙ̃ multis inutilibus ho-
minem prægrauare: & ſæpe experientia cõpertũ
9 eſt, † quòd bona allegatio inficitur, & obnubila
tur ob nimiam allegationẽ, & ſiniſtra oritur ſu-
ſpitio contra nimis allegantem, ut per Abba. in
proœ. Decretal. col. 2. uerſi. ſecundò facit. & in
apoſtil. ad eum. ſequitur Silua nuptial. in princ.
10 nu. 18. & Rol. à Valle conſ. 36. col. fi. uol. 3. † Sed
mediam quandam viam ſecutus, quod & prudẽ
tiſſimos iuris auctores feciſſe Paulus teſtatur in
l. antiqui. ff. ſi pars hære. pet. & illud confirmat,
Mediũ tenuere beati. conſulenti deſeruire cona
bor. Et in primis ego conſidero, ꝙ cũ lata fuerit
ſententia auctoritate Apoſtolica. qua declaratũ
fuit licuiſſe ac licere liberè D. Federico vixiſſe
ac viuere in ſæculo, ut clerico ſeculari, non eſt a-
gendum cum eo tanquã monacho, ſed vt verus
clericus iudicãdus eſt, tractandus, ac reputãdus
inter omnes, ut in termi. tradunt Bal. Ang. & Al
beric. in l. ingenuum, ff. de ſtat. ho. quicquid con
cludat Nat. ſuo conſ. col. fi. ad uim ſententiæ pro
latæ non aduertẽs, quæ pro veritate habetur. l.
10 res iudicata, ff. de reg. iur. † nec nulla dici poteſt
propter ſubreptionẽ, ut contẽdit Natta, nã cum
D. Federicus liberatus fuerit à ſeruitute ſtatus
monachalis ex cauſis, de quibus in illo proceſſu
ſemel approbatis, ſiue ueræ, ſiue falſæ fuerint, re
tractari nõ debẽt fauore libertatis, §. ſemel. Inſt.
quib. ex cauſ. manu. quem locum Balduinus ele
ganter exponẽs, dicit quod ſiue minor uerã, ſiue
falſum

falſam aliquam & commentitiam cauſam pro-
poſuerit, eamq́ue prætori rerum ignaro vtcun-
que probarit, non retractatur, vt ſanè nullus eſt
qui eam retractet, nam manumiſſor ipſe non cō
uellet, quod fecit, aut fieri curauit, nec audietur
ſi fraudem ſuam proponeret. deinde is eſt fauor
libertatis, vt quæ ſemel competiit, non temerè
ſoleat retractari, quòd ſi allegetur fraus ipſius,
qui manumiſſus eſt, æquum erit eum ſarcire dā-
num, quod Dominus ab eo circumſcriptus acce
pit, ſed interea ſemper manet rata libertas, atq;
ita ſæpe reſcriptum eſt, in l.1.2.& 3. C. ſi aduer.
12 lib. eum ſimilibus per Balduinum, † cui Con
nanus adſtipulatur in Commentariis ſuis iuris
ciuilis, lib.2.cap.7.col.3.& 4. latè contendens an
te legem ſecundam, C. de libert. & eorum libe-
ris, cautum non eſſe libertos ingratos in ſeruitu
tem reuocari, ſed aliis pœnis ſubiici, libertatem
verò ſemel datam non reſcindi, quod ut à pro-
poſito noſtro ſeparatū miſſum facio. & ad ſubre-
13 ptionis obiectum, quod Natta propoſuit, † ar-
bitror illud vulgatum dici poſſe, Seriò ſapiunt
Phryges: quoniam ſubreptionis exceptio dila-
toria eſt, & opponi debet ante litem conteſtatā,
vt tradit Præpoſitus in c. per tuas, col.1, de app.
latè Veronenſ. conſ.64. Quare mirandū eſt, quo
modo nunc opponatur poſt ſententiam, quæ trā
ſitum fecit in iudicatum, vt concludit in alio ca-
ſu Crau. conſ.79. Nec inſuper apoſtatæ vicium
D. Federico (quod Natta ſubdit) impingi pōt,
ſtante eadem ſentētia, quæ declarat illum literis
Pauli IIII. contra apoſtatas emanatis minimè
comprehenſum, aut ab illis innodatum, ſed im-
munem & exemptum, & vt talem ab omnibus
14 habendum, tractandum, & nominandum. † fa-
cit enim ius inter omnes. l. ingenuum, ff. de ſtat.
ho. c. cauſam. & c. pueniṫ, qui fil. ſint legi. D. meus
Rimin. conſi.78. nu.15. Secundò conſidero teno
rem inueſtiturarum, qui omni naturæ feudorū
15 præferendus eſt, & illi derogat. † c.1. de duob.
fratt. quem textum egregium Bal. appellat ibi,
& idem Bald. in l. ſi. C. de ſuis & leg. dicit ꝙ ante
omnia inſpicere debemus tenorē inueſtiturę, &
qualitatem verborum, quia ſunt forma contra-
ctus, & forma dat eſſe rei: ſequitur latius Iacobus
Henricmanus conſi.1. nu.619. D. meus Rimin.
conſi.437. nu.1. Rom. conſi.33. Natta conſi.467.
nu.6. Curt. conſi.49. col.7.& 8. Barba. conſi.26.
colum.1. volum.2. Brun. conſi.18. num.10. Dec.
conſi.78. col. pen. conſi.269. nu.5. & conſi.493.
nu.6. Grat. reſpon.2. nu.61. & reſpon.4. num.7.
16 uol.1. Senat. Pedemont. deciſ.23. nu.2. † Quin-
immo procedit hoc, etiam ſi tenor inueſtituræ
antiquæ non appareat, niſi per eius relationem
factam in inueſtitura recentiore, adhuc enim
probatur eo modo, ut ponit Pariſ. conſi. 23. nu.
87. uol.1. Ripa in l. ſi conſtante, nu.10. ff. ſol. mat.
latè Boeri. deciſ. 247. nume.1.2. & 3. Senat. Pe-
demont. deciſ. 139. num.4. ſed inueſtituræ con-
ceptæ ſunt pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœ-
17 minis: † & quando hæredum mentio facta fuit,
non cenſetur electa induſtria perſonæ, vt tra-
dit Felyn. in c. in præſentia, de prob. verſi. & ut
intelligas, ſub nu.56. Capici. deciſ.10. nume.12.
Bal. poſt Cynum. in l. quiſquis, C. de epiſ. & cle.
Iaſ. conſi.117. colum. 4. uerſi. quartò principali-
ter, vol.4. Cephal. conſi.1. nume.32. & conſil.
151. nu.42. moti omnes, quia qualis conditionis
debeat eſſe futurus hæres, dominus ſcire non
poteſt, nec induſtrialia tranſeunt ad hæredes,
18 † meritò tali caſu concludunt clericum ad hu
iuſmodi feudum admitti, prout etiam latè proſe
quitur magnificus D. Aduocatus D. Federici,
& cum prædictis etiam reſidet Andre. Sicul. in
tract. de præſtan. Cardinal. in 5. quæſt. Baſili-
ca, primæ partis, num.11. citans Ancharanum in
19 c. ſi à ſubdelegato. de offic. deleg. lib.6. † Præ
dictis accedit, quòd hoc feudum conceſſum fuit
hædibus maſculis & fœminis, vt vno loco dici-
tur, & in alio, vtriuſque ſexus, quod in idem re-
cidit, quo caſu non cenſetur electa induſtria per
ſonæ, & in eo ſuccedunt clericus & fœmina, ut
per Alex. conſi.10. uol.5. cum aliis adductis per
D. Aduocatum, quibus addo Curtiū iun. in tra
ctat. de feud. in 3. parte 10. q. prin. col.5. verſ. con
cludo. Caſſaneum in conſuetu. Burgun. in rubr.
des feudes, in 8. q. Fel. in c. in præſentia. de prob.
20 & Senat. Pedemōt. deciſ.27. nu.11. † Et vlterius
confirmatur, nam cum tale feudum receptū fue
rit pro nominatis, & ipſorum omniū hæredibus
maſculis, & fœminis, huiuſcemodi verba (meo
iudicio) conueniunt illis, quando quis ſtipulatus
fuit feudum ſibi & quibuſcunq; hæredibus: quo
caſu præſumendum eſt actum fuiſſe etiam de in-
capacibus, vt per Alber. & Iaſ. in l.2. C. de iure
emph. quos allegat Portius Imol. conſi. ſi. nu.9.
21 & ſic etiam de clerico: † ſicut etiā uidemus tali
caſu venire hæredes extraneos, c.1. de feud. non
hab. pro. nat. Bal. in l.1. q.34.& q.48. ff. de rer. di-
ui. Ale. in l. ſi patroni in prin. col. pen. ff. ad Treb.
Iaſ. in prælud. feud. col.16. uer.4. limita. Crot. cō
ſi.136. nu.51. Rol. à Valle conſ.3. nu.65. uol.1. cū
22 ſequenti, † vbi ſubdit includi non ſolum tria ge
nera hæredum, de quibus Inſt. de hære. qual. &
diffe. ſed etiā legatarium, qui in re legata dicitur
quodāmodo hęres. l. id tēpus, §.1. ff. de vſuca. no.
Alex. conſ.7. vol.7. Cur. iun. conſ.4. & in tract. de
feud. in 4. par. col. ſi. ubi teſtatur hanc eſſe cōem,
quam ſequitur etiā Iaſ. in l. quædā, §. nihil inter-
eſt, ff. de eden. Barb. in repe. l. cum acutiſſimi, C.
23 de fideic. † Nec obſtat quod inquit Natta in al-
legato conſ.32. negans ex diſpenſatione cū fęmi
na cenſeri diſpenſatū cum clerico diuerſa perſo-
na, quia cū ſupportatione ſtat contra Nattā de-
ciſio Alexandri in d. conſ.10. col. ſi. vbi vult ex di
ſpenſatione facta cū clerico cēſeri factā cum fœ-
mina, quia in hac materia æquiparatur clerico.
c.1. an mut. uel ſurd. meritò dicēdū eſt, idē in ca
24 ſu ecōuerſo, qualis eſt noſter. † Tertiò nō omit
to vnū fundamentū, qđ in terminis noſtris facit
Ceph. in alleg. conſ.151. nu.35. inquit. n. ꝙ con-
ſuetudines feudales excludētes clericos, ſunt e-
xorbitātes, cū illi nō minus ꝙ̃ laici deberēt ſuc-
cedere, ex no. per oēs in l. Deo nobis, C. de epiſ.
& cle. cū ſim. per Ale. in l. ſub cōditione, ff. de lib.
& poſth. non. n. perdunt iura ſucceſſionis ꝑ cleri

catum. cap.quia nos.c.relatum,il ſecondo,§. cæ-
25 terùm.de teſta. Calde.conſi. 2. de feud. † Ideo
iura clericum excludentia debent intelligi ſtri-
ctè in feudo vero & proprio, quod eſt ſimplici-
ter feudum, nõ autem in eo, quod eſt feudum ſe
cundum quid, & habet mixtam alterius contra-
ctus naturam. Soc.conſi.252.viſis,nume.19.uol.
2.per l. hoc legatum, ff.de leg.3.Bald.& alij in l.
26 1.C.de ſucc. edict. † diſpoſitio namq́ue exor-
bitans loquens in caſu ſimplici non extenditur
ad caſum mixtum.l.ſi ita ſcriptum, cum ibi not.
ff.de lib. & poſthu. & habetur in l.2. in princ. ff.
de verb. oblig.& in feudo tradit Cur.iun. in tra
ctat.de feud.6.quæſt.1.partis, nume.32. cum ſe-
quenti. at in caſu noſtro feudum habet mixtam
naturam alterius contractus, quia non fuit gra-
tuitum, ſed data pecunia, prout apparet ex in-
ueſtituris, meritò ceſſante conſuetudine feuda-
li, debet ſuccedere diſpoſitio iuris communis.
cap.1. de feudi cogni. ſecundum quam clericus
pariter ſuccedit, ſicut laicus. Et huic funda-
mento non obſtant, quæ dicit Natta ſuo conſil.
nume. 39. de pecunia numerata non correſpon
dente magnis terrarum ſpatiis, cui latè repli-
cat dominus Aduocatus: quia poſito quòd nõ
fuiſſet vera venditio reſpectu modici pretij, ſatis
eſt quòd nec fuit verum & proprium feudum,
cum merè gratuitum non fuerit, ſed mixtum
potius, & improprium, in quo clericus debet
27 admitti, non autem ab eo excludi. † Quartò
non prætereo, quod addit dominus Aduoca-
tus de conſuetudine Mantuana, clericos ad feu
dum admittente: valet enim conſuetudo localis
circa feuda, vt de Gallia teſtatur Ioan. Fabri in
§. item Seruiana.verſi. quid de feudo.& in §.fue-
rat.Inſt.de acti.& in aliis locis cumulatis per De
ci.conſi.208.nu.9. qui citat etiam Baldum conſ.
185. quidam nobilis, uol.1.quod aliàs reperitur
in conſi.318. uol.2. & tradit idem Bal. in cap.ſi-
gnificauit, colum.1.de reſcr. ſicut & Oldrà. con-
ſi.159. 2. dubio. Guid. Pap. deciſ.159. demum-
q́ue Pariſ.conſi.13.nu.23.vol.1. quem ſequutus
ego fui in apoſtil. ad D. meum Riminaldum cõ
28 ſi.81. in addi. ſecunda. † Quæ conſuetudo pro
cedit etiam reſpectu perſonarum inhabilium, ut
prætenditur clericus, quando ſic per eam diſpo-
nitur, ut inquit alibi Natta conſi. 322. nume. 3.
& conſil. 600. nume. 19. Poſtremò conſidero
iuramentum fidelitatis in inueſtituris appoſi-
tum, quod exiſtimat Natta ſuo conſi. num.17.
continere quædam ſeruitia clerico non conue-
nientia.& præter adducta per dominum Aduo-
catum, quibus tolluntur conſiderationes Nat-
tæ, penpendo diligenter,& nouiter verba prio-
ris inueſtituræ anni 1437. in qua Illuſtriſſimus
Marchio Mantuæ inueſtiuit D. Sinibaldum cõ-
ſocium ſibi chariſſimum ob purum & ſincerum
amorem,& dilectionem, quem & quã hactenus
geſſit, atque gerit erga dictum Sinibaldũ ſuis exi
gentibus meritis ad hæc facienda Inducentibus:
29 † & dico q́ cum D. Sinibaldus eſſet familiaris
& ſubditus dicti D.Marchionis tam gratiſſimus,
vt in conſocium ſibi eum vendicaſſet, præſtatio
iuramenti fidelitatis non eſt intelligenda de iu-
ramento quod præſtatur à vaſallo, ſed de eo,
quod Domino familiaris & ſubditus pręſtat, qđ
dicitur iuramentum aſſecuritatis. c.1. & ibi not.
qual.vaſal. iura.deb. ita tradit Soc.conſ.257.col.
3.vol.2.Ruin. conſi.42.nume.7.uol.1.Rube.con
ſi.11.nu.6. Cephal. conſi.1. nu.39.& conſi.151.
num.46. vnde ſuper ſeruitiis exhibendis per D.
Federicum non eſt inſudandum, quoniam pręe-
ambula D. Sinibaldi ſatisfecerunt conceſſioni
30 feudali ſibi & poſteris ſuis collatæ: † tantoq́ue
magis quòd conſtat Excellentiſſ. D.Marchionẽ
fuiſſe conceſſurum, dato quòd merita D. Sini-
baldi non præceſſiſſent, vocando eum ſocium
Clariſſimum, & verbo donationis ſæpius vten-
do. quo ſtante non eſt facienda vis in ſeruitiis ar
gum.l.2.§. fi.ff.de donat. vbi plenè Bar. Ripa in
l. ex facto, ff.de vul. & pup.& per omnes. in cap.
cum ceſſante.de app. & ita tradit in terminis Ce
31 phal.conſ.1.nu.38. † Addo quoque præter in-
ueſtituras, illud vulgatum, quod dici ſolet, huic
tamen rei ſatis accommodatum, quòd feudum
dicitur eſſe contractus nominatus, ut ponit Bar
to.in l.iuriſgẽtium, §.quinimmo, ff. de pact.poſt
nu.19. Iaſ. in vſibus feudorum, quæſt.4. Rube.
conſi.130.ad fin. Curt. iun. in tract. de feud. pri
ma parte princ.quæſt.9. Iulius Clarus in §. feu-
dum.q.6. Cepha. conſi.176.colum. fin. qui com
32 munem teſtantur. † igitur inde ſequitur quòd
eminentiſſimus dominus Dux Mantuæ non po
teſt à tali contractu ſuorum præceſſorum rece-
dere, ſed eo ligatur, vt per Abbatem in cap.1.de
prob.& ideo Baldus ibi, & poſt eum Dec. nu.
7.Bart. in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut
clam.& Oldra.conſi.94. ad fin. dicunt quòd pa-
cta inita inter Imperatorem Federicũ & ciuita-
tes Lombardiæ debent per ſucceſſores in impe-
rio obſeruari.& magis in terminis noſtris Infert
33 Bald. † quòd ſi princeps dedit feuda, ſucceſſor
non poteſt ſine cauſa reuocare, quia ſiue hoc ſit
pactum, obligat de iure naturali: ſiue ſit benefi
cium, decet eſſe manſurum, ſecũdum regulas iu
ris. concordat prædictis idem Bal.in c.1. de nat.
feud. ubi dicit quod ſi Imperator uel Rex inue-
ſtiuerunt aliquem de feudo, quòd nec ipſe, nec
ſucceſſores in Imperio vel Regno poſſunt eum
diſueſtire.& Bal.idem dicit in c.1. col. pen. qui
feud.dare poſſ.& in l.cum multa, C.de bon. quę
lib. & plenius confirmat Natta conſi. 122. col.2.
amplians hoc procedere in contractu lucratiuo,
ut per eum: ex quibus ut breuis ſim, non verbo
ſus, ut præfatus ſum, concludo pro Reuerendo
domino Federico Broilo, quòd feudo ſuorum
anteceſſorum priuari non poſſit, prout In ean-
dem ſententiam reſedit D. Aduocatus ſuus.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

Pro

Pro Illuſ. Cmite Io. Paulo Malchiauello.

## ARGVMENTVM.

Qualiter probanda ſit mors, fama, & alia in materia fideicommiſſi.

## SVMMARIVM.

1 *Familia nomen, eſt collectiuum.*
2 *Vocati per nomen familiæ, ueniunt ordine ſucceſſiuo.*
*Maximè ſi hoc expreſſum ſit. 3.*
4 *Mortem per famam probari ſufficit.*
*Si de longinquo ſit, in conflictu belli, maris, nauigatione, & id genus. 5. 8.*
6 *Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos.*
7 *Fama per teſtes qualiter probanda.*
*Et quando dicatur uana uox populi. 9.*
*Et teſtes nõ interrogati debent nominare perſonas, à quibus audiuerint. 10.*
*Et de ratione.*
11 *Fama ubi facit plenam probationem, teſtes eſſe debent optimæ opinionis.*
12 *Teſtes ubi debent eſſe optimæ opinionis, illa qualitas probari debet.*
*Et iudex recipere poteſt informationes de illa, poſt publicatas atteſtationes, licèt non deducta fuerit. 13.*
14 *Fideicommiſſarius agens contra tertium poſſeſſorẽ, probare debet res fuiſſe in dominio teſtatoris.*
15 *Filius dicitur ſe immiſcuiſſe, poſſidendo bona paterna.*
*Et magis dicitur agnoſcere, quam adire.*
16 *Hæres debet habere ratum factum defuncti.*
*Etiam ſi pater diſpoſuerit de re ad filium ſpectante. 17.*
18 *Circuitus eſt euitandus.*

## CONSILIVM LXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa Illuſtris D. Ioannis Pauli Malchiauelli conuenti per Illuſtrem Comitem Camillum Conſtabilem ſuper poſſeſſione, cui dicitur *il Lugozzuolo*, vigore fideicommiſſi diſpoſiti per quondam Nicolaum Conſtabilem conſideranda ſunt uerba teſtamenti ſui, nam eam reliquit Peregrino, & Alberto fratribus & nepotibus ſuis ex fratre prædefuncto ea conditione, ꝙ eam vendere non poſſint, quoniã intendit eam deuenire in eorum familiam, & aliorum de familia Conſtabili, tamen ordine ſucceſſiuo ſeruato. Quo ſtante planum eſt Comitem Camillum velut de familia Conſtabili petentem hanc poſſeſſionem, eam conſequi non poſſe, niſi in defectum familiæ dicti Peregrini &
1 Alberti: † quoniam quando relictum, fuit factum per nomen collectiuum, ut eſt iſtud familiæ; ſecundum Bartol. in l. ſcire debemus, ff. de uerborum obliga. & per Bald. in l. ſi familia, ff. de iur. omn. iud. ſicut & pulchrè per Alciatum in l. familiæ, ff. de verb. ſign. vbi reddendo rationẽ, cur appellatione familiæ princeps quoque familiæ cõtinetur, ut ibi dicitur: ſubdit quia hæc nomina collectiua, vel vniuerſitatum, non membris ſolũ, ſed & capite conſtant: ideo illud
2 quoq; comprehendere debet. † vocati ueniũt ordine ſucceſſiuo, uidelicet ſecundum proximitatem gradus. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſign. Bar. in l. ſi cognatis, verſi. quæro quo ordine. ff. de reb. dub. Ang. cõſ. 38. quidam Ioannes, aliàs cum inſtitutio. Alex. conſi. 24. col. 1. vol. 4. Aret. & Mod. maximè Crotus, nu. 23. qui communem teſtatur in l. Gallus. §. quidam rectè, ff. de lib. & poſthum. Dec. conſi.
3 425. col. 2. † Tantoque magis, quòd teſtator id expreſsè dixit. quo caſu qui aliàs ſimul venirent, non ueniunt, ſed vt verba ſonant, ueniunt ordine ſucceſſiuo, ut declarat Ioannes Durantis de arte teſtan. titu. 4. caut. 6. meritò poſito quòd Comes Camillus eſſet comprehenſus in diſpoſitione teſtatoris, admitti non poteſt niſi probauerit mortem proximiorum, qui fuerunt de familia Peregrini & Alberti. Vnde cum proponatur ex Alberto Nicolaum, & ex Nicolao Herculem fuiſſe genitos; deinde ſucceſſiuè mortuos, debuit Comes Camillus eorum mortem probaſſe, uelut intentionis ſuæ fundamentum, l. qui accuſare, C. de edend. allegando in libello ſe proximiorem tam teſtatoris, quam dicti Herculis ultimo loco defuncti. l. 2. §. ſed ſi dubitatur, ff. quem. teſta. aper. Bar. in l. ſi quidem, C. ſolut. matr. & in terminis Alexan. in allegato conſi. 24. colum. 1. volum. 4. at iſtud non probauit Comes Camillus, ergo ſuccede-
4 re debet. † probatur aſſumptum: licèt enim glo. & Barto. in dicto §. ſi dubitetur, & gloſ. in l. ſed & ſi de ſua, ff. de acquirend. hæredi. velle uideantur, quòd quando agitur de commodo hæreditatis. ſeu pecuniario ſufficiat fama ad probandum mortem (de qua deponunt hic teſtes) tamen ut declarat Cyn. Fulgo. Angel. & Salyc. in dicta l. ſi quidem, & Imol. in dicto §. ſi dubitetur. hoc eſt verum quando ageretur de probando mortem illius, qui diceretur mortuus à tempore ualde longinquo, adeo ut eſſet impoſſibile habere probationem per teſtes, qui interfuerint, vel diceretur quis mortuus in conflictu belli multorum præliantium, adeo quòd eſſet difficile habere teſtes, quòd iſte fuiſſet de illis, qui mortui ſunt, argumento l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re mil. aliàs autem mors debet plenè probari per teſtes deponẽtes aliter, quàm per famam, ſicut in aliis cauſis. Et eiuſdem ſententiæ fuit Barto. in dicta l. ſi quidem, & in tract. de teſtib. nu. 38. Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in tit. de notor. crimi. §. fama. in addi. incip. hanc uocamus. ſequitur Alex. conſ. 4. col. 4. uolum. 2. & latius conſi. 24. colum. 2. & conſi. 115. colum. 3. uol. 4. & conſi. 187. colum. fi. uolum. 6. Petr. Duennas in regula. 299. nu.
5 9. † quã diſtinctionẽ dicit Alberic. ĩ auth. hodie,

C.de repud. ſe vidiſſe communiter obſeruari, cui velut magno practico deferẽdum eſt. Idemque tradit Corn.conſi.10.col.3.vol.1.& latè Boeri.deciſ.288.col.1.& 2. meritò cum in propoſito noſtro non agatur hîc de morte longinqui temporis, nec in remotis partibus, nec in conflictu belli, vel maris nauigatione, ſed quòd Nicolaus modernus & Hercules in his partibus, & paulo ante, prout in ſpecie de domino Hercule dicit primus teſtis, quòd menſibus præteritis vita functus fuit, utique non ſufficiũt teſtes de fama
6 deponentes ſuper eorum morte; † ſequiturq; quòd dictus Nicolaus, tantoque magis Hercules viuere præſumatur, cum neque centenarius, nec fortè quinquagenarius eſſe poſſit, vtpote dudum poſt teſtamentum natus. & quis præſumitur viuere centum annis, vt per gloſſ. Barto. Ang. Imol.& Roman.in l. ſed ſi de ſua, ff. de acquir.hære. Doctores in l.fi.C.de ſacr.ſanc. eccl. Corn.conſi.204.nu.5.vol.3. & ob id in eorum, vel alterius eorum uita Comes Camillus ſuccedere non poteſt virtute dicti fideicommiſſi.† Se
7 cundò poſito ſine veritatis præiudicio, q mors prædictorum poſſet per famam probari, nihilominus adhuc non ſufficeret probatio teſtium eo modo, quo deponunt, nam quod per famã mortem probari iuris interpretes tradiderunt, intelligi debet non de fama, quæ ab hominibus vilibus, & cauſis leuibus originem ſumpſerit, ſed de illa, quæ ab hominibus grauibus & cauſis rationabilibus originem trahat, vt ſi quis intrauit mare, & ſuperuenit tempeſtas, & expectato tempore congruo non eſt reuerſus, & perquiſitus per loca veriſimilia non eſt inuentus, nec nauis reperta, aut ſi in magno exercitu viſus eſt, & ſecuto finitoque conflictu, non eſt inuentus, expectatusque fuit & perquiſitus, à conſanguineis, vel ſi per loca inſidioſa tranſiturus mercator bonę vitæ, & diues de domo receſſit, & à familia expectatus per tempora nõ reuertitur, & perquiſitus non reperitur, vtique ſi fama ex iſtis cauſis oriatur, non eſt leuis præſumptio, ſed talis probatio, quæ iudicem & bonum virum adducit in
8 fidem. † Ita pulchrè Bart.in tract. de teſtib. in verbo, mortuum hominem, nu. 38. vbi concludit, quòd cauſidicus attentus eſſe debet in probando, & ipſum ſequitur ad vnguem Alex. in allegato conſi. 24. col.2.vol.4. vbi plenius confirmat, & idem tradit conſi. 150.colum. fin.& conſi.173.uol.6.Rol. à Val. cõſ.3.nu.50.uol.1. Dec. conſi. 37. nu.8.& in c. 1.col.pen. de appel. at iſti teſtes dicunt Albertũ deceſſiſſe relicto Nicolao, Nicolaumque relicto Hercule, demumque Herculem ſine filiis, & in reddendo cauſam ſcientię dicunt tantum, quia publicè & communiter dici audiuerunt inter perſonas, ſeu maiorem partem earum, eos deceſſiſſe, quod nihil eſt; quia nõ adducunt aliquas cauſas rationabiles, unde tra-
9 xerit originem dicta fama. † vnde ſequitur alia doctrina Bartoli in l.de minore, §. plurimũ, col.pen.ff. de quæſti. vbi dicit quòd ſi fama eſt probata ſolum ex uoce populi, non probata aliqua præſumptione, ex qua dicta opinio & fama originẽ traxerit, iſta non probat, ſed dicitur magis uana uox populi, quæ non eſt exaudienda. Idemq; tradit Bal.in l.proprietatis, col.1. C. de prob. ubi dicit quòd optimum eſt in redditione cauſæ famæ iuſtificare eam per aliquas coniecturas: non enim hoc eſſet concedendum de fama ex abrupto nata, quia illa potius diceretur uana uox populi, & inter leues homines de facili induceretur. & cum prædictis etiam concordat D. meus Rimin.conſi.6.nu. 28.& Cur. iun. conſil. 122. nume.9. alios citans. demumque valde pul-
10 chrè Natta conſi. 361. nu. 9. † ubi dicit q etiã non interrogati teſtes nominare debent perſonas, à quibus audiuerint quid dici, ut cognoſcatur utrum fama habuerit ortum à grauibus, & fide dignis, uel à leuibus, & maleuolis perſonis. Item debent exprimere cauſas, ex quibus talis fama inducta fuit, ut cognoſcatur, an ſit probabilis fama, uel uana uox populi, cui non ſit credendum, ſecundum Bald. in dicta l. proprietatis.& in l. diffamari, in princ. C.de inge.& manu. Ang.in l. ea quidem, colum.4. C. de accuſ. Canoniſ. in capit. ueniens, il primo, de teſtib. & in cap. cum oporteat, de accuſ. latè Alexand. conſi.153. circa finem, uolum. 5. & cum prædictis etiam concordat Roland. à Valle con
11 ſi.3. nume.50. uolum.1. † Tertiò conſiderandum eſt, quòd in caſibus, in quibus fama facit plenam probationem, prout hic prætenditur ex aduerſo, debet probari per teſtes optimę opinionis, quia talis probatio eſt irregularis, ita notabiliter tradit Ang.in l. 2. §.diem, col.fi.ff. quem admo.teſt.aper. ſequitur Dec. conſi.37. & Ro-
12 land. à Valle in dicto conſi.3. nume.55. † qui ſubiungunt, quòd ubi tales teſtes requiruntur, illa qualitas debet articulari & probari, ſecundum Barto. in l. 1.§. ſi quis neget, colum. fin.ff. quem. teſta. aper. & ibidem clarius confirmat Ang. ſequitur Alexand. conſi.82. nume. 7. uol. 1. Veronenſ. conſi.57. colum.4. Dec. in capit.1. colum. penult. de appel. Andr. Sicul.conſi.47. num.9. uolum.1.Soc.conſi. 274. colum. 12. uol. 2. D. meus Vbert. Zucchard. in l. fin. num. 83. C. de edic. diui. Adr. dominus meus Riminal. conſi.17. nume. 16. Soc.iun conſi. 39. nume.62. uolum.2. Alciat. in tract. de præſumptio. reg.
13 3.præſumpt.2. num.9. † ubi ſubdit unum pulchrum, quòd iudex poterit recipere informationes, etiam poſt publicatas atteſtationes de dictis qualitatibus non articulatis, neque probatis à parte. at hæc nequaquam fuerunt articulata, neque probata par partem, nec per iudicem receptæ fuerunt informationes ſuper prædictis qualitatibus, meritò corruit iſta probatio mor-
14 tis per famam. † Secundò principaliter eſt cõſiderandum, quòd cum Comes Camillus, uti fideicommiſſarius, agat aduerſus Comitem Io. Paulum tertium poſſeſſorem cum titulo, probare debuit hanc poſſeſſionem Lugozzoli, quam petit fuiſſe in dominio teſtatoris, ut uoluit Bald. conſi.4. in cauſa Baſilij, uol.4. Caſtr. conſi.94. in ultimo dubio, uol.2.& pulchrè Natta conſ.400. colum. fin. quibus addo Crauet. conſi. 61. col.

pen.

pen.& melius conſi.316.col.fi. Ioachi.Miſyngerium in tracta.de obſerua.patrocinio.18.num.11.& Roland.à Valle conſilio 46.nume.14. volum.3.at Comes Camillus hoc non probauit, ergo &c. Tertiò & vltimò non omitto quòd alias viuente Comite Paulo Conſtabili patre dicti Comitis Camilli, ſibi fuerunt aſſignatæ per ſententiam clariſſimi D. Cæſaris Nobilis Lucẽſis conſiliarij iuſtitiæ quatuor partes cum dimidia bonorum Comitis Raynaldi, & earum loco fuerunt in alia ſententia dicti Nobilis aſſignata dicto Comiti Paulo bona Viconouii, ſic vt de illis diſponere poſſet ad libitum,& ſine onere fideicõmiſſi.quæ bona notoriũ eſt tenere,
15 & poſſidere Comitem Camillum, † meritò dicitur in eis ſe immiſcuiſſe & hæredem patris feciſſe.l.1.& ibi Bald.Caſtr.Alexand.& alii C. de repud.& abſti.hæredi.quoties enim fit aliquis actus, qui fieri non poterat citra ius, & nomen hæredis, inducitur aditio.l. pro hærede, ff. de acqui.hæred.& ibi Doctores. D.meus Rimil. conſi.346.ad finem.tantoque magis in ſuis hæredibus quales ſunt filij, qui vt ait Connan. in commentariis iuris ciuilis, libro 10.cap.5. colum.7. non tam adire quam agnoſcere dicuntur hæreditatem, ac ſi ſola agnitione apprehenderent rerum hæreditariarum poſſeſſionem, tametſi eas non adeant.vnde cum Comes Camillus nõ aliunde ius haberet tenendi poſſidendique dicta bona Viconouii patri conſignata, dicitur u-
16ti patris hæres id feciſſe. † meritò ſi Comes Paulus vendidit dictam poſſeſſionem Lugozzoli, Comes Camillus eius filius & hæres debet habere ratum illius factum, nec illi poteſt contrauenire.l.cum à matre.C.de rei vendica.l.filios.C.de reuoc.donat. Dominus meus Riminaldus conſilio 428.nume.7. Crotus con
17ſil.32.nume.28. † vbi hoc ampliat, tametſi pater diſponat de re pertinente ad filios per dictam l.cum à matre,& l. ab eo. C. de lib. cauſa. quia hæres adeundo hæreditatem defuncti, videtur comprobare geſta per eum ſuper re propria. Vnde debet obſtare Comiti Camillo regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.l. vendicantem. ff. de euic.& poſito quòd actio ſua procederet ad hãc poſſeſſionem conſequendam, quod negatur ex prædictis, tamen quia teneretur tantundem de bonis Viconouii reſarcire Comiti Io.Paulo vel
18 pretium dictæ poſſeſſionis arceri debet, † ut hic circuitus euitetur.l.dominus teſtamento. ff. de condict.inde.Rol.à Valle conſi.51.nu.8.uol.1.Bero.conſi.120.nu.1.uol.3.quare breuiter cõcluditur Comitem Io.Paulum à petitis per Comitem Camillum abſoluendum eſſe.

*Hippolytus Rimi.Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtre Comitiſſa Beatrice Priſciana, uxore Illuſtris & generoſi Comitis Ferrantis Eſtenſis Taſſoni.

### ARGVMENTVM.

De uaſallo qui feudum locauit ad decennium, ob id iure ſuo priuato & Domino applicato.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſine licentia Domini feudum alienare non poteſt ſub pœna priuationis, & deuolutionis illius ad dominum.*
*Si feudum fuit nouum.4.*
*Secus ſi antiquum, uel paternum.6.*
2 *Vaſallus alienando feudum, qua ratione priuetur. eo.3.*
4 *Feudum nouum quod dicatur.5.6.*
*Quando inueſtitus non habet cauſam ab alio.*
*Quando non prouenit a linea, uel ſucceſſione progenitorum.*
*Et nulla alia precedit inueſtitura.*
7 *Vaſallus non poteſt feudum ad longum tempus alteri concedere.*
8 *Locatio ad decem annos, dicitur ad longum tempus facta.12.*
*Et iudicatur ut alienatio.9.*
*Et eſt communis opi.11.*
10 *Emphiteota locare non poteſt rem ad longum tempus.*
13 *Teſtis de credulitate non probat.*
*Nec in his, quæ ſunt iuris ſine ratione.14.*
15 *Proclama pœnale reſtringendum.*
16 *Pœna pro una parte appoſita non extenditur ad aliam.*
17 *Subſtitutio non extenditur, quando continet pœnam.*
18 *Statutum odioſum ſtrictè interpretandum.*
19 *Fœmina quando contineatur in feudo.20.*
21 *Ceſſionarius utitur iuribus, & actionibus cedentis.*
*Et in eius locum ſuccedit.22.*
23 *Et procurator in rem ſuam conſtitutus æquiparatur domino.*
24 *Verba uniuerſalia diſtinctionem non capiunt.*
*Statutum de homicidio qualitercunque commiſſo, non diſtinguitur an dolo, uel culpa.24.*
25 *Statutum quòd quilibet admittatur ad accuſandũ, etiam infans, & inhabilis admittitur.*
26 *Statutum quòd ſyndicus uillæ teneatur denunciare quodlibet maleficium, locum habet etiam in maleficijs non punibilibus.*
27 *Geminata uerba, magis enixam mentem & uoluntatem demonſtrant.*
*Et prolata cenſentur cum maiori deliberatione.28.*
*Et enunciatiua probata, ubi aliàs non probarent, ſi non eſſent geminata.30.*
29 *Verbum uideatur, & placeat, ſimul unitum, importat*

*tat liberam uoluntatem.*
31 *Teſtis de auditu à parte, non probat.*
*Et de ratione. 32.*
33 *Vaſallus ſi alienauit, & redemit, non euitat priuationem. 35.*
*Maximè ſi ex interuallo redimit. 36.*
34 *Res de facili redit ad naturam ſuàm.*
37 *Gabella debetur, licet partes à contractu recedant ex internallo, ſecus ſi incontinenti.*
38 *Statutum de alienatione feudi, declaratur multis modis ceſſare.*
39 *Iudicari debet ſecundum allegata & probata.*
40 *Incapacitatem nullus opponere poteſt, præter fiſcum.*
*Nec bona auferre, tamquam indigno. 41.*
42 *Emphyteota per tertium repelli non poteſt ob canonē non ſolutum.*
43 *Princeps ſtatutis ſuis non ſubÿcitur.*
44 *Bona grauati quomodo publicentur.*
45 *Statutum debet interpretari ſic, ut minus corrigat ius commune, quàm fieri poſſit.*

## CONSILIVM LXV.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS & magnifica Comitiſſa Beatrix Priſciana, coniunx Illuſtris & generoſi Comitis Ferrãtis Eſtenſis Taſſoni, nobilis Ferrariæ, mediante ſuo legitimo procuratore iure feudi inueſtiuit D. Thomam & Hieronymum fratres de Marãgonibus de Villanoua Marcheſanæ, de duabus petiis terrarum ibidem ſitis, & confinatis, vt in inſtrumento continetur in cauſa producto, rogato per egregium virum Ser venturam Nigrinum anno 1553. 15. Martii qui fratres deinde anno 1566. 16. Septẽ. dictas terras ad affictum cõceſſerunt per annos 10. prout in ſcripto continetur inter eos celebrato, & illos qui ſecum contraxerunt. Quod intelligens præfata Illuſtris Domina, ſecũque ſuus Illuſtris maritus libellum aduerſus dictos fratres direxerunt, dicentes id factum fuiſſe ſine ipſorum licentia cõtra formam iuris, ſtatutorum, & proclamatum ſuper his diſponentium, & ob id eos cecidiſſe à beneficio, & commodo dictæ inueſtituræ, ſuiſque iuribus eſſe priuatos, ſic petentes pronunciari & declarari, dictoſque fratres condemnari ad alia, de quibus in libello. Quibus cum nõnullas exceptiones oppoſuerint dicti fratres, & inde formatus fuerit proceſſus, quæritur quid iuris agendum ſit. Et breuiter dicitur ad fauorem dictorum Illuſtrium Domino
1 rum coniugum iudicandũ eſſe: † moueor, quoniam vaſallus ſine licentia Domini feudum alienare non poteſt ſub pœna priuationis, & deuolutionis illius ad dominum c. 1. de prohib. feud. alie. per Feder. & ibi Bal. Andre. de Iſer. Iacob. Aluar. Afflict. & alij, Franc. Aluarot. inter conſi. Bruni conſi. 121. col. fi. cum ſimilibus per Dec. conſi. 185. col. 3. & hæc concluſio comprobatur per tex. in c. primo. §. fi. quæ ſit prima cauſa beneſi. amitt. & in c. primo, de uaſallo, qui contra conſti. Lotha. vbi ſi vaſallus contra conſtitutionem Lotharii Imperatoris beneficium alienauerit, illud perdit & ad dominum reuertitur. ad idẽ tex. in c. 1. §. item ſi fuerit. quib. mod. feud. amitt. vbi facta diuiſione feudi. inter fratres, ſi alter portionem ſuam alienet, ea non ad alterum fratrẽ, ſed ad dominũ reuertitur. demumq́ue tex. in §. aut libellario, eo. tit. dicit ꝙ uaſallus feudũ pignorãs, uel in alium transferens ſine domini uoluntate, feudo priuatur, & ad dominum deuoluitur.
2 † Ratioq́ue dictæ concluſionis adfertur, quia uaſallus alienando feudum irrequiſito domino, videtur ipſum contemnere, & ei fidem non ſeruare: & ideo ei datur, vt iniuriæ ſuæ vltionẽ habeat. c. denique, quæ ſit prima cauſa beneſi. amitten. Et quia præiudicatur ipſi Domino in iure ſuperioritatis. cum transferat feudum ad eũ, qui non eſt uaſallus, nec eſt obligatus ad ea, quæ cõtinentur in fidelitate, nec ipſe alienans remaneret vaſallus, quo ad præſtationem ſeruitiorũ eorum, quæ prius debebat ex forma cõceſſionis, ſi poſſet alienare feudum, ut ponit & probat Rolan. à Valle conſi. 2. nu. 136. vol. 1. & hanc opi. tenuit Petr. de Cerua in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſ. feud. Odofr. in ſumma ſua, ſub rub. ad quos feud. reuert. & Ioan. de Faxo. in ſua ſumma, ſub rubr. an alien. amit. feud. ut refert Bald. in c. 1. ſi vaſall. feud. priu. demumq́ue Bal. conſi. 276. uol.
3 5. † ubi dicit de conſuetudine feudorũ uerius eſſe, quòd tali caſu feudum reuertatur ad dominum, & non ad agnatos, quia iſta eſt natura feudi, ut reſcindatur ipſius feudi contractus per talem alienationem, & quòd id conceditur domino, ut ſaltem iniuriæ ſuæ habeat ultionẽ ne delictum remaneat impunitum, quod eſſet abſurdum: & hanc eſſe communem opinionem, & ueriorem, non cauillando iura feudorum, dicit Aret. conſ. 141. colum. 2. uerſic uenio ad ſecundũ.
4 † Quæ de plano procedit in feudo nouo, quale reperitur hoc, de quo contenditur, ex eo quod prædicti de Marangonibus in eo non habent cauſam ab alio, ut per Oldra. cõſi. 178. quidam nobilis. Crot. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. oblig. Ioan. Iacob. de Leonard. conſ. 114. num. 447.
5 inter conſi. Bruni. † & ſic non prouenit à linea uel ſucceſſione progenitorum, propterea dicitur nouum, non antiquum, nec paternum, c. 1. qui teſtes ſint neceſſar. ad probat. inueſti. declarat Bald. in prælud. feud. in 3. & 5. diuiſione. in c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. 1. per illum textum, de grad. ſucc. ubi dicit Bald. melius probari in illo textu, quàm alibi, quòd illud dicatur feduum paternum, quod fuit illius parẽtis, qui fuit genitor communis agnationis, aliàs dicatur feudum nouum. ſequitur plenius
6 Iaſ. conſi. 180. nu. 11, uol. 2. † & in ſumma feudum nouum dici debet, ex quo nulla alia inueſtitura præceſſit, ut per Gratum reſpon. 4. nu. 8. uol. 1. per tex. in dicto c. 1. qui teſtes, in uerbo, nouam inueſtituram. nam tale feudum nouum

per alienationem domino applicatur, licet in pa
terno ſit ſecus, vt vltra memoratos declarat Af-
flict. in c. primo, §. denique. quæ ſit cauſa prima
benefi. amitt. numero 7. vbi dicit quòd ſi va-
ſallus alienauit feudum ſine conſenſu domini
contra cōſtitutionem Lotharii Imperatoris, per
quam alienationem amittit feudum, ſi feudum
eſt nouum, applicatur domino, quia vaſallus a-
lienando feudum ſine ipſius conſenſu, videtur
eum contemnere, & ſibi iniuriam facere, & ideo
domino applicatur: ſi autem eſt paternum, non
applicatur domino, ſed collateralibus agnatis:
ſequitur Roland. à Valle in allegato conſil. 60.
7 nu. 10. vol. 3. † Quinimmo non ſolum vaſallus
non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domi
ni, ſed nec illud ad longum tempus concedere,
quia hoc non procul diſtat ab alienatione, vt p
Soc. conſi. 19. col. 4. vol. 1. poſt Bal. in d. c. primo,
8 de prohib. alie. feud. per Feder. † at locatio fa-
cta ad decennium, dicitur ad longum tempus,
Bar. tradit in l. 1. §. quod autem, ff. de ſuperfi. vbi
dicit ita communiter teneri, & de conſuetudine
ſic ſeruatur, vt inquit Bald. in l. iubemus. ſecun-
da, col. 3. C. de ſacroſanc. eccle. notat Butri. in c.
fi. ne præla. vic. ſuas. Cardin. in cle. prima. §. fi. q.
4. de reb. eccl. non alie. cum ſimilibus per Alex.
conſil. 17. viſo inſtrumento locationis, in princ.
9 vol. 4. Dec. conſi. 204. & conſi. 192. colum. 1. † Et
de tali locatione ad longum tempus idem iudi-
catur, quod de alienatione, ſeu venditione: nam
prohibita alienatione, ſeu uēditione, talis loca-
tio prohibita videtur, vt notat Bald. in auth. ei.
qui, col. pen. verſi. vlterius quæro. C. de bon. au
to. iud. quem refert & ſequitur Alex. conſi. pri-
mo, col. pen. vol. 4. Dec. in dicto conſi. 204. ergo
patet quòd vaſallus feudum locare non poteſt
ad longum tempus ſine licentia Domini, aliàs
eo priuatur, & ad dominum deuoluit, & ita te-
net in terminis Præpoſit. in dicto c. 1. de prohib.
feud. alie. col. pen. ver. quæro poſt Bal. quid ſi va
10 ſallus locauit. & poſt eum Afflict. n. 61. † ſicut &
in emphyteota tradit Imol. in c. potuit. col. 10.
verſi. iuxta prædicta poteſt quæri. locati. tenens
quòd rem emphyteoticam alteri locare nō poſ-
ſit ad non modicum tempus. & in feudo pariter
latè comprobat Bertran. conſi. 11. vol. ſecundo,
11 † vbi dicit quòd hæc ſibi videtur communis
opinio, quòd vaſallus non poſſit ſine conſenſu
domini alteri locare rem feudalem ad nō mo-
dicum tempus, cum per illam agatur, vt conſti-
tuatur conductori ius in re ſic locata, & fiat hu-
ius rei alienatio, quantùm eſt in vaſallo per id,
quod habetur in c. nulli licet, de reb. eccle. non
alie. quod tamen ſibi facere non licet, dicto cap.
primo. ſubditque Bertran. quòd propter dictā
alienationem res feudalis dicitur ad dominum
reuerſa. & cum prædictis etiam tenet Cur. iun.
in tracta. de feud. 4. par. tertiæ q. principalis, nu.
12 92. † vbi facit duas concluſiones, alteram ꝙ
vaſallus poteſt locare feudum ad modicum tem
pus, quia non transfertur per eam dominium,
neque poſſeſſio. l. non ſolet. ff. loca. & dicitur ad
modicum tempus, quando eſt infra decennium.

Secundam verò ſubiungit, quòd ad longum tē
pus feudum locare non poteſt, quia talis loca.
tio æquipollet alienationi, cum ex ea transfera-
tur utile dominium, iuxta l. 1. in fi. ff. ſi ag. vecti.
& ibi latius hanc opinionem confirmat, quam di
cit eſſe communem: ſicque tenet etiam Bero. cō
ſi. 84. nu. 26. volum. 1. poſt Bar. Bal. & Imol. in l.
13 codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. ſecun. † Nec
dictæ concluſioni repugnant, quæ dicunt teſtes
reorum ſe credere hanc fuiſſe locationem, non
autem alienationem, & ſic in uilla Canalis no-
ui reputari, quoniam deponunt de credulitate,
meritò non eſt eis deferendum, ut per glo. Caſt.
Romanum, Alex. & latius Iaſonem in rubr. ff.
14 de iureiur. & inſuper † quia deponunt in his,
quæ ſunt iuris, vt quòd ſit locatio, nō alienatio.
meritò dictum ſuum nihil valet, ratione nō ad-
dita, vt per Bar. Caſtr. Alex. & Iaſonem in l. ſti-
pulatio iſta. §. hoc quoque. ff. de verbo. oblig. &
confirmat Nellus à Sancto Geminiano in tra-
cta. de teſtib. nu. 134. ubi ſi quis dicat Titium eſſe
dominum, non probat, quia non cadit directè,
& uniformiter in uiſum teſtis, ſed indirectè & dif
formiter, niſi teſtis adiiciat cauſam: idemque ſi
agatur in probando alio iure, ut de probanda
obligatione, uel hipothecaria ad fidē matrimo-
nii, quia omnia iſta iuris ſunt, & habent plus iu
ris, quàm facti. Sed & præterea confirmatur hæc
concluſio proclamate Ducali, quo cauetur, ꝙ
vaſalli non poſſint locare feuda præter tempus
longius tribus annis ſub pœna caducitatis, &
priuationis omnium iurium ſuorum in feudis:
quare cum talis locatio facta fuerit ad annos de
cem ſicque tres annos excedat manifeſtè, locus
eſſe debet dicto proclamati. nec defendi poſſunt
rei conuenti, quòd (ut dicunt) illud proclama ſe
non extendat ad præſentem caſum, cum locum
non habeat inter priuatos, ſed inter Cameram
Ducalē, & eius immediatos feudatarios, ut ibi,
*che neſſuno feudatario ſuo*. & ibi, *in fraude della Ca-
mera di ſua Excellentia, ſe prima non hauerà licētia*
15 *da quella, o dalli magnifici ſuoi fattori*. † & cum ſit
pęnale dictum proclama, uelut odioſum reſtrin
gendum uidetur, c. odia, de regu. iur. in 6. l. cum
quidam, cum ibi not. per Alex. & Iaſ. ff. de libe.
& poſth. caſus enim pęnales ſunt ſtricti iuris, &
non recipiunt interpretationem extenſiuam;
vt declarat Bal. in l. cum proponas, colum. fina.
16 C. de hæred. inſti. † Hinc odio pœnæ, ſi pena
eſt appoſita ex conuentione pro una parte, non
extenditur ad aliam partem, ut notat Bald. in c.
primo, col. 1. uerſic. & ſume hic argumentum.
17 qual. domi. proprie. feu. priue. † & ſubſtitutio,
quæ aliàs extenditur de caſu ad caſum, non ha-
bet locum ſi pœna apponatur, ut not. Barto. in
l. pater Seuerinam, in prin. per illum textum. ff.
de condi. & demon. ſequitur Dec. in l. factum. §.
in pœnalibus, colum. 2. ff. de reg. iur. & in ſtatu-
18 tonos habemus, † quòd quando odioſum eſt,
& iuri communi contrarium, ſtrictè, propriè,
ſimpliciter, & prout iacet uenit interpretandū,
ut notat Baldus in l. maximum uitium. colum.
5. uerſi. ulterius quæritur. C. de libe. præt. quem
ſequitur

ſequitur Iaſon in authen.nouiſſima,colum.6.C. de inoffi.teſt. Firmanus in tracta. de gabell. in tertio membro octauæ partis,quæſt.17.num. 31. Senat.Pedemontanus deciſ.4.nu.10. Quare ſic & in hoc proclamate dicendum uidetur,prohibente locationem feudorum fieri præter tres an nos ſub pœna priuationis,quoniam ſuper hoc
19 obiecto tollendo † conſiderandum eſt diligenter inſtrumentum donationis huius feudi, ſicut & aliorum,factæ iamdiu per Excellentiſſimum Ducem Herculem primum magnifico D. Peregrino Priſciano recipienti pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque in perpetuum,qualis eſt hæc Illuſtris Domina Beatrix,& ex dictis verbis ſuccedere poteſt.c.1.§.filia.de ſucceſſ. feud. c.1.de grad.ſucceſſ.in feud.Rui.conſ.25.nu.13. volum.
20 2. † tantoque magis quòd pro tali feudo nullum ſeruitium præſtatur.quo ſtante fœmina ſuccedere poteſt,vt inquit Bald.in l.quotiens. col. 1.C.de ſuis & legit.& in c.1.verſi.decedente.colum.3.verſi.quærit glo.qui feud.dare poſſ. Roma.ſingul.180.hodie fœmina.& conſi.357.circa primum,col.pen.Dec.conſi.208.col.2. & conſil.
21 424.nu.14.† & in inſtrumento prædicto princeps ille magnanimus dicto D.Peregrino recipienti vt ſupra,ceſſit omnia & quæcunque iura ſua,quæ habebat & habere poſſet,ſeu ſpectaret in prædictis feudis.de cuius ceſſionis natura eſt, vt iura,& actiones,quæ erant penes cedentem , vtiliter in ceſſionarium transferantur, vt habetur latè per Bar.in l.1.ff.& Cod.de act.& oblig. Bero.conſi.189.nume.19.uolum.primo. Idemque Bald. in l.pen.& fin.C.mand.l.hæredem,& ibi Bar.ff.eod.Bal.in l.fi.C.de hære.uel act.uẽd.
22 Bero.conſi.43.nu.22.uol.3.† ceſſionarius namq; ſuccedit in locum cedentis.Bal.in l.emptor. C. de hær.uel.act.vend.Quin ẽt ceſſit quodcũque priuilegium ſibi competens Excelſus Dux:quo fit vt priuilegium dicti proclamatis fuerit attributum dicto magnifico Priſciano recipienti modo, quo ſupra, l.princeps.ff.de legib.Bart.in l.
23 31.col.1.ff.de leg.1.Rui.conſi.43.col.1.vol.5.† Accedit demum,quòd idem Princeps D.Peregrinum vt ſupra recipientem in locum ſuum, ſuæque Cameræ poſuit,& in rem ſuam procuratorem conſtituit:qui procurator ſic conſtitutus ſolet æquiparari domino, ſecundum Domini.de S.Gemi.in c.1.§.licet,de procur.in 6.Bero. conſi.23.nume.11.vol.3.Immo verò præfertur in agendo domino habenti tantum directas actiones,mediantibus ſuis vtilibus.l.procuratore in rem dato.ff.de proc.l.ſi cum emptore,in princ. ff.de pact.Natta conſi.628.nu.23.& ad maiorẽ amplitudinem ſubiunxit princeps, vt de cætero poſſit ipſe D. Priſcianus, vt ſupra recipiens ſuo nomine , agere,& ſingula facere , quæ potuiſſet ipſe,vel eius Camera cũ pœnis quibuſcũque etiam recaſuræ quomodocunque & qualitercũque princeps & Camera ſua conſequi poſſet , &
24 in futurum potuiſſet: † nam cũ dederit facultatem proſequendi pœnas & recaſuras quomodocunque & qualitercunque,dicitur eas cõceſſiſſe nedum ſecundum terminos iuris communis,ſed etiam dicti proclamatis.& ſic abſque diſtinctione iuris ſtatutorum,vel proclamatum, ſicut uidemus in ſtatuto puniẽte homicidiũ quomodocunque,uel qualitercunque commiſſum, quod non recipit diſtinctionem doli,uel culpæ, ſed habet locum in homicidio,licet abſque dolo commiſſo.Saly.in l.2.C.de noxal.Alexan. in l.& ſi ſeuerior. C.de infam.Dec.in c. cognoſcẽtes,colum.5.de conſti.& in c.primo,nume.7. de reſcr.Gozad.conſil.5.nume.7.Marſi. conſil.85.
25 nume.19. † Et aliud ſtatutum quòd quilibet admittatur ad accuſandum, nam propter illud verbum quilibet,etiam infans,& alii inhabiles admittuntur,ut uoluit Bal.in l.ita pudor. C. ad leg.Iul.de adult.Anch.in c.primo,q.14. de conſti.Caccial.in l.omnes populi,19.car.ff.de iuſti.
26 & iure.Barba.in rubr.de accuſ. † demumque ſi ſtatutum dicit,quòd ſindicus uillæ teneatur denunciare quodlibet maleficium ,propter talem generalitatem ſindicus tenebitur denunciare ẽt maleficia non punibilia,Bald.ſuper ſtatutis, in ver.ſtatutum quòd homines,Barto.in l.1. §. accuſationem.ff.ad Turpilli.& in l.ſi quis in graui. §.ſi maritus.ff.ad Syllani.vbi quoque Roman. Ang.Aret.in tracta.de malefic.in uerſi. nec non ad denuntiationem,uerſi.quæro an iſte denũciator,cum ſimilibus per Marſil.in dicto conſilio 85.numero 27.quare tanto magis in caſu noſtro dici debet conceſſam fuiſſe recaſuram, quam inducit prædictum proclama,quòd princeps uſus fuerit uerbis uniuerſalibus geminatis
27 quomodocunque,& qualitercunque,† quæ magis enixam mentem diſponentis demonſtrant,l. Baliſta, cum ibi not.ff.ad Treb. Barto.in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.libro 11.& comprehẽ di faciunt in conceſſione,quæ aliàs non comprehenderentur,ut per ſcribentes in dictis locis,& per Alex.in l.ſi patroni,ff.ad Trebellia.Rui.cõſi.32.nu.5.uolum.2.& conſ.171.numero 11.uolu.
28 tertio. † talia enim uerba geminata , prolata cenſentur cum maiori deliberatione , capit. & ſi Chriſtus,de iureiuran.& ubi uerba geminata ſunt,magis enixè dicitur apparere de uoluntate diſponẽtis,ne uerba cenſeantur ſuperfluò appoſita. Caſtr.conſi.115.columna ſecunda, circa
29 medium,uolumine primo, † & ideo uidemus , quòd licet verba videatur,& placeat , importẽt arbitrium boni uiri,ſi de per ſe prolata ſint, tamen ſi geminentur,& ſimul ponantur , important liberam uoluntatem,Cor.conſilio 301.col.
30 3.uol.4. † facit quod notat Soc.conſi. 65.col. fi. uolumine primo,quòd verba geminata enunciatiua probãt,ubi aliàs non probarent non geminata,ut per Roma.in l.prima,q.ſexta , C. de hære.inſti.glo.in l.prima,C.de plus peti.ubi geminata confeſſio operatur,ut non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.ſequitur Rolandus à Valle conſi.60.col.4.uol.primo , quod latiſſimè diſputans attingit Emanuel Coſta,uir eruditiſſimus,in l.ſi ex cautione,limitatione 14. C.de non nume.pecu.ſed ut à re noſtra extraneum miſſum facio , concludens ex prædictis huic Illuſtr. Dominæ tale proclama prodeſſe

poſſe-

Minus quoque me mouet, quod allegāt ad uer ſarii talem locationem effectum non habuiſſe, 31 ſuper quo teſtes aliquos induxerūt. † primò, quoniam deponunt de auditu ab ipſis reis, quibus quemadmodum non crederetur, vel ut in cauſa propria.l.omnibus.C.de teſti.Specula.in §.1.de teſte, verſic.item quòd eſt teſtis in re, vel cauſa ſua. ita nec teſtibus qui ab eis dici audiuerūt, ne plus credatur copiæ, quàm originali, au 32 th.ſi quis in aliquo.C.de eden. † & quia teſtibus non creditur, quorum repellūtur auctores. c.fraternitatis, de hæret. tradit Crauet. conſil.6. nu.67. Secundò quia licèt (vt dicunt ipſi teſtes) verum eſſet, quòd dictus conductor renunciaſſet dictæ locationi dictis fratribus, & de conductore remanſiſſet ſimplex laborator, tamen id 33 fieri non potuit, nec factum prodeſſe potuit, † vt per Bald.in dicto c.primo, de prohibi.alien. per Feder.nu.3.vbi ponit quæſtionem. quid ſi vaſallus alienauit, deinde redemit, antequam dominus dictaret iudicium contra eum, nunquid pœnam amiſſionis euitet? & concludit quòd nequaquam, quia in ipſo momento, quo alienauit res, ad dominum rediit: & ideo redimendo nihil recuperare potuit, nō conſentiēte domino: & cum facta ſit executio per legem, mora purgari non poteſt. & de hoc eſt inſuper textus in tit. quid iuris ſit. vbi diſponitur, quòd ſi vaſallus uēdit rem feudalem, & eam tradit emptori, res ipſa cadit in cōmiſſum, vel aperitur domino, nec per recuperationem poſtea factam per vaſallū euitatur pœna caducitatis: idque notat ibidem Bald. dicens, quòd licet olim per actum retroſimilem feudum renaſcebatur, quia non erat per 34 prius apertum domino, † & res de facili reuertitur ad naturam ſuam. l.ſi vnus.§.pactus, ne peteret.ff.de pact. tamen nouo iure ſecus eſt, quia alienatio eſt prohibita, & ſtatim feudum eſt apertum domino ipſo facto: ideo non poteſt culpa purgari, quæ trahit ſecum executionem per trāslationem dominii. & ideo ſubdit Bal. quòd quando actus cecidit a ſua ſubſiſtentia, perpetuò non reintegratur: de quo eſt tex. not. in l. qui res.§.aream.ff.de ſoluti. ibi, in perpetuum e- 35 nim ſublata obligatio reſtitui non poteſt. † Et hanc quoque concluſionem tenet Bertran. in dicto conſi.ſecundo, colum.ſi.motus inter cætera, quia vaſallus, qui ſemel alienauit, quamuis poſtea recuperet, non tamen tali pœnitentia deſinit eſſe nocens. l.qui ea mente.ff.de fur. l. quid ſit fugitiuus, in prin.ff.de ædil.edic. & licet aliqui contra ſenſerint, refert tamen Andræam de Iſernia dicentem, quòd durum eſt contra ſtimulum calcitrare, hoc eſt contra diſpoſitionem di- 36 cti capituli primi. † Hæcque concluſio procedit in caſu noſtro tanto facilius, quòd dicti fratres & conductor nō receſſerunt à dicto contractu ſtatim & incōtinēti, ſed ex interuallo, & poſtquam Illuſtris Comes Ferrantes querelam mouerat, volens feudum vēdicare, uelut amiſſum, vt teſtes aliqui deponunt, dicentes quòd anno 1567. menſe Maii audiuerunt dictos contrahētes dicere, quod receſſerunt à dicta locatione, quia dictus Comes & coniunx domini volebāt res vt feudales auferre, meritò timore pœnæ, & fraudulenter id fecerūt, nec eis prodeſſe debet, vt concludit in caſu ſuo pariter Bertrand. loco citato. & hæc etiam fuit opinio Aluaroti poſt Iacob. Ardiz. & Andræam de Iſern. in d.cap. primo, quos refert & ſequitur Curtius in tract. de 37 feud. quarta parte, nu.104. † pro qua bene deſeruit doctrina Caſtrenſis egregia in l. iuriſgentium.§.adeo.ff.de pact. vbi dicit, quòd ſi ex forma ſtatuti de contractu debet ſolui gabella, certè gabella ſolui debebit, licet à contractu fuerit receſſum. quia non potuerunt id efficere contrahentes in præiudicium fiſci, cuius erat quæſitū, ſi quidem receſſerunt ex interuallo. Sed ſi antequam diuerterent ad alios actus, ſecus eſſet (inquit Caſtrenſ.) quia tunc non videretur contractus fuiſſe celebratus, poſtquam non habuerūt ipſum pro perfecto. ſic enim diſtinguit Caſtren. in illo caſu, nunquid receſſum fuerit à contractu incontinenti, vel ex interuallo, prout & in 38 quæſtione noſtra. † Poſtremò vnum aliud nō omitto, quod forſan opponi poſſet, licet hucuſque animaduerſum non viderim, videlicet, ſtatutum de aliena. feudi, diſponens quòd ſi vaſallus feudum alienauerit ſine conſenſu & licētia domini, & fuerit nouum, applicatur comprehēſis in inueſtitura, quare non videtur Illuſtres iſtos coniuges ad recaſurā agere poſſe. Sed huic ſtatuto pluribus modis puto reſponderi poſſe: & in primis negatur hic aliquos comprehenſos in inueſtitura reperiri, quia nō eſt probatū, nec allegatum aliquos filios, aut deſcēdentes extare ex dictis fratribus, qui pro eis feudum recepe- 39 runt, † meritò cum ſecundum allegata & probata iudicandum ſit. l.illicitas.§. ueritas, & ibi not.ff.de offi.præto. Corn.conſi.229.nu.4. uol. 1.conſi.87.nu.2.vol.3.D.meus Rimin.cōſi.105. nu.13. alio non apparente iudicādum eſt pro dictis coniugibus, ſicut ſi verè nō extēt aliqui de- 40 ſcēdentes. † Secundò dato quòd extarent prædicti, tamē cum non opponāt tale ſtatutum concernēs eorum commodum, clarum eſt quòd rei cōuenti nō poſſunt id opponere, ſicut alibi dicūt Bal. & Florian. poſt Riccardum Malumbræ in l.his conſequenter, §.primo. ff.famil.erciſ. de filio ſpurio inſtituto, cui non poſſunt agnati refricare quæſtionem ſucceſſionis, nec ullus alius præter fiſcum. Idemque pulchrè tradit Baldus conſi.416.teſtator inſtituit, colum.2. uolu. 3. in antiquis, & in l.1.in ſi.C.in quib. cauſ. in integ. reſtitutio non eſt neceſſa. Alexand. in additio. ad Barto. in dicto §.primo, Ange. poſt glo. in l. 41 ancillarum.ff.de pet.hær. † & in alio ſimili caſu Anch.conſi.275. ad finem. de commune Bononiæ, quod auferre poteſt bona bannito, tanquā indigno: nullus enim alius ad utilitatem ſuam poteſt excipere de iure dicti communis, ſi ipſum commune eo iure non utitur. demumque ſuccedit doctrina Bartoli in l.2.C. de iure emphi. co 42 lum.2. † qui dicit, ſi probare uelis fundum ad te pertinere iure emphyteotico, non poteſt tibi tertius opponere de canone per te non ſoluto,

ſed

ſed id ſpectat ad dominum dicere, & opponere, & ſic quòd de ſua voluntate conſtet: unde pariter in caſu noſtro, ſi vigore dicti ſtatuti feudum alienatum ſine conſenſu domini deberet applicari cæteris comprehenſis in inueſtitura. Domino ad illud agenti non debent alii de hoc opponere, præter ipſos comprehenſos, quos vocat di
43 ctum ſtatutum. † Tertiò conſidero quòd iſtud eſt feudum Ducale ſui origine, translatũ in magnificos de Priſcianis cum omnibus iuribus ducalibus, ut ſupra dixi, meritò non ſubiicitur dicto ſtatuto, vt per Cardinal. conſi. ſecundo. Fel. in c. 1. nu. 13. de conſti. Brun. in tract. quòd ſtant. maſcul. 6. artic. princ. q. 7. nu. 67. & Rolan. à Valle in tracta. de lucro dot. q. 83. col. fi. & ſic ſuper eo non poteſt fieri tutum fundamentum. Quartò poſito ꝙ adduci poſſet in præſenti cauſa, tamẽ deberet intelligi quòd feudum applicetur comprehenſis in inueſtitura poſt mortem vaſalli alie
44 nantis, ſed eo viuente ſpectet ad dominum, † prout videmus in grauato fideicommiſſo, qui ſi delinquat, bona cõfiſcantur cum ſua tamen cauſa, vt eo mortuo applicentur fideicommiſſario, & per fiſcum illi reſtituantur. l. Papinianus. §. meminiſſe. vbi Ang. ff. de inoff. teſtam. Alex. conſi.
45 23. in princ. vol. 1. † & talis interpretatio fieri debet in hoc ſtatuto, vt minus corrigat ius commune, quàm ſit poſſibile, iuxta not. in l. 1. C. de noxal. cum enim eo iure feudum nouum applicetur domino, ut in principio demonſtraui, ſtatutum diſponens illud applicari comprehenſis in inueſtitura debet intelligi cum dicto temperamento, videlicet mortuo vaſallo alienante, ſed interim dum viuit pertineat ad dominum. Et hoc vltimum ſit ex abundãti dictum, quatenus dictum ſtatutum ligaret, & hoc feudum comprehenderet: quod non puto ſtante tertio fundamento, de quo ſupra, pro reſpõſione dato. Quare ſequitur ex prædictis iſtos fratres de Marãgonibus iure ſuo priuatos, ab his rebus feudalibus omnino repellendos eſſe.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtr. Comite Alfonſo Eſtenſe Muſto, nobili Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

Quòd capitula concernentia Dominium non ſint admittenda in remedio reintegrandæ poſſ. nec ſpoliatio probãda ſit, nec uenditor in teſtem admittendus.

### SVMMARIVM.

*1 Capitula concernentia dominium non ſunt admittẽda in remedio recuperandæ poſſ.*
*Et ad colorandam poſſeſſionem 3 9.*
*Niſi negetur actorem poſſediſſe. 7.*
*Remedium c. reintegrandæ poſſ. non datur contra titulo poßidentem. 1.*
*Et quomodo generaliter procedat. 2.*
*4 Agens remedio recuperandæ poſſ. an teneatur probare ſpoliationem. 23.*
*5 Remedia recuperandæ poſſ. diuerſa.*
*In quibus poſſeßio colorari poteſt titulo. 6.*
*8 Reus cõuentus remedio recuperandæ poſſ. poteſt obÿcere laico incapacitatem.*
*10 Remedium recuperandæ poſſ. quando dicatur intentatum.*
*Et quæ ſint eius extrema. 11.*
*Et an in eo dici debeat, quòd reus poßidet ui, ſeu clam, reſpectu antiquioris poſſeßionis actoris: 12. 13.*
*14 Concluſio in remedio uti poßidetis.*
*15 Concluſio libelli ſpectanda.*
*16 Remedium l. fi. C. de acqui. poſſ. quale ſit.*
*Et quando locum habeat.*
*17 Argumentum de ſimilibus ad ſimilia ualidum.*
*18 Condictio triticaria quando competat.*
*19 Clauſula ui, uel clam poßidere reſpectu antiquioris poſſ. actoris conuenit remedio recuperandæ poſſ.*
*20 Remedium l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 11. quale ſit.*
*Nec competit aduerſus ſingularem ſucceſſorem cũ titulo & bona fide. 21.*
*22 Remedium l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. quale ſit.*
*24 Poſſeßio iunior, uitioſa præſumitur.*
*25 Filia, quæ renuntiauit cum iuramento, poteſt contra uenire. ſiue dolo inducta, ſiue enormiter læſa fuerit.*
*26 Socinus conſi. 266. declaratur.*
*27 Decius conſi. 162. declaratur.*
*28 Illatio non fit de diuerſis ad diuerſa.*
*29 Teſtis in cauſa propria dicitur deponere, quando commodum uel incommodum ad eum pertinet.*
*30 Promißio euictionis, in dubio reſpectu proprietatis intelligitur.*
*Venditor non repellitur à teſtimonio in cauſa emptoris, quando non tenetur de euictione. 30.*
*Et quando teneatur reſpectu poſſeßionis. 31.*
*32 Dictio ut ſupra, relatiua præcedentium.*
*33 Relatio dicitur facta cum omnibus qualitatibus.*
*34 Verba uniuerſalia, nihil excludunt.*
*Etiam quæ dici & excogitari poſſunt. 35.*
*36 Venditor tenetur ad intereſſe, licèt de euictione non promiſerit.*
*Et an arbitrio iudicis fides eius remittatur; Decius reprobatus. 37.*
*38 Teſtes plures defectus, eius dictum annihilant.*
*Communis opi. non attenditur, quando meliori ratione conuincitur. 39.*

## CONSILIVM LXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

PROPONITVR in cauſa Illuſtris Co
mitis Alfonſi Eſtenſis Muſti, cum
1 Domino Franciſco Viuiano, † q
in remedio recuperandæ poſſeſſio
nis ex c.reintegranda, 3. q. prima,
non admittuntur capitula concernentia petito
rium, quia tale remedium datur contra titulo
poſſidentem, vt tenent Hoſtien. Calderin. Ioan.
de Ligna. Butri. & Abb. in c.cũ ad ſedem, de re-
ſti. ſpolia. cum ſimilibus per Alex. & Iaſonem,
qui tenent hanc eſſe magis communem contra
Bart. In l.rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſ. & ibi
legendo tenui, dicitque Iaſon ita cõſuluiſſe, pro
ut repetitur in conſi. 72. colum. 1. volu. 4. quibus
addo D. meum Rimi. conſi. 67. nume. 7. conſilio
98. nume. 77. volum. 1. conſi. 428. nu. 10. & ibi in
apoſtillis alios adduxi. Infinitosque alios alle-
gat Menochius in tract. de recup. poſſ. remedio
15. nume. 80. quibus addo Bertrandum conſilio
68. conſi. 206. col. 2. conſi. 130. volum. 1. nouiſſi-
morum, qui dicit eſſe communem, & in practica
ſeruari, conſi. 243. vol. 2. conſi. 177. vol. 3. nouiſſi
morum, & Ioannem de Amicis conſi. 97. col. 1.
& ſecunda, qui pari modo teſtatur hanc eſſe cõ
munem. Deciſ. Neapo. 361. nu. 33. Dec. conſilio
2 57. nume. 5. conſil. 262. col. 1. † Speculum au-
reum in 7. diſtinct. principali iudiciorum, num.
50. vbi dicit tale remedium generaliter compe
tere illi, qui ſine cauſa iuſta cecidit à poſſeſſio-
ne, quæ peruenit ad alium, ſiue bona, ſiue mala
fide, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue cum vi-
tio, ſiue ſine vitio, ſiue cum titulo, ſiue non: de-
mumque Berous idem tenet in c. primo, de reſti
tutio. ſpoliato. nume. 29. & amplè Rolandus à
Valle conſilio 72. ſub nume. 7. vol. 2. qui citat in
ter alios Boerium deciſio. 389. colum. 17. in fi. &
3 Soc. iuniorem conſi. 34. nume. 12. uolum. 2. † vbi
dicit in conſulendo & iudicando non eſſe rece-
dẽdum ab ea: demumque Neuizanum inter cõ
ſilia diuerſorũ feudalia nuper Venetiis impreſ
ſa, conſi. 34. nu. 5. Immo verò conceditur huiu-
ſcemodi capitula concernentia petitorium non
admitti in dicto remedio, etiam ad iuſtificanda
ſiue colorandam poſſeſſionem, vt voluit elegan
ter Bal. & Salyc. ac Caſtrenſ. in l. fi. C. qui legit.
perſo. & Dominus meus Zuccard. in l. fi. nu. 134.
C. de edic. diui Adr. toll. Menoch. in tract. de re
cupe. poſſ. remedio primo, n. 182. vbi pariter ad
hoc citat Brunum conſi. 21. nu. 9. Vnum tamen
obiicitur, in quo fit difficultas, videlicet quòd
4 † ad hoc vt competat tale remedium, neceſſe
eſt probare ſpoliationem, vel violentã deiectio
nem, vt per Soc. conſi. 266. nume. 12. verſi. primò
quòd ad hoc, volum. ſecundo. cum enim textus
ille de ſpoliatis loquatur, qualitas illa probari
debet ſecundum Barto. in l. 1. ff. ne quid in flu.
publ. Ioan. Andr. in c. primo, de homi. lib. 6. A-
lex. conſi. 161. uolum. 5. in prin. Dec. conſi. 18. nu
4. conſi. 316. nu. 4. conſil. 434. in prin. conſil. 440.
in princ. conſi. 550. nume. 4. & conſil. 589. nu. 7.
Marſi. ſingul. 187. Rube. conſi. 16. nume. 14. Do.
meus Rimin. conſi. 58. in fi. & conſil. 114. num. 8.
quę quidem ſpoliatio cum minimè deducta pro
bataque ſit, patet dictum remedium non com-
5 petere dicto Comiti, † & remedium ab eo in-
tẽtatum intelligi aut ex l. fi. C. de acqu. poſſ. aut
ex cõdictione triticaria, de quo in l. 2. ff. de con
dictio. triti. aut ex l. ſi coloni, C. de agri. & cenſi.
lib. 11. uel ex l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. peta. de
quibus attingit Bar. in d. l. rem quæ nobis. Quæ
remedia contra bona fide, & titulo poſſidentem
6 non dantur, † & in eis articulari poteſt de pro
prietate ad colorandam poſſeſſionem, vt in re-
medio retinendæ tradit Bar. in l. ordinarii, col.
pen. C. de rei vend. in l. poſt ſententiam. C. de
ſent. Bar. in l. ſi duo, ff. vti poſſid. Menoch. in alle
7 gato primo remedio, nu. 180. † tantoque ma-
gis, eum & in ipſo remedio recuperandæ poſſeſ
ſionis licet articulare reo conuento de domino
pro coloranda ſua poſſeſſione, quando ceſſat fa
uor ſpoliationis, quia negat actorem poſſediſſe,
& ſic eum ſpoliaſſe, vt notabiliter concludit
8 Dec. conſi. 162. ad finem. † nam ſi reus conuẽ
tus hoc remedio recuperãdæ ad excludendum
actorem poteſt obiicere, quòd nec ille poſſede-
rit, nec poſſidere potuerit, puta beneficium, cũ
ſit laicus. cap. cauſam, de præſcript. vel vxorem,
cum ſit monachus, c. ex parte de reſti. ſpoliat. vt
per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu.
24. ff. de acqui. poſſ. vbi Ripa quoque, nu. 81. &
Corraſ. in ſecunda parte, nu. 61. Corſet. in tract.
fallentiarum, ad regulam, quòd ſpoliatus ante
omnia reſtitui debet, fallẽtia 48. Domini de Ro
ta deciſ. prima, & ſecunda, de reſtitu. ſpoliato. in
nouis. Bero. in c. in literis, nu. 87. verſi. 7. fallit, &
nu. 93. eod. tit. Craue. conſi. 322. col. 4. verſi. ſex-
tò principaliter, & Menoch. in 15. remedio recu
pe. poſſ. n. 433. cum ſequẽtibus. multo fortius ta
li negationi poſſeſſionis actoris poteſt adiicere
reus exceptionem domini, qua ſuam poſſeſſio-
nem coloret, auth. multo magis. C. de ſacroſan.
eccle. at ex prædictis aduerſus Illuſt. Comitem
9 memoratum dubitatur. † Quibus tamen non
obſtantibus opinio contraria uerior eſt, & tenẽ
da, uidelicet quòd huiuſmodi capitula concer-
nentia dominium nullatenus ſint admittenda,
etiam ad colorandam poſſeſſionem, prout poſt
rem bene diſcuſſam fuit tandem determinatum
per magnificum D. Poteſtatem Ferrariæ, & idẽ
nunc fieri ſperatur. nam violẽta, ſeu uitioſa po
ſeſſio nullo modo colorari, ſiue iuſtificari poteſt,
ut inquit Bald. in d. l. fi. C. qui legiti. perſo. Do.
meus Zuccar. in d. l. fi. C. de edic. diui Adri. nu.
134. quo loco affirmat Afflictum deciſio. 7. malè
ſentire, & confirmat Menoch. in allegato reme-
dio primo, dicens impertinentia tali caſu cenſe-
ri capitula, vt ſcribit Bar. ad quem nullus aduer
tit in dicta l. fi. C. qui legit. perſ. nume. 5. in fine.
10 † Nec in caſu noſtro negari poteſt, intentatũ
fuiſſe

fuiſſe remedium recuperandæ poſſeſſionis,ſi di-
ligentius acta conſiderentur:nam Do.procura-
tor in libello dixit,ꝙ Comes Alfonſus poſſedit
rem,de qua agitur,& ꝙ abſque facto & culpa
ſui cecidit à poſſeſſione dictæ rei,item ꝙ D.Frã
ciſcus Viuianus eã rẽ de præſenti tenet,& poſſi
detur, ſubiunxitq; ꝙ in ea dictus Comes ante
omnia reſtitui & reintegrari debet,prout ſic im
plorando iudicis officium ſententiari petit, &c.
Ex his enim verbis videtur intẽtatum remediũ
dicti c.reintegranda,3.q.1. Ita in terminis tradit
Alex.conſ.117.viſo proceſſu in cauſa, col.1.& 2.
vol.2.Dec.conſ.302.col.pen.verſi.venio ad ſecũ
dam. Idemque clarè tenet Bertran.conſi.68.vo
lu.1.nouiſſimorum,ubi ex narratione, vt ſupra
facta in libello,concludit non fuiſſe intentatum
Saluianum interdictum, non rei vendicatio-
nem,non publicianam,nec reſtitutionem in in
tegrum petitam,ſed actum fuiſſe cõdictione ex
canone dicti c.reintegranda,& idem pulchrè te
net Practi.Papiẽſis in forma libelli ſpoliatæ poſ
ſeſſionis,& poſt eum Menoch.in tract.de recu-
11 per.poſſ.remedio 15.nu.247. † Hæc enim po-
tiſſima ſunt eius extrema,ꝙ agẽs antiquitus poſ
ſederit,& nunc conuentus poſſideat, vt probat
tex.in c.cum ad ſedem,de reſti.ſpolia.ponit So
ci.in l.rem quæ nobis,nu.16.ff.de acquir.poſſ.
Dec.in c.bonæ,nu.23.de app.Soc.conſi.266.co
lum.6.verſi.1.quia,vol.2.Imol.conſi.111.nu.1.
Cor.conſi.147.nu.10.vol.2.Alex.conſi 6.nu.5.
vol.3.& conſi.89.nu.8.vol.5.D.meus Rimi.cõ
ſi.98.nu.48.& conſi.148.nu.8.vol.3.Grat.con
ſi.40.nu 11.vol.1.Goza.conſi.99.nu.5.Pariſ.cõ
ſi.98.nu.24.vol.1.Rube.conſi.4.nu.10.Alcia. in
tract.de præſump.reg.2.præſumpt.11.nu.10 Ne
uiza conſil.68.nu.11.& conſil.79.nu.14.Didaci
Couuaru.in 2.parte relect.in c.poſſeſſor,§.pri-
mo,nu.4.de reg.iur.in 6.& nouiſſimè Boſſius in
tracta.crimi.titulo de pluribus uiolentiis,num.
5.Rolan.à Valle conſi.50.nu.7.& conſil.72.nu.
1.uol.2.ratioque per eos affertur,quia proban-
do antiquiorem poſſeſſionem noua præſumitur
clandeſtina & vitioſa,c.licet cauſam, de proba.
vnde ſurgit poſſeſſionis ſpoliatio, Bal.in l.pe.co
lum.pe.C.ſi à non compe.iudi. & cum prædi-
ctis concludit Menoch.in præludiis dicti tracta
tus,nu.29.& in 15.remed. nu.383. Confirmatur
& ſecundò quòd intentatum fuerit remedium
recuperandæ poſſeſſionis ex alia qualitate dedu
cta per Dominum procuratorem in libello, ca-
pitulis,& proceſſu,ꝙ Dominus Franciſcus Vi-
uianus rem,de qua agitur, de præſenti tenet &
poſſidet,licet ui uel clam, reſpectu antiquioris
12 poſſeſſionis dicti Comitis Alfonſi. † Hinc e-
nim deprehenditur intentatum fuiſſe remediũ
dicti capituli reintegranda, ſecundum opinio-
nem & practicam eorum,qui in dicto remedio
ita docent allegari & deduci, ut tradit Alexan.
conſilio 117.in cauſa & lite,colum.ſecunda, uo-
lum.ſecundo,conſil.45.columna ſecunda, uolu.
3.conſilio 89.colum.3.uolum.5.Brun.conſilio
19.colum.fina.Dec.conſi.57.num.6. Rube. con
ſi.4.colum.pen.Soc.conſi.266.colum.ſexta, uo-
lu.ſecũdo,& in dicta l.rem,quæ nobis,q.7.prin
13 cip.Pariſ.conſi.primo,num,147.uol.1. † Et licet
hanc practicam deducant Doctores à doctrina
Bartoli,Caſtr.Aretini & Imolæ in l.ſi de eo.§.
fina.ff.de acqui.poſſ.qui eam conſtituunt in re-
medio uti poſſidetis,quaſi quòd ea deduci poſ-
ſit in remedio intentato,nec tamen illud ſit ca-
nonis reintegranda,ſed uti poſſidetis: tamen e-
go dico quòd in caſu noſtro dicendum eſt om-
nino dictam practicam eſſe intentatam in hoc
remedio reintegrãda,cum in libello conclusa-
tur dictum Comitem ante omnia reſtitui & re
14 integrari in poſſeſſione. † Hoc enim non con-
uenit remedio uti poſſidetis, in quo con-
cluditur ſe poſſidere,& in poſſeſſione manute-
neri.§.retinendæ.Inſtit.de interd. reumque cõ
demnari,ne turbet agẽtem, & quòd à moleſtia
deſiſtat,ut per Barto.in l.prima,§.interdictum,
nu.5.ff.uti poſſid.Aret.in §.quadrupli, colum.
21.verſi.uiſo de poſſ.recuper.Inſti.de actio.Hic
uerò petendo reintegrari, & in ea reſtitui præ-
ſupponitur illam non eſſe de præſenti penes a-
gentem,ſed apud reum,quod conuenit reme-
15 dio recuperandæ poſſeſſionis: † & hæc ſola cõ
cluſio libelli potiſſimè ſpectari debet, quicquid
aliàs narratum fuiſſet,ut eſt textus in c.ex par-
te,de foro compe.& poſt Specul.& alios ponit
Ripa in l.naturaliter,§.nihil commune,nu.197.
ff.de acqui.poſſ.quod & in cæteris caſibus ob-
ſeruatur,ut concluſio libelli ſpectanda ſit,Bart.in
l.certi condictio,in prin.ff.ſi cer.pet. & poſt eũ
Caſtr.Alex.Dec.Do.meus Riminal. & omnes,
Dec.conſi.57.nu.primo, & ſecundo.conſil.62.
nu.primo,Cur.conſi.pen.col.pe. uerſic.accedo
ad tertium,Soci.conſi.112.nu.5.uol.4.latè Neui
zan.conſi.4.nu.7.& pulchrè Gomeſius in §.ſe-
quens,nu.12.Inſti.de actio. Menoch. in allega-
16 to remedio 15.nu.348. † Nec uerum eſt intenta
tum fuiſſe aliquod ex remediis,de quibus in du
bis,& primò illud de l.fi.C.de acqu.poſſ.quod
datur creditori contra tertium poſſeſſorem ra-
tione conſtituti rerum obligatarum, ut tradit
Speculum aureum in 7.prin.diſtinctione,num.
51.& Menoch.in 14.remedio ad finem.nõ enim
in libello deducitur ipſum Comitem fuiſſe ali-
cuius creditorem,nec rem,de qua agitur, fuiſſe
ipſi obligatam,& poſtea per debitorem in reum
translatam.ergo dici non poteſt dictum reme-
dium eſſe intentatum,prout ſimiliter in Saluia
no Interdicto tradit Bertrand.conſil.69. col. 1.
vol.1.nouiſſimorum,quod pari modo datur pro
rebus obligatis creditori.ſi enim in libello nec
ſe creditorem dixit, nec de obligatione rerum
meminit,dici non põt(inquit Bertrandus)illud
remedium fuiſſe intẽtatum:unde ſic ad unguẽ
& in hoc remedio dictæ legis final. illi ſimili di-
17 cẽdũ eſt, † procedendo de ſimilibus ad ſimilia,
à quibus argumentum plerunque deſumi ſolet,
ut per gl.in authen.matri & auiæ, ſuper uerbo,
tutelam,C.quo modo & quan.mul.in Auth.ne
qui oblig.perhi.in prin.& in auth.minoris debi
tor.C.qui tu.dari poſ.cum ſimilibus, de quibus
latè procedens Euerard.inſiſtit in centuria ſua,
loco à

18 loco à ſimili, ad quẽ in gratiã breuitatis lectores
delego. † Sed nec dr̃ intẽtata cõditio triticaria,
quæ dat̃ ad poſſeſſionẽ, qñ quis eſt deiectus per
vim de poſſeſſione ſua, l. 2. ff. de cõdi. triti. & po-
nit Speculũ aureũ loco citato, nu. 31. & qñ inter
actorẽ, & conuẽtũ poſſeſſorẽ geſtũ fuit aliquid,
quo poſſeſſio deinde tranſlata fuit, vt declarat
Bar. in l. ſed & ſi me putem. §. cũ inter, nu. 6. verſ.
declaro, ff. de cõdi. inde. dũ generaliter loquitur
in oĩbus cõditionibus, qđ clarius explicat Cor.
cõſi. 56 n. 17. vol. 2. Frãcus in diſpu. de petitorio
& poſſeſſorio, primo dubio, n. 36. & Menochius
in trac. de recuper. poſſ. remedio 3. col. 2. at in li-
19 bello Comitis nõ deducit̃ aliqua violenta deie-
ctio, † ſed ſolũ dr̃, q reus poſſideat dictã rẽ, licet
vi ſeu clã reſpectu antiquioris poſſeſſionis. Quæ
uerba conueniũt remedio canonis reintegran-
da, vt ſupra deduxi, & intelligunt̃ q reus vi uel
clã poſſidet reſpectu antiquioris poſſeſſionis a-
gentis, videlicet p̃ſumptiuè, qa ꝓbata antiquio-
ri poſſeſſione actoris, poſſeſſio rei cõuẽti tãquã
iunior clãdeſtina præſumitur, & vitioſa, cum nõ
potuerit poſſeſſionẽ quærere, niſi clã, vel niſi de
iecerit eũ, qui primò poſſidebat, vt ĩ remedio re
tinẽdæ declarat Bal. ĩ l. ordinarii, col. 4. C. de rei
vẽd. & in l. ſi ſuper lõgi, col. fi. C. de p̃ſc. lõg. tẽp.
Bar. in l. ſi duo, col. 2. ff. vti poſſi. Cur. iu. cõſ. 168
nu. 32. & latè Fel. in c. licet cauſam, col. 7. de ꝓb.
20 † Minus ẽt dr̃ intẽtatũ remediũ legis, ſi colo-
ni. C. de agri. & cẽſ. lib. 11. nã in eo reqrit̃ ĩter cæ
tera, ex parte rei cõuenti, q res ꝑuenerit ad eũ
eũ uitio, vt ibi, fugæ vitio, & ibi notat Bar. & in
d. l. rẽ quæ nobis, & poſt eũ Alex. col. 2. cum aliis
per Speculũ aureũ cumulatis loco p̃allegato, n.
37. intelligitur. n. ea cõſtitutio voluiſſe ꝓuidere
cõtra eũ, qui mala fide lucri ſpe fugitiuũ rece-
pit, rõne cuius lucri dolus & fraus p̃ſumitur, q
aliàs nõ p̃ſumeret̃, argu. l. elegãter. §. fi. ff. de do-
lo, ſicq; declarat Frãcus in diſputa. de petitorio
21 & poſſeſſorio, primo dubio, n. 19. † Et hinc pleri
que crebriori uoce dixerũt illã legẽ nõ cõpete-
re aduerſus mediatũ ſucceſſorẽ ſingularẽ, qui & 
titulũ & bonã fidẽ hẽt, ut ibi uoluerũt Andreas
Barulus, Ang. & Io. Platea, Speculũ aureũ in 7.
diſt. iudiciorũ, n. 37. Corn. cõſ. 56. n. 18. uol. 2. cõ
ſi. 18. n. 20. & cõſi. 329. n. 28. vol. 1. cõſil. 282. nu.
7. uer. nec obſtat, vol. 3. Ripa in c. ſæpe. n. 33. ver.
quartò dubitat̃. de reſtit. ſpol. Menoch. in 10. re-
medio. nu. 17. at in libello Comitis Alfonſi de ta
li vitio, quo res de qua cõtẽdit̃ ꝑuenerit ad reũ;
nil dr̃, ſed bene q vt poſſidet reſpectu antiquio-
ris poſſeſſionis agẽtis, qđ eſſe põt, licet res apud
eũ ſit, aut ꝑuenerit ad eũ ſine uitio, nã ſtãte ſua
poſſeſſione iuniore, ea violẽta aut vitioſa p̃ſumit̃
vt ſupra deductum fuit, & ſic dictum remedium
legis, ſi coloni, nõ fuit intẽtatũ in hoc iudicio.
22 † Poſtremò dici nõ p̃t intentatã fuiſſe legẽ, ſi me
& Titiũ. ff. ſi cer. pet. nãque illius remedium cõ-
petit, qñ res mea ꝑuenit ad aliũ titulo lucratiuo
vt tradit ibi Bar. Dec. & D. meus Rim. Ale. in d.
l. rẽ q̃ nobis, col. 3. Speculũ aureũ loco citato, n.
36. iniquũ. n. eſt, ut inqt Dec. aliquẽ cũ alterius
iniuria locupletari, l. nã hoc natura. ff. de cõd. in
de. & hãc æquitatẽ, quã iuriſconſ. ibidẽ introdu
xit Bal. cõſi. 348. factæ fuerũt, uol. 1. nobilẽ & di
uinã appellat, q̃ tãquã ſpeculũ ante oculos mer
catorũ eſſe dẽt: ſeqtur Menoch. remedio 4. col.
1. at ĩ caſu nr̃o de tali lucro nec dictũ, nec ĩmagi
natũ fuit: igit̃ eſt tãdẽ cõcludẽdũ remediũ, c. re-
23 integrãda, fuiſſe intentatũ. † Cui nõ obſtat, ut
ex aduerſo ꝓponit̃ neceſſariũ eſſe agenti ꝓbare
ſpoliationẽ, uel uiolẽtã deiectionẽ: id. n. neceſſe
nõ eſſe tradit Innoc. & alii cõiter poſt eũ in c. ſæ
pe de reſt. ſpo. Abb. in c. cũ ad ſedẽ, eo. tit. in c. ſi
diligẽti, de p̃ſcr. Ale. cõſ. 6. uol. 3. cõſi. 91. & cõſi.
98. uol. 5. Iaſ. cõſi. 172. in prin. uol. 4. Lap. allega
tione 52. Bertran. cõſi. 206. col. 2. uol. 1. nouiſſi-
24 morũ, & cõſi. 243. nu. 5. uol. 2. nouiſſ. † ut. n. ſcri-
bit Iaſ. in d. l. rẽ quæ nobis, n. 19. ex quo actor aſ
ſerit ſe poſſediſſe, & nũc reperit̃ poſſeſſio penes
reum cõuẽtum: certè actor, q fuit antiqor poſ-
ſeſſor, dr̃ re ipſa ſpoliatus, & ideo bene uerificat̃
ille tex. in d. c. reĩtegrãda, q de ſpoliatis loqtur.
25 † ſimile uidemus in filia q̃ cum iuramento dolo
extorto renũciauit hæreditati, & p̃t cõtrauenire.
c. quãuis, de pact. in 6. nã ſi enormiter læſa fuerit
idẽ iuris eſt, cũ ex enormi læſione dolus re ipſa
arguat̃, qui dolo ex ꝓpoſito cõparatur, ut uoluit
Anch. in c. 1. car. 22. uer. ego etiã cõſului. de con
ſti. & conſi. 38. pro clariori deciſione cõſi. 82. ui-
ſis diligenter, col. fi. conſi. 180. uiſa diligenter, co
lum. fi. conſi. 341. pro maiori diligentia, col. pen.
& conſi. 276. in ſupradicta quietatione. & hanc
opi. confirmat & exornat Dec. plurib. auctorita-
tibus conſi. 180. n. 7. cõſ. 203. col. fi. conſ. 230. col.
fi. conſi. 349. nu. 6. conſ. 379. col. fi. ubi dicit hanc
eſſe cõem, & conſ. 551. col. 1. & 2. unde pariter in
caſu nr̃o dici debet idẽ iuris eſſe, uel q reus ſpo
liauerit uerè, uel q iunior ſit poſſeſſio ſua reſpe-
ctu poſſeſſionis actoris, nã re ipſa dr̃ ille ſpolia-
26 tus. † quinimmo, ut etiã particulariter reſpon-
debã cõſilio Socini 266. qđ allegat̃, dico q ſi re
ctè legat̃, nõ dicit opus eſſe actori ꝓbare ſe ſpo-
liatũ, uel ui deiectũ, ſed tẽpore ſpoliationis poſ
ſediſſe ꝓbãdo poſſeſſionẽ tũc uel anterioris tẽpo
ris, quæ ſunt diuerſa. noluit. n. dicere Soc. q ſi a
ctor dicit ſe ſpoliatũ tali tẽpore, dẽt ꝓbare tunc
& ante poſſediſſe, nõ ãt dicit q teneatur ꝓbare
reũ ipſum ſpoliaſſe: & ſi hoc diceret malè loque-
retur, & contra cõem opi. Innocentii ſupo rela
tã, quã & latè admittit Speculum aureum loco
citato, nu. 50. dum dicit hoc remedium dari ei,
qui ſine cauſa iuſta cecidit à poſſeſſione, quæ
peruenit ad alium, ſiue bona fide, ſiue mala, ſi-
ue cum uitio, ſiue ſine uitio, & latius ut per
27 eum. † Ad ultimum uerò de argumento de-
ſumpto ex conſ. Decii 162. ad finem, dico quòd
quando reus negat actorem poſſediſſe, per con-
ſequens negat eũ ſpoliaſſe. & hinc adfirmat poſ
ſeſſionẽ ſuam eſſe iuſtam, & legitimam, merito-
que poteſt tali caſu eam mediãte titulo dominii
iuſtificare, qa fortiora ſunt iura, quæ plurib. uin
culis colligant̃. in Auth de conſang. & uter. frat.
col. 2. & in §. cum autem. Inſt. de adop. cum uul-
garib. ſed quando reus non negat actorem poſ-
ſediſſe prius ipſo reo, tacitè ſequitur inde iuris p̃

ſumptione, quod poſſeſſio ſua ſit vitioſa, ſiue violenta, nõ aũt iuridica, meritoque titulo nõ põt iuſtificari, neque colorari: cum Canon reintegrãda, iubeat ante omnia actorẽ reintegrari in ſua poſſeſſione, vnde diuerſi lõgẽ ſunt termini quæſtio
28 nis noſtræ. † Et propterea de caſu Decii ad noſtrũ nõ rectè infertur, velut de diuerſis ad diuerſa, l. Papinianus exuli, ff. de minor. quare cõcluditur capitula prædicta concernentia dominiũ non eſſe admittenda, & ita de iure iudicandum eſſe, prout aliàs quoque fuit iudicatum. Supereſt nunc alia difficultas extricanda: nam Viuianus reus conuentus in hoc iudicio produxit in teſtem quẽdam Ioannem de Groſſis auctorem ſuum, cui oppoſitum fuit pro parte dicti Comi-
29 tis, † quod admitti non debet, quia hẽt intereſſe in cauſa, cum ſit auctor, remq́ue, de qua contenditur, vendiderit dicto Viuiano, iuxta l. omnibus, cum ibi notatis, C. de teſti. quæ lex dicitur habere locum, quod quis in cauſa propria dicatur deponere, qñ cõmodum vel incommodum ad eũ pertinere poteſt, vt ſcribit Bald. conſil. 227. quando pro debito, vol. 5. Craue. conſi. 99. nu. ſecundo. Sed huic obiecto reſpondetur pro parte Viuiani producentis dictum teſtem, quod de poſſeſſione tantum nunc agitur, reſpectu cuius de euictio-
30 one non promiſit dictus Groſſus, † vt in inſtrumento patet, vbi promiſſio euictionis rerum vẽditarum debet intelligi reſpectu proprietatis in dubio, non autem reſpectu etiam poſſeſſionis, ſecundum Bar. in l. datio, in prin. ff. de actio. emp. Et quando venditor non tenetur de euictione emptori, nõ repellitur à teſtimonio in cauſa emptoris, vt tradit Bal. in d. l. omnibus, poſt glo. in l. nullus, ff. eo. Specul. in titulo de teſte, §. 1. verſi. quid de venditore, Bal. conſi. 339. apparet, volu. 3. in antiquis à contrario eius ſenſu: parique modo Roma. conſi. 382. in prin. Alex. conſi. 200. viſo & diſcuſſo, col. 2. uolu. 2. Fel. in c. inſuper, col. pen. de teſtib. & cum prædictis accedunt alii, qui tractatus ſuos de teſtibus ediderunt, ut Iacobus Egidius, nu. 13. Alberic. de Maletis, Papienſis, nu. 42. cum ſequentibus. Lanfran. de Oriano,
31 nu. 66. & Crotus nu. 164. † Quibus tamen non obſtãtibus, arbitror oppoſitionem factam huic teſti validiſſimam eſſe, eũque nullatenus admittendum: moueor, qm̃ nedũ vẽdidit dictus Groſſus res, de quibus agitur, ſed ẽt cõceſſit oẽs actiones cũ clauſula, ad habendũ, tenendũ, poſſidendũ &c. in ampla forma. poſtea dictum fuit in inſtrumẽto, Quas res ut ſupra vẽditas dictus vẽdi
32 tor promiſit defendere, auctorizare &c. † Põdero illud verbũ vt ſupra, quod facit relationẽ omniũ eorũ, quæ ſuperius dicta ſunt. l. 1. §. hoc edito, & ibi Bar. ff. de poſtul. Dec. conſi. 182. num. 4. Pariſ. conſi. 48. nu. 14. vol. 2. Alex. cõſi. 59. prope finem, vol. 3. Dec conſi. 187. nu. 10. & cõſi. 227. n. 3. Rui. cõſi. 183. nu. 1. vol. 2. Craue. conſi. 88. n. 3.
33 Cephal. conſi. 156. nu. 24. & conſi. 292. n. 19. † Et relatio dicĩt facta cũ oĩbus qualitatib. ſuis, Bar. in l. 1. ff. de recept. Caſtr. conſi. 283. col. 8. volu. 1. Dec. conſi. 47. col. 2. cõſi. 182. col. 6. Soc. conſi. 27. col. 4. uol. 4. Ceph. cõſi. 256. nu. 42. Alex. conſi. 9. nu. 5. vol. 1. Roma. cõſi. 80. Io. Bap. Ferret. conſi. 247. n. 3. uol. 2. nuper Venetiis impreſſo. Si. n. dictus uẽditor promiſit defendere res vt ſupra vẽditas, ergo tam reſpectu poſſeſſionis q̃ proprietatis, cũ ſupra res uẽdiderit cũ clauſula ad poſſi
34 dendum. † Secundò cõfirmatur, qm̃ dictus uenditor plus ꝓmiſit, omnẽ cãm, litẽ & quęſtionẽ in ſe ſuſcipere, quæ emptoribus, aut eius hæredibus moueretur. Quæ verba cũ ſint vniuerſalia, nihil excludunt. l. Iulianus, ff. de leg. 3. & ſic includũt litẽ, quæſtionẽ, & cãm, quæ ẽt ſuper poſſeſſione moueret emptoribus, iux. not. per Bart. in l. ſerui electione, §. fi. ff. de leg. 1. & in l. generali, §. vxori, ff. de uſufr. leg. Dec. in l. 1. nu. 28. ff. de
35 reg. iur. & in l. oĩa, ff. ſi cer. pet. † tanta. n. uis eſt verborũ vniuerſalium, ut includãt omnia, quæ dici vel excogitari poſſunt, ut ex multis cõprobat, & exornat Craue. conſi. 294. col. 3. & conſi. 308. ad quẽ in gratiã breuitatis lectores ſtudioſos delego. accedit quod ſalua rõne recti ſermonis ad ſolã proprietatẽ reſtringi non poſſunt uerba prædicta, meritò debent ẽt reſpectu poſſeſſionis intelligi, iuxta not. per doctores in l. ſi de certa. C. de tranſ. per Caſtr. & alios in l. cum Aquiliana, ff. eo. cum ſimi. Quibus ſic ſtantibus apparet promiſſum fuiſſe de euictione ẽt reſpectu poſſeſſionis, atque ob id dictũ Groſſum repellẽdũ eſſe à teſtimonio, ſecundum Doctores ſupra citatos, qui caſum noſtrum concludunt ita conſi-
36 derãdo. † Vlterius poſito quod uẽditor cõueniri nõ poſſit ad duplã actione de euictione, qñ nõ promiſit de euictione, agi tñ poteſt aduerſus ipſum ad intereſſe actione prima ex empto, qua tenebatur ad tradẽdum uẽditor: q̃a res non uĩ tradita. ita Bar. & Saly. in l. datio. ff. de actio. empti. Alex. & Iaſ. in l. uenditores, ad fi. ff. de uerb. obli. ergo manifeſte patet ipſum Groſſum in cauſa ꝓpria deponere, & teneri ad intereſſe emptoris, licet non teneatur de euictione, meritò cum repellẽdum fore, quia ſuccedit qđ primò deduxi eum in cã ꝓpria deponere ꝓp incommodũ, qđ
37 ad eũ ꝑtinere pt. † Et hinc mihi non placet etiã concordia, quã poſt Butr. & Abba. ponit Dec. in d. c. inſuper, col. fi. de teſti. quod integrũ non ſit teſtimoniũ uẽditoris, ſed quanta fides adhiberi debeat, ſtet in arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonæ. poſſet enim procedere, quod iſti dicunt, ſtante duntaxat illa ratione affectionis, quam ipſi adducunt referendo opinionem Bartoli, & ſequacium. Sed concurrente etiam quòd oĩno uenditor tenetur ad intereſſe, qđ ipſi non
38 ꝓpẽdunt, corruit oĩno ſua diſtinctio, † quia qñ concurrũt plures defectus ĩ teſte, vt hic, affectio & obligatio ad intereſſe, annihilaĩ & deſtruitur fides teſtis, ut pulchrè ſcribit Soc. conſi. 118. col. antepen. uer. poſtremò, uol. 1. Marſ. ſing. 378. & 385. Grat. reſp. 59. nu. 41. uolu. 2. Craue. conſi. 6. nu. 55. & 57. Grãmati. conſi. 45. nu. 22. Pariſ. conſi. 2. nu. 85. uolum. 4. & Menoch. de arbitra. iud.
39 lib. ſecundo, centuria 1. caſu. 92. nu. 7. † Et hæc opi. contra teſtem uenditorem, tãquã meliori ratione fundata, prævalere dẽt alteri opinioni, licet cõi, ut per Abb. Io. And. Fel. Deciũ, & alios

in

in c.1. ad fi. de conſtitu. Abb. conſi. 1. in fi. volu. 1. Ang. conſi. 110. ſanctiſſima, col. 6. & omnium copioſiſſimè Antonius Maria Corratius in tracta. de cõmuni opi. lib. 2. tit. 9. caſu 16. & ita in hoc quoque articulo reſideo.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtrisſimo & Excellentisſimo D. Franciſco Eſtenſe, Marchione Maſſæ Lombardorum.

### ARGVMENTVM.

Quando uſuræ, uel intereſſe licitè peti poſſint, & interpellatio non ſit neceſſaria. Et quando ſoluta ſorte peti poſſint, & alia præclara.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor poteſt petere intereſſe pecuniæ ſibi non ſolutæ, quando ob id recepit pecunias fænori.*
*Idemq́; ſi aliter damnum incurrit. 9.*
2 *Creditor monere debet debitorem, quòd ſoluat &c.*
*Et quando monitio non ſit neceſſaria. 19. 20. 21. 23.*
3 *Interpellatio requiritur quando tractatur de magno præiudicio.*
*Quod declaratur, quando procedat. 23.*
4 *Vſura quatenus intereſt, omni iure permittitur.*
*Et in quocunque contractu fieri poteſt. 5.*
6 *Intereſſe probari debet, ut peti poſſit.*
7 *Vſura quatenus intereſt, petitur ut intereſſe, & cauſa damni uitandi. 12.*
8 *Intereſſe commune & æquum, uenit in omni contractu.*
*Exemplum. 11.*
10 *Exempla non arctant regulam.*
13 *Ratio naturalis ſola ſufficit ad deciſionem.*
*Et potiſſima in ſtatutorum interpretatione.*
*Et eadem eſt quòd recta ratio,*
*Magisq́; attenditur ipſa deciſione. 15.*
14 *Ratio naturalis remordet conſcientiam.*
15 *Rationabile dictum non minus mouere debet iudicẽ, quàm lex.*
16 *Ratio eadem ubi uiget, ibi par deciſio fieri debet.*
17 *Ratio tanquàm lex communis ad omnes caſus debet attendi.*
*Et omnes caſus comprehendit, non per extenſionem. 18.*
19 *Interpellatio non requiritur, expreſſa die.*
*Item iuramento appoſito. 20.*
*Nec in obligato ad factum. 21.*
*In quo Baldus defenditur à Decio 22*
22 *Intereſſe & uſurarum differentia reſpectu interpellationis.*
23 *Intellectus ſiue ratio ſpecialitatis ad l. 1. §. licet, ff de peric. & commo rei uend. 24.*
25 *Hæres non implens diſpoſita, ut priuetur, perſonaliter à iudice monendus.*
26 *Sortem ſimpliciter recipiens ſine proteſtatione, an uſuras uideatur remiſiſſe.*
*Regula ſit affirmatiua.*
*Fallit, quando promiſſæ ſunt per ſtipulationem. 28.*
*Et appoſito iuramento. 29.*
*Et quando alius, quàm creditor recepit. 30.*
27 *Sententia quando faciat ius inter partes.*
31 *Procurator cum mandato generali, & cum libera donare non poteſt.*
32 *Mandatum ſpeciale requiritur ad donandum.*
33 *Diſponens non cenſetur feciſſe, quod expreſſe facere non poteſt.*
34 *Remiſsio debiti non inducitur lapſu temporis non idoneo ad præſcribendum.*
*De quo datur exemplum legis pulcherrimum. 36.*
37 *Intellectus l. cum quidam. §. diuus. ff. de uſu. 40. 41.*
*In quo damnatur Alciatus. 38.*
39 *Intellectus legis applicari debet in dubio, qui ſeruit titulo, ſub quo ſituata eſt.*
42 *Dictio uidelicet, declaratiua dicitur.*
43 *Exempla declarant regulam.*
44 *Vſuras legales & conuentionales differre.*
45 *Iuſta cauſa litigandi, non excuſat à pœna conuentionali.*
*Nec ab expenſis conuentis. 46.*
47 *Iudex abſoluẽs ab expẽſis, de quibus intelligẽdus ſit*
48 *Communis opinio ſequenda in iudicando.*
49 *Melioramenta debentur hæredibus uaſalli, & emphyteotæ.*
50 *Actore non probante reus abſoluendus.*
51 *Exceptione prohibita contra ſententiam opponi poteſt non eſſe ſententiam.*
52 *Damnum eſſe datum conſtare debet, ut locus ſit ſtatuto uolenti, quod ſtari debeat iuramẽto damnum paſſi.*
53 *Suppoſitum probari debet, & liquere.*
54 *Reſeruatio præſupponit reſeruatum.*
56 *Notorium uerum ſupponit.*
*Et ſufficit allegari. 57.*
*Aut ex actis conſtare iudici.*

## CONSILIVM LXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVm fuerint alias cõdemnati fratres de Orabonis ad ſolutionem ſcutorum 350. Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Do. Franciſco Eſtenſi, Marchioni Maſſæ Lombardorũ, cauſa affictus Caſtaldariæ Bagnoli reſeruato iure cognoſcendi & decidendi ſuper damnis, & intereſſe præfati D. Marchionis ratione retardatæ ſolutionis. Quæritur nunc an Excellẽtia ſua de iure cõſequi poſſit à dictis fratribus ſummã quã petit, & liquidauit ratione dictorum damnorũ & intereſſe: ſuper quo pũcto clariſſimus Do. iudex dubitare uĩ ꝙ nequaquam,
1 † qm̃ tunc demũ creditor alicuius petere põt hmõi intereſſe, qñ debitor ad diẽ nõ ſoluit, & ob hoc creditor

coactus fuit mutuò pecunias accipere ſub vſu-
ris,ꝑꝑ aliquã vtilitatẽ, vel neceſſitatẽ ſibi immi
nentem:tunc.n.debitor ſuus tenetur dicto cre-
ditori dictas vſuras reſtituere,q̃a ꝑꝑ illius mo-
ram fuit in hoc damnificatus,nec petit eas vt lu
crũ,ſed vt damnũ emergẽs.ita tradũt poſt Inno
cen.Baldus,Sal.& Caſtr.in l.2.C.de vſur.Abb.
in c.1.in fi.eo.tit.Alex.conſi.141.numero 3.vo-
lu.5.Roman.conſi.101.cum ſimilibus per Rol.
2 à Valle cõſi.35.col.1.vol.1. † Quin ẽt requiri-
tur,ꝙ creditor prius moneat debitorẽ,ꝙ niſi red
dat ſibi debitũ,cogetur accipere pecunias ad v-
ſuram.Et vlterius ꝙ nõ poſſit aliter habere pecu
niam,q̃ ſub vſuris, vt poſt beatũ Bernardũ de-
clarat Ambroſius de Vignate in c.ſalubriter,nu
3 me.164.de vſur. † Et tanto magis interpellatio
requiritur,qñ de magno præiudicio tractatur,
vt quis ad vſuras teneatur, vt per Aret.& Iaſ.in
l.ſi ex legati cauſa,ff.de verbo.oblig.at hæc in
caſu noſtro non concurrunt, neque probantur
per Excellentiſſimum D.Marchionem, meritò
non videtur eſſe locus petitioni ſuæ. Sed tamen
his nõ attentis licet ſubtiliter excogitatis inten-
tio ſuæ Excellẽtiæ de iure fundata reperitur ſic,
4 vt victoriam reportare debeat in hac cauſa.† mo
ueor qm̃ vſura pro cõcurrenti quantitate inte-
reſſe,ſiue quatenus intereſt omni iure permitti
tur,vt per glo.in c.peruenit,verſi.ſeruet indem
nem,de fideiuſſ.& probatur in c.cõqueſtus, &
in c.ſalubriter,de vſur.ponit Cyn.in authen.ad
hæc.q.pen.& ibidem Bal.c.eo.titulo.Roman.cõ
ſi.94.& poſt eum Horatius Mandoſius Roman.
qui pariter citat eundem Romanum conſi.101.
& Curtium iun.in l.vnica,ante nu.41.verſi.ter
tiò facit. C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.
ſicque Rotam decreuiſſe,vt per eum. idemque
tradit Alex.conſi.211.ſuper titulo quæſtionis.
vol.2.Ruin.conſi.104.in prin.vol.4.& alii, quos
5 cumulat Rolan.à Valle cõſi.35.col.1.vol.1.† po
tiſſimè gloſſam & Baldum in c.cum allegas, in
fi.de vſur.dicentes ꝙ in quocũque cõtractu de
mũdo,fieri põt vſura quatenus intereſt: nam &
uidemus ꝙ periculum rei venditæ poſt moram
pertinet ad venditorẽ debitorẽ,ſicut & deterio
ratio rei uel æſtimationis.l.quod te, l.vinũ. ff. ſi
cer.pet.l.1.ff.de peric.& cõmo.rei vend. At hoc
6 intereſſe ſuũ probauit Excell.D.Marchio,† prò
ut de iure tenebatur, ut docet Baldus in l.roga-
ſti.§.ſi tibi,col.1.ff.ſi cer.pe.uer.quid ergo ſi mu
tuo,& in l.qui teſtamentum.ff.de probatio. Al
beric.in l.ſi ita ſtipulatio,col.pen.ff.de oper.li-
be.Anch.conſi.150.in quæſtione,& Natta con
ſi.490.ſi quidem probauit,ꝙ tẽpore quo domi-
nus Orabonus pater dictorum fratrum erat de-
bitor ipſius Illuſtriſſi. Do.Marchionis de dictis
ſcutis 350.ipſe D. Marchio debebat Lamberto
mercatori ſociiſque ſuis pecunias etiã maioris
ſummæ ſub vſuris octo pro centenario,quas pe
cunias ſoluiſſet pro rata dictorum ſcutorũ 350.
ſeque à dictis vſuris liberaſſet,ſi dominus Ora-
bonus ei ſoluiſſet dictos 350. meritò petere põt
dictas uſuras pro concurrenti quantitate ſui in
7 tereſſe,& quatenus ſua interfuit. † Et hoc idem
ponit Laurent.de Rodulph.in c.cõſuluit,num.
18.de vſur.verſicu.quartus. dicẽs ꝙ cũ petitur
vſura,nõ tãquã vſura,ſed tanquam intereſſe,ut
in cõtractibus bonæfidei,quia ĩterſit creditoris
morã adhibitã non eſſe:utique peti põt,quia pę
tiť cauſa damni uitandi,nõ lucri captandi.l.ſi ſte
rilis.§.cũ per uenditorem.ff.de actio.emp. Tan
toque magis id procedit in intereſſe cõuẽto,pro
ut in caſu noſtro,nam in inſtrumẽto affictus ꝓ-
miſſa fuerũt reſarciri damna & intereſſe,quæ ſu-
ſtineret Illuſtr.D.Marchio,ſi pecuniæ uetæ ſor-
8 tis ſibi nõ ſoluerenť,† nam tali caſu cõe,& ęquũ
intereſſe venit in oĩ cõtractu,vt per Bal.in l.ac-
ceptã.q.18.C.de vſur.& Lauren.loco citato. q
bus accedit idẽ Bal.in l.2.C.eo.tit.dicẽs ꝙ uſu-
ræ recõpenſatoriæ ſunt de iure diuino ꝑmiſſæ
vſque ad cõgruũ,& honeſtũ modũ,ꝓut mos re-
gionis expoſtulat, & fundať rõne naturali, ne
quis locupleteť cũ aliena iactura.l. nam hoc na
tura.ff.de condi.indе.& idẽ tenet ibidẽ Caſtrẽ.
dicens ꝙ emptor tenetur ad uſuras, quæ frequẽ
tantur in regione,puta decem,uel octo pro cen
tenario.ſequitur Gozad.alios cĩtans, conſil.55.
nu.11.quia non eſt æquum, ꝙ emptor habeat
rem & pretium,ſicut nec in caſu noſtro fructus
& penſionem pro quantitate prædicta ſcutorũ
350.Et cum prædictis ẽt cõcordat Soc.iun.cõſ.
66.nu.10.uol.2.& Bero.conſi.193.nu.10.uol.3.
vnde patet ex ꝑdictis intẽtionẽ Illuſtriſſ.D.Mar
chionis ſatis eſſe de iure probabilem, quæ cla-
rior ẽt reddeť rñdendo motiuo ſuperius à me
9 relato.† Dico igitur,ꝙ Bal.Salyc.& ſequaces in
d.l.2.& alibi ꝑ modum exepli locuti ſunt, qñ di-
xerunt,ꝙ creditor põt uſuras petere, qñ mutuũ
recepit ſub uſuris:quia debitor nõ ſoluit ad tem
pus cõſtitutum,non per hoc abnegantes idem
iuris aſſe debere,qñ creditor aliis deberet pecu
nias ſub uſuris:& quia ſuus debitor nõ ſoluit,&
ob id ille ſuo creditori non ſatisfecit, damnum
10 incurrit, † quia exẽpla non arctãt regulã, vt eſt
notiſſimũ.l.dãni infecti.§.Sabinus.ff.de dam.in
fe.c.1.ne cler.uel mon.Corn.conſil.254.nume.
11.vol.3.Immo verò Alexan.in d.cõſi.141.col.1.
uol.5. hoc habet pro comperto,dicens ꝙ ſi peti
tur intereſſe damni emergentis, peti poteſt, ut
quia probaretur,ꝙ mulier ex cauſa ſibi expediẽ
te accepiſſet totidem pecunias ſub uſuris,uel a-
liud certũ damnũ paſſa fuiſſet ꝑꝑ carentiã pecu
niarũ prædictarum,ut quia aliquã pœnã incur-
riſſet,uel ſimile dãnũ:nã ſcd̃m illud exemplum
tam generaliter ab Alexandro propoſitum po-
teſt magis in ſpecie proponi, prout in caſu no-
ſtro contigit,ꝙ Illuſtriſſ.D.Marchio ꝑꝑ caren-
tiã dictorũ ſcutorũ 350.ſibi nõ ſolutorum ab O
rabono paſſus eſt dãnum uſurarum, quas ſolue
bat Lamberto & ſociis, à quibus uſuris ſe libe-
raſſet pro rata dictorum ſcutorũ 350. ſi fuiſſent
ei ſoluti per dominum Orabonum,& hoc ẽt ma
gis declarat Alex.in conſi.221.ſuper titulo quæ
11 ſtionis,in prin.uol.2. † ubi proponit caſum de
quodã Gabriele debitore certæ ſummæ Perga
menſium,quibus promiſerat ſoluere, pro eo-
rum intereſſe omne id, quod ſingulis annis
illi

illi ſoluebant alteri pro affictu petiæ terræ, do-
nec ſolueret eis pecuniã debitã, dictuſq; Ga-
briel ſoluerat illis Pergamenſibus tantundẽ, ꝙ
illi ſoluebãt creditori ſuo, poſtea ſolutũ volebat
repetere, velut vſuras illicitè receptas ab eis.
Sed aduerſus eos determinat Alex. quia vſura
pro cõcurrẽti quãtitate intereſſe omni iure per
miſſa eſt, vt ibi latius per eũ, qui diligẽter põde
randus eſt in eo caſu: nã Pergamẽſes tẽpore ſui
crediti cum Gabriele iã debebãt pecuniã alteri,
& pro affictu annuo tñ ſoluebãt, nõ aũt recepe
rant mutuò pecuniã ſub vſuris, vt illi ſatisface-
rẽt: & tñ vult Alex. ꝙ quatenus ipſi ſoluerũt cre
ditori ſuo, nec ab eo ſe potuerunt extricare ꝑꝑ
carẽtiã pecuniarũ, quas ei Gabriel debebat, lici
tè tãtũdẽ receperint ab eo, qđ manifeſtè deno-
tat eos id potuiſſe petere, ſi Gabriel non ſoluiſ-
ſet, & ſic ille caſus ibi deciſus ab Alexãdro ma-
12 nifeſtè noſtrũ determinat. † Sed & præterea cõ
firmatur ex notatis per Archid. in c. vſura, 14.
q. 3. Ioan. Calder. Anch. & Flor. in c. nauiganti,
de vſur. Anch. in regula peccati, q. 9 de reg. iur.
in 6. Saly. in auth. ad hæc, q. 16. C. de vſur. Lau-
rent. de Rodul. in c. cõſuluit, eo. tit. Alex. in di-
cto conſi. 221. col. 1. vol. 2. demumq; Natta cõ-
ſi. 490. col. fi. vbi ponũt quæſtionẽ de ſcholari,
qui debebat pecuniã ſub uſuris, & ad eũ perue-
nerat pecunia de domo ſua, quã ſocio ſcholari
mutuauit, promittẽti ſibi eã cum uſuris ſoluere:
non. n. dr̃ vſurarius eas vſuras recipiẽdo, qm̃ ꝓ
miſſo ſocij facta fuit, nõ vt vſuræ extorquerẽtur,
ſed vt dãnũ euitaretur, cũ nõ tenereť ille ſchola
ris cũ ſuo dãno ſocio ſubuenire. patet. n. in dicto
caſu ꝙ ille ſcholaris nõ accepit pecunias mutuo
ob retardatã ſolutionẽ ſocii, ſed lõgè prius erat
debitor pecuniarũ cũ vſuris, ꝙ̃ ſocio ſubueniret:
nec eo tẽpore debiti ſui cõtracti cogitauit ſe poſ
ſe fieri alterius creditorem, & tñ tenetur ille ſo-
cius ad vſuras ſcholari, quas ſcholaris alteri de-
bebat cauſa dãmni vitãdi. Et ſicut ibi ſocius ꝓ-
miſerat uſuras, ita pariter hic Orabonus damna
& intereſſe promiſerat Illuſtriſſi. D. Marchioni,
ſi deficeret in ſolutione veræ ſortis, quæ D. Mar
chio pateretur, ut euenit in vſuris per Excellen
tiam ſuã debitis Lãberto & ſociis, quas ob retar
datã ſolutionẽ dictorũ ſcutorũ 350. paſſus eſt &
13 incurrit. † Sed quid vltra? q̃n iura, deciſiones &
cũcta deficerẽt, ſola ratio naturalis ſatis eſſe de-
beret ad deciſionẽ præſentis caſus. l. ſcire opor-
tet. §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. ratio namque natu-
ralis cuncta rectè reſpondet. Bal. cõſ. 38. D. Tho
mas, col. 2. vol. 1. & habetur pro titulo. Bal. conſ.
401. caſus talis eſt. vol. 5. & ſeruanda eſt ẽt ſi lex
deficeret. c. ſecundò requiris, in fine, de appell.
Abbas in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 5. de con
ſti. & eſt potiſſima in ſtatutorum interpretatio-
ne. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 302. ff. de u-
ſucap. Senatus Pedemontanus deciſ. 59. nu. 10.
nec immeritò, quoniam vt inquit Connan. in
commentar. iuris ciuilis, libro primo, cap. 5. col.
1. ratio naturalis & recta ratio eadem eſt omni-
no, quia nihil deprauatum poteſt eſſe ſecundũ
14 naturam. † Hinc dixit Bald. in allegato conſi-
lio 38. quòd uix reperitur aliquid contra ratio-
nem naturalem, quod non remordeat cõſciẽ-
tiam, l. in hac. vbi glo. ff. de tritica. Craue. conſi.
31. nume. 5. & ratio prudentiaq; naturalis re-
gulat actus humanos, ſecundum Beatum Tho-
mam in 3. par. ſum. diſtinct. 35. argum. primo.
15 Roland. à Valle conſi. primo, nume. 186. † Et
illa magis attenditur, quàm ipſa deciſio. Bal. in
l. ſi defunctus. C. de leg. hæred. Cagnol. in l. ſi e-
mancipati, nu. 4. C. de collat. Roland. à Valle
conſi. 14. nu. 28. uol. 3. demumq; tanti ponde-
ris eſt, & momenti, ut princeps, Rex, & Dux illi
ſubiecti ſint, alioquin illi à pecoribus nihil dif-
ferrent, ut inquit Bal. in c. 1. §. filii. ſi. de feu. fuer.
contro. Fel. in c. ad audientiam, 2. col. 5. de reſcr.
Bero. conſi. 139. nume. 19. uol. 3. & ad iudices me
conuertens adduco Andræã de Iſernia in proœ.
feud. col. pen. dicentem, quòd rationabile dictũ
non minus mouere debet iudicem, quàm lex.
vnde Butrius in c. 3. de præben. dicere conſue-
uit, quòd naturalis ratio poteſt pro iure allega-
ri. c. conſuetudo, prima diſtin. l. in ſumma. §. itẽ
nauis, ff. de aqua plu. arc. Natta conſil. 129. num.
11. at illa deciſio debitoris Caii, creditoriſq;
Sempronii, qui coactus fuit recipere mutuò pe
cunias ſub uſuris, ut Caio ſatisfaceret in defe-
ctum Sempronii non ſoluentis, quod ei debe-
bat, tota fundatur in ratione damni, quod paſ-
ſus fuit, in quod nõn incurriſſet, ſi Sempronius
ei ſatisfeciſſet. eadẽq; ratio militat, ſi debitor
ille Caii paſſus fuiſſet aliquam pœnam, uel in-
tereſſe aliunde cauſatum, quàm quod mutuum
recepiſſet ſub uſuris; ſic. n. dãnificatus fuiſſet ob
carentiam pecuniarum, quas Sempronius ei de
16 bebat, ſicut ex mutuo fœneratitio, † meritò cũ
militet eadem ratio, debet & eadem iuris diſpo
ſitio locum habere, l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. à
Titio, ff. de verborum oblig. l. fi. C. ad leg. Falc.
non enim curandum eſt de caſuum diuerſitate,
dummodò ſit in omnibus caſibus eadem ratio,
glo. in l. ſed & ſi lege, §. item ſi rem diſtraxerit,
17 ff. de petitio. hæredita. † illa namque debet at-
tendi, tanquam lex communis ad omnes caſus.
c. conſuetudo, prima diſtinctio. Calder. conſil.
primo, ut lit. pend conſi. primo, de regular. Cra
ue. conſi. 190. nume. 2. non enim dicitur lex ex-
tendi, ſed enucleari, quãdo ſubeſt eadem ratio.
l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauit, ff. de adult. quã
ad hoc propoſitum citat Oldra. conſil. 185. in fi.
18 † vnde Bald. in l. de quibus, ff. de legib. inquit
quòd vbi viget eadẽ ratio in pluribus caſibus,
illa decidit eos non per extenſionem, ſed ſicut
genus comprehendit ſpecies, ita generalis ratio
diuerſas ſpecies, ſiue caſus includit, meritò uno
expreſſo ueniunt omnes, in quibus par ratio ui
get. ſequitur Caſtr. conſi. 441. col. pen. uol. 1. idẽ
q; Bal. in rub. C. de naut. fœn. per textum me-
liorem de corpore iuris in l his ſolis. uerſ. ſatis
etiam tacitè cautum putamus. C. de reuo. don.
Ioan. de Ana. inter conſilia Caſtrenſis, conſilio
261. colum. 2. ad fi. uol. 2. & plura copioſè de uiri
bus idemtitatis rationis cumulat Crauet. conſi.
183. colum. 2. Rolan. à Valle conſi. 72. numero


46. † Nec

1946. † Nec obſtant, quæ de monitione neceſſa
ria deducuntur, quoniam ſunt cõtra textum in
l.numis, iunc.glo.ff. de in lit.iur. ibi, niſi forte de
eo quis iuret, quod ſua interſit nummos ſibi ſua
die redditos eſſe: agitur. n. ibi de intereſſe conſe
quendo propter retardatam ſolutionẽ veræ ſor
tis, & tamen ſi dies erat ſolutioni præfixa, nõ re-
quiritur interpellatio, ſed tãtum qñ tempus nõ
erat ad ſoluendum ſtatutum, nam gloſſa in ver-
bo, ſua die, exponit ſcilicet præſtituta, vel vt
ſubdit die interpellationis, ad denotandum, ꝙ
primo caſu non requiritur interpellatio, iuxta
l.magnam, C.de contr. & commi. ſtipu. ſecũdo
verò caſu ſic, iuxta l. ſi ex legati cauſa, ff. de uer-
borum obl. & illam glo. ſequitur ad vnguẽ Ful-
goſ. & cæteri tacitè cum illa tranſeunt. Quare cũ
in caſu noſtro termini dieſque præfixi forent ad
ſoluendum pecunias in inſtrumento affictus, nõ
fuit opus monere, uel interpellare dominum O-
20 rabonum. † Secundò reſpondetur, ꝙ cum ille
promiſerit cum iuramento reſarcire damna
& intereſſe præfato D. Marchioni, neceſſaria
non fuit interpellatio ipſius D. Marchionis, ꝙ
niſi D. Orabonus ſolueret illos ſcutos 350. reci-
peret illos ſub vſuris: id enim onus denuntiandi
uel interpellãdi, iuramentum remittit, c. breui,
vbi Doctores, de iureiur. Iaſ. in l. quod te, col. 8.
ff. ſi cer. pet. Cur. iun. conſi. 74. col. 4. in prin. Go-
zad. conſi. 31. nu. 7. & conſi. 57. colum. 3. Ripa re-
ſpon. 7. tertia parte, & reſpon. ſecundo, colum. fi
na. prima parte, & in l. 4. §. Cato, nume. 59. ff. de
uerborum oblig. vbi communem teſtatur, ſicut
& Gozad. conſilio 27. nume. 10. Craue. conſilio
64. colum. ſecunda, & magis communem Go-
meſ. in §. item ſi quis poſtulante, nume. 10. de a-
ctio. Roland. a Valle conſilio 77. nume. 19. vol.
21 primo. † Tertiò reſpondetur, quòd ex quo
dominus Orabonus, & hæredes ſui ſe obliga-
uerũt ad ſolutionem penſionum, & ſic ad factũ:
l. conſilio §. fi. ff. de cur. fur. utique ad id tenebã-
tur ſine aliqua interpellatione facienda pro par
te Illuſtriſſi. D. Marchionis, cui talem promiſſio
nem ſolutionis fecerunt, nam ſatis eſt quòd ſci-
rent ſe ad id obligatos, ita declarat Baldus in cã
pitulo, Domino guerram, §. ad hæc, hic finitur
lex Corrad. ſequitur Ale. conſi. 157. in prin. vo
lu. 6. cõſi. 148. in prin. uol. 7. Aret. conſi. 143. col.
4. Iaſ. in d. l. quod te, col. 8. Cur. iun. conſil. 74.
colum. 4. Rubeus conſi. 152. ad finem, volentes
quòd in obligationibus facti poſt moram ſuc-
cedat obligatio ad intereſſe ſine interpellatio-
22 ne. † Et licet iſtud dictum Baldi conetur im-
pugnare Dec. in d. l. quod te, & in conſi. 11. tamẽ
defendi poteſt, nam in exemplis Decii agitur
de pœna, & ob id requiritur interpellatio. at ſe
cus vbi agitur de intereſſe, quod eſt fauorabi-
lius, ideo de vno ad alterum non arguitur, ut
notat Iaſ. in l. inſulam, colum. ſecunda, ff. de ver-
borum obliga. & ita diſtinguit in terminis Soc.
conſilio 133. colum. 1. uol. 1. Gozad. conſi. 27. co-
lum. 3. & Craue. conſi. 64. nume. primo, in fine,
vbi dicit hoc habere maximam æquitatem, quã
do quis adimpleuit contractum pro parte ſua,
nam mora aduerſarii committi debet ſine ali-
qua interpellatione reſpectu intereſſe, quod is
patitur, qui impleuit, ut de Illuſtr. D. Marchio
ne dici poteſt, qui præſtitit patientiam utendi, &
fruendi D. Orabono locatis rebus, & ille fuit in
mora ſoluendi dictos ſcutos 350. meritò ſine a-
lia interpellatione teneri debuit ad intereſſe ip-
23 ſius D. Marchionis. † Nec iſto caſu dici debet
interpellationem requiri propter magnum præ
iudicium partis aduerſæ, iuxta not. per Aretin.
& Iaſ. in d. l. ſi ex legati cauſa. quia loquuntur in
duobus caſibus præcipuis & ſpecialibus, in qui
bus ultra diem requiritur interpellatio. primus
eſt in terminis leg. primæ, §. licet, ff. de peric. &
commo. rei vend. quòd venditor vinum vẽditũ
poſſit effundere ad damnum emptoris illud nõ
tollentis: eſt enim caſus ſingularis, vt notat Al-
beric. ibi, nec alibi dicit meminiſſe, vbi dies nõ
interpellat pro homine, ſed etiam die elapſa o-
24 pus eſt quòd denuntietur. † Et ratio ſpeciali-
tatis eſſe poteſt, licèt non declarent Doctores:
quia actus ille effuſionis videtur eſſe minus ho-
neſtus, aut uituperabilis aliquãtulum, ſicut ecõ
tra ſi non effundat uenditor, licet poſſet, laudã
dus eſt, ut inquit tex. & mercedem doliorum po
teſt exigere. propterea ad talem actum effuſio-
nis celebrandum, præter diem requiritur inter-
pellatio. Secundus eſt caſus, quando quis uenit
priuandus hæreditate, quia non impleuit uolũ-
tatẽ teſtatoris tẽpore ſtatuto, iuxta textum in
§. ſi quis pro redẽptione, in Auth. de eccleſia. ti
tu. & ibi notat Ang. & eſt tex. conformis in au-
then. hoc amplius, C. de fideico. qui caſus pari-
ter eſt ſpecialis in pœnam hæredis negligentis
& contumacis introductus, ſecundum Docto-
25 res, † adeo quòd aliqui uoluerunt monitio-
nem hæredi faciendam non ſufficere per nun-
cium, uel epiſtolam, uel ad eius domum, ſed
opus eſſe, quòd ipſe iudex perſonaliter hære
dem moneat, ut Ange. Caſtr. & Iaſ. dicunt. ta-
les igitur caſus ſpeciales non ſunt ad conſequẽ
tias porrigendi, l. ius ſingulare, ff. de legib. cum
potiſſimè nos habeamus in terminis deciſiones,
quòd obligatus ad factum, poſt moram tenetur
ad intereſſe ſine interpellatione, de quibus
ſupra: & concurrit dies & iuramentum in ca-
26 ſu præſenti. † Succedit nunc ſecundum du-
bium, quod excitatur aduerſus Illuſtriſſi. Do-
mi. Marchionem, nam cum ſortem ſimpliciter
& ſine proteſtatione receperit, intereſſe præ-
dictum remiſiſſe uidetur. l. quarta. C. depoſi.
Dec. in l. uinum. numero quinto, ff. ſi certum pe
tatur. tantoque magis concurrente lapſu de-
cennii, infra quod intereſſe non fuit petitum,
nam & inde præſumitur illud remiſſum Do-
mino Orabono, vt uoluit Bald. conſilio 474.
poſt biennium, uolumine tertio, in nouis,
vbi dicit quòd ſi per decennium uſuræ do-
tis non ſolutæ petitæ non fuerint, remiſſa ui-
detur earum petitio, nec amplius pro tem-
pore præterito peti poſſunt, per l. cum qui-
dam. §. diuus. ff. de uſuris in quo dici-
tur creditorem parum iuſtè præteritas uſu-
ras

ras petere,quas eum remiſiſſe interuallum tem
poris indicat. Et quas cenſendus eſt ideo ſe pu
taſſe nolle petere, ut gratior debitori exiſteret.
Et idem tenuit Dominus Dyoniſius de Peruſ.
quem refert Romanus conſilio 517.nume.14.
Alex. conſil.74.colum. 3.& fin.volum.5. Corn.
conſi.106.col.fin.vol.2.Alciat.in tract. de præ-
ſump.reg.1.præſump.32.nu.6.& Ioan. Baptiſta
de Caſtellio.in addi.Franciſci Cremenſis ſingu
lari 5.vbi dicit illud cōſilium Baldi ſingulariſſi-
27 mũ fore. † Sed & his nõ attẽtis facilè defendi
põt intẽtio Dñi Marchionis,quæ fundata repe-
ritur ĩ ſnĩa clariſſimi Cappelli, qui reſeruauit ſi
bi facultatẽ cognoſcẽdi & decidẽdi ſuper inte-
reſſe petito per Illuſtriſſi. D.Marchionem qua-
tenus damnũ fuerit paſſus ex retardata ſolutio
ne,& loco Cappelli ſubrogatus fuit Excellẽtiſ.
D.Iacobus Roncalcus Conſiliarius iuſtitiæ me
ritiſſimus:talis enim ſnĩa tranſiuit in rem iudica
tam,meritò ius facit inter partes,l. res iudicatæ.
ff.de reg.iur.vbi Dec.& Cagnol.l.eleganter,§.ſi
quis poſt,ff.de cond.inde.nam pro veritate ha-
betur,l.ingenuũ,ff.de ſta.ho.facitque præſum-
ptionem iuris & de iure,adeo ꝙ cõtraria proba
tio non admittitur,& alia ſnĩa contra eum lata,
eſt nulla,c.bonæ, il primo,de elect.c.ſicut.de re
iud.c.in præſentia,de renun.item notoriũ indu
cit.l.emptorẽ,cũ glo.ff.de actio.emp.c.fi.de co
hab.cler.& mul.& vt inquit Bald.in c.nihil,col.
5.de elect.eſt altera natura,quia ius facit & ori-
ginem creat,l.1.cum duab.ſequentibus,ff.de li-
28 be.ag.ſequitur Natta cõſi.524.col.2. † Nec am-
bigi debet talem reſeruationem iudicãdi ex in-
teruallo ſuper dictis intereſſe fieri potuiſſe, qa
cum promiſſa fuerint per ſtipulationẽ in inſtru-
mẽto locationis ab Orabono Illuſtriſſ. D.Mar
chioni,dicuntur in obligatione,& principaliter
iure actionis peti poſſunt:vnde ſoluta ſorte re-
manet ſaluum ius pro intereſſe,licet non ſit fa-
cta particularis exceptio,Bar.& Iaſ.in l. ſi.ff.de
eo quod cer.lo.Iaſ.in l.1.C.de iudi. Socin. iun.
conſi.95. nume.12.volu. 4. Corn.in materia no
ſtra,conſi.145.col.pen.vol.2.Ioan.Lup.in c. per
29 ueſtras.§.8.col.fi.nu.6. † Tantoque magis ap-
poſito iuramento,quod habet effectum clauſu-
læ rato manente pacto,cuius vigore quis per re
ceptionem ſortis non videtur renũciare facul-
tati agendi ad intereſſe. Bar.in d.l.fi. in l.cũ pro
ponas.C.de tranſ.Alex.conſi.106.col.1.volu.7.
Soc.iun.conſi.23.nu.6.vol.2.Rui.cõſil.119. nu.
nu.9.vol.5. Natta conſi.355.nu.2.vol.2.meritò
potuit ferri ſentẽtia ſuper ſorte principali, & eo
rũ intereſſe,de quibus agitur, declaratio, & de
ciſio reſeruari,vt tenuit Speculator in titulo de
allegat.& diſputa.§.fi.verſi.quid ſi de fructibus,
quem ſequuntur Ang.Imol.Caſtr.& Alex.in l.
Paulus,la prima,ff.de re iudi. Andr.Sicul. in ad
di.Bal.in d.l.4.C.depoſiti. ſicque limitatur ille
30 textus. † Sed & ſecundò reſpondetur,recepta
ſorte videri remiſſa ipſa intereſſe,quando credi
tor ipſe recepit,ſecus ſi alius, ut adiectus, qui
recipiendo non potuit præiudicare principali
creditori,nam poteſt adhuc intereſſe peti,l.3.§.
item Iulianus,ff.de eo quod cer.lo. perquàm ſic
declarat Caſtr.& Iaſ.in dicta l.fina. ff. de eo ꝙ
cer.loc.& inſuper Dec.in d.l.uinum,nu.5.quod
in caſu noſtro contingit: non enim ſcutos præ-
dictos 350.recepit Illuſtriſſ.D.Marchio,ſed ma
31 gnificus Carpo Excellẽtiæ ſuæ procurator,† ut
in inſtrumento dicitur,qui cum mandato quan
tuncũque generali, uel etiam cum libera dona
re non potuit,l.contra iuris,§ fi.ff. de pac.decla
rat Bar.in l.procurator,ad fi.ff.de proc.D. meus
Rimin.conſil.84.nu.6.nam remittere, donatio
eſt .l.Modeſtinus,ff.de don.Simile uidemus ca
ſum decidi per Bero.conſi.116.nu.10. uolum.1.
quod procurator habens ẽt mandatum exigen-
di canones ab emphyteotis,eos recipiendo ab
illis qui ceciderant à iure ſuo,eccleſiæ non præ
iudicare, niſi mandatum expreſſum habuerint
recipiẽdi canones,etiam ab illis qui cecidiſſent
32 à iure ſuo, † quod non eſt alia ratione,niſi qa
in remittendo ius alteri quæſitum, quod eſt do
nare, requiritur ſpeciale & expreſſum mãdatũ:
& ſicut ad donãdum requiritur ſpeciale,l.filius
familias,in prin.ff.de dona.ſic & ad remittendũ
ſiue renuntiandum,l.contra iuris.§.fi. ff.de pac.
Roland.à Valle conſi.11.n.18.uol.1.unde ſi ma
gnificus Carpus cum mandato ſuo generali ad
exigendum non potuiſſet expreſſè remittere,ſi
ue donare intereſſe debita Illuſtriſſ.D.Marchio
nì per D.Orabonum,nec tacitè id feciſſe cenſe
33 tur per ſimplicem receptionem ueræ ſortis, † iu
xta doctrinam Bar.in l.quæ ſub conditione, ff.
de cond.inſti.Bal.in l.fi.§.in computatione, &
ibidem Andr.Sicul.C.de iure delib.Luc.de Pẽ
na in l.fi.C.de exactor.trib.lib.10.Dec.in ca.1.
lect.2.in glo.ab omnibus,de conſti.& conſ.504.
col.1.Craue.conſi.106.nu.6.qui dicunt ſub ali-
cuius diſpoſitione non comprehendi quæ a di-
34 ſponente fieri non poſſunt. † Quod uerò de lap
ſu decennii,dicebatur,quod bene reſpicit perſo
nam Illuſtriſſ. Domi.Marchionis,ualde pericu-
loſum eſt, nec in iudicando ſequendum: nam
contrarium tenet Ang. Aret. in §.fuerat,colum
na ſexta,uerſi.ſecundò aduertas,Inſti. de actio.
ubi dicit ſe ſic conſuluiſſe & cum Aretino tenet
ibidem Iaſ. inter nume.20.cum duabus ſequen
tibus.Roman.Alexand.& Iaſ.in l.quæ dotis,ff.
ſolut.matrimonio. Roma.in l.inſulam,§.uſuras.
ff.eodem,& conſi. 517.nume. 14.Corn. conſilio
250.colum.penul.uolum.2.& conſil.53. colum.
fina.uolum.4.Alexan.conſi.56.nume.12. conſil.
60.colum.5. volum.4.& conſi.63.nume.6.eo.vo
lum.conſi.108.uolum.7.Dec. conſi. 571. Ioan.
Lup.in capitulo, per ueſtras,§. primo, de dona.
inter uirum & uxorem,columna ſecunda, ubi
communem teſtatur contra Bal. Rui. conſilio
224.ad finem, uolumine primo. Gramma. de-
ciſio.70.Natta conſilio 495. Senatus Pedemon
tanus deciſione 132. numero 18. qui commu-
nem pariter teſtatur, ſicut & Horatius Mando-
ſius Romanus in additione Romani in allega-
35 to conſilio 607. † & hæc concluſio non defi-
cit ratione probabili, cum enim iura & faculta-
tes præſcribantur tantummodo ſpatio 30.anno

 rum.

rum,l.omnes.C.de præſcr.30. annorum.utique
lōgo tempore,hoc eſt 10.annis,prout intelligūt
qui Baldum ſequuntur,non debet induci dicta
remiſſio,& præſcriptio.Sed & accedit tex. in l.li
bertis,quos.§.manumiſſis,ff.de ali.& cib. lega.
36 quo probatur † ſolam temporis diuturnitatē
ad præſcriptionem non ſufficientem in petēdo
debitū,tacitā eius donationem nō inducere,nā
legatarius alimentorum ſi contra grauatū teſta
uerit in eis petēdis tribus annis,& contra illius
hæredem 14 nihilominus poſtea ea petere po-
teſt,quia tempus illud annorum 17.nō erat ſuf
ficiens ad illud ius præſcribendum,d.l. omnes,
ſicque per illum tex.cōcludit Roma.in d.l.quæ
dotis,nu.10.& in dicto conſi.60.num.15.& Ho
rat.Mand.poſt eum,& Baldum,quē citat in tra-
cta.de præſcri.in 1.par.3.partis princi.q.10.nu.
37 14.& ſequen. † Et ad textum in dicto §. diuus,
reſpondent omnes ꝙ loquitur in vſuris,quæ cō
tinēt merū lucrum,meritò locū nō habet in in-
teruſuriis,quæ debētur propter onera matrimo
nii ſupportata:vel vt in caſu noſtro propter tan
tundem ſolutum per Illuſtriſſi. D.Marchionem
ſuis creditoribus, & ſic de illo caſu odioſo,quo
tractatur de mero lucro,ad noſtrum,quo tracta
tur de damno vitando,non recta fit illatio,cum
lōgè differant lucrum nō capere , vel damnum
pati,l.fi.C.de codicill.& ille caſus eſt odioſus,
hic autem fauorabilis,vt inquit Craue.cōſi. 64.
nu.primo,cum ſimilibus per eum citatis ibidē.
38 † Nec quicquam me mouet,quod inquit Al-
ciat.loco citato, generaliter illum de uſuris lo-
qui,nec diſtinguere ex qua cauſa debeantur, &
& ob id illum intelligit etiā in uſuris dotis, quæ
merum lucrum non cōtinent, quoniam ſituata
repetitur illa lex ſub titulo de uſuris lucroſis :
ideo debet ei deſeruire , l.Imperator , ff.de in
39 diem adiect. † Et ubi ſumus in dubio legis in-
tellectu,ille capi debet,qui magis cōuenit titu-
lo,vt per Ioan.Andr.in addi.Specul.de diſputa.
& allega.§.fi.Abb.in c.cum monaſterium,de e-
lecti.cū ſimilibus per Ripā in l.1.nu.14.ff.ſi cer.
pet.& ita Salycetus intellexiſſe videtur illū tex
tū,dicēs eū procedere odio vſurarū, quod & ꝓ-
ſenſit Iacob.Butrig. quem refert Alberic. ideo
patet illū §. nō eſſe intelligendum de intereſſe
dāni emergētis,de quo nos agimus in caſu no-
40 ſtro. † Sed & ſecūdò rūdet ad illū tex. poſt Hu
gonem Alberic.ibi,& Alex.cōſ.60.vol.4. quòd
procedit,quando fuit expreſſum aliquod ſignū
remittendarum uſurarum, ut quia dum uelles
mihi uſuras ſoluere , ego illas recipere nolui, a-
liàs dici non poſſet,quod tam modico tempore
tolleretur actio perſonalis pro uſuris ſola taci-
turnitate interueniēte:& hūc intellectū demō-
41 ſtrant uerba textus dicentis, † ꝙ parum iuſtè u-
ſuras præteritas petis,quas omiſiſſe te longi tē-
poris interuallū iudicat,qui eas à debitore tuo,
vt gratior apud eū uidelicet eſſes,petendas non
putaſti.Quia dignitatē per eū ſperabas habere,
vt ſubdit glo.non.n.ſe fundat textus ſimpliciter
in curſu lōgi tēporis,ſed ꝙ ēt cōcurreret earum
42 non petitio cauſa gratitudinis implorādæ.† Nec
illa dictio uidelicet,quæ ſtat declaratiuè,§. nos
autem.Inſti.de Atti.tut.l.uidelicet,ff.ex quibus
cauſ.ma.denotat ꝙ alio nō cōſtito præſumatur
id factum cauſa gratitudinis , ut inquit Alciat.
quoniā repugnat in primis regula,quòd in du-
bio nullus donare præſumitur,l.cum de indebi
to,ff.de prob.l.ſi cum aurum,ff.de ſoluti.l.elegā
ter,§.qui reprobos , ff.de pignor.actio. & tradit
43 Alex.in allegato conſi.60.col.5.uol.4. † Secun-
dò accedit,quòd licet illud exemplum regulam
non reſtringat,eam tamen declarat , ut locum
non habeat in caſu diſſimili,iux.not.in l. damni
infecti,ff.de damn.infec.l.1.2.quod uulgo, ff.de
ui & ui arma.Iaſ.in l.nulli,nu.9.C.de iud. Dec.
in l.qui iuriſdictioni,nu.14.ff.de iur.om.iud.Pa
riſ.conſi.110.nu.62.uol.1.D.meus Rimi.conſil.
53.nu.21.& conſi.389.nu.10.& utrobique dixi
in apoſtill.unde patet in caſu dubio , & alio ſi-
gno nō apparēte textū illū non procedere,quū
caſus ille eſſet diſſimilis,ſicque ſenſus Alciati re
44 iicitur. † Quin & tertiò dici poteſt,ꝙ ille textus
tolerari poſſet in uſuris debitis ex diſpoſitione
legis, non autem promiſſis & conuētionalibus.
at ſecus vbi fuiſſent expreſſè promiſſæ & cōuē-
tæ,prout hic damna & intereſſe per ſtipulatio-
nē fuerunt per D.Orabonum promiſſa Illuſtr.
D.Marchioni caſu,quo ſortem non ſoluerer,vt
in inſtrumento locationis:tunc enim nec debi-
tor,nec eius hæres prætendere poteſt bonam fi
dem , & nunquam præſcribit de iure canonico:
quod etiam ſeruatur in foro ciuili.ita tradit A-
lex.in allegato conſilio 60. colum.5.& ad un-
guem ſequitur Alciat.in hoc caſu,in tracta. de
45 præſum.regu.prima,præſumptio.32.in fi. † Si-
mile uidemus in pœnis conuentionalibus,a qui
bus iuſta cauſa litigandi non excuſat,licet a le-
galibus ſecus,ut per gl.in l.non ſolum,ff. de rei
uend.& in l.3.§.ſi rem,ff.de leg.3.& alia , quam
reputat ſingularem Bal.in l.ſi cum, C.de in in-
teg.reſti.& cas allegat Roma.in rub.de arbi.co-
46 lum.pen. † Idemque de expenſis conuentiona
libus,in quibus ſuccumbens condemnatur, nō
obſtante iuſta cauſa litigandi,ut per glo.in §.op
portet,in Auth.de iudi.quam ſummè ponderat
ad hoc Ang.in l.properandum,§.ſin autem alte-
rutra,C.de iudi.Bar.& Bal.in l.ſi mulier,§.ſi rē
ff.de leg.3.Cremenſ.ſing.120.habens iuſtā cau-
ſam,cum ſimilibus amplè cumulatis per Marſil.
in l.patre,uel marito,nu.25.ff. de quæſtio. qui-
47 bus addo D.meum Rimi.conſi.274.nu.6.† hinc
dicebat egregiè ſatis Ang.Aret.in §.hæc autem
omnia,col.2.Inſti.de pœna teme.liti.quòd quā
do partes promittunt adinuicem reſarcire dam
na & expenſas litis & extra,ut regulariter fit in
inſtrumentis publicis,licèt hoc caſu iudex ab-
ſoluat ab expenſis factis in lite , non propterea
prohibetur creditor expenſas uel damna pete-
re ratione conuentionis:nam abſolutus eſt à pe
titis officio iudicis,non ab his,quæ iure actio-
nis peti poſſunt.ſequitur Bàldus in d.§.ſi rem.
Caſtr.conſi.377.in cauſa, quæ uertitur, circa fi-
nem, & Marſil.loco citato,nu.27.unde patet di
ſtinctionem quoque factā inter uſuras legales
& conuen-

& conuentionales eſſe probabilem,demumq́ue
quòd tex.in d.§.diuus,multis reſpectibus caſum
48 noſtrum non offendit. † Et communis opi-
nio ſequenda eſt in iudicando, iuxt. notata per
omnes in c.1.ad fi.de conſti.& inter cæteros cu-
mulatiſſimè Antonius Maria Corratius in tract.
de communi. opi.lib.2.tit.8. inſpectione ſecun-
da. Nunc abſolutis dubiis ſupereſt ad reconnē-
tionem deuenire,quam fecerūt ipſi fratres Ora-
boni contra Illuſtr. D.Marchionem prætendeu-
tes liquidare poſſe maiorem valorem beſtiarū,
quas eorum pater receperat,& poſtea conſigna-
uit alijs conductoribus vel agentibus ipſius do-
mini Marchionis: dicūt enim prædicti fratres,
quòd tempore receptionis minus valebant be-
ſtiæ, quàm tempore reſtitutionis, vnde valoris
augumentum cedere debet ad eorum commo-
dum, tantiq́ue venit condemnandus Illuſtriſſi.
dominus Marchio, quanti per eos fuerit liqui-
49 datum, † ſicut videmus mortuo vaſallo, lineaq́;
finita dūm teneri ad reſtitutionē melioramento
rum hæredibus etiā extraneis uaſalli c.1.§.ſi va
ſallus,in titulo,hic finitur lex Corradi. Rui.con
ſi.132.nu.4.vol.1. & idem de emphyteota ponit
Bero.q.19. per totum. Ego verò puto longè ſe-
cus eſſe dicendum: moueor, nam cum Orabo-
ni non probauerint pro quanto valore recepe-
rint dictas beſtias, nec pro quanto fuerint aliis
50 conſignatæ, † nec plenè,nec ſemiplenè dicun
tur intentionem ſuam probaſſe,meritò venit Il
luſtriſſ. D.Marchio abſolnendus;l.qui accuſare.
& ibi glo. Dec. D.meus Riminal.& alij, C. de
eden. Nec dictæ beſtiæ nunc ſubiici poſſunt ocu
lis teſtium, qui prima vice eas viderint,& ſecun
da vice ſic,vt referre poſſint valorem primi tem-
poris & ſecundi. Quare ſequitur fruſtra quæri
de liquidatione dicti valoris in executione ſen-
tentiæ reſeruata: nam procedere poſſet,quādo
per teſtes vel alio modo conſtaret, aut conſtare
poſſet,q̃ illæmet beſtiæ reſtitutæ D. Marchioni
plus valebant, quàm tempore traditionis eorū
Orabono ſed cum talis probatio fieri non poſſit,
51 liqnidationi petitæ locus eſſe non poteſt, † per
ea quæ tradit Bar.in l.diuus,ff.de teſt.mil.vbi di
cit ſtante ſtatuto quòd contra ſententiam iudi-
cis opponi non poſſit, niſi talis exceptio, tale ſta
tutum ceſſare, ſi volo probare non eſſe ſenten-
tiam.ſequitur Alex. alios citans conſi.31. uol.1.
Dec.conſi.410.nu.7.conſi.458. in princ. Deciſ.
Neap.21.nu.14. Craue.conſi.6.nu.72. D. meus
52 Rimin.conſi.89.nume.7. † Et quod dicitur in
alio ſtatuto prohibente aliquam exceptionem
opponi contra inſtrumētum, nam nihilominus
opponi poteſt non eſſe inſtrumentum.Bar. in l.
2.§.& parui,ff.quod vi aut clam. Ang. in l. non
erit,in prin. ff.de iureiur.Caſtr.in l.1.col.1.ff.de
conſt.pec.Rom.conſi.42.col.1.Corn. conſi.144.
vol.1.Ale.conſi.33.vol.1.& conſi.3.nu.3.vol.2.
conſi.101.nu.3. volum. 4. Deciſ.Neap.21.nu.14.
& Senat. Pedemont. deciſ.122.nu.2. hinc & ui-
demus in ſtatuto diſponente, ſi quis fuerit dero
batus, villa teneatur ſibi reſarcire damnum, &
ſtetur eius iuramento. id enim debet intelligi
cum hoc, quòd prius conſtet ipſum fuiſſe dero-
batum, & poſtea ſtabitur eius iuramento de æ-
ſtimatione damni.ſequitur vltra Barto.in d.l.di-
uus, Decius conſi.83.col.2.D.meus Rimin.con
53 ſi.6.nu.7.Crau.conſi.211.col.2. † ſemper enim
ſuppoſitum probari debet,& illud liquere. An-
gel.in l.2.§.occiſorum,ff.ad Syllani.Fulg.Alex.
& Iaſ.in l.mancipia,C.de ſer. fug. cum ſimilib.
Sic igitur & in caſu noſtro liquidatio reſeruata
maioris valoris dictarum beſtiarum debet intel
ligi caſu, quo conſtare poſſet de minori, cuius
erant,ut ſupponitur prima vice, & quòd adeſ-
ſent teſtes id ſcientes,& de illo notitiam haben
tes: tunc enim ad ſecundum poſſet deueniri.
54 † Vnde reſeruatio liquidationis maioris valo
ris dictarum beſtiarum corruit, ſi de primo ua-
lore non conſtat,nec conſtare poteſt, ut in ſimi-
li dicit Bar. in l. ſi quis legauerit, ff. de leg.1. de
eo, qui fundum vendidit, ſaluo iure coloni, qui
debet habere medietatem fructuum: nam ſi nul
lus reperitur colonus, nihil intelligitur exce-
55 ptum, ſeu reſeruatum. † & per illum textum
dicit Angel. ibi, quòd reſeruatio non operatur,
ubi nihil inuenit reſeruabile, & ibi cumulat ad
hoc alia Iaſ. & in ſimilibus terminis conſuluit
Alexand. conſi. 28. viſis & accuratè, uolum.1.
Natta conſi.318. num.3. & conſi.472.col. fi. Nec
facit illud quoddam ſimile, quod adducitur de
reſtauro petito per Illuſtr. dominum Marchio-
nem circa res per eum conductas ab Orabono,
56 † quoniam rupta Padi de anno per eum me-
morato in uilla Stientæ notoria fuit ſic,ut pro-
batione non egeat, quia notoria certa ſunt & ue
ra præſupponuntur, ut inquit dominus meus
Riminaldus conſi. 24.nume.5. Corn. conſi.181.
57 nu.58.uol.2.& conſi.131.nu.4.uol.4. † & ideo
ſufficit ea quæ notoria ſunt allegare. l. ſi adulte-
rium cum inceſtu, §. idem Pollioni, ff. ad l. Iul.
de adult. Bal.in l.1 C.ut quæ deſ. aduo. Aret. in
l.neceſſarijs,colum.3.uerſi. primo quidem,ff.de
acquiren. hæred. Cephal. conſi.155. num.24. aut
ſi uelimus omnino conſtare debere ex actis iudi-
ci quid eſſe notorium, non autem duntaxat id
allegari,ut uoluit Cyn.in l.ea quidē.q.2.& poſt
eum Bald.pen.uerſi. an ſit neceſſe, C. de accuſ.
cum ſimilibus per Roland. à Valle conſi.99.nu.
16.uolum.1. quod interim non diſcutio: dico &
huic requiſito ſatisfactum reperiri per multas
atteſtationes iudicum aggerum, & libros com-
munis Ferrariæ in cauſa productos, qui de ru-
pta prædicta locupletiſſimam fidem faciunt. vn-
de caſus reſtauri lōgè differt à liquidatione præ
dicta & ex his patet intentionem D.Marchionis
in omnibus eſſe iuri conſentaneam.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

Pro

## Pro Illuſtre D. Hercule Pio de Sabaudia, Saxolli Domino.

### ARGVMENTVM.

De facultate proclamandi in variis caſibus.

### SVMMARIVM.

*1 Vniuerſalis affirmatiua, omnia comprehendit, quæ excogitari poßunt.*
*2 Vniuerſalis negatiua, fortius negat, quàm affirmatiua affirmet.*
*3 Verba nullo quouis modo, prægnantia ſunt, & prohibitionem augent.*
*4 Ciuitas per ſtatutum nō poteſt ius alterius auferre.*
*5 Conceßio grauandi limitata, limitatum debet effectum producere.*
*6 Dictio, & non ultra, eſt excluſiua cæterorum, non expreſſorum.*
*7 Pacta cum Principe ligant ſucceſſorem.*
*8 Princeps recognoſcens ſuperiorem, non poteſt contrà ius diſponere.*
*Niſi habeat ius imperij. 15. 18.*
*9 Monopolium fieri non poteſt, & a quo.*
*Et quando dicatur monopolium. 39.*
*10 Princeps recognoſcens ſuperiorem, præter ius ſtatuere poteſt, modo ſtatutum ſit bonum & honeſtum.*
*Immo etiam contra ius, cauſa ſuggerente. 24.*
*11 Communitas non poteſt fouere ſtatutum, quo cogantur homines ire ad molendina ſua.*
*Et eſt communis opinio. 12.*
*13 Statutum in odium tertij, eſt officio iudicis reijciendum.*
*14 Relatio non attenditur in habente auctoritatem libere diſponendi.*
*16 Imperij communicatio quomodo fiat.*
*17 De quo exemplum Ducis Mediolani.*
*18 Duces Marchiones, & Comites habentes iura imperij, poſſunt facere in dominio ſuo omnia, quæ poteſt Imperator in toto imperio.*
*19 Comes in ſuo comitatu magis æquiparatur Principi, quàm præſidi.*
*20 Comites perpetuò inueſtiti quæ facere poſſunt.*
*21 Præſcriptio non cadit in his, quæ ſunt meræ facultatis.*
*Niſi quis prohibitus fuerit, & nō contradixerit. 22.*
*Etiam extraiudicialiter. 23.*
*25 Venatio cum retibus prohiberi poteſt.*
*26 Iuſgentium limitari, & diſtingui poteſt.*
*27 Proclamata de non extrahendo blada, & victualia, fieri poſſunt etiam per magiſtratus inferiores.*
*28 Publicè intereſt, quòd annona ſit fertilior. 41.*
*29 Conſuetudo uniuerſalis extenditur ad alia loca eiuſdem prouinciæ.*
*30 Relatiuum quod, ſine copula reſtringit.*
*31 Cridis ſi quis non contradixerit, nec appellauerit, nec infra annum egerit, tenetur acquieſcere.*
*32 Subditi propriè dicuntur ratione domicilij.*
*33 Priuilegium perſonale dominis conceſſum, non extenditur ad colonos ſuos.*
*34 Vltima derogant prioribus.*
*35 Enunciatiua uerba Principis non informati, non probant.*
*36 Teſtibus non creditur, quorum auctores repellūtur.*
*37 Obediendum non eſt etiam Papæ in illicitis.*
*38 Malitijs hominum eſt obuiandum.*
*39 Audiri non debet is, cuius non intereſt.*
*40 Allegare ius tertij non licet.*
*42 Piſcandi ius in flumine, commune eſt hominibus.*
*Flumen tamen eſt in protectione Principis.*
*43 Prohibitis quibuſdam iudicare, cæteris id permiſſum uidetur.*
*44 Princeps non poteſt exercere iuriſdictionem in territorio ſui uaſalli, niſi in defectum iuſtitiæ.*

## CONSILIVM LXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

MVLTA ſunt, quæ magnifica Communitas Mutinæ deduxit aduerſus Illuſtrem dominum Herculem Pium de Sabaudia, Saxolli Dominum, nuncque proſequitur aduerſus Illuſtrem dominum Marcum illius filium & hæredem, eo proximis diebus lite pendente uita functo, de quibus ſigillatim pro ueritate deſpiciendum eſt. Petit enim primo loco caſſari multa proclamata per eum facta, & in futurum prohiberi conſimilia faciendi, quibus in multis grauati fuerunt coloni ciuium Mutinenſium, poſſidentium bona immobilia in ſtatu & iuriſdictione dicti Domini contra conuentiones initas inter Illuſtriſſimam domum Eſtenſem & Illuſtres Dominos de Piis præceſſores ſuos, & contra ſolitam & antiquiſſimam eorum ciuium colonorumque ſuorum libertatem, poſſeſſionem, uel quaſi. Secundò, quòd impedire non debeat dictus Illuſtris dominus officiales ipſius Communitatis condemnare uſurpatores aquarum canalis Situlæ diſcurrentium per territorium dicti Domini ad territorium Mutinæ, nec à condemnatis penas exigere iuxta prouiſiones & priſcā obſeruantiam, ſicque circa prædicta referēdum eſſe Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principi noſtro per magnificum Conſilium Iuſtitiæ. Primum uerò grauamen eſt, nam prohibuit dictus Illuſt. Dominus incidi ac extirpari ſpinas, macchias, & razas exiſtentes ſuper poſſeſſionibus dictorum ciuium, quod repugnat literæ Marchionis Leonelli, poſitæ in libriculo prouiſionum Mutinæ impreſſo, folio 113. ubi diſponitur, quòd coloni dictorum ciuium nullo quouis modo grauari poſſint per nobiles de Piis quantū ſit pro poſ-
1 ſeſſionibus dictorum ciuium. † Quæ verba cū ſint uniuerſalia & negatiua, comprehēdunt grauamen deductum: nam ſicut uniuerſalis affirmatiua omnia comprehendit, quæ excogitari poſſunt. l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. cum uirum, ubi Bal. 2. oppo. C. de fideic. Crauet. conſi. 105. num. 3.
2 † Ita uniuerſalis negatiua omnia negat & excludit,

dic, cum ſit fortior negatiua ad negandū, quàm affirmatiua ad affirmandum. glo. notab. in l. hoc genus, ff. de cond. & demonſt. & in c. cum dilectus, de conſue. Dec. in c. ex parte, colum. 2. de conſti. & cenſi. 3. col. 3. Craue. conſi. 146. nu. 4. Rube. conſ. 51. nullamque recipit reſtrictionem. Cephal. conſi. 210. nu. 20. poſt Crauettam conſi.
3 294. nume. 6. † tantoque magis ex illis uerbis nullo quouis modo, quæ prægnātia ſunt, & uim prohibitionis augere uidentur. c. ad noſtram, iū cta glo. 1. de prob. cap. Deus omnipotens, 2. q. 1. Dec. conſi. 37. in prin. Vnde ſi diſponit Marchio Leonellus, quòd dicti coloni nullo quouis modo grauantur per Illuſtr. Dominos de Piis cauſa dictarum poſſeſſionū, patet comprehēdi grauamen prædictum de non extirpandis ſpinis, macchiis, & razis in eis exiſtētibus. Nec inficiari poſſumus iſtud eſſe grauamen, etiam magnum, quia ſi nō extirpari poſſent prædicta, terræ dictarum poſſeſſionum remanerent incultæ, & ſteriles fierēt, & macchiæ prædictæ ſuffocarent vites aſcendentes arbores, & impedirent aquas currere per foſſatos earum, & cum difficultate laboratores inuenirentur, niſi ſibi remitterentur honorantiæ per Dominos, ut ſeriosè deponunt plures teſtes ipſius Communitatis. Et vltra prædictas literas Marchionis Leonelli, cridæ prædictæ ſunt contra libertatem, & pacificam & antiquam poſſeſſionem laboratorum, ac dominorū dictarum poſſeſſionum, quoniam iam pluribus annis elapſis, quibus dominatus fuit Illuſtr. D. Alexander, & poſt eum Illuſtr. D. Gibertus, & etiam pro parte temporis Dominij Illuſtr. domini Herculis vſque ad eius cridas ſemper Domini dictarum poſſeſſionum fecerunt extirpari, & laboratores extirparūt dictas ſpinas, macchias, & razas exiſtentes ſuper dictis poſſeſſionibus ſine contradictione dictorum dominorum Saxol-
4 li, & ſuorum officialium. † vnde non videntur fieri potuiſſe dictæ cridæ, per quas dictis colonis & eorum dominis ius ſuum auferretur, ut de ciuitate dicit Bart. in l. totiens, §. 1. ff. de pollici. quæ per ſtatutum ſuum nō poteſt auferre ius alterius, quod ſequitur Alex. conſi. 108. uol. 3. & Goz. conſi. 5. nu. 21. Ang. in l. Antiocenſiū, ff. de priui. cred. & Martin. Laudenſ. in trac. de priuil. & reſcripto, q. 66. Secundum grauamen eſt ꝙ Illuſtris dominus Saxolli grauat, dictos colonos multis carregiis & operibus ei pręſtandis ultra ſolitum temporis præteriti, quo minus grauabantur, ut dicunt teſtes, idque repugnat literis Illuſtriſſ. Marchionis Leonelli loquentibus de duobus tantùm carrigiis præſtandis & non ultra quolibet anno nobilibus de Piis per labo-
5 ratores ſingulos dictorum ciuium. † talis enim cōceſſio grauandi colonos limitata, ad duos carrigios limitatum debet effectum producere, vt maiore numero onerari nō potuerint. l. in agris, ff. de acquir. rer. domi. Pariſ. in ſimili caſu, conſi.
6 12. nu. 179. uol. 2. & conſi. 12. nu. 19. uol. 4. † tantoque magis ſtantibus illis verbis, & non ultra, quæ ſunt excluſiua cæterorum nō expreſſorum. Limitantque numerum expreſſum, cum habeāt ante ſe negatiuam, ut traditur in l. fi. C. de mod. mul. cum ſimilibus per Pariſ. conſi. 68. nu. 29. uolum. 3. & quibuſdam carrigiis conceſſis, cætera cenſentur denegata. c. non ne. de præſum. l. cū prætor. ff. de iudi. Pariſ. conſi. 9. nu. 8. uolum. 4. & eo loco diſponitur de Mezadris habitantibus Solleriæ ſuper poſſeſſionibus ciuium Mutinæ conceditur & aliis uillarum, quæ ſeparatæ fuerunt à territorio Mutinæ, & applicatæ dominio Saxolli in inſtrumento permutationis Carpi in dicto libriculo regiſtrato, folio 164. verſ. pactis & conditionibus, ubi dicitur quòd ſeruentur eis capitula, quæ ſeruantur ciuibus Mutinæ in territorio Solleriæ immobilia poſſidentibus hactenus ſeruata fuerunt. Et vlterius accedunt literæ Ducales Illuſtri domino Giberto ſcriptæ, ꝙ prouideat indebito grauamini dictorum Carrigiorum & aliarum factionum, ne coloni dictorū ciuium quarundam villarum ſubiectarum ſibi grauentur, niſi iuxta ſolitum ut in dicto libriculo folio 118. vbi ſequitur etiam litera Illuſtr. domini Giberti conſeruatoribus Mutinæ ſcripta, in qua dicit ſe nolle quid innouare præter obligationem ſed precario ab eis petiturum, ſi quid voluerit. Quin & accedit litera prætoris Solleriæ ſcribentis quòd Illuſtr. Dominus Hercules rogat colonos dictorum ciuium pro conducendo fęnum, quia non vult aliquid innouare. Tertium ſuccedit & quintum grauamen ad idem tēdens, quòd coloni tenentur denuntiare uitulos ſuæ partis, nec poſſunt eos Mutinam uel aliò conducere ſicut nec eorum ligna, vbi melius venduntur, quàm in Dominio Saxolli, ut deponunt teſtes. hæc enim ſunt contra libertatem eorum conſuetam ante dictas cridas. Idemque confirmatur in dictis capitulis initis inter Excel ſum Ducem Herculem Eſtenſem, & Illuſtres dominum Marcum & Leonellum de Pijs capitulo 6. in dicto libriculo, fol. 157. verſ. & idem verſa vice. vbi ſicut conceſſit Illuſtriſſ. Dux dictis Piis & ſucceſſoribus liberè, & ſine contradictione extrahere, & extrahi facere de ciuitate Mutinæ, & eius territorio ac Ducatu, & alio quocunque loco ſibi ſubiecto ad caſtra & loca ipſorum Dominorum de Piis, omnia eorum blada, uina, ligna ac omnes & ſingulos & fructus in bonis eorum de Piis, exiſtentibus in dicto territorio ſubiecto dicto D. Duci. Verſa vice ſubdit idem ſeruari debere ſubditis dicti domini Ducis habentibus eorum terras & poſſeſſiones in terris & locis quibuſcunque, & ſuper territorio dictorum de Piis: & ea omnia conduci facere liberè & expeditè ad terras & loca præfati domini Ducis. confirmaturque demum in prouiſione ducali, poſita in dicto libriculo, fol. 124. vbi præcipitur vaſallis habentibus iuriſdictionem in territorio Mutinæ, ne prohibeant habentes feras in eorū iuriſdictione Mutinam conducere frumenta, blada, & id genus, liberè, & ſine ullo impedimēto: & in proceſſu continetur capitulum Communitatis Mutinæ per literas ducales approbatum, idem volens quòd dominis de Piis non liceat prohibere dictis ciuibus, nec eorum laboratoribus

bus

bus introitus dictarum poſſeſſionum Mutinam
7 conducere ſine eorum licentia. † Quare ſtante
conſuetudine dictiſque capitulis non videtur
potuiſſe cõtrariũ diſponi per cridas Illuſtris D.
Herculis: hæc enim pacta ſic inita inter Ducẽ
prædictum ac dominos memoratos de Piis ſer-
uari quoque debuerunt per Illuſtr. dominum
Herculem Pium eumq́ue in dignitate ſucceſſo-
rem ligarunt, vt tradit Bal. in c. 1. de prob. dicẽs
quòd pacta inita inter Imperatorem Federicum
& Ciuitates Lombardiæ debent per ſucceſſores
in imperio ſeruari, ſequitur Dec. ibi, nu. 7. alios
citans, & fuit doctrina Cyni poſt Guid. & Suzar.
in l. digna vox, C. de legib. quem Bald. formali-
ter refert conſi. 171. D. Fernandus Rex. vol. 1. &
latius exequitur conſi. 159. ſuper eo, quod quæ-
ritur, vol. 3. pluresq́ue cumulat id genus Natta
conſi. 122. col. 2. nu. 3. Quartum grauamen eſt,
nam prohibentur coloni dictarum poſſeſſionũ,
& ciuiũ ire ad molendũ extra iuriſdictionem D.
Soxolli, quo loco magis eis placet & conducit,
cum tamen ante dictas cridas id eis liceret, &
irent pro libito, ut teſtes deponunt magnifi-
8 cæ Communitatis. † Nec cridæ prædictæ de
iure ſubſiſtere videntur, ea in primis ratione, ꝙ
Illuſtris dominus Saxolli recognoſcit in ſuperio
rem Excelentiſſ. Ducem Ferrariæ, vt patet ex
inueſtitura Saxolli, cæterorumq́ue locorum in
dicto libriculo, folio 169. quo ſtante ſequitur, ꝙ
licèt poſſit facere ſtatuta & ordinationes, non ta-
men poteſt contra ius diſponere. l. formam, C.
de offi. præf. præt. Caſtr. conſi. 149. viſis ponde-
ratis, col. fi. Dec. poſt Bart. & alios in l. 1. in prin.
nu. 20. ff. quod quis iur. Soc. conſi. 172. col. 3. uol.
2. vbi conſuluit in Comitibus de Rangonibus,
inueſtitis ab Illuſtriſſ. Duce Ferrariæ in Duca-
tu Mutinæ, prout etiam fuit Illuſtris dominus
Saxolli, ſuiq́ue præceſſores. At uelle quòd Me
zadri dictorum ciuium, habitantes ſuper poſſeſ-
ſionibus, ſitis in iuriſdictione domini Saxolli,
cogantur ire ad molendum ad eius molendina,
nec foris ire poſſint, vt ante ſolebant ad molen-
dina Bazoaræ in territorio Mutinæ, ſiue Liuiza
ni iuriſdictionis Præpoſiti, vt dicunt teſtes, vide
tur eſſe contra ius, velut ad proprium commo-
dum dicti domini Saxolli, non autem ad publi-
9 cum. † probatur, nam talis ordinatio dicitur
monopolium, nec fieri poteſt, niſi à nõ recogno
ſcentibus ſuperiorem, vt per Bald. in l. 1. C. de
monopol. igitur hoc reſpectu dicitur contra ius
commune, ſecũdum Inno. in c. cum acceſſiſſent,
de conſti. Bal. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu-
re. Anch. in c. 1. de conſti. q. 2. 8. quæſtionis prin
cipalis. ſicq́ue concludit aduerſus illos Comites
de Rangonibus Soc. in dicto conſi. 172. quem ſe
10 quitur Boer. deciſ. 125. col. 2. † Secundò con-
firmatur hæc opinio, nam dominus Saxolli reco
gnoſcens ſuperiorem, ut dixi, poteſt ſtatuere prę
ter ius commune, dummodò tale ſtatutum ſit
bonum & honeſtum iuſtitiamq́ue contineat. ita
dicit Bal. in d. l. omnes populi, & poſt eum Cac
cialup. in 3. q. prin. ſed tale ſtatutum & prouiſio,
quam intendit, non eſt talis, ergo valere non
debet. nam cum tendat ad proprium commo-
dum in pręiudicium dictorũ colonorum, quorũ
arbitrium, liberaq́ue poteſtas coarctari non de-
bet, vtique valere non poteſt. c. erit autem lex.
4. diſtinct. & ita tradit Gaſp. de Calde. inter con
ſilia Anch. conſi. 12. quem ſequitur Anch. conſ.
ſequẽti, motus ex eo, quòd aufertur libertas eũ
di ad aliorum molendina, eaq́ue conſilia probat
D. meus Riminal. conſi. 489. & hoc idem latius
11 tradit Anch. conſi. 298. in territorio. † ubi con
cludit pulchris rationibus ſtatutum communita
tis non valere, quo mediatè vel immediatè, di-
rectè vel indirectè cogantur homines ire ad mõ
lendina Communitatis relictis aliis particula-
rium, quia non debet ſtatuens propriis vtilitati-
bus inhiando in aliorum præiudicium ſtatuere.
c. cum omnes. de conſti. Item ſtatutum debet eſ
ſe honeſtum in commodum ſubditorum. dicto
c. erit autem lex. non autem fundatum in radice
cupiditatis & auaritiæ, ut erat in caſu ſuo, & in
noſtro pari modo uidetur: hoc enim non eſt, ni
ſi ſubtrahere cõmercium aliorum molendino-
rum, & ſubtrahere dictis colonis propriam liber
tatem, quæ ſunt minus honeſta, ſecundum Soc.
12 dicto conſi. 272. col. 4. † cuius opinionem &
aliorum ſupra relatorum dicit eſſe communem
Boer. deciſ. 125. & Iaſon alios citans conſi. 161.
col. fi. vol. 2. & in l. quominus, quæſt. 25. nume.
155. ff. de flumi. vbi tenet quòd eſt magis com-
munis opin. & poſt eum Ripa nu. 171. vbi ponit
quæſtionem de ciuitate, quæ ſtatuit quòd quili-
bet teneatur molere in molendino ciuitatis ſub
certa pœna, an valeat in præiudicium aliorum
habentium molendina, quæ propter dictum ſta
tutum remanent infructuoſa. arguit in primis ꝙ
13 ſic, poſtea concludit contrarium, † quia ſtatu
tum in odium tertij conditum, eſt officio iudicis
reſcindendum. l. qui ſe grauatos, C. de cenſib. &
adducit Ancharanum, Alex. & Soc. id tenentes
remittendo ſe ad primum librum ſuorum re-
ſponſorum, cap. 11. vbi dicit de hoc ſcripſiſſe, &
ita reperitur ibi, vbi ponit hanc quæſtionem in
Communitate Montilij, quæ non potuit ſtatue
re, ꝙ quilibet teneatur ire ad molendinũ in mo
lẽdino ciuitatis ſiue communitatis in pręiudiciũ
aliorũ habentiũ aliud molendinum in dicto lo-
co. & licèt allegaret Communitas illa poteſtatẽ
ſtatuendi in his, quę pertinent ad adminiſtratio
nem rerum ſuarum, tamen reſpondet Ripa eam
non procedere in præiudicium tertij, & ibi citat
omnes ſupra memoratos, inquitq́ue tandem ꝙ
iſte caſus apud ſe non habet dubium, & de his
quoque deciſionibus latè meminit Rolan. à Val
le conſi. 22. col. 1. & 2. vol. 2. meritò cridæ ſuper
hoc emanatæ videntur caſſandæ. Sextum graua-
men eſt, quod infertur dictis colonis, eos cogen
di ire vel mittere qualibet ebdomada vnum,
vel duos ad mercatum Formiginis in eorum dã
num, contraq́ue priorem antiquam eorum li-
bertatem illuc non eundi, quia non fiebat ali-
quod mercatum eo loco, prout omnes teſtes Cõ
munitatis affirmant: tales enim cridæ videntur
inualidæ, veluti ſubtrahentes propriam liber-
tatem

tatem dictis colonis,ut in præcedenti grauami-
ne moleudi in molendinis Illuſtr. domini Sa-
xolli dictum fuit: circa verò ſecunduin caput pe
titionis dictæ Communitatis,de non impedien
dis officialibus ſuis, punire vſurpatores aquæ
Situlæ currentis per territorium Saxolli ad ter-
ritorium Mutinæ, videtur in primis iuſtificari
per inueſtituram Saxolli,de qua in dicto libricu
lo,folio 173.verſ. reſeruato domino Duci ac ci-
uitati Mutinæ iure deriuandi aquas ex flumine
Situlæ, quod hactenus habuit, & prout hacte-
nus fuit obſeruatum, & dictæ ciuitati non poſſit
fieri impedimentum, aut præiudicium per illã
14 conceſſiunẽ. † Et licèt in illa reſeruatione fiat
relatio iuris, quod habuit & obſeruauit ciuitas,
nec appareat de dicto iure, tamen ſtante quòd
Illuſtri.dominus Dux habebat poteſtatem libe-
rè reſeruandi diſponendiq́ue ſine prædicta rela-
tione, non eſt vſquequaque de illa curandum,
vt per Barto. in l.admonendi poſt gloſ.1.col.1.
ff.de iureiuran.& Alex. poſt eum,colum 4.& in
anth. ſi qnis in aliquo, vbi pariter Dec. col.pe.
C.de edend.Sed & hoe adfirmant aliqui teſtes
ipſius communitatis,qui dicunt ipſam cõitatem
fuiſſe dominã dictarum aquarum, & officiales
conſtituiſſe ad conſeruationem deriuationis ea-
rum ad ciuitatem Mutinæ,& vſurpatores earum
coodemnaſſe: vnde videtur ex prædictis inten-
tio communitatis pariter & in hac petitione ſa-
tis fundata. Nihilominus his non obſtantibus ar
bitror eſſe referendum inuictiſſimo principi no-
ſtro ad fauorem ipſius Illuſtris domini Saaolli:
& pro fundamento ſuo potiſſimo in medium de
duco inſtrumentum permutationis & inueſtitu
ræ Caſtri Saxolli, cæterorumq́ue locorum ſuis
præceſſoribus conceſſorum cum mero & mixto
imperio,ac gladij poteſtate, & iuriſdictione ſim
15 plici & omnimuda. † Qua poteſtate ſic ample
conceſſa, ſequitur eum potuiſſe facere cridas
omnes,& alias quaſcunque prouiſiones, de qui
bus agitur, vt de populo,qui habet omnem iu-
riſdictionem, tradit Bar.in l.oẽs populi.q. 1.nu.
4.ff.de iuſt. & iur. quem dicit poſſe facere ſtatu-
ta non expectata ſuperiotis auctotitate, nam &
idem de cridis iſtis & hoc Illuſtr. Domino dici
poteſt, & illam doctrinam Bartoli ſequitut An-
cha. & Ang.Atet.in locis relatis ibi per Iaſ. le-
ctura ſecunda,nume. 33.& de hac communica-
tione meri imperij meminit pulchrè Bal. quem
refert Caccialup.in l.imperium,nu.18.ff.de iur.
16 omn.iud. † dicens quòd quoddam eſt merum
imperium ſoli Principi competens, ideſt abſolu
ta illa poteſtas,quæ eſt ſupra ius, & illam pleni-
tudinem poteſtatis poteſt Imperator alteri com-
municare, aſſumendo eum in partem ſolicitudi
nis,prout aliàs fecit, erigendo multa loca & ci-
uitates Lombardiæ in verum Principatum, &
Ducatum, vel infeudando aliquem Principem,
ut Ducem Mediolani, Ioannem Galeatium, &
filios de illa Illuſtriſſ. dignitate Ducatus Medio
lani, quo caſu intelligitur communicata illa po
teſtas abſoluta, ſalua tamen maieſtate imperij,
ideſt ſuperioritate imperiali, maioritate, & ho-
nore, quia nihil poteſt abſorbere ſibi de iuriſdi-
ctione ſuprema, quæ cum ſit quid perfectũ, nec
poteſt creſcere nec decreſcere. vnde ſicut Impe-
rator habet totalem poteſtatis plenitudinem, ſic
& illam Dux Mediolani habebat in locis ſibi cõ
ceſſis: nam licèt illa conceſſio fuerit pleniſſima,
tamen radices imperij non euulſit, quia Cæſar
erogat, & nihil ſibi abeſt, eandem ergo poteſta-
tem habuit idem Dux poſt Cæſarem, quam Cæ
ſar ſaluo honore, maieſtate, & ſuperioritate im
17 perij. † Et hanc doctrinam de Duce Mediola-
ni lõgè prius Caccialupo poſuit Caſtr.conſ.225.
circa fi. quod eſt 34. uolum.2. Iaſ.conſi.101.col.
3.vol.4. Curt. iun. conſi. 61. colum. 4. & conſi.
100.circa med.Soc.iun.conſ.92.nu.3.uol.2.De-
mumq́ue Rolan.à Valle conſi.9.uol.2.ſequitur
Caccialupum & plura cougerit, quæ rei deſer-
18 uiunt, ad quem lectores ſtudioſos delego. † Im
mo verò generalius Duces, Marchiones, & Co-
mites qui habent iura imperij poſſunt in ſuo ter
ritorio idem quòd Imperator poteſt in vniuer-
ſo imperio, vt voluit Ioan. Andr. in addi Spec.
in tit.de inſtr.edi.§. porrò.verſ.hæc præſcriptio,
& in Comite virtutum tradit Angel. conſi. 217.
in cauſa accuſationis,col.2.& in Pandulpho do-
19 mino Fani. Roma. conſi. 59. 2. dubio. † hinc-
q́ue Bal.in l.receptitita,col.1.C.de conſti.pec.di
cit quod Comes in ſuo territorio magis aſſimi-
latur Principi, quàm præſidi: idemq́ue tenet
Bal.in l.penul.C.de don.inter vir.in l.exemplo
q.pen.C.de prob.& in proœ.ffforũ.col.2.dicens
quòd etiam ſi Rex habeat regnum ſuum in feu-
dum ab alio Rege,tamen habet ſupremam pote
ſtatẽ in ſubditos; licet enim ius vniuerſitatis vti-
liter poſſideat, tamen in iuribus ſingulorum ha-
bet plenitudinem poteſtatis, & directè poſſidet
iurisdictionem in ſingulis generum, & nomine
ſuo ſimplici eam exercet & cõmoda iuriſdictio-
nis acquirit pleno dñio, licet habeat utile reſpe
ctu vniuerſitatis Regni. ſequitur Natta conſi.
20 487. nu.9. † & plura congerit Rolan. à Valle
conſi.86.nume.12. cum ſequentibus, vol.1. ubi
dicit quòd Comites perpetuò inueſtiti in corũ
terris omnia poſſunt, quo ad ſubditos ſuos, quæ
Imperator poteſt. allegat Baldum in §.pen. ver-
ſic.quarto quæro. Inſt.de iure, nat. gent.& ciui.
Abb.conſi.fi.col.1.uol.1.Pariſ.conſi.69. colum.
2.vol.1.Curt. iun. conſi.1.nu.19. Iaſ. conſi.235.
colum.fi.uol.2. & alios, ut per eum. Quare ſic in
propoſito noſtro, cum in permutatione & infeu
datione,quam fecit Excellentiſſ. Dux Ferrariæ
Illuſtr. D.Giberto Pio de Sabaudia, ſuiſq́; ſuc-
ceſſoribus loca conceſſerit cum mero & mixto
imperio & oĩmoda iuriſdictione, dicitur in eum
ac illos tranſtuliſſe plenitudinem poteſtatis, &
ſic ius ſtatuendi, & proclamandi pro libito ſal-
21 ua ſuperioritate & honore. † Secundò confir-
matur, nam licèt ea grauamina, quæ allegan-
tur,& de quibus agitur, videãtur eſſe ſuper his,
quæ ſunt meræ facultatis, ut extirpare ſpinas, ni
tulos, fructus & ligna conducere foris Mutinã,
ſicut & ire ad molendum, & ob id per cridas, &
prohibitiones Illuſtrium dominorum Giberti
& Her-

& Herculis de Piis, non videatur ſibi quæſitum ius, nec præſcriptio cauſata. glo. fi. in l. ſolent, ff. de offi. procõ. Cy. Bal. & alii in l. 1. C. de ſerui. & aqua. Abb. in c. quod tranſlationem, colum. 2. de offic. deleg. & in cap. Abbate S. Syluani. de verbo. ſignifi. Iaſ. in d. l. quominus, nu. 6. & poſt eum Ripa, nu. 132. cum ſimilibus per Roland. à
21 Valle conſi. 22. nu. 21. volum. 2. † Tamen cum dictis cridis & prohibitionibus acquieuerint dicti coloni, Dominique ſui, nec eis contradixerint tempore dictorum Iluluſtr. dominorum Saxolli per annos 10. 20. 30. & ultra, vt abundè deponunt plurimi teſtes eorum, ſequitur vt dicatur acquiſitum ius prohibenti, ſicque poſſint in futurum cogi dicti coloni abſtinendi ab his, & ea faciendi, de quibus in dictis cridis. Ita ſignãter voluit Abb. in c. ſignificante, not. 1. de appel. vbi dicit quòd poteſt alicui in certo loco ius cõpetere, vt alibi quàm in ſuis locis victualia non vendantur, & idem dici debet in furno vel molendino, vt poſſit ex conſuetudine vel priuilegio competere hoc ius in illo loco, ſi alibi volentes hoc exercere prohibiti fuerint, & acquieuerint prohibitioni per legitimum tempus ad pręſcriptionem complendã, & Abbatem ibi ſequũtus omnes, ſicut & in apoſtillis Sapia citans a-
23 lios, ut per eum. † Et idem tradit Abb. in dicto cap. Abbate, col. 2. dilatans hoc, etiam ſi prohibitio facta fuiſſet extraiudicialiter. ſequitur Iaſ. in dicta l. quominus, col. 5. verſi. ſi uerò nolentes. Balb. in tract. de præſcrip. 4. parte 5. partis princ. q. 5. col. 2. verſi. hanc concluſionem limita. ubi dicit hanc eſſe communem. Iacobinus à S. Georg. in verſi. & cum molendinis, colum. 2. in fi. vbi confirmat hanc eſſe receptam doctorum ſententiam. Brun. conſi. 59. col. 1 Iaſ. conſil. 161. colum. 3. uolum. 2. Boer. deciſ. 125. colum. 4. Grauet. in tract. de antiq. temp. 4. parte, nu. 29. & Roland. à Valle conſi. 5. nume. 49. uol. 1. &
24 in dicto conſi. 22. nu. 24. & ſequen. uol. 2. † Tertiò tanto magis prædicta procedunt, quoniam Domini, licèt inferiores & ſuperiorem recognoſcentes, poſſunt facere ſtatuta ſiue cridas etiam contra ius honeſtas, & cauſa ſuggerente, prout voluit Bald. & poſt eum Caccialup. in dicta l. omnes populi, nume. 47. & poſt Baldum Angel. Aret. in §. ius autem ciuile, nume. 5. Inſt. de iure nat. ſed cridæ, de quibus agitur ſunt tales, ergo valere debent. probatur in primis quatenus ad illas pertinet de ſpinis non extirpandis, quarũ duæ ſunt: altera quondam Illuſtr. D. Giberti, & alia Illuſtr D. Herculis Pij, ratione pulchra munita, ut dominiũ ſuũ variis ſaluaticinis impleatur, & latebras habeat, in quibus aĩalia abſcondi poſſint, ſeque tueri, nidos facere, pullosque nutrire, nec paſſim & in aperto trucidari, & à ſuo dominio fugari. Hæc enim ratio reſpicit publicam vtilitatem, ne ſcilicet ſequatur horum æſculentorum animalium totalis ferè conſum-
25 ptio & deſtructio, † meritò tales cridę ea ratione factæ valere debent, ut in ſimili caſu de venatione cum retibus uel aliis inſtrumẽtis prohibita leporum, perdicum, & id genus concludit Natta conſi. 604. colum. 2. Tantoque magis honeſtæ ſunt dictæ cridæ, quòd non ſimpliciter nec abſolutè prohibent extirpare ſpinas, razas, & id genus, ſed ſine licentia Illuſtr. domini Saxolli, vel ſui officialis in eis expreſſorum: quæ licentia gratioſè data ſemper fuit cuicumque petenti, ut omnes teſtes ferè dicũt, examinati pro Illuſtr. Domino Hercule, & maximè volentibus extirpare culturas ſeminandas, ut teſtes depo-
26 nunt. † Cum igitur cridæ cum moderamine & limitatè prohibeant extirpationem prædictã, valere debent: nam & ius gentium licet limitare, diſtinguere, & temperare, licèt non prorſus tollere. l. ius autem ciuile, & ibi glo. & Doctores. ff. de iuſt. & iure. Natta loco citato, nu. 5. ſicut & libera facultas contrahendi matrimonium tolli non poteſt, ſed reſtringi. ſic l. quotiẽs. l. cum ita, ff. de condi. & demonſt. & dixi Inſt. de dona. in
27 princ. nu. 31. † Si verò conſideramus alias cridas, ut de non extrahendis fructibus, puta frumento & aliis bladis, vino, lignis, uitulis, & aliis animalibus ſub amiſſionis pęna, uel alia, clarum eſt tales cridas fieri poſſe etiam per magiſtratus inferiores, & temporales, ut per Bart. in d. l. omnes populi, nume. 8. ff. de iuſt. & iur. & in l. cotem. §. dominus, ff. de publica. & ibi Roman. & Imola. Ripa in tract. de peſte, tit. de præſeru. remed. contra peſtem, §. aduenio nunc, nume. 132.
28 Senat. Pedemont. deciſ. 71. nu. 8. † fundantur enim in ratione fertilioris annonæ: nã propter maiorem copiam uictualium exiſtentium in loco, uictus redditur opulentior, & penuria remouetur. Quæ res pertinet ad utilitatem pulicam, l. 3. in uer. nunciationis, ff. ad l. Iul. de anno. iunct. glo. & l. mulierem, ff. de accuſ. & hæc ratio uirtualiter exprimitur in quadam crida Illuſtr. Domini Herculis Pij, in qua prohibet talem extractionem propter ſterilem recollectam & ſimiles prohibitiones alibi factas de non extrahen-
29 do, neque ad ſtatum ſuum deducendo. † quæ poſterior ratio bene notari debet, nam cum ſit uniuerſalis talis conſuetudo in Ducatu Mutinę, Regij, & Ferrariæ, locisque particularibus dictorum ducatuum de faciendis huiuſmodi prohibitionibus ſingulis annis, utique talis conſuetudo potuit & in dominio Saxolli introduci, ſi forſan ibi non erat antea introducta: quia conſuetudo uniuerſalis in tota prouincia, porrigitur ad loca eiuſdem prouinciæ, in quibus nũquam fuit obſeruata, ut declarat Oldr. conſi. 267. circa fin. Grauet. in tract. de antiq. temp. 4. parte, nu. 57. Pariſ. conſi. 25. nume. 41. uol. 4. Roland. à Valle conſi. 51. nu. 24. uolum. 3. unde ſi ſine cridis ſubintelligi debuiſſet, multo facilius per eas potuit introduci. auth. multo magis, C. de ſacroſan. eccle. Quare patet ex prædictis cridas Illuſtr. domini Saxolli ualidas fuiſſe, uelutì munitas optimis rationibus & cauſis, non attentis ex aduerſo deductis, q̃ licèt uirtualiter ſublata ſint ex deductis pro domino Saxolli, tamen particulariter etiam poteſt eis in hunc modũ reſpõderi. Namque ad primum de literis Marchionis Leonelli conſideranda ſunt diligẽter verba capituli, quæ dicunt,

dicunt,ciues Mutinæ, poſſeſſiones habentes ſuper territorio Sollieriæ vel alio loco dominorũ de Piis immunes eſſe debere ab aggeribus,& ab alio quocunque grauamine, quod imponi poſſet per ipſos nobiles de Piis. Idemque diſponi-
30 tur reſpectu colonorum dictorum ciuium,† nã relatiuum illud. [Quod imponi poſſet] poſitũ ſine copula reſtringit præcedentia.l. ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& oſtendit immunitatẽ concedi ab illis oneribus,quæ fieri ſolent,eaque iubent effici domini Saxolli. at non extirpare ſpinas,razas,& id genus, non eſt grauamen,quod fieri præcipiatur, ſed eſt quid,quod non fieri mãdatur,& quod in requie conſiſtit,vt non laborare,nec aliquod opus exercere, ſicque verba capituli non cõueniunt caſui noſtro,ergo nec eius diſpoſitio.l.4.§. totiens.& ibi Bartol.& alij, ff.de
31 dam.infect. † Secundò poſito quòd verba dicti capituli conuenirent, tamen cum cridis poſtea factis in contrarium dicti coloni non contradixerint vel appellando, vt docet Iacobin. à S. Geor. in ſua inueſtitura,verſ.& cum venationibus,col.1. Balb.in tract.de præſcript. in 4.parte 5.partis princip. quæſt. 5.& Neuizan. conſi. 43. nu.3. vel infra annum agendo, quod non fecerunt,ſed dudum poſtea, vt per Bart. in L.ambitioſa,colum.pen. verſi. quæro infra quantum tẽpus,ff.de decret.ab ord.fac. Dec. in c. cum omnes.no. 5.de conſti.& in c.conſuluit,il ſecondo. de appel.Roland. à Valle conſi. 22. nu. 32. vol. 2.tenentur acquieſcere, ſublataque dicitur allegata poſſeſſio dictorum colonorum,uelut ei præſcriptum fuerit poſt cridas, quibus non fuit contradictum per longum tempus,nec appellatum, nec infra annum actum. & hæc ſit reſponſio generalis ad tuẽdas alias cridas ab obiectis,de quibus ſupra,ſicut & ad tuenda percepta dandi corregios, & operas plures quolibet anno, quod eſt ſecundum grauamen allegatum: nam præter quòd ad duos tenentur ex literis prædictis Marchionis Leonelli ampliatis ad alios colonos in inſtrumento permutationis, ſi iuſſi fuerunt eos dare,dederuntque,vt teſtes dicunt,nec infra annum egerunt,quominus infuturum darent,ſibi imputandum eſt ex allegata doctrina Bartoli & ſequacium,de quibus ſupra. Ad tertium & quintum grauamen de vitulis, lignis, & id genus nõ extrahendis, aduerti debet circa plura, & in primis quòd allegata libertas ea conducendi Mutinam vel alibi ſublata fuit per cridas & prohibitiones factas,iuncto quòd coloni non contradixerunt, ſed acquieuerunt illis per longum tempus, nec infra annum egerunt,vt ſupra quoque de aliis dictum fuit. Dum verò citatur capitulũ 6.de factis inter Ducem Herculem & dominũ Marcum & Leonellum de Piis anno 1471. vbi libera facultas extrahendi conceſſa fuit: dico ꝙ loquitur de ſubditis præfati domini Ducis,qua les ſunt ciues Mutinenſes habentes poſſeſſiones in dominio dictorum de Piis, non autem loquitur de colonis commorantibus ſuper dictis poſ-
32 ſeſſionibus, † Nam illi non dicuntur ſubditi præfati D. Ducis, ſed dominorũ de Piis, in quo rum dominio domicilium habent, ſicut & dicti ciues Mutinæ dicuntur ſubditi domini Ducis, ex quo domicilium habent Mutinæ: ſiquidem propriè ſubditus dicitur ratione domicilij,gloſ. in clem.1.uerbo, ſubditos,in fine, de for. comp. Caſtr. conſi. 89. poſſet quis. vol.2. Dec. conſi. 661.nume.6. Fely.in c.fi.de for. compe.Ceph. conſi.13.nu.15.& conſ.53.nu.35.igitur colonis, de quibus agitur, non prodeſt illud capitulum:
33 † ſiquidem priuilegium perſonale dominis cõceſſum, puta de decimis non ſoluendis, uel ut in caſu noſtro de fructibus extrahendis, non cõpetit eorum colonis, ut eſt glo. notabilis in cle. 1. de decim. quam ſequuntur ibi Steph.Paul. & Imol. Abb.in c. ex parte,col. 2.eod.tit. & conſi. 9. 2.dub.uolum.1.Feder.de Sen.conſi.111.col.4. uerſi. item quæritur.Ruin.conſi.157.col.fi. uol. 3.Eodemque modo procedit illa prouiſio Ducalis in dicto libriculo,fol.124. nam loquitur de habentibus terras in iuriſdictione & dominio dominorum de Piis, quòd liberè conducere poſſint Mutinam frumenta,blada, & quamlibet ſortem graſſæ: tales enim ſunt domini, non coloni ſui, qui non habent terras,ſed eas tantum colũt, & per eos etiam domini poſſidere dicuntur, ut ponit Tiraq. in tract. de iure conſti.3. par.limit. 13. Præterea loquitur de vaſallis habentibus iuriſdictionem in territorio Mutinæ,ſed villæ, de quibus agitur,exemptæ ſunt & ſeparatæ à territorio Mutinæ, & eius iuriſdictione, & regimine in inſtrumẽto permutationis in dicto libriculo, folio 164.ergo dicta prouiſio caſum noſtrum nõ comprehendit. Quod verò poſtremò citatur capitulum Communitatis Mutinæ per literas Ducales approbatum , non licere dominis de Pijs prohibere laboratoribus dictorum ciuium conducere ſuos introitus Mutinã, dico quòd illud capitulum non valet ſtante feudali inueſtitura in dicto libriculo,folio 174. vbi poſtquam Dux Excellentiſ.conceſſit, aut reſeruauit ciuibus Mutinæ,qui habent poſſeſſiones in iuriſdictione dictorum de Piis extrahendi fructus cum eorum licentia uſque ad certum tempus, ſubdit & hoc intelligatur pro parte patroni, pro parte verò laboratorum,etiam ſi ſint debitores patroni,nõ
34 poſſint iuriſdictionem conducere: † cum enim poſterius ſit id inſtrumẽtum & clarum, derogat prioribus.l. pacta nouiſſima, & ibi Dec. Iaſ. & D. meus Rimin. C.de pact. Quinimmo nec approbatio Ducis Herculis fuit ſimplex, ſed conditionalis: inquit enim, attento quòd nobis refertur hucuſque fuiſſe obſeruata: vnde dicimus quòd ea debeatis ſeruare in futurum, ſicut in
35 præteritum ſeruata fuerunt. † nam talia uerba enuntiatiua prolata à principe de illo facto notitiam non habente, non probant ex his,quæ tradit Fely.in c.per tuas,colum.4.uerſi. ſecundò reſtringitur.de prob.& Craue. in tract. de antiq. temp. in 1.par. ſub nume.56. tantoque magis, ꝙ Princeps facit relationem ab ipſa communitate,
36 † cui ſicut in facto proprio non crederetur. l.omnibus,C. de teſti. ita nec ipſi principi ab ea referenti: teſtibus enim non creditur deponẽtibus

bus de auditu ab his, quibus non crederetur, quia teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores. c. fraternitatis. de hæreti. c. nullus. 3. q. 4. cum ſimilibus per Craue. conſi. 112. nume. 13. Roland. à Valle conſi. 9. nume. 32. cum ſequen. vol. 3. Ad quartum grauamen, quod allegatur prohibitionis eundi foris ad molendum, in primis dico q illa fundatur in inueſtitura, vbi res in feudum conceſſæ fuerunt cum obedientia hominum ipſarum terrarum, oppidorum, locorũ, ac pertinentiarum ſuarum: igitur ſi prædicti coloni tenentur obedire Illuſtr. Dominis de Pijs, ſequitur, ut acquieſcere debeant eorum præceptis de non eundo foris ad molendum, & ſic eos
37 in hoc obedire. † Nec reputari debet id illicitum, & ob id nõ obediendum, iuxta illud, quòd nec etiam Papæ in illicitis eſt obedientia præſtãda, c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. Innocent. in c. inquiſitionis, de ſent. excom. & in c. propoſuit de conceſ. præb. Abb. in c. cum ad monaſterium, de de ſtat. mon. Ruin. conſi. 43. num. 21. vol. 4. quoniam reſpondetur, & licitam & iuridicam fuiſſe prædictam prohibitionem, cum facta fuerit ad tollendas fraudes & malitias dictorum colonorum, qui ſub velamento molendi foris conducebant, & extrahebant frumentum, & a-
38 lia blada. † Vnde dominus Saxolli potuit eorum malitiis obuiare. l. in fundo, ff. de rei uendic. Roland. à Valle conſi. 4. nu. 19. volum. 2. D. meus Rimiual. conſi. 70. nu. 23. Immo verò non poſſunt intereſſe probabile prætendere foris eũdi ad molendum, cum in dominio & iuriſdictione domini Saxolli plurima ſint molendina tam ſua, quàm aliorum particularium ad molendum idonea, nedum quæcunque blada, quæ naſcuntur in eius dominio, ſed longè plura etiam territorij Mutinæ, & tot ſunt, quòd pro maiori parte anni vacant à molendo defectu bladorum. & molendinarij optimè ſeruiunt, ſaccumque frumenti in interuallo vnius horæ tantum triturantur, vt hæc omnia ſatis abundè deponunt teſtes Illuſtr. domini Saxolli. Si igitur talia molendina ſunt, & proximiora dictis colonis, velut in eorũ villis poſita, certè magna videtur eorum peruicatia in recuſando ibi molere, & ad alia loca re-
39 moriora ſe transferre velle. † igitur agentes in hoc, in quo ſua non intereſt, audiri non debent. l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſaria, & ibi not. Ang. ff. ad Treb. Alex. in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento. eo. tit. Nec obſtat quòd iſtæ cridæ contineant monopolium, velut ad proprium commodum domini Saxolli tendentes, quoniam hoc non eſt in facto verum, ſicut erat in caſibus Ancharani conſi. 13. & conſi. 298. nam primo loco ſtatuto cauebatur, quòd quicunque volebat ire ad molendum, ſolueret ad portam ciuitatis 12. partem bladi. Hinc enim molere volentes abſtinebant à molendinis Archiepiſcopatus, vbi alia 12. pars bladi ſoluebatur, & ibant ad molendina ciuitatis, vbi nihil aliud ſoluebatur, præter ſolutum ad portam. Certè dicit Anch. & bene, tale ſtatutum non valere, quia per indirectum tendebat in præiudicium Eccleſiæ, & in propriũ commodum ſtatuentium. Secundo verò caſu ſtatutum dicebat, quòd euntes ad molẽdum ad molendina ciuitatis, nihil ſoluerẽt pro gabella: euntes verò ad molẽdina particularium, ſoluerent tm̃. certè & hoc ſtatutum dicebatur in præiudicium illorũ particulariũ, & proprium cõmodum ſtatuentium, meritò non valebat. at caſus noſter eſt diuerſus, nam in iuriſdictione domini Saxolli plura ſunt molendina, nedum ſua, ſed aliorum multorũ particularium, et ciuium Mutinæ, ut deponunt plurimi teſtes D. Saxolli, nec ille cogit colonos dictorũ ciuium ire ad molendũ ad ſua tãtum molendina, ſed in libertate ſua eos dimittit eundi magis ad unum, quàm ad aliud, modo eant intra iuriſdictionis ſuæ fines: igitur tales cridæ dici non poſſunt in proprium cõmo-
40 dum ipſius Domini. † Quòd autem iſtud tendere poſſit in præiudicium extraneorum habentium molendina extra iuriſdictionem ſuam, tangit illos, non autem colonos iſtos, ad quos non pertinet allegare ius tertij. l. 2. & ibi Barto. ff. de exec. rei iud. l. cum ſeruus. & ibi Aret. C. de ſer. fug. Circa ſextum grauamen de mercato Formiginis aduerti debet, quòd cridæ tam Illuſtr. domini Giberti, quàm D. Herculis, de quibus in proceſſu, non cogunt omnes homines habitantes in iuriſdictione ſua illuc ire, ſed eos tantum, qui in territorio & diſtrictu Formiginis morantur: vnde quo ad alios non loquuntur, & indebitè conqueruntur Solleriæ, Saxolli, uel alibi commorantes, quòd in hoc grauentur. Quò verò ad illos, qui manent in diſtrictu Formiginis, mihi uidetur quòd laborent contra propria cõmoda: expedit enim eis illuc fieri mercatum, & eos ad illud ire, ſubueniendi gratia ſibi & familiæ ſuæ de neceſſariis ad victum & humanum vſum. Vnde potius deberent ſponte accedere, quàm compulſi, meritò tales cridæ ad bonum
41 publicum factæ valere debent. † quod in annona fertiliore uerſatur. l. 3. ff. ad l. Iul. de anno. iunct. glo. & l. mulierem, ff. de accuſ. cum ſimil. vnde ſi quando cridæ ſunt contra pub. vtilitatẽ, nullæ ſunt. c. erit autem lex. 1. diſtinct. Bero. conſi. 171. nu. 14. uolum. 4. utique quando illi deſeruiunt ualere debent, ut contrariorum ſit eadem diſciplina per contrarium, ſecundum Docto. in rubr. ff. de acquir. poſſ. ultimò circa ſecundum caput petitionis communitatis prædictæ de iure deriuandi aquas Situlæ ad territorium Mutinæ dictæ communitati, ſiue ciuitati competente, id certè non negatur, immo verò in ſcriptura oppoſitiua D. Procurator Illuſtr. domini Saxolli obtulit eum paratum omnibus petentibus ſe iuſtitiam contra ſuos ſubditos miniſtrare, nec in hoc conſiſtit difficultas ex parte ipſius, ſed in alio, quòd prætendit ipſa communitas, uidelicèt quòd ad officiales Mutinæ & Excellentiſſ. D. Ducis pertineat omnimoda cognitio & iuriſdictio huiuſmodi, non autem ad ipſum dominum Saxolli, uel officiales ſuos, quod à veritate prorſus alienum eſt. patet in inueſtitura, ubi caſtra fuerunt conceſſa cum uillis, locis, fluminibus &c. ad dictas terras & territoria pertinentibus.

unde

vnde licèt inferius ius deriuandi aquas ex flumine Situlæ fuerit reſeruatum ciuitati Mutinæ, tamen ipſum flumen quantum ad iuriſdictionem manſit ſub protectione domini Saxolli, cui con-
42 ceſſum fuit, † ſicut dicitur ꝙ licèt ius piſcandi commune ſit omnibus in flumine publico, tamẽ ipſum flumen manet quantum ad iuriſdictionẽ ſub protectione Cæſaris, vt per glo. & Bal. in l. 2. ff. de rer. diui. ſequitur Iacob. à S. Georg. in inueſtitura ſua, verſ. & cum piſcationibus, in prin. tantoq; magis hoc dici debet in caſu noſtro, quia Illuſtriſſ. D. Dux in inueſtitura memorata ſeparauit dicta caſtra, villas, & loca, quibus ineſt dictum flumen Situlæ à iuriſdictione & imperio cuiusque ciuitatis, & præſertim Mutinæ & cuiuſcunque officialis & Regiminis eiuſdem, & etiam à iuriſdictione immediatè ſuæ Excellentię.

43 † Vnde ſequitur apertiſſimus textus in l. cum prætor. ff. de iudic. dicens quod cum prætor aliquos iudicare vetat, cæteris permittere uidetur: ſic enim ſeparando dicta loca à iuriſdictione Mutinæ, & ſuorum officialiũ dicitur illos uetaſſe iudicare circa pertinentia ad dictũ flumen, vt eſt vſurpatores illius aquæ punire: & uidetur conceſſiſſe hoc ius cognitionis & puniendi Illuſtri D. Saxolli, & officialibus ſuis: propterea benefactum fuit in carceratione cuiuſdam Caualларini. nam licèt ille præfectus eſſet à communitate Mutinæ cuſtodiæ dicti canalis & aquarum ſuarum, ne extraherentur ex alueo, non tamen potuit ille ſibimet ius dicere, condemnando & exigendo ab vſurpatoribus dictarum aquarum, ſed debuit recurſum facere ad officiales Saxolli, vel alterius Caſtri D. Saxolli. vnde coactus fuit reddere pecunias tãquam malè exactas per eum, non autem quia communitas ius aquã du-
44 cendi non haberet. † Hocq; probatur, quia parato Illuſt. D. Saxolli ſe iuſtitiam miniſtrare uel per ſe, uel ꝑ ſuos officiales aduerſus dictos uſurpatores, non potuiſſet Illuſtriſſ. D. Dux. (iuridicè ſemper loquendo) ſe interponere in cognitione prædicta, aliàs diceretur D. Saxolli in ſua iuriſdictione turbari, ut de Marchione Montisferrati determinat Cur. iun. conſi. 2. col. 1. & 2. citãs inter alios Io. Fabrum, Inſt. de Atti. tut. in princip. col. 4. dicentem ꝙ dominus directus non poteſt in terra Baronis ſibi ſubiecta tutorem dare, nec alium actum iuriſdictionalem exercere, niſi in caſum defectus iuſtitiæ inferioris, iux. ea quæ habentur in c. paſtoralis, de offi. ordi. & in c. Romana, eo. tit. lib. 6. vbi Archiepiſcopus non poteſt regulariter exercere iuriſdictionem in dioceſi Epiſcopi ſuffraganei ſui. Ex his ergo (meo iudicio) ceſſant omnia contraria, & remanet intentio fundata Illuſtr. D. Saxolli, ꝙ à peritis per dictam communitatem ueniat abſoluendus.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

---

## Pro Illuſtribus Comitibus Mario Rodulpho, & Alexandro de Montecuculis.

### ARGVMENTVM.

An, & quando miſſio in poſſeſſionem bonorum feudalium petita per hæredes impediri non poſſit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Naturalis, etiam legitimatus non admittitur ad feuda.*
*Niſi fuerit ad ea legitimatus. 21.*
*Et quid ſi nobilia ſunt, ut Comitatus. 22.*
2 *Vitium viſibile, impedit miſſionem in poſſeſſionẽ.*
3 *Filius ex concubina natus, uiuente uxore, ea mortua non legitimatur per ſequens matrimonium.*
4 *Inſtrumenta faciunt probationem euidentem.*
*Niſi patiantur oppoſitiones. 24.*
5 *Petitorium quando conſtat, non curatur poſſeſſorium.*
*Quod declaratur. 20.*
6 *Hæreditas in codicillis neque dari, neque adimi poteſt.*
*Fallit in teſtamento patris inter liberos.*
7 *Fratri ſuccedit ab inteſtato mater, & ſoror utrinq; coniuncta, excluſo fratre conſanguineo tantum.*
8 *Filia hæres patris mitti debet in poſſeſſionem, etiam bonorum feudalium.*
*Nec agnati, ſunt legitimi contradictores.*
*Et eſt communis opinio. 9.*
10 *Multa tranſeunt cum uniuerſitate, quæ aliàs non tranſirent.*
11 *Fœmina regulariter ad feuda non admittitur. 35.*
12 *Extraneus hæres uaſalli mittitur in poſſeſſ. bonorum feudalium.*
13 *Legitimus contradictor ut quis ſit, requiritur quòd poſſideat, aliàs ſecus.*
*Item quòd incontinenti probet de iuribus ſuis. 14.*
*Et quando habet ſimilem titulum à defuncto. 20.*
14 *Non nominatus, ſed per interpretationem uerborum, non dicitur incontinenti docere de iuribus ſuis.*
*Sed res dicitur requirere altiorem indaginem. 25.*
15 *Concurſus plurium iurium facit, ut res dicatur requirere altiorem indaginem. 16.*
16 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in iudicio ſummario. 18.*
*Nec impedit miſſionem in poſſ. & de ratione. 17.*
19 *Hæres mittitur in poſſ. licèt allegetur teſtamentum falſum, uel inofficioſum.*
21 *Qualitas una, non poteſt accipi ſine alia ſibi coniuncta.*
22 *Legitimatus ad feuda non intelligitur legitimatus ad nobilia, uel dignitatis.*
*Niſi fuerit expreſſè dictum.*
23 *Miſſio in poſſeſſionem debet impediri, quando recuperatio eſſet difficilis.*
*Fallit, quando res ſunt ſub principe ſuperiore.*

26 *Poſſeſſorium prius eſt finiendum, quando id ſolum fuit intentatum utrinque.*
*Immo etiam ſi ex altera tantum parte.20.29.*
*Et maximè ſi fuerit proteſtatum, quòd de poſſeſſorio tantum cognoſcatur.31.*
27 *Reſcripta ad lites ſunt ſtricti iuris, & ſecundum ius reſtringuntur.28.*
*Ius diſponit, quòd cauſa poſſeſſorij prius cognoſcatur, quàm petitorij.29.*
32 *Princeps procedit ſola facti ueritate inſpecta.*
*Et ut Deus, omiſſo ordine iudiciario.*
*Et ſibi conuenit illud, Quod ſcripſi, ſcripſi.34.*
*Et quæ proceſſerunt de labijs meis non faciam irrita.*
*Debetq́; habere vnum calamum, & unam linguam.*
*Sibiq́; conuenit illud, Semel locutus eſt Deus.*
33 *Variatio non toleratur in eadem inſtantia.*
36 *Fœmina non admittitur ad feudum, maximè pro maſculis conceſſum.*

## CONSILIVM LXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRES Comites Marius, Rodulphus, & Alexander filij & hæredes quondam Illuſtr. Comitis Marij de Montecuculis petunt ſe mitti in poſſeſſionem caſtrorum & bonorum feudalium, quæ ſunt in Ducatu Mutinę: at eorum intentioni contradicunt Illuſtres Comites Cæſar & Hieronymus fratres de Montecuculis. qua controuerſia coram ſublimi ac Excelſo principe Duce noſtro deducta, viſum fuit Excellentiæ ſuæ eam clariſſimis ſuis conſiliariis & dominis Signaturæ decidēdam committere, ijq́ue domini me dictorum filiorum aduocatum deputarunt: igitur propoſito caſu, ſcripturisq́; neceſſariis opportunè cōſideratis, uiſa mihi fuit
1 in primis dubitabilis eorū intentio. † Nam conſtat ex codicillis paternis eos fuiſſe naturales: ſic enim Comes Marius eos appellat. Et licet ſubiūgat legitimatos, hiq́; legitimationē Comitis Palatini demonſtrent, tamen ad feuda non admittuntur, ut eſt caſus clarus in c.1.§.naturales. ſi de feud.fuer.contr. vbi dicitur, ꝙ naturales filij, licèt poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi,
2 nec ſoli, nec cum aliis admittuntur. † & cum tale vitium ſit viſibile, quippe quòd ex lectura dictorum codicillorum detegitur, debet impedire miſſionē in poſſeſſionē. l.fi.C.de edic.diui Adri. toll. in verbo, vitiatum à contrario ſenſu, & ibi glo. & Doct. declarant. Nec in legitimatione per ſubſequens matrimoniū uidētur uim facere poſſe, ſtante quod nati ſunt viuēte prima vxore Comitis Marij. c.tanta, qui fil. ſint leg. ubi dicitur ꝙ ſi vir viuente vxore ſua aliam cognouerit, & ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortē uxoris eādē duxerit, nihilominus ſpurius erit filius, & ab hæreditate repellēdus. & hoc pulchrè tradit Bero. conſi.166.col. 2.uol.2. † Secundò repugnat
3 huic immiſſioni petitæ per dictos filios, ꝙ tractatur hic de poſſeſſione caſtrorum, quorum difficilis eſſet recùperatio per dictos Comites Cæſarem, & Hieronymum, ſi filij prædicti mitterentur in poſſeſſionem, meritò propter hanc rationem miſſio debet impediri, vt ponit Caſt. in l.2. C.de edic. diui Adri. dicens et ſpoliatum non eſſe reſtituendum: idemq́ue ponit in l. ſi de ui, ff. de iudic. & poſt eum Iacobin. à S. Georg. Ale. in l. naturaliter, §. nihil commune, col.16. ff. de acquir. poſſ. Butri. in c. ex parte, de reſt. ſpol. Rol. à Valle conſi.1. nume.33. uolum.1. cum ſimilib. per Goza. conſi.7. colum.2. Rubeus conſi.13. nu.
4 17. & D. meus Riminal. conſi.21. nume.28. † Tertiò conſtare uidetur euidenter de iuribus dictorum Comitum Cæſaris, & Hieronymi per inueſtituras, in quibus uocantur ad hæc feuda, iuxta not. per Bar. Imol. Caſt. Alex. Iaſ. & alios in l.1. in prin. ff. de ope. no. nunc. inſtrumenta namq́ue faciunt probationem probatam, euidētem, ac manifeſtam, ut illi dicunt, & poſt eos Dec. in c. licet cauſam. not.13. de prob. conſ.36. nume.2. conſi.413. nume.12. conſi.488. nume.1. conſi.682. col.1. Alciat. in tractat. de præſumpt. regula 3. præſump.13. nume.8. Cephal. conſil.261. nu.6. Sena
5 tus Pedemont. deciſ.72. nu.4. † at quando conſtat de petitorio, non eſt diſputandum ſuper poſſeſſione. c. cum dilectus, & ibi not. Abb. de cauſa poſſ. & pro. Soc. conſi.98. nu.2. uolum.3. & cum dicere poſſint aduerſarij Comites, hodie cōſtat, hodie agatur: meritò dicuntur eſſe legitimi contradictores ad impediendam miſſionem in poſſ. ut declarant Andre. de Iſern. Præpoſ. Alexandri. Martin. Laud. & Aluaror. in c.1. §. inter filiā. ſi de feu. fuer. conten. Gozad. conſi. 7. num. 2. & longè pulchrius Natta conſi. 511. col. 2. & 3. nam præter Iaſonem conſi.138. colum. fi. uolum.4. & conſi.152. colum.2. eo. uolum. quem citat, addit Anchar. conſil. 146. colum. 2. dicentem quòd Imperator. in dicta l. fin. C. de edic. diui Adri. inſtruit iudicem, ut cauſam miſſionis, & ſubſecutæ contradictionis inquirat, & poſſeſſionem tradat ei, qui potiora iura, oſtenderit. ponderat enim, quod inquit, potiora iura, quaſi quòd in iſto poſſeſſorio proſit allegatio tituli & dominii contradictoris, ut not. in l. ſi de ui, ff. de iudic. & ratio prædictorum uidetur eſſe ſecundum Caſtrenſ. in dicta l. fina. nume. ſexto. verſicul. breuiter, quia ſi poſſeſſor vltra titulum, quem habet ab alio quàm à defuncto intendat probare de dominio, vel quaſi authoris ſui, incontinenti dicitur habere ius potentius hærede, qui non allegat niſi titulum hęreditarium, & poſſeſſionem defuncti: ideo excluditur eius poſſeſſorium. Demum verò Natta ſubiungit, quòd magna eſt æquitas regula, dolo facis, quia per eam euitantur inutiles circuitus. l. Dominus teſtamento, ff. de condit. in l. quam æquitatem princeps amplecti debet, coram quo cauſa pendet, quia iudicare debet ſola, facti ueritate inſpecta, & ut Deus, omiſſo ordine iudiciario. Bald. in cap. 1. §. fina. de no. for. fid. & in l. fin. in princip. circa finem. C. de iure delib. ſicut & in l. Aemilius.

ff. de

ff. de minor. nam coram principe non itur per
ambages, meritò debet attendi veritas non au-
tem iudiciarius ordo, quòd prius de poſſeſſione,
deinde de proprietate quæratur. l. ordinarij, C.
de rei vendic. & quod inquit Natta conuenire
officio iuſtiſſimi principis concludit eadem ſua-
ſuros ampliſſimos viros, qui à latere ipſi aſſiſtũt,
quales ſunt clariſſi. Domini de Signatura in ca
ſu noſtro. Quartò corruit intentio dictorum fi-
liorum, qui ſe prætendunt hæredes ex teſtamen
to paterno, quoniam id poſtea reuocauit inſti-
tuẽdo poſthumum in codicillis, quos habere vo
6 luit vim teſtamenti. † Et licèt hæreditas in codi
cillis neq; dari, neq; adimi poſſit, ne cõfundatur
ius teſtamentorum, & codicillorum, vt dicit Iu-
ſtin. in §. codicillis. Inſt. de codic. & l. hæreditatẽ,
C. eo. tamen cum de teſtamento patris ageretur
inter liberos, hæreditas etiam in teſtamento da
ta, potuit in codicillis adimi, prout cõcludit Bar.
in l. hac conſultiſſima, §. fi. C. de teſta. & in l. mili
tis codicillis, in prin. ff. de teſt. mil. ſequitur Ale.
& Iaſ. in d. §. fi. & Dec. conſ. 361. col. 4. non poſ-
ſunt igitur iſti filij fundamentum aliquod ex te
ſtamẽto patris deſumere, quod in hac parte fuit
7 abrogatũ. † Nec velut ab inteſtato dicto poſthu
mo fratri ſuo & præmortuo venire poſſunt, ſtãte
in medio illius matre & ſorore vtrinque coniun
cta, vt eſt tex. in auth. defuncto, C. ad Tertul. qua
re concludendo videtur hanc immiſſionẽ in poſ
ſeſſionem nequaquam dictis filiis eſſe conceden
dam. Iſtis tamen non obſtantibus, & maturius
cogitando, totum contrariũ dici debet. moueor,
8 † quoniã conſtat eos eſſe inſtitutos hæredes à pa
tre ſuo in teſtamento in omnibus bonis, etiã feu
dalibus: quo ſtante audiri debent. c. 1. iunc. glo.
de contro. inter. maſ. & fœmi. vbi filia hæres pa-
tris mitti debet in poſſeſſionem feudi, & agnatus
poſtea petere debet, ſi prætendit aliquid iuris in
eo, quia non eſt in tali caſu legitimus contradi-
ctor ad impediendam talem immiſſionem, ſicq;
clarè voluit Ioannes Andre. in addi. Specul. in
titu. de teſtam. §. pen. in fi. quem ſequitur Alex.
in l. fi. in fi. C. de edic. diui Adri. verſic. aliud no-
tabile dictum. & poſt eum Iaſ. colum. 10. Sapia
nu. 91. & D. meus Vberti. Zuccardus, num. 435.
Dec. conſi. 424. nume. 11. conſi. 498. colum. 1. So
cin. iun. conſil. 75. nume. 26. volum. 1. Roland.
à Valle conſi. primo, nume. 65. volum. 1, & con-
9 ſi. 11. nume. 17. volum. 4. † vbi communem te-
ſtatur, ſicut & Menochius in tractat. ſuo de adi-
piſcen. poſſ. remedio 4. nume. 375. plures alios
cumulans, de quibus per eum, potiſſimè uerò
Brunum conſi. 1. & Campegium conſ. 2. quibus
addo Pariſ. conſi. 13. col. fi. vol. 1. Gratum reſpõ.
10. nu. 1. uol. 1. Cephalum conſi. 30. colum. 3. plu
res citantem, & conſi. 251. nu. 11. Beroum conſil.
176. nume. 51. uolum 2. & abundè Senatum Pe-
10 demont. deciſ. 23. nume. 36. † Mouentur ipſi,
quoniam multa cum vniuerſitate tranſeunt, quę
aliàs non tranſirent. l. quædam, ff. de acquiren.
rer. domi. l. 1. ff. de fund. dot. Item quia in plu-
ribus caſibus fœminæ ſunt capaces feudorum,
quos proſequitur Dec. in dicto conſi. 424. vnde
mitti debet in poſſeſſionem, & poſtmodum di-
11 ſputabitur de iuribus partium. † Sicut ergo fi-
lia (quæ aliàs regulariter velut fœmina, dicitur
incapax feudi. cap. 1. §. filia. de ſucc. feud. cap. 1. §.
hoc autem. qui feud. dare poſſ. Dec. conſi. 511.
Ruin. conſi. 25. nume. 5. conſi. 39. nume. 9. uol.
3. Gozad. conſi. 26. nume. 31.) ſi ſit hæres inſtitu-
ta mittitur in poſſeſſionem bonorum patris, e-
tiam feudalium, nec agnati ſunt legitimi con-
tradictores, qui ius prætendunt in feudo, ad im
pediendam immiſſionem: pariter idem dici de-
bet in filiis naturalibus, quòd etſi regulariter
eſſent incapaces feudorum, tamen hæredes
inſtituti mitti debeant in eorum poſſeſſionem,
quæſtione dominij in aliud iudicium dilata.
12 † Secundò confirmatur, & fortius ex eo,
quod videmus in extraneo prorſus feudi inca-
pace: & tamen ſi ſit hęres vaſalli defuncti, mitti-
tur in poſſeſſionem feudi, ut concludunt glo. An
dre. de Iſern. & Alua. in d. §. inter filiam, ea ra-
tione moti, quia cum defunctus fuerit dominus
& poſſeſſor, ita & pro hærede præſumẽdum eſt,
donec contrarium probatur: ideo hęres interim
mitti debet in poſſeſſionem, cum habeat inten-
tionem fundatam. ſequitur Rol. à Valle conſi. 1.
nu. 62. vol. 1. & Goz. quẽ non allegat, conſ. 7. col.
13 2. qui plenius inſiſtit, ut per eum. † Tertiò tãto
magis d. Comites Cæſar, & Hieronymus in caſu
noſtro dici poſſunt eſſe legitimi contradictores
ad impediendam miſſionem, cũ non poſſideant
res feudales, de quibus agitur, ſed earum poſſeſ
ſio ſit apud Illuſtriſſi. Ducem, ſeu magnificã Si-
gnaturam ipſum repręſentãtẽ: ad hoc. n. ut quis
legitimus contradictor eſſe dicatur, requiritur
ꝙ poſſideat, ſecus autem ſi non poſſideat, ut per
Bar. & alios in l. filiam fratribus, ff. ad Treb. Soc.
conſi. 106. col. fi. verſi. quintò, vol. 4. Fel. in c. ve-
niens. il ij. de teſti. Dec. conſ. 84. col. 2. conſi. 218.
col. 1. ubi communem teſtatur. & conſ. 463. col.
14 3. Rol. à Valle conſ. 1. nu. 71. uol. 1. † Quartò cõ
firmatur, nam ad hoc, vt quis dicatur legitimus
contradictor, oportet ꝙ incontinenti probet de
iuribus ſuis. Bar. in l. filiam fratribus, ff. ad Treb.
& in l. fi. C. de edic. diui Adr. ſequitur Dec. conſ.
84. col. 2. & latius Rol. à Valle dicto conſi. 1. nu.
24. vol. 1. at cum dicti Com. Cæſar, & Hierony-
mus non ſint in ſuis iuribus nominati, ſed per in
terpretationem verborum, & probationes facti
veniat declarandum, utique talis probatio, ue-
lut requirens altiorem indaginem, uenit in alio
iudicio reſeruanda, & ab hoc ſummario repel-
lenda, ut in ſimili caſu concludit Deci. conſil.
424. & conſi. 477. colum. fin. & in terminis no-
ſtris Roland. à Valle dicto conſi. primo, nume.
72. & latius conſi. 98. num. 40. & ſequenti, uo-
15 lum. 3. † Quintò poſito quòd dicti Comites
Cæſar & Hieronymus forſan prætendant ius
in dictis bonis feudalibus vigore inueſtiturarũ,
tamen cum dicti filii ſe quoque capaces præten-
dãt vigore ſuæ legitimationis ad feuda quęcũq;
licèt Comitatus, & ĩ ampliſſima forma, itẽ vigo-
16 re teſtamenti: utiq; in concurſu tot iuriũ, † talis
diſputatio requirere uidetur altiorem indaginẽ,

quæ in iſto iudicio ſummario non admittitur.l.
2. C. de edic. diui. Adr. tollend. Ita formaliter
arguit Dec. conſi. 588. colum. ſecunda, & poſt
eum ſequitur Senàtus Pedemontan. loco cita-
to, & ante ipſos Angel. conſi. 134. quidam no
mine Mattheſil. Bald. conſi. 442. non tangendo
ſubſtantiam. volum. 1. & melius conſi. 128. præ-
17 miſſis verbis, volum. 3. † vbi concludit, quòd
ea, quæ requirunt altiorem indaginem, non
impediunt, quominus hæres ſcriptus mittatur
in poſſeſſionem: & adducit pulchram rationem
dicens, quòd eſt poſſeſſorium quaſi recuperan-
dæ poſſeſſionis, ac ſi diceremus quód hæreditas
fuerit ſpoliata in perſona hæredis, & reſtituen-
da, & reintegranda ſit, licèt propriè hæreditas
non poſſideat.l. prima, §. Scæuola.ff.ſi quis teſt.
lib. nam dicit Bald. quòd poſſeſſioni defuncti
quoddam ius inerat, quod ius hæreditas habet,
conſiderando ipſum ius in abſtracto intellectus,
non in concreto ipſius actus corporalis: ſequi-
tur Dec. loco citato, & Deciſ. Neapol. 119. ad
18 finem. † Sextò dato quod præſati Comites
Cæſar & Hieronymus dicere vellent dictam le
gitimationem, teſtamentum, & inueſtituram
eſſe nulla vel inualida, tamen audiri non debet
ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem di-
ctorum filiorum, cum ſuper prædictis magna ſu
boriri poſſit diſputatio, propter quam res di-
cetur requirere altiorem indaginem, quæ in ta-
li iudicio poſſeſſorio non admittitur. ita Socin.
iun. conſi. 97. nume. 45. volum. 2. & Bero. conſi.
19 57. volum. 1. † Immo ſtat tex. ille notab. in di
cta l. 2. C. de edic. diui Adr. tollen. vbi ſcriptus
hæres mittitur in poſſeſſionem bonorum defun
cti, non obſtante quòd teſtamentum falſum, vel
inofficioſum, vel alio vitio ſubiectum dicatur.
ſequitur Deci. conſi. 220. in fin. Deciſ. Neapo.
14. nume. 4. Gozad. conſi. 7. num. 17. Soc. iun.
conſil. 75. nume. 29. uolum. 1. & Rolan. à Val-
20 le conſil. 98. nume. 42. volum. tertio. † Septi-
mò non poſſunt & alia ratione dicti Comites
Cæſar & Hieronymus hanc miſſionem impedi
re, quia tunc demum quis dicitur eſſe legitimus
contradictor ad eam impediendam, quando re
peritur habere ſimilem titulum à defuncto, quē
hæres petens mitti in eam, puta aliud teſta-
mentum: ita Barto. & Doctores in dicta l. fina.
Bero. conſi. 60. numè. 4. volum. 1. at dicti Comi
tes non oſtendunt aliquod teſtamentum Co-
mitis Marij, prout oſtendunt eius filij, meri-
tò non ſunt legitimi contradictores, vt idem Be
ro. determinat conſil. 176. nume. 51. uolum. 2.
Hierony. Lucenſis conſi. 5. nume. 23. in cauſa
Montis Ferrati, & Roland. à Valle conſi. 98.
colum. fin. volum. 3. quare concludendo patet
multis nominibus ac mediis dictos filios iuſti-
21 tiam fouere. † Et tenendo hanc partem, non
obſtant contraria: & in primis vitium viſibile,
quod allegatur hic adeſſe, quia naturales ap-
pellantur in codicillis, qui ſunt incapaces feu-
dorum: quoniam pater non ſimpliciter eos ap-
pellauit naturales, ſed addidit legitimatos, un-
de non poſſunt Comites aduerſarij vim facere

in prima qualitate, & ſecundam reijcere, poſi-
tam in eodem verborum periodo, iuxta docti-
nam Barto. in l. Aurelius, §. idem quæſiuit, ff. de
liber. leg. & cum demonſtrent dicti filij ſuam le-
gitimationem expreſsè ſibi conceſſam ad feuda
teſtamentumque patris, in quo ad feuda vocati
ſunt, vtique dicitur ceſſare vitium uiſibile, quo-
niam legitimati expreſsè ad feuda, ſunt eorum
capaces, & in eis ſuccedere poſſunt, ut per glo.
& Doctores in dicto §. naturales. Rip. in l. ex fa
cto, §. fina. nume. 18. ff. ad Trebel. Ruin. conſi.
36. nume. 28. uolum. 1. Deciſ. Neap. 95. nume.
22 4. Dec. conſi. 624. nume. 4. & 5. † Et licèt ex-
preſſim legitimatus ad feuda non intelligatur
legitimatus ad feuda nobilia, ſiue dignitatis,
vt ex hoc intelligamus quãtum nobilitas abhor
reat impudicitiam, prout voluit Bald. in l. eam
quam, colum. antepenult. verſic. quærò vtrum
legitimatus. C. de fideicom. & ibidem Alexan.
ſiue magis ſit Andre. Sicul. in apoſtil. & ſequi-
tur Anch. conſi. 308. prima facie, colum. 2. Tira
quel. in tract. de nobilitate, capit. 13. nume. 18.
Tamē in propoſito noſtro ceſſat illa difficultas,
ex quo Comiti Palatino conceſſa fuit ab Impe-
ratore facultas legitimandi quoſcunque, etiam
nobiles: immo & Illuſtrium Principum ac Co-
mitum filios naturales, ſpurios &c. ad omnes ho
nores, dignitates, Comitatus, vaſſallagia, & feu-
da, & ita Comes ipſe dictos filios ad prædicta
legitimauit in ampla forma. vnde res in hoc red
ditur clara. Quo uerò ad legitimationem per ſe-
quens matrimonium, uim non facio: quia ſuffi-
23 cit præcedens. † Ad ſecundum de recuperatio-
ne caſtrorum difficili, propter quam debet impe
diri miſſio, reſpondetur ꝙ cū ſint in Ducatu Mu
tinæ, & dominio Excellētiſs. Ducis Ferrariæ, &
directi Domini, qui ſuper petitorio haberet iu-
dicare, utiq; ceſſat doctr. Caſt. in d. l. 2. & ſequa-
cium, de quibus ſupra, cū per eum cogi poſſent
dicti filij ad reſtituendū dicta caſtra, ſi ſuccūbe
rent in petitorio. Ita Claud. Aqueuſ. in d. §. nihil
cōmune, col. 3. & Horman. Detus, nu. 12. demūq;
Rol. à Valle conſ. 1. nu. 77. uol. 1. plenius id cōfir
24 mantes, ut per eos. † Ad tertium dico, ꝙ ita de-
mum inſtrumenta faciunt probationē probatā,
euidētem, ac manifeſtā, quando nullas in cōtra
riū pati poſſunt oppoſitiones, uel exceptiones,
aliàs ſecus. Ita Butri. in c. cum contingat. not. 3.
de reſcr. Imo. in c. cōſtitutus, de fil. presby. Dec.
conſ. 474. nume. 3. & In c. licet cauſam. not. 13. de
proba. Socin. conſi. 226. nu. 4. Ruin. conſi. 128.
25 uol. 4. Senat. Pedemont. deciſ. 119. nu. 7. † at in-
ueſtituris prædictis opponi poterit, dictos Comi
tes aduerſarios nō eſſe nominatos, ſed per inter
pretationem verborum, & probationes facti id
eſſe declarandum, meritò talis probatio, uelut
requirens altiorem indaginem, uenit in alio iu-
dicio reſeruanda, & ab hoc ſummario repel-
lenda, ut in ſimili caſu concludit Deci. con-
ſi. 424. & conſi. 467. colum. fin. & in terminis Ro
lan. à Valle conſi. 1. nu. 72. uolum. 1. & latius con
ſi. 98. nume. 40. uol. 3. Et hinc ſequitur dici non
26 poſſe ꝙ conſtet de petitorio. † Sed ut etiam cō-
cederemus

cederemus de illo conſtare, nihilominus poſſeſ-
ſorium prius eſt finiendũ: nã quod habetur in
d.c.cũ dilectus, de cauſa poſſ.& pro.procedit qñ
deductum fuit vtrinque petitorium, & poſſeſſo-
rium: at hic vtraque pars intentauit in precibus
poſſeſſorium tantum, & Princeps commiſit cla-
riſſimis dominis Signaturæ, quòd circa narrata
cognoſcant, & iuſtitiam faciant. ſi circa narra-
ta, ergo circa poſſeſſorium tantum: meritò de
27 illo tantum debent iudicare. † Quia cum re-
ſcripta ad lites ſint ſtricti iuris. c. ſignificante. &
c. Rodulphus, & ibi gloſſ. Butr. Abb. & alij, de re
ſcrip. & ponit Gomeſ. in c. cum in multis, num.
65. eo.tit.lib.6. non debent interpretari præter
28 caſum expreſſum, vt per eum ibi. † aut ſi quam
interpretationem recipere debent, ea debet eſſe.
iuris communis, & quæ ab eo deſumatur, & ſecũ
dũ illud reſtringi, vt de primo eſt caſus in c. cau-
ſam quæ, de offi. deleg. de ſecundo in cap. gra-
ue. de offi. ordin. & ponit Roma. conſi. 185. nu. 4.
29 † at ius commune diſponit, quòd cauſa poſſeſ-
ſorij prius cognoſcatur, & decidatur, deinde ve-
rò cauſa petitorij. l. ordinarij, C. de rei vendic.
Et hoc in fortioribus terminis decidit Gozad.
conſi. 10. in cauſa Marchionatus Montisferra-
ti, vbi deducebatur pro parte Duciſſæ Mantuæ
poſſeſſorium, & ex parte Marchionis Salutij
petitorium: nihilominus ex multis concludit
Gozadinus ſuper poſſeſſorio prius iudicandũ,
non autem etiam ſuper petitorio, ſed illud eſ-
30 ſe differendum, † potiſſimè verò ex doctri-
na Bartoli in l. naturaliter, §. nihil commune, in
6. combinatione, ff. de acquirend. poſſeſ. vbi
vult, quòd quãdo vnus proponit poſſeſſorium,
& alius petitorium, tunc quodcunque ſit poſſeſ
ſorium, ſemper de illo prius debet cognoſci, iux.
31 glo. in l. certi, C. de interd. † tantoque ma-
gis, ſi fuerit poteſtatum procedendum fore ſu-
per poſſeſſorio tantùm: id enim tantum venire
debet in iudicio, quod actum eſt venire, nõ aũt
petitorium, quod actũ eſt ne ueniret, vt eſt text.
clarus in c. cum eccleſia Sutrina, §. verũ, de cauſ.
poſ. & propr. gl. & Doc. in c. ex conqueſtione, de
reſt. ſpo. Abb. i c. ſi. de ord. cogn. & Deciſ. Neap.
98. tanto magis igitur hic, vbi poſſeſſorium tan-
tum vtrinque fuit intentatum iũcta proteſtatio-
ne dictorum filiorum, quòd ſuper poſſeſſorio tantũ
32 procedatur. † Nec obſtant quæ dicit Natta cõſ.
502. de principe, qui procedit ſola facti ueritate
inſpecta, ut Deus, omiſſo ordine iudiciario: id. n.
uerum eſt alio in contrariũ non apparẽte: at ſe-
cus in caſu noſtro facta cõmiſſione ſuper poſſeſ-
ſorio tñ mutuo partiũ conſenſu, ut in ſupplica-
tionibus eorum patet, & reſcriptis annotatis ad
eas: quia iudicis officiũ ceſſat inter partes cõcor
des, ut tradit Specu. in tit. de homic. verſ. ſed po-
33 ne. † Immo pati non debẽt D. Signaturæ varia
tionẽ hanc dictorũ Comitũ de poſſeſſorio prius
intẽtato, ad petitoriũ cõuolando, quòd reprobat in
eadẽ inſtãtia, ut declarat Bar. in l. Papinianus. §.
34 ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſt. † & Principi
nõ cõuenit, quem ipſi repręſentãt, ſed illud po-
tius. Qđ ſcripſi, ſcripſi: & quæ proceſſerunt de labiis
meis, nõ faciã irrita, ut inquit Bal. conſ. 279. vol.
3. Grat. reſp. 104. nu. 14. vol. 1. debet enim habe-
re vnum calamum & vnam linguam, ſibiq; con-
uenit illud, Semel locutus eſt Deus, ut poſt Bal.
mox allegatum ponit Cur. iun. conſ. 170. Ceph.
cõſi. 168. nu. 45. & plenius Boſſi. in titulo de prin
cipe, nu. 17. Ad quartum de inſtitutione dictorũ
filiorum facta in teſtamento reuocata in codicil
lis (& propterea ceſſat præſuppoſitum, quòd
ſint hæredes patris ex teſtamento) reſpondetur
id in facto non eſſe verum, nam poſthumo filio
tantum ea pars ſtatus & Comitatus relicta fuit,
quæ ſibi de iure deberetur. vnde non fuit reuo-
cata filiorum inſtitutio in feudo, ſed cum eis po-
ſthumus quoque vocatus fuit, qui ante tempo-
35 re teſtamenti non erat. † Et inquantum dicitur,
quòd illi poſthumo præmortuo dicti filij & illius fra
tres conſanguinei tñ non ſucceſſerũt, ſed mater
& ſoror utriq; cõiũcta. auth. defuncto. C. ad Ter
tul. reſpondetur id eſſe uerum in allodialibus: at
in feudalibus ſecus, cũ eorum fœminæ ſint inca-
paces. c. 1. §. filia. de ſucc. feud. c. 1. §. hæc autẽ. qui
feud. dar poſſ. Dec. conſi. 311. nu. 1. Rui. conſ. 25.
nu. 5. uol. 2. conſi. 39. nume. 9. uol. 3. Gozad. con-
36 ſi. 26. nume. 31. † & in hoc potiſſimè feudo pro
maſculis conceſſo, quo caſu clarè non ueniũt fœ
minæ. c. 1. §. & quia. vbi Præpoſit. qui feud. date
poſſ. Soc. iun. conſi. 1. nu. 121. uol. 1. Quare dicti
fratres illi ſuccedunt in dicta parte feudi, cum
ſit antiquum uel paternum. c. 1. an agnat. uel fil.
uel iure accreſcendi, ut latè per Alex. conſi. 30.
uol. 1. col. 3. & 4. Et ex his patet ſublatis contra-
riis prædictos filios immittendos eſſe in poſſeſ-
ſionem caſtrorum, & cæterorum bonorum feu-
dalium, quæſtione petitorij in aliud tempus, &
iudicium differenda, prout dictis Comitibus
placuerit.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre Comite Alfonſo Eſtenſe Muſto, & Commune Finalis

### ARGVMENTVM.

De appellatione admittenda, quominus acceſſus ad locum controuerſiæ fiat.

### SVMMARIVM.

1 *Nunciatio ſpernitur, quando dilatio eſt allatura periculum, & Caſtrenſis exemplum. 2.*

*Secus ſi nuncians dicit, hodie conſtat, hodie agatur. 15. 10.*

3 *Appellatio reijcitur, quando cauſa requirit celeritatem, ſaltem quo ad effectum ſuſpenſiuum.*

4 *Interlocutoria quæ dicatur.*

*Et apud Latinos quid ſit interloqui. 5.*

6 *Appellatio datur à grauamine, quod cohæret perſona, uelut irreparabili.*

7 *App ellare nō licet à futuro grauamine in ciuilibus.*
*At in criminalibus ſecus, ut à tortura inferenda, & de ratione.8.*
9 *Cognoſci prius debet de potentia quid agendi, quàm de actus valore.*
10 *Appellare licet ob ordinem peruerſum.*
*Et ob expenſas ſubeundas.11.*
*Et à quocunque grauamine de iure canonico.12.*
12 *Ferrariæ ius canonicum ſeruari.*
13 *Periculum quod allegatur, doceri debet, & nigere.*
14 *Periculi cauſa ceſſante, ceſſat eius cauſa diſpoſitum.*
16 *Exceptio quæſita parti non tollitur per quæcunque verba commiſſionis.*
17 *Princeps nunquam cenſetur appellationem tollere, niſi nominatim id dicat.*
18 *Intellectus l ſi ff. de appell. recip. & quomodo procedat.*
19 *Appellans in cauſa damni infecti, quando tenebitur ad refectionem damni.*
20 *Appellatione prohibita ſuper uno, non cenſetur prohibita ſuper alio, puta ſuper principali, & incidenti.21.*
22 *Appellatio, quando contra ius eſt, non tenetur iudex ſuperſedere.*
23 *Pactum defuncti ligat hæredes.*
24 *Appellatio, in dubio, debet admitti.25.*
*Et ita per iudicem pronunciari 26.*
*Excuſaturq; à pœna, licèt non eſſet recipienda, & de ratione.27.*
27 *Pœna quis excuſatur, quando credidit ſibi licere quod fecit.*

## CONSILIVM LXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præſenti cauſa Illuſtris Comitis
Alfonſi Eſtenſis Muſti, nobilis Ferrariæ, & Communis finalis Mutinæ cū magnificis de Opizis ſuper
cōſtructione clauicæ, quam dicti
de Opizis facere uellent: at dictus Comes & Cō
mune conſtanter negant illis licere eam conſtruere, ſtante inſtrumento in cauſa producto,
quoniam pronunciatum fuit eundum eſſe ſuper
loco, & ibi recipiendas eſſe informationes ſuper peritis & exceptis, aſſignato termino 15. dierum, nulla productione capitulorum vel eorum
diſputatione ſuſpenſibili, & appellatum fuit per
dictum Comitem & Commune: dubitatur an
1 appellatio ſua deuoluat. † Et prima conſidera
tione dicēdum videtur, quòd nequaquam, ſtan
te periculo aquarum, quod allegant Opizi: ſicut
enim quotiens dilatio eſt allatura periculū ſpernitur nunciatio, & à regulis iuris communis receditur. l. de pupillo, §. ſi quis riuos. & ibi Bart.
Caſtrenſ. Alexand. & alij, ff. de oper. nou. nunc.
2 † adeo quòd Caſtrenſ. ibi propriè dat exemplū
in volente ædificare molendinos, qui multos
magiſtros cōduxerat, & abſtinendo perdit mercedes illis promiſſas, & ſuperueniente pluuia
poteſt perdere cæmenta, nam poteſt proſequi in
opere ſpreta nunciatione, dato ꝙ non præſtiterit cautionem de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ. Sic enim videtur, ꝙ ſperni debeat
appellatio, ſtante dicto periculo, prout ſic de vno ad aliud arguit Bar. in d. §. ſi quis riuos, ad
3 finem. & in l. 1. q. 9. eo. tit. † Secundò concurrit,
quòd hæc cauſa videtur celeritatem deſiderare,
prout commiſſa fuit cum omni celeritate, quo
caſu reiicitur appellatio, ſaltem quo ad effectū
ſuſpenſiuum. l. fi. ff. de appel. reci. quam ſic declarat pulchrè Bal. nouell. in tract. dot. 9. part. ſpeciali 7. hinc & Caſtr. in l. 1. in prin. ff. de dam. infec. dixit in cauſa damni infecti, cum celeritatem
deſideret, appellationem ceſſare, per d. leg. fin. &
hoc pro regula firmat Speculator in titu. de appell. §. in quibus. verſicu. octauò. Iaſ. in l. 1. colum. 1. ff. de feriis. & Speculum aureum in ſecūdo actu princ. & partis, nume. 3 30. quare ſic &
in hac cauſa dicendum uidetur, quæ celeritatē
deſiderat ſtante reſtricto. Tertiò ſuccedit ſtatutum de appella. prohibens appellationem ab interlocutoria, niſi grauamen illatum per eam ſit
irreparabile per appellationem à diffinitiua interponendam, cuius ſtatuti regula prohibitiua
4 repugnat dicto Comiti & Communi. † cum illa pronūtia eundi ſuper loco ſit interlocutoria,
veluti ſuper incidenti, vel emergenti lata, ſeorſum à principali, quod eſt conſtructio clauicæ,
vt per glo. not. in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & in
l. qui reſtituere, vbi pariter Bald. ff. de rei vendi.
cum ſimilibus per Alexan. & Iaſ. in rubr. ff. de re
iud. hinc Franciſcus Connanus in Commentariis iuris ciuilis, libr. 1. cap. 16. col. 5. dicit quòd
5 † Vlpianus appellat eas interlocutiones, quòd
eas Princeps, quaſi inter aliud agendum & loquendum decerneret, aut ipſum interloquentibus reſponderet: ſiquidem Latini interloqui dixerunt, pro eo quod eſt loquentē interpellare,
& alterius ſermonem interrumpere, quæ omnia
facilè patent ad incidens vel emergens reſpicere interlocutoriam ſententiam: his ergo rationibus appellatio dicti Comitis & Communis reijcienda videtur. Quibus tamen non obſtantibus
maturius mihi cogitanti contrariū uiſum fuit de
6 iure verius. † Moueor in primis, quoniam iudex grauauit Illuſtrem Comitem & Commune
ad factum cohærens perſonæ, ut eſt ire ſuper loco, quod eſt irreparabile per appellationem interponendam à diffinitiua, cum facta pro infectis haberi non poſſint. l. in bello, §. factæ, ff. de
capti. meritò licita fuit appellatio. ita Bartol. in
l. 2 nume. 14. ff. de appella. recip. Bald. in l. 2. q.
5. C. de Epiſ. aud. Caſtr. conſi. 23. viſo puncto,
7 in antiquis. † Hinc videmus, quòd licèt in cauſis ciuilibus non liceat appellare à futuro grauamine. c. ante ſententiam & c. non ita. 2. quæſt. 6.
Bart. in l. Titia, col. 5. ff. de accuſ. Butri. in c. ex
parte, col. pen. de appella. & latè ponunt Canoniſtæ in c. vt debitus, eo. tit. tamen iſtud fallit in
criminalibus, ubi tractatur de præiudicio irreparabili, puta ſi pronuntiatur quem torquendum
eſſe, licèt enim nondum ſit tortus, poteſt appellare

8 pellare ne torqueatur, † eum per torturam tractetur de præiudicio ſuo irreparabili. ita habetur in l. ſi quis prouocatione. C. de app. & ponit Cardin. Alexandrin. in d. c. vt debitus, col. 19. vbi citat ad hoc Bartolum in d. l. 2. ſequitur Marſi. in pract. crimi. §. expedita, nu. 70. Brun. in tract. de indi. & tortu. q. 5. ſecundæ par. nume. 13. & Fräciſc. Caſonus in tract. de torment. cap. 7. vbi dicit quòd ſtante appellatione iudices non debêt ad torturam procedere, aliàs valde errãt, & omnis confeſſio eſt nulla. Et cum prædictis etiam concordat Speculum aureũ in ſecũdo actu principali vltimæ partis, nu. 212. ibi ſubdit de hoc eſſe prouiſum in Regno per capitulum quod incipit, ſi iuſtè. Quare patet ex hoc fundamento nos verſari in limitatione ſtatuti de appella. prohibentis appellationem ab interlocutoria, niſi per eam inferatur grauamen irreparabile per appellationem interponendam à diffinitiua, quia quemadmodum tortus facere non poteſt, nec euitare quin fuerit tortus, licèt millies poſt torturam appellet, ita Comes & Commune grauati ſe perſonaliter ad locum transferre, poſtquam iuiſſent, & dictum grauamen incurriſſent, efficere non poſſent quin illud onus ſubiiſſent, licèt à diffinitiua reclamarent. igitur à tali grauamine irreparabili licitum fuit ex ſtatuto illis appellare. † Secundò licita fuit appellatio, quia prius cognoſci debebat an liceret Opizis clauicam conſtruere, quàm de modo vel neceſſitate eam conſtruendi: ſi quidem fruſtra de ſecundo quæreretur primo prohibito. l. ſi quæramus, ff. de teſta. ubi ſi quæſtio contingat de valore teſtamenti, prius cognoſci debet de potentia teſtatoris in teſtando. Hinc Caſtrenſ. ibi dicit eleganter, quòd ſi petis hæreditatem à me velut inſtitutus à Sempronio, & ego dico illum non potuiſſe teſtari, partes iudicis eſſe debent in aſſignando prius mihi terminum ad probandum de potentia teſtandi, quia fruſtra aſſignaret tibi terminum ad probandum de teſtamento, ſi ille non potuiſſet teſtari, nam nõ eſt dare teſtamentum, vbi non eſt potentia teſtandi: ſicque prius hoc velut ad aliud præiudiciale debet cognoſci, iuxta notata in rubr. C. de edend. in cap. tuam. de ordi. cogni. & in

9

10 cap. exhibita. de iudic. † tantoque magis hoc procedit inſtrumento producto pro parte dicti Comitis, & Communis, in quo conſtat non licere Opizis facere dictam clauicam. vnde dici poteſt ex eo, hodie conſtat, hodie agatur: quo caſu ſuperſedendum erat in opere & pertinentibus ad illud, vt concludit Caſtren. in dicto §. ſi quis riuos, in fine, dicens ita fuiſſe pronunciatum. cum ergo Iudex hunc ordinem peruertetit, vt ſupra declarando dicitur grauaſſe dictos Comitem & Commune, & materiam appellãdi licitam dediſſe, prout ſic ex ordine peruerſo tradit Abb. conſi. 14. colum. 2. nu. 11. in fi. volum. 1.

11 † Tertiò prædicta confirmantur, quia Iudex grauauit dictum Comitem & Commune in multis expenſis neceſſariis ad acceſſum, ut peritorũ, aduocatorum, procuratoris, & aliis, ac in fruſtra litigando ſi poſtea iudicabitur non licere facere dictam clauicam: quod quantum graue ſit quiſque ſentit & appellandi iuſtam præbet cauſam,

12 vt idem tradit Abb. conſi. 14. colnm. fi. † nam de iure canonico licitum eſt appellare à quocũque grauamine. c. ſuper eo. il ſecundo, & ibi not. Bart. Abb. Imol. Dec. & alij, de appell. quod ius canonicum Ferrariæ ſeruari nõ eſt ambiguum, vt per Catdin. conſi. 2. Fulg. in l. quid ſit fugitiuus, §. idem Celſus. ff. de ædil. ædic. & prior eis glo. in auth. vt eccleſia Roma. ad fi. quæ dicit Ferraria eſt ſub Eccleſia Romana, & de ſuo ortu, quam refert Bar. in l. 1. num. 4. ff. de offi. præt. vrb. idemque tenet Butri. & Abb. in cap. cum eſſes. de teſta. Corn. conſi. 261. uolum. 4. & Portius Imol. conſi. 13. nume. 17. & conſi. 167. num. 33. his ergo mediis inſtificatur appellatio pro parte dicti Comitis & Communis interpoſita.

13 † Quam concluſionem tenendo, non obſtant contraria: & in primis quod dicebatur de allegato periculo, quia illud non conſtat, & doceri debuit. l. 2. ff. de prob. & quòd vrgeret, vt inquit textus in dicto §. ſi quis riuos. immo notum eſt flumina nunc in extremis aluei ſtare & exſiccata ferè penitus eſſe. Vnde ſicut in aquarum cumulo, & earum incremento diceretur imminere periculum, eis remotis, & vndique ceſſantibus, ceſſare debet ſtructura clauicæ, quæ earum cauſa

14 fieri permitteretur. † Nam periculi cauſa ceſſante, ceſſat quod eius cauſa ſtatutum eſt, aut per miſſum, ut uoluit Bal. & Salyc. in l. 1. per eum textum, C. de naut. fœn. Roman. conſi. 404. col. 2. & ibi Mandoſius in additionibus. Dec. in cap. cum ceſſante, poſt princ. de app. & Tiraquell. in

15 tract. ceſſan. cauſa, 1. par. nu. 198. † & quod inquit Caſtren. in dicto §. ſi quis riuos, ut ſupra retuli, limitatur ſtatim per eum, quando nunciator dicit, hodie conſtat, hodie agatur: tunc enim ſuperſederi debet in opere, nec nunciatio ſperni poteſt, ergo nec appellatio reiici debet in tali caſu, qualis eſt noſter, propter inſtrumentum

16 clarũ productum. † Non obſtat cõmiſſio facta cum omni celeritate, quia per quamcunq; clauſulam in commiſſione poſitam ſub quacunque forma verborum non tollitur exceptio quæſita parti, quantumcunq; ſit de rigore iuris inducta, vt eſt exceptio præſcriptionis: quia in his, quæ ipſe iudex habet facere, verum eſt quòd non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis. Sed in quæ iam facta ſunt à iure, ex quibus ius eſt alteri quæſitum, non poteſt aliquid immutare, ſed tantum illud ſequi debet. l. bona fides, ff. depoſ. aliàs eſſet auferre ius alteri quæſitum, quod eſt contra naturalem æquitatem. Ita Bartol. eleganter ſeribit in extraua. ad reprimen. verbo, uidebitur. ad finem, quod dictum valde extollit Mattheſilanus notab. 15. ſequitur Roman. conſi. 348. & in repet. rubric. de arbit. colum. 12. verſicu. item ſi ſtatutum. & in l. ſequitur, §. ſi uiam, ff. de vſucap. Aretin. in l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de uerbo. obliga. & in cap. dilecti, & poſt eum Felyn. de iudic. ſicut & idem Felyn. in cap. 1. nume. 47. de conſti. & Natta conſi. 15. nu. 12. Quæ

enm ita ſint in exceptione rigoroſa, multo magis eſſe debent in fauorabili, qualis eſt appellatio, quæ defenſio dicitur, ſiue naturalis, ſiue ciuilis, vt poſt alios diſputat Dec.in rubr. de app. meritò per dictam commiſſionem non intelligitur ſublata appellatio quæſita de iure d. Comi-
17 ti & Communi. † Quod & inſuper cõfirmatur, quia nunquam princeps videtur appellationem tollere, niſi nominatim id dicat.l.2. verſ.ſed pone, C.de app. Dec.in d. rubr.nu.9. Nec inſuper eſt verum, ꝙ iſta cauſa requirat celeritatem, non conſtito de imminenti periculo, vnde ſumus extra terminos dictæ legis fi.ff.de app. recipi. Sed poſito ꝙ immineret periculum, adhuc appellatio deberet concedi, etiam quo ad effectum ſu-
18 ſpenſiuum, † nam dicta lex finalis procedit, quando propter dilationem appellationis appellatus poſſet pati periculum, vt in cauſa alimentorum, vel annonæ militibus aſſignandæ, quo modo exemplificatur illa lex: interim enim admiſſa appellatione, & ſuſpenſo effectu ſententię, fame periret alimenta, vel annonam petens: at ſecus eſt vbi propter dilationem appellationis, appellatus non poteſt pati damnum, neque peri-
19 culum, † prout in eo, qui petit ſibi caueri de damno infecto, quoniam ſi appellans fruſtratoriè appellauerit, dato quòd appellatione pendente domus rueret, tenebitur appellans ad refectionem damni, ac ſi de ipſo ſatisfaciendo cauiſſet. l. ſi finita, §. eleganter, ff.de dam.infec. meritò licita eſſe debet appellatio. Ita Paulum de Caſtr. reprehendens tradit Alex.in d.l.1.in princip. col.2.nu.6. quod caſui noſtro bene connecti poteſt: nam ſi Comes & Cõmune fruſtratoriè appellabunt, & appellatione pendente terræ dominorum de Opizis propter aquas damnum patientur, tenebitur Comes & Commune ad eorum damna reficienda. vnde ſtante ratione prædicta Comitis & Communis appellatio
20 debet admitti. † Secundò conſiderandum eſt, quòd celeritas allegata reſpicit conſtructionem clauicæ, per quã periculum remouetur: ſed pronunciatio lata non continet, quòd fiat clauica, ſed aliud emergens, quòd eatur ſuper loco & informationes ſumantur. vnde dato ꝙ ſuper primo eſſet appellatio prohibita, non tamen ſuper ſecundo per doctrinam Baldi in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff.de minor. Peruſ. in c. paſtoralis in prin. de app. latè Dec. in l.pen.col.fi. C.
21 de pact. † vbi dicunt ꝙ prohibita appellatione ſuper principali, non intelligitur prohibita ſuper emergenti, cum materia prohibitiua appellationis ſit odioſa, meritoque ſtrictè interpretanda. l. cum quidam, ff de lib. & poſth. & hanc eandem doctrinam præſenſit Bal. per illum tex. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ. cog. notans in prin. ꝙ ſi eliguntur arbitri ſuper incidẽti vel emergenti, ab eorum ſentẽtia poteſt appellari, licèt in principali quæſtione ſecus eſſet. ſequitur Boſſius in
22 tit. de appe. nu. 21. † Tertiò & vltimò poteſt adiungi, quòd licet aliàs vbi appellatio eſt manifeſtè contra ius, non teneatur iudex ſuperſedere, immo debet procedere ad executionem iuris, tamen hoc non procedit, quando allegatur aliqua rationabilis cauſa, in qua forſan illud ius generale fallit. Ita notat Abb. in c. cõſuluit. il tertio, de appella. glo. in c. Roma. §. ſi autem. & ibi Gemi. in fi. eo. tit. lib. 6. Roma. conſi. 314. & Speculum aureum in ſecundo actu princi. vltimæ par. nu. 183. at hic allegatur iuſta & rationabilis cauſa, nidelicet pactum & inſtrumentum celebratũ
23 cum auctore dictorum de Opizis, † & cujus ſunt hæredes, & ob id ex eo ligantur, ſiue de hęredibus ſit facta mentio, ſiue non, ut per glo. Barto. & alios in l. ſi ſic, ff. de verb. oblig. Alex. conſi. 13. perſpectis his, col. pen. uol. 5. Dec. in l. hęredem, nu. 6. ff. de reg. iur. meritò ſtantę dicta cau-
24 ſa rationabili, debet appellatio recipi. † Quæ concluſio licèt ex prædictis ſatis reddatur aperta, nihilominus quando redigeretur ad dubiũ, deberet adhuc ſententia ferri ſuper eius admiſſione, ut not. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis caut. ubi dicunt ꝙ ſemper in dubiis debemus eligere illam partem, per quam utrique parti conſulatur, & quæ minus eſt oneroſa: vnde ſi eſt quæſtio an appellatio ſit deſerta, & ſint rationes pro, & contra, debet in dubio iudicari, ꝙ non ſit deſerta, quia vtriq; pati conſulitur, cum neutrius ius lædatur: ſed inclinando in partem affirmatiuam ius appellantis eſſet extinctum. ſequi-
25 tur D. meus Rimin. conſ. 90. nu. 17. † Sic enim dici debet in admittenda, uel non appellatione: nam agitur de minori præiudicio, ſi appellatio admittatur, quam ſi prohibeatur, & repellatur, ut arguit Dec. conſi. 524. in fi. & hoc eſt regulare, ꝙ in dubio debeat admitti appellatio, ut glo. & Doct. tradũt in c. vt debitus. de app. in uerbo, ex rationabili cauſa. Inno. in c. dilectus. il ij. de reſcr. Ang. in l. quoniam iudices, C. de app. Cardin. in cle. 1. q. 2. de dolo & contu: & Bal. in l. pro-
26 perandum, §. ſin autem, C. de iudic. † dicens iudicem in dubio debere recipere appellationem. quod in tantum procedit, ut licet admiſerit appellationem minimè recipiendam, tamen excuſetur à pœna, pront eſt dictum notabile Archid. in c. 1. de app. in 6. refert Peruſ. in d. c. ut debitus.
27 8. car. & ſequitur Dec. conſi. 49. col. 2. † Nec immeritò, nam ſatis eſt ad effugiendam pœnam ꝙ crediderit ſibi licere appellationem admittere, poſtquam regulariter & communiter admitti conſueuit, ut in ſimili caſu tradit Baldus conſi. 414. uerba dicunt, uol. 1. & conſ. 243. tempore, in fi. uol. 4. Hieronymus Tortus conſi. ſuo poſito poſt conſilia Butrij, col. 8. quos refert in notabili caſu Craue. conſi. 8. col. fi. unde tanto magis in caſu noſtro in quo non reperitur expreſſè prohibita appellatio, debet admitti, ſicque per iudicem iudicari.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

Pro Illuſtriſsimo D. Cornelio Bentiuolo, ordinis Chriſtianiſsimi Regis & Excellentiſsimi Ducis Ferrariæ Locumtenente.

### ARGVMENTVM.

De relatione periti, defenſata à multis nullitatibus obiectis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nullitas proueniens ex defectu poteſtatis, nunquã cenſetur per ſtatutum excluſa, etiam ſi tollat nullitatem.*
2 *Vtile per inutile non uitiatur in diuiduis.*
3 *Pecunia ſeparabilis dicitur.*
4 *Sententia remanet ualida, quo ad ſummam, in qua iudex habuit uim iudicandi, ſupra uerò non.*
5 *Relatio peritorum, uim habet ſententia.*
6 *Peritus electus, intelligitur ad calculandum computus, quatenus ſint calculabiles.*
7 *Statutum, quòd inſtrumenta mandentur executioni, de liquidis intelligitur.*
8 *Peritis in arte ſua credendum, non in aliena.*
9 *Statutum quòd ſtetur libris mercatoris, intelligitur in pertinentibus ad artem ſuam.*
*Et eſt communis opi. 10.*
11 *Nuncio creditur, in pertinentibus ad officium ſuum.*
*Aliàs ſecus puta ſe uerberatum, uel iniuriatum fuiſſe.*
12 *Relatio infra tempus proferenda, nulla dicitur poſt illud promulgata.*
*Fallit præfixo tempore petito. 23.*
*Inquiſitio facta poſt tempus ſtatuti, nulla dicitur. 12.*
13 *Procurator conſtitutus ad certum tempus, expirat illo finito.*
14 *Errans in calculo temporis, ſibi debet imputare.*
15 *Permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum.*
16 *Tempus præfixum, differri non poteſt.*
17 *Tempus, ubi eſt fundamentum, præciſè probari debet.*
18 *Appellans, probare debet ſe infra decem dies appellaſſe.*
19 *Accuſans Titium paſturaſſe de menſe Martij, quid probare debeat.*
20 *Tempus non currit, niſi à die ſcientiæ.*
21 *Actus præſumitur factus debito tempore, ut ualeat.*
22 *Præſumptio ualoris actus, cæteris efficacior eſt.*
23 *Infamia præfixa iudici, nihilominus poteſt ſententia ualidè poſtea ferri.*
24 *Appellari poteſt à conſilio ſapientis.*
25 *Bar. in l. 2. C. de iure fiſc. lib. 10. declaratur. 26.*
27 *Argumentum à contrario ſenſu ualet in gloſſis & dictis Doctorum.*
*Quibuſdam reiectis. 28.*
29 *Sententia peritorum nunquam tranſit in rem iudicatam.*
*Quod declaratur in peritis electis à iudice, ſecus ſi à partibus. 30.*
*Et de ratione. 31.*
32 *Sententia lata uirtute iuramenti neceſſarij, quando retractetur.*
33 *Lex magis ſuccurrit facienti actum ex neceſſitate, quam uoluntariè.*
34 *Appellari quando non poſſit à relatione.*

## CONSILIVM LXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

OBIICIVNTVR aliquæ nullitates aduerſus relationem Blanchi Periti in cauſa præſenti Illuſtriſſimi Domini Cornelii Bentiuoli equitis Chriſtianiſſimi Regis Gallorum, & Excelſi Ducis Ferrariæ locumtenentis, cum Domino Ioanne Peregrino Serchio: quarum prior eſt, quòd cum fuerit electus ad calculandum, non potuit diſcernere, quæ rationes eſſent admittendæ, vel reiiciendæ, ſicque ſuæ poteſtatis & electionis fines transgredi, ſed in-
1 tra eius cancellos conſiſtere debuit. † & talis nullitas proueniens ex defectu poteſtatis adeo potens eſt, ut nunquam reiecta cenſeatur, etiã ſi ſtatutum tolleret nullitatem. glo. in cle. 1. de ſeq. poſ. & fruc. Ang. in l. non erit, §. dato. ff. de iureiu. Fel. in c. ex parte, il ſecondo, fall. 7. de offic. deleg. & in rub. de for. comp. verſic. tertium fundamentum. ſicut & in c. paſtoralis, uerſi. amplia etiam, de excep. Hancque communem teſtatur Alex. conſi. 79. in fi. uolu. 7. & latius exornat Vantius in tracta. de nulli. ſent. ex defectu iuriſdic. & præter eum Pariſ. conſi. 45. nume. 28. uolum. 1. Baptiſta de S. Blaſio conſi. 148. num. 7. & Roland. de Curte conſi. 123. nu. 43. ambo primo tomo diuerſorum ad vltimas uoluntates, quorum poſterior dicit ad hoc eſſe caſum peregrinum in l. ait prætor, ff. de iureiur. & ibi Bart. Bald. Ange. & Doctores. hæc difficultas realiter & clarè tollitur ex tenore relationis, in qua patet eſſe quamplures partitas & quantitates calculatas, & ſupputatas, aliàs uerò non admiſſas,
2 uel reſeruatas. † unde cum ſimus in diuiduis, utile per inutile uitiari non debet. textus eſt, & ibi glo. notab. in l. pecuniæ fœnebris, ff. de uſur. ubi ſtipulatio uſurarum, facta præter legitimum modum, pro modo cuiuſcunque temporis ſuperfluo detracto ſuſtinetur, & ualet: & ſic inquit glo. fit ſeparatio, cum pecunia ſit ſeparabilis, ſicut & aliàs fit in pecoribus, inquit glo. per l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quot. & æſti. ubi Vlpianus Marcellum ſequutus inquit, quòd ſi quis habens ius pecoris ad aquam appellendi, plura pecora appulerit, non in omnibus pecoribus cum prohibendum, qa pecora ſeparari poſſunt.

† &

3 † & hæc eſt doctrina poſt Bar. communiter approbata in l. Grecè. §. illud ff. de fideiuſſ. vt teſtatur Iaſ. in l. 1. §. pen. nu. 4. ff. de verbo. oblig. non ſequitur ergo peritus iſte tranſcendit terminos auctoritatis ſuæ in aliquibus, quæ ſunt partitæ & quantitates non admiſſæ, vel reſeruatæ, igitur in totum nulla eſt relatio ſua: & ſic etiã quo ad partitas & quantitates calculatas. immo debet in iſtis valere, velut ab illis diuiduis, & ſeparabilibus. & vt magis in terminis non deſit de-
4 ciſio de ſententia loquens, † adduco Romanũ in d. l. 1. §. pen. nu. 34. ubi quærit ſi iudex, qui vltra certam ſummam pronuntiare non poteſt, vltra pronuntiet, an ipſa ſententia ſit in totum nulla, an verò eatenus valida, quatenus pronunciare potuit: & reſpondet hanc eſſe ueram concluſionem, quòd ſi quidem ipſa ſumma diuiſa fuerit in plura ſeparata capitula ſententiæ, tunc ualebit ſententia in eo capitulo continente ſummã, ad quã taxatur iuriſdictio: in aliis ãt capitulis erit nulla. ubi n. ſnĩa ſeparata hẽt capitula, pro parte valere poteſt, & pro parte nõ, l. etiam §. 1. ff. de minoribus cum ſimilibus per Romanum. & præter eum voluerunt hoc idem Bart. Ang. Alex. & Iaſ. in l. ſcire debemus ff. de verb. oblig. volentes tot eſſe ſentẽtias, quot ſunt eius capitula. Sic igitur in propoſito, cum hæc relatio contineat diuerſa capitula rationum, quæ ſimul fuerunt calculatæ, & alia plura rationum quæ vel non admiſſæ, vel reſeruatæ fuerunt, poſito quòd relatio nulla diceretur quãtum ſit reſpectu non admiſſarum, vel reſeruatarum ratio
5 num, quia nõ ad hoc fuiſſet electus peritus. † Tamen reſpectu calculatarum valere debet ipſa relatio, quæ inſtar habet ſententiæ, cum de conſilio peritorũ iudices ſoleant iudicare, nec in hoc dubitent Doctores, ſed an tranſeat in rem iudicatam, vel per peritiores reuideri poſſit ac retractari, vt latè diſputant Abbas, Fel. & Dec. in c. propoſuiſti, de proba. Secundò fortius dico, quòd nec reſpectu partitarum, quas non calculauit neque ſupputauit, ſed reſeruauit & nõ admiſit, re-
6 latio ſua nulla dici non poteſt, † quia dum fuit electus ad calculandum computus, debet intelligi quatenus eſſent tales, quòd poſſent calculari, quia eſſent liquidi: ſecus autẽ ſi calculari nõ poſſent, quia non eſſent liquidi, velut incerti & dubii reſpectu tẽporis quo artifices laborarũt, aut ex commiſſione Illuſtriſſimi Do. Cornelii, non apparente vel alia de cauſa, prout deducit
7 peritus ſigillatim. † nam videmus in ſimili quòd ſi ſtatutum dicat, quòd inſtrumenta mandẽtur executioni, procedit & intelligitur quatenus ſit liquidum. ſecus autem ſi non ſit liquidum, quia de illo tale ſtatutum non intelligitur. ita voluit Bal. in l. etiam ſi cauſam, C. de execu. rei iud. colum. pen. uerſi. pone dicit ſtatutum. & hinc eſt, quòd prius liquidari debet, quàm eius executio petatur, Bar. in l. proinde. in fi. ff. ad l. Aquil. Alex. in l. item quia, ff. de pact. conſi. 119. viſo, colum. 2. vol. 1. & conſi. 25. viſo, col. pen. uolum. 2. cum ſimil. per Dec. conſ. 322. ſub num. 3. Ceph. conſi. 204. num. 3. Si peritus ergo non admiſit, nec calculauit dictas partitas diuerſas, fuit, quia non potuit, cum nõ eſſent calculabiles: in eis ergo reſeruandis non errauit, quia nemini voluit
8 præiudicare, vt decebat. † Immo ſi ſecus feciſſet, taxari potuiſſet, nec ſibi deferri debuiſſet: nã triti iuris eſt peritis in arte ſua credendum eſſe, puta ſi de vulnere tractetur an ſit mortale uel non, ad medicos eſt recurrendum, ſi de alluuione ad ruſticos: ſi de domo ad magiſtros, ut tradit Bar. in proœ. digeſtorum, in prin. nu. 8. idemque tenent Bal. Alberic. & alii, quos refert Cagnol. ibidem, nu. 80. Rol. à Valle conſi. 50. uolu. 3. quæ clarè demonſtrant nec ad illos eſſe recurrendum, nec illis credendum præter artem ac peritiam ſuam, iuxta illud [ne ſutor ſupra crepi-
9 dam.] † Hinc uidemus ſi ſtatuto cauetur quòd ſtetur libro mercatoris intelligitur in pertinentibus ad artem ſiue negociationem ſuam, & ſic quando ratione ſui exercitii, uel artis, ad eum pertinebat id facere quòd ſcripſit, alias ſecus, vt uoluit Ioan. Andre. in addi. Specul. in titu. de inſtru. editi. §. nunc dicendum. verbo, priuatorum, col. 1. quem refert & ſequitur Roman. con 204. & ſequẽti. Et plenius Horatius Mandoſius
10 in addi. ad eum, † concludens hanc eſſe communem omnium concordiam. idemque tradit Aret. conſ. 33. conſultatio premiſſa, col. 1. & conſil. 44. in propoſita conſultatione. Alex. & Iaſ. in l. admonẽdi, ff. de iureiur. & latius exornat Rol.
11 à Valle conſi. 91. nu. 8. cum ſequen. uol. 3. † Simile quoq; poteſt & illud annecti, quod de nũcio dicũt Doctores in uariis locis, quòd illi credatur in his quæ dependent ex eius officio, non etiam in aliis, puta citatum ſe uerberaſſe uel aliam iniuriam attuliſſe, ut uoluit Ioan. Andr. in addi. Specul. titu. de contu. §. 1. uerſi. circa ſecundum. Butri. Abb. & Imol. in c. cum parati. de proba. Caſtren. conſi. 165. col. 2. uerſi. tum etiam, uolum. 2. Card. Florent. in cle. 1. q. 8. de dol. & contum. Dominicus in c. uenerabilibus, §. ſecus. de ſent. excom. in 6. Corn. conſi. 79. uolum. 3. Ang. Aret. in §. quadrupli, col. 5. uerſi. quæro an credatur, Inſti. de actio. Iaſ. dicens eſſe notabile, in l. properandum, §. & ſi quidem, col. 2. uer. adde quòd communis concluſio. C. de iudi. & in l. age, colum. pen. C. de tranſ. Marſ. ſing. 560. Bertran. conſi. 259. quoniam col. 1. uolu. 1. Afflic. in conſtitutione Siciliæ, incip. in ciuilibus, ſecundo notab. ad finem. Alciat. in tracta. de præſumptio. reg. 3. præſump. 14. nume. 5. demumque Tiraquel. eos & alios citans de utro. retra. tit. de retrac. Lignagier, §. 8. glo. 9. nume. 14. his igitur exemplis dici poteſt in propoſito caſu, quòd ſi peritus aut admiſiſſet, aut reieciſſet rationes in iure dubias, malè feciſſet præter peritiam ſuam referendo: nam licet peritus ſit, non tamen iurisperitus erat, aut Iureconſultus. optimè igitur eas reſeruauit, & iudicio ſapientum id dimiſit.
12 † Secunda nullitas proponitur, quæ probatur ex compromiſſo de ſtando relationi periti, iuncta ipſa relatione ſecuta: nam debebat infra decem dies poſt exhibitionem ſcripturarum referre, & tamen longè poſt retulit: unde nulla dicitur

tur & ex iſto capite relatio ſua, vt not. Ang. con
ſi. 131. vbi loquitur de laudo lato præter termi-
num datum, quod propterea nullum appellat.
hinc Bartolus conſilio 100. à domino Cyno ſecū
do dubio dicit, quòd ſi ſtatutū permittat inqui-
ri intra certum tempus, cenſetur poſt illud pro-
hibere, meritoque ſubdit, quòd inquiſitio po-
ſtea facta erit ipſo iure nulla. Et vltra Bar. cōfor
mis eſt Bal. in c. fi. col. 6. ver. pone, de offic. dele-
ga. vbi tenet quòd lapſo tempore, dato per ſta-
tutum ad inquirendum, tametſi delictum noto
rium, reuſque fateatur illud, non tamen poteſt
condemnari, quia quotiens quis confitetur id,
cuius nomine cum aliquo non fit actio, non va-
let confeſſio, l. confeſſionibus, ff. de inter. act. ſed
poſt præſcriptionem temporis, ipſo iure accuſa-
tió eſt abolita; immo & ipſum maleficium, accu
ſatioque abolita eſt, quo ad publicam iniuriam:
maleficium verò quo ad priuatam, ita quòd nul
la actio eſſe poteſt, l. ſi cum exceptione, §. ſatis,
ff. quod met. cauſa, l. ſi vnus ff. de iniur. ergo con
feſſio non ualet, ſequitur Bero. conſi. 167. nume.
13. volu. 3. & Roland. à Valle conſi. 94. nu. 11. &
13 12. vol. 3. † & idem Bar. poſt Iacob. de Are. in
l. 1. §. fi. ff. de procur. ſcribit, quòd ſi procurator
conſtitutus ſit ad certum tempus, poſt ipſum ex
pirat eius officium, nec admittitur volens proſe
qui, tametſi litem fuerit cōteſtatus. ſequitur Ca
ſtr. conſi. 104. viſis & ponderatis, col. 1. volum. 1.
plus addens id procedere, licet velit aduerſa-
14 rius, quod eſt mirabile, ſi verum eſt. † Hinc &
Bar. in l. Ariſto, ff. de iure delib. Innoc. in c. cum
in tua. qui matr. acc. poſſ. Bal. in l. ſi plures, col. fi.
C. de cond. inſer. ver. vlterius. & in l. cum ante-
rioribus, col. 2. uerſi. nota q ille. C. de tempor.
app. dicunt quòd ille, qui errat in calculo tem-
poris, ſibi debet imputare: unde banniti, quibus
datus eſt terminus, prouidere debent, ne laba-
tur tempus, quia poſtea remedium fruſtra inten
15 tarent. † Quorum omnium vulgaris & com-
munis eſt ratio, quia permiſſum ad tempus, poſt
illud cenſetur prohibitū, l. ſi vnus, §. 1. & ibi Bal.
l. epiſtola, §. fi. & ibi Caſtr. ff. de pact. l. ſtatulibe-
rum. §. Stichum, l. Titia cum teſtamento, §. fin. ff.
de leg. 2. l. ſi ita quis, & ibi Bal. Imol. Caſtr. Ale-
xan. Aret. & Iaſ. ff. de vulg. & pup. & multis aliis
exornat auctoribus Tiraquel. de retract. conuē-
16 ti. glo. 2. nu. 44. † quibus addo Berou conſilio
177. nu. 77. volum. 2. & Nattam conſil. 485. ubi
poſt Bald. in l. 1. q. 9. in fi. C. de inſti. & ſubſt. dicit
quòd vbi tempus eſt præfixum differri non po-
teſt, & idem Bal. in c. licet de ſupplen. negl. præ-
la. dicit eleganter, quòd tēpus determinato mo-
do prolatum, alterius temporis non recipit fun
ctionem, quem ſequitur quoque Iaſ. in authen.
ſupplicatio; col. 2. C. de precib. imper. offe. Hæc
quoque difficultas non parua, prima conſidera
17 tione, dupliciter & bene ſedari poteſt. † Primò
quidem, nam clara eſt in iure concluſio, quòd
vbi tempus eſt fundamentum intentionis alicu
ius, id præciſè debet & concludenter probari:
glo. eſt & doctrina Bar. in l. cum actum, ff. de ne-
go. geſt. ponit Alex. conſi. 15. col. 2. uolu. primo.

Dec. conſi. 210. col. pen. Rui. conſi. 14. col. 2. vo-
lu. 5. Craue. conſi. 6. nu. 106. Gramma. conſil. 21.
nu. 11. criminalium. Iaſ. in rubrica, C. qui admi:
col. 1. & ibi latius dixi, nuncque addo Nattam
conſi. 177. nu. 9. & conſi. 204. nume. 11. Senatum
Pedemont. deciſ. 117. nu. 6. & Roland. à Valle
conſi. 41. nu. 45. vol. 1. ubi poſt Alex. conſil. 87. in
18 prin. uolum. 7. † dat exemplum quòd ex quo
tempus decem dierum, quod datur ad appellā
dum, currit de momento ad momentum, l. 1. §.
dies, cum glo. verſi. ſubtraxiſſe, ff. quan. app. ſit.
ille qui dicit ſe appellaſſe, probare debet ſe ap-
pellaſſe infra decem dies a die latæ ſententiæ,
aliàs appellatio non deuoluitur, c. Romana. §. ſi
uerò, de appella. quia fundanti ſe in tempore in
cumbit onus probandi limitatè de ipſo tempo-
19 re. † ſed & aliud exemplum pulchrum dat Bar
tol. in l. non ſolum, §. ſed ut probari. ff. de oper.
no. nunc. quem cæteri ſequuntur ibi. ſi poſt me-
dium menſem Martii licet paſturari in aliquib.
pratis, & non ante: & accuſo quòd Titius paſtu
rauit de menſe Martii, certè quia in parte dicti
menſis factum eſt punibile, in parte non, niſi ex
primatur & probetur illa pars temporis, in qua
factum eſt punibile, non poteſt ſequi condem-
natio. ſequitur Deci. conſi. 210. col. pen. Craue.
conſi. 6. nu. 106. At in propoſito noſtro dictum
fuit in compromiſſo, quòd peritus infra termi-
num 10. dierū poſtquam Do. Ioannes Peregri-
nus exhibuerit eidem ſuos computus, habeat fa
cere relationem ſuam, nec probatum fuit in pro
ceſſu per dictum Serchium, quo tempore dicto
perito fuerint exhibiti computus, ergo dici nō
poteſt illum retuliſſe poſt decem dies ſibi præfi-
20 xos ad referendum. † Sicut enim tempus non
currit, niſi à die ſcientiæ, exēplo appellationis,
ut concludit Petr. Rebuff. in tract. de ſupplica.
glo. 15. & in c. concertationi, iuncta gloſſ. in uer.
ſciuerit, de appel. in 6. taliſque ſcientia debet eſ
ſe per intimationem inſtrumenti ſententiæ, ut
determinat Iaſ. conſi. 159. uolu. 1. poſt Speculat.
Archid. Ancha. & alios, quos allegat ibi, & in l.
1. nume. 3. ff. de eo, per quem fact. erit Felyn. in
c. quod ad conſultationē, nu. 21. de re iud. Dec.
conſi. 34. nu. 3. Natta conſil. 162. nu. 33. & Senat.
Pedemon. deciſ. 142. nu. 39. pariter in caſu no-
ſtro perito tempus 10. dierum non incępit cur-
rere, niſi poſt exhibitas ſcripturas cōputuum ſi
bi per Serchium, quod quando factum fuerit
in proceſſu non conſtat: ergo relatio periti nul-
la dici non poteſt ex iſto capite delapſi tempo-
21 ris ad referendum. † Immo uerò potius alio
non apparente præſumi debet, quòd facta fue-
rit infra tempus taxatum, quia ſemper in dubio
debemus interpretari quòd actus ualeat, potius
quàm pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. & ff. de
uerborum obliga. glo. in c. Abbate ſanè, de uer-
borum ſign. Ang. in l. eum debere, ff. de ſer. ur-
ba. præd. Soc. conſi. 173. col. 2. uol. 2. Bertran. cō
22 ſi. 27. nume. 9. uol. 1. † taliſque præſumptio cæ
teris fortior, & efficacior reputatur, ut per Dec.
in c. quoniam Abbas, col. 6. de offic. deleg. Pariſ.
conſi. 81. nume. 51. uol. 3. Dec. in l. in contrahen-
da

da,ff.de reg.iu.nu.13. Ceph.conſi.294.num.45.
Dec.in l.poſtquam liti,col.3. nu.23. C.de pact.
Caſtr.in l.ex imperfecto,C.de teſta. Alexan. in
l.quamquam,C.de teſt.mil.& Plotus, Iuriſcóſ.
egregius & virtute ſua præclarus,latius exornat
conſi.168.nu.9.primo tomo diuerſorum inter
23 vltimas voluntates. † Secundò reſpondetur,
& multum realiter propoſitæ difficultati,quòd
cum verba compromiſſi clarè dicant: qui peri-
tus intra terminum decem dierũ facere habeat
relationem ſuam,ſicque directa ſint ſimpliciter
ad ipſum peritum,relatio ſua valet & tenet, li-
cet poſt terminum milies fuiſſet facta, prout in
ſententia determinat Bar.in l.properandum,in
fine principii,C.de iudi. vbi dicit quòd quan-
do tempus ſtatuitur iudici tantùm, tunc quod
facit poſt tempus,valet,licet ipſe puniri poſſit.
idemque tenet Bar.in l.1.in fi.C. vt omn.iudic.
Caſtr.conſi.324.aliàs 327. videtur dicendum,
vbi dicit hanc eſſe communem opi.pro qua plu
res alios citat Dec.in c.de cauſis,col.6. de offic.
deleg.& in conſi.550.nu.5.Pariſ.conſi.67.col.2.
vol.1.& D.meus Riminal.conſi.90.num.4. Ter
tiò dicitur ex aduerſo non obſtare, quòd peri-
tus cócorditer fuerit à partibus electus, quomi
24 nus reuideri poſſit relatio ſua, † nam forte di-
cta reuiſio denegari poſſet, quando ſuper eius
calculo partes tranſegiſſent,vt videtur ex men
te Bartoli in l.2.C.de iure fiſ.lib.10.Quinimmo
videtur,quòd à tali relatione potuerit appella-
ri per doctrinam Bartoli in l.1.§.quæſitum,& in
l.ex conſenſu,ff.de appel.vbi uult quòd ſi cauſa
commiſſa ſit conſulenda de conſenſu partium,
tamen à ſententia lata ſecundum illud conſiliũ
ſapientis appellari poſſit per illum textum ſequi
tur Roman. conſ.228.col.fi.& latius ponit Ioa.
25 de Amicis,conſi.102.nu.6.† Sed & iſta difficul
tas probabiliter(meo iudicio)tolli poteſt: & in
primis circa doctrinam Bartoli in d.l.2.C.de iu-
re fiſ.lib.10.uer.quæro,quid in computatione.
conſiderandum eſt,quòd loquitur primò,quan
do lis erat inter priuatos,& calculator fuit poſi
tus à iudice inter eos,& tunc inquit Bar.quòd
talis calculatio ualet,& plenam fidem facit, ta-
men prætextu erroris offitio iudicis hoc com-
mittentis retractari poteſt uſque ad ſentẽtiam.
certè caſus noſter non eſt talis, quia calculator
26 fuit electus à partibus, non à iudice. † Subdit
deinde Bar.alium caſum, qualis eſt noſter de
calculatore poſito à partibus,dicitque calcula-
tionem prætextu erroris reuocari poſſe:niſi trã
ſactum fuerit.idemque ſequitur Ioan.Plat. col.
2.fit igitur à contrario ſenſu Bartoli,uidelicet ꝙ
errore remoto,nullo modo reuocatẽ calculatio,
27 ſiue tranſactum fuerit,ſiue nõ ſuper ea: † ualet
enim argumentum à contrario ſenſu in dictis
gloſſarum &.Doctorum,ut ponit Bertrand.con
ſi.180.nume.10.uolum.1.conſ.34.nu.2.uolum.
3.motus ex notatis per Ang.in Auth.de non e-
ligen.ſecun.nub.col.3.uerſic.& prædicta verba.
Nicol.de Vbald.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.2.
par.prin.colum.5.uerſi.prædicta autem omnia
Roma.ſingu.352.tu ſcis,quòd ſi mulier. qui om
nes arguunt à contrario ſenſu gloſſæ poſitæ in
dicto authentico,ſuper uerbo,copulantur, quæ
dicit inuito filio:& arguendo dicunt ſecus eſſe
ſecundum mẽtem gloſſæ,ſi copulentur filio nõ
inuito. idemque tenet Imola in l. qui teſtamen-
to,§.mulier, ad fi.ff.de teſta.qui ſumpto quodã
dicto,de quo ibi, Iacobi de Are.arguit à contra
rio ſenſu illius,& hos hanc opi.tenens aliàs cita
ui in l.1.num.523.de offic.eius,cui mand.eſt iu-
28 riſd. † reiecta Alexandri in l.1.num.28.ff.de le
ga.1.Euerardi cẽturia ſua,cap.4.col.pen. & Ne
uizani conſi.16.colum.fi.quos reperio ſecutum
Senatum Pedemont.deciſ.58.nume.30. quibus
nec adhæſi, nec adhæreo,quoniam præter ratio
nem tunc allegatum,non uideo probabilem ra
tionem differentiæ in contrariũ,cur in legibus,
ſtatutis,contractibus,ultimis uoluntatibus, &
id genus ualeat id argumentum,ut ibi fuſè pro
ſecutus ſui,& non procedat in gloſſis, aut docto
ribus: meritò cum nec adducatur, nec adduci
poſſit,ſtãdum eſt regulæ dictæ legis primæ,quæ
illud argumentum fortiſſimum appellat.at, ut
ad rem noſtram redeamus, unde digreſſi ſu-
mus,hic non uideo errorem aliquem allegari,
nec quidem poteſt,quia peritus poſuit rationes
dandi & habendi claras,ex quo rumſupputatio
ne patet an Dominus Ioannes Peregrinus de-
beant,uel non:quę verò non erant certæ,eas re-
ſeruauit,nec dando, nec auferendo. unde non
agitur de errore,quo remoto ſentit Bar.relatio
29 nem firmam manere. † Quo uerò ad doctrinã
Bartoli,Romani,& Ioan.de Amicis,aduerti de-
bet,quòd fundatur in doctrina Innocentii in
c.tua nos,de cohab.mul.& cle. ubi dixit quod
ſentẽtia lata ex probationibus priuilegiatis,nũ
quam tranſit in rem iudicatam,quin ſemper, &
quandocunque retractari poſſit, ſuperuenienti
bus ueris & propriis probationibus, quod di-
ctum reputauit notandum & mirabile Ang.in
l.1.C.ſent.reſcin.non poſſe,& alii, quos addu-
cit Iaſ.in repe l.admonendi,num.38.ff.de iure
30 iur. † Sed idem Iaſ.nu.43.prædictam regulam
Innocentii limitat,& intelligit procedere, quã
do tales probationes priuilegiatæ aſſumuntur
à ſolo iudice, inuita parte, ut eſt quando reci-
pit iudiciũ peritorum, ſecus aũt dicit Iaſ.ſi tales
probationes priuilegiatæ procederent de mera
uoluntate partium:tunc enim ſententia ſuper-
31 inde lata tranſiret in rem iudicatam, † quia tũc
eſſet quid imputetur partibus,nec poſſet illa ſẽ
tentia retractari,etiam ex melioribus probatio
nibus contrariis:cõcluditque Iaſon quòd hæc
eſt ſua noua limitatio,quam nemo tangit. Et ꝑ-
ter eum tenet idem Purpurat.ibidem,num.46.
Speculum aureum in primo actu tertiæ partis
ſextæ partis principalis,nu.131.& Niconitius in
l.qui Romæ.§.duo fratres,nume.105. ff. de uer-
bo.oblig.& licet Bartolus in d.l.ex conſenſu,Ia
ſonque poſt eum, num.41.in d.l.admonendi, &
Ioannes de Amicis loco citato,loquãtur de ſen
tentia lata ſecũdum conſilium ſapientis aſſum-
pti de uoluntate partium, tamen mihi uidetur
longè melior illa limitatio, poſterior eiuſdem

Iaſonis, conſiderantis partibus imputari poſſe
32 tali caſu, † probatque Iaſon: nam videmus quod ſententia lata virtute iuraměti neceſſarii, quod à iudice defertur inuita parte in defectum ſemiplenæ probationis, retractatur; ſecus ſi lata ſit ex iuramento voluntario, quod à parte parti defertur: magis enim parti primo caſu conſulitur, ſecundo verò minus, quia pars ſibi debet
33 imputare. † Et magis lex ſubuenit ei, qui fecit actum ex neceſſitate, quàm illi qui fecit volũtariè, l. ſi fideiuſſor, §. qui neceſſaria, & ibi Bartol. Alex. & alii, ff. qui ſatiſ. cogan. l. ex hoc edicto, §. pen. ff. de alie. iud. mut. cauſa, cum ſimilib. per Socinum in l. 1. col. 14. ff. de vulga. & pupil. Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 18. ff. de verborum oblig. Ceph. conſil. 168 nume. 8. vnde bene conuenit quòd ſententia lata ſecundũ conſilium ſapientis tãtum retractari poſſit, quã do ſapiens electus eſt uel ex forma ſtatuti, vel à iudice ſolo, ſecus ſi à partibus, & de ipſarum mutua voluntate, & conſenſu, ut hic: nec certè video communem opinionem ſic eſſe paſſim, prout innuit Ioãnes de Amicis. Sed vt animus magnifici D. Conſultoris conquieſcat, aduerti debet ad inſtrumentum compromiſſi, in quo facta electione dicti periti, dicitur quòd unaquæque partium eius relationi ſtare promiſit
34 in forma. † Si enim dictæ clauſulæ forma ſecundum conſuetudinem tabellionis, & communẽ extendatur, talis erit, quòd eius relationi ſtare promiſit, & parere, quæcunque fuerit, nec eius reuiſionem per peritiores fieri petere, & id genus: quo ſtante dicitur ab ea poſtmodum facta appellari non poſſe. ita poſt glo. tradit Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, colum. mihi 6. verſic. quærit glo. ff. de pact. & poſt eum Angelus nu. 12. Caſtrenſ. 7. Iaſon eodem. Ruin. conſi. 135. nu. 10. vol. 5. & Dec. in c. ad hæc ſecundo, in fine de appella. Peruſinum taxans, qui contrarium tenet, idemque tradit Alex. in l. ſi conuenerit, colum. fi. ff. de re iud. Nec deciſiones Pariſii in conſiliis allegatis 45. & 89. uol. 1. nobis repugnãt, quia loquitur in arbitro, qui præter poteſtatem ſibi datam iudicauerat, & in peritis à parte deceptis, & ſtantibus ex aduerſo minoribus, quorum primum ceſſat, ut in primo motiuo dixi, ſicut & alia, quia nulla deceptio interuenit: & hinc inde partes maiores ſunt. Nec etiam facilè uidetur ſpernendum ſtatutum de pactis, de non appellando, ſtante pacto iuramento uallato in inſtrumento, quia negatur hic agi de ſententia nulla, per ea quæ primo & ſecundo motiuo ſupra reſpondi, ultra quòd etiam ſtatutum appellationem non admittit prætextu nullitatis, etiam notoriæ. Sed quia prædicta ſufficiunt, non eſt ulterius immorandum, ſicque de iure concludo.

*Hippolytus Rimi. Ferrarien.*

In cauſa Illuſtrium Comitum de Beuilacquis cum magnificis de Caſellis.

ARGVMENTVM.

De donationis inſtrumento nullo, quia nõ fuit denunciatum infra tempus ſtatuti.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum, ſi præfigit tempus ad denunciandum, poſt illud denuntiatio facta, nulla eſt.*
2 *Annulatio actus formam inducit.*
*Cuius omiſſio uitiat actum.*
3 *Actione carens, repellitur officio iudicis.*
*Etiam parte non opponente 87*
4 *Statutum de ſoluenda gabella contractus, non ligat ſubditos extrahentes extra territorium.*
*Fallit, ſi de illis quoque ſtatutum facit mentionẽ. 20.*
5 *Statutum annullans contractum, locum non habet in iurato.*
*Fallit quando annullatur ob defectum ſolennitatis requiſita poſt contractum. 23*
*Et eſt communis opi. 24.*
6 *Contractus qui annullatur ob defectum ſolennitatis requiſita ex poſt, non eſt nullus ipſo iure, ſed demũ, ſi opponatur.*
*Fallit ſi ſtatutum procedat ultra, annullando contractum ipſo iure. 7.*
7 *Verba geminata denotant ipſo iure.*
*Secus attenta ſubiecta materia 8.*
*Et exponitur ipſo iure, ideſt in effectu 9.*
9 *Verba ipſo iure, quandoque exponuntur in effectu.*
10 *Statutum contraria conſuetudine abrogatur.*
11 *Donatarius tenetur ſoluere gabellam propter commodum rei.*
12 *Reſtitutio minori competens, tranſmittitur ad hæredes ſuos.*
13 *Statutum annullans contractum ex poſt, non operatur retranſlationem dominij.*
*Fallit, ſi ſtatutum dicit, quod contractus habeatur pro non facto. 79.*
*Item competit condictio ſine cauſa. 76.*
14 *Inſtrumento annullato per ſtatutum, poteſt contractus probari per teſtes.*
*Fallit quando ſtatutum etiam contractum annullat. 83.*
15 *Donator donatario replicare poteſt de pari culpa nõ denunciati contractus.*
*Quod declaratur diſtinguendo. 85.*
16 *Lucrum radicatum amittere, eſt pati damnum.*
17 *Donationis æſtimatio fieri non poteſt, reſeruato uſufructu donatori, dum uiuit.*
18 *Gabella non ſoluitur de cõtractu in diem, ante illius euentum.*
19 *Renuncians omni iuris auxilio, prouidere uidetur aduerſus nullitatem contingentem poſtea.*
*Sed contra, non appoſito uerbo competituro. 93.*
*Immo nec illo appoſito ueniunt futura, niſi ex cauſa de præſenti competere poſſent. 15e.*

21 *Statuentes poſſunt ligare ſubditos contrahentes extra territorium, ſi hoc exprimant.*
*Maximè de re poſita in territorio.22.*
25 *Socyn.iun.conſilio 130.volumine 3.in ratione ſua taxatur.*
26 *Iuramentum refertur in dubio ad cauſam præſentẽ tempore iuramenti.*
*Et intelligitur, rebus ſic ſtantibus.27.*
28 *Iuramentum hodie de iure canonico maiorem habet auctoritatem, quàm olim haberet de iure ciuili.*
29 *Iudæorum animæ, non pertinent ad protectionem papæ.*
30 *Iuramentum inter Iudæos ſola vi iuris ciuilis ſuſtinetur.*
*At inter Chriſtianos etiam iuris Canonici.30.*
31 *Iuramentum contra formam legis, non ligat.*
32 *Statutum habet contractum pro illicito & prohibito, non facta denunciatione tempore limitato.*
33 *Ratio eadem vbi militat, idem ius locum habet.*
34 *Gabellarum ſolutio inducta fuit ob fauorem publicum principaliter.*
*Sed contra, quia odioſæ ſunt.37.*
*Cui motiuo reſpondet auctor.43.*
35 *Denunciatio contractus, dicitur incidens ad ſolutionem gabellæ.*
36 *Iuramentum non validat actum nullum ob vtilitatem publicam principaliter.*
37 *Statuta de ſoluendis gabellis, odioſa ſunt.*
38 *Extenſio fit in delictis, ne remaneant impunita.*
39 *Statutum de re aſſignanda in Cataſtro, dicitur concernere publicam vtilitatem ſecundariò, & quare.53.*
40 *Inſinuatio donationis cur inuenta.*
41 *Lex, oratio, ff. de ſponſ. non procedit in pœnalibus, cũ ſequenti.*
43 *Statutum dicitur fauorabile ex intentione principali ſtatuentium.*
*Exemplum in ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
*Et in alio prohibente fieri alienationem immobiliũ in forenſes.44.*
*Et aliud quod pater teneatur pro contractibus filij mercatoris.45.*
44 *Statutum prohibens alienationem immobilium fieri in forenſes, eſt fauorabile,*
45 *Statutum, quod pater ſciens filiũ mercari teneatur pro contractibus filij, eſt fauorabile.*
46 *Conſuetudo prohibens teſtari uel donare, dicitur fauorabilis, & quomodo.*
47 *Gabellam fraudare, eſt peccatum mortale.*
48 *Gabellæ ad quid inductæ, pulchrè ponitur.*
49 *Redditus Regni, ſtipendia iuſtitiæ ſunt.*
50 *Leges de pœnis delictorum ſunt odioſæ.*
51 *Statutum gabellarum de frumento, an extendatur ad farinam.*
52 *Annullatio actus, quando dicatur pœna, uel non.*
54 *Statutum annullans contractum ob defectum ſolennitatis poſtea requiſitæ, intelligitur ſi opponatur.*
*Quando non apponebat tempus ad ſolẽnitatis interuentum, aliàs ſecus.56.*
54 *Tempus vbi eſt indeterminatè poſitum, ſufficit quandocunque fieri.*
*Et reputatur eſſe perpetuum.55.*
56 *Denunciatio poſt tempus ſtatuti fieri non poteſt, quo ad corroborationem contractus.*
57 *Inſinuatio quando fieri poſſit.*
58 *Gabella non ſoluta præfixo tempore, mora purgari non poteſt.*
59 *Statutum annullans contractum propter defectum ſolennitatis poſtea requiſitæ, dicitur ipſo iure facere, ſi hoc dicat.*
60 *Verbum, ſit, dicitur canon latæ ſententiæ.*
*Idem de uerbis geminatis.61.*
*Et illis, nullius valoris.62.*
*Siue nullam vim habere.63.*
*Et quæ habent vim priuatiuam.67.*
65 *Verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda ſunt.*
*Quod in dubio procedit, aliàs ſecus.*
66 *Præſumptiones plures faciunt vnam plenam probationem.*
67 *Verba geminata, magis enixam voluntatem demonſtrant.*
68 *Præſumptiones plures, vincunt vnam.*
69 *Conſuetudo de vna perſona, non extenditur ad aliã.*
*Et ſtricti iuris eſt.*
*Et in ſuo tantum caſu procedit.*
*Nec in ea ſuppleri debet.*
*Et tantum habet de potentia & effectu, quantum de vſu.71.*
72 *Quod non corrigitur, cur ſtare prohibetur?*
73 *Mala fide agitur non denunciando infra tempus ſtatuti.*
*Et doloſus dicitur, non obſeruandò legis ſolennitatem.*
74 *Pupillo datur regreſſus contra tutores exiſtentes ſoluendo.*
75 *Reſtitutio infra quadriennium petenda, & non poſt.*
77 *Exceptio cui datur multo magis, ſi ſibi datur actio.*
*Et tranſit ad ſingularẽ ſucceſſorẽ titulo oneroſo.78.*
80 *Contractus habeatur pro infecto, vel ſit inefficax, æquipollent.*
81 *Contractus ſit inefficax, vel ſine cauſa, idem denotãt*
82 *Cauſa in contractu duplex eſt.*
83 *Teſtes ad inſtrumentum ſe referentes, non probant pluſquàm inſtrumentum.*
*Immo nec inſtrumentum de alio loquens.84.*
86 *Donatio perfecta dicitur ex retentione vſusfructus.*
*Et eo tempore confirmatur.88.*
89 *Gabellæ ſolutio pertinet ad firmitatem contractus.*
*Et ſoluitur ſtatim iure quæſito, licet reſeruata ſit adminiſtratio, vel fructuum perceptio.90.*
91 *Vſusfructus accedens proprietati in dotem datæ, dicitur incrementum dotis, non autem noua dos.*
92 *Soc.conſil.76.volum.primo, declaratus, & taxatus.107.*
93 *Clauſulæ omni iuris, & legum auxilio uis, remiſſiuè.*
94 *Renunciatio omni iuris, & legum auxilio competenti, & competituro, trahitur ad futurum.105.*
*Secus, eo verbo, competituro, non appoſito, & de ratione.95.106.*
*Nec includit caſum, in quo requiritur expreſſa renunciatio.96.*
*Nec ius, quod poſtea oriatur.97.*

*Vt præſcriptionis. 98.*
*Vel detrahendi Trebellianicam 99.*
*Vel lucrum dotis ex ſtatuto. 100.*
*Et reſpicit primanam obligationem. 101.*
*Nec rem diuerſam comprehendit. 102.*
*Nec refertur ad ea, quæ in promiſſione non ſunt cõprehenſa. 103.*
*Nec ſupplet, aut purgat ignorantiam facti. 104.*
108 *Renunciatio ſimplex, in dubio non extenditur ad ius futurum.*
*Et præſupponit ius acquiſitum. 109.*
110 *Renunciatio, & omni alij iuris, & legum auxilio. poſt aliqua ſpecialiter enumerata porrigitur ad futura, alioquin ſecus. 111.*
112 *Verba, quæ ſonant in futurum, intelliguntur ex cauſa de præſenti.*
113 *Renunciatio ſtricti iuris eſt, vt minus præiudicet renuncianti.*
114 *Conſuetudo inducitur ex vſu.*
115 *Conſuetudo quid requirat, vt inducatur. 118.*
*Nec inducitur probãdo ſimpliciter dotem integram fuiſſe reſtitutam. 116.*
*Et antequam præſcripta ſit, interrumpitur per vnũ actum contrarium. 117.*
118 *Conſuetudo per partem ciuitatis non inducitur, & qua ratione.*
*Et an præſentia vel notitia populi requiratur, aut ſufficiat. 119. 120.*
121 *Gabella & earũ exactiones ſunt de reſeruatis principi:*
*Nec reformari poſſunt ſine mandato principis. 122.*
123 *Conſuetudo non ualet contra reſeruata principi.*
*Et reprobata per legem ſuperioris, non valet. 124.*
*Et eſt communis opi. 125.*
*Niſi princeps ſciuerit.*
126 *Conſuetudo quando per legem prohibetur, non poteſt de nouo induci, & eſt communis. 128.*
*Et futura quoque intelligitur prohibita 127.*
*Etiam ſimpliciter prohibendo. 129.*
*Vel ſi prohibitum fuerit aliter iudicare. 130.*
131 *Princeps priuare poteſt iudices vi iudicandi.*
132 *Fiſci fauore inductũ nemo, præter fiſcũ, põt allegare.*
*Nec opponere alicui de incapacitate. 133.*
*Sicut nec ſpurio de ſpurietate. 134.*
133 *Incapaci venientes ab inteſtato, non poſſunt opponere de incapacitate.*
135 *Reus prohibitus excipere, poteſt opponere actori ius non competere.*
136 *Annullatio, licet inducatur ipſo iure, tamen vt opponi poſſit, requiritur declaratoria præcedens.*
*Sicq; declarantur omnia iura. 137.*
*Fallit, vbi lex ſecum trahit executionem. 138.*
139 *Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis.*
*Sed contra. 144.*
140 *Renunciatio ſtatuti fieri debet ſpecialiter.*
*Nec ſufficit eo caſu clauſula, omni iuris, & legum auxilio. 141.*
*Et eſt communis opi. 142.*
143 *Expreſſa mentio quando requiritur.*
*Reſpũ certæ perſonæ verba generalia nõ ſufficiunt.*
144 *Iuramentum refertur ad illos caſus, ad quos refertur renunciatio.*
*Et eſt communis opi. 145.*
146 *Iuramentum operatur, quòd actus valeat, vt valere poteſt.*
*Non autem quòd habeatur pro expreſſo id, quod ſpecialiter exprimi debuit. 147.*
*Nec habet uim ſpecialis conſenſus.*
*Nec includit caſus, quos diſpoſitio nõ includit 148.*
149 *Conſenſus defectus præſumitur in verbis generalibus, quando ſpecialis expreſſio requirebatur.*
150 *Iuramentum non ſupplet defectum conſenſus.*
*Supplet tamen in donatione inſinuationem. 15.*
*Et de ratione. 152.*
153 *Statutum extra volumen aliorum licet ignorare.*
*Niſi notum ſit in ciuitate. 155.*
154 *Facto ſequenti declaratur animus in præcedenti.*
156 *Statutum prohibens extractionem frumenti non licet ignorare.*
157 *Statutum generale comprehendit etiam minores, ſaltem ſi rem reſpiciat. 158.*
159 *Gabellæ ſolutioni non obſtat defectus poſſeſſionis.*
160 *Fraus præſumitur ex facto longo tempore celato.*
161 *Mora purgari non poteſt poſt executionem factam à lege.*

## CONSILIVM LXXII.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS & magnificus Cõmes Franciſcus Beuilacqua de anno 1517. exiſtens in Caſtro Cẽti cum iuramento donauit Illuſtri Comiti Herculi Beuilacquæ nepoti ſuo palatium ſuum, poſitum Ferrariæ, retento ſibi uſufructu dum uiueret. deinde anno 1525. partim uendidit illud, & partim conceſſit ad vſum clariſſimo Iuriſconſulto D. Matthæo Caſellæ, tunc conſiliario Iuſtitiæ meritiſſimo, demũ verò mortuis dictis Comitibus, uiuente dicto Caſella, nata fuit controuerſia inter filios & hæredes dicti Comitis Herculis, dictum palatium vẽdicantes, & dictum Caſellam ſe defendentem; quæ illo quoque mortuo durauit cum magnificis illius filiis & hæredibus. In qua cum plures articuli principales verterentur, operæ pretiũ eſſe duxi ſuper unoquoque ſeparatim reſpondere, ne omnia in unum cõſilium redigendo ꝓlixior & tædioſus redderer. Dicunt in primis Caſelli quòd extat ſtatutum gabellarũ, annullans contractum factum extra diſtrictum de re poſita in ciuitate Ferrariæ, ſi non fuerit denunciatus gabelloto infra 20. dies à die celebrati cõtractus, quod minimè factum fuit in caſu no-
1 ſtro, ſed dudum poſt annos 8. † cum enim dictũ ſtatutum præfigat tempus ad denunciandum, ſequitur quòd poſt illud denunciatio facta ſit nulla, ut in ſimili ſtatuto determinat Bart. conſi. 100. à Domino Cyno, ſecundo dubio, dicens quòd ſi ſtatutum permittat inquiri infra certũ tempus, cenſetur poſt illud prohibere: meritoque ſubdit, quòd inquiſitio poſteà facta eſt ipſo iure nulla, & idem latius firmat Bal. in c. ſi. col. 6. uerſi. pone, de offi. delega. ſequitur Bero. conſilio

ſilio 167.nume.13.uolum.3.& Roland. à Valle
5 conſilio 94.nume.11.& ſequen.uolum.3. † Tantoque magis nulla reputari debet denunciatio prædicta, facta poſt tempus ſtatuti, cũ annullet contractum,& ſic tempus requiſitum ad denunciandum reperitur eſſe de forma, cuius omiſſio uitiat actũ,ut in c.quia propter,de elec.c.maiores de baptiſ.cum ſimil.per Ceph.conſi. 241.nume.59.& Senatum Pedemont.deciſ.223.num. 8.& in alio ſtatuto decidit Bal.in l.prima, ff.de liber.& poſthum. quod ſi diſponit, vt notarius in inſtrumento ponat nomen contrahentis,partis,& aui, vel nomen proprium, prænomen, & cognomen:& notarius apponat ſolum nomen proprium ſingulare,& per ſe notum, puta Galloppreſſi: non tantum ſatisfieri dicitur, ſi ſtatutũ procedat ulterius, annullando inſtrumentum ſecus factum,quia dicitur ex hoc ſingula pro forma requirere,&cum doctrina Baldi tenẽt Imola,Cuma.Caſtr.Alc.Aret.Iaſ.& alii loco citato, qui eam magis communem teſtantur, ſequiturque Dec.conſi.10.col.1.& Dominus meus Riminal.conſi.104.nu.4.Rolan.à Valle conſil.33. nu.11.uol.1.igitur ſi ex defectu denunciationis debito tempore non factæ contractus donationis,quàm fecit Illuſtr.Comes Franciſcus nepoti ſuo fuit nullus, ſequĩ vt potiores eſſe debeãt Caſelli rõne contractus paterni de iure ualidi:
3 tnã Comites Beuilacquæ rõne cõtractus annullati per ſtatutum,velut actione carentes,repelli dẽt officio iudicis,ẽt parte nõ opponente,l.ubi pactum.C.de tranſ.& quod ibi Bart. Caſtr. Alex.& Iaſ.poſt alios tradunt,ſicut & Dominus meus Riminaldus,& alibi ſæpe Doctores. Non deſunt tamen multa, quibus dicti Comites nituntur hunc obicem ſtatuti penitus extirpare, quæ ſigillatim referenda ſunt, & poſtea tollen-
4 da. † Dicunt in primis hoc ſtatutum iubens ſolui gabellam de quocunque contractu, non ligare ſubditos contrahentes extra territorium, vt ſpecialiter concludit Ang.in l.fi.ff.de iur.omnium iud.quod confirmat Dec.conſil. 457. col. 2.nam cum materia gabellarum ſoluendarum ſit odioſa.Ange.conſil.385. Abb.conſi. 69.col. 2.vol.1.Soc.conſi.76.uolum.1.Corn.conſi.106 uol.4.diſpoſitio talis ſtatuti porrigi non debet extra territorium,iux.doctrinam Bar.in l.1.col. 10.C. de ſumma trin.per l.ex ea,in fi.ff. de po-
5 ſtul. † Secundò mouentur,quia ſtatutum ſimpliciter annullans contractum, locum non habet in contractu iurato, glo.eſt notabilis in capitulo,cum non deceat,de elect. lib.6. Alexan. latè conſil.27.col.fi.& conſil. 125.col.pen. volu. 1.quod eſt duplicatum,conſi.53.vol.3.& conſil. 100. volum.4.Fel.in c.conſtitutus de reſcri.Roma.ſingul.7.conſi.343.conſi.404.conſi.436. Deciſ.Neap.5.111.nume.13.307.num.19.amplè Neuizan.conſi.77.nu.10.& Cephal.conſil.170.nu. 34.& ſequen.Roland. à Valle conſi.99.nume.9. uolum.1.latiſſimè verò Anto. Gabriel. Romanus concluſionum ſuarum lib.2.de iureiurand. conclu 5.nume.11.cum ſequent.& in terminis in ſtatuto annullante contractus non inſinuatos gabelloto,quòd non extẽdatur ad iuratos. Romanus conſi.517.in fi.quem præter Mandoſium in apoſtillis,magnifacit Iaſ.conſil.173.nu. 7.volum.4.& Soc.iun.conſi.130.nume.17.volu.
6 3.quod in hac cauſa fuit ab eo factum. † Tertiò confirmant,nam cum denunciatio requiratur à ſtatuto poſt contractum infra 20.dies,contractus celebratus ea non facta non eſt nullus ipſo iure,ſed in effectu tantum,ſi opponatur,& per ſententiam reuocetur:& ideo denunciatio quandocunque prius facta ſufficit, vt contractus firmus maneat,vt hic euenit,vbi ante oppoſitionem fuit denunciatus.ita Bart.in l. uniuerſa.C.de prec.imper.offer.& in l.ſi ita quis, §. ea lege,col.1.ff.de uerbo.obliga.quem utrobique ſequitur Iaſ.& communem teſtatur.idemque tenet Alex.conſi.125.colum.fi.volum. 1. repetito conſi.53.vol.3.& latè exornat Fel.in c.quoniam frequenter,uerſi.tu uerò attende. vt lit.non cõteſt.Alex.in l.1.ff.de libe.& poſth.Ballio de nobilibus,in auth.ex cauſa,nu.8.col.ſequen.C.de liber.præt.Iaſ.in l.nemo poteſt,nu.7.ff. de leg. 1.& in terminis noſtris Bertach.in tracta.de gabel.3.membro 8.partis prin.q.24.loquens in ſtatuto diſponente contractum eſſe nullum,ſi non ſoluatur gabella infra decem dies: concludit enim contractum non eſſe nullum ipſo iure, ea non ſoluta infra decem dies, ſed ope duntaxat exceptionis,ex quo dicta gabella poſt contractum interuenit ſecundum doctrinam Bartoli in d.l.uniuerſa,& ſequacium,de quibus ſupra.
7 † Et licèt prædicti doctores conſentiant,ſecus eſſe quando lex, aut ſtatutum ultra procederet, dicendo ꝙ contractus ſit nullus ipſo iure: tunc.n. annullaretur ipſo iure,ꝙ in hoc ſtatuto concurrere uidetur,in quo dicitur ꝙ contractus & inſtrumentũ ſit inefficax,& nullius ualoris, quæ uerba geminata licèt futuri temporis, importãt nullitatem ipſo iure,ſecundum Bal.in l.non dubium.C.de legib.not.6.Iaſ.10.poſt eundẽ Bald.
8 de pace. Conſt.§.hoc quod nos. † Attamen rñdẽt Comites. Primò,ꝙ uerba geminata ſemper hoc non important,ut uidetur eſſe tex.in auth. caſſa & irrita.C.de ſacr.ſanc.eccle.quem contra Bal.Iaſ.adducit in d.l.non dubium.Secundò ꝙ dicta Baldi procedere poſſunt,niſi ratio ſubiectæ materiæ ſecus ſuadeat:tunc.n. uim mutãt & ſignificatum ſuum,& intelliguntur ꝙ ſint ferendæ,non autem latæ ſententiæ.ita not. Abb. in c.1.in fi.de foro compe.& in c.ſi diligenti, num. 18.& poſt eum Ioan.ab Imol.nu.15. Dec.in l.1. not.5.C.de ſecun.nup.cum ſimili.per Tiraq. in l.ſi unquã.C.de reuo.dona.ver.reuertatur, nu. 30.uer.ſecundò fallit: ſed hic ſubiecta materia uĩ aliud denotare,qm̃ ſumus in ſolennitate denunciationis poſt contractũ requiſita,quo caſu iura & doctores requirũt ſñiam,& negãt actum dici nullũ ipſo iure,d.l.uniuerſa,iuncta glo.Barto.cæteriſque:meritò dicta uerba,licèt gemina-
9 ta, non ipſo iure denotare debent. † Et hoc in terminis noſtris,fortioribus tñ,cõcludit Socin. cõſi.76.in fi.uol.1.ubi uerba in ſtatuto poſita, ꝙ contractus non ualeat ipſo iure,rõne pdicta exponit

ponit in effectu, iuxta glo. in l.lecta,§.ſed cũ ſor tis,ver.ipſo iure, ff.ſi cer.pe.cui cõformis eſt alia in c.auditis, in ver.poſt facto,& ibi not. Hoſtieſ. de elect.ſequitur Tiraq.loco citato, nu.41. circa fi.Tertiò cũ inualuerit cõſuetudo recipiẽdi denũtiationes ꝑ gabellotos poſt terminũ ſtatuti, vt ex libris gabellarũ patet in pleriſq; cõtractibus, hoc ſtatutum vſ hãc interpretationem recepiſſe,a qua recedi non dẽt,l.ſi de interpretatione,ff.de legib.ita Dec.arguit in ſimili ſtatuto cõ
10 ſi.11.nu.9. † aut attẽdi nõ dẽt dictũ ſtatutũ, uelut contraria conſuetudine abrogatũ,iux.not.ꝑ Bar. & alios in l.de quib.col.3.ff.de legib. Doct. in l.1.C.quæ ſit long.cõſue.Fely.in c.1.de treu. & pac. Alex.cõſi.6.uol.1.conſi.132. eo. uol. & conſi.49.uol.3.Iaſ.in l.rẽ non nouã,C.de iudi. Ang. Aret.& alii Inſti.de teſta.in prin.Goz. cõ ſi.99.nu.5.Rui. conſi.143.nu.24.uol.5.Pariſ.con ſi.50.nu.22.uol.3.ubi plures citat Cephal.conſ. 155.nu.17.Ioan.And.Gemi.& Peruſ. in c. fi. de conſue.in 6.Rocch.de Cur.in trac.de conſue.n. 410. Petrus Raue.nu.141.187.& 191.Natta conſ.
11 19.nu.7.& conſi.554.nu.25.† Quartò ſubiiciũt Comites, quod donatarius tenet ad ſolutionẽ gabellæ ꝑ ꝑ cõmodũ rei,ut ponit Sal.in rub.C. de reb.cred.Soc.cõſi.147.col.2,uer.aliqñ & tertiò,uol.2.& eſt de mẽte Imolæ poſt Butri.in c. cũ cõtingat, n.79.de iureiu.igit ad Illuſ.Comi. Herculẽ ſpectabat onus denũciãdi, ſed ille tũc erat minor annis 25.ut annorum 22. cui licet tẽpus ſtatuti curreret,ut per Innoc.per illum tex. in c.conſtitutus,de in inte.reſt.quẽ ſequunt infiniti,quos congerit Alex.conſi.65.col.7.nu. 32. uol.6.tñ cõpetebat ei reſtitutio in integrum ſecundũ Innoc.& ſequaces in d.c.cõſtitutus.Bal. & Doct.in l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt. Iacob.de Beluiſ.Andr.de Iſern.& Aluarot. in c.1. §.præterea de prohi.feu.alie.per Feder.Dec.cõ
12 ſi.556.ad fi.Pariſ.cõſi.66.nu.114.uol.3.† eaque ad hæredes trãſmiſſa potuerunt illi denunciare dictum cõtractũ ex illius ꝑſona iux.not. ꝑ Bar. in l.ſi infanti,col.pe.C.de iure del.quẽ ſequuntur alii conſi.9.col.7.uer.cõpetit,uol.1.& cõem teſtatur D.meus Rimi.cõſi.20.n.15.cõſi.26.n.
13 3.& conſi.125.in fi.† Quintò conſiderant ꝑfati Comites,ꝙ cum hoc ſtatutum annullet contractum ex poſt ob denunciationẽ non factã, utiq; non operatur trãslationẽ dominii in ipſum alienantẽ,ut uoluit Bal.in l.1.col.3.poſt quendã doctorem antiquum,ff.ſol.ma.& in l.cum mulier, col.10.uer.in contrarium,eo.tit.ubi ſequitur Alex.col.pe.& conſi.199.in prĩ.uol.6.Aret. Inſt. de excep.in rub. col.18.uer.2.quæro.Bar.in l.ſi ita quis,§.ea lege,& poſt eum Iaſ.num.40. ff.de uerb.obl.& latius ego poſui in §. hoc quoque, nu.5.Inſt.per quas perſ.nob.ius acqui.ergo Comes Hercules, ut dominus & hæredes ſui uincere
14 debent.† Sextò non omittunt, ꝙ annullato inſtrumẽto ꝑ ſtatutum,pt tñ contractus & obligatio per teſtes probari,ut Imol.Cuma.Caſt. Alex. Aret.& Iaſ.ponunt in l.ſi ſeruum filii,§.eum qui chirographum,ff.de leg.1.Dec.conſi.17.col. fi.Caſtr.conſi.75.uol.1.D.meus Rimin. conſil. 254.n.16.ſed per teſtes inſtrumentarios Comites probant contractum,ergo nullitas obiecta il
15 lius inſtrumento nihil releuare uidetur. † Septimò præmiſſis addunt, ꝙ ex forma ſtatutorum gabellæ ſub rubrica,de dona.& cambiis, etiam donator tenetur ad ſolutionem gabellæ: unde quia nec Comes Franciſcus denunciauit, ſicut ipſe uiuens excipiendo contra donatarium de gabella non ſoluta, replicare potuiſſet ei donatarius de pari culpa,Bar.in l.fi.§.pen. ff.de eo, per quẽ fac.erit,maximè cum tractaret de dãno,ſecundum Iaſ.ibi,Fel.& Dec.poſt alios in c. dile-
16 cti,de excep. † ut eſt amittere lucrum radicatũ Bal.Ang.Imol.Caſtr. Alex.& Iaſ.in l.nõn amplius,§.primo,ff.de leg.primo,Alex.conſi.69.& conſi.164.uol.5.Pariſ.conſi.29.nu.243.uolu.2. Pari modo mortuo d.Comite Frãciſco, D.Matthæus eius ſucceſſor excipiẽs repelli dẽt, l.doli, cum ibi not. ff.de noua.meritò ceſſare dẽt ſtatu-
17 tum præallegatum.† Octauò cum Comes Frãc. uſumfructũ ſibi reſeruauerit in uita ſua,qui morte finitur,s.finitur, Inſti.de uſufr.ſequitur ut ante illius obitũ cõgrua donationis æſtimatio fieri non potuerit,ueluti re in incerto poſita, quãti ualeret domus uſufructu remoto,qui plus & minus durare poterat: ergo nec interim debuit denunciari, nec gabella ſolui,ſicq́ue Socin. arguit in ſimili caſu,conſilio 76.columna penul-
18 ti.uerſi.præterea, uol.1. † Nonò non omittunt Comites hãc donationem porrigere ſuum effectum poſt mortem ob uſumfructum in uita donatoris ei ſeruatum,& ſic in diem incertum, qñ collata fuit. l.1.cum ibi not.ff.de cond. & dem. meritò non debuit interim ſolui gabella,nec fieri denunciatio,quoniam de contractu in diem etiam certum,non ſoluitur gabella ante euentũ diei.Bar. Ang.& alii in l.in lege falc. non habetur,ff.ad l.falcid.& in l.cum Titio, eodem titulo.& hoc fundamentum duoq́ue præcedentia format Soc.iun.in allegato conſil.130.uolumi.
19 3. † Decimò & ultimò confugiunt Comites ad illam clauſulam poſitam in inſtrumento donationis,qua renunciauit omni iuris, & legum auxilio,quã dicunt operari contra nullitatem, quæ cauſetur ex defectu ſolennitatis poſt contractum requiſitæ, ut per Cur.iun.conſilio 47. in fi.Rui.conſi.51.nu. 20.Goza.conſilio 87. numero 13.& eſt de mente Caccial.conſi. 80.in fi. inter cõſilia Socini, uol.1. Hæc licet multa ſint, & efficacia uideantur fundamẽta, profligatis tñ illis ſigillatim remanebit efficax obiectũ ſupra
20 factum de ſtatuto gabellarum. † igitur ad primũ deſcendens, ꝙ hoc ſtatutum non ligat ſubditos contrahentes extra territoriũ,rñdetur illã deciſionẽ procedere,qñ ſtatutũ ſimpliciter loquit, ſecus ãt ſi mentionem faciat ẽt de ſubdito contrahẽte extra territorium ſuper re in territorio ſtatuentiũ ſita,ꝑut in caſu nrõ:quia tali caſu ligat eũ,& cõtractus aliter factus,eſt nullus.caſus eſt ĩ l.fi.ff.de decret.ab ordi.fac.ꝑ quã ſic declarat Bal.ĩ l. 2.C.de eunuch.& ĩ l.mercatores, C. de commer.& mercat.ponit Bar.in l.cunctos populos,8.q.prin.C.de ſumma tri.latẽ Alex. conſi.

ſi.41.col.2.uolu.5. Dec.conſi.457.col.1.Brun.in
tracta.quod ſtant.maſc.artic.8.q.25.col.3.& fuit
limitatio ipſiusmet Angeli, qui regulam ſupra
relatam contrariam poſuit in d.l.fi.col.2.uerſic.
hoc fallit, ibique latè Marſil.numero 142.&
Cagnol. ſub numero 16. uerſiculo, Angelus
21 hic. alios concordantes adducunt. † Sta-
tuentes enim poſſunt ligare ſubditũ, quo ad ea
quæ geruntur extra territorium, ſi hoc exprima
tur in ſtatuto: quia poteſtas inter ſubditos ſta-
tuendi non arctatur territorio, c.tuæ.& c.fin.de
cler.nõ reſi.& d.l.mercatores.& cum prædictis
etiam concordat D.meus Rim.conſi.244.nu.8.
22 † Fortificatur iſta ſolutio, quia hoc ſtatutum lo
quitur de re poſita in territorio, ſuper qua ſub-
ditus contrahit extra territorium: quo caſu tan
to magis ſubditus ligatur ſtatuto, vt voluit Fe-
deric.de Sen.conſi.182. ſtatuto epiſcopi, quem
poſt alios quoſdam refert & ſequitur Marſ.in d.
l.fi.nu.136.Corn.conſi.89.col.2.in prin. uol.3.
23 vnde ceſſat fundamentum primum. † Ad ſecun
dum de ſtatuto, quod locum non habet in con-
tractu iurato, plenius eſt inſiſtẽdum, ueluti pul
chrum: & in primis dicitur illud procedere, quã
do ſtatutum donationem annullat ob defectum
ſolẽnitatis requiſitæ tẽpore contractus, ſecus ât
ſi poſtea requiratur, prout eſt quòd denun-
cietur gabelloto, nec fuerit denunciata præfixo
tempore, & ob id à ſtatuto annulletur: tunc e-
nim bene comprehendit etiam donationem in-
ratam. ita decidit Feder.de Sen.conſil.271.mo-
tus optima ratione, quia ex culpa donatori id
euenit, qui non ſeruauit ſtatutum ex iuſta cauſa
editum, & ſic ex ſuperuenienti iure uel cauſa re
miſſum dicitur iuramentum etiam donatori iu-
ranti, quoniam de tali ſuperuenienti iure non
fuit actum, nec cogitatum tempore iuramenti.
& illam deciſionem Federici ſequuntur Butri.
& Imol.in c.cum contingat, nu.79.de iureiurã
do. Soc.conſ.77.col.fi.conſi.80.col.antepe.uol.
1.Bal.nouell.conſi.78.inter conſilia Socini, uo-
lu.1. Aret.conſil.2.col.2. Corn.conſil.186.nu.11.
uol.2.Barba.conſi.43.nu.33.uol.1.Cur.iun. con
24 ſilio 47.col.fi. † conſi.141.col.fi.ubi dicit eſſe cõ
munem. & hæc diſtinctio fuit etiam de mente A
lexandri conſi.125.col.pen.uol.1.& conſil. 170.
in fi.uol.7.& in terminis noſtris huius ſtatuti, ſi
donatio iurata comprehendatur in eo, & ſit nul
la, ſi non fuit denunciatã gabelloto in termino,
ponit Ang.conſi.94.col.pe.ex quibus patet Ro-
manũ in allegato conſ.317.male locutũ, cũ in ca
ſu ſuo & noſtro agatur de ſolẽnitate requiſita poſt
25 cõtractũ. † Nec ratio Socini iun.ind. conſ.130.
uolumine tertio, qui Romanum ſequitur, me
quicquam mouet, dicendo quòd cum dona-
tor iurauerit donationem perpetuò ratam ha-
bere, & contra eam non facere aliqua ratione
uel cauſa, modo, uel ingenio, dicitur complecti
etiam cauſam præſentẽ non factæ denunciatio
nis, quia uerba ſimpliciter & gñaliter prolata,
debẽt ſimpliciter & generaliter intelligi de qua
cunque cauſa. l.1.§ generaliter, ff. de leg. præſt.
& cum tale iuramẽtum ſeruari poſſit ſine diſpẽ

dio ſalutis æternæ, omnino ſeruãdum eſt, dicto
26 capitulo, cum contingat. † quoniam reſpon-
deri poteſt tale iuramentum in dubio referen-
dum eſſe ad cauſam præſentem tempore ipſius
iuramenti, c.cum inter.de renunc. cum non ui-
deatur iurans de futura ſenſiſſe, c.pen.de iureiu-
rando. Aret.conſi.14.Senat.Pedemont.deciſio.
27 112.numero nono. † unde dicitur quòd iura-
mentum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus.
C.quemadmodum, de iureiur.l.quod Seruius,
ff.de cond.ob cau.Dec.& omnes in rub.C.qui
admi.quos deducit Grat.reſpon.44.nu.22.uo-
lu.2.Barba.conſil.38.col.11.uol.1.Brun.conſil.
99.col.fi.Pariſ.conſi.97.numero 51.uolu.1.Rol.
à Valle conſi.7.nu.57.uol.3.igitur in propoſito
noſtro iuramentum Comitis Franciſci donato-
ris uenit intelligendum, dummodo donatio
denuncietur, ut ſtatutum diſponit: quare
denunciatione non facta debito tempore, ſur-
git cauſa noua, propter quam iuramentum non
ligat. & ita concluditur Romanum defendi nõ
poſſe per rationem Soc.iun.quæ remanet con-
28 futata. † Verum quia pro parte Comitum di-
cebatur Angelum conſi.93.ſupra citatum pro
deciſione præciſa caſui noſtro non conuenire,
ſupereſt id referre. illud erat quòd Angelus ibi
loquitur in donatione inter Iudæos cum iura-
mento facta, nos autem loquimur de facta inter
Chriſtianos, inter quos caſus eſt longa differen
tia, nam hodie iuramentum maiorem habet au-
ctoritatem de iure canonico, quam olim habe-
ret de iure ciuili: tunc enim ſi non ualebat con
tractus principalis, nec etiam iuramentum ua-
lebat, l.non dubium, C.de legi.l.iuriſgentium,
§.fi.ff.de pact.l.ſi quis inquilinos, §.fi.ff. de leg.
1.at non idem de iure canonico, dummodo ſer-
uari poſſit ſine peccato. dicto c.cum contingat,
propter animæ periculũ circa Chriſtianos, quo-
rum Papa protector eſt, ideo ſeruandum in eis
eſt ius canonicum, non autem ciuile contradi-
29 cens ei. † Sed animæ Iudæorum non pertinent
ad protectionem Papæ uel eccleſiæ, cum nihil
ad eam de his, qui foris ſunt, c.gaudemus.de di-
uort.c.multi, 2.q.1.meritò ſi Iudæi contraxerint
inter ſe, nullo reſpectu debet eccleſia ſe intro-
mittere, taleque iuramentum deſtituitur aucto-
ritate iuris canonici, & remanet in ſola aucto-
ritate iuris ciuilis, ita quòd non ualente cõtra-
ctu principali, nec ualet iuramentũ. ita pulchrè
Caſtrenſ.conſi.90.uol.2.Bauer.in tracta. de uir
tute iura.quæſt.22.Soci.conſi.65.col.pen. con
conſi.66.col.pen.& conſi.70.col.fi.uol.1.Ruin.
conſi.159.col.pen.& fi.uolu.5.Dec.in c.primo,
nu.27.lectura ſecunda, de conſti.Bero.in c.1.nu.
195.de conſti.& Speculum aureũ in 3.par.prin.
ſui tract.ordinis iudic.nu.55.quos omnes retu
30 lit in §.1.Inſti.de dona.nu.179.† & illis nũc addo
Romanum cõſi.155.in fi.& poſt eum Mando-
ſiũ in additio. Quibus infertur ex aduerſo mirũ
nõ eſſe ſi ſub hoc ſtatuto tenet Angelus cõtine
ri donationẽ iuratã inter Iudeos & ob denũciã
nõ factam corruit, nõobſtante iuramento, quia
31 res eo caſu regitur à iure ciuili tãtum. † at in ca-
ſu

ſu noſtro, quo ſumus inter Chriſtianos, iuramẽtum eã tueri debet, vt potẽtius de iure canonico: nec hoc ſtatutum laicorum virtutẽ iuramẽti tollere poteſt, vt per Alex. conſi. 100. col. 2. uolu. 4. cõſi. 137. nu. 17. vol. 6. Pariſ. cõſi. 97. nu. 3. uolu. 1. conſi. 16. nu. 89. vol. 2. & ſi poſſet non præſumitur cogitatum de caſu iurato, niſi dicatur in ſpecie ſecundum Alex. conſil. 61. ad fi. vol. 7. Ceph.
31 conſi. 170 num. 35. † Hæc ſanè difficultas duobus modis ſedari poteſt: primò quidem ꝙ Ang. in d. conſi. 94. col. fi. ratione mouetur etiã Chriſtianis vniformi, pariterq; caſui noſtro: inquit enim ꝙ iuramentum in eo contractu poſitũ nõ erat obligatorium, quia cum lex tranſigi prohibeat, niſi certa forma ſeruata, qui aliter tranſigit, eſt tranſgreſſor legis, c. 2. de maio. & obe. meritò iuramentum, tanquam contra bonos mores interpoſitum, nõ ligat. d. l. nõ dubium. Hæc
32 ratio caſui quoque noſtro famulatur, † nã hoc ſtatutum, contractum & inſtrumẽtum annullat denunciatione non facta limitato tempore, per quam clauſulam annullatiuam colligitur ſtatuentes habere contractum pro illicito & prohibito non facta dicta denunciatione, & ſic contra formã dicti ſtatuti, vt not. Abb. in c. dilecto, col. 4. de præbend. & poſt eum Fel. in c. cum acceſſiſſent, nu. 8. de conſti. meritò nec in caſu noſtro iuramentum ligare debet, ſicut nec in caſu
33 Angeli, † quia ubi militat eadem ratio, debet idẽ ius habere locum, l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obliga. l. fi. C. ad legem falc. cum ſimilibus. Secundò modo reſpondetur obiecto ſupra facto per rationem Federici de Sen. in allegato conſi. 281. cum ſequacibus, quòd ex culpa donatarii non ſeruãtis ſtatutum contingit annullatio, iuramentumq; donantis ad ius ſuperueniẽs, uelut incogitatum nõ porrigitur, quæ pariter Chriſtianis, & caſui noſtro conuenit. unde licet in eis ceſſet illa rõ Caſtrenſis in eius conſi. 90. uol. 1. & ſequacium, tamẽ ex quo militant iſtæ duæ, debet adhuc durare deciſio ipſius Angeli inconcuſſa, §. affinitatis, Inſtit. de
34 nupt. & ita ceſſat illa difficultas. † Sed ut magis ueritas eluceſcat ſecundam ſolutionem in medium adduco, quòd quemadmodũ ſolutio gabellarum inducta eſt ob publicam utilitatem principaliter, Bal. in l. acceptã, q. 22. C. de uſu. in l. cum mulier, col. 10. uerſ. de tertio dubito, ff. ſol. matr. in c. primo, quæ ſint rega. & poſt illum Afflict. in uer. uectigalia, nu. 57. idemq; Bald. conſi. 110. uol. 2. Barb. conſ. 43. col. 17. uol. 1. ſic & denũciatio cõtractus ad id ordinata, l. oratio, ff.
35 de ſponſ. † Confirmatur, nam prius denunciatur cõtractus, deinde gabella ſoluitur: unde denũciatio velut incidẽs quoddã ad ſolutionẽ gabellæ, iudicari dẽt de illa, ſicut de ſolutione gabellæ, per doctrinã Bar. in l. ſolet. §. fi. ff. de alim. & cib. leg. Dec. in c. paſtoralis, col. 3. de app. Soc.
36 cõſi. 300. ver. circa tertiã, col. 3. uol. 2. † ſed iuramẽtũ nõ ualidat actũ nullũ ob utilitatẽ publicã principaliter, ut declarãt Bart. & alii in l. ſi quis pro eo, col. 1. ff. de fideiuſ. Imol. fuſius, qui eõtẽ teſtatur, in d. c. cũ cõtingat, n. 36. ubi pariter Alciat. idẽ teſtatur, nu. 83. ideq; tenet Bero. conſi. 48. n. 13. uol. 1. quo fit vt nõ attẽto iuramẽto donatio, de qua agit, huic ſtatuto ſubiici debeat,
37 & ſecũdũ illud nulla iudicari. † Huic quoque ſolutioni nõ acquieſcũt Comites, negãtes tale ſtatutũ de ſoluendis gabellis fauore publico inductũ fuiſſe, cũ huiuſcemodi ſtatuta dicãtur odioſa, & ueluti iuri cõi cõtraria ſtrictè intelligãtur, ut tradit Bal. ĩ l. ſi à domino. §. fructus, ff. de pet. hæred. & in l. cũ mulier, col. 11. ff. ſol. ma. ubi dicit ꝙ eſt ius uſurpatũ cõſuetudine, uel cõtra rõnẽ introductũ. Anch. cõſi. 264. in prin. dicens ꝙ pedagia & guidagia ſunt legibus plurimũ odioſa, & reprobata, niſi ex ſpeciali priuilegio, vel antiqua cõſuetudine exigãtur, c. quãquã. de cẽſib. ideq; tenet Ange. cõſi. 385. Abb. cõſi. 69. col. 2. uol. 1. Soc. cõſi. 76. uolu. 1. cõſi. 302. col. 2. uolu. 2. Cor. cõſi. 89. col. 3. uol. 3. cõſi. 106. uol. 4 Dec. cõſi. 477. nu. 7. Alex. in rubr. ff. ſol. matr. & Firma. in trac. de gabel. 1. part. nu. 18. demũq; Rol. à Valle cõſi. 42. nu. 24. uol. 3. quæ rõ arguit, ꝙ tale ſtatutũ nõ ſit introductũ fauore publico prin
38 cipaliter, alioquin extenderetur, † ſicut in delictis puniẽdis tradit Bartol. in l. 2. §. exercitus, ff. de his qui not. infam. in quibus cum tractetur de fauore publico, quòd nõ remaneant impunita, fit extẽſio legis uel ſtatuti, tanquã ꝙ materia nõ ſit odioſa, ſed fauorabilis. ſequitur Iaſ. in l. cũ quidã. limit. 4. ff. de lib. & poſth. Fel. in c. trãſlato, de conſti. Dec. conſi. 10. col. 2. conſi. 65. col. 2. conſi. 372. nu. 8. D. meus Rim. cõſi. 40. nu. 41. quæ cũ ita ſint, ceſſat argumẽtũ factũ de l. oratio, de ſpõſ. quia præſuppoſitũ, ꝙ ſtatutũ de ſoluẽdis gabellis ſit inductũ fauore publico princi
39 paliter eſt falſum. † Sed & eo admiſſo pro uero, dr̃ tñ ꝙ hoc ſtatutũ nihil diſponit circa ſolutionẽ gabellæ, ſed tantũ circa denũciationẽ cõtractus & inſtrumẽti: quo caſu nõ dr̃ cõcernere utilitatẽ publicã principaliter, ſed ſecundariò dũtaxat & in conſequentiã, ut eſt doctrina Bart. in l. qui exceptionẽ. poſt prin. ff. de cond. inde. quẽ ſequitur Alex. conſi. 38. col. fi uol. 3. uolẽtes ſtatutũ, quo cauet, ſi quis nõ aſſignauerit rẽ in cataſtro, cadat a iure ſuo, cẽſeri principaliter introductũ in odiũ ipſius nõ aſſignãtis, licet redũdet ad hoc utilitas publica ſecundariò, & in conſe
40 quẽtiam. † idẽq; tenet Soci. conſi. 77. columna penultima, uolu. primo, ubi dicit quòd nullo iure cauetur, quòd inſinuatio donationis fuerit inducta fauore publico principaliter, ſed ut tollatur occaſio fraudis & donationis clandeſtinæ, & ne quis re ſua abutatur, in quo con-
41 ſiſtit utilitas publica ſecundariò. † Nec regula legis, oratio. de ſponſ. hoc caſu procedere poteſt, in quo materia pœnalis eſt ratione annullationis actus inductæ per ſtatutum. cap. diſpendia. §. fina. de reſcrip. in ſexto, cap. cupientes. §. cæterum. c. ſi religioſus. de elect. lib. 6. l. non dubium, & ibi Butrig. & alii, C. de legib. l. turpia, & ibi Bar. & Alex. ff. de leg. 1. Cur. iu. conſi. 8. n.
42 1. † quo caſu diſpoſitũ in conſequenti, locũ nõ hẽt in eo, per quod deuenitur ad illud, ut colligitur ex not. per Bald. in l. 1. col. fi. uerſic. & pre-

hoc determinatur c.ſi rec, pro. ſequitur Alexa,
clare ſic limitans illam regulam,conſi.194.in ſi,
43 uol.2. Dec.conſi.406.col.2. † Sed hæc licet ſub
tiliter excogitata ſint,a ueritate tamen aberrãt,
nam quod ad ſtatutum pertinet,an dicatur fauo
rabile,uel odioſum,ex intentione principali ſta
tuentium deprehenditur:ſi enim principaliter
factum fuit in fauorem unius,licet in conſequẽ
tiam uergat in alterius odium,cenſetur fauora
bile.ita Bar.Bal.Caſtr.Iaſ.& alii in d.l.qui exce
ptionem,Bal.in l.2.ante ſi.& ibi Dec,Cur, iun.
& Dominus meus Rimi. C.de in ius uoc.loquẽ
tes de ſtatuto fœminarum excluſiuo quod ap-
pellant ſimpliciter fauorabile,uelut principali-
ter inductum fauore maſculorum,licet in conſe
quentiam tendat in odium fœminarum. & hãc
ueriorem & magis communem teſtatur Bru. in
tracta.quod ſtant.maſc.artic.4.num.6. pluraque
ad hanc doctrinam cumulat Tiraq.de retractu,
44 §.30.glo.prima,nu.5. † & in alio ſtatuto videmus
prohibente alienationem fieri immobilium in
forẽſes,quod fauorabile dicitur ob fauorem pu
blicum conſeruandi bona in ciuitate principa-
liter introductum, licet in conſequentiam ten-
dat in odium forẽſium, qui excluduntur,ut deter
minat Alex.conſi.116.nu.8.uol.6.Soc.iun.con-
ſi. 25.nu.50.uol. 3.Barba.conſil.43.col.13.uolu,
1.Ripa in l.filiusfamil.§.diui,nu.102.ff.de lega,
45 primo.Roma.conſi.506.3.dubio.† & in alio ſta
tuto ponit Aret.conſi.26.nu.20.uer.quartò præ
mitto quo pater ſciens filium mercari tenetur
pro contractibus filii,quod fauorabile dicit A-
ret.ueluti factum propter fauorem & ſtatũ pu-
blicum principaliter,qui uerſatur ut mercatu-
ra, & artes melius exerceantur, ut ibi plenius
per eum. demumque uidemus in conſuetu-
dine quadam Craue.conſi.118.num.9.Baldum
& Aret.ſequutum, dicẽtes quòd cõſuetudo pa
triæ Lotorigiæ prohibẽs facultatem teſtãdi uel
donãdi in illa patria,ut bona perueniãt ad pro
ximiores ab inteſtato, cũ principaliter inducta
fuerit fauore uenientium ab inteſtato, non au-
tem odio morientium, nec ut facultate teſtan-
di, uel donandi priuentur, dicitur fauorabi-
lis inſpecta cauſa principali, ob quam fuit
46 inducta,d.l.qui exceptionem, † ſed utique prin
cipalis intentio ſtatuentium,quòd gabellæ ſol
uantur,eſt fauor principis,& quidem publicus,
ut inde ciuitas defendi poſſit,& reipub.ſtatus &
ſubditi cuſtodiantur per ipſum principem ab in
curſu latronum,ut poſt alios,quos refert, dicit
Afflic.in tit.quæ ſint.rega.uerſi.uectigalia, nu.
9.in quibus utilitas publica uerſatur. §. huius
ſtudii, Inſti.de iuſti.& iur. & l.fi.in princ. C.de
ſacroſanc.eccl.meritò tale ſtatutum dicitur in-
ductum principaliter ob fauorem publicum, &
de hoc eſt in terminis doctrina Baldi in cap.1,
§.ſi quis per 30.col. tercia, ſi de feud. fuer.con
tro.ubi dicit ſtatutum,quod qui non ſoluerit gabel
lã,nõ audiatur, fuiſſe factũ fauore publicæ uti
litatis principaliter,& ſecundario,ut ille ſubdit,
quem ſequitur Afflictus notab.primo,numero
47 26. † inferens ex hoc, quòd fraudare gabellã
iuſtam,eſt peccatum mortale,ſecundum Bal. in
tit.de pac.Conſtant.& in l.uectigalia, ff.de pu-
blica. Confirmatur inſuper ratione præclara,
quam me docuit Andræas de Iſer.in conſtitu-
tione Regni, ſuper inciſionibus, colum.tertia,
quem recitat Afflict.in rubr.quæ ſint rega.nu.
28.ubi quærunt quare conſtituta fuerit regalia
(inter quæ continentur gabellæ, ut ibi uerbo,
48 uectigalia) † nam reſpondent id eſſe factum, ut
Rex iuſtitiam faciat ſubditis ſuis: uidetur enim
Princeps conduxiſſe operas ſuas ſubditis pro di
ctis Regalibus,arg.l.1.ff.loca.operæ enim. Re-
gis non debent eſſe aliæ, niſi miniſtrare iuſti-
tiam inter ſubditos, vt boni inter malos quie-
tè uiuant, & mali coerceantur, c. non fruſtra,
23.quæſtione quinta, & iuſtas leges præcipere,
49 & contraria prohibere,c.ſi eccleſia,23.q.4. † Vn
de D. Thom. in 2. ſecundæ,q.63. loquendo de
gabellis poſt Theologos inquit,quod redditus Re-
gni,quos habet Rex ſunt ſtipendia quaſi ad hoc
inſtituta,ut iuſtitiam ſoluat in terra Regni: quod
probatur in epiſtola Pauli ad Romanos, c. 13.
dicentis, Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, nõ
ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcië-
tiam:ideo enim & tributa præſtantes.ſi ergo ga
bellæ inuentæ ſunt ad iuſtitiam per principes
miniſtrandam, manifeſtè patet ob bonum pu-
blicum principaliter eas inuentas eſſe l.1. §. hu
ius ſtudii.ff.de iuſti.& iu. Et licet Doctores ap-
pellent hoc ſtatutum de ſoluendis gabellis odio
ſum,& ſtrictè interpretandum fore ſubiiciant,
non tamen ſequitur quin dicatur concernere
50 fauorem publicum, † nam & leges, quæ tra-
ctant de pœnis delictorum, ſunt odioſæ, ut ex
multis proſequitur Dec.& Cagnol.in l. factum
§.in pœnalibus,ff.de reg. iur.& tamen concer
nunt utilitatem publicam, & extenduntur,ne
delicta remaneant impunita, dicto §.exercitus,
51 & ibi Bar.& alii ſupra relati, † quod & in hoc
ſtatuto contingit:quotiens enim nihil alias ope
raretur extenditur, ut de frumento ad farinã,
iux.not.per Bartol.in l.quæſitum §.illud, ff.de
lega.3.& plures concordantes allegat Bertach,
in tracta.de gabel.ſecundo membro 8.par. prin
cip.q.11.hinc igitur adhuc uiget argumentum
meum,quòd ſi ſtatutum de ſoluendis gabellis
inductum fuit ob pub.utilitatem principaliter,
pariter & denunciatio contractus, per quam de
ex eo poſſit ius agendi vel excipiendi compete-
re contrahentibus, domusque vendita Caſelſis
reperitur penes eos: adeo quòd nullũ miniſte-
rium iudicis requiritur in exequendo, meritò
nec opus erat declaratoria iudicis ſuper denun-
ciatione non facta ad incurrendam prouiſionẽ
ſtatuti ſuper annullatione, cæteriſque per illud
139 diſpoſitis. † Quartò Soc. iun. ex renunciatio-
ne generali omni iuris & legum auxilio, iuncto
iuramento,quod habet vim ſpecialis renuncia-
tionis,vt ſignanter voluit Bal.in l.1.C. cõmod.
col.3.verſ ſecundò quæritur.de quo per Iaſ. in
l. ſi quando,§. & generaliter,nu. 6. C.de inoffi.
teſt. Dec.conſi.345.col.1. Soc.conſi.147. ad fin.
vol.1.Soc.iun.conſi.136. nu.26.vol.1. Neuiz.cõ
ſi.66.nu.25.& quia videmus donationem ſupra
500.aureos factam ſine inſinuatione ſimplici iu
ramento cõfirmari, licèt illi ſolemnitati inſinua
tionis non fuerit renunciatum,ſecundum Alex.
conſi.4.vol.1.& alios abundè cumulatos per So
140 cin.iun. qui magis communem teſtatur. † Sed
nec iſta repugnat rectius conſiderata,nam præ-
ter ea,quæ ſupra deduxi circa dictam renuncia-
tionem omni iuris & legum auxilio nõ idoneã,
dico nos habere claram deciſionem Federici de
Senis conſi.231.verſus finem.qui requirit quòd
in inſtrumento donationis fuerit ſpecialiter &
nominatim renunciatum tali ſtatuto, quòd do-
natarius nullum præiudicium incurret, ſi regi-
ſtrari non faceret inſtrumentum infra tempus
ſtatuti, quam deciſionem ſequuntur Doctores
paſſim, maximè verò Soc. conſi. 77. colum. fin.
conſi.88.col.pen.vol.1. Bal. nouel.conſi. 78. in-
ter conſi. Soc.uol.1. Aret.conſi.2.Cur.iun.con-
ſi.141.col.ſi. Corn. conſi.186.uol.2.Barb. conſi.

141 43.nu.33.volum.1. † Igitur illa clauſula, omni
iuris & legum auxilio,non debet ſufficere, cum
verba generalia tantum contineat, per doctri.
Bar.in l. prætor,in prin. ff.de oper. noui nunc.
dum loquitur circa l.fi.§.omnem,C. de admin.
tut. quæ cum verbis ſpecialibus requirat tuto-
rem promittere debere defenſionem pupilli,
ideo dicit quòd non ſufficiunt illa verba genera
lia,quòd promittat vtilia facere & inutilia præ-
termittere, & ob id idem Bart.in l.legitimos, in
prin.colum.2.ff. de legi. tut. inquit, quòd uidit
multas tutelas caſſari, in quibus de defenſione
pupilli ſubeunda ſpecialis mentio, & verborum
expreſſio facta non fuerat.& cum opin. Bar. te-
nent Cuman.Caſtr. Roma.Alex. & Iaſon in di
142 cta l.prætor. † Qui Iaſ.teſtatur eſſe commu.nu
me.9. in fi. idemque tenet Alex. conſi. 129. co-
lum.2.volum.1. Fely.in c. tranſlato, col.3.in fi.
de conſti. & Guil.Bened.in c.Raynutius,verſic.
ſi abſque liberis,il ſecondo,nu.15.uerſi. 2.limita
143 bitur de teſta. † Confirmatur, nam quotiens
requiritur expreſſa mentio reſpectu certæ per-
ſonæ,non ſufficiunt verba generalia, puta con-
tra quaſcunque perſonas. glo.eſt not.in c.inqui
ſitores. verſi. expreſsè.de hæret.in 6.& poſt eã
Domi. Butr.& Imol.in clem. conſtitutionem.
de elect.Roma.in auth.ſimiliter, in fi. C.ad leg.
Falc. Alex.conſi.120.colum.3.num.13.uol.4.Iaſ.
in l.1.nume.16. ff.de vulg.& pup. & poſt eum
Rip.nu.56. Iaſ.conſi.97.colum.3.uol.4. cum a-
liis de quibus per Tiraquel.de legibus connub.
in verſi. experſ.glo.5.nu.91. Sed hic requireba-
tur expreſſa mentio denunciationis reſpectu do
natarij,ne donatio poſtea defectu denunciatio-
nis irritetur, ergo verba generalia ſufficere non
144 debent. † Nec iſta concluſio limitatur ſtante
iuramento uerbis generalibus annexo: ut dice-
bat Bal.in d.l.1.C.commod.per l. cum pater, §.
filius matrẽ,ff.de leg.2.nam cõtrariũ, & melius
tenet Cyn.ibidem. Baldusque met in l.ſed & ſi
quis,§. quæſitum,ff.ſi quis caut. ubi tenet quòd
iuramentum generale nihil operatur in his,quę
debent ſpecificari: pariq́ue modo Bart. ibi quæ
rit, quid ſi poſita generali renunciatione ſubie-
ctum fuerit in inſtrumento iuramentum, nun-
quid ſufficiat? & reſpondet quod ad illos caſus,
ad quos refertur renunciatio, refertur & iura-
mentum,l. fi.C.de non num.pecu. & ſic iuramẽ
tum non habet vim ſpecialis mentionis,ſi nõ ex-
tendit diſpoſitionẽ,ultra quàm in ea ſit expreſ-
145 ſum. † Et cum illa deciſione Bartoli tenent
Alberic. Ang.Fulgoſ. & alij plerique, quos ibi-
dem refert Iaſ. colum.pen. & fi.qui dicit eſſe cõ
muniter aprobatam, quam ſequitur & ipſe Iaſ.
conſi.173.colum. penult.uol.4.Aret.in l.qui ſu-
perſtitis.col.6.ff.de acquiren.hæred.Dec.conſi.
408.nume.7. Alex.conſi.28.colum. fi. uolum.1.
Soc.conſi.70.in fi.vol.3.Ang.& Iaſ.in l. de his,
ff.de tranſ. Feder.de Sen.conſi.15. Ioan. Lup. in
rub. de don.inter uir.& vxo.nu.17.Deciſ.Neap.
178.2.dub. Guid. Pap.q.427.Andre.Sicu.conſi.
55.uol. 2. quos citat Gramma.deciſ.57. nu. 27.
Tiraquel.de legib. connub. verſi. experſ. gloſſ.

4. num.151. & in l. ſi vmquam.in princ. nu.144.
C. de reuoc.don.Ruin.conſi.6.nu. 8. uolum.2.
conſi.134.nume. 8. uolum.1.conſi.67.num. 10.in
ſi.uolum.4.Gozad.conſi.80.nu.16. cum ſimilib.
per Ceph.conſi.94.col.pen.& fin.Roland. à Val
le conſi.14.vol.1.& Senat.Pedemont.deciſ.156.
quatenus primò citant illam doctrinam Baldi
in d.l.1.C.commo.& poſtea tenent cõtrarium.
146 † Et ad text.in §.filius matrẽ, reſpondet Aret.
in alleg.l.qui ſuperſtitis.& Iaſ. in memorato cõ
ſi.173. quòd uirtute iuramenti id, quod eſt ex-
preſſum in diſpoſitione, ſi non ualet ut agitur,
valet ut ualere poteſt, ut ibi: quod & alibi docet
Barto.in l.cum quis,§.codicillis, nume. 8. ff. de
leg.3.Alex.conſi.27.nume.21.& conſi.158.nu.6.
vol.2.Senat.Pedemont.decil.75.nume.7.& ple-
147 nius Natta conſ.144.nu.9. † Sed per hoc non
ſequitur, quòd habeat hanc virtutẽ, vt id quod
debet exprimi ſpecialiter, habeatur pro expreſ-
ſo propter iuramentum: quo enim ad factum,
quod aliundè pendet,& ignoratur, iuramentum
non habet vim ſpecialis cõſenſus, vt circa illum
§.dicit Soc. iun.conſi.129.colum.ſi.vol. 1. quem
ſequitur Gabrielius Romanus lib.2.de iureiur.
148 concluſ.4.in ſi. † Et hinc bene Barto. in dicto
§.quæſitum.Soc.conſi.70.nume.6. & conſi. 103.
nume.2.vol.3. Dec.in l.non omnis, num.11. poſt
Angel.Oldr.& Romanum, quos citat, ff. ſi cert.
petat. & alij cumulati per Tiraquellum in præ-
fatione.l.ſi vnquam, nume.149. & 165. C. de re-
uoc.dona.dicunt quòd iuramentum non inclu-
dit caſus, quos diſpoſitio non includeret. at illa
clauſula ſimplex renunciationis omni iuris & le-
gum auxilio, nõ includit nullitatem cauſandam
propter defectum denunciationis poſtea contin
gentem: & hoc eſt quoddam factum, quod aliũ
dè pendebat tempore donationis, & ignoraba-
tur à donante, meritò virtute iuramenti non in-
149 cluditur. † Acceditque ratio Doctorum ſic te
nentium, quia in his quæ debent ſpecialiter ex-
primi, ſi verba ſint generalia, præſumitur defe-
ctus conſenſus, ideo licèt iuramentum interue-
niat, nihil operatur: quia non ſupplet conſen-
ſum, nec obligat in plus, licèt efficacius. quod
maximè procedit in futuris, quibus in dubio iu-
rans non videtur cõſenſiſſe.c.2.de renunci.& c.
pen.de iureiur.Aret. conſi.24.col.1.& 2. Senat.
Pedemont.deciſ.111.nu.9. Et ad hoc bene ten-
dit clara reſolutio Gabrielij Romani loco cita-
150 to, † ubi relata deciſione Bal.in d.l.1. C.com-
mo. & ſequacium, quòd iuramentum habet vim
ſpecialis expreſſionis, & rurſus eorum qui con-
trarium tenuerunt, ſubdit quòd ſi deficit conſen
ſus in diſpoſitione, & propterea diſpoſitio gene
ralis non operatur, tunc etiam per iuramentum
accedens non operatur. allegat Salyceum in d.
l.1. ſequitur Alex.conſi. 28.col.ſi.volum.1. cõſi.
31.col.pen.volum.2. Ioan. And.Butr. Anch. &
Abb.in c.1.commod.Alex.in l.1.§. ſi quis ita, co
lum. 3.ff. de verb.oblig. & conſi.94. col. ſi. vol.
4. Pariſ. conſi.22.colum.ſi.conſi.110.col.5. uol.
1.conſi. 12.col.11.vol.2.& conſi.49.col.6.volum.
3.Grat. reſpon.94.col.ſi.vol.2.Ruin.conſi.6.co
lum.fina. volum.2. Boer. deciſ.3. nume.7.& 8.
151 † Ad illud verò quod dicebat Soc.iun.in alle
gato conſi.130. de donatione ſupra 500. aureos
ſine inſinuatione, quæ iuramento confirmatur,
licèt inſinuationi renunciatum non fuerit, nec
de illa quicquam memoratum (quam conclu-
ſionem latius ego firmaui in §.1.nu.270. Inſt.de
dona.) aduerti debet, quòd in terminis iuris cõ-
munis, vt in ea q. loquuntur Doctores, illa dona
tio nõ inſinuata vſq; ab initio nulla reputatur.l.
ſancimus, in princ.C.de dona.in verſi. pro non
ſcripto. vnde cum nullitas adſit tempore dona-
tionis & iuramenti, uirtute illius debet confir-
152 mari: † quia de nullitate præſenti præſumitur
cogitatum, ſi non in ſpecie, ſaltem in genere,
quod ſufficit. Bald.in d.l.1. C. commod. verſic.
ſecundò quæritur. Alc.in l.1.§.ſi quis ita, col. 5.
ff.de verb.oblig. Dec.conſi.343.col. ſi. Rolan. à
Valle conſi.6.ad ſi. vol.1. At non bene infertur
ad terminos noſtros ſtatuti, quod annullat do-
nationem, ſi poſtea non fuerit denunciata infra
15. dies gabelloto, quia valuit ab initio, iuramẽ-
tumque non prouidet aduerſus nullitatem con-
tingẽtem poſtea, uelut non cogitatam tempore
contractus & iuramenti. Ita conſtituunt hanc
differentiam Soc.conſi.78. & Bal. nouel. conſi.
ſequen.vol.1.Aret.conſi.2.& conſ.77.Corn.cõſ.
69.col.4.vol.2.reſtringentes conſi.281.ad termi
nos ſtatuti. de qua differentia pariter ego perpẽ
di in dicto §.1.nume. 274. & in ea Soc. iun. gra-
uiter errauit, arguendo de terminis iuris com-
munis ad noſtros ſtatuti, quod eſt fallax, nec pro
cedit, vt ex prædictis patet. Poſtremò conatur
Socin. in allegato ſuo conſi. 130. excuſare Co-
mitem Herculem donatarium ab euitanda pœ-
na nullitatis ob denunciationem non factam in
153 fra tempus ſtatuti, † tum quòd illud velut exor
bitans, hoc eſt velut extra volumen aliorum ſta
tutorum ciuitatis poſitum, potuit ignorare; iux.
notata in l.cum prolatis.col. 3. ff.de re iud. & q
minor erat, nec ex donatione fuerat adeptus
poſſeſſionem realiter, cum non poſſidens ſæpe
excuſetur, ſecundum Bal.in l.ſolennibus, C. de
rei vend. Anch.conſi.174. col.2. & per eum met
154 Soc.iun.conſi.70. nu.10.vol.1. † Nec in dolo
fuit, nec habuit animum fraudãdi gabellã, non
denunciando, quod ex eo conſtat: nam poſtea
quando credidit ſe teneri, denunciauit. ex facto
namq; ſequuto declaratur, an quis in facto præ-
cedenti fuerit doloſus, ut per Alex.conſi.143.co
lum.2.uolum.6. & ita reſidet ibi latius Soc.iun.
155 † Sed nec iſta dicta mihi ſatisfaciunt, nam quod
attinet ad primum, licèt hoc ſtatutum ſit extra-
uagans in libro gabellarũ poſitum, tamen lip-
pis & tonſoribus eſt notum, & in iudiciis alle-
gari conſuetum, quòd de quolibet cõtractu do
minij tranſlatiuo, denunciatio fieri debet, & ga-
bella ſolui: meritò ſecundum illud iudicandũ
eſt, idque ſeruandum, ſicut alia conſtitutio com-
munis. ita uolunt Hoſtienſ.Abb.& reliqui in c.
paſtoralis. de fid.inſtru.Caſtr.& Alex.in l. cum
prolatis, ff.de re iud.Butri.& Imol.in proœ.De
cretal.§.ſanè. Bero. conſi. 92.nume.29.uolum.1.

unde

vnde patet tolerabilem non eſſe illius ignoran-
tiam, veluti non veriſimilem, propter communẽ
156 ciuium Ferrariæ notitiam de dicto ſtatuto. † Si
cuti pari quoque ratione videmus de ſtatuto vel
proclamate prohibente frumentum extrahi de
ciuitate, vel eius diſtrictu, à quo veluti noto ſa-
tis, & in omnibus ferè locis edito ſub nomine
ſtatuti, vel proclamatis, forenſes non excuſan-
tur ignorantię prætextu, veluti ſupinæ & craſſæ.
l. fi. §. licet. & ibi not. Bar. Ang. Imol. Cuma. & a-
lij, ff. de publica. Specul. in tit. de conſti. §. 1. ver-
ſic. pone. & ibidem Ioan. Andr. poſt Guid. de Su
zar. Alberic. in 2. par. ſtatutorum, q. 137. & in l.
cunctos populos, col. 6. verſi. ex prædictis, C. de
ſumma trinit. & poſt eum Caccial. col. 20. Nat-
ta conſi. 389. col. 1. & 2. † Ad aliud quòd dona
157 tarius erat minor, reſpondetur ꝙ cum tale ſtatu
tum ſit generale, comprehẽdit ita minores, ſicut
maiores. c. conſtitutus. de reſti. in integr. Bal. in
l. fi. C. eo. tit. Roman. conſi. 166. col. 2. dicens ꝙ
minor conſtitutione ciuitatis, ſicut perſona illi
ſubdita ligatur. Alex. conſi. 254. colum. 2. vol. 6.
& plenius Marſi. ſingul. 481. & licèt Soc. conſi.
158 124. nu. 3. vol. 3. † diſtinguat inter ſtatutum
reſpiciens rem, vel perſonam, vt primo caſu
minorem comprehendat, ſecundo ſecus: motus
ex ſummario Barto. in l. ſi ſine hærede, §. Lucius.
ff. de admi. tut. quæ fuit etiam ſententia D. Zil-
lioli de Crema inter conſilia Baldi, conſi. 135. ar-
ticulus ſiue caſus, col. 3. volum. 3. in nouis: cui
D. Philippus de Caſollis, & Bald. ſe ſubſcripſe-
runt. Attamen aduerti debet hoc ſtatutum ne-
dum in perſonam loqui, ſed & in rẽ: nam primò
dicit, quælibet perſona quæ teneretur ad ſoluẽ-
dam gabellam, teneatur denunciare &c. poſtea
ſubdit ſub pœna dupli gabellæ, & nihilominus
contractus, inſtrumentum, vel ſcriptura ſit ine-
ficax & nullius valoris. vnde minor omnino cõ
prehenditur in ea parte, quæ de annullatione lo
quitur. Et hoc reſpectu fateri oportet etiã mino
rem comprehendi ex mente ſtatuti in ſuperiore
parte de denunciatione loquente, quia ſequen-
tia declarant præcedentia. l. ſi ſeruus plurium,
159 §. fi. ff. de leg. 1. cum vulg. † Ad illud etiam ꝙ
donatarius non fuerat conſecutus actualem poſ
ſeſſionem dico, quòd cum ſolutio gabellæ firmi
tatem contractus & ius vel dominium reſpiciat,
non autem commodum fructuum, vt ſupra di-
xi nu. 88. cum ſequentibus: nec attendi debet ꝙ
poſſeſſionem non fuerit aſſecutus, ſed denuncia
tio fieri debuit. Poſtremò verò quòd in dolo nõ
160 fuerit ſupra ſecus oſtendi, nume. 73. † Nec ꝙ
tandem denunciauerit poſt annos 7. fraudem iã
commiſſam purgat, ſed aggrauat potius, quia te
nendo factum occultum tam longo tempore, de
facili fraus præſumitur, vt ſcribit Veronenſ. de
ſimula. contrac. præſump. 20. Neuizan. conſi.
57. num. 9. & Natta conſ. 342. nu. 5. nec ſuper ta-
li denunciatione ius fieri poteſt, velut ab officio
gabellarum reiecta, prout etiam fatetur ipſe So
161 cin. iun. col. 1. † Et quia mora purgari non po
tuit poſt executionem factam ab ipſo ſtatuto,
quod non facta denunciatione infra 15. dies an-

nullat ipſo iure cõtractum & inſtrumentum, nec ex eo vult agi aut excipi poſſe. ſic enim volunt Bar. Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. Et ex prædictis omnibus tandem concludo donationem prædictam fuiſſe nullã, nec Caſellis obſtare, qui domum tenentur ex contractu paterno.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## In eadem cauſa.

### A R G V M E N T V M.

De intellectu ſtatuti Ferrariæ, Quòd non præiudicet alienatio creditori. Et alterius, de uend. uel locante rem duobus.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Poſſeßio ciuilis tranſit, & remanet naturalis ex vſufructu reſeruato.*

2 *Dictio niſi, conditionem denotat.*

3 *Conditio formam ſignificat.*

4 *Statutum quando quid de nouo inducit, cum certis modificationibus formam inducit.*

5 *Forma non ſeruata corruit actus.*

6 *Statuta ciuitatis dominantis, locum habent in terris illi ſubiectis.*

7 *Statutũ, de vend. rem duob. præfert primum acquiſitorem ſecundo.*

*Et de illius ſenſu. 8. 15. 16. 22.*

8 *Verbum conceſſerit, alio non apparente, donationem importat.*

9 *Intellectus ſtatuti, Quod non præiud. aliena. credi. 21.*

10 *Creditor quis propriè dicatur. 11.*

12 *Verba quando non conueniunt, nec diſpoſitio.*

13 *Contrarietas in quacunque diſpoſitione vitanda.*

*Et duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. 14.*

15 *Statutum de uenditione locum non habet in datione in ſolutum.*

16 *Copula &, repetit eaſdem qualitates unicuique copulatorum.*

*Et copulata reſtringit ad vniformem interpretationem. 17.*

18 *Dictio uel, eſt diſiunctiua.*

19 *Venditio, quanti talis æſtimauerit, conditionalis.*

20 *Cumani ſententia conſi. 173. declaratur.*

22 *Statutum de donatione loquens, intelligendum de valida.*

23 *Statutum unum per aliud declaratur. 30.*

24 *Indefinita legis, æquipollet uniuerſali.*

25 *Nigrum pinguius rubro, debet attendi.*

26 *Dictio alijs, repetit eandem qualitatem.*

*Diuerſa tamen ab expreßis includit. 27.*

28 *Alienatio præſumitur ſimulata, quando quis in poſſ. manſit.*

29 *Argumentum ualidum ab vnica ratione, licèt non expreſſa.*

CON-

## CONSILIVM LXXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVONIAM iu eadem cauſa Illuſtriũ
Comitũ de Beuilacquis cum Ca-
ſellis opponebatur dictis Comtii-
bus, & donationi factæ genitori
ſuo ſtatutum ſub rubrica, ꝙ non
præiudicet alienatio creditori : pro quo declinã
do multa ſcripſerunt aduocati dictorum Comi-
tum. Videndum eſt hoc loco quis melius ſen-
tiat : verba ſtatuti ſunt huiuſmodi, ſi quis de cæ-
teto fecerit venditionem, donationem, vel alie-
nationem de ſuis bonis, vel de his, quæ ſua eſſe
videntur, de parte, vel de re certa, & poſtea cum
aliquo contraxerit, in quo conrractu bona ſua
obligauerit, & tempore contractus poſſeſſionẽ,
ſeu detentionem in ſe habuerit, vel videbatur
habere, nullum præiudicium creditoribus, vel
fideiuſſoribus, vel alijs, quibus ſic obligauit ſua
bona, per talem uenditionem ſeu alienationem
in aliquo generetur, uiſi eam ſecerit legi & pu-
blicari in maiori & generali conſilio ciuitatis
Ferrariæ, & cætera quæ ſequuntur. at Comes
Franciſcus donauit dictam domũ Comiti Her-
culi, quæ erat de bonis ſuis, vel de his, quæ ſua
eſſe videbantur, & poſtea contraxit cum clariſſ.
domino Mattheo Caſella vendendo partem re
ſiduumque dictæ domus ad vſum illi conceden-
do, omniaque bona ſua illi obligauit, vt inquit
inſtrumentum, tuncque poſſeſſionem dictæ do-
mus habebat in ſe Comes Franciſcus tum ex na
turali poſſeſſione ſibi in inſtrumẽto donationis
1 retenta, † tum ex vſufructu ſibi reſeruato : quo
caſu ciuilis tranſit, & remanet naturalis. l. quiſ-
quis. vbi Bal. Salyc. & alij, C. de dona. Alex. &
Iaſ. qui dicunt eſſe communem, in l. naturaliter.
in princ. ff. de acquirend. poſſeſſ. Goza. conſi. 91.
nu. 4. tenentes vſufructuarium naturaliter poſſi
dere : quod & probat Rip. in l. 1. in princ. nu. 34.
ff. de acqui. poſſ. & in rubr. de cauſa poſſ. & pro.
nu. 21. Menoch. in tract. de recup. poſſ. remedio
1. nu. 70. q. 5. vbi ex Cicerone confirmat in ora-
tione pro A. Cecinna ſcribente, Ceſenniam poſ
ſediſſe propter vſumfructum non negaſ. Idem-
que concludit ipſe Menoch. in remed. 3. de re-
tin. poſſ. nume 73. Et tamen nec Comes Franci
ſcus donator, nec Comes Hercules donatarius
legi fecerunt illam donationem in maiori & ge-
2 nerali conſilio, nec alia fecerunt, † quæ in di-
cto ſtatuto requiruntur pro forma, vt probant
illa verba [niſi eam fecerit legi &c.] nam dictio,
niſi, iuncta uerbo futuri temporis conditionem
importat. Bart. in l. 1. & in l. quibus diebus, §.
quidam, ff. de cond. & demon. Bero. conſi. 28. nu.
3 9. uol. 2. † Et conditio formam ſignificat. Bal.
iu auth. matri & auiæ, C. quan. mul. offi. tut. Fe
lyn. in c. cum dilecta. in ſecundo ſigno. de reſcr.
Dec. conſi. 11. col. 8. Roland. à Valle conſi. 49.
uu. 15. vol. 3. Neuiz. conſi. 2. nu. 27. Confirma-
tur, nam dictum ſtatutum de nouo introduxit,
quod donatio prius uni facta non præiudicet al
teri, cum quo poſtea donator contraxerit: ſecus
enim fuiſſet dicendum de iure communi, ſaltem
facta traditione donatario. l. quotiens, cum ibi
not. C. de rei uend. adiecit tamen illam modifi-
cationem, niſi fecerit eam legi &c. ergo dicitur
4 illud de forma induxiſſe, † quia quando ſtatu
tum aliquid de nouo introducit cum certa mo-
dificatione, quicquid ibi exprimitur, eſt reputã
dum pro forma, ut uot. Anch. conſi. 242. ex te-
nore. circa fi. Dec. conſi. 261. colum. 2. conſ. 434.
nu. 2. conſi. 455. nu. 7. & conſi. 528. in fi. Crauet.
conſi. 182. num. 10. poſt Soc. conſi. 92. uol. 4. Se-
nat. Pedemont. deciſ. 165. nu. 11. ubi maximè di
cit id procedere, quando qualitates ponuntur
conditionaliter, quoniam conditio formam in-
5 ducit vt per eum. † Vnde non ſeruata forma
dicti ſtatuti ſequitur donationem prædictã fuiſ-
ſe nullam. d. c. cum dilecta. & ibi Felyn. in uerſ.
geſta contra formam. Anch. conſi. 35. col. 2. Bal.
conſi. 11. præmiſſis verbis, uol. 1. conſi. 58. factum
tale, col. 2. & conſi. 149. uiſo ſtatuto, uol. 2. Dec.
in dicto conſi. 261. nu. 4. Senat. Pedemont. loco
citato, nume. 14. & ob id Caſellis nullum præiu-
dicium adferre, prout in dicto met ſtatuto diſpo
6 nitur ad uuguem. † Er licet ipſa donatio facta
fuerit in caſtro Centi, tamen in ea bene proce-
dit dictum ſtatutum, cum locus ille ſubiectus ſit
huic ciuitati Ferrariæ, iuxt. not. per gloſ. in l. ex
ea, ff. de poſtul. Ioan. Andr. in addi. Spec. in ru-
bric. de treu. & pac. quæſt. 1. Aret. in §. ex non
ſcripto, in fi. Inſt. de iure nat. Soc conſi. 81. col.
2. uol. 1. Caccialup. in l. omnes populi, nu. 9. ff.
de iuſt. & iur. Grat. in terminis ſtatutorum Fer-
rariæ reſpon. 11. nu. 12. uol. 2. D. meus Riminal.
conſi. 9. in prin. conſi. 72. in fi. conſi. 361. in fi. &
conſi. 575. nu. 7. qui omnes tenent terram ſubie
ctam regi ſtatutis ciuitatis dominãtis in caſibus
non prouiſis per ſtatuta ſua, quod & in literis
Ducalibus impreſſis ante ſtatuta Ferrariæ clarè
7 deciditur. † Aduerſus hanc concluſionem ſic
pro Caſellis roboratam Comites inſurgunt di-
centes, quòd cum donatio genitori ſuo facta
præceſſerit contractum factum cum domi. Mat-
theo, illa præferri debet ex ſtatuto, quod allegãt
ſub rubr. de uend. rem duobus. ubi dicit, quòd
nulla perſona audeat rem immobilem, quam a-
licui uendiderit certo pretio, & pure, uel ad u-
ſum, uel alio iure ad longum tempus conceſſe-
rit, alteri perſonæ uendere, uel alio iure conce-
dere, uel aliquem contractum cum aliqua perſo
na de dicta re inire : & contrafaciens condẽne-
tur in libris 50. & nihilominus in præiudiciũ pri
mi acquiſitoris non ualeat ipſo iure, nec ex eo
competat actio, uel exceptio, aut defenſio, etiam
ſi ipſi primo acquiſitori prius tradita nõ fuiſſet,
8 ſed ſecundo aut poſteriori : † id enim ſtatutum
ſine dubio loquitur etiam in donatione, dum di
cit, & purè conceſſerit. id enim uerbum, conceſ
ſerit, adiectum uerbo, purè, nullo alio cõtractu,
uel præſumptione in contrarium apparente, ſo-
nat in donationem, l. ad eũ. & ibi no. Imol. ff. de
dona.

dona.& prior eo Bar.& Bal. in l.vxori,§.fi.ff. de
leg.3. vbi per illũ tex. & gl. dicit Bal.notanter ꝙ
idem eſt dicere,concedo ꝙ dono,ſi non apparet
alia cauſa conceſſionis.ſequitur plenius Iaſ.cõſ.
9 27.nu.2.vol.1. † Et ad ſtatutum. Quòd non præ-
iudicet,reſpondent in primis Comites, ꝙ intel-
ligi debet de donatione prius facta ſuper diuer
ſa re ab ea, ſuper qua cum alio poſtea contra-
ctus fuit celebratus,ſtante dicto ſtatuto, de uen-
den.rem duob.quod in eadem re loquitur,vult-
que primum contractum ſecundo præferri. Ita
declarat in terminis ſtatutorũ ſimiliũ Cuma.cõ
10 ſi.173.col.2.in fi. † Secundò dicunt illud ſtatutũ
& in rubrica,& nigro loqui de creditore,qui ꝓ-
priè dicitur ille,qui alienam fidem ſequitur.l.1.
& ibi not. Caſtr. Alex. Dec. D. meus Riminal.
& alii, ff. ſi cert. petat. potiſſimè verò D. Anto-
nius Palmerius Neapolitanus,colum.penul.cu-
ius Commentaria manu ſcripta penes me ſunt,
id tractum putans ab etymologia vocabuli. Ro
man. conſil. 142. in princip. hoc autem non
conuenit D. Matthæo emptori dictæ domus,
ſed venditori potius habita fide de pretio.l. qui
vendidit,ff. de contr.emp.§. venditę,Inſt.de rer.
11 diui. † nam ſi creditorē generaliter accipiamus,
non alius eſt,q̃ cui debetur aliquid,in quo expe
ctando nõ eſt dubium fidei debitoris, quicquid
illud eſt,quod debetur credidiſſe,vt elegãter de-
clarat Connanus in Comment.Iur.ciuil. lib.7.
c.1.col.2.quod de emptore nequaquam dici põt,
qui re ſibi tradita nihil expectat à venditore,ni-
hilque ſibi debetur ab eo: meritoq; fidem uēdi
12 toris non ſequitur. † Igitur cum verba ſtatuti.
Quòd non præiu. D.Matthæo non conueniant,
nec eius diſpoſitio ſibi conuenire, uel prodeſſe
debet.l.4.§.totiēs.& ibi Bar.& alij,ff. de dam.in-
13 fec.cum vulg. † Tertiò mouentur ratione cõtra
rietatis euitandæ, quæ in quacunq; materia re-
moueri debet per interpretationem,ſi fieri põt,
vt in ſtatuto not. Abb.in c.gratum. & in c. ſuper
quæſtionum.not.3.de offi. dele. Dec. in l. pacta
nouiſſima, col.1.C. de pact. poſt Alex.conſ.140.
uiſo aliàs teſtamento,col.4.vol.2. Bero.conſ.80.
14 nu.15.vol.3. Ceph.conſ.296.nu.19. † Nec im-
meritò,quia duo contraria ſimul ſtare non poſ-
ſunt.l. vbi repugnantia,ff. de reg.iur. ſed inuicē
ſe elidunt,ſibique inuicē fidem derogãt, ut ibi
tradunt Dec.& Cagn.per l.1.C.de furt.& l.ſcri
pturæ,C.de fid. inſtru. quæ fuit etiam ſententia
Philoſophi 5.Methaphi.dicentis ꝙ natura con-
trariorũ eſt,ut mutuò ſe expellant.ſequitur Soc.
conſi.27.nu.1.uol.4. Neuiz.conſi.66.nu.51. at ſi
ſtatutum,Quod non præiud. comprehenderet
caſum noſtrum, uidelicet quando quis emit ſe-
cundo loco,repugnaret alteri ſtatuto,De vēden.
rem duob. quod vult primum contractum præ
ferri ſecundo, meritò pro fugienda tali cõtrarie
tate debemus intelligere,ꝙ illud ſtatutũ non cõ
15 prehendat emptorem. † Sed hæc motiua mihi
non placēt,uelut à ſcopo veritatis errantia,nam
ſtatutum de vend. rem duob.de donatione non
loquitur: immo ſtatutum de venditione lo-
quens,locum non habet in datione in ſolutum,
vt notat Specul. de empt.& vend.§.nunc dicen
dum.verſ.ſed pone ſtatutum. Alex.conſi.76.nu.
10.volum.5. Dec.conſi.18.col.1. in fi. tanto mi-
nus in donatione procedere debet, quæ vendi-
tioni diſſimilis eſt: datio vero in ſolutum ſimilis.
16 l.eleganter. & ibi Caſtr.ff.de pig.act. † Nec ob
ſtat conſideratio prior ad ſtatutum de venden.
id enim verbum,purè,refertur ad verbum uen-
diderit,non autem ad verbum conceſſerit. oſtē-
do; dicit enim ſtatutum [quam alicui vendide
rit certo pretio, & purè] pondero ꝙ in eadem o-
ratione inter illa verba,certo pretio, & illud,pu
rè,adeſt copula,&,quo ſtante qualitas uenditio
nis adiecta verbis illis, certo pretio, cenſetur re-
petita uerbo purè,illis copulato.l.Seię,§.Caio.
& ibi not.Bar.ff.de fund.inſtr.Dec.conſ.92. nu.
2.Pariſ. conſ. 18.nu.13.uol.2.Rui.cõſi.15. nu. 8.
vol.1.Bero.conſi.184.nu.9.vol.1. D.meus Rim.
conſi.258.num. 14. & conſi.ſequenti,nume.49.
17 † Confirmatur, nam natura copulæ eſt reſtrin-
gere copulata ad uniformem interpretationem
iuris, non ad difformem,ut not. Bald in l. quã-
uis,C. de impube. & al. ſubſt. & ut inquit Cra-
ue. conſ.9.nu.25.copulare circa idem, non circa
diuerſa, & ſic circa ea quæ ſunt eiuſdē generis.
D.meus Rimi.conſi.12.nu.20.& conſi.27.nu.8.
meritò copula,&,reſtingere debet illud verbũ,
purè, copulatum cum illis certo pretio ad uni-
formem interpretationem verbi,uendiderit,cui
ſunt adiecta dicta uerba, certo pretio, non autē
referri debet ipſa copula ad verbum, cõceſſerit,
inferius poſito, uelut à uenditione diuerſo. ſic
enim intelligendo copulat circa idem,non autē
18 circa diuerſa. † Suadetur etiam, quia ſtatutum
ſubdit dictionem,uel,quæ diſiunctiua eſt. l. 4.§.
nihil. ff.de manu.l. ſi ita, ff.de manu.teſt. Bart.in
l.1.nume.13.ff.de cond.& demonſt. Alexand.in
l.ſeruus,ff.de uerbo. obliga. dicit enim, vel ad
vſum, vel alio iure ad longum tempus conceſſe-
rit.ergo non eſt dicendum,quòd illud verbum,
purè,regatur ab illo uerbo conceſſerit, cum po-
ſita ſint in ſeparatis orationibus. regitur igitur
ab illo verbo,uendiderit, quia ſtatutum uoluit
ita demum venditionem primo factam atten-
di, ſi certo pretio, & purè fuiſſet facta ad diffe-
rentiam factæ ſub incerto pretio, puta quan-
19 tũ Titius æſtimauerit, † quæ conditionalis eſt.
l.fina. C. de contrahen. emptio. & ad differen-
tiam factæ certo pretio ſub aliqua conditione
expreſſa: cum enim vtroque caſu ante condi-
tionis euentum obligatio non ſit. Natta l. cede-
re diem,ff. de verbor. ſignifi. nec contractus ſit
perfectus. l. neceſſariò, & ibi not. ff. de peric. &
commo. rei uendi. non erat æquum talem em-
ptorem interim præferri ſecundo purè contra-
henti, qui ius perfectum fuerit conſecutus: &
hæc eſt mera ueritas. † Quibus ita ſtantibus
20 inſertur ad inteligentiam Cumani conſi.173.da
tam ſtatuto,Quòd non præiud. id enim,de quo
loquitur, pati poterat,ut intelligeretur de credi
tore cauſa donationis diuerſæ rei à primo facta,
cũ per ſecũdum ſtatutũ expreſſum diſponeretur
priorē donatariũ pręferri ſecũdo,& ſic ambo ſta

tuta de donatione loquebantur. Vnde ne con-
tradicerent, primum ſtatutum volens attendi ſe
cundam donationem, debebat intelligi de di-
uerſa re à primo donata, cum ſecundum ſtatutũ
de eadem re loquens expreſsè velit primam at-
tendi. Sed hæc ceſſant in caſu noſtro, vbi hoc
ſtatutum de venden. de donatione non loqui-
tur, & ob id non cogimur intelligere præcedens
ſtatutum, Quòd non præiudicet de diuerſa re.
21 † Quinimmo præter id, quòd illud intelligit
in terminis de eadem re Iaſ. conſi. 36. vol. 1. pro-
batur, dum loquitur de donante, qui tempore
ſecundi cõtractus poſſidebat, ſeu detinebat: quæ
verba ſine dubio intelligũtur de poſſeſſione ſeu
detentione rei primo donatæ. ergo dum ſubdit
quòd nullum præiudicium fiat aliis, cũ quibus
poſtea cõtraxit, niſi ſeruata illa forma, debet in-
telligi de eadẽ re ꝑꝑ concurſum in ea amborum
22 contrahentium, qui ceſſat in diuerſa. † & ad ſta
tutũ, de venden. præter id, quod verè non loqui
tur de donatione, ſi tamẽ admitteremus illud in
ea ꝓcedere: reſpõderi poſſet illud intelligi debe
re de valida, uidelicèt qñ facta fuiſſet publicatio
& proteſtatio in maiori & generali cõſilio requi
ſita ab alio ſtatuto, Quòd nõ præiu. quia tũc be-
ne primus præfertur ſecundo, aliàs ſecus. Ita re
ſpõder Iaſ. in d. conſ. 36. quã ſolutionẽ præter ip
ſum confirmo: nã ſtatutũ, ꝙ non præiu. eſt ſpe-
ciale, diſtinguendo nunquid primus contractus
ſit factus illa forma ſeruata, & ſecundo præferat,
an nõ, & ſecus. Statutũ verò ſequẽs de vẽden. ge
neraliter dicit primũ præferri ſecundo. debet igi
tur à primo ſpeciali reſtringi & declarari proce-
dere, qñ in primo contractu ſeruata fuiſſet for-
ma ab illo ſpeciali tradita, iux. not. per Guil. de
Cun. Bar. & alios in l. ſed & poſteriores, ff. de le-
gib. Corn. conſi. 190. volum. 1. Deci. conſi. 3. nu-
23 me. 5. Socin. iun. conſi. 40. volum. 1. † Et hoc
inſuper confirmatur, nam conceditur de iure,
quòd vnum ſtatutum per aliud declaretur, ut
per Barto. in l. omnes populi. 2. quæſt. 6. quæ-
ſtionis princip. ff. de iuſt. & iur. Alexand. conſ.
123. uol. 4. Dec. conſ. 11. col. 3. Anch. conſ. 429.
col. fi. Soc. iun. conſ. 7. nu. 6. uol. 1. & Rol. à Valle
conſ. 62. nu. 30. uol. 3. qui per hoc arguit in pro-
poſito noſtro, quod quãdo ſtatutũ ſpecialiter lo
quitur ſiue præcedat, ſiue ſequatur, dicitur eſſe
receſſum à generali, vt generale nõ procedat in
caſu, de quo ſpecialiter eſt prouiſum per aliud
ſtatutum, quia ſemper generi per ſpeciem dero-
gatur. c. generi. de reg. iur. in 6. & tradit Conna.
in Comment. ſuis, lib. 1 c. 9. col. 4. Soc. iun. conſ.
24 41. nu. 6. uol. 1, † Ad ſecundum reſpondetur &
bene, ꝙ licèt illa rubrica, Quòd non præiudicet
alienario creditori. de creditore tantũ loquatur,
nigrum tamen latius loquitur, ibi [ Et poſtea cũ
aliquo contraxerit ] quæ verba uelut indefinitè
à lege prolata, æquipollent vniuerſali, & ſic de
quolibet contractu ſunt intelligenda, iuxt. not.
per Bar. Ang. Caſtr. & alios in l. ſi pluribus, ff. de
leg. 2. dato ꝙ cõtrahens non fuerit fidẽ ſequutus
25 donantis. † vnde nigrũ veluti latius prouidens,
debet attendi, prout notant Doct. in l. 5. ff. ſi cer.
pet. & in ſtatuto D. meus Rimin. conſi. 50. nu. 16.
& ibi dixi in apoſtil. confirmatur, nam ſtatutum
ſubiungit, nullum præiudicium generetur in
aliquo, creditoribus, vel fideiuſſoribus, uel aliis,
quibus ſic obligauit bona ſua: id enim verbum,
aliis, licèt includat ſimilia, glo. & Doctor in l. ſi
fugitiui, C. de ſer. fug. ubi Dec. nu. 33. & in l. qui
cunque. in fi. C. qui admi. Ceph. conſi. 204. nu.
26 49. † & ſoleat eandẽ qualitatem repetere. Dec.
in c. ſedes, col. 1. & Fel. nu. 6. de reſcr. Pariſ. conſ.
158. nu. 18. vol. 4. Soc. iun. conſi. 160. nu. 13. & cõ
ſi. 168. nu. 52. uol. 2. Card. in c. perpendimus, nu.
21. de ſent. excom. Rip. lib. 1. reſponſ. c. 1. nu. 41.
cum ſimili. cumulatis per Senatum Pedemont.
deciſ. 167. quibus addo Nattam conſ. 56. nu. 29.
27 † tamen includit diuerſa ab expreſſis, quia nul-
lum ſimile eſt idem. l. quod Nerua. ff. depoſ. ita
declarat Soc. conſi. 300. col. 3. verſi. tertiò princi
paliter. & poſt eum Pariſ. conſi. 92. col. 2. uol. 1.
vnde ſtatutum uoluit exprimere ſimiles perſo-
nas, & eiuſdem qualitatis, quia cõtraxerũt, diuer
ſas tamen à creditoribus, & fideiuſſoribus ſupra
memoratis, alioquin illa verba, uel aliis, eſſent
ſuperuacanea, contra l. ſi quando, ff. de leg. 1. cũ
vulg. vlterius aduerti debet ꝙ Comes Frãciſcus
partem domus uendidit, & aliam partem conceſ
ſit ad vſum D. Mattheo per eum appropriandã,
quo reſpectu dici poteſt D. Matthæus fuiſſe cre-
ditor d. Comitis, veluti ſecutus eius fidẽ ꝙ eſſet
eam venditurus dominiumq; directum ab eo re
cepturus, iuxt. nota. in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. ergo cõ
ueniunt uerba dicti ſtatuti, poſito ꝙ de credito-
re tantum loqueretur. & iſta fuit cõſideratio D.
mei Zuccardi, tunc aduocati Caſellorum, priuſ-
quam eorum tutelam aſſumerem. Præterea ſi cõ
ſideremus rationem præſumptam ſtatuti, mani-
feſtè dicemus illud habere locum in ſecundo cõ
trahente, licèt non fuerit ſecutus fidem primò a-
28 lienantis. † Ratio namque dicti ſtatuti fuit, quo
niam quando alienans poſt alienationem poſſi-
dere reperitur, & in poſſeſſione remanſit, aliena
tio præſumitur ficta & ſimulata, & per conſe-
quens nulla, ut tradit Barto. in l. ſicut, §. ſuperua
caneum. ff. quib. mod. pign. l. qui ſub imagine. &
ibi Bal. C. de remiſſ. pign. Barto. & alij, in l. poſt
contractum, ff. de dona. & abundè Veronenſ. de
ſimula. contra. præſumpt. 24. ubi poſt Guid. de
Suzar. dicit quòd non præſumitur venditum,
quod in patrimonio reperitur effectualiter: me
ritò uoluit hoc ſtatutum ex tali alienatione nul
lum fieri præiudicium creditoribus, & aliis, qui-
bus poſtea alienans obligauerit bona ſua ſecum
contrahendo, niſi tempore primi contractus fa-
cta fuerit illa publicatio in maiori, & generali
conſilio, & proteſtatio, per quas tollitur illa præ
ſumptio ſimulationis. Ita in ſimili ſtatuto per-
pendit Iaſ. in allegato conſi. 36. uolum. primo.
ubi in caſu ſuo ſtatutum exprimebat in effectu
rationem prædictam, quod tamen de iure di-
ſpoſitum reperitur, ſecundum Iaſ. per deciſio-
nes memoratas, ſentiens quòd etſi ſtatutum
non expreſſiſſet hanc rationem, ea tamen fuiſſet
de mente ſua: ſed ea militat & in ſecundo
contrahen-

contrahente, licèt fidem non fuerit ſecutus alienantis primo loco. nam illius alienatio dicitur utroq; caſu ſimulata, meritò ſtatutum debet ha-
29 bere locum: † quia ex unica ratione licet argumentari, licèt non expreſſa, cum proexpreſſa reputetur, ut eſt glo. ſingularis in l. quamuis, C. de fideic. quam Caſtr. Alex. Iaſ. poſt alios ſequũtur. Caſtr. in l. ſi uerò, §. de uiro, ff. ſolut. matr. & conſi. 33. Philip. de Peruſ. per illum tex. in c. ſuggeſtum de app. Fel. in c. tranſlato. de conſti. ad fi. Iaſ. in l. 1. ff. de leg. 1. in §. 1. Inſt. de act. col. 6. & in l. ſi conſtante, ubi Crot. Ripa, Soc. iun. & omnes, ff. ſol. matr. & idem Iaſ. in auth. quas actiones, nume. 22. C. de ſacroſan. eccl. latè Craue. in tract. de antiq. temp. 4. parte, nu. 42. & Neuizan. conſi.
30 31. col. 1. & 2. † Ad tertium ſolutio patet ſupra data, nu. 22. quæ confirmatur ex doctr. Barto. in extra. ad repri. ver. nõ obſtantibus. Bal. in l. omnes populi. colum. 8. verſicu. modo quæro. ff. de iuſti. & iur. Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, not. 4. ff. de edend. qui concludunt, vnum ſtatutum per aliud interpretari, ut hic contingit in iſto, quòd non præiudi. magis ſpeciali alio de uend. rem duob. Et ita remanet concluſio, donationem prædiam non ſeruata forma dicti ſtatuti Caſellis non obeſſe.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## In eadem cauſa.

### ARGVMENTVM.

De ſtatuto Ferrrariæ de præſcri. anni ordinata ad defenſionem rei immobilis &c.

### *SVMMARIVM.*

1 *Forma non ſeruata, actus nullus.*
2 *Actus quando debet deuenire in notitiam alterius. 33.*
3 *Reſcriptum contra ius, dicitur priuilegium.*
4 *Priuilegium ſubreptitium nullum.*
5 *Reſcriptum gratioſum vitiatur non expreſſo iure aduerſarij, licet modico.*
*Et ſubreptitium dicitur, quando princeps nõ conceſſiſſet, vel non ita facile. 6.*
*Nec ignorantia ſupplicantis prodeſt. 7.*
*Fallit ſi actus erat nullus. 35.*
*Et quando omiſſum non concernebat negocium principale. 37.*
8 *Citatio prætermitti non poteſt a Principe.*
*Etiam de plenitudine poteſtatis. 9.*
10 *Citatio non requiritur in impetratione Reſcripti, vel gratiæ.*
*Niſi decidatur controuerſia per illud. 11.*
12 *Princeps non poteſt præiudicare tertio.*
*Directè, vel per indirectum. 13.*
*Sed contra de ſecundo. 40.*
*Item cauſa ſubſiſtente. 42.*
*Quæ tamen reſpiciat vtilitatem publicam principaliter. 43.*
14 *Præſcriptione quæritur dominium directum.*
15 *Conceſſio iure proprio, quando dicatur.*
16 *Venditio pro iure venditoris nihil operatur, non oſtẽſo iure venditoris.*
*Nec tenetur de euictione. 17.*
*Fallit. 46.*
18 *Poſſeſſio naturalis, non ſufficit ad præſcribendum.*
19 *Statutum reduci debet ad terminos iuris; & quando.*
20 *Statutum de abſente loquẽs, in materia præſcriptionis quomodo intelligendum.*
21 *Abſentia de ſtatuto præſcriptionis de perſonali intelligitur per Caſtrenſem.*
*Sed auctor contra. 53. cum ſequentibus.*
*Et Caſtrenſis damnatus. 64.*
22 *Negligentibus non ſubuenitur.*
*Negligentia non cadit in ignorante. 23.*
23 *Abſens perſonaliter, propriè dicitur abſens.*
*Et quæ fiunt in ciuitate, præſumitur, ignorare. 24.*
25 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali.*
*Et ignoranti conceditur. 26.*
*Et eſt communis. 27.*
*Niſi præſumatur ſcientia. 22.*
*Vel abſentia fuerit voluntaria. 24.*
*Aut per verba ſtatuti prægnantia excludatur. 95.*
28 *Verba non audiatur, operantur nullitatem proceſſus ipſo iure.*
29 *Iudex ad vlteriora procedens, uidetur exceptionem reijcere.*
*Fallit, quando proceſſus futurus erat nullus. 30*
31 *Princeps ordinare poteſt, ne ius reddatur per ſuos magiſtratus.*
32 *Et inſufflare poteſt ſpiritum uitæ inſtantiæ, uel alteri tempori decurſo.*
34 *Scientia præſumitur ex qualitate facti.*
36 *Reſcriptum quando valeat, non facta mentione ſententiæ.*
38 *Citatio requiritur obtento reſcripto, quando proceditur ad ulteriora.*
39 *Citatio per edicta generalia, quando ſufficiat.*
41 *Princeps cogere poteſt partes ad compromittendum.*
*Quando diu litigaſſent. 42.*
*Et an tunc agatur de utilitate publica principaliter. 43. 44.*
45 *Princeps poteſt moderari iuriſdictionem ſuorum magiſtratuum.*
47 *Vendens ius omne, quod habet, quare nil dicitur uẽdidiſſe.*
48 *Statutum de præſcr. anni, locum habet in poſſidente naturaliter tantum.*
49 *Verbum unicuique, ſignum vniuerſale.*
50 *Statutum quando non reſtringendum ad ius commune.*
51 *Statutnm, quòd quicunque occiderit quouis modo, aut qualitercunque, non diſtinguitur dolo, uel culpa occiderit.*
52 *Damnum indebitum quando ceſſat.*

*53 Abſens non dicitur, qui reliquit in ciuitate domũ, filios,& uxorem.*
*54 Præſcriptio ſtatuti ſubrogatur loco legatus.*
*55 Abſentia in materia præſcriptionis conſideratur ratione domicilij.*
*Et de hoc pulchrè Baldus.56.*
*57 Abſens mittere debet procuratorem in ciuitate ad interrumpendam præſcriptionem.*
*58 Ratio ſtatuti de præſcr. anni qualis.*
*59 Culpa dicitur non faciendo in re aliena, quod in ſua feciſſet.*
*Nec in dubio præſumitur.60.*
*Et ad euitandum illam præſumitur quis feciſſe, quod alij feciſſent.61.*
*62 Verba generalia reſtringuntur ex ratione præſumpta.*
*63 Alex.conſi.81.vol.1.declaratur.*
*Abſurdi uitandi cauſa, licet à proprio ſignificato recedere.66.68.*
*65 Statutum, ſi quis extraxerit ſanguinem in palatio puniatur, locum non habet in flobotomante.*
*66 Verba legis captari non debent.*
*67 Statuentium mens ſemper in dubio capitur, ut euitetur abſurdum.*
*69 Notificatio fieri debet abſenti remoto, uicino ſecus.*
*70 Scientia præſumitur in loco uicino.*
*71 Alternatiuæ pars, aliam declarat.*
*73 Reſtitutio in integrum non conceditur ei, qui potuit inſtrumentum producere.*
*[illegible]4 Et quibus verbis denegetur à ſtatuto prolatis. 74. 75.*
*76 Prohibito uno, cenſetur prohibitum omne, per quod deuenitur ad illud.*

## CONSILIVM LXXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

SVPERERST vltimus nodus extricandus in cauſa dictorum Comitũ de Beuilacquis cum Caſellis, nam dominus Marthęus emptor & acquiſitor dictæ domus, cum eam poſſediſſet per annum & vltra pacificè, factis per eum cridis iuxta formam ſtatuti Ferrar. ſub rubr. de præſcriptione anni ordinata ad defenſionẽ rei immobilis iuſto titulo acquiſitæ, ſe ſecurum prætendebat ab omni moleſtia dictorum Comitum vigore dicti ſtatuti, quòd elapſo dicto tempore denegat audientiam, & vnicuique ſilentium imponit. at quoniam dicti Comites non acquieſcunt ex multis: operæpretium eſt ea ſigillatim referre,& pro veritate confutare ſic, vt ſolidum remaneat fundamentum ſuper dicto ſtatuto con
1 ſideratum. † Dicunt in primis, quòd ad hoc
vt præſcriptio dicti ſtatuti currat, & proſit acquiſitori, oportet cridas fuiſſe factas infra menſem poſt celebratum contractum, vt in uerſic. ita tamen. at illæ dudum poſt menſem factæ fuerunt, ergo forma ſtatuti non ſeruata fuerunt nullæ, l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſ. Felyn. in c. cum dilecta, de reſcri. Nec prodeſt reſcriptum principis, quo D. Matthæus admiſſus fuit poſt tempus ad faciendum dictas cridas, perinde ac ſi fuiſſent
2 ſecundum formam ſtatuti, † quia neque preces D. Matthæi, neque reſcriptum illis annotatum deuenerunt in notitiam dictorum Comitũ, prout erat opus, per doctr. Caſt. in l. 1. C. de his, qui uen. ætat. impe. vbi dicit, quòd ſi minor impetrauit veniam ætatis poſtea vult renunciare dictæ impetrationi, ut habeat reſtitutionem in integrum aduerſus contractus, debet hoc publicè facere, ut deueniat in notitiam cuiuſlibet, ne decipiantur contrahentes. ſic igitur & D. Matthæus debuit intimare dictis Comitibus impetrationem dicti Reſcripti, qua mediãte volebat
3 facere cridas, non obſtante lapſu temporis. † Secundò tale reſcriptum fuit nullum; primò quia concedendo princeps fieri cridas, elapſo tempore ſtatuti, dicitur dare priuilegium: nam reſcriptum contra ius dicitur priuilegium. glo. in c. 1. de conſti. in 6. Abbas & Fely. in rubr. de reſcri.
4 † ſed priuilegium ſubreptitium eſt nullum. l. 1. ff. de nat. reſti. Abb. Fel. & alij in c. ad audientiã. verſ. literæ, de reſcr. Soc. conſi. 169. col. 2. & in reſcripto ponit Ang. in l. ſed ſi hac, §. patronum, ff. de in ius uoc. & poſt eum Ruin. conſi. 73. in prin. vol. 3. dicentes, quòd reſcriptum principis non extenditur ad defectus tacitos, & ſuppreſſos, ſed uitiatur, ut per Dec. in c. conſtitutus. 2. not. de reſcr. Craue. conſi. 68. Petr. Rebuf. in differentiis inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ, nu. 7. & in tract. de liter. ciuili. glo. 6. nu. 12. poſt Iaſ. conſi. 47. in fi. vol. 3. Bero. conſi. 13. nu. 13. uol. 1, & conſi. 2. nu.
5 13. uol. 3. † Hinc Butri. Abbas & alij in c. in noſtra. de reſcr. dicunt reſcriptum gratioſum uitiari, niſi in eo de iure aduerſarij quamuis modico fiat mentio. c. ſi proponente. de reſcrip. ſequitur Alexand. conſi. 125. uiſo titulo, colum. fin. uol. 2. & conſi. 3. col. 2. uol. 5. Natta conſi. 211. nu. 15. & Abbas in c. conſtitutus. not. 4. de relig. domi. inquit, quòd exprimenda ſunt, quæ gratiam difficultarent, licet non impedirent. ſequitur Natta conſi. 636. nume. 21. idemque Barto. & alij in l. præſcriptione, C. ſi contra ius. Felyn. in cap. ſuper literis, colum. 5. uerſicu. exprimenda. de reſcript. Doctor. in capitu. poſtulaſti. eod. titul. cum ſimilibus à Socin. conſi. 251. colum. 13. verſicu. confirmo. Neuizan. conſi. 36. nume. 13. Deciſ. Neap. 220. nume. 13. Rolan. à Valle con-
6 ſi. 31. nume. 18. uolum. 2. cum ſimilibus. † At in caſu noſtro dominus Matthæus ſupplicans tacuit, quòd Comes Franciſcus, qui ſibi domum alienauit, prius eam donaſſet Comiti Herculi, quod ſi dixiſſet princeps, non conceſſiſſet, aut non ita facilè fieri cridas ob præiudicium Comitum, meritò conceſſio ſubreptitia fuiſſe dicitur, & nulla, dicto cap. poſtulaſti, & dicto cap. ſuper literis. Alexand. conſilio 114. uolum. primo. Socin. conſil. 164. colum. ſecunda, & conſi.
7 273. colum. fina. † Nec ignorantia ſupplicantis attendi debet (ſi fuit ignorans) ſed intentio concedentis, quia non conceſſiſſet, ſi ſciuiſſet,

aut

aut non ita facilè. Fel. in d. c. ad audientiam, col. pen. uer. amplia tertiò. Dec. in d. c. ſuper literis. 8 not. 3. Soc. in d. conſ. 273. col. fi. † Secundò nullum fuit dictum reſcriptum, quia conceſſum parte non citata, contra l. de vnoquoque, ff. de re iud. citatio namq; prætermitti non poteſt à principe, ſiue ſit Papa. c. 1. de cauſ. poſſ. ibi [ nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire ] ſiue Rex, aut Imperator, aut alius Princeps, quãuis ſupremus. cle. paſtoralis. de re iud. l. fi. C. de legib. & ibi Bal. Bar. in l. filiusfami. col. 2. ff. de don. & in extra. ad repri. ver. ſine figura. Bal. in l. ne cauſas. & poſt eum Sicul. in addi. C. de app. Roma. in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig. Fel. in c. quæ in eccleſiarum. limita. 6. nu. 66. de conſti. Iaſ. in l. certum, col. pen. C. vnde leg. & in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. col. 4. lect. 1. Zaſ. in l. 2. ver. eodem tempore, ff. de ori. iur. Claud. Aquenſ. in l. vt vim, col. 1. ff. de iuſt. & iur. Marſ. abundè in l. de unoquoque, nu. 10. ff. de re iud. & præter eum Petrus Rebuf. in præfa 9 tione tract. de citati. nu. 19. † vbi hoc ampliant procedere, etiam de plenitudine poteſtatis, per allegata per eos: quibus addo Soci. conſi. 164. verſi. quintus caſus. & Caſſaneum conſi. 1. nu. 34. ubi communem teſtatur: & rationes in promptu ſunt, quas adfert Rebuf. loco citato, quia citatio diuini iuris eſt, & defenſionem continet, quæ iuris naturalis eſt: & quia inquiſitio veritatis requiritur, etiam corã principe, quæ eſt de iure gentium, ad quã peruenitur per citationẽ partis. l. fi. C. ſi per uim. & quia Deus citauit Adã, & omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. vnde inferior eo, qualis eſt Princeps, non poteſt tollere legẽ ſuperioris Dei, cle. ne Romani. de elect. merito princeps citationem tollere nõ poteſt, quia 10 tolleret defenſionem, & ueritatis indaginẽ. † Et licèt in impetratione reſcripti, uel gratiæ non videatur eſſe neceſſaria citatio. Bal. in l. nam ita diuus, ff. de adop. Bal. Abb. & Fely. in c. cum olim. de re iud. Dec. conſi. 194. col. 1. & conſi. 634. col. fi. Rol. à Valle conſ. 3. nu. 149. vol. 1. conſi. 2. nu. 16. vol. 2. & conſi. 4. in fi. vol. 3. quia eſt mera do- 11 natio, ut illi dicunt: † tamen ſecus eſt, quando per illud deciditur controuerſia partium. Bald. in dicto c. cum olim. Soc. conſi. 266. aut multum parti præiudicatur. Barto. in l. 2. C. de temp. ap. quorum vtrunque contingit hic: nam per tale reſcriptum deciditur cridas admitti poſt tempus ſtatuti, magnumque fit Comitibus præiudiciũ in domo, quæ ſibi hoc medio aufertur poſt tem 12 pus anni. † Tertiò nullum fuit reſcriptum, quia princeps per illud nõ poteſt præiudicare tertio, auferendo ſibi dominium quæſitum de iure gẽtium. Bar. in proœ. fforum, in l. quotiens, C. de prec. imper. offer. & in l. fi. C. ſi contr. ius Can. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Alex. conſ. 1. & conſi. 26. col. 2. uol. 2. conſi. 3. & conſi. 89. vol. 5. Franc. Turzan. in ſuis commu. opinionibus, capit. 42. & ampliſſimè Gabrielius Roma. lib. 3. de iure quæſito non tollen. conclu. 1. qui id tenet, etiam de plenitudine poteſtatis, vt per eum co- 13 pioſè. † Idque procedit non ſolum quando directè ſic præiudicat, ſed etiam quando per indirectum, vt per Aret. in l. 1. in prin. col. 3. ff. de acquir. poſſ. verſi. & declarando. ſequitur Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, col. 11. verſi. tertius caſus. Ruin. conſi. 41. nu. 12. vol. 1. Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 78. ff. de lib. & poſth. at in caſu noſtro princeps concedẽdo fieri cridas, per 14 indirectum præiudicauit donatario, † quia factis cridis inducitur præſcriptio, per quam acquiritur dominium directum, ſecundum Bar. in l. 2. ff. de vſuc. Iaſ. in l. traditionibus, C. de pact. vel vtile, ſecundum communem opi. de qua in auth. niſi tricennale, C. de bon. mat. Iaſ. loco citato. Aret. Inſt. de vſuc. in prin. quod utroq; caſu præiudicat, quia primo caſu donatarius ſuo dominio priuatur, cum duo in ſolidum domini eſſe non poſſint. l. ſi vt certo, §. ſi duobus. ff. commo. ſecundo verò caſu vtile directum occidit. l. 3. §. ex pluribus. & ibi Alex. ff. de acquir. poſſ. cæ 15 terique ſcribentes poſt eum. † Tertiò principaliter adducunt Comites, ꝙ ad hoc vt annalis præſcriptio dicti ſtatuti procedat, oportet ꝙ acquiſitor habuerit iuſtũ titulũ, ſed uenditio cõceſſioq; dictæ domus ad uſum facta D. Matthæo, facta fuit pro eo iure, ꝙ eſt, ac eſſe reperitur, ut in inſtrumento dicitur: quæ uerba nõ important, ꝙ conceſſa dicatur iure proprio uel condictitio: id enim eſt, quando exprimitur, ſecundũ Spec. de empt. & uend. §. 1. uel quando ſimpliciter conceditur. tunc enim intelligitur iure proprio ſecundum glo. & Bal. in l. ex prædiis. C. de euic. & in rubr. C. de contr. empt. q. 6. & in l. qui tabernas, 16 ff. eo. † Sed important dicta uerba, quòd iſta domus fuerit uendita pro eo iure, quod uendẽs habebat, ſiue reperiebatur habere in ea. iuxt. not. per Specul. in d. §. 1. col. 9. quo caſu uenditio, ſiue conceſſio nullum ius, aut titulum tribuit, etiam ad præſcribendum, niſi conſtet aliter de iure cõcedentis, ut ponunt Dyn. Bar. Ang. Imol. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſi ſic, §. 1. ff. de leg. 1. Angel. Imol. Aret. & Alex. in l. locus. per illum tex. ff. de acq. poſſ. latè Boer. deciſ. 42. nu. 26. Oldr. conſi. 164. Roland. à Valle conſi. 2. nume. 17. & conſi. 98. nu. 17. uol. 3. Alex. conſi. 28. colum. 3. uol. 1. con 17 ſi. 13. col. 2. & conſi. 187. uolum. 2. † ut enim dicit Caſtr. in d. §. 1. non dicitur quis uendere domum, nec de euictione tenetur: nam aliud eſt uendere domũ, aliud ius, quod habet in domo. Et ꝙ deficiente titulo præſcriptio nõ procedat, tenet ẽt Soc. conſi. 47. col. 3. uol. 1. Sed hic nõ apparet de iure ualido Comitis Franciſci tempore uenditionis dictæ domus D. Matthæo, nam dominium & poſſeſſionem ciuilem tranſtulerat in donatarium, ſola naturali per uſumfructum 18 retenta, † quæ non ſufficit ad præſcribendum. l. acquiritur, §. fina. ff. de acquir. rer. domi. Dy. in c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. Barto. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ. & ibi Iaſ. nu. 25. Bal. in l. neque, C. de uſufruct. Barto. in l. Celſus, colum. 3. ff. de uſuc. Balb. in tract. de præſcr. 3. par. tertiæ par. uerſi. tertiò quæro. ſed utraque requiritur, uel ſaltem ciuilis, ſecundum cõem ſententiã, de qua Iaſ. teſtatur in d. §. ex cõtrario.

19 nu.32. † Sicque debet hoc ſtatutum intelligi in
verbo, poſſederit, de naturali verò ſola nequa-
quam, vt reducatur ad terminos iuris cõmunis.
l.2.C.de nox.maxime ne Comites indebitè dam
nũ patiantur, vt per Bar.& omnes, vbi Iaſ.in l. fi.
§.in computatione. C. de iure delib. Abb. conſ.
28.vol.2.Fulg.cõſ.64.& Rom.conſ.485.cũ ſimi.
20 † Quartò ſubiungũt Comites, quòd dictum ſta
tutum excipit abſentes à ciuitate & diſtrictu Fer
rariæ: ſic enim generaliter, aut indefinitè lo-
quens, debet intelligi de quocunque abſente, li
cèt perſonaliter tantum, prout fuit Comes Her-
cules tempore cridarum partim Bononiæ, dein-
de Cremonæ.l.1.§.& generaliter, ff.de leg.præſt.
l.ſi pluribus, & ibi Bart.ff.de leg.2. & in ſtatuto
ſic arguit Soc.conſi.118.col.2.vol.3. Dec. conſi.
21 301.col.1. † & in materia præſcriptionis abſen
tiam perſonalem conſiderat Alex.conſi.31. cir-
ca fi.uol.5.Dec.conſi. 303.col. 2. & in terminis
ſtatuti Caſtr. conſi.94.col.fi.vol.1.dicens ſtatu-
tum de præſcriptione, & abſente loquens intelli
gi debere ſecundum vſum loquendi, ſecundum
quem dicitur abſens ille, cuius perſona abeſt à
ciuitate, licèt ibi domicilium habeat.l.2.in fi.cũ
ſequen.ff.de proc.nam lex.fin.C.de præſ. long.
temp.interpretatur quem abſentem, vel præſen
tem contra proprium ſignificatum verbi, vnde
non debet extendi talis interpretatio ad præſcri
ptionem ſtatuti, cuius verba debent intelligi pro
priè.l.3.§.hæc verba, ff.de neg. geſt. & ſecũdum
vulgarem intellectum, iux.not.per gl.in l. quod
22 ſi nepotes, ff.de teſt.tut. † Confirmatur, nã ſta-
tutum hoc conſiderat ſcientiam, dum negligen-
tes excludit, qui per annũ poſt cridas tacuerũt:
nec immeritò. negligentibus enim non ſub-
uenitur.l.non enim, ff. ex quib.cauſ.ma. & ſibi
debet imputare; qui ſua culpa ſe excluſit l.vete-
res, in fi.ff. de itin.actuque pri. Alex. conſi.105.
uol.5.Ceph.conſi.89.nu.15.Natta conſi.72.nu.
23.vol.3. quæ negligentia non cadit in ignoran
tem, prout ex pluribus probat Craue.in trac. de
antiq. temp.4.par.num.140.& 193. quem refert
Ceph. conſi.42.nu.9.& Fel. quem non allegãt,
c.vigilanti, col.4.de præſcr. poſt glo. in c. quam
23 ſit.in verſi.diſtulerit, de elec.lib.6. † Qualis ab-
ſens perſonaliter dici poteſt, qui propriè dicitur
abſens, ut not.Gemin.& Ioan.Andr.in c.vbi pe
riculum, §.1.de elect.lib.6.Bal.in l.fin.§. ubi au-
tem.in fi.C.de bon.quæ lib.Fel.in c. quoniã fre-
quenter, col.fi.vt lit.non conteſt.Balb.in trac.de
præſcr.1.par.4.partis.q.2.& quæ fiunt in ciuita-
24 te præſumitur ignorare. † Bal.in l.ab eo.col.3.
verſ.in textu, C.quo.& quan.iud Abb.in c.cum
in tua, qui matr.accuſ. & Alex.in alleg.conſ. 31.
ad fi.idemque Bal.in l.planè, ff.de excuſ.tut. Iaſ.
in l. Titius, §. Lucius, ff.de lib.& poſth, col.3. &
in l. is poteſt, col.10.ff.de acq. hær.poſt Bart.qui
loquitur in ciue abſente à loco, ubi habet domi-
cilium, & ſic de perſonaliter tantum abſente: &
25 tamen vult in eo ignorãtiã cadere. † Quintò &
vltimò dicunt Comites, ꝙ vbi patri ſuo præſcri-
ptio ſtatuti cucurriſſet, ſaltem reſtitutio in inte-
grum ſibi non fuiſſet deneganda ex clauſula ge-
nerali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. ob im-
pedimentum abſentiæ.l.Senatuſconſulto, ff. de
offi.præſ.l.& Attilicinus.vbi Bar.ff.de ſerui ruſ.
26 præd. Balb.in prim. par.6.partis.in 2.caſu, † &
ignorantiæ, quæ ſola eſt iuſta cauſa dandæ reſti-
tutionis.Bar.in l.1.§.ſi quis propter, ff.de iti.actu
que pri.Abb.& Fely.in c.vigilãti.de præſc.Ale.
conſi.71.& conſi.84.uol.1.conſ.168.uol.2.cõſ.8.
uol.3.cõſ.6.uol.4.cõſ.3.conſ.31.& conſ. 116.vol.
5.Dec.cõſ.25.ad fi.cõſ.303.col.1.Soc.cõſ.86.col.
27 fi.uol.1. † & cõſ.80.col.fi.vol.3.qui dicit eſſe cõ
mu. Craue.conſi.201.nu.34.& in tract.de antiq.
temp.4.par.nu.188.cum ſimil.à Ceph.cumula-
tis conſ.215.col.2. & hæredibus competit hæc
reſtitutio.l.non ſolũ, ff.de in integ. reſti. de qua
re ponit Mauritius in tract.de reſtit. in integ. c.
20. quare ſequitur, ut vel Comites ab hoc ſtatu-
to conſeruentur illæſi per exceptionẽ ſuam ab-
ſentiæ, vel ope reſtitutionis in integrum de ipſo
dubitare non poſſint. Iſtis tamen nõ obſtãtibus,
efficax eſt fundamẽtũ ſtatuti prædicti cõtra Co-
mites, quod diſponit, ut factis cridis, vltra tem-
pus anni nullus audiatur, uolens aliquam litem,
quæſtionẽ, ſeu controuerſiã mouere contra em-
ptorẽ, uel alio iuſto titulo acquiſitorẽ occaſione
28 rei emptæ, ſeu alio iuſto titulo acquiſitæ. † Nam
dicta verba, nullus audiatur, quæ ſic actorẽ inha
bilitant, operantur nullitatem proceſſus ipſo iu-
re, & ſic etiam parte non opponẽte, ut uoluit Ia-
cob.de Are.in diſpu.quæſtio eſt, ſi lata eſt ſentẽ
tia.quẽ refert & ſequitur Bal.in l. iubemus, §. ſa
nè, C.de ſacr.ſan.eccl.col.2.& in l.edita, col. pe.
verſ.itẽ quando, C.de eden. & in pluribus aliis
locis, potiſſimè uerò in q.per eũ diſputata, inci.
ſtatuto cauetur, ꝙ fœnerator.Io.Andre.in addi.
Specu.de ſent.prola.§.iuſta.uerſ item eſt nulla.
Imol.Alex.& Iaſ.qui dicunt eſſe magis cõem in
l.1.§.ſublata, ff.ad Treb.& Ale.cõſ.37.col.1.uol.
2.ſicut & Dec.cõſi.275.col.3. poſt Aret. conſi.
85.col.2.dicens ꝙ cũ iſta ſit commu. opi. non eſt
ab illa recedendum, quã & ponit, & remiſſiuè lo
quitur Tiraq.in l.ſi unquã, uerbo, reuertatur, nu
me.173.C.de reuo.don.quare cũ fuerit hic oppo
ſita exceptio per Caſellos ex abũdãti, moltò ma
gis proceſſus nullus eſſe debet.auth.multo magis,
29 C.de ſacr.ſan.eccl. † Nec iudex ad ulteriora pro-
cedẽdo, uĩ talẽ exceptionẽ reieciſſe, iuxt. doctr.
Bar.in l.à procedẽte, C.de dila.Bal.in l.1.col.fi.
C.de ord.iudi.Abb.& Peruſ.in c. ex parte. ilij.
30 de app.Rom.cõſi.210.col.pen. † qm̃ non proce
dit eorũ deciſio, quãdo proceſſus futurus eſt nul
lus, ut hic, ſecundũ diſpoſitionem ſtatuti, prout
notab.uoluit Butr. in c.ſuper literis, col.25.uerſ.
ſed aduerte, de reſcr.dicens ꝙ ſtatuto diſponẽte,
ꝙ inſtrumẽtum, de quo non fuit ſoluta gabella,
non mandetur executioni: & ſi contra factũ fue
rit, proceſſus ſit ipſo iure nullus, tali caſu oppoſi
ta exceptione gabellæ non ſolutæ, ſi iudex ad ul
teriora procedit, non uidetur exceptionem reij
cere, quia ſi principalis proceſſus non ualet, ita
nec acceſſorius.allegat Lapum.in c.1. de reſcri.
in 6. ſequitur Felyn.in cap. ſuborta, col.7.uerſi.
limita 7.de re ind.& Alex.in pulchro caſu, cõſi.
83.con.

83.conſideratis his. in fi.vol.4.& poſt eum Dec.
31 in d. conſi. 275. nu. 4. † Confirmatur inſuper
huius ſtatuti vis, nam ſubiungit [ſed unicuique
poſt curſum temporis ſilentium imponatur] quę
verba denotant, quòd iudex ei ius non reddat,
nec in cauſa procedat, quod à ſuperiore iuberi
poteſt. l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. & ibi Bal.
poſt Cyn. dicens ꝙ Marchio prohibere poteſt
omnibus iudicibus deputatis ab eo in Marchia,
ne vtantur iuriſdictione. Idemq́ue Bal. in l. 1. cir
ca fi. C. quomo. & quan. iud. & in l. 2. §. 1. ff. ſi
quis caut. cum ſim. per Iaſ. conſ. 144. col. 2. uol. 2.
& hæc dixiſſe volui pro maiori corroboratione
d. ſtatuti. Quod & reſcripto principis reperitur
munitum, per quod conceſſum fuit cridas fie-
ri poſſe, licèt menſis à ſtatuto præfixus eſſet la-
32 pſus, ſicut ſi infra menſem fuiſſent factæ, † nam
princeps inſufflare poteſt ſpiritum vitæ tempo-
ri decurſo, velut inſtantiæ, faciēs eam reuiuiſce
re perinde, ac ſi perēpta non eſſet: quæ reſtitu
tio in reguo appellatur inſufflatio, ut not. Paris
de Put. in tract. ſindi. verſi. ſententia. in c. reſtat
vnum. & de illa meminit Afflict. in conſtitu. ſæ-
pe contingit, ad fi. & plenius Speculum aureū
in 5. par. prin. nu. 32. unde ſic potuit reſtituere
mēſem lapſum pro faciēdis cridis ꝑ D. Matthęū
33 inſufflando ſpiritum vitæ. † Nec uerum eſt,
quòd illud reſcriptū cum precibus intimari de-
buerit Comiti Herculi, & ad eius notitiam de-
duci, prout de renunciatione veniæ ætatis dicit
Caſtrenſ. in d. l. 1. C. de his, qui ven. æta. nā quia
potuiſſet illa renunciatio ſecretò fieri, ſicq́; con
trahentes decipi ignorantes illius renuncia-
tionis. meritò bene dicit Caſtrenſ. quòd publicè
fieri debet, ut in notitiam quorumcunq́; veniat.
at D. Matthæus non potuiſſet vti precibus & re
ſcripto ſecretò, nec minus in abſcondito facere
cridas, ſed produxit eas, & illud in actis coram
prætore, & cridari fecit in eorū executione alta
uoce, & ſono cornu pręmiſſo locis cōſuetis, & in
contrata domus ante ipſam per publicū bānito
rem, qualiter eam acquiſiuit à Comite Frāciſco
Beuilacqua: factaq́ue fuit denunciatio in conſi-
lio maiori coram curia D. Poteſtatis ſimul vni-
ta ſono campanę & cornu ex parte D. Poteſta-
tis, ꝙ quicunq́; vult aliquod ius petere & oſten-
dere in dicta domo, compareat infra terminum
ſtatutum coram eo, alioquin vlterius non audie
34 tur, ut abundè diſponitur in ipſo ſtatuto. † ex
qualitate cuius facti per manus tot hominum
tranſacti, uidelicèt prætoris & curię ſuæ publici
bannitoris, & notarij ſoni campanæ & cornu.
publicorumq́ue locorum, ſine dubio præſumi-
tur ſciencia donatarij ſuęq́ue familiæ de cridis fa
ctis per dominum Matthæum cum facta ſimilia
tranſire ſoleant & in notitiam perſonarum de-
uenire. capitu. quanto. de tranſ. prælato. cap.
illud. de cler. coniug. pulchrè Corn. conſi. 264.
colum. 2. uolum. 3. Crauet. conſi. 168. nume. 5.
Pariſ. conſi. 111. nume. 55. volum. primo, & tales
actus publicè geſti præſumuntur in omnium
ciuium notitiam tranſire. iuxt. not. per Car-
din. in clem. 1. de foro compe. Abb. in capit. 1. de
poſt. præl. Alex. in addi. Barto. in l. ſed ſi pupil-
lus, ff. de inſti. act. Bal. in l. mādatum. pen. quæſt.
35 C. mand. † Ad ſecundum de reſcripto ſubre-
ptitio propter mentionem donationis non fa-
ctam, reſpondetur quòd cum donatio fuerit nul
la rationibus in primo conſilio deductis, non
fuit opus D. Mattheo ſupplicanti de illa men-
tionem facere, licèt de illa ſcientiam habuiſſet.
Ita concludit Abb. in c. per veſtras. gloſ. tacita
veritate, de dona. inter vir. Cald. conſi. 14. de re-
ſcrip. Fely. & Dec. in c. ex tenore, nu. 6. eo. tit. Pa
riſ. conſi. 105. nu. 15. vol. 4. concludentes omnes
quòd taciturnitas actus nulli non reddit gratiā
ſurreptitiam. idemq́ue tradit Dec. in c. ſuper li-
teris. de reſcript. poſt Alex. conſi. 95. in fi. vol. 2.
36 † dicens quòd licèt reſcriptum non valeat, nō
facta mentione ſententiæ, quæ tranſiuit in rem
iudicatam, ſecundum glo. & Doctores ibi, fallit
tamen quando ſententia fuit nulla; quare ſic &
in caſu noſtro dici debet. Secundò poteſt & ali-
ter & pulchrè reſponderi per doctrinam Caſtrē
ſis in l. præſcriptione. col. 1. & 2. verſi. qualiter au
37 tem, C. ſi contra ius. † vbi diſtinguit, quòd aut
omiſſa ſunt ea, quæ reſpiciunt negocium princi
pale, puta narraui quòd poſſidebas rem meam,
cum nō eſſet mea: vel quod eras debitor meus,
cum non eſſes, & tunc reſcriptum obtentū red
ditur nullum: aut omiſſum non concernebat
negocium principale, puta quòd de pendentia
litis mentionem non feci, vel quid ſimile, & re-
ſcriptum valet ſi non opponatur ant. lit. conteſt.
at verſamur in ſecundo capite, quia donatio fa-
cta Comiti Herculi non reſpiciebat negocium
principale domini Matthei de domo per eum ac
quiſita, cuius cridas intendebat facere. meritò
taciturnitas dictæ donationis, quæ ante lit. con-
teſtatam, non fuit oppoſita, non debet dictum
38 reſcriptum quoquo modo vitiare. † Minus e-
tiam ſtringit ſecunda nullitas allegata reſcripti
conceſſi, parte non citata, quia deciſiuum fuit &
præiudiciale. nihil enim decidit, neque præiudi
cat, ſed hæc operantur cridæ ſubſecutæ, ſufficit-
q́ue citatio quando proceditur ad vlteriora ob-
tento reſcripto. Bal. in l. 2. C. de temp. app. Fely.
in c. cum olim, nu. 6. Soc. conſi. 266. Dec. conſi.
39 498. in fi. ut inſtruit ſtatutum. † & iure commu
ni cauetur, quòd quando actus non dirigitur in
certam perſonam, ſufficit citatio per edicta gene
ralia. Barto. in l. ſi eo tempore, C. de temp. app.
& in extra. ad repri. ver. per edictum, in fi. ſequi-
tur Alex. in l. de vno quoque. in fin. ff. de re iud.
40 Rui. conſi. 1. col. 2. vol. 1. cum ſimil. † Circa ter-
tiam nullitatem reſcripti de præiudicio tertij, re
ſpondetur quòd immo princeps per indirectum
poteſt præiudicare tertio circa dominium ſibi
quæſitum, ut uoluit Domin. & Fely. in dicto c.
quæ in eccleſiarum, per tex. in c. cum inter. de
elect. & idem Fel. in rubr. de treu. & pac. Claud.
Aquenſ. in rep. l. vt vim, nu. 16. ff. de iuſt. & iur.
Cagn. in l. id quod noſtrum, nu. 19. ff. de reg. iur.
Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt, ff.
ſi cert. pet. Deciſ. Neap. 149. colum. penul. Pariſ.
conſ. 1. nu. 38. vol. 4. Rui. conſ. 23. col. 3. & Anton.

Gabr.Rom.lib.3.De iure quæſito nõ tollen.cõ-
41 clu.1.nu.4. † dant exemplum ꝙ princeps coge
re poteſt aliquẽ ad compromittẽdũ, licèt enim
ex hoc ingerat periculum amiſſionis rei propter
futurum laudum,cui ſtari debebit.l.diem,§.ſta-
ri, ff.de rec.arb. tamen quia per indirectum ve-
nit,nec omnino cum fortè compromittens obti-
42 nebit, meritò procedit cõpulſio principis. † Et
licèt Dec.in d.c.quæ in eccleſiarum.cui videtur
adſtipulari Cagn.id intelligat procedere cauſa
ſubſiſtẽte, vt loquitur tex.in d.c. cum inter. quã
do partes diu litigaſſent. quo ſtante poteſt ẽt di
rectò præiudicare tertio,ſecundum omnes in d.
c.quæ in eccleſiarum. Bar. in proœ.ff.orum. cum
ſim.amplè cumulatis per Gabriel.loco citato,cõ
43 clu.2. † Tamen aduerti debet,quòd illa regula
de cauſa ſubſiſtente,procedit quando cauſa re-
ſpicit publicam vtilitatem principaliter. l. item
verberatum,ff.de rei vend.vbi fundus tertij da-
tur ad uſum militibus fauore reipub.ſicque de-
clarat Caſtr. conſ. 178. donatio prædicta. conſi.
229.viſis & ponderatis,col.2.conſ.287.primum
dubiũ,col.1.vol.1.Fel.in d.c. quæ in eccleſiarũ.
col.10.verſi.cauſa autem. Iaſ.in l.Barbarius,col.
6.verſ. circa duas,ff.de offi.præt.Dec.conſi.361.
col.pen.verſ.2.reſpondetur.conſi.588.col.3.nu.
44 14.Craue.conſ.5.nu.4. † at quod partes diu liti
gaſſent,non erat cauſa reſpiciens publicam utili
tatem principaliter,ut firmant Bar.& Bald.in 1.
conſti.cod.& ſentit Iaſ.in l.properandũ,in prin.
col.3.C.de iudi. meritò ꝙ princeps cogere poſ-
ſit ad compromiſſum,non eſt quia ſubſiſtat habi
lis cauſa præiudicandi tertio, ſed quia per indi-
rectum contingit, nec certum omnino præiudi
45 cium futurum eſt. † Simile videmus,ſi princeps
quem reſtituit patriæ adiecta clauſula,quòd nõ
poſſit opponi bannum,nec publicatio bonorũ.
quæ reſtitutio trahitur ad bona in tertium tran-
ſlata per fiſcum,eique præiudicat. Id enim con
tingit,quia directò princeps moderatur iuriſdi
ctionem magiſtratuum ſuorum, quod poteſt.l.
2.circa princ. ff. de ori.iur.licèt per indirectum
tertius excludatur,ſibique fiat præiudicium, vt
per Card.Flor.& Imol.in c.quia diligẽtia.de ele.
Alex. in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum,nu.20.ff.de
lib.& poſth.Soc.conſi.17.verſ.ſecundò adde. Pa
riſ.conſ.1.nu.38.uol.4. & hoc idem contingit in
caſu noſtro,quia princeps directò concedit fieri
cridas.ſi verò nullus compareat infra tempus ea
rum,poſtea non auditur, ſicque per indirectum
ſibi præiudicatur. Ex his ergo patet ſublatas eſ-
ſe nullitates allegatas contra reſcriptum princi-
46 pis annotatum precibus D.Matthæi. † Ad ter
tium fundamentum de non iuſto titulo D.Mat-
thei,ſecundũ not.in l.ſi ſic,§.1.ff.de leg.1. dico ꝙ
non procedunt, quando quis dixit, vendo tibi
quicquid iuris habeo in fundo, & trado totum
fundum. tunc enim procedit vſucapio,quia em
ptor credit ſe totum emiſſe,arg.l.2.§.ſed ſi fun-
dũ,ff. de vſuca pro emp.ita limitat Bar.in l. em-
ptor.ff.eo.ſequitur Alex.& Iaſ.in d.§.1.Boer. de-
ciſio.41.nu.27.quod in caſu noſtro uerificatur.
nam in inſtrumento nedum ſunt illa uerba,
eo iure, quo domus eſt,uel eſſe reperitur,ſed
etiam quod uendidit, & tradidit eam totam
47 &c. † Secundò dico quòd notata in dicto §.1.
non faciunt ad rem:loquuntur enim Doctores
ibi,quando quis uendit omne ius, quod habet
in fundo,vel alia re.tunc enim, quia incertum
eſt illud ius,nihil operatur,l.locus, ff.de acqui.
poſſ.nec tam fundus dicitur venditus,quam du
bius euentus,l.ſi iactum,ff.de contr.empt.& de-
clarat Caſtr.in d.§.1. at in caſu noſtro domus
pro certa parte vendita fuit,& pro alia conceſſa
ad uſum,appoſitis illis verbis,eo iure quo eſt,ac
eſſe reperitur:quæ denotant.ſiue ſit iuris ꝓprii,
ſiue cõdictitii,ergo titulus habilis dicitur trãsla
48 tus in D.Matthæum. † Nam quod dicitur de
ſola naturali non habili ad præſcribẽdum, quæ
remanſerat in Comite Franciſco, quãdo domũ
donauit Com.Herculi, & per eum trãslata fuit
in D.Matthæum,quãdo ſibi domum alienauit.
Ego dico,quicquid ſit de iure communi cõtro-
uerſum,ſtatutum prædictum pinguius voluiſſe
prouidere,prout in terminis eius ſignanter de-
clarat Alexand.conſi.55.volum.6. repetito con
ſi. 201.uolum.7.nam dictum ſtatutum non cu-
rat, an acquiſitor poſſidens poſſederit naturali
ter tantum,quod apparet, quia quando primò
poſſidens poſſidebat ciuiliter animo, velu
ti non exiſtens in fundo,ſi alius nõ habens cau
ſam ab ipſo poſſeſſore,poſſeſſionem naturalem
acquirat, quæ clandeſtina reputatur reſpectu
primi poſſidentis ciuiliter,l.clam poſſidere, §.ſi.
ff.de acqui.poſſ.& ſic primus poſſeſſor potẽtius
ius habet in ipſa re ſecũdo poſſeſſore,c.licet cau
ſam,cum ibi not.de prob.Nihilominus ſtatutũ
prædictum,ꝙ ſi ille qui habet potentius ius in
poſſeſſione fuerit negligens in mouendo contro
uerſiam infra annum cridarum excludatur, vt
patet ex illis uerbis [ ultra dictum terminũ nul
lus audiatur,volens aliquam litem uel quæſtio-
nem ſeu controuerſiam mouere contra ipſum
emptorem, vel altero iuſto titulo acquiſitorem
occaſione ipſius poſſeſſionis uel rei immob.em
ptæ ſeu alio iuſto titulo acquiſitæ, ſed unicuiq;
poſt curſum temporis ſilentium imponatur. ]
49 † Id enim uerbum poſſeſſionis,iuncto uerbo
vnicuique,quod eſt ſignum uniuerſale,l. hoc ar
ticulo,ff.de hære.inſt.l.1.C.de ſacr.ſanct. eccle.
non recipit reſtrictionem de habilitate, habito
reſpectu ad inhabilitates inductas de iure ciui-
li: unde dictum ſtatutũ uult quòd quicunque eſ
ſet,qui haberet potentius ius nedum in re, ſed e
tiam in poſſeſſione,excludatur ſilentio anni: nã
ſtatuentis intentio fuit eos excludere,qui aliqđ
ius in ueritate haberent in re, uel poſſeſſione,
non autem eos, qui nullum ius haberent: aliàs
fuiſſet eluſorium,& uerbis,non rebus impoſitũ
contra l.2,C.commu.de leg.Si ergo excluditur
quicunque haberet potẽtius ius in poſſeſſione,
ſequitur quòd ille qui ciuilem,iuſtam, & ante-
riorem poſſeſſionem haberet, excluditur anno
per poſſidentem naturaliter, licet clandeſtinè.
ſic Alex.& plenius ibi declarat: unde tolluntur
contraria,de quibus ſupra,quæ de iure commu
ni

50 ni poſſent tolerari: † Nec obſtat interpreta-
tio data dicto ſtatuto, reducendo illud ad termi
nos iuris communis, ne Comites iniuſtè dam-
num patiantur, & ſic quicunque excludatur per
lapſum anni, ſi emptor poſſedit ciuiliter, quo-
niam præuidit hoc motiuum Alex. & ſoluit in
dicto conſi.35. aliàs 201. quòd ubi ſtatutum lo-
quitur de eo, quod eſt diſpoſitum à iure com-
ni, & reſtrictio, quam uolumus facere ſecundū
ius commune, non poteſt fieri, ſalua ratione re-
cti ſermonis, & intellectus, tunc nō reſtringitur
ſecundum ius commune, quia ex uerbis eius ap
paret, quòd ſtatuentes uoluerunt ampliare ius
commune, non autem ad illud ſe reſtringere.
51 † Dat Alex. duo exempla, quorum ſecundum
tantum referam breuitatis cauſa, de ſtatuto di-
ſponente, quòd quicūque occiderit quouis mo
do, aut qualitercunque occidatur: non enim di
ſtinguitur dolo, uel culpa fecerit, licet ius com-
mune ſic diſtinguat, l. in l. Cornelia, ff. de Sicar:
ſed paſſim intelligitur etiam de homicidio cul-
poſo tantum, & hæc fuit opi. Ioannis ab Imo. li-
cet Alex. non dicat in l. ſi uero, §. de uiro, in ma
teria interpretationis reſtrictiuæ, ff. ſol. ma. quē
ſequitur Soc. conſi.52. col. fi. uol.3. Gozad. con-
ſi.19. nu.18. Dec. in l.1. not.1. lect.2. C. qui admi.
& Pariſ. conſi.91. nu.13. uolu.3. at tale reperitur
hoc ſtatutum, utens prædictis uerbis uniuerſali
bus, & multum præciſis: igitur indiſtinctè ue-
52 nit intelligendum, ut ſupra deduxi. † Tantoq;
magis quia uerum nō eſt Comites indebitè dā
num pati, nam ſi pater factis cridis non compa-
ruit, nec de iure ſuo docuit infra annum, ſibi de
buit imputari, c. damnum, de reg. iur. in 6. §. fin.
Inſt. quibus mod. re contra. ob. & ita tertiū fun-
damentum remanet optimè reſolutū. Ad quar
tum diligentius inſudando, dico quòd allegata
Comitis Herculis abſentia perſonalis a ciuitate
53 Ferrariæ ſibi ſuffragari non debuit: † nō enim
ſe abſentaſſe uidetur a loco, qui ibi domū, uxo-
rem, filios (qui pars ſui corporis ſunt) & fami-
liam reliquit, ut Comes Hercules. ita in ſtatuto
de abſente determinat Ang. conſi.270. ſtatuto
ciuitatis. quē ſequitur Tiraquel. in l. ſi unquā,
in prin. nu.15. C. de reuo. donat. & ſummè com
mendat Corſetus in uer. abſens, in repertorio
Panormitani. debet igitur hoc ſtatutum de ab-
ſente intelligi ratione domicilii, non autem per
54 ſonæ tantum. † probatur in primis, nam præ
ſcriptio ſtatutaria ſubrogatur loco legalis. Bal.
in l. ſuperuacuam. C. de tempor. in integ. reſt. &
in c.1. quo temp. milit. latè Corn. conſ.180. col.
2. uolu.3. Roma. conſi.28. & poſt eum Horatius
Mandoſ. citans Tiraquellum omnium latiſſimè
confirmantem, & qui communem teſtatur de
utro. retra. §.1. glo.10. nu.79. & Emilium Ferret
tum in l.3. colum. antep. in prin. ff. de uſuca. qui
bus addo Balbum in l. Celſus, nu.5. eo. tit. & Pa
55 riſium conſi.93. nume.20. uol.3. † Sed in ma-
teria præſcriptionis legalis abſentia conſidera-
tur reſpectu domicilii, non autem perſonæ: un-
de habēs domicilium in certo loco, dicitur præ
ſens, licet abſit corpore. caſus eſt in l. fi. & ibi gl.
Bald. Angel. & Sal. C. de præſc. long. tempo. in
prima parte quartæ partis prin. Corn. conſi.50.
nu.2. uol.2. & Abb. in c. de quarta, nume.30. de
præſcri. igitur pariter in hac præſcriptione ſta-
tutaria abſentia debet conſiderari reſpectu do-
56 micilii, non autem perſonæ tantum. † Confir
matur & efficacius auctoritate Baldi, conſi.449.
ſequens quæſtio. ad fi. vol.3. ubi in ſtatuto pro-
priè loquens, & in conſideranda præſcriptione,
nunquid dici debeat inter præſentes uel abſen-
tes, inquit, ꝙ ſi cōſideramus factum, dr̄ inter ab-
ſentes data abſentia perſonali alterius, l.1. ff. ex
quibus cauſ. ma. ſi uerò conſideramus ꝙ ambo,
ideſt præſcribens, & is contra quem præſcribi-
tur, ſunt eiuſdem domicilii, & ſic ꝙ abſens perſo
naliter habet in eodē loco domicilium, in quo
ſuus aduerſarius, dicitur eſſe inter præſentes,
d. l. fi. C. de præſcr. long. temp. & hæc ſecunda cō
ſideratio uera eſt, ſecundum Bald. † quia ille ab-
ſens debuit dimittere procuratorem, & ſi nō di-
miſit, imputet ſibi. quod vltimum poſuit etiam
Bal. in l. ab eo. col.2. C. quo. & quādo iud. dicēs
quòd actor tenetur dimittere procuratorem ad
interrumpendam præſcriptionem. patet igitur
quòd Bal. in ſtatuto & præſcriptione loquens
vult præſentem dici, qui tātum perſonaliter ab
eſt à ciuitate relicto in ea domicilio, quod ad ſco
57 pum caſum noſtrum determinat. † Item con-
ſidero rationem præſumptam ſtatuti, quæ fuit
excludere præſentem poſt annum, quia præſu-
mitur ſciuiſſe cridas publicè factas in loco rei,
& aliis fori conſuetis, ubi cōueniunt multi, pro-
ut ſupra probaui, nu.34. Sed iſta ratio militat in
abſente perſonaliter, relicta uxore, filijs, & fami
liaribus in ciuitate, quoniam præſumitur ab eis
certioratus de cridis factis: nam ſtatutum vult
quod proclama fiat ante domum, quod intelli-
gitur prouiſum, ut illi de domo nuncient domi-
no, vt de citatione dicit Bal. in l. meminerint, cir
ca medium. C. unde ui. & de nunciatione operis
noui quæ fit operariis vel alijs in loco exiſtenti-
bus ſic, ut illi poſſint domino renūciare. l. de pu-
58 pillo. §.1. ff. de oper. no. nuncia. † hæcque præ-
ſumptio, quòd illi de domo denuntiauerint do
mino abſenti coadiuuat, quia aliàs eſſent in cul
pa non faciendo in re domini, quod in ſua feciſ-
ſent, ut per Bal. conſi.404. uolu.2. Roma. conſil.
426. Craue. conſi.97. n.5. at ſi rei ſuę fierent cri-
dæ comparerent, & opponerent iura ſua ueriſi-
militer, qa nemo pręſumitur uelle iactare ſuū.
l. cum de indebito. ff. de proba. ergo debuerunt
etiam denunciare domino cridas, ut comparere
poſſit & opponere iura ſua, vel alios ad id deſti-
59 nare. † At quia culpa non præſumitur in du-
bio. glo. & Doct. in l. ſi quis ex argentariis. §. fi.
ff. de eden. & glo. Bar. & Doc. in l. ſi creditor. C.
de pig. act. meritò præſumere debemus illos de
domo denunciaſſe domino abſenti, eumque de
60 cridis incœptis certiorem reddidiſſe † Confir-
matur, quia ad euitandam præſumptionem cul-
pæ præſumitur quis feciſſe, quod alius ueriſimi
liter feciſſet. Bar. in l. ſi cum uenderet. §. fin. ff. de
pign. act. Deciſ. Neap.13. nu.17. Craue. conſi.8.
nu.20.

nu.20.unde præſumitur familia Comitis Herculis abſentis notificaſſe ſibi dictas cridas, quia ſic alius veriſimiliter feciſſet,& per conſequens data ſcientia in eo Comite,ſi non comparuit infra annum ſibi imputandum eſt,& à ſtatuto uenit excludendus. Et ex his patet hoc ſtatutum de abſente loquens, intelligendum non eſſe de
62 abſentia perſonali tantum. † Nec obſtant in hoc quarto loco deducta: & primò, quod ſtatutum de abſente loquatur generaliter, uel indefinitè,quoniam verba legis aut ſtatuti generalia, reſtringuntur ex ratione,licèt præſumpta & coniecturata. Bal.in auth.ingreſſi,colum.1.C.de ſac. ſanct.eccl. Iaſ.in l.non dubium,col.7.verſ.adde etiam,C.de legib.Dec.in c.ſuggeſtum.not.2. de app.Craue.conſi.3.nu.3.& conſi.33. num.9. D. meus Rimin.conſi.33.nu.17. ſed ratio præſumptæ ſcientiæ ſic militat in abſente perſonaliter tantum,ſicut in præſente, vt ſupra deduxi. meritò debet vtroq; caſu ſtatutum locum habere. l.illud,ff.ad l. Aquil. quo fit,vt ſit intelligẽdum
63 de abſente ratione domicilij. † & hoc modo declarandus eſt Alex. conſ. 31. vol. 1. dum dicit quòd ille habuit probabilem ignorantiam dictarum proclamationum,cum non fuerint ſibi intimatæ,vbi degebat,ideſt, vbi domicilium habebat. eodemque modo debet intelligi Dec.conſ. 30. Quod verò pertinet ad Caſtrenſ. conſi.94. col.fi.vol.1. verè dici poteſt ipſum q̃nque nimis animoſum fuiſſe in conſulendo,vt de ipſo conſi.73.col.2.& conſi 24.uol.2. dicit Craue.in l. 1. nume.10.& 12.ff.de leg.1.& alios ſic aliàs quoſdam dicentes legi, quos nunc memoria mihi
64 non ſuggerit: † namque non animaduertit Caſtrenſ. quòd ex quo præſcriptio ſtatutaria ſubrogatur loco legalis, ut ſupra dixi, numero 54.quæcumque dicuntur in legali, debent in ſtatutaria locum habere, per regulam,quòd ſubrogatum ſapere debet eius naturam, in cuius locum ſubrogatur,l.ſi cum.§.qui iniuriarũ, ff.ſi quis caut.Bar.in l.1.ff.ſi quis teſt.lib.cum ſimilibus,& ita concludunt Bal.Saly.& Caſtr. in l.in contractibus,in fi.in prin.C. de non nume. pec.ſed lex de abſente loquens in materia præſcriptionis conſiderat abſentiam ratione domicilii,d.l.fi.C.de præſ.long.temp. igitur ſic & in
65 ſtatuto conſideranda eſt. † Nec obſtat quod inquit ille, hunc eſſe ſignificatum improprium,qui porrigi nõ debet ad ſtatutum, cuius uerba propriè ſumi debent, nam ſecus puto faciẽdum,ut proprio ſenſu poſthabito ſequamur improprium,ne ſequatur abſurdum, iuxta doctrinã Bar.ac cæterorum, quos ibi Iaſ.citato n. 39.in l.non dubium.C.de legib. nam ſi ſtatuto cauetur,quòd quicunque ſanguinem extraxerit in palatio moriatur,& tonſor ibi flobotomauerit aliquẽ,licet incidat in uerba ſtatuti,q̃a ſanguinẽ extraxit,nõ tñ eo ſtatuto cõprehẽdit,ſed recedimus à propria ſignificatione & uerborũ cortice,intelligendo de extrahente ſanguinem iniurioſè ex mente ſtatuti,ne cõtineat abſurdũ. idemque uoluit Bar.in l.1.C.de agri.& cenſ. libro 11.Bald.in l.benignius. ff.de legib. & in l.
66 Graecus.C.de adulte. † uerba enim legis captari non debent.l.pe.ff.ad exhi.quæ eſt adhoc notabilis.ſequitur Euerard.in centuria ſua,loco ab abſurdo,amplians hoc eſſe uerum etiam ſi procedat aliud ſtatutum generale,quo caueatur,quòd uerba ſtatuti intelligantur præcisè & ad literam ſine ulla interpretatione ſub maxima pœna.Et iſtud erat quod faciebat dubium in exemplo memorato,propter quod barbitonſor fuit in maximo periculo, dum quæſtio fuit de facto Bononiæ:tamen propter maximam abſurditatem uitandam fuit iudicatum pro eo, & rectè, vt referunt Butrig.Iaſ.& Euerard. qui & alia exempla in medium adducit, quibus idem confirmat,quæ conſultò prætereo, cum uideri
67 poſſint. † Non tamen addens illud omittam, quod mens ſtatuentium ſemper in dubio fuiſſe uidetur,ut diſpoſitio non ſonet in abſurdum intellectum,ut tradit Bar.in l omnes populi, 6.q. prin.uer.iuxta præmiſſa quæro,ff.de iuſt.& iure.plenè per Alex.conſi.52.col.2.& conſi.80.co
68 lum.6.uol.1.ubi fortius † tenet quòd diſcedimus etiam a propria uerborum ſignificatione, ne ſtatutum contineat abſurdum.ſequitur Soc. iun.conſi.15.nume.8.uol.1.& prior eo Soc.ſen. in l.cum auus,col.55.ff.de condit.& dem.quem refert Neuizan.conſi.72.nu.6. & in ſtatuto ponit Rolan.à Valle conſi.25.nu.24.uol.3.at ſi diceremus hoc ſtatutum uolens abſenti præſcriptionem non currere,intelligi debere de abſente perſonaliter tantum,relictis filiis, uxore, & familia in ciuitate,ſequeretur abſurdum, quòd ille ſciens cridas præſumptione iuris,uelut ab eis certioratus,indignè frueretur beneficio ſtatuti. Igitur ut euitetur hoc abſurdum, debet intelligi de abſente,ratione domicilii,in quo illud,ceſſat:cum ſit ignorans, nec ſibi uenit imputandũ quòd procuratorem non dimiſerit, cum receſſerit non receſſurus. & ita concluditur aduerſus
69 Caſtrenſis opinionem. † Cæteraque non obſtant quæ ſupponunt ignorantiam in tali abſente perſonaliter,quod non eſt uerum ſaltem quãdo uicinus erat, ut Comes Hercules Bononiæ tempore cridarum,cui copia earum mittenda fuit:ſecus ſi in loco multum remoto fuiſſet, ut diſtinguit ſcitiſſimè Bal.in l.ab eo.colum.3.uer. in textu.C.quomod.& quan.iud.Poſtremò, ut omnis undique tollatur difficultas circa dicti Comitis Herculis abſentiam, poſito q; hoc ſtatutum ueniret intelligendum de abſentia perſonali,tamen aduerti debet,nec illud in exceptione ſua dicto Comiti ſuffragari poſſe: moueor, nam cœptæ fuerint cridæ anno 1526.11.Ianua. quo menſe dictus Comes ſtetit Bononiæ, poſtea reuerſus Ferrariam manſit in ea menſe Februarii,Martii uſque ad medium April. & inde iuit ad Caſtrum ſuum Macaſtornæ in territorio Cremonenſi,ut dicunt teſtes:quo ſtãte duo in
70 feruntur. † Primum quòd cum ciuitas Bononiæ ſit uicina Ferrariæ, per miliaria 30. tantum diſtans,ad quæ loca in dies uiatores tendunt, præſumitur Comitem Herculem Bononiæ tũc commorantem ſcientiam dictarum cridarũ ha-

buiſſe

buiſſe,c.quanto.de præſump. alterum eſt quòd
dictus Comes reuerſus Ferrariam præſumitur
habuiſſe ſcientiam dictarum cridarum publicè
promulgatarum,& allegatio ignorantiæ uelut
ſupina non excuſaret,l.nec ſupina, ff.de iur. &
fac.igno.quia cum fuerit Ferrariæ,præſumitur
ſciuiſſe quòd factæ fuerint.c.quis neſciat. 9. di-
ſtin.nec earum ignorantia fuit probabilis,c.qđ
dicitur, 16.diſtin.ita in terminis ualde propin-
quis determinat Roma.conſ.59.colum. 2.num.
5.factum fuerat in caſu ſuo edictum in ciuitate
Fani,quòd quicunque Fani.extra ipſum,aut e-
ius Comitatum exiſtens, reuerti deberet infra
terminum ſtatutum,ſub pœna cōfiſcationis bo-
norum uel alia. Quædam D.Laſia eo tempore,
quo emananit edictū prædictum fuerat abſens
à dicta ciuitate Fani:unde Do.Ioanna eius hæ-
res ex eius perſona allegabat ignorantiam dicti
edicti propter abſentiam dictæ Do.Laſiæ,nihi
lominus concludit Roman.contrarium ex dua
bus rationibus ſupra deductis,quòd eo tempo
re D.Laſia fuerat abſens in loco uicino ciuitati
Fani,& poſtea reuerſa fuerat ad ciuitatem illā,
meritò non poterat ignorantiam prætendere il
lius edicti:quare ſic & in caſu noſtro dici debet
ad unguem,ſtatutūque noſtrum de abſente lo-
quēs,& illū excipiēs,debebit ītelligi de abſente
à ciuitate Ferrariæ in loco remoto,& cōtinuo tē
71 pore cridarum & anni. † Quod etiam ſuadent
eius uerba [& abſentibus à ciuitate & diſtrictu
Ferrariæ per totum tempus anni] quibus uer-
bis nulla præſentia reditusve commiſcetur. er-
go dum ſubdit,[uel duas partes dicti anni] pari
ter eſt intelligendum,quòd in eis nunquā Fer-
rariæ fuerit:quia una pars alternatiuæ ſecundū
aliam intelligitur.Bar.& Soc.in l.1. ff. de rebus
dub.& in l.1.col.3.ff.de off.proc.Cæſ. Roman.
conſi.42.nu.5.Cor.conſi.96.col.2.in fi.uol.1.cō
ſi.13.nu.9.uol.3.Rui.conſi.116.nu.12.uol.2.Ce-
phal.conſi.250.nu.12.tantoque magis quòd di
cit per duas partes continuè dicti anni:id enim
uerbum continuè,nullam mixturam admittit,
l.continuus,in prin.ff.de uerborum obl. & ita
quomodocunque capiamus abſentiam in termi
nis dicti ſtatuti,patet illud non prodeſſe dictis
Comitibus,ſed eius regulam mirificè illis obſta
72 re. † Ad quintum & vltimum de reſtitutione
in integrum dictis Comitibus competente, re-
ſpondetur in primis, quòd negando ignoran-
tiam patris ſui,præſumendoque ſcientiam cri-
darum in eo,ceſſare debet in integrum reſtitu-
tio,quia negligenti currit tempus ſine ſpe reſti-
tionis. Roma.conſ.9.Fel.in c.cum inter.colum.
12.de excep.ver.vtrum excōmunicatus.Balb.
in tract.de præſcri.prima parte, 6.q.principa.
73 † Hinc ſi uiſo poteſt imputari negligentia
cur inſtrumentum non produxerit, non ſubue-
nitur ei beneficio reſtitutionis in integrum,ut
tradit Caſtr.in l.ſub ſpecie,col.1. C. de re iud.
poſt Iacob.de Are.in l.1.uerſi.ſi vero culpa. C.
de cond.indeb. Gabriel.Romanus lib.2. de re
74 ſti.in integ.conclu.2.nu.5. † Secundo cum nō
conſtet abſentiam fuiſſe neceſſariam,ueluti cau
ſa Reipu.captiuitatis hoſtium, & id genus,ſe-
quitur eam fuiſſe uoluntariam,quo caſu currit
præſcriptio nec datur reſtitutio.Caſtr. in auth.
malæ fidei. C.de præſcr.long.temp.Bald.in l. fi.
75 cod.tit.Balb.in d.q.6.nume.16. † Tertiò conſi
deranda ſunt diligēter huius ſtatuti uerba, quæ
dicunt, ultra dictum terminū nullus audiatur,
uolens aliquam litem,uel quæſtionem ſeu con
trouerſiā mouere cōtra emptorē &c.deinde ſub
dit,unicuique poſt ſilētiū curſum temporis im
ponatur.quibus ex uerbis ſublata dicitur in in
tegrum reſtitutio, prout in alio ſtatuto ueteri
Ferrariæ de præſcriptione loquente ſcribit A-
ret.conſi.104.ſecundo dubio,quod dicebat ela-
pſo termino 30.annorum præſcribētem uel hæ
redes non poſſe moleſtari, turbari,uel inquieta
ri directe uel indirecte a quauis perſona , & vt
vt ibi latius per eum,quem ſequitur Fel.in c.vi
gilanti,limit.6.de præſcri.& Rui.conſi.123. nu.
76 11.vol.1. † Et quia ſi vult hoc ſtatutum unicui
que ſilentium imponi ſuper re præſcripta per
annum,debet quoque ceſſare reſtitutio in inte
grum,per cuius conceſſionem poſtea ad litem
deueniretur,quia prohibito uno, cēſetur id om
ne prohibitum per quod ad illud peruenitur. l.
fi.C.de reb.non alie.non ali.l.oratio.ff. de ſpōſ.
cum ſimilibus. Et ita tandem concludo Caſel
los ius fouere.

*Hippolytus Rimi.Ferrarien.*

---

Pro Illuſtriſſimo Domino Cornelio Bētiuolo,equite ordinis Regis Chriſtianiſſimi,& inuictiſſimi Ducis Ferrariæ locumtenente.

ARGVMENTVM.

An pronepos teſtatoris cōcurrat cum patruo magno in partem alterius patrui magni ſine filiis mortui.

*SVMMARIVM.*

1 *Filiorum appellatione ueniunt nepotes ſecundum communem in prouiſione teſtatoris eis fauorabili.*
*Niſi filij proferantur cum aliqua qualitate nepotibus non conueniente.42.*
*Nec in fideicommiſſis.43.*
*Et ubi agitur de fideicommiſſo inducendo.46.*
*Quod Bal.& alij tenuerunt.44.*
*Et communem Soc.appellauit.45.*
2 *Subſtitutio reciproca dicitur fauorabilis.*
*Sed auctor contra.49.*
4 *Filiorum appellatione liberi omnes intelliguntur, ſecundum communem uſum loquendi.*
*Sed auctor contra.50.*

*Filiorum*

5 *Filiorum appellatione ueniunt nepotes in diſpoſitione collata in futurum euentum.*
*Secundum communem.6.*
*Licèt de filijs ex ſe natis dictum fuerit.7.8.*
*Quod procedit nullis natis ſiue conceptis viuente teſtatore, aliàs ſecus.51.*
*Et in ſubſtitutione directa, ſecus in fideicommiſſaria.52.*
9 *Teſtamentum declaratur ex codicillis.10.*
11 *Scriptura vna declarat aliam.*
12 *Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis.*
13 *Filius intrat in locum patris, in ſucceſſione aui & proaui.*
14 *Filius ſub conditione grauatus, detrahit duas quartas.*
*Et eſt communis opi.55.*
*Quæ abſorbent dimidiam hæreditatis.56.*
*Et ad hæredes tranſmittuntur.57.*
18 *Nepos non intrat in locum patris in ſuccedendo patruo ſuo magno cum illius fratre.*
19 *Dictio tūc, reſtrīgit diſpoſitionē ad caſum expreſſum.*
*Et habet vim taxatiuã.22.*
*Et exponitur in eum caſum, vel eo tempore.*
20 *Pœna appoſita ſi quid factū non fuerit infra certū tēpus, an comittatur ſtatim ꝙ cōſtat id fieri nō poſſe.*
21 *Lex uxori uſūfructū. ff. de uſuf. leg. ualde ſingularis.*
23 *Filius intrat in locū patris præmortui nō uiuentis.*
24 *Caſus præter ordinationē teſtatoris contingens non comprehenditur ſub expreſſo per eum.*
25 *Teſtator quod non loquitur, non præſumitur uelle.*
*Nec ſufficit dicere ſic eum uoluiſſe, niſi uoluntas ſua trāſierit ad diſpoſitionem, ſecundum communē.26.*
27 *Subſtitutionem hoc caſu non loqui ſemper dici pōt.*
28 *Teſtatoris uerba non capiuntur in ſenſu, ad quem non poſſunt adaptari.*
29 *Verba ſalua gradus prærogatiua, quid importent. 30.32.*
31 *Pariſ. conſi.38. vol.2. declaratur.*
33 *Verba vniuerſalia nullam partem excludunt.*
34 *Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, qui non erant nati, neque concepti tempore teſtamenti, ſeu mortis teſtatoris.35.*
*Etiam ſi conditio collata ſit in futurum euentum incertum.36.*
*At Alex. & nonnulli contra.37.*
*Sed auctor diſtinguit poſt Cur. iun.38.*
39 *Ratio uiua potens eſt ad deciſionem.*
40 *Dilecti magis præferuntur in fideicommiſſo.*
*Datq́; auctor exemplum.41.*
47 *Alex. conſi.26. uol.3. & conſi.37. uol.6. declaratur.*
48 *Bar. in l. liberorū. nu.5. ff. de uerb. ſignif. declaratur.*
53 *Relatio non attēditur, quando relatum aliter dicit.*
54 *Coniectura ceſſans in claris.*

## CONSILIVM LXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS quondam Dominus Ioannes Bentiuolus inſtituit Illuſtres Dominos Anibalem, Alexādrum, Antonium, Galleatium, & Hermetem filios ſuos. Et ſi cōtingeret aliquem ex eis quandocunque decedere
ſine fillis maſculis, ſubſtituit ſuperuiuentem, &
ſuperuiuentes ex eis, & prædefuncti ſeu præde
functorum tunc ex eis filios maſculos. Poſt obi
tum teſtatoris deceſſit Illuſtris D. Alexander ſi-
ne filiis maſculis, ſuperſtite dūtaxat Illuſtre Do
mino Anibale eius fratre, & Illuſtre D. Hermē
te ſecundo, filio quōdam Illuſtris D. Ioannis ſe
cundi filii dicti quōdam Illuſtris Do. Hermetis
primi, & ſic pronepote teſtatoris: unde quęſitū
fuit an in partem Illuſtris D. Alexandri cōcur-
rere debeat dictus Illuſt. Do. Hermes vnà cum
1 dicto Illuſt. Domino Anibale. † Et quod cō-
currere debeat, adducitur in primis doctrina
Bar. in l. liberorum. n.5. ff. de verb. ſig. vbi proui
ſio teſtatoris facta de filiis, eos inſtituendo vel
eis relinquendo, porrigitur ad nepotes & libe-
ros. l. Lucius, ff. de hæred. inſt. vbi teſtator fratri
ſubſtituerat, ſi deceſſerit ſine filiis, volēs in hoc
eis prouidere, & tamen ibi appellatione filiorū
2 continentur omnes liberi: † at hæc ſubſtitutio
dicitur fauorabilis, tanquam reciproca & poſſi-
bilis afferre commodum ſicut incommodū, iux
ta l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſt. & l. de fidei-
commiſſo, C. de tranſac. ergo latius interpretā-
da, vt appellatione filiorum veniant nepotes,
& inferiores: ſicque Cur. iun. arguit conſi.22. n.
14. & confirmat Natta cōſi.602. col. fi. dicens ꝙ
vbi verbū filius ponitur ex parte honorati, cui
debet reſtitui, latè capitur, ſecus ex parte graua
ti qui reſtituere debet vt per eum. hancq́ue cō-
cluſionem poſt Bar. tenent Alex. Iaſ. & alii mo-
derni in l. Gallus. §. inſtituēs, ff. de lib. & poſth.
3 Corn. conſi.97. col.5. uol.1. † & Alex. conſil.9.
uol.1. qui communem teſtatur, ſicut & Andr. Si
cul. conſi.10. col.5. volum.2. dicens quòd eam te
nuit antiqua & moderna iuris prudentia: idem-
que Soc. iun conſi.114. nu.31. vol.1. & conſil.43.
nu.8. vol.4. & ample Gabri. Roma. lib.6. de uer.
ſi. cōcl.1. nu.5. † Hinc & Bal. conſi.303. volum.
4 2: generaliter inquit appellatione filiorum om-
nes liberos intelligi naturali affectione, & ex cō
muni vſu loquendi, quia communiter homines
intelliguntur nomine filiorum omnes deſcen-
dentes vocare, cum nomē filius ſit appellatiuū,
nō propriū, quia omnes ſunt filii ſanguinis de-
riuatione: & diuina ſcriptura dicit Omnes He-
5 bræi ſunt filii Abrahæ. † Secundò accedit ꝙ
hæc diſpoſitio collata fuit in futurum euentum
incertum, in quem veriſimiliter dubitari pote-
rat an extarent filii, nepotes, aut inferiores: vn-
de cenſetur teſtator intellexiſſe latius verbum
filios, pro nepotibus, & pronepotibus pari ad
omnes affectione, non extantibus prioribus in
gradu. ita uoluerunt Imola, Iaſ. & Alexan. in di
cto §. inſtituens. Alex. conſi.5. conſi.26. volum.3.
conſi.37. vol.6. Dec. conſi.391. colum.2. Gozad.
6 conſ.4. num.13. † qui communem teſtatur. Pa
riſ. conſi.78. nu.10. vol.2. Iaſ. conſi.52. colum.3.
volum.3. Soc. iun. conſi.114. col. pe. vol.1. conſi.
146. nu.4. uol.2. Ceph. conſi.107. nu.15. & conſi.
94. nu.21. & conſi.262. nu.5. Nec obſtat quòd
teſtator dixerit filios maſculos ex eis, nam dicta
uerba non impediunt, appellatione filiorum ne-
potes

7 potes,& alios inferiores uenire,d.l.Lucius.† & ibi notat Imola dicens,nota quòd licet ubi teſtator facit mētionem de filiis ex ſe natis videatur loqui de immediatis,cum præpoſitio,ex,denotet cauſam proximam & immediatam ſui natura.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure, tamē dicta uerba porriguntur ad ulteriores liberos, & ſic verificatur dictio, ex, etiam in remotiſſima cauſa propter ſuadentem rationem naturalem, quæ uocat, & inuitat ad hæreditatem deſcendendentes & agnatos: idque probari dicit Imola in eo textu iūcto tenore teſtamēti: dixerat.n.teſtor,filium, uel filiam ex ſe natū uel natam nō habebit, & in fine dicitur de liberis prælatis ſubſti
8 tuto. † hocque pariter dicit tenuiſſe Bartolum in d.l.liberorum,col.pen.nu.18.ubi dicit quòd ſi quis inſtituerit filios naſcituros ex tali, uel ex ſe: ſiquidem tempore mortis illius diſpoſitio nō fuit commiſſa in perſonam filiorum ex illo,quia nati prædeceſſerunt,porrigitur ad perſonam inferiorum dat exēplum in d.l.Lucius, ut per eū. quod in terminis noſtris uerificatur.Nam tempore mortis Illuſtr.D.Alexandri metio filiorū vocatorum commiſſa non fuit in perſonam Illuſt.D.Ioannis ſecundi filii D.Hermetis primi, quia prædeceſſit Illuſtri D.Alexandro,ergo uerificari debet in perſona Illuſtr.D.Hermetis ſecundi:licet pronepotis teſtatoris,& præter Imolam non omitto Capram conſ.22.qui tenet idē, motus ea ratione,nam ſi ſubſtitutio facta fuiſſet ſimpliciter,non in caſu quo quis deceſſerit ſine filiis,intelligeretē uocatus ſubſtitutus caſu quo grauatus deceſſerit ſine filiis,nepotibus & pronepotibus,ne uideatur teſtator alios ſuæ ſoboli uoluiſſe præponere,l.generaliter.§.fi.C.de inſti.& ſubſti.unde ſi non expreſſa dicta conditione,ſubintelligitur ſi ſine filiis nepotibus, & pronepotibus deceſſerit,fortius intelligetur ſi exprimatur mentio filiorum,quia largè ſumendo uerificabitur in nepotibus & pronepotibus. idque uult Capra uerificari, licet dictū fuerit de filiis ex ſe,uel de ſuo corpore naſcituris,quia ſecundum Bal. in l.1.C.de cond.inſer.licet dictio de, uel ex, denotet cauſam proximam & immediatam,nihilominus ipſi nepotes ueniunt & includuntur ſub dicta ſubſtitutione,cum in eis detur ſanguinis cōtinuatio,unde immediatè dicitur quicquid per rerum naturam continuatiuè unum & idem eſt.l.cū acutiſſimi.C.de fideic.
9 † Hæcque concluſio dicitur tanto magis iuſtificari, quod teſtator in codicillis recenſendo eandem ſubſtitutionem factam in teſtamento exponit ſe ad honoris, famæ, & agnationis ſuæ conſeruationem, inſtitutis dictis D. Alexādro, Anibale, Antonio, Galeatio, & Hermete eius filiis, eos adinuicē ſubſtituiſſe,ita quòd altero eorum ſine liberis maſculis decedente,ſuperſtites & prædefunctorum liberos maſculos ſubſtituit.hinc enim deſumitē declaratio,quòd in ſubſtitutione facta in teſtamēto per uerbū filios,intellexit teſtator de liberis, non autem ſtrictè de filiis,& ſic intellexit de vlterioribus,qui ueniūt appellatione liberorum,
10 d.l.liberorum. † Et hæc declaratio teſtamenti per codicillos admitti debet, quoniam ſicut verba teſtamenti declarantē per aliam partē eiuſdem teſtamenti,l.qui filiabus, l.ſi ſeruus plurium,§.fi.ff.de leg.1.pari ratione declarātur per aliam ſcripturam teſtatoris,etiam priuatam, puta per epiſtolam,l.alimenta,§.primo, & ibi not. Bar.ff.de alim.& cib.leg.l.vxori,§.fi.& ibi etiam
11 not.Bar.ff.de lega.3. † & ita ſignanter arguit Gozad.conſilio 98.nu.9.& præter eum Natta conſi.131.nu.4. qui ſubdit quòd hoc eſt etiam regulare, quod vna ſcriptura declarat aliam,l.ſi quis ex argentariis,§.ſi initium,& ibi Bald.ff.de eden.cum pluribus adductis per Iaſ.not.5. quæ potiſſimè verificari videntur in caſu præſenti, cōſiderato fauore agnationis, & familiæ teſtatoris per eum: quo caſu mentio filiorum maſculorum porrigitur ad nepotes,etiam ad excluſionem filiæ,ut ex multis dicit eſſe communē Iaſ. in l.de quibus,nu.16.ff.de legib.Natta in c. quā
12 uis,num.122.de pact.in 6. † Tertiò principaliter non omittitur,quòd in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori,& de eius ſucceſſione & hæreditate tractatur,non autem grauati,l.cohæredi, §.cum filiæ,ff.de uulga.& pup.ita quòd in caſu noſtro dicitur agi de hæreditate Illuſt. Domini Ioannis teſtatoris,proaui dicti Illuſt. D.Hermetis ſecundi,qui in locum patris ſui ſuccedere & ingredi debet ad cōcurrendum cum Illuſt. Domino Anibale filio prædicti Do. Teſtatoris in parte,quæ obuenit Illuſt. Domino Alexandro,
13 non tāquam de bonis ipſius,ſed teſtatoris: † nā in ſucceſſione aui vel proaui, filii in locum patris ingrediuntur,§.cum filius,Inſti.de hær. quæ ab inteſt.defer.ideo dicitur ibi, quòd pronepotes ſimul cum nepote vocantur ad hæreditatem proaui,quia pronepotes in parentis ſui locū ſuccedunt.& ita per illum tex.concludit in fideicōmiſſo Dec.conſi.217.colum.2. & in eiſdem terminis conſuluit Alex.idem tenens,conſilio 26. uol.3.& poſt utrunque Pariſ.conſil.36. colum. 1.& 2.uol.2.& hæc ſunt præcipua fundamenta, quæ animaduerti fieri poſſe pro Illuſtre D.Hermete ſecundo. † At in oppoſitum non deſunt
14 alia,quæ pro Illuſt.D.Anibale conſiderari poſſunt,& ſubinde ſuis hæredibus, inter quos reperitur Illuſtriſſimus Do.Cornelius Bentiuolus, eques ordinis Regis Chriſtianiſſimi, locumque tenens eminentiſſimi Ducis Ferrariæ, ad cuius inſtantiam ad hanc conſultationem deueni. & in primis ego conſidero,quòd Illuſt.D.Alexander,uti filius & ſub conditione grauatus,potuit detrahere duas quartas, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam,c.Raynutius,& ibi not.omnes, de teſta.Bar.Bal.Ang.Caſt.& omnes in l. Papinianus,§.meminiſſe,ff.de inoff.teſt.Alexan. in l.quod de bonis, §.quod auus,ff.ad l.Falc. Pic. in l.in quartam,num. 284.& Ruin.nume. 31.ff. eod.Bertran.conſi.31.nume.13.conſi.139. num. 4.& conſi.201.col.2.uolum.1.conſi.144. colum. 1.uolum.3.Cagnol.in dicto §.meminiſſe. † hanc
15 que communem fatentur Polit.in l. filium quē habentem, nume.135.& Corraſ.nume. 71. C. fam.

fam.erciſ.Fabian.in auth.nouiſſima, num. 242.
C.de inoff.teſtam.Cur.iun.in l.1.C.de pact. n.
5.Berengar.in d.l.in quartam,qui dicit ita tenẽ
dum eſſe in conſulendo,iudicando,& legendo,
& quòd ita per vniuerſum orbem ſeruatur. Go
zad.in l.qui ſe patris,nu.191.C.unde libe.& Ro
16 landus à Valle conſi.39.nume.8.uol.3. † & iſtæ
duæ quartæ abſorbent dimidiam partis,in qua
fuit inſtitutus dictus Illuſt.D.Alexãder, ut per
Dec.conſi.203.col.2.cõſi.228.colum.fi.Crauet.
17 conſil.50. † & non extractæ tranſmittuntur ad
hætedes,Dec.conſi.81.conſi.202.conſi.238.con
ſilio 257.conſi.320.conſi.480.conſi.513.& con
ſi.688.Iaſ.conſi.124.col.fi.conſil.146.uolumi.2.
Pariſ.conſi.17.uol.ſecundo,Gozad.conſi.81.&
104.Guil.Bened.in d.c.Raynutius,in uer. mor
tuo itaque. il ſecondo,nu.110.& ſequenti.Qua-
re ſequitur reſpectu dictæ dimidiæ liberè rema
nentis penes Illuſt.D.Alexandrum,uelut exẽ-
ptæ à fideicommiſſo ſibi iniuncto, non dicitur
tractari de ſuccedendo teſtatori proauo Illuſtr.
D.Hermetis ſecundi,ſed ipſi Illuſt.D.Alexan-
dro patruo magno ipſius Illuſtr.Do. Hermetis
ſecundi,ueluti fratri ſui aui paterni, §. quarto
18 gradu,Inſtit.de grad. † quo ſtante nepos nõ
intrat in locum patris ad ſuccedendum patruo
magno cũ illius fratre,ut in terminis ponit De-
ci.conſi.primo,poſt Ang.in §.reliquum,in Au-
then.de hær.ab inte.venienti. Barto.& Salyc.in
auth.poſt fratres, C.de ſu.& legiti.Alex.conſ.
44.col.6.uol.primo,& idem Dec.cõſi.79.col.1.
& conſi.217.Soc.conſilio 37.uol.3.conſi.51.uol.
4.Pariſ.conſi.39.nume.12.uolum.2.& alibi ſæ-
pe doctores.unde quo ad dimidiam prædictam
res eſt extra omnem difficultatem, quod perti-
net ad ſolum Illuſt.D.Anibalem fratrem ipſius
D.Alexandri.Sed ulterius aliis fundamẽtis ad
ducor,ex quibus oſtendam,quòd in totum ſo-
lus admitti debeat in portionẽ dicti ſui fratris
nam diligenter in primis conſiderãda ſunt uer-
ba teſtatoris dicentis,quod ſi cõtingeret aliquẽ
uel aliquos ex dictis D.Anibale, Antonio Ga-
leatio,Alexandro,& Hermete decedere quan
docunque,ſine filiis maſculis,ſubſtituit ſuperui
uentem ex eis & prædefuncti,ſeu prædefuncto-
19 rum tunc ex eis filios maſculos. † pondero di-
ctionem,tũc,quæ ſui natura ſubſtitutionem re
ſtringit ad caſum expreſſum, nec eã patitur ad
alium portigi,ut ſignanter uoluit Anch.conſi.
356.col.ſecunda,uerſic.tertiò hoc probat Dec.
conſi.63.col.prima,conſi.89.num.3.& conſilio
433.colum.ſecunda, Soc.conſi.5.col.ſecunda,
uolum.tertio,Grat.reſpon.124.nu.37.uolumi.
20 primo,Rui.conſi.31.nu.10.uol.3. † Hinc elegã-
ter Dec.in cap.perſonas,col.fi.de appel.dicit,ꝙ
licet quando pœna appoſita fuit ab homine, ſi
infra certum tempus aliquid factum nõ fuerit,
ſtatim quòd conſtat illud fieri non poſſè in tem
pore,quod ſupereſt pœnam committi, nõ expe
ctato fine temporis,ut tradit Bar.in l.cum ſtipu
latus ſim,nume.4.ff.de uerborum obliga.tamen
hoc locum non habet,quando dictum fuit, ꝙ
tunc pœna committatur,quia tali caſu finis tẽ-
poris præciſè debet attendi,ſecundum Dec.qui
diſpoſitionem reſtringit ad caſum expreſſum
21 uirtute dictionis, tunc. † & præter eum tex-
tus eſt ualde ſingularis in l.uxori uſumfructum
uillæ,ff.de uſufruct.leg. ubi uidemus legatum
uillæ uxori relictum in quinquennium, a mor
te defuncti,& deinde eo peracto libertis ꝑ hæc
uerba[tunc eum fundum illis dari uolo] mor-
tua uxore infra quinquennium,illis interim nõ
deberi uirtute dictionis tunc, quæ denotat ex-
tremitatem temporis, & operatur ut legatũ in
unum caſum conceptum,in alio non debeatur,
ſed ad expreſſum tãtũ reſtringatur, ut ibi ſignã-
ter adnotat Bar.quem Iaſ.& Dec.ſequuntur in
l.3.C.de inſti.& ſubſtit.colum.fi.& Rui. defen-
dit in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,num.41. uer
22 & primò ad tex.ff.de libe.& poſth. † unde be-
ne Areti.in l.ſi quis ante,col.4.ff.de acqui.poſſ.
uoluit dictionem tunc,habere uim taxatiuæ;
quando dixit quòd ſicut dictio tunc,adiecta tẽ
pori ſignificat extremitatem temporis,ita appo
ſita caſui ſignificat hoc uerbum duntaxat, uel
in illo caſu.ſequitur Grat.reſpon.106.numero
24.uolum.ſecundo,& ante ipſos glo.& Angel.
in d.l.Gallus,in princ.qui exponunt tunc, ideſt
in eum caſum,uel illo tempore.ſequitur Rola.
a Valle conſilio 55.numero 10.& conſi.70. nu.
14.uol.3.latius confirmans conſilium Anchara
ni,de quo ſupra. ſenſus igitur in propoſito no
ſtro uerborum teſtatoris fuit, quod deceden-
te aliquo filiorum ſuorum ſubſtituit ſuperuiuẽ
tem,& ſuperuiuẽtes ex eis,& ſic alios filios ſuos
& prædefuncti ſeu prædefunctorum, tunc ex
eis filios maſculos, hoc eſt illos tantum, qui tẽ-
pore mortis præambulæ illius filii, uel illorum
filiorum ipſius teſtatoris eſſent illius uel eorũ
filii.at quando prædefunctus eſt Illuſt.D.Her-
mes primus Illuſtri D.Alexandro, ſine dubio
tunc,ideſt eo tempore,quo prædeceſſit ipſe Il-
luſt.Dominus Hermes,Illuſtris D. Hermes ſe-
cundus non fuit eius filius.ſed Illuſt.Dominus
23 Ioannes tunc uiuens. † Nec dici poteſt quòd
ex priuilegio legis,quo filius ingreditur in lo-
cum patris ſui,§.cum filius. Inſti.de hær.quæ ab
inteſta.dictus Illuſt.D.Hermes ſecundus fuerit
filius Illuſt.Do.Hermetis primi, cum priuile-
gium prædictum procedat præmortuo patre,
filii, qui vult in eius locum ingredi, ut clarè
colligitur ex ſummario Angeli Aret.ſuper di-
cto §.cum filius,dicentis, quòd nepos ex filio
præmortuo ſuccedit ſimul cum alio filio viuen-
te,quia aſſumit locum patris ſui,& eſt aperta de
ciſio Salyceti in auth.poſt fratres,C.de leg.hæ-
redi. ubi vult quòd tunc demum filius intret
in locum patris,quando tẽpore mortis eius,de
cuius ſucceſſione tractatur, mortuus ſit pater,
in cuius locũ filius ingredi velit: igitur eo viuẽ
te,filius eius locum occupare non poteſt, ſequi
tur Dec.conſilio primo,colum.fi.conſi.87.co
lum.pen.& conſilio 412.nu.4. & eſt pulcherri-
mus textus in l.3.§.ex contrario,ff.de acqu.poſ
ſeſſio.dicens [contra naturam quippe eſt,ut cũ
aliquid ego teneam,tu quoque id tenere videa

ris

riſ:& non magis eadem poſſeſſio apud duos eſſe
poteſt,quam vt tu ſtare videaris in eodem lo-
co,in quo ego ſto,vel in quo ſedeo,tu ſedere vi
dearis ] meritò patet ex verbis teſtamenti non
eſſe vocatum Illuſtrem D. Hermetem ſecundũ
in partem Illuſt. D. Alexandri,quia non fuit fi-
lius Illuſt. D. Hermetis primi propriè,vel ex pri
uilegio legis tempore,quo prædeceſſit Illuſt. D.
Alexandro, ſtante tunc in medio Illuſtre D. Ioã
ne:quare ſolùs remanſit ſucceſſor in ea parte Il
luſt. Dominus Anibal filius teſtatoris, & frater
Illuſt. D. Alexandri,ſublatis ante de medio Illu
ſtribus D. Antonio, Galeatio, & Ioãne prędicto.
24 † Et hæc concluſio tanto magis de plano pro-
cedit,quòd ſumus in caſu,de quo teſtator oihil
prouidit,ut in caſu quoque ſuo perpendit An-
cha.in dicto conſil.356.& in alio. ſequitur Dec.
conſi.218.nu.11.& conſi.291.nu.7.Bello. con-
ſi.41.nu.4.& 5.nam,ut dicunt, quando contin-
git caſus præter ordinationem teſtatoris,oõ cõ-
prehenditur,etiam quòd maiot ratio in uno ca-
ſu ſit,quàm in alio.citant omnes Cynum in l.
25 quod fauore,C.de legi. † cuius deciſionis eſt
ratio,nam quod teſtator non loquitur,nõ præ-
ſumitur velle. Bal.in l.1.§.ſi autem ad deficien
tis,C.de cad.tol.per illum tex. Dec.conſi.63.co-
lum.2.& conſil.89.num.11.Pariſ.conſil.3.nu.8.
& conſi.39.nu.3.vol.3.imo nõ ſufficit dicere ita
teſtatorẽ uoluiſſe,niſi eius voluntas tranſiuerit
in diſpoſitionem.Bal.in l. quidam cum filium.
ff.de hæred.inſtit. Dec.conſil. 61.col.2.conſilio
186.col.2.conſi.205.nu.5.conſi.477.In fi.& con
26 ſi.696.nu.19.Iaſ.conſi.218.col.3.uol.2. † Pariſ.
conſi.87.nu.18.uol.2.ubi dicit hanc eſſe com-
munem.Hinc & Bal.in l.cum proponebatur,op
po.ſecunda,ff.de leg.2.dicit illud, quod omitti-
tur à teſtatore in ſcriptura & prolatione uerbo-
rum diſpoſitiua,haberi pro omiſſo, nec in caſu
per teſtatorem omiſſo præſumi adeſſe tacitam
eius voluntatem,ſcribit idem Bal.conſi.167.col.
2.vol.5.ſeqnitur Rol.à Valle conſi.56.col.3. uo
27 lum.2.& plenius Neuizan.conſi.31.nu.20. † ad
dens illam uulgatam regulam,quòd in ſubſtitu
tionibus dici poteſt,hoc non dicit ſubſtitutio ,
de qua Soc.conſi.62 nu.7.uol.3.Rube.conſi.28.
nu.1.& prior eis Ioan.Andr.in addi.Spec.titul.
de teſta.§.1.ver.occurrit.ſequitur Soc.iun.con-
ſil.202.nu.23.uol.1.Crauc.cõſi.141.nu.16.unde
28 Caſtr.cõſi.152.pſens dubiũ,vol.1. † bene dixit,
qnod quando verba teſtatoris nullo modo ada
ptari poſſunt ad voum ſenſum , non debemus
illum capere,poſito quòd præſumptio ſit apud
nos teſtatorem illum voluiſſe,at hæc verificatur
in caſu ooſtro:nam Illuſt.D.Hermes ſecundus
tempore,quo prædeceſſit Illuſt.D. Hermes pri-
mus Illnſtri Do.Alexandro non fuit filius dicti
Hermetis primi,ſed eius filius erat Illuſt. D. Ioã
nes tunc uiuens,meritò poſtea decedente dicto
D. Alexandro non debet ipſe D.Hermes ſecun
dus admitti præter ordinationem teſtatoris hoc
caſu contingentem, & caſum ab eo prætermiſ-
ſum,& hoc fundamentum(meo iudicio) multũ
29 ſtriugit. † Secundò confirmatur hęc concluſio
pro Illuſt. D. Anibale per alia verba teſtatoris
dicentis, intelligẽdo ſemper in quacunque par
te præſentis teſtamenti,dum dicitur de maſcu-
lis, De maſculis deſcendentibus per lineam ma-
ſculinam:& quod intelligãtur uocati in ſtirpes,
& non in capita,& ſecundum prærogatiuam, &
ordinẽ graduum , & ordinem ſucceſſionis,ut ſu
pra:cum enim vocauerit maſculos ſecundum
prærogatiuam & ordinem graduum,illa uerba
geminata demonſtrare uidentur exploraram &
præciſam uoluntatem teſtatoris , ꝙ proximior
in gradu prius admittatur . pro quibus uerbis
eſt textus in auth. defuncto. C.ad Tertullia. ibi
[Salua ſui gradus prærogatiua]unde Gaſtr. ibi
dicit eſſe textum contra illos,qui dicebant , ꝙ
ſicut filius intrat In locum patris in hæreditate
aſcendentium,ita auus intrat in locum filii in
hæreditate deſcendentium,nam ſecundum Ca
ſtren.eſt contra illũ textũ: ſic.n.manifeſtè vult
Caſtrenſ.quod ſtantibus illis uerbis,ſalua gra-
dus prærogatiua,vna perſona in locum alterius
non ſubrogetur ,quare fortius ubi geminata
ſunt , ut in caſu noſtro,& in ſuo pariter conſide
rat Dec.conſil.1.nume. 6. & pulchrius conſilio
408.In prin.nbi nult Anibalem quendam filiũ
teſtatoris præferri nepotibus ſuis : quare tanto
magis Illuſt. D. Anibal præferri debet Illuſt. D.
Hermeti ſuo pronepoti.& idem tenet Durantes
de arte teſtan.caut.27.lib.5.colum.2.Cur. iun.
30 conſi.144.nu.9. † & fuſius Pariſ.conſil.40. nu.
19.cum ſequen.uolom.2.ubi dicit quòd conſi-
derando pręrogatiuam gradus,uidetur teſtator
ſucceſſionem fideicommiſſi limitaſſe ad certum
gradum limitatum,nt per Alex.cooſi.82.uolu.
1.& Dec.conſi.221.colum.3.uer.ulterius etiam.
nec iſto caſu,dicit Pariſ.cum eo,qui procedit in
gradu, admittuntur filii præmortuorum,ut per
Bar.& Soci.in l.ſi cognatis,oume.31.& ſequen.
31 ff.de reb.dub.cum aliis per eum. † Nec obſtat,
ut ex aduerſo dicitur,expreſſa uoluntas teſtato
ris uocantis filios prædefunctorum ad ſucceſſio
nem filii decedentis ſine filiis cum filiis ſuperſti
tibus ipſios teſtatoris:quo ſtante fundamentũ,
de quo ſupra,non procedit,ut per Pariſ. conſil.
38.nolum.2.quia miſſo quòd ille non loquitur
in terminis,quando teſtator cõſiderauit expreſ-
ſe prærogatiuam gradoum , dico quòd teſtator
uocauit filios prædefunctorum tunc , ideſt eos,
qui eſſent filii tantum eo tempore,quo illi præ
cederent,qualis non fuit Illuſt. D. Hermes ſecũ
dus reſpectu Illuſt. D. Hermetis primi prędefun
cti, ut ſuperius in primo fundamento concluſi:
32 & propterea corruit obiectum prædictũ. † Nec
gradus prærogatiua conſiderata tantum fuit in
ter filios nepotes & vlteriores filiorum teſtato-
ris prædeſuoctorum ſimul concurrentium , ſed
ẽt qñ unus filius teſtatoris , & filii,uel nepotes
ant pronepotes alterius filii teſtatoris prædefun
cti concurrerent,ut in caſu noſtro : ſic enim cõ
ſiderant hanc gradus prærogatiuam à teſtatore
expreſſam Dec.in dicto cooſi.1.conſi.408. Du-
rant.in dicta caut.17.Cur.iun.in d.conſi.154. &
33 Patiſ.in dicto conſ.40. † & in ſpecie confirmãt
illa

illa uerba teſtamenti, intelligẽdo ſemper in qua
cunque parte teſtamenti: quæ uerba uniuerſa-
lia nullam partem illius excludunt, l. Iulianus.
ff. de leg. 3. l. omnia, cum ibi not. ff. ſi certum pe.
ꝑ Dec. Do. meum Rimi. & alios, Cra. conſ. 294.
nume. 1. & conſi. 308. nume. 5. & ſic etiam conſi-
derauit prærogatiuam gradus, quæ verè ſubſi-
ſtit inter filios teſtatoris, & filios, nepoteſque al-
terius filii teſtatoris præmortui, qui verè ſunt in
ſecundo vel tertio gradu iuncti teſtatori, licet
ex priuilegio legis in locum patris ſubintrẽt, ut
declarat Guil. Benedi. in c. Raynutius, in ver. &
vxorem, deciſ. 5. nu. 66. de teſta. voluit enim ex
prærogatiua gradus per eum expreſſa teſtator
impedire dictũ introitum filii in locum patris,
ut poſt Caſt. in dicta auth. defuncto, dicũt Dec.
34 & ſequaces in locis ſupra citatis † Tertiò conſi
dero, quòd Illuſt. D. Hermes ſecundus, qui præ
rendit concurrere poſſe cum Illuſt. D. Anibale
in parte Illuſt. Do. Alexandri tempore conditi
teſtamẽti de anno 1501. & ſic iam per annos 71.
neque natus erat neque conceptus, quia longè
iunior eſt, ut aſpectu patet, & ex ſententia Me-
diolani promulgata de anno 1534. in qua dici-
tur infans: meritò non comprehenditur ſub ſub
ſtitutione, in qua teſtator vocauit prædefuncti,
ſeu prædefunctorum filiorum ſuorum filios ma
35 ſculos, † quia ſub nomine filiorum, non compre
henduntur nepotes, qui non erant in rerum na
tura tempore teſtamenti, nec tempore mortis te
ſtatoris, ſicut in ſimili de ſubſtitutione facta de
liberis concludit Alex. conſi. 184. uiſo themate
dicti Silueſtri, uol. 2. vbi dicit quòd talis ſubſti-
tutio non intelligitur de liberis, qui nõ erant tẽ
pore teſtamenti, nec tempore mortis teſtatoris,
per ea quæ habentur in l. ſi cognatis, ff. de rebus
dub. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff de le-
ga. 2. & ibi dicit hoc etiam procedere, ſi condi-
tio collata ſit in incertum euentum futurum,
36 ut not. in iuribus præallegatis. † Et hanc opi.
tenet in terminis noſtris Dec. conſi. 1. colum.
fi. & plenius conſi. 95. col. 4 poſt Ang. conſi. 38.
Romanum conſi. 231. & ibi concordantes addu-
cit Horatius Mandoſius Romanus, & poſt alios
qui conſuluerunt Florentiæ, quales fuerunt D.
Saluſtius de Peruſio, Marian. Soc. Andræ. Sicu.
Aret. & alii, de quibus habetur in ultimo conſi
37 lio Mariani primæ partis. † Et licet Alexand.
conſi. 26. ad fi. volum. 3. poſt Ioan. And. in addi.
Specul. in rubr. de teſta. colum. 3. uerſi. item Lã
bertinus. Dec. conſ. 299. nu. 8. quod eſt deciſiuũ;
Soc. conſi. 86. colum. 6. volum. 3. & in d. l. ſi co-
gnatis, not. 4. Soc. iun. conſi. 126. nume. 53. uolu.
tertio, & Cephal. conſi. 199. nu. 25. contrarium
teneant uolentes ſatis eſſe nepotes, aut prone-
potes eſſe natos tempore purificatæ conditio-
nis, prout erat Illuſt. D. Hermes ſecundus, quan
do deceſſit Illuſt. Dominus Alexãder ſine filiis,
38 ut in ſententia prædicta dicitur. † Attamen ad-
huc non poteſt concurrere cum Illuſt. Domino
Anibale ſtante pulchra diſtinctione Cur. iun. in
propoſito, quam ponit conſi. 57. nu. 12. ubi dicit
præſuppoſita ſecunda opi. pro uera, ſi tamen cõ
tingat quòd tempore purificatæ conditionis fi-
deicommiſſi, reperiantur aliqui, qui erant con-
cepti & nati uiuo teſtatore, & alii concepti & na
ti poſt mortem teſtatoris, prius admitti debent
illi qui erant nati uiuo teſtatore, idemque re-
39 petit Cur. iun. conſi. 58. colu. ſecunda, † & utro-
bique confirmat uiua ratione, quæ ſola potens
eſt ad deciſionem cauſarum, l. ſcire oportet, §.
ſufficit, ff. de excuſ. tuto. nam ratio legis, l. ſi co-
gnatis. qua nati uel concepti admittuntur, alij
uerò nequaquam ex mente omniũ eſt, quia qui
nati ſunt aut concepti uiuo teſtatore, cenſentur
ab ipſo magis dilecti, tamquam cogniti. dato igi
tur quod in diſpoſitione conditionali uenirent
etiam nati poſt mortem teſtatoris, licet incogni-
ti, tamen negari non poteſt quin nati viuo teſta
tore & cogniti dicantur magis dilecti, quàm
40 concepti & nati poſt mortem teſtatoris: † ergo
ſuccedit alia uera uera concluſio quòd ad fidei-
commiſſum prius admittuntur magis dilecti à
teſtatore, quàm minus dilecti, d. l. cum ita, §. in
fideicommiſſo, quam ineuitabilem dicit Curt.
iun. ubi ad fideicommiſſum prius uocantur no
minati, quàm non nominati: cuius rei nulla alia
ratio poteſt aſſignari, niſi quia nominati cẽſen-
tur magis dilecti: ergo & ſic in propoſito noſtro
dicere debemus, ꝙ prius admitti debeant nati
& concepti uiuo teſtatore, tanquam magis di-
lecti, quam concepti & nati poſt mortem te-
41 ſtatoris, tanquam minus dilecti. † Et licet
Cur. Iun. dicat quòd non inuenit doctorem ſic
in ſpecie declarantem, mihi tamen uidetur ita
uoluiſſe Lambertinus de Ramponibus, relatus
à Ioanne Andræa in addi. Specul. loco citato,
quatenus dixit filios poſtea natos non ad-
mitti cum prius natis, quia non erant in rerum
natura, ut per eum quaſi minus dilectos eſſe ſen
ſerit eos, quam natos. & eum ſequitur Rui. con
ſi. 2. nu. 9. vol. 1. At in propoſito noſtro quando
teſtator fecit teſtamentum de dicto anno 1501.
ex Illuſt. D. Anibale eius filio natus erat Illuſt.
D. Hercules adhuc uiuens & valde ſenex, & Il-
luſtr. Dominus Conſtantius eius frater & natu
maior iam pluribus annis uita functus. Et poſi-
to ꝙ eo tempore nondum eſſent nati dicti fra-
tres, fateri ſaltem oportet, ꝙ nati fuerint tempo
re codicillorum factorum de anno 1506. in qui
bus, quibuſdam additis, teſtamentũ cõfirmauit
in omnibus & per omnia, ut in eis continetur,
meritò ſubſtitutio facta filio decedenti ſine fi-
liis maſculis, quandocunque, de ſuperuiuẽte &
prædefuncti filiis maſculis, eſt intelligendá de
filiis prædefuncti filii ſui cõcepti, & natis uiuen
te teſtatore, nõ ãt de natis, & cõceptis poſt eius
mortẽ, & ſic Illuſ. D. Hercules & Cõſtãtius præ
ferẽdi ſunt, ueluti tẽpore teſtamẽti uel codicil-
lorum, ſicque uiuente teſtatore nati dicto Illu-
ſtri D. Hermeti ſecundo dudum poſtea genito:
& hoc eſt inſuper irrefragabile fundamentum
42 præter alia duo ſuperius deducta. † Ex quib.
ergo procliuior in hanc partẽ deſcendo, contra
riis non attentis, quibus in hunc modum reſpõ
deo. & in primis ad illud, ꝙ prouiſio teſtatoris
facta

acta de filiis eos inſtituendo, porrigitur ad ne-
potes; & alios vlteriores, dico id nequaquam
procedere, quando fit mentio de filiis cum ali-
qua certa qualitate, quæ non reperitur in nepo
pote: tunc enim appellatione filiorum non cō-
tinentur nepotes, ut declarat Bar. in d.l. libero-
rum, nume.5. in fine per l.fi C.de natur.lib. in-
ducendo ut per eum. idemque tenet Card. in c.
2. de uerbo. ſigni. Anch. in c.1. de bapti. Bal. in l.
Gallus, §. inſtituens, col. fi. ff. de libe. & poſthu.
Portius in §. fina. Inſti. qui teſt. tut. Alex. conſil.
4. columna ſecunda, uolumine quarto. Callane.
conſilio 13. columna penultima. Rube. conſi-
lio 22. in fi. Corn. conſi. 234. columna finali, uo-
lumine quarto. Soc. in l. cum auus, columna 58.
verſiculo primus caſus, ff. de condi. & demonſt.
Marſil. ſingula. 303. Zaſ. conſilio 7. volumine
1. Anton. Gabriel. Roman. qui prædictos & Bru
num allegat lib.6. de verb. ſigni. conclu.1. num.
58. at in caſu noſtro teſtator ſubſtituit prædefun
cti tunc filios, qualis non erat Illuſt. D. Hermes
ſecundus Illuſt. D. Hermetis primi, ſed erat Illu
ſtriſſ. D. Ioannes qui poſtea prædeceſſit D. Ale
xandro, & ſic appellatio filii fuit expreſſa cum
qualitate non conueniēte Illuſtr. D. Hermeti ſe
cundo nepoti, non autem filio D. Hermetis pri
mi, merito D. Hermes ſecundus non poteſt ap-
43 pellatione filiorum contineri. † Secundò re-
ſpondetur quod in fideicommiſſis, quæ ſcripto
hæredi iniunguntur, appellatione filiorum non
ueniunt nepotes, quia quamuis reſpectu filiorū
agatur de eorū vtilitate, & ſic uideatur hoc eis
fauorabile, tamen reſpectu hæredis grauati eſt
onus, & ideo poteſt hæres dicere non ſum gra-
uatus hoc caſu. probatur hæc cōcluſio per l. qđ
ſi nepotes. reſpon. peu. ff. de teſtam. tut. & §. fi.
Inſti. qui teſt. tut. vbi tutor filiis datus, non cen-
ſetur datus nepotibus, quia licet hoc ſit fauora-
bile nepotibus, tamē eſt onus reſpectu tutoris.
44 & hoc ſatis ſenſit Barto. in d.l. liberorum. † &
tali caſu quòd non ueniant appellatione filio-
rum nepotes, conſuluit Bal. conſilio 357. volu-
mine quarto. Roman. conſilio 438. in ultimo du
bio, quo loco pariter Horatius Mandoſius alios
concordantes adducit, ubi tandem concludit
vno uerbo ueram eſſe o[illegible] l. quòd nunquam ap-
pellatione filiorum ueniunt nepotes, niſi de mē
te loquentis aliter appareat. quæ concluſio quā
lata ſit, facilè patet: nos autem non diſcedentes
à propoſita materia fideicommiſſorum poſſu-
45 mus eam firmare poſt Bal. & Roma. † aucto-
ritate Soc. 104. in prin. uolumine quarto, ubi de
communi teſtatur, & ſecundum hanc opi. etiā
latè conſuluit Alex. conſilio primo, uolumine
primo, & conſilio 56. uolumine quinto. idem-
que Corn. conſilio 190. uolumine ſecundo, ubi
dicit multos doctores Italiæ conſuluiſſe, & ſecū
dum hanc opinionem fuiſſe iudicatum: idem-
que tenuit Dec. cōſ. 91. ubi dicit quòd hæc opi.
46 in hoc caſu non hēt contradicentem. † Et
huic concluſioni famulatur quod nouiter in-
quit Cephal. conſilio 107. nu. 17. quòd appella
tione filiorum non ueniunt nepotes in fideicō-
miſſis, ſi agatur de inducendo fideicommiſſum,
prout in caſu ſuo & noſtro: ſecus ſi ageretur
47 de eo remouendo, & excludendo. † Et licet
aliqui contradicant huic concluſioni, uelut A-
lexand. conſilio 26. uolumine tertio, & conſilio
37. uolumine ſexto, tamen loquitur in aliis ter
minis, uidelicet in ſubſtitutione directa; quæ
nemini oneroſa eſt; non in fideicommiſſo,
quod eſt onus. l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de uul
ga. & pupilla. item loquitur quando extranei
eſſent onerati erga nepotes, non quando ip-
ſimet filii teſtatoris, quia non tam facilè capi-
tur interpretatio contra ipſos. ita reſpondet
& concluſionem, de qua ſup. tenet Alciat re-
48 ſponſo 479. nu. 34. † & ſecundum prædicta
doctrina Bartoli in dicta l. liberorum, numero
quinto de qua ſupra non procedit in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria, ſed directa, prout in
uulgari uerè loquitur textus in d.l. Lucius, quo
mouetur. ibi [ſi mihi Titius hæres eſſe noluerit,
aut prius morietur quam meam hæreditatem
adierit, Stichus & Pamphilus ſerui mei liberi &
hæredes mihi æquis partibus ſunto] quæ uer-
ba denotant ſubſtitutionem directam, l. uerbis
ciuilibus, & per illum textum notant Bartol. &
49 omnes in l. centurio. ff. de uulga & pupil. † Nec
quicquam facit quod ego dicebam de ſubſtitu
tione reciproca, & ob id fauorabili, quia reſpō
det ad hoc Alba conſilio 29. numero 12. quòd
cum reciproca ſubſtitutio contineat etiam fidei
commiſſariam. Bartol. in l. Lucius, colum. pen.
uerſic. quæro utrum ſubſtitutio, ff. de uulgar. &
pupill. Dec. conſilio 86. in princ. & conſilio 218.
columna ſecunda, & fideicommiſſaria ſit onus.
d. §. cum filiæ. ſequitur appellatione filiorum mi
nimè deſcendentes comprehendi debere, etiā
quòd aliquo reſpectu diſpoſitio ſit fauorabilis,
ut per Dec. conſilio 95. columna tertia, & quar-
ta, conſilio 218. columna tertia, & quarta. & in
ſubſtitutione reciproca idem Dec. conſ. 465. nu
mero 20. poſt Caſtr. conſilio 38. dubium facit.
50 in antiquis. † Et ad Bal. conſi. 303. uol. 2. dicen
tem, quòd ex communi uſu loquendi homines
intelliguntur nomine filiorum omnes deſcen
dentes uocare: uereor ne ſecus dici debeat ex
ſententia Connani in ſuis commentar. iuris ciui
lis libro decimo, capitulo primo, columna quin
ta, ubi dicit credendum eſſe filiorum nomen
iis tantum aſcriptum, quos genuimus, neque
nepotes, pronepoteſve comprehendere: idque
ex cōmuni uſu hominum colligitur, qui filios,
filios: nepotes, nepotes ſuo quemque noīe ſolēt
appellare, q̃ ſi omnes iſtos eodem uerbo uelint
cōplecti, liberos nūcupant, qua appellatione de
ſignare uidentur ſuos omnes, quicunque ſerui
non ſunt. allegat l. ſi quis, cū ſequen. ff. de teſta.
tut. ubi ſcribit Vlpianus, ſi quis filiabus uel filiis
tutores dederit, & poſthumis dediſſe ur. Quòd
ſi nepotes ſint, ipſis quoque dediſſe ur, ſi modò
liberos dixit. Cæterū ſi filios nō cōtinebuntur.
aliter. n. filii, aliter nepotes appellantur. quæ rō,
quā Vlpianus affert, ſatis oſtēdit hoc totū ſum-
ptū eſſe à cōſuetudine patrū familias, qui filios

& nepotes diſtinguunt appellationibus, quare patet in hoc Baldo deferendum non eſ-
51 ſe. † Ad aliud uerò de diſpoſitione collata in futurum euentum, quo caſu ueniunt appellatione filiorum nepotes, & ulteriores, dico id eſſe uerum nullis natis ſiue conceptis uiuente teſtatore: aliàs ſecus, ſi aliqui nepotes erant nati uel concepti tunc, ut
52 in tertio fundamento deduxi. † Secundò reſpondet & huic obiecto ſubtiliter Alciat. in alle gato ſuo reſpon. 479. nume. 34. q illud procedit in ſubſtitutione directa, prout loquitur tex. in d. l. Lucius, il ſecondo, non autem in fideicommiſſo, & in caſu Decii dicto conſi. 95. uerba reſpiciebant futurum euentum, & tamen conſuluit nepotes non admitti, ſeque ſentit inſuper Alexand. in dicto conſilio primo, & expreſſius Roma. in dicto conſilio 438. in fine, & Bal. in dicto §. inſtituens, per illum textum: loquitur enim quando filius naſciturus inſtituebatur in euentum conditionis, & tamen non comprehēditur nepos nec Alexander in dicto conſilio 37. uolu. 6. loquitur quando grauarentur filii teſtatoris ad tale fideicommiſſum, ſicut eſt quæſtio noſtra, quare ceſſat obiectum rationibus prædictis. Et in quantum conſiderabam uerbum, liberis, in codicillis poſitum circa relationem ſubſtitutionis in teſtamento factæ, per quod uerbum liberis, dicebam uerbum, filiis in teſtamento poſitum non ſtrictè pro filiis, ſed largè pro
53 nepotibus, & aliis etiam ſumendum fore. † Primò dici poteſt quod ex quo ſcriptura teſtamēti reperitur aliter loqui, uidelicet de filiis, non autem de liberis, mens illa teſtatoris non debet attendi, uelut erronea, ut tradit Alexan. conſilio nono ponderatis. col. finali, numero quinto, Card. conſi. 11. col. 1. Dec. in authentica ſi quis in aliquo. in fi. C de eden. conſi. 63. ſecundo dubio, & conſilio 350. columna tertia, in l. edita, numero 86. C. de eden. & in l. pen. num. 2. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. Secundò dico quòd in eiſdem codicillis quibuſdam de nouo prouiſis, dixit dictum eius teſtamentum confirmando, & illi nullatenus derogando, ſed illi inhærendo: ergo dici non poteſt, quòd mētionem filiorum qualificatam & reſtrictam per dictionem, tunc, ut in primo fundamento deduxi, uoluerit
54 dilatare, † quia in claris non eſt opus coniecturis, l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligationibus. Et hinc tollitur etiam quod dicebatur de fauore agnationis & familię, quia procederet alio non apparente in contrarium, ut hic: ubi licet reſpexerit ad agnationē & familiam, id tamen eſſe uoluit, ſeruata graduum prerogatiua, non autem ſimpliciter, ut in ſecundo fundamento deduxi. Ad tertium & ultimum, quòd in ſucceſſione teſtatoris aui, uel proaui filius intrat in locum patris, reſpōdetur ex poſitis in ſecundo & tertio fundamento, de graduum prærogatiua, & defectu natiuitatis tempore mortis teſtatoris, quæ cum uideri poſſint non repeto. Et ita in hac controuerſia reſpondi: quod cum intellexiſſet Illuſt. Do. Hermes ſecundus & iuridicè & nobiliter agens liti futuræ ceſſit, & opinioni meæ acquieuit.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Reuerendiſſimo Do. Abbate S. Benedicti.

### ARGVMENTVM.

De iure decimandi quædam pulchra.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba enunciatiua probant in antiquis.*
*Maximè quando ſunt plurium inſtrumentorum. 2.*
*Quæ a diuerſis perſonis originem habuerunt. 3.*
4 *Antiquitas proxima Deo.*
5 *Epiſcopus poteſt dare priuilegium monacis de non ſoluendis decimis.*
*Quod declaratur quando procedat. 6.*
6 *Solennitates requiſitæ, propter antiquitatem temporis præſumuntur interueniſſe.*
7 *Papa in beneficialibus plenam & liberam habet poteſtatem.*
8 *Liberè uerbum, quid ſignificet.*
9 *Plenè uerbum, quid denotet.*
*Et uerbo liberè æquipollet. 10.*
11 *Epiſcopus factum præceſſoris quando ratum habere debeat.*
12 *Inferior non poteſt apponere manum circa factum ſui ſuperioris.*
13 *Opponi non poteſt de iure tertij.*
14 *Præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium non operatur, data incapacitate perſonæ.*
*Si titulus non allegetur. 16.*
15 *Laicus ſi per annos mille exercuiſſet ſe pro ſacerdote non ſit ſacerdos.*

### CONSILIVM LXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

PRODPONVNTVR iam quingentis annis Reuerendiſſimum Epiſcopum Ferrariæ Griffum conceſſiſſe decimas totius fundi Mizzanæ Reuerendis monacis Sancti Saluatoris, nunc Sancti Benedicti, cuius conceſſionis occaſione Reuerendiſſimus Dominus Abbas dicti monaſterii petiit a me quod ſuper ea breuiter ei ſententiam meam explicare uellem, cuius honeſto deſiderio reſpondens, dico quòd licet dictæ conceſſionis priuilegiū nō appareat
ex

ex quo tamen illud relatum reperitur in plu-
ribus inſtrumentis, priuilegiis, ſiue bullis
authenticis diuerſorum ſummorum Pontificũ,
iam per annos 400.& vltra dictis monacis con-
1 ceſſis, ſatis eſſe debet: † quoniam eorum, vel
earum verbis enunciatiuis propter antiquitatẽ
temporis eſt ſtandum & credendum, vt per Bu-
tri. in c. fina. de ſucce. ab inteſt. Alexan. conſilio
6. colum. fina. volum. 1.& conſilio 90. col. 3. vol.
6. Iaſ. & Dec. in l. ex his, limit. 4. C. de teſta. mili.
Abb. in c. ſuper eo. 1. not. de parroc. Io. Andr. in
reg. ſine culpa, de reg. iur. in mercurialibus. latè
Iaſ. conſi. 65. volum. 3. Natta conſi. 283. num. 8.
& conſi. 628. col. 2. Ceph. conſi. 90. nu. 24. Franc.
2 Marci. q. 208. prima par. † Tantoque magis quod
ſunt verba plurium inſtrumentorum; quo ſtan-
te plenè probant, etiam in præiudicium tertii:
habent enim vim probationis famæ, quæ plenè
probat in antiquis, licet agatur de graui præiu-
dicio. ita Bal. Saly. & Caſtr. in l. cum aliquis. C.
de iure delib. Aret. conſi. 42. col. 1. uerſic. tertiò
per rationem. Soc. conſi. 86. col. 1. volum. 1. Cur.
conſi. 77. col. 2. Dec. conſi. 11. col. 6. verſi. ad hoc
fundamentum, cum ſimil. per Craue. in tract. de
3 antiq. temp. prima parte, nume. 74. † & quòd
iſta plura inſtrumenta habuerunt originem à
diuerſis perſonis, non autem ab una tantum, ut
per Aret. in c. cum cauſam, de prob. Soc. conſi.
194. col. fi. uerſi. ſed ad primum, volumi. 1. Cra-
ue. loco citato, nec mira uideri debet antiquita
tis probatio, duplici ratione: prima, quam ponit
Abb. in dicto capitulo. ſuper eo. & refert Nat-
ta dicto conſil. 283. quoniam in factis antiquis
non poteſt haberi probatio neceſſariò conclu-
4 dens, ideo recipitur præſumptiua. † Altera eſt
quam ex bonis literis deſumo poſt Connanum
in ſuis commentar. iuris ciuil. libro primo, cap.
nono, columna ſecunda, quarum auctores anti-
quitatem proximè ad Deum accedere uulgo ar
bitrantur, adeo ſola eius effigies videtur eſſe ue
neranda: ueneratio autem omnis, atque admira
tio ipſa per ſe conciliatrix eſt animorum; ideoq;
que Latinis antiquum uocatur, quod charum
eſt, quia antiqua omnia & admiramur, & ama-
mus: quos autem amamus, iis libenter paremus
& fidem adhibemus, igitur (ut domum redeam)
in dicto priuilegio Griffi relato Reuerendiſſi.
Abbas, & eius monaci fundatam intentionem
habere dicuntur ſuper decimis totius fundi Mi
rapæ conſequendis à laicis ibi bona poſſidenti-
5 bus. † Nam quemadmodũ poteſt Epiſcopus
dare priuilegium monacis de non ſoluendis de
cimis epiſcopalibus, & ſic ipſi debitis in ſua dio
ceſi. c. quia circa. c. ex ore, de priuil. Specul. in ti
tulo de diſpen. §. nunc de epiſcoporum, uerſic.
52. & Ioan. de Selua in tract. de benefi. quæſtio
ne ſeptima, numero 143. ſic etiam poteſt de
cimas ſibi debitas in ſua dioceſi alteri ſoluen
das concedere, cum ſic uno caſu, quem-
admodum in alio ſe illis priuet, nec eas
conſequatur, & ita militat eadem ratio, igi-
tur & idem ius. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio,
6 ff. de uerborum obligatio. † Et licet iſta pro-
bant, quando conceſſio facta fuerit per Epiſco-
pum ſecundum canonicas ſanctiones, hoc eſt
cum conſenſu capituli, ut legitur & notatur in
dicto capitulo, quia circa. tamen iſta ſolenni
tas capituli, ſicut & aliæ requiſitæ, propter anti
quitatem temporis præſumunt interueniſſe, ca
pitulo, peruenit. ubi glo. de empt. & uend. An-
char. conſilio 135. ex conſiliis, ubi dicit quòd ex
curſu 30. annorum tollitur omne uitium, & om
nis defectus, qui allegari poſſit in contractu ec-
cleſiæ. idemque tradit Alexand. conſilio 79. co-
lumna tertia, uolumine primo. conſilio 46. uo
lumine tertio, in fine. Aret. conſilio 36. colum-
na ſecunda. Marian. conſilio 15. columna penul
tima. Soc. conſilio 266. columna 15. Dec. conſil.
36. conſilio 341. numero 13. conſilio 409. in prin
cipio, ubi poſt alios concludit, quòd ſolennitas
conſenſus capituli, tractatus, & aliæ ſolennita
tes requiſitæ in alienationibus rerum eccle-
ſiæ, propter diuturnitatem temporis præſu-
muntur interueniſſe. ſequitur Gozad. conſilio
undecimo, numero undecimo. Dominus meus
Riminaldus conſilio 16. numero duodecimo.
conſilio 343. & conſilio 528. numero 47. Grat.
reſpon. 142. numero 15. & 16. uolumine ſecun-
do, de qua re fuſius ponit Gabriel. Roman. li-
bro primo, de præſumptio. concluſione pri-
ma, & in ea quaſdam limitationes cumulat. ple
na deciſio Pedemont. 173. quæ cum caſum no-
ſtrum non offendant, eas miſſas facio. Et ad
intentionem Reuerendiſſ. Abbatis & monaco-
rum magis augendam deſcendo: iuſtificatur e-
nim, quòd per uarios ſummos Pontifices eiſ-
dem confirmata fuit, ſeu denuò conceſſa dicta
decima cum pluribus aliis in eorum bullis cur-
7 ſu multorum temporum, † quos ſummos Pon
tifices conſtat in beneficialibus habere liberam
poteſtatem, Butri. in capitulo, conſtiturus, de re
lig. dom. Hiero. Gigas in tracta. de penſ. eccleſ.
quæſtione decimaquinta, numero ſexto, & Io-
an. Lup. in tracta. de lib. eccleſ. quæſtione deci-
matertia, per tex. in clementina prima, ut lit.
penden. ubi Clemens Quintus dicit inter alia
[ ſalua tamen in præmiſſis omnibus Romani
Pontificis poteſtate, ad quem eccleſiarum,
perſonatuum, dignitatum, aliorumque be-
neficiorum eccleſiaſticorum plena & libera di-
ſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur
8 pertinere], † ex cuius uerbi, liberè, natura do
ctores uolunt, quòd Papa ſine alicuius conſen
ſu de his beneficialibus diſponere poſſit. c.
de multa. de præbend. capitulo, ſtatuimus. de
regul. & clementina ſecunda, de iure patro-
natus, alioquin non diceretur liberè de his di-
ſponere poſſe, ſi impedimentum aliquod pa-
teretur, uel pati poſſet, ut abundè ponit
Ruin. conſilio 318. columna tertia, uolumine
primo, motus ex not. per Bartol. in l. centu-
rio, ff. de uulgar. & pupilla. cum ſimilibus per
eum, quem ſequitur Rolandus à Valle conſi-
9 lio 62. numero 19. uolumine primo. † tanto-
que magis quòd uerba dicunt [ plena & libera
diſpoſitio] nam uerbũ plena, denotat quòd alii

nullum ius ſit reſeruatum, ut not. Hoſtienſ. in c. quoniam, de priuil. & Abb. in c. cum inter. de re iud. quorum primus inquit, quòd tūc eccleſia dr̄ ad aliquam pertinere pleno iure, quādo nullū ius ibi exercet Epiſcopus. Alter uerò quòd ſi Papa concedit alicui eccleſiā pleno iure, uidetur cōceſſiſſe omne ius epiſcopale, nihil Epiſcopo reſerua-
10 to. ſequitur Rui. loco citato, col. 1. † hæcq; duo verba, plena, & libera, quæ ſunt æquipollentia. Bar. in l. alio, ff. de ali. & cib. leg. Bal. in l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. cōl. pen. & probatur in l. fidei commiſſa. §. quamquam. ff. de legat. tertio. ſequitur Alex. conſi. 106. viſo ſummario, volum. 1. geminata tanto magis id operantur, l. Baliſta, ff. ad Treb. l. cum ſcimus. C. de agric & cenſ. libro 11. cum ibidem not. vtrobique per Bar. & alios ſcribentes, & in aliis locis communibus. Nec in prædicta decima ſic iam diu conceſſa dictis monacis Reuerendiſſ. Epiſcopus Ferrariæ quicquā iuris probabiliter prætendere poteſt, nam cum prædictis monacis conceſſa fuerit ob diuinum cultum & obſequium, quod præſtabant, & præſtant in dies, & ex cauſis, de quibus in dictis bul
11 lis, † debet ipſe Reuerendiſſ. D. Epiſcopus habere ratum factum illius ſui præceſſoris Griffi, tanquam bene inſtitutum, vt per Archid. in ca. deceſſorum, 15. q. 2. Ioan. Bertach. in tract. de epiſco. in 4. par. 4. libri, nu. 187. tantoque magis, cum dicta conceſſio per tot annos & ſummos Pontifices & approbata denuoque conceſſa fue
12 rit dictis monacis. † in eo namque quod factum eſt a ſummo Pontifice, inferior manum apponere non poteſt, c. cum in diſtribuendis, de temp. ordi. & quòd tali modo confirmatum fuit ab eis, per inferiorem reuocari non poteſt, vt not. Bar. in l. omnes populi, q. 15. verſic. iuxta prædicta quæro, ff. de iuſt. & iure. Bal. in l. ex placito, colum. 3. C. de rer. permu. Fel. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. col. 5. Dec. in ca. 1. nu. 3. de confir. vtil. uel inut. Et poſito quòd ſupponatur ab immemorabili tempore poſt dictam conceſſionē decimæ Mizzanæ factam dictis monacis per dictum Epiſcopum Griffum, eos ea nequaquam vſos fuiſſe, neque decimam collegiſſe in dicto
13 fundo Mizzanæ, † non per hæc audiri debet Reuerendiſſ. Epiſcopus id opponens, velut ius tertii deducens, hoc eſt eorum, qui ad ſolutionem dictæ decimæ tenentur: quoniam quis non admittitur ad opponendum de iure tertii excluſiui intentionis agentis, ita demum ſi uelit ille tertius, l. 2. ff. de exce. rei iud. Rui. conſil. 2. col. 1. & & 2. uol. 1. nec pariter audiri debent habitantes, ſiue bona poſſidentes in dicta uilla Mizzanæ, ſi forſan adducerent ſe libertatem præſcripſiſſe non ſoluendi decimas per dictum tempus, cuius initii memoria non exiſtit, quaſi quòd habeat uim conſtituti, l. hoc iure. §. ductus aquæ,
14 ff. de aqua quot. † quoniam nihil operatur data inhabilitate perſonæ, ut patet in ſpiritualibus, quales ſunt decimæ, quas laici præſcribere non poſſunt, etiam per dictum tempus, cum eas poſſidere non poſſint. c. cauſamque de præſ. & ibi Abb. & Fel. Ioan. Andr. & Io. Monac. in c. 2. de præb. in 6. Butri. in c. peruenit, col. 6. de cenſ. Bal. in l. omnes. in fi. C. de præſcr. 30. ann. Card. conſilio 88. & alii, quos cumulat Marſil. ſingul. 80. Marian. conſilio 86. col. fi. Alexand. conſilio 75. uiſis & ponderatis, columna tertia,
15 volum. 4. † ubi comprobat per dictum Bald. in l. 1. colum. 2. C. de eman. lib. dicentis, quòd ſi laicus per mille annos exercuiſſet officium ſacerdotis, non per hoc efficitur ſacerdos, quia eſt incapax. ſequitur Balb. in tracta. de præſc. in ſecundo requiſito, tertiæ par. prin. quæſtione 6. nume. 23. & in 7. q. quintæ partis principa. nu. 16. ubi citat præter alios Andræam Siculum cōſilio 35. columna ſeptima, uolu. ſecundo, dicentem quòd ſi poſſidens non eſt capax, licet per mille millia dierum poſſideret, non præſcriberet, nec acquireret ius in ea re, cuius eſt incapax. ſequitur Probus in additio. Ioannis Monaci in d. c. 2. de præb. in 6. nume. 7. † Hæcque concluſio de plano procedit, quando nitens libertate ſola, non allegat titulum, uel conceſſionem aliquam, prout iſti laici; quia ſola præſcriptio nihil eis opitulatur, ut per Salic. in l. competit. C. de præſ. 30. ann. Alexand. conſilio 30. quinto dubio. & Cur. iun. conſil. 60. numero 16. & demum Bald. loco citato, q. 7. Et hæc ſatis pro Reuerend. monacis, quorum D. Reuerendiſſimus Abb. à me ueritatem explorauit.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Reuerendiſſimo Do. Abbate S. Benedicti.

### ARGVMENTVM.

De tranſactione erronea reſcindenda pulchrè diſputatur.

### *SVMMARIVM*

1 *Tranſactio eccleſiæ quando valida.*
*Et idem. nu. 1. & 3.*
3 *Tractatus in alienatione rei eccleſiæ neceſſarij.*
*Et vnus modo ſolennis ſufficit. 4.*
*Exceptis monacis S. Benedicti, in quibus duo requiruntur ad minus.*
*Et in inſtrumentis ſeparatis fieri debent ad cautelam. 5.*
6 *Tranſactio debet habere iuſtam cauſam.*
7 *Alienatio rerum eccleſiæ debet habere cauſam neceſſitatis vel vtilitatis.*
*Et ſi in uendendo decipiatur eccleſia, nihilominus ualet contractus. 8.*
*Sed tamen eccleſiæ datur reſtitutio. 26.*
9 *Liberationis uerba ampla omnia continent.*
*Nec reſtringuntur.*
*Et ad incogitata referuntur. 10.*
*Niſi quis indebitè damnum pateretur. 30.*

Renun.

*11 Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*
*Fallit mutato ſtatu rerum. 12.*
*13. Transactio inualida partibus approbata, ualet in uim pacti.*
*Fallit ſi partes non potuerunt diſponere. 37.*
*14. Errans non obligatur, uelut non conſentiens.*
*15. Error qualiter probetur.*
*Nec nocet in facto proprio, ſi tractatur de damno uitando. 16.*
*17. Error conſenſui contrarius.*
*18. Cauſa finalis quae dicatur.*
*19. Tranſactio læſione retractatur.*
*Et qualis, diſtinguitur. 20.*
*21. Opi: diſtinguentis attendi debet.*
*22. Nemo præſumitur iactare ſuum.*
*23. Actus humani regulantur à poteſtate & uoluntate.*
*24. Aſſertioni monacorum nō creditur in præiudicium eccleſiæ.*
*Nec alterius, qui libere actum facere non poteſt. 25.*
*27. Reſtitutio datur eccleſiæ poſt quadriennium.*
*Et qua ratione. 28.*
*29. Clauſulæ acceſſoriæ non ampliant, neque alterant diſpoſitionem.*
*31. Diſpoſitio quælibet, intelligi debet rebus ſic ſtantibus.*
*32. Iuramentum roborat actum non tamen ſupplet conſenſum. 33.*
*34. Iuramentum non obligat cauſa deficiente, ob quam fuit factum.*
*Et continere debet tres comites, ueritatem, iudiciū, & iuſtitiam. 35.*
*36. Læſio enormiſſima uidetur à iuramento excepta.*
*38. Actus quando non ualet ut ualere poteſt.*
*39. Contractus Communitatis quæ requirat.*
*40. Eccleſia fungitur uice minoris.*
*41. Minoribus, mulieribus, & ruſticis læſis facilius ſuccurritur.*
*42. Error probatus nemini nocere debet.*
*43. Veritas, mater iuſtitiæ.*

## CONSILIVM LXXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

AD à ô luculenter, & doctè demonſtratum fuit per Excellentem quēdā uirū uirtute ſua potius, quàm nomine mihi notum, quod iura Reuerendiſſimi D. Abbatis, ſui, que monaſterii Sancti Benedicti ciuitatis Fauētiæ priſcis temporibus fuerint in territorio Fauentino inter flumen Allamonis, uiam de Foſſolo, prata Fauentina, iura Albarettæ, & id genus locorum, de quibus in ſua inſtructione multum compendioſa, & in planta eiuſque parte ſuperiore uerſus meridiem demonſtrando petias terrarum aſcendentes ad numerum tornaturarum 1301. & quòd in ea parte & confinibus conueniunt, & uerificantur, non autem in parte inferiore dictæ plantæ uerſus ſeptentrionem, ubi nullo pacto conuenire poſſunt. Quòd à me non eſt elaborandum in ea re magis dilucidanda, ſicut nec facibus ſol eſt illuſtrandus. Verum quia mihi fuit exhibitum quoddam tranſactionis inſtrumentum, celebratum de anno 1536. inter dictum monaſterium & communitatem Fauentiæ, in quo dicto monaſterio fuerunt aſſignatæ tornaturæ 52. cum dimidia pro omnibus prætenſis iuribus dicti monaſterii: uidendum eſt an dictum inſtrumentum uiribus ſubſiſtat, & illi monaſterium teneatur acquieſcere. Et prima conſideratione dicendum ui-
1 detur, quòd ſic: † quia facta fuit per Reuerēdiſſ. Abbatem cum licentia ac mandato monacorum, & diffinitorum capituli generalis congregationis dicti monaſterii, & ſic cum auctoritate ſuperiorum & ſubditorum ſuorum, quo caſu ualet, ut per Cardin. in ca. ſtatuimus, de tranſ. quem ſequitur Barba. in capit. primo, de rebus eccle. non alie. conſilio 14. columna ſecunda, uolumine ſecundo, & conſilio 40. columna quarta, eodem uolumine Caſtrenſ. conſilio 436. uerſiculo, item ex eodem, uolumine
2 primo. † talique caſu Feder. de Sen. conſilio 94. admittit tranſactionem ualere factam ſuper re immobili per eccleſiam, quæ res remanſerit penes aduerſarium aliquo dato eccleſiæ, prout hic fuit, nam maior numerus tornaturarum terrarum remanſit penes Fauentinos, & per dictos monacos fuit relaxatus dictæ Communitati, receptis tantum tornaturis 52. cum dimidia ſequitur Dec. conſilio 64. columna finali, & Rolandus à Valle conſilio 15. columna finali uolu-
3 mine primo. † Secundò quia tractatus interuenerunt aliàs neceſſarii in alienationibus rerum eccleſiæ, capit. cum apoſtolica, & capitulo, tua, & ibi not. Imol. de his quæ fiunt à præla. Alexand. conſilio 17. columna ſecunda, uolumine quarto. Bologni. conſilio 33. columna ſecunda, & Socin. conſilio 29. columna quinta, uolumine primo, ubi dicit poſt Ioannem And. in additio. Specul. in titulo de loca. §. ſecundo, uerſiculo, ſcias ſufficere duos tractatus in iſtis monacis nigris Sancti Benedicti. ſequitur Rolandus à Valle dicto conſilio 15. numero 10. & magis ſpecificè ponit Petrus Rebuff. in compendio aliena. rerum eccleſiæ, † ubi dicit quòd
4 licet ſufficiat unus tractatus, dum tamen ſit ſolemnis & diligens, cum ille textus loquatur in ſingulari. & in capitulo primo, de rebus eccl. non alie. in ſexto, & in capitulo, tua, de his quæ fiunt à prælat. ubi dicit Abb. Doctores ſic communiter tenere. Tamen fallit in monacis Sancti Benedicti, qui tractatus duorum dierum ad minus facere debent, ut patet in conſtitutione Benedictinis, cap. 9. rubr. de mutuis & uenditionibus, ſiluarum. † Nihilominus hic
5 ex abundanti tres interuenerunt in ſeparatis inſtrumentis ſcripti, ſicut docet Rebuff. loco citato poſt Soci. conſi. 22. colum. quinta, uol. 1. & prout in inſtrumento tranſactionis recitatur, & dicitur ea reperiri penes ipſum notarium rogatum de tranſactione: ſicque ſeruata fuit in præſenti cauſa cautela de ſeparatis inſtrumētis tra-

ſtatuum celebrandis,quam docet Caſt.conſilio
89.col.fi.in antiquis,& conſi.39.vol.2.Bologni.
in dicto conſilio 33.Pariſ.conſi.36. vol.4.Rui.cō
ſi.189.col.2.volum.1.conſi.3.colum.fi. uolum.4.
Rui.conſi.40.col.1.uol.5.Bertach.in tracta. de
Epiſc.quarta parte, q.30.Rolandus à Valle con
ſi.15.nu.12.uolum.1. † Tertiò quia deuentum
6 fuit ad dictam tranſactionem iuſtis de cauſis, &
maximè quia ob antiquitatem temporis anno-
rum 300.& ultra difficile,immo uerò & impoſ-
ſibile reputaretur,& pro firmo teneretur poſſe
doceri,dictum monaſterium in dictis bonis ha-
buiſſe aliqua alia bona,præter ea, quæ de præ-
ſenti habet,meritò dictus Abbas,monaci,& dif-
finitores,ſtudentes commodo & utilitati mona-
ſterii,uenerunt ad illam tranſactionem,quā om
nino profuturam eſſe,& expedire dicto mona-
ſterio cognouerunt. † Hinc ergo ualuit dicta
7 tranſactio,quia in alienationibus rerum eccle-
ſiæ,ſufficit adeſſe iuſtam cauſam neceſſitatis uel
utilitatis,capitulo primo,de reb.eccle.non a-
lie.in 6.clemen.prima,eodem titulo,glo.in cap.
1.de reſti.in integrum.ubi teſtatur Abb.eſſe cō
mu.Dec.conſi.174.uol.primo, cum ſimilib. per
Rolan.à Valle conſilio 15.nume.16.uolum. pri
mo.Et poſito quòd utilitas prædicta relata per
Abbatem,& monacos,& diffinitores eſſet puta
tiua,non tamen uera,nihilominus ualuit tran-
ſactio,ut per Butri.in c.ad noſtram,de rebus ec
cle.non alie.glo.Abb.& Imol.in c.cum apoſtoli
ca,de his quæ fiunt à præl.Fel.in c.quæ in ec-
cleſiarum,colum.1.de conſti. † & clarius expli-
8 cat Butri.in c.1.de in integ.reſt. ubi dicit inter
cætera,quòd ubi eſt utile eccleſiæ,quòd fiat alie
natio,& ſic contractus habet ex ſua cauſa debitā
formam,licet tunc in alienando decipiatur ec-
cleſia, quia uēdidit minoris,quod pluris potuiſſet
uendere:certè ualet contractus, quia ſufficit ꝙ
ſubſit utilitas in uendendo,quamuis non utili-
ter alienetur propter deceptionem, quæ ſubeſt
in pretio.ſequitur Natta conſ.441.num. 25.qui
meritò ſubdit in caſu ſuo,ꝙ cum fratres S.Iaco
bi adducerent plures cauſas,propter quas dice-
rent eſſe utile tranſigere cum aduerſariis,dimit
tendo eis nonnullas res, & eis iura ſua ceden-
do,ideo contractum tenere. Et poſito ꝙ dicti fra
tres deciperentur in modo contrahendi, nihi-
lominus id non operari inualiditatem contra-
ctus,ut per eum, cui caſus noſter eſt confor-
mis ad unguem, meritoque notandus.† Quar
9 tò quia Reuerendiſſ.Abbas,monaci, diffinito-
reſque fecerunt dictæ communitati amplā re-
miſſionem,liberationem, ac pactum perpetuū
de non petendo ulterius,& de eo omni ac toto,
quod qualitercunque & quomodocunque pete
re & cōſequi potuiſſent, ac poſſent a dicta Com
munitate in dictis bonis.tam ratione quorumcū
que inſtrumentorum,conceſſionum, & locatio-
num cum quibus uis perſonis, & maxime cum
Mā fredis,quàm etiam cauſa cuiuſcunque liuel
larii,ſeu emphiteoticarii iuris,aut quacunque a-
lia de cauſa cognita uel incognita,aut quæ dici,
ſeu quoquomodo excogitari poſſet.quæ uerba
pacti liberatoria,cum generalia ſint,nec reſtrin
gi poſſint ſalua ratione recti ſermonis,omnia cō
tinent,& generaliter ſeruanda ſunt,ut per Bar.
in l. emptor, §.Lucius.ff. de pac.Imol.in capit.
primo,de tranſac.Doctor.in l.ſi de certa.C.de
10 tranſ. † & ad incognita quoque referri debent,
ut per Bar.in l.Aurelius.§.Caio,ff.de libe.lega.
Natta conſi.410.nu.9.& ſequenti. Quintò quia
dicti monaci renuntiarūt cuicunque iuri dictæ
Abbatiæ & monaſterii, & congregationis & or-
11 dinis:† unde ſuccedit,quod illis amplius regreſ
ſus non eſt dandus ad res renunciatas. l.quæri
tur.§. ſi uenditor, ff.de ædil.edi.l.ſi quis in con
ſcribendo,ubi Docto.C.de pac. Pariſ. conſilio
5.nu.155.uolum.quarto.Rolandus à Valle con
ſilio 95.numero 34.uolumi.primo. Tiraq.de re
trac.§.primo.glo.9.nu.119.Senatus Pedemont.
12 deciſ.144.nu.6.† Sextò non omittitur iuramen
tum, quo muniuerunt trāſactionem dictus Ab-
bas,diffinitores,& monaci,uigore cuius irreuo
cabilis facta dicitur,l.ſi quis maior.cum ibi not.
C.de tranſ.Bero.conſilio 158.ad fin. uolu.2. nec
prætextu læſionis reſcindi poteſt,ut idem ſcribit
conſi.59.nu.19.uol.3.† Septimò & poſtremò da
13 to quòd tranſactio non ualeret, tamen cum fue
rit per partes approbata, promittendo per ſtipu
lationem eam attendere & obſeruare in ampla
forma,ſequitur ut ualere debeat in uim pacti,
ut uoluit glo.not.in l.1.C.commu.utri. iudic.
quam multis exornat Felynus in c.ſignificaſti.
col.quarta,de for.compe.tantoque magis acce-
dente iuramento monacorum & communita-
tis in calce inſtrumenti,iuxta communem opi-
nionem,de qua per Cur.iun.in l.1.num.7.C.de
tranſ.poſt Bar.in d.l.ſi quis maior,nu. 8. Senat.
Pedemont.deciſ.91.col.fi.unde uidetur ex mul
tis intētionem dictæ Cōmunitatis circa ualorē
dictæ tranſactionis eſſe firmiſſimā, nec elidi faci
lè poſſe. Quibus tamen non obſtantibus, ue-
rius exiſtimo dictam tranſactionem nō ualere,
nec monacis, aut monaſterio prædictis officere
poſſe.moueor in primis,quia uenerunt ad eam
ſub falſo prætextu & errore,ꝙ ob antiquiſſimū
tempus annorum 300.& ultra difficile reputa
retur,& impoſſibile,ac pro firmo teneretur do
ceri poſſe dictum monaſterium in locis allega-
tis aliqua alia bona poſſediſſe, quàm tempore
tranſactionis haberet, & eſſe eadem, quæ per
ipſam Communitatem poſſiderentur. quod ta
men erroneum eſt,cum ex inſtrumentis,ſenten
tiis,& aliis ſcripturis repertis,& nunc exhibitis
clarè contrarium pateat:igitur ſuccedit dictam
14 tranſactionem non ualere. † nam errans nun
quam obligatur ex actu, quem facit, cum non
conſentiat.l.error,ff.de iur.& fac.ignor.& nihil
ſit magis contrarium conſenſui,quam error.l.
ſi per errorem,ff.de iuriſdic.omn.iudi. & ita ar-
guit Rolandus à Valle in tranſactione loquens
conſilio 13.numero 22.uolumine primo,addu-
cens doctrinam Angeli in l.qui Romæ.§.duo
fratres.quæſtione prima, ff.de uerborum ob
ligatio. ponens caſum de filia cuiuſdam Hæ-
brei ditiſſimi, quæ trāſegerat & renunciauerat
hæreditati

hæreditati paternæ,aſſerens ſibi plus non debe
ri ex teſtamento paterno,conſuluit tamen An-
gelus illã tranſactionẽ filiæ non præiudicare,cũ
ex inſpectione teſtamẽti appareret multo plus
15 illi deberi. † Et hoc eſt tritiſſimum,velut regu-
lare,q error probatur probãdo rẽ aliter ſe habe
re,l.ſi poſt diuiſionem,& ibi not.Bar.Bal.Salyc.
16 & Iaſon, C.de iur.& fac.igno. † proceditq; nõ
dum ſi cauſetur error in facto alieno,ſed et ſi in
proprio modo,q agat errãs de dãno uitãdo,ad-
uerſarius verò ſuus de lucro captando,ut ibi de
clarat Iaſ.col.1.poſt Bar.in l.nõ fatetur,col.4.ff.
de confeſſ.Butr.in c.ſi,eo.tit.Rui.conſi.10.num.
16.vol.3.prout in caſu noſtro contingit,q mona
ci credentes quando tranſegerunt non probari
poſſe eos unquam habuiſſe bona intra fines me
moratos,de damno tractarunt, eis ſe priuando,
communitas autem Fauentiæ tractauit de lucro
captando,ſcilicet in conſequẽdo dicta bona ve-
17 lut ſua,quæ verè non erãt. † Et cum prædictis
etiam concordat Connan.in commentar. ſuis,
libro quinto,cap.quarto,ad fi.ubi poſtquam di
xit quòd nihil eſt tam cõtrarium conſenſui, quã
error,ſubiungit,qui conſenſus ſi deſit,neque ſti
pulatio valere poteſt,neque pactum:quare nec
actionem producet,nec exceptionem:& alibi,
lib.7.cap.6.col.4.dicit eum errare,qui aliud ſen
tit,quam veritas habet,ideſt qui diſſentit à veri
tate,prout ad unguem contigit dictis monacis,
vt ex verbis tranſactionis ſupra relatis apparet.
Secundò confirmatur,nam monaci deuenerunt
ad tranſactionem, vt in inſtrumento dicitur,
moti legitimis & iuſtis cauſis, & maximè quia
propter temporis uetuſtatem dicebatur proba-
ri non poſſe,q in illis locis & partibus alia bo-
18 na poſſediſſent &c. † Pondero,quòd illa fuit
cauſa finalis per eos expreſſa: probatur, nam
cauſa finalis dicitur,quæ cohæret diſpoſitioni.
glo.in l.demonſtratio,§.quod autem,& ibi Bar.
q.3.ff.de condi.& demon.Salyc.in l.1.ad fin. C.
de falſa cauſ.adi.leg. Soc.conſi.159,col.6.uerſi.
confirmantur,uol.1.Tiraquel.in tract.ceſſ. cau.
limi.1.nu.46.dicitur autem cauſa cohærere di-
ſpoſitioni ſecundum Bart.& Sal.in d.l.1.quãdo
illud quod uenit in diſpoſitione,de neceſſitate
ſequitur ex illa cauſa,puta ſi dico mihi ſolutum
eſſe,de neceſſitate ſequitur,ſi hoc eſt uerum,qđ
non petam:talique caſu ſtante errore uitiatur
diſpoſitio,puta legatũ,ut eſt caſus in l.ſi diuor-
tio,cum glo.pen.ff.de uerborum obligat.& ibi
Alex.poſt Cuma.& Caſtren. Alexand. conſilio
89.uolum.ſecundo,& Rui.conſilio 137.nume.
11.uolum.3.at hic cauſa expreſſa uidelicet defe
ctus probationis ex antiquato tempore cohæ-
rebat diſpoſitioni,quia propter eam Reuer. D.
Abbas,diffinitores,& monaci tranſegerunt mo
dico contenti potius,quàm quòd nihil haberẽt
ut credebant tunc, quod non feciſſent ſi ſecus
ſciuiſſent,ut nunc ſciunt,& ad notitiam ueri de
uenerunt:igitur fuit finalis,quæ cum falſa ſit &
19 erronea,uitiare debet tranſactionem. † Tertiò
accedit,quòd in hac tranſactione monaci præ-
dicti grauiter læſi fuerunt,& in maximo quidẽ
exceſſu præter dimidiam ueri pretii, ſiue æſti-
mationis conſiderato dubio litis euentu: nam
cum ſibi deberentur tornaturæ 1361. tranſege-
runt pro 52. cum dimidia tantum, cæteris di
miſſis, ſicque fuit enormiſſima læſio.quo ſtan-
te poſito quòd ſint opiniones Doctorum diſſen
tientes,an tranſactio reſcindi debeat prætextu
læſionis ultra dimidiam, iuxta terminos l.2. C.
de reſcinden.uend.& plures tenent partem ne
gatiuam, ſicut & plures affirmatiuam in l. ſi
quis cum aliter, ff.de verborum obliga.& alibi,
quos cumulat Dec.conſil.203. nume. quarto,
20 † Tamen res ad eam diſtinctionem commu-
nem redigitur, quòd ſi quidem datur ultra di
midiam in modico,& tunc procedit pars negati
ua: ſi uerò ſit in maxima quantitate dictus ex
ceſſus,tunc procedit pars affirmatiua. ita Cor.
conſi.27.uolum.4. quem ſequitur Deci. in alle-
gato conſi.203.numero quarto,conſilio 216. nu
mero quinto, conſilio 479.numero 11.conſilio
597.ad finem,& plenè Cagnol.in d.l.2.nume.
71. Cephal. conſi.61,nume.23. & abundè Soci.
nus iun. conſi.98. nume. 18. uolumi. ſecundo,
demumque Cephal. conſilio 280. alios citans
21 † & addens quòd hæc opinio diſtinguentium
inter magnum & paruum exceſſum cæteris eſt
præferenda,§. cum ex aliena. Inſtit.de rer. diui
ſio. Aret. Inſtit. de empt.& uend.in principio,
columna ſecunda.uerſiculo,& iſtam dicit. Soc.
conſil.66. nume. 28. uolum. 1. Pariſ. conſi. 92.
nume.30.uolum.2.Socin.iun.conſilio 66.nume
ro 78.& conſilio 121.uolumine ſecundo.ex his
igitur tribus ſolidiſſimis fundamentis apparet
hanc tranſactionem non ualere.Nec obſtãt con
traria, nam quo ad primum & ſecundum dico,
quòd reſpiciunt ſolennitatem, uidelicet quòd
trãſactio fieri potuerit cum auctoritate ſuperio-
rum & præcedentibus tractatibus. Sed ultra
perſcrutandum eſt,an monaci uoluerint remit-
tere tornaturas 1361. pro 52. cum dimidia tan-
tum, neſcientes adeſſe iura, quibus tota quanti
22 tas ſpectaret ad eos: † & indubitanter eſt dicen
dum, quòd nequaquam,quia nemo præſumi-
tur uelle iactare ſuum,l.cum de indebito.ff.de
proba.& errans, non obligatur, neque con-
ſentit,ut primo fundamento ſupradeduxi. meri
tò talis tranſactio licèt ſolemnis ualere non de-
23 bet. † quoniam omnes actus humani produ-
cunt ex poteſtate, & uoluntate ſimul iunctis,
capit.cum ſuper Abbatia, ubi Deci. not. 4. de
offic. delega. & ſi alterum deficiat, actus vitia-
tur. l. multum intereſt. C. ſi quis alte. uel ſibi.
l.qui in aliena,§.primo,& ibi Iaſ.ff.de acquiren
da hæreditate.Neuizan.conſilio 11.numero ter
tio.Cephal. conſilio 220.numero 34.Et ideo ſi
gnanter Abbas in capitulo, ad noſtram. co
lumna ſecunda. de reb. eccleſ.non alien. poſt
gloſſ. notat, quòd ad ualiditatem alienationis
rei eccleſiæ non ſufficit, quòd ſolemnitas fue
rit ſeruata, ſed oportet, quòd in caſu lici-
to fuerit facta, ſicque quòd iuſta fuerit a-
24 lienatio. † Ad tertium uerò, quòd re-
ſpicit utilitatem monaſterii, propter quam

ſacta ſuit tranſactio ; reſpondetur in primis
quòd monacis tunc ſic afferentibus in inſtru-
mento non creditur in præiudicium eccle-
ſiæ,l.ſi forte,& ibi Bartol.ff.de caſtr. pec. Doct.
in auth.ſi quis in aliquo,C.de eden.& ita reſpõ
det Gemi.in c. 1.de reb.eccl.nõ alie.nota.6.quẽ
ſequitur Pariſ.conſi.36.col.1.vol.4.& Rol.à Val
le conſi. 15.nu.19. vol. 1.qui propriè dicit,ꝙ ſi in
inſtrumento rei eccleſiaſticæ narretur uel enun
cietur ſubeſſe vtilitatem in tali alienatione, vel
ſubeſſe neceſſitatem ſic alienandi ; non tamen
ex hoc probata dicitur vtilitas, vel neceſſitas al
legata,niſi aliter conſtet de eis,& de neceſſitate
reperit idem Caſtr.conſi.74.col.2.verſic. ſecun-
dò uidendum, uol.1. Dec.conſi.142.num.4.& 6.
25 † multaque congerunt Alex.Iaſ.Dec.& Do.
meus Rimin.in l.ſi donatione,C.de collatio. ad
propoſitum,quòd quando quis non poteſt libe
rè actum facere,non ſtatur eius aſſertioni ſuper
interuentu rei,quæ faciet actum licitum & per-
miſſum,quia talis aſſertio ſuſpecta præſumitur,
& infraudem legis facta.ſequitur plena deciſio.
Senatus Pedemon.172.col.1.& ſequen.& Natta
26 conſ.393.col.fi. † Secundò, poſito ꝙ dictis mo
nacis eſſet credendum , tamẽ aduerſus talem trã
ſactionem factam ſub vtilitate putatiua,licet nõ
vera daretur eccleſiæ dictorum monacorum re
ſtitutio in integrum , ſtante illius enormiſſimo
damno poſtea detecto.glo. eſt notab. quam cæ-
teri ſequuntur in c.ad noſtram,de reb.eccl. non
27 alie.ſequitur Natta conſi.441.nu. 25. † Hæcq́.
reſtitutio concedi deberet, licet eſſet elapſum
quadriennium per multos annos ab inſtrumẽ-
to dictæ tranſactionis, ſtante dicta læſione,ut eſt
tex.iuncta glo.in c.1.de reſt.in integr.libr.6. ſe-
quitur Abb.in d.c.ad noſtram . pulchrè Roma.
conſi.123.nu.5.& Horat. Mandoſ.Roman.in ad
di.ad eum,poſt Fel.in c.1.nu.9.de præſc.& Dec.
28 conſi.36.colum.fi.†ubi Decius inquit probabi-
lem cauſari ignorantiam in eccleſia propter mu
tationem prælatorum,quæ res facilitat in inte
grum reſtitutionem,& oſtendit ipſum male lo-
cutum conſi.524.col.fi. contrarium tenentem .
Ad quartum dico id eſſe uerum niſi pactum ue
niat acceſſoriè ad præcedentia,ex quibus colli-
gatur id debere reſtringi ad ea,& ad caſus,in q-
29 bus principalis diſpoſitio loquitur. † Quia per
clauſulas generales & acceſſorias principalis di
ſpoſitio non ampliatur,nec alteratur,clemen.1.
in fi.de præb.Soc.conſi.144.col.4.uerſi. poſtre-
mò,uol.2. Dec.conſi.305.nume.8.conſ.373.nu.
14.& in terminis noſtris Pariſ.conſi.20.num. 7.
per duas col.uolu.1.igitur liberatio & pactum
de non petendo ulterius de dictis bonis,reſtrin
gi debet ut cenſeatur factum,quia reputaretur
difficile & impoſſibile poſſe probari quòd mo-
naſterium poſſediſſet,& habuiſſet in dictis lo-
cis alia bona,prout principalis diſpoſitio tran-
ſactionis ſupra loquebatur,non autem dicta li-
beratio uenit intelligenda locum habere etiam
quòd iura & inſtrumenta ſuperuenirent ad no
titiam monaſterii de plus cõſequendo.ſic enim
diſpoſitio tranſactionis ampliaretur,& alterare
tur,quod non eſt uſquequaque dicendum per
30 deciſiones mox allegatas. † Et hæc interpella-
tio confirmatur ex alia doctrina communiter
recepta,quòd uerba quantumcunque uniuerſa
lia reſtringũtur ad id,quod æquum eſt, ne quis
indebitè damnum patiatur,ut eſt glo.in l.fi.§.
in computatione.C.de iure deliber. quam Iaſ.
poſt alios,col.fi.notat,& commendat Bartol.in
l.omnes populi,6.q.prin.ff.de iuſt.& iur.Socin.
conſi.44.col.4.ad fi.uol.1.Iaſ.in l.ſi ſeruum,§.ſe
quitur,ſecundo notab.ff.de uerborum obliga.
Craue.conſi.3.nume.ſexto.ſed ſi reſtringamus
dictam liberationem & pactum ad illum caſum
difficilis & impoſſibilis probationis, continebit
æquitatem,quia monaſterium præter tornatu-
ras 52.& dimidiam,nihil amplius habebit,quia
nihil plus debere conſequi potuit probare. at ſi
uelimus intelligere liberationem & pactũ paſ-
ſim, dato quòd monaſteriũ proceſſu temporis
probare poſſet longè maiorem numerum ter-
rarum debere conſequi,utique damnum pate-
retur ĩdebitè,quia perderet iura ſua ſine cauſa.
31 igitur ne id fiat, reſtrictio fieri debet ad caſum
prædictum,† Ad quintum reſpondetur ex trita
regula,quòd quælibet diſpoſitio ſemper eſt in-
telligenda rebus ſic ſtantibus,etiam ſi iurata ſit,
c.quemadmodum,& c.clericus. de iureiur.l.fi.
ff.qui ſat.cog.cũ ſimil.Iaſon in l.quòd Seruius,
ff.de condi.ob cauſam. Cur.conſi.1.in fi.& Pa-
riſ.conſi.88.nume.30.uol.1.qui magis in termi-
nis ſubdit,quòd contractus ſemper habet hãc
cauſulam annexam , rebus ſic ſtantibus allegat
conſil. 180. & conſil.189.uolumine 2. ſequitur
Cephal.conſi.167.in prin. Corn.& Rol.à Valle
conſilio 7.nu.57.uol.3.quod ergo dicitur de re-
nunciantibus iura ſua,ad ea regreſſum non da
ri,procedit,& eſt intelligendum,ſic ſtantibus re
bus,aliàs ſecus. igitur cum monaſterium præ-
dictum nunc habeat inſtrumenta,proceſſus , &
ſcripturas,quæ tempore tranſactionis non habe
bat,nec habere poſſe ſperabat, illi tranſactioni
32 ſtare non tenetur,quia res non dicitur eſſe in il
lis terminis,quibus erat eo tempore. † Ad ſex
tum de iuramento,quo munita fuit tranſactio ,
aduerti debet,quòd licet iuramentum roboret
actum,eumque firmiorem reddere ſoleat, ut ha
betur in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.
uend.in capitulo,cum contingat.de iureiuran.
in capitulo,quamuis. de pac. in ſexto,& ibidem
latè ſcribentes, ſicut & Iaſ.in l.ſi conuenerit,co-
lumna ſecũda,ff.de iur.omnium iudicum. cum
33 uulgaribus. † Attamen illud non ſupplet con
ſenſum,ut Iaſ.ſubdit,columna tertia,& in l.ſan
cimus.C.de teſtamen.& ex defectu conſenſus
nihil operatur,l.fi.C.de non nume. pec. Roma.
conſilio 517.columna ſexta, uerſiculo.ſed certè
reſpondeo,ubi Horatius Mandoſius ſe remittit
ad eundem Roma.conſilio 520. licet corruptè
dicatur 522 .quo loco multis confirmat. & idem
Dec.conſilio 493.numero 25. Pariſ. conſilio 12.
numero 68.uolumine ſecundo . Ruin. conſilio
137.numero 16.uolumine ſecundo,& conſilio
67. colum.fina.uolumi.4.Soc. iun. conſilio 44.
nu.

nu.48.vol.2.Rolan.à Valle conſi.7.nu.61.vol.3.
34 Senat.Pedemont. deciſ. 172. nume.19. † Et
quotiens cauſa deficit,propter quam quis iura-
uit non contrauenire, iuramentum nõ obligat,
vt concludit D. meus Rimi.conſi.383. ad fin. &
cum prædictis in terminis tranſactionis concor-
dat Craue. conſi.144. nume. 16. vbi dicit iura-
mentum in tranſactione appoſitum nõ obſtare,
quia iuramentũ ſine conſenſu iurantis nihil ope
ratur,d.l.fin. Bal.in d.l.1.q.2.C.commod. Aret.
conſi.24.colum.2. ſed in iurante conſenſus non
fuit,quia conſenſui nil tam contrarium quàm er
35 ror,l.2.ff.de iudi. † Et iuramentum continere
debet tres comites, veritatem,iuſticiam,& iudi
cium c.animaduertendum. 22.q.2. c.etſi Chri-
ſtus de iureiur. ſed quomodo veritatem conti-
nere poteſt,vbi præſtat per errorem & contra ve
ritatem, in qua etiam re iudicium, ideſt aliqua
diſcretio conſiderari non poteſt, ſicut nec iuſti-
tia? Ita Craue. dicit eleganter, quam rationẽ
quoque repetit,illum tamen non allegans, Se-
nat. Pedemont. deciſ.41.col.2. caſu, quo ſubeſt
enormiſſima læſio, declarando ve per eum pul-
chrè,quæ optimè conueniunt caſui noſtro: nam
monaci tranſegerunt recipiendo tornaturas 52.
cum dimidia pro 1361. ducti ea de cauſa, licèt er
ronea,quod eſſet impoſſibile, ſeu multum diffi-
cile probare eos plura bona intra limites illos
unquam habuiſſe, qua cauſa ceſſante ceſſat &
eorum conſenſus,ut inquit D. meus Riminald.
meritò iuramentum non valet, nec eos obligat,
tanquam carens ueritate,iuſtitia,& iudicio pro-
36 pter enormiſſimam læſionem. † Cuius conclu
ſionis etiam ratio poteſt adduci, nam talis enor
miſſima læſio videtur à iuramento & renuncia-
tionibus excepta, ut per Dec. conſi. 31. nume.2.
conſi.38.conſi.139.conſi.176. conſi.183. conſil.
203. conſi.316.conſi.179.colum.fin.& conſi.551.
colum.2.poſt allegatos per eum. idemq; Guid.
Pap.quæſt. 519.Curt. iun.conſi.141.nu. 8.& infi
niti,quos cumulat Senat. Pedemont. mox cita-
tus. ex quibus & illud tollitur,quod dicebat Be
ro.in allegato conſi. 59.uolum. 3 tranſactionem
iuratam prætextu læſionis reſcindi non poſſe;
nam locum habet in parua læſione, ſecus ſi ma-
gna, & exceſſiua,prout in caſu noſtro, velut à iu
37 ramento excepta: † Ad vltimum reſpõdetur,
illud habere locum in materia,in qua partes ha-
buiſſent poteſtatẽ liberè diſponẽdi, ſecus ſi par-
tes nõ poſſent diſponere,quia ſi nõ valet in vim
trãſactionis,nec in uim pacti ualere dẽt. Ita not.
Abb. in c.examinata,2. notab.de confir.vtil.uel
inut.& in conſi.92. contra ſententiã,col.1.uol.1.
Dec.cõſi.471.col.pen.Fely. in c.ſignificaſti.ſub
nume.8.verſic. ſecundò declara,de for.compe.
38 † Quibus accedit quod notant Bart. Alex. Iaſ.
& alij per illum textum in l.1.§. ſi quis ita, ff. de
verbo. obliga. dicentes quòd vbi tractatur de
obligatione contrahenda, ſi non ualet quod a-
go, ut ago, non ualet etiam ut ualere poteſt. Sed
non erat in poteſtate monaſterij,nec Communi
tatis liberè tranſigendi, niſi ſeruatis ſeruandis,
ut reſpectu monaſterij interuenientibus ſuis ſu-
perioribus,tractatibus,& cauſa neceſſitatis, uel
utilitatis concurrente, quæ latius proſequitur
39 Roland. à Valle in dicto conſi.15. uol.1. † reſpe
ctu uerò Communitatis, quod omnes auctorita
te ſuperioris uocentur ſolenniter, hoc eſt uoce
præconis, ſono tubæ, uel pulſata campana ad
locum conſuetum,duæque partes ex tribus con
ueniant,& earũ maior pars conſentiat, ut ponit
Ruinus conſi.189. colum.1.& 2. uolum.1. meri-
tò talis conſenſus, obligatio, ſiue confirmatio
monaſterij conſideratus,ut ſupra,non facit ut il
la tranſactio ualuerit in uim pacti ſaltem, ſi nõ
40 ualebat,ut tranſactio. † Et quod de iuramento
dicebam poſt Bart.in l. ſi quis maior,C. de tran
ſact.procedit in maiore,at ſecus in eccleſia,quæ
fungitur uice minoris, & illi comparatur. c.1.
& cap. auditis. de in integr. reſti.l. orphanotro-
phos. in princip.& ibi not.Bald.C. de epiſco.&
cleric.cap.quia contingit. & ibi not. Imol. de
relig.domib. & pluribus exornat Euerard. in
centuria ſua, loco à minoribus ad eccleſiam. &
Tiraquel. in tractat. de priuil. piæ cauſ. priuil.
41 142. ad finem. † minoribus enim mulieribus
& ruſticis læſis facilius ſuccurritur, quàm cæ-
teris, ut per Corn. conſi.266. & & conſi.189.
colum.4.uolum.1. conſi. 214. uolum. 3. & con-
ſi.18. uol.4. Iaſ. in dicta l. ſi quis cum aliter. co-
lum.ſi. Dec.conſi.180.& in d.l. ſi quis maior.nu
me.39.igitur & eccleſiæ ſuccurri debet, quæ mi
noribus comparatur,ut dixi. Et ita ſublatis om-
nibus contrariis exiſtimo iura Reuerendiſſ. D.
Abbatis, & monachorum S. Benedicti ſatis eſ-
ſe iuridica in uendicandis bonis intra confines
plantæ deſignata, non attenta prædicta tranſa-
42 ctione,uelut erronea: † error enim probatus
nemini nocere debet. Bal.Caſt. Alex. & Iaſ. in
l.ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & fac. igno. & eo
ipſo probari dicitur,quòd apparet ueritatem ali
ter ſe habere,ut ibi not. & pulchrè Socin.conſi.
25. q.1. uol.4. Soc.iun.conſi.48. nu. 43. uol.1. &
43 Rolan. à Valle conſi. 100.nu.23.uol.3. † Sed
ueritas eſt ſequenda,quæ dicitur eſſe mater iu-
ſtitiæ, ut ſcribit Bal.in l. libertini, ff. de ſtat. ho.
Veron. conſi. 46. cum duobus ſequen. & latius
exornat idem. Rol.conſi.47.nu.11.uol.3.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre filia Illuſtr. D. Giberti Pij de Sabaudia.

### ARGVMENTVM.

De teſtamento nullo ratione præteritionis.

### SVMMARIVM.

1 *Dictio, ut ſupra, eſt relatiua præcedentium qualitatum ſuarum.*

*2 Rela-*

1 *Relatum dicitur in referente cum qualitatibus ſuis.*
2 *Repetitio cēſetur facta ne inducatur derogatio præcedentium. 2.*
3 *Filiæ non nuptæ relictum intelligitur pro dote, ſaltē facta mentione matrimonij. 4.*
5 *Relictum pro dote intelligitur iure inſtitutionis. Sed contra. 26.*
6 *Relictum certæ rei uel ſummæ, factum filio intelligitur iure inſtitutionis, ſi fuerit adiecta clauſula, omni meliori modo.*
*Secus ſi verbo lego, adiecta fuerit. 27.*
*Item operatur, ſi fuerit appoſita ad conſeruationem teſtamenti. 32.*
*Secus ſi in eius defectum 33.*
*Nec ad eius determinationem 34. 35.*
*Sed negatiuè. 36 38.*
7 *Præcedentia declarant ſequentia.*
*Et magis influunt in ſequentibus quàm econtra. 8.*
8 *Sapiens in relicto filio poteſt extendere clauſulam inſtitutionis.*
*Sed contra 39.*
9 *Poſthumi filij debent inſtitui, uel exhæredari.*
*Et nati habentur pro natis retro. 10.*
11 *Præteritus quis dicatur. 13.*
12 *Præteritionis diffinitio.*
14 *Clauſula codicillaris operatur, quòd præteritus cenſetur rogatus reſtituere ſcripto hæredi, retēta una quarta, ſi filius erat natus. 15.*
*Duabus verò ſi erat poſthumus. 16.*
*Et de ratione differentiæ.*
17 *Relatio limitatè facta, limitatū producit effectum.*
*Secus ſi ſimpliciter. 18.*
18 *Principali ſublato, tollitur acceſſorium.*
19 *Conſtitutum corruit poſitum in contractu nullo.*
20 *Inſtrumento nullo, nulla quoque ſunt in eo contenta.*
21 *Contractus guarentigiatus, ſi non valet nec confeſſio, ſiue præceptum in eo contentum.*
22 *Conſilium Baldi 339. uol. 2. & Crauetæ conſi. 135. nume. 16. declarantur.*
23 *Repetitio ceſſat in orationibus perfectis.*
24 *Filium maſculorum mētione facta in una oratione, filiorum verò ſimpliciter in alia de quibus intelligatur.*
*Secundum communem opi. 25.*
28 *Aditio facta ex ſecundò teſtamento inutili, omni meliori modo, non ſuſtinetur ex primo ualido.*
29 *Clauſula poſita ad qualificandum unum capitulū, non poteſt ad aliud referri.*
30 *Clauſula omni meliori modo, importat, ut propria auctoritate capi poſſit.*
31 *Relatio fieri non debet ad ea, quæ ſunt diuerſæ conditionis & naturæ.*
39 *Subſtitutio directa uigore clauſulæ codicillaris, & omni meliori modo, conuertitur in fideicommiſſum poſt pubertatem.*
41 *Sapiens non poteſt quid in facto ſupplere.*
*Nec in his, quæ requirunt expreſſionem uerborum. 42.*
43 *Inſtrumentum producens, uidetur illud approbare.*
44 *Confeſſio acceptata reuocari non poteſt.*

## CONSILIVM LXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS ac potēs dominus Gilbertus Pius de Sabaudia, Saxolli dominus, in ſuo teſtamento iure inſtitutionis reliquit quaſdā res certas & pecunias Illuſtribus dominabus Angelæ, Lucretiæ, & Annæ filiabus ſuis legitimis & naturalibus, & in euētum, quòd alia filia naſceretur, tribus natis & naſcituræ legauit ſcutos 32000. obligando eis omnes res, & bona, nominatas & nominata in legato facto vt ſupra prædictis dñabus Angelæ, Lucretiæ, & Annæ, dubitatum fuit an quarta filia poſtmodū nata diceretur inſtituta, vel vt præterita rumperet teſtamentum. Et prima conſideratione dici poſſe videbatur, ꝙ eſſet inſtituta, ſicque teſta-
1 mentum ſubſiſteret, † ſtante dictione vt, ſupra poſita in relicto ei facto præcedentium relatiua, Bar. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de poſtul. Curt. conſi. 51. col. 6. cum ſimilibus per Pariſ. conſi. 69. num. 68. vol. 1. Alex. conſi. 59. propè fi. vol. 3. Dec. conſi. 129. col. 4. conſi. 187. nu. 10. conſi. 227. num. 3. Ruin. conſi. 183. nu. 1. volum. 2. Craue. conſi. 88. nu. 3. Ceph. conſi. 192. nu. 9. qui dicunt ꝙ inducit repetitionem qualitatum præcedentium: vnde cum in relicto facto filiabus natis ſit expreſſus titulus inſtitutionis, pariter & in facto poſthumæ expreſſus cenſeri debet illius relatiuo
2 per dictionem, ut ſupra. † Relatum namq; continetur in referente cum omnibus qualitatibus ſuis. l. ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & demon. auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. l. 1. ff. de recept. Deci. conſi. 9. & conſi. 47. cum ſimilib. per Senat. Pedemont. deciſ. 168 num. 20. & Ceph. conſi. 253. col. 2. Accedit quòd ſi diceremus in relicto ſcutorum 32000. non eſſe appoſitum titulū inſtitutionis, ſequeretur ꝙ cēſeretur derogatū dicto titulo appoſito in ꝑcedenti relicto, facto de rebus & bonis tribus filiabus natis, quod præſumi nō debet: immo ne illi cenſeatur derogatum, dici debet illum titulum repetitum cenſeri in ſequēti legato, vt in ſimili caſu arguit Bald. conſi. 339. pater & filius, col. 2. vol. 1. Craue. conſi. 135. nu.
3 16. † Secundò confirmari videtur hæc concluſio, nam ſi pater reliquit in teſtamento filiæ nondum nuptæ, licèt non dixerit pro dote, nihilominus intelligitur ei pro dote reliquiſſe, adeo ꝙ illa filia contineetur ſub ſtatuto diſponēte, quòd filia dotata non ſuccedat. doctrina eſt Bart. pulchertima in l. quod autem, ff. de iur. dot. quem ſequitur Cremenſ. ſingul. 3. D. meus Rimi. conſi. 40. nu. 30. & ibidem in apoſtil. dixi, nuncque pariter addo Franciſcum Marij quæſt. 861. qui & allegat Baldum in l. nullum, C. de iure dot. demumque cito Cardinalem Albanum in ſuis lucubrationibus ad Barto. in d. l. quod autem.
4 † Hæcque doctrina ſine controuerſia procedit quando de matrimonio facta fuit, mentio prout in caſu

in caſu noſtro in quo teſtator diſpoſuit guberna
ri dictas res & earum prouentus, eoſque conuer
ti in earum proficuum, ſecundum quòd marita
buntur: hinc enim colligitur, quòd pro dote fue
rit eis relictum, vt hanc conſequentiã ſentit Bal.
in l.fi.col.2.C.de ſent. quæ ſine cer. quant. pro.
fe. vbi poſt Nicol.de Matar. dicit quòd ſi in in-
ſtrumento continetur, quòd B. contraxit ma-
trimonium cum C. & dedit ei ſua bona, intelli-
gitur in dotem, & ſic præſumitur ex titulo dotis
propter commemorationem matrimonij: & cla
rius explicat Alex. in addi. Bar. in d. l. quod au-
tem, & poſt eum Bero. conſi. 45. colum. 1. uol. 2.
5 † Sed vbi pro dote filiæ relinquitur, intelligi-
tur iure inſtitutionis relictum, ſecũdum Butriũ
in c.Raynutius. de teſta. & Alex. conſi. 176. col.
fi. in princip. uolum. 5. Tertiò comprobatur hæc
opinio per clauſulã omni meliori modo in prin-
cipio, medio, & fine teſtamenti poſitam: ſicut
etiam quando reperitur in fine poſita, puta quia
teſtator dixit, quòd vult teſtamentum ſuum ua
6 lere omni meliori modo uia & forma, † ver-
ba trahuntur ad ualidum intellectum, & aptan-
tur perſonis, quibus loquitur teſtator, & ſic ut
filii cenſeantur inſtitui, ut uoluit Bal. in l. quo-
tiens, colum. 2. & poſt eum Caſtr. & Corn. C. de
hær. inſtit. Cuma. in l. his uerbis, col. 1. ff. de hær.
inſti. Fulg. conſil. 90. Caſtr. conſil. 347. Corn. con
ſi. 198. col. 2. uol. 1. Iaſ. in auth. nouiſſima. limit. 8.
C. de inoffi. teſtam. Soc. conſi. 66. nu. 18. uolum.
3. Dec. conſ. 14. col. ſecunda. Guil. Bened. in cap.
Raynutius, uer. teſtamẽto relinquẽs. primo. nu.
59. de teſtamen. Baptiſ. de S. Blaſ. conſil. 146. col.
1. & Hiero. Butigella conſi. 154. nu. 13. primo to
7 mo ultimarum uoluntatum. † Ita pariter ſi re
peritur in principio teſtamenti poſita, debet ad
ſequentia referri, & relicta filiis ad inſtitutionẽ
tradere, quia præcedentia declarant ſequentia.
l. ſi ſeruus plurium, in fine. ff. de leg. 1. immo ue-
rò præcedentia magis influunt ad declarationẽ
ſequentium, quàm econuerſo. l. quiſquis. & ibi
not. ff. de leg. 3. l. auia, & ibi Bar. ff. de cond. & de-
monſt. Fulg. Caſtr. & Iaſ. alios citans in l. 1. nu. 5.
C. de liber. præter. D. meus Rimi. conſil. 114. nu.
21. & conſi. 179. nu. 8. & utrobique concordantes
adduxi in addi. meis, ut Romanum conſi. 303. &
8 Curtium conſi. 63. nume. 16. † quibus nunc ad-
do Iaſonem in l. 3. §. filius aũt. col. 3. ff. de liber. &
poſth. qui confirmat hãc regulam pluribus, ſed
ea potiſſimum ratione, quia facilior eſt deſcẽſus,
quã aſcenſus, iuxta illud, quod inquit Virgilius,

*[illegible] facilis deſcenſus Auerni:*
*Sed reuocare gradũ, ſuperasq́; euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor eſt.*

Sed & adiuuat dicta clauſula in medio pluribus
in locis appoſita, vt legatis aliis perſonis factis:
ſicut enim exhæredatio inter medias hæredum
inſtitutiones facta refertur ad omnes. d. §. filius.
ita de hac clauſula dici debet. & ex prædictis te-
ſtamentum ſubſiſtere videtur. Quartò teſtator
in fine cõmiſit teſtũ ſuũ extendi ad conſiliũ ſa-
pientis: vnde relicto facto poſthumæ poteſt adii
ci titulus inſtitutionis, vt voluit Iac. de Are. cu-
ius opinionem æquiorem dicit Imol. in l. illa in-
ſtitutio, ff. de hær. inſt. ſequitur Ioan. Andr. in
addi. Specul. de [illegible] edi. §. inſtrumentum. verſ.
inſtitutio. Fely. in c. ex literis, nume. 12. ad fin. de
fid. inſtr. Iaſ. in auth. nouiſſima, nu. 24. C. de inoff.
teſt. Ioan. Dur. de arte teſt. caut. 1. num. 6. tit. 3. &
9 Socinum. conſi. 124. nu. 49. vol. 2. † Quibus ta-
men non obſtantibus in contrariam ſententiam
deſcendo, nam iure proditum fuit, vt poſthumi
quoque liberi, vel hæredes inſtitui debeant, vel
exhæredari: quòd ſi præteriti fuerint, eorum
agnatione teſtamentum rumpitur, & ea ratione
totum infirmatur, vt docet Iuſtini. in §. 1. Inſt. de
exhær. libero. nã poſthumi eadẽ ratio eſt in hære
ditate parentum, quæ & iam natorum: re vera
enim poſthumus eſt filius, ut eleganter ſcribit
Connanus in Commentariis ſuis, lib. 10. cap. 1.
10 col. fin. † Et quia poſtquam poſthumus eſt edi-
tus, retro pro nato habetur, ut eſt glo. in l. poſthu
mo, C. de colla. Soc. in l. 1. nu. 60. ff. de vulga. &
pupil. Ang. de Perig. in l. in ſuis. q. 5. ff. de libe.
& poſthu. per l. fi. §. 1. ff. de aſſi. lib. Imol. in l. qui
vxorem, ff. de inoff. teſt. quos ego ſecutus ſum in
l. poſthumo, nu. 132. C. de bon. poſſ. contra tab.
11 † dicitur autem præteritus poſthumus, quan-
do non fuit inſtitutus, nec exhæredatus: quod
vt inquit Aret. Inſt. de exhære. lib. in prin. dici-
tur eſſe ſecundum propriam ſignificationem,
hancq́ue concluſionem dicit eſſe communẽ Bel
lon. ibi. vnde Viglius ibidem ſubnectit apertè ſe
qui, filium dici præteritum, licèt quid ei lega-
tum, fideicommiſſum ve fuerit, aut mortis cau-
ſa datum, ex quo nec inſtitutus eſt, nec exhære
datus, idq́ue dicit pluribus auctoribus placuiſ-
ſe, qui ſunt huiuſmodi, licèt ab eo prætermiſſi:
namq́ue in primis Bartolus non uno in loco, ſed
pluribus id voluit, ut in l. ſicut certi, C. de teſt.
mil. in l. 3. C. de lib. præt. in l. quidam, C. de fi-
deicom. in §. aliud quoque. in Auth. ut cum de
app. & in auth. ex cauſa, nu. 10. C. de lib. præt. &
vltra Bart. uoluit idem Bal. in l. Gallus, §. fi. col.
3. ff. de lib. & poſth. quem ſequitur Aret. in §. fin.
12 Inſt. de exhær. lib. col. 1. † vbi diffiniendo præ-
teritionem propriè dicunt, quòd eſt ſilentiũ cir-
ca inſtitutionis beneficium, uel exhæredationis
odium. vnde quando pater eſt neutralis, hoc eſt
non odioſus, nec fauorabilis, & ſic quando non
inſtituit, nec exhæredat, dicitur præterire, poſito
quòd filio faciat legatum, vel aliter eum comme
moret. eandemq́ue pariter opinionẽ tenuerunt
Imol. Cuman. & Alex. & Iaſon in l. inter cæte-
ra, ff. de lib. & poſthum. Ioan. Plat. in §. eadem.
de hær. quæ ab inteſt. defer. Salyc. in d. auth. ex
cauſa, nu. 14. & Igneus poſt illum, nu. 62. Idemq́;
Saly. in auth. non licet, C. de lib. præt. Imol. in
l. filio præterito, nume. 30. ff. de iniuſt. teſta. qui
dicit hoc eſſe de propria ſignificatione huius ver
bi. Ang. in l. nam & his, ff. de inoffi. teſt. dicens,
quòd eſt ipſa veritas. & Guil. Benedi. in c. Ray-
nutius. ver. in eodem teſtamento relinquens pri
mo, nume. 250. de teſta. fuitq́ue ſententia gloſ-
ſarum in variis locis à me congeſtis in l. poſthu-
mo, C. de bono. poſſ. contra tab. nu. 135. ubi la-
tè

tè hanc conclus. disputaui, & hanc partem firmaui. & nunc addo Berouum consi. 10. col. 2. vol. 2. Mantuam consi. 180. nu. 3. vol. 2. & Viuium in suis communibus opin. versic. filij sunt necessa-
13 rio. † vbi per hoc dicit sæpius euenire, quòd testator sobolem masculinam non habens, agnatos hæredes instituit, & certam summam filiabus relinquit ipsas, non instituendo in dicta quantitate, quam reliquit: nam tale testamentum tam iure ciuili, quàm canonico submouetur, secundum opi. magis communẽ: sic enim sentit & ipse Viuius præteritum dici non institutum, cui factum est legatum, cum nec exhæredatus fuerit. at hæc filia posthuma non fuit instituta, nec exhæredata, sed casu quo nasceretur, ei cum cæteris natis certa summa relicta fuit: ergo dicitur fuisse præterita, & propterea natiuitate
14 sua ruptum fuit testamentum prædictum. † Bene uerum est quòd stãte clausula codicillari, posita in testamento, censetur ipsa posthuma grauata per fideicommissum restituere hæreditatẽ scripto hæredi, quia clausula codicillaris habet vim fideicommissi vniuersalis, ut est text. dicitur melior in l. generaliter, §. ex testamento. ff. de fideicom. lib. gloss. Barto. & Docto. ponunt in l. ex ea, ff. de testa. ubi quoque Bald. Imol. & Aret. Barto. in l. si quæst. 5. ff. de iure cod. Alex. consi. 26. colum. 3. uolum. 1. Dec. in d. l. posthumo, nume. 10. C. de contrahe. consi. 142. col. 2. & consi. 490. colum. fi. dominus meus Rimi. consi. 41. nume. 10. & consi. 319. nu. 18. Durant. de arte testan. tit. 3. caut. 10. qui omnes reprobant glo.
15 secus dicentem in d. auctentica ex causa. † Sed tamen longè minus hoc nocet dictæ posthumæ, quàm si testamentum ualeret: namq; firmo manente testamento non posset ipsa consequi, nisi scutos octo mille sibi relictos, aut quod deesset ad supplementum legitimæ. at secus rupto testamento ex causa præteritionis, & eo vigore clausulæ codicillaris in uim fideicommissi conuerso, quia potest duas quartas detrahere, uidelicet legitimam & trebellianicam. probatur: licet enim quando filius natus reperitur præteritus adiecta clausula codicillari, non possit detrahere nisi legitimam, ut declarat Ias. in l. si filius, qui in potestate, col. 3. vers. & aduerte, ff. de lib. & posthum. Duran. loco citato, nu. 5. Guid. Pap. q. 52. & quæst. 513. Cotta. in l. filium, quem habentem, nume. 43. C. famil. ercisc. & ante omnes Barto. in l. quamquam, ad fi. C. ad leg. Fal. demumque Bero. in c. in præsentia, nume. 346. de prob. licet idem Ias. in dicta auth. ex causa, nu. 22 inaduertenter loquens dixerit duas quartas filium natũ detrahere, sed malè: ratio est in promptu, quia cum fideicommissum ab eo relictum vigore dictæ clausulæ debeat statim restitui mortuo patre, sicque purè dicatur grauatus: vna tantum quarta venit detrahenda, iux. not. per Bar. & omnes in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de
16 inoffi. test. † Attamen si filius posthumus fuerit præteritus, adiecta dicta clausula codicillari secus est, nam detrahit duas quartas ea ratione, quia cum testamenti nullitas pendeat ex euentu futuro, uidelicet si posthumus nasceretur, in forma que valeat. 2. Instit. de exhær. lib. dictæ duæ quartæ diuerso tempore dicuntur deberi, legitima scilicet statim mortuo testatore patre suo, trebellianica verò ipso posthumo postea nato, & sic sub conditione, si nasceretur. Ita uoluit Gui. Bened. in c. Raynutius. vers. in eodem testamento relinquens uil primo, nu. 243. de testa. ubi ponit hanc differentiã inter filios natos & posthumos præteritos. adducit Bartolum, Franciscum de Pisis, & Baldum in d. l. filium, col. 10. versicul. item quæro, ubi signanter Bald. quærit, quòd si filius est rogatus de restituendo sub illa conditione, si non valeat, vel non valebit iure testamenti, ualeat iure codicillorũ, & dicit q̃ siquidẽ tẽpore testamẽti id erat nullũ, tunc tamq̃ purè rogatus nõ detrahit nisi unam quartã, quod est q̃n filius natus fuit præteritus: sed si conditio de præsenti non est uera, quia posthumus est præteritus, tũc detrahit duas quartas posthumus postea natus, sicq; dicit Bal. cõsuluisse Bartolũ, & D. Frãciscũ de Pisis, quorũ cõsiliũ sæpe sequutus fuit, ut eorum discipulus. & huius quoque sententiæ fuit Ang. consi. 99. Petrus. versi. si igitur iuncto versic. restat igitur, ubi de duabus quartis detrahẽdis agit in posthumo loquens. Hinc igitur patet, hanc posthumam plus commodi consequi, si testamentum corruat, licet in fideicommissum trãseat vigore clausulæ codicillaris, cum duas quartas consequatur longè plus excedentes legatum
17 sibi factum. † Superest hanc partem tenẽdo contrariis respondere, quorum primum cessat, verbis testamenti diligenter consideratis: nam post legatum scutorum 32000. factum filiabus natis & nascituris, obligauit dis res, & bona nominata in legato facto ut supra filiabus natis, quæ relatio cum limitatè facta sit ad res, & bona in eo legato nominata, non autem quo ad qualitatem, siue modum, quibus legata fuerunt, & sic quo ad titulum institutionis: sequitur, ut ille titulus nequaquam repetitus intelligatur: relationis enim natura est, ut limitatè facta limitatum producat effectum, hoc est ut referatur ad id, ad quod restricta reperitur, non autẽ ad aliud, ut declarat Dec. consi. 47. nume. 1. Paris. consi. 102. nu. 15. & consi. 103. nu. 11. & 12. uol. 1.
18 & pulchrè Ruin. cons. 127. nu. 5. uol. 2. † secus ubi relatio fuisset facta simpliciter: tunc enim procederent contraria, secundum Deci. dicto consi. 47. nu. 2. Ad illud verò, quod dicebatur repetitum censeri titulum institutionis in sequenti legato, ne dicatur derogatum eidem titulo posito in primo legato, vereor ne totum contrariũ dicendum sit: nam cum primum legatum rerũ, & bonorum tribus filiabus natis factum, sit sublatum per secundum scutorum 32000. illis & posthumæ factum, dici debet titulum institutionis annexum dicto primo legato sublatum censeri, quia sublato principali, tollitur accessoriũ.
19 §. liberis. Inst. de pupi. subst. † Simile uidemus in constituto, uel precario in contractu posito, nam si contractus non ualet, & illud corruit. Bal. in l. ex testamento. ad fi. C. de fideicom. & in l. non

non dubium.10.oppo. C. de legib. ubi quoque
Iaſ.col.pen Bald. & Saly.in l.in contractibus.q.
5.C. de non nume.pecu. Alberi.dicens ita fuiſ-
ſe determinatum in l.pupillus,ff. de acquir.rer.
domi. Imol. & Alex.in l. ſi aliquam rem, ff. de
acquir.poſſ.Roma.conſi.171. col.2. conſi.246.
col.1. Caſtr. conſi.10. ſi vera ſunt.col.2.& conſi.
43. videtur dicendum,colum.1.volum.1. Alex.
conſi.81.col.5. verſi.ex his ergo,vol.3.Andr.Si
cu.in c.fi.col.pen.de preca.cóſi.18.col.5. uol.1.
Soc.cóſi.78.col.1.uol.3. Corn.conſi.6.col.fi.uo
lum.4.Cur.conſi.8.col.fi.& cóſi.71.col.5.Guid.
Pap. conſi.81.In ſexto dubio.& in alijs locis Do
ctores per Tiraquel. cumulatis in tract. de iure
20 conſti.ſiml.7.nu.15.† Et ad idem bene deſeruit
tex.in l.fi.de conſt.pec. vbi ſi inſtrumentú eſt nul
lum, ſunt etiam nulla in eo contenta,quem ſin-
gularem dicit Bal.in l. ſi abſentis,col.fi.C. ſi cer.
pet. Andre.Sicul.conſi.58.col.6.verſi.& ex iſtis.
conſi.43.col.5.uerſi.& ſi diceremus,vol.1.conſi.
28.col.4.uerſi.& ſi dicatur,vol.3.conſi.21.col.6.
verſi.ex quo infero. uol.4.& conſi.40.col.12.Ca
pio aliud,uol.3. Soc. conſi.51.colum.2.verſi.có
firmatur etiam, vol.1. Iaſ. in d. l. non dubium,
col.pen. & conſi.170.col.9.verſi.& ſi diceretur,
21 vol.2. Tiraquel.loco citato, nu.14. † Hinc &
Bal. per illum textum in d.l. abſentis, ſcriptum
reliquit,quòd ſi non valet contractus principa-
lis guarentigionatus, ſiue confeſſionatus,nec et
valet confeſſio,uel guarentigia,ſiue preceptum,
quod & ipſe uoluit in l. ſi non ſortem,§.1.uerſic.
ſed quid ſi inſtrumentum,ff. de condi. indeb. in
l.in contractibus.in fin. princ. C. de non nume.
pec.in l. hac edictali, col.4. uerſi. ſed pone dicit.
C.de ſecun.nupt.in l.etiam,col.2.C. de exe. rei
iud.& in c. quod ad conſultationem,col.fi.de re
iud.Caſtr.in d.l.fi.ff. de conſt. pec.Roma.in l.1.
in prin.col.pen.uerſ.tertiò iudicium,ff.de uerb.
oblig.in l. ſi verò, §.de ulro.limit.3.ff.ſol.mat.
conſi.26.col.fin. & conſi.42.col.1. vbi Horatius
Mandoſ.in addi.concordantes allegat,& plures
alios Tiraquel.loco citato,nu.15.quare mirum
uideri non debet, ſi ſublato primo legato filiis
natis facto in euentum poſthumæ naſcituræ, ſu-
blata quoque dicatur inſtitutionis qualitas in
eo poſita: ideo dici non poteſt eam in ſecundo
22 legato fuiſſe repetitam; † prædicta verò non
erant in caſu Baldi conſi.339.vol.2.& Crauettæ
conſi.235.nu.16. de quibus ſupra: quoniam præ
cedens diſpoſitio per ſecundam non tollebatur:
vnde repetitio qualitatis in prima poſitæ, pote-
rat in ſecunda ſubintelligi. Præterea, cum reli-
ctum prius factum tribus filiabus natis cótineat
orationem perfectá; & ultra ſint ei cónexa quæ-
dam extranea,& ad illud impertinétia, ut quòd
ſtent ſub regimine matris: ſi verò ſecundò nu-
pſerit ſub regimine monialium Sancti Bernardi
23 ni,& alia id genus; † vtique repetitio tituli in-
ſtitutionis ibi poſitæ fieri non poteſt in hoc reli-
cto, ſimul omnibus quatuor facto in alia oratio
ne perfecta, etiam ſi adeſſet dictio item, nedum
ſed, vel autem; quæ potius eſt aduerſatiua. ita
pulchrè tradit Caſt.conſ.153. ſuper primo quæ-
ſito,col.fin.in antiq.quam refert,& ſequitur Rui.
conſi.84.col.2.nu.9.uol.1. poſt Bar.in l.in repe
tendis,& in l. ſi purè, ff. de leg.3. & in l. Seiæ,
24 §. Caio, ff. de fund. inſtru. † Simile uidemus
in teſtatore, qui de filiis maſculis in vna oratio-
ne perfecta mentionem fecerit, deinde in alia
oratione pariter perfecta de filiis ſimpliciter fue
rit locutus: nam qualitas maſculinitatis non in-
telligitur in ea repetita, cú ſi uoluiſſet teſtator,
id expreſſiſſet,ſicut ſuperius fecit.l.unica, §. ſin
autem ad deficientis, C. de cad. toll. ita Ioan.de
Ana conſi.12.ad fin. Anch. conſi.120.pro clario
re.ad fi. Alex. conſi.55.col.pen. uol.3. conſi.38.
nu.6,uol.6. Dec.conſi.339. col.2.ad fi.Soc.conſ.
25 217.ad fi.uol.2. Cur.iun.conſi.49.col.3. † D.
meus Vbertinus Zuccar. in l.fi.nu.68. C.de edi.
diui Adr.tollen. vbi concludit hanc eſſe magis
communem. idemque Dec.conſi.599.col.fi. &
Iaſ. conſi.19.col.3.uol.3. motus ea ratione,quia
quando vna clauſula habet propriam, & ſpecia
lem determinationem,tunc alia clauſula in fine,
uel principio poſita non refertur ad illam, nec
ab ea recipit interpretationem.c.cum dilecti, &
ibi Card. & Imol. col.2. de dona. ſic igitur in
propoſito noſtro dicamus de inſtitutione ſupe-
rius poſita in oratione perfecta, quòd in alia ſe-
26 parata & perfecta nó intelligatur repetita. † Ad
ſecundum, quòd relictum pro dote iure inſtitu-
tionis factum dicatur, reſpondetur, quod etſi
Butr.& Alex.ſupracitati fuerint eius ſententiæ,
nihilominus alij plures ſecus voluerút, ut Abb.
& Imol.in d.capit.Raynutius,quos ibi ſequitur
Guil.Bene.verſ.relinquens primo,nu.56.& Be-
ro.qui dicit communem, nu.140. idemque fir-
mat, & latè diſputat Cuman. in l. his uerbis,ff.
de hær.inſt. Alex. ſibi contrarius conſi.69. viſo
conſilio col.4. vol.2. Iaſ.in auth. nouiſſima, nu.
27 33. C.de inoff.teſta. † Ad tertium,de clauſula
omni meliori modo, in principio, medio, & in
fine poſita, quæ ſupplet titulum inſtitutionis,di
ligentius eſt conſiderandum.& quo ad poſitam
in principio dico,quòd non ſufficit, quia reſtri-
cta fuit ad modum,& formam teſtamenti ſequé
tem,quę fuit per uerbum lego: dixit enim,quòd
in euentum,quòd alia naſceretur, tribus natis,
& illi legauit ſcutos 38000. at dicta clauſula adie
cta uerbo lego,nó ſupplet titulú inſtitutionis,li-
cèt in uerbo relinquo ſit ſecus. ita Bald. diſtin-
guit in effectu in d.l. quotiens. & poſt eum cla-
rius,& expreſſè Berous conſi.118. nu.27. uol.2.
28 † tantoque magis,ꝙ reſtricta fuit illa clauſula
verbo legauit, quo caſu non operatur, ut in ſi-
mili caſu per Anch. conſi.357.col.2. ubi dicit ꝙ
aditio facta ex ſecundo teſtamento inutili, om-
ni meliori modo, non ſubſtinetur ex primo te-
ſtamento valido per dictam clauſulam, cum re
ſtricta reperiatur ad ſecundum teſtamentú nul-
lum. ſequitur Dec. ita declarans conſi.14. col.3.
in fine. uerſi. prætereà conſiderandum eſt, ſecus
ſi ampliatiuè locutus fuiſſet teſtator, veluti po-
ſthumæ legauit, & omni alio meliori modo, ut
exemplificat Iaſ.in d. auth. nouiſſima,nume.25.
29 † Quod verò dicitur eam in medio, & in diſcur
lu

ſu poſitam reperiri, me parum mouet, quia acceſſoriè poſita reperitur, & ad qualificãdum illa capitula: quo caſu non põt ad alia referri, ſecundum doctr. Bartoli in l. fi. ff. de reb. dub. & in terminis noſtris Dec. in alleg. conſi. 14. col. 3. uerſi.
30 non obſtant allegata in contrarium. † Præterea in illis locis non uidetur appoſita dicta clauſula, quo ad hoc vt ſuppleat titulum inſtitutionis, cum non eſſet neceſſarius in illis perſonis extraneis teſtatori, ſed ad alium potius effectũ, videlicèt, vt propria auctoritate caperent, vt inquit Cur. Iun. in l. fi. nu. 49. C. de edi. diui Adr. tollen. meritò dici non debet, quòd referatur ad capitulum de poſthuma loquens, vt suppleat
31 in eo titulum inſtitutionis neceſſarium, † quia ſic relatio fieret diuerſo modo, non autem pari, nec vmquam relatio fit ad ea, quæ ſunt diuerſæ cõditionis & naturæ, cle. 1. §. ad hoc. de pręb. Bellame. conſi. 3. col 12. Craue. conſi. 151. num. 5. Ad hanc verò clauſulam in fine teſtamenti poſitam, dico, quòd obiectum procederet, quando poſt clauſulam codicillarem per ſe fuiſſet poſita ad conſeruationem, & ampliationem roboris teſta-
32 menti. † Veluti quòd poſtquam dictum fuerat. ſi teſtamentum non valeret iure teſtamenti, valeat iure codicillorum: ſubiunxerit teſtator, & hoc eſſe ſuum teſtamẽtum voluit teſtator omni meliori modo, prout ſic animaduertit Alex. conſi. 50. nu. 10. vol. 7. & prius eo Fulg. conſi. 90. col. 2. ver. tertiò probatur Caſtr. conſi. 347. col.
33 pen. † Sed aliter in caſu noſtro concepta reperitur hæc clauſula, nam dictum fuit, & hoc D. teſtator voluit eſſe ſuum teſtamentum, quòd ſi teſtamenti iure non valeret, valere voluit iure codicillorum, vel donationis cauſa mortis, aut alterius, cuiuſlibet vltimæ voluntatis, quo, qua, & quibus melius valere poteſt. vnde cũ dicta clauſula poſita fuerit in defectũ validitatis teſtamenti, dici non poteſt, ꝙ teſtator voluerit trahere diſpoſitionem ad inſtitutionem, per quam teſtamentum conſeruatur in vim teſtamenti. ita in terminis voluit Cuman. in dicta l. his uerbis, co lum. 2. ff. de hær. inſt. Alex. conſi. 50. col. penult.
34 nu. 10. uolum. 7. † Et pulchrè Ruin. conſi. 37. nu. 7. uol. 1. dicens quòd tali caſu clauſula omni meliori modo, non determinat teſtamentũ, nec codicillos, ſed illam aliam ultimam voluntatẽ, de qua proximè & immediatè dixerat in genere, & quæ generalitas non poteſt in teſtamento, codicillis, aut donatione cauſa mortis verificari, de quibus ſpecialiter dixit: unde tali caſu cõcludit filium non cenſeri inſtitutũ, teſtamentumq;
35 nullum eſſe vitio præteritionis. † & vltra Ruinum tenet hoc idem Bero. conſi. 118. nu. 29. uol. 2. ubi dicit, quòd in hoc caſu teſtator appoſuit clauſulam omni meliori modo, ut operaretur ſuum effectum ſolum in caſu, quo teſtamentum valere non poſſet, ut teſtamentum, & iure teſtamenti, ut patet ex ipſius uerbis, ſi non valet iure teſtamenti &c. igitur eſt impoſſibile, quòd hæredis inſtitutionem denotet, alioquin dicta clauſula operaretur effectum quòd teſtamentum valeret ut teſtamẽtum, cum inſtitutio hæredis præ

ſupponat extare teſtamentum, & in ſolo teſtamẽto fieri poſſit, §. ante hæredis. Inſt. de legat. & tamen teſtator eam uoluit operari duntaxat in caſu, quo teſtamentum non ualeret ut teſtamentum. & cum prædictis optimè concordat dominus meus Rimin. conſi. 438. colum. fi. ubi dicit ꝙ quando iſta uerba omni meliori modo, ſunt oppoſita in clauſula codicillari, quæ operatur ubi teſtamentum aliàs non ualeret, & ſic ab inteſtato. l. ex ea, ff. de teſta. nihil ad propoſitum faciunt: nam dicta uerba appoſita qualificatiue ad clauſulam codicillarem, & ſic ubi ab inteſtato ſuccederetur, referri non poſſunt ad alias partes teſtamenti. l. fina. ff. de reb. dub. l. fin. §. Titia, ff. de lib. leg. ergo non eſt uerum dicere ꝙ illa uerba ſint appoſita ad teſtamentum, ſed ad codicillos, in quibus codicillis eſt impoſſibile ꝙ importent iure inſtitutionis. l. non codicillum, C. de teſta. Accedit poſtremò loco quòd dicta
36 clauſula, † cum negatiuè concepta ſit, intelligitur, ſi & quatenus non poterit ualere iure teſtamenti, ualeat alio meliori modo, ut per Matthæſ. notab. 143. Imol. in d. l. verbis. & Soc. conſ. 6. col. 3. uol. 3. & ſic excluſo teſtamento & aliis diſpoſitionibus expreſſis, quod, & quæ locum habere non poſſent, fit tranſitus per hanc clauſulã
37 ad alias diſpoſitiones. † Et hæc concluſio confirmatur in ſimili caſu per ea, quæ ponit Fulgo. conſi. 42. col. 2. ubi uult ſubſtitutionem directis uerbis factam pupillo, quæ ſolet expirare illo pubere facto, nec ad fideicommiſſum trahi. l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pup. ſubſtineri in uim fideicommiſſi, ſi in clauſula codicillari dictũ fuerit. Quòd ſi non ualeret iure teſtamenti, ualere uoluit iure codicillorum, donationis cauſa mortis, uel alio quouis modo, quibus melius ualere põt, aut poterit. tunc enim poſt pubertatẽ mortuo filio, ualebit iure fideicõmiſſi. ecce ꝙ per dictã clauſulã nõ ſuſtinetur illa ſubſtitutio in uim directæ, quia dicta clauſula concepta fuit negatiuè, & in defectum directæ ſubſtitutionis; vn-
38 de ſic dicamus in caſu noſtro. † pro quo demum meo iudicio uidetur eſſe caſus, & ibi Barto. in l. codicillis, §. Lucius, ff. de leg. 2. nam in teſtamẽto non ſolemni dictum fuerat, ſi minus aliquid legitimè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis ſani uolũtas, quæ uerba æquipollent illis, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, ſeu omni meliori modo, quo de iure poteſt, ſecundum glo. & Bartolum: deinde fuerant hæredes inſtituti, concludit Iuriſconſ. partes aſcriptas ex cauſa fideicommiſſi peti poſſe, & ſic uirtute dictæ clauſulæ in defectum teſtamenti poſitæ non ſuſtinetur teſtamentum in uim te-
39 ſtamenti, ſed fideicommiſſi tantum. † Ad ultimũ de extenſione teſtamenti ad dictamen ſapiẽtis, qui poteſt addere titulũ inſtitutionis, reſpõdetur, quòd longè periculoſa redditur illa concluſio: nam Ricard. Malumbræ diſputando tenuit contrarium, & præter ipſum Bar. Oldra. & Nicol. de Matar. quos referunt Bal. & Imol. in dicta l. inſtitutio. Cumanuſque confirmat, nu. 11. quando ſumus in relicto rei particularis, ut

ul

hic

hic in legato ſcutorũ 8000. prò rata poſthumæ.
Idemq́ue tenet D. meus Rimin.conſ.438. num.
32. Guil. Bened.in c. Raynutius. verſ.in eodem
teſtamento primo,nu.45. poſt Bal. & Saly. in l.
captatorias,C.de teſt.mil.& clarius idem firmat
Fulg.conſi.90.col.3.qui dicit,non licere Sapien
ti addere iure inſtitutionis, quia per hoc immu
taretur rei ſubſtantia,& ab una ſpecie res tranſ-
ferretur in aliam ſpeciem oppoſitam, & nouam
ſpeciem faceret, quod non licet, ut per eum.
40 † cui conformis eſt Neuizan.conſi.64. nu. 18.
ubi poſt allegatos per eũ dicit quòd ſapiens non
poteſt aliquid addere quòd immutet ſubſtantiã
actus, quoniam talia ſic inſunt teſtamẽto ab ini
tio, quòd eorum omiſſio annullat teſtamentũ.
l.teſtamentum,C.de teſta.hinc infert q ſapiens
non poterit ſpecificare clauſulam derogatoriã,
quam teſtator non fecit, quia mutaret ſubſtan-
tiam teſtamenti,& nullum conuerteret in uali-
41 dum,& non ens in ens, ut per eum latius. † Ac-
cedit quod ſapiens ſupplere non poteſt in ſub-
ſtantia facti.Bal.in l. contractus,col.2.C.de fid.
inſtr.in rubr. C. de his, quæ in fran.cred.in ad-
dit. Specul. de empt.& uend. ante medium ver
ſic. qualiter intelligebatur.in l.licèt Imperator,
col.fi.ff.de ſtat. ho. & in l. humanitatis. 4. oppo.
C. de impub. ubi quoque Caſtr.circa medium.
Fel. in c. ex literis, colum.4. de fid. inſtru. Iaſ. in
l.ex ea parte, nume.3. ff. de uerbo.oblig.Soc.in
l. Gallus,§.idem credendum,col. pen. ff.de lib.
& poſ.verſi. aliquando & tertio.& conſi.93.co-
lum.3.uol.1.Neuiz.loco citato,nu. 21.ſed ſupple
re titulum inſtitutionis omiſſum à teſtatore,eſ-
ſet ſupplere in facto: igitur ſapiens id facere nõ
42 poteſt. † Demum quoq; non omittitur, quòd
ſapiens addere non poteſt in his, quæ requirunt
expreſſionem uerborum. Iaſ. in d l.ex ea parte,
nu.8. Galliau.in d.§.idem credendum,num.14.
eum ſequen. ſed inſtitutio hæredum debet ex-
primi.l.hæredes palàm, ff. de teſta. l. iubemus.
C.eo.tit.meritò ſapiens ex clauſula prædicta nõ
intelligitur habere poteſtatem ſupplendi inſti-
43 tionem in teſtamento deficientem, † tantoq́ue
minus hoc concedi debet, quòd pars aduerſa
produxit illud, prout iacet ſine aliqua extenſio
ne facta de conſilio ſapientis: quo ſtante dicitur
illud approbaſſe, prout reperitur, iuxt. not. per
Bar.in l. poſt legatum, ff. de his quib. ut indi.per
Abb. Fely. Dec. & alios in c.cum venerabilis.de
except. & plenè Senatus Pedemont. deciſ. 39.
nu.23. cum ſequen.meritò non debet in præiu-
dicium ius quæſiti poſthumæ, illud uelle reuo-
care & immutare caſu, quo alias id efficere po-
44 tuiſſet, † prout in ſimili dicitur de confeſſione
acceptata, quæ reuocari non poteſt, ut per Bald.
in l. Gallus,§.1.ff. de lib. & poſtbu. Roma. in l.
1.§.ſi quis ſimpliciter, ff. de uerbo. obliga. num.
13. Aret. & Alci.col. fi. Roma. conſi.433. in fin.
Alex. & Iaſ.in l. quicquid aſtringendæ in prin.
col.fi.eo.tit. Cæpol.caut.66. Alex. conſi.90. col.
1.uol.1. repetito conſi.129.uol.3.conſi.92.col.fi.
vol.quinto. Andr.Sicul.conſ.54.col.2.vol.2.Ca
tel. Cotta lib. memorialium, uerbo confeſſio po
teſt reuocari,col.2. Tiraquel.in tit.de retrac.cõ-
uen.§.1.nu.16. Iaſ.in l. error, num.5. C.de iur.&
fac.igno. & ex his apparet ſuper dicta clauſula
conſilij ſapiẽtis, ſicut & ſuper alijs contrarijs fun
damentum totum fieri non poſſe, ſed omnia col
labi: ſicq́ue teſtamentum prædictum à uitio prę
teritionis defendi non poſſe.

*Hippolytus Rimi. Ferrar.*

---

## Pro Illuſt. Comitibus Antonio, & Petro Maria, Sacratis.

### ARGVMENTVM.

De materia ſtatuti Ferrariæ. Quòd legitimati nõ ſuccedant.

### *SVMMARIVM.*

1 *Statutum, quòd uxor contrahere non poßit ſine conſenſu mariti, intelligitur ſi poteſt adhiberi, aliàs ſecus.*
*De quo tamen dubitat auctor.20.21.*
2 *Promittens ſub pœna ſe facturum, quòd quid fiet, excuſatur ſi fecit quicquid potuit.*
3 *Ad impoßibile nemo tenetur.*
4 *Clauſula, non obſtante aliqua lege, quæ in contrariũ loqueretur, ſufficit ad tollendum contraria.*
*Idem ſi dicatur ſimpliciter, non obſtante quacunq; lege.6.*
*Quæ communis ſupponitur.7.*
*Vel de ſtatuto ſimpliciter mentio fiat.8.*
*Limitantur tamen prædicta, quando plura ſunt obſtantia.25.*
*Vel quando diſpoſitio continet clauſulam derogatoriam ad ſequentia.30.*
*Vel ſtante uitio ſubreptionis.31.*
*Legitimatio ualet ſtantibus legitimis.*
5 *Facta conceßione Comiti Palatino cum clauſula, non obſtantibus.*
9 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, operatur ut nihil opponi poßit, quod annullet gratiam.*
*Nec dici poteſt principi, cur ita facis?*
*Non operatur tamen ſtante ſubreptione.34.*
*Nec principe non informato.35.*
*Nec in præiudicium tertij.37.*
*Licèt non ſit in re, ſed ad rem.38.*
10 *Principis uoluntas ſaltem de facto ſeruanda.*
11 *Clauſula, non obſtante, non requiritur in priuilegio.*
*Niſi diſpoſitio præcedens habeat clauſulam derogatoriam.41.*
*Vel materia ſit prohibitiua.42.*
12 *Negatiua præpoſita uerbo poſſe, inducit prohibitionem.*
*Item & formam.14.*
13 *Statutum quando prohibet, licèt non annullet; tamẽ actus*

*actus in contrarium factus eſt nullus.*
15 *Forma non ſeruata corruit actus.*
*Et maior eſt eius defectus, quàm perſona.16.*
*Nec iuſtiſſima cauſa ſufficit.*
17 *Conſenſus in actibus eſt de ſubſtantia.*
*Vt in ſtipulatione, inſtrumento &c.18.*
19 *Actus ſine ſubſtantia non tenet, etiam ſtante neceſſitate.*
22 *Neceßitatis cauſa multa concedi, quæ aliàs non concederentur.*
*Et conceſſum ob eam ceſſat, ea ceſſante. 23.*
24 *Legitimari quis pluries poteſt, & ex pleniori legitimatione iuuari.*
26 *Filius quando per ſequens matrimonium non legitimetur.*
27 *Legitimatio per ſequens matrimonium cæteris efficacior.*
*Et quando dicatur diſpenſatio, non autem legitimatio, tuncq; ſtrictè interpretatur.28.*
29 *Agnatorum fieri debet mentio in legitimatione, ut illis fiat præiudicium.*
31 *Bartoli opi. in l.fi.C.ſi contra ius. periculoſa.*
32 *Statuto confirmato per concedentem quid, non cenſetur derogatum, niſi de illo fiat mentio.*
33 *Feder. de Sen. melius & maturius locutus in conſi.233. quàm in conſi.47.*
36 *Clauſula, ſi preces ueritate nitantur, procedit etiam in contractibus.*
39 *Clauſula, de pleni. pot. non tollit diſpoſitionem, habẽtem clauſulam derogatoriam.*
40 *Pariſ. conſi.46. uolum.3. infidelis.*

## CONSILIVM LXXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

IN controuerſiam venit, defuncto
nuper filio legitimo, & naturali
inteſtato Illuſtris quondam Co-
mitis Ioãnis Franciſci Sacrati, nũ-
quid ad eius ſucceſſionẽ ſit admit-
tendus Comes Io. Baptiſta frater ſuus legitima
tus ab ipſo Comite Io. Franciſco, vel eo remoto,
præferendi ſint Illuſtres Comites Antonius &
Petrus Maria patrui de Sacratis. cui controuer
ſiæ dedit anſam ſtatutum, Quòd legitimati non
ſuccedãt alicui ſuo agnato ab inteſtato, ſtantib.
aliis agnatis legitimis & naturalibus, qui de iu-
re ſuccedere poſſent, & deberent perſonæ defun
ctæ, niſi fuerit legitimatus de voluntate, aut con
ſenſu expreſſo agnati, de cuius hæreditate agi-
tur. Vnde quia non interuenit in legitimatione
prædicta conſenſus dicti filij, dubium faciebat
illud ſtatutum contra dictum Comitem Ioannẽ
Baptiſtam, nihilominus ad eius fauorem videba
tur adhuc dici poſſe, quòd tale ſtatutum non ob
1 ſtaret intentioni ſuæ, † nam quatenus excludit
legitimatum, ſiue uoluntate, & conſenſu agna-
ti, de cuius hæreditate agitur, uidetur intelligi
debere quando potuit illius conſenſus adhibe-
ri, & non fuit adhibitus; alioquin ſecus, ut in ſi-
mili ſtatuto tradit Bal. conſi.488. vol.1. & conſil.
394. uol.5. in nouiß. ſtatutum Papiæ diſponebat,
quòd vxor non poſſit contrahere ſine conſenſu
mariti, maritus ſe abſentauerat, & ignorabatur
ubi eſſet: dubitabatur vtrum mulier illa contra-
here poſſet. reſpondet Bald. quòd ſic, quia tale
ſtatutum debet intelligi de viro, cuius præſentia
haberi poteſt, ut quia ſit in eodem loco & domi-
cilio, in quo requiri poſſit ad exhibendum præ-
ſentiam ſuam, & conſenſum. ſequitur Craueт.
conſi.12. nume.4. unde quia illo exiſtente abſen
te, non poterat vxor adhibere præſentiam, ſiue
conſenſum mariti, meritò ſine illius interuentu
2 poteſt contrahere. † Simile videmus, quòd in-
quit Abb. conſi.90. uidetur quòd fideiuſſores,
vol.1. ſi fideiuſſores promiſerunt ſe facturos, &
curaturos ſub pœna, quòd aliquid fiet, non in-
currunt pœnam, ſi fecerunt quicquid potuerũt,
nec tamen illud fuit ſecutum, quod ſic promiſe-
rant. Idemque Bart. conſi.236. Martinus pro-
miſit. dicens quòd ſi quis promiſit ſe facturum,
quòd Berta contrahet matrimonium cum Titio
ſub pœna. ſi fecit quicquid potuit, excuſatur à
pœna. licèt illa mulier non nupſerit Titio. ſequi
tur Feder. de Sen. conſi.122. Martinus promiſit.
Butr. & Abb. in c. gemma. de ſponſ. col.3. uerſi.
ad unum ſingulariter. Abb. in c. ſignificatibus.
in fi. de offi. deleg. Aretin. conſi.132. ex facto, co
lum.4. & Dec. prædictos citans, in l. impoſſibi-
3 lium, ff. de reg. iur. † ex quibus apparet ad im-
poſſibile neminem teneri, ut ibi dicitur. in c.
nemo poteſt, de regul. iur. in 6. in l. 1. §. ſi id
quod, ff. de act. & obl. & in l. fina. ff. quæ ſent.
ſine app. at tempore legitimationis prædictæ
non erat natus, neque conceptus dictus filius,
& ſic eius voluntas, & conſenſus adhiberi non
potuit, meritò valere debuit legitimatio prædi-
cta, dictoq; filio poſteâ nato, & defuncto potuit
4 illi ſuccedere Comes Io. Bapt. frater ſuus. † Se
cundò confirmatur hęc concluſio ſtatuto prædi
cto non obſtante, quia videtur illi derogatũ per
Principem in legitimatione, quatenus admiſit
Comitem Ioannem Bapt. ad ſucceſſionẽ quã-
cunque bonorum omni iuris ciuilis, canonici,
& municipalis obſtaculo penitus, & in totum
remoto: ut enim declarat Bart. in l. fi. C. ſi con
tra ius. ſufficit clauſula, non obſtante aliqua le-
ge, quæ in contrarium loqueretur, & ibi ſequi-
tur Fulg. & Caſtr. idemque Caſtr. conſi.230. du
bitatur primo, col.3. in antiquis Abb. & Fely. in
c. nonnulli, col.13. uerſi. fallit nouem modis. de
reſcri. Alex. conſi.155. col.2. uol.6. & Dec. conſ.
5 10. col.2. ad fin. † Simile videmus in poteſtate
legitimandi conceſſa Comiti Palatino non ob-
ſtantibus quibuſcunque legibus in contrarium
facientibus, nam legitimatio ſubſecuta valet ex-
tantibus filiis, uel aliis agnatis legitimis ab inte-
ſtato uenientibus, & illis præiudicat, ut per Bal.
in l.2. C. de ſerui. & aqua. quæſt.18. glo. Aluar.
& alij in c.1. §. naturales. ſi de feud. fue. contro.
cum ſimilibus per Iaſ. conſi.110. col.4. uol.4. &
de ſimili clauſula ponit dominus Matthæus Bru
nus Ariminenſis conſi.175. num.54. & ſequen.
6 primo tomo ultimarum uoluntatum. † Immo
fortius

fortius voluit Caſtr.in dicta l.fi. C. ſi contr. ius.
ſatis eſſe dicere,nõ obſtante quacũque lege, q̃a
ſubintelligitur tacitè, in contrarium faciente,cũ
non intendat tollere legem non repugnantem,
ſed ſolum contradicentem, vnde plus non ope-
ratur expreſſio, poſtquam, ſi facta non eſſet, ſub-
intelligeretur,l.3.ff.de leg.1.& hanc opi.Caſtrē-
7 ſis probat Fel.in d.c.nõnulli.col.4. † & Fulg.in
d.l.fi.col.fi. dicit ꝙ ita communiter tenetur.plus
etiam voluit Alex.conſi.216.col.5.verſi.8. fortifi
cantur,volum.2. ſufficere derogationem genera
lem,licèt diſpoſitio præcedens babeat ſpecialē
clauſulam derogatoriã,idq; poſt Feder. de Sen.
cõſ.47.habita ſuper,col.fi.ſequitur Marſ.ĩ pract.
8 crimi. §. quæritur, nu.16. † & vlterius Bald.in
d.l.fi.col.fi.dicit, quòd cum ſit mentio ſtatuti,
vel conſuetudinis,videtur fieri mentio ſpecialis,
nã cõſuetudo, vel ſtatutum eſt quid ſpeciale, me
ritò tunc valet reſcriptum illius,qui tali ſtatuto,
uel conſuetudini poteſt derogare. l.3.§. diuus,
9 ff.de ſepul.vio.† Accedit inſuper clauſula de ple
nitudine poteſtatis,in dicta legitimatione poſi-
ta, quæ operatur,ut nihil opponi poſſit,quod an
nullet gratiam,Bal.in proœ. decretal.col. 4. nec
dici poteſt Principi,cur ita facis? Bal.in prælud.
feud.col.9.verſi. ſed pauca,Dec.conſi.191. nu.
3. conſi.198. colum.1. conſi.373. nume.8.& con
ſi.653. nume.23. Roland. à Valle conſi.1. num,
68.& conſi.7.nume. 102. volum. 3. Craue.con-
ſi.182. demumq́ue Cephal. conſi. 28. ad finem,
10 † inferens ex hoc, quod Princeps voluit habe
ri pro facto, vt inquit Afflict. in titu. quæ ſint re
ga.in princip.nume.8. cum principis voluntas
ſaltem de facto ſeruanda ſit, Soc. iun. conſi.49.
nume.35. volum. 1. & lex reputetur,l.1. ff.de cõ
ſti. princ. Poſtremò quoque non omittitur ꝙ
11 Princeps proceſſit per viam priuilegij, † quo
caſu nõ eſt neceſſaria clauſula, nõ obſtante, q̃a
priuilegium ſui natura derogat legi. ita voluit
Hoſtien.in ſumma ſua de reſcrip.§. quas uires,
colum.4. Ioan. Andr. & Dominic. in cap. vni-
co, de exceſſ.præl. in 6. Imo. in dicto cap. non-
nulli,colum. 6. cum ſimilibus ibi per Felyn.nu-
me.11.colum.15.tanto magis igitur hæc legiti-
matio valere debet,non attento dicto ſtatuto,
& ſic ex prædictis intentio Comitis Io.Baptiſtæ
patruis ſuis præualere uidetur. Quibus tamen
non obſtantibus, contrariam ſententiam verio-
rem puto.moueor ex dicto ſtatuto, dicente nul-
lum legitimatũ ſuccedere poſſe agnato, ſtãtibus
aliis agnatis legitimis,& naturalibus ab inteſta-
to, niſi fuerit legitimatus de voluntate & conſen
ſu expreſſo agnati, de cuius hæreditate agitur.
12 † pondero quòd dictum ſtatutum prohibitiuè
loquitur: ibi,nullũ poſſe.negatiua enim præpo-
ſita verbo poſſe, hoc inducit.Barto. in l. de his,
ff.de tranſ. Iaſ.in l. ſed & ſi quis,§.quæſitum,nu
me.26.ff.ſi quis caut. Tiraq. de legib. connub.
poſt leges connub. glo. 2.nu.6. Plotus iunior in
addi. Martini Garrati conſil.53. nume.15.quod
etiam comprobatur, nam ſui natura priuat po-
tentia, & inducit neceſſitatem præciſam: quare
ſenſus eſt nullum legitimatum ſuccedere poſſe,
ideſt nullo modo ſuccedere poſſe. l. nemo po-
teſt, ff. de lega.1.l.1. ff. de verbo.oblig.glo.com-
muniter approbata.in cap.1.de reg.iur.in 6.qui
bus ita reſpondet Mantua conſi. 30. ad fi. uol.2.
13 † meritò licèt dictum ſtatutum non procedat
vlterius annullando, tamen actus in contrariũ
factus debet eſſe nullus.l.non dubium, C.de le-
gib. & ibi Bal.& Fulg.notab.4.Iaſ. 8. nume. 17.
Alex.in l.1.col.2. ff.de lib.& poſthu. Dec.in c.2.
14 col.1. de teſtib. † Confirmatur, nam negatiua
præpoſita uerbo poſſe, formam inducit, ut not.
Doctores,maximè Iaſ.Soc. Rui. Laucel. Gallia.
Crot.Alciat.& Ripa in dicta l.1.ff. de uerb.obli.
quod etiam ſuadetur ex aliis verbis ſtatuti,niſi
fuerit legitimatus: nam dictio niſi, uim habet
conditionis. l. quibus diebus, §. quidam Titio,
ff.de cond.& demõ. & ubi quid conditionaliter
exprimitur,cenſetur eſſe de forma.l. prætor, in
prin.ff.de colla. bono.Bal.in auth.matri,& auiç.
C.quando mul.offi.tute. Rol. à Valle conſi. 49.
15 nume. 15. uol. 3. † Vnde ſequitur quod actus
in contrarium factus,eſt nullus, ut per eos Do-
ctores in d.l.1. de verbo.obliga.iuncto §. ſi quis
ita,quod eſt regulare, forma non ſeruata actum
nullum reddi. l.cum hi,§. ſi prætor, ff.de tranſ.&
ibi not. & in dicta l.1. ff.de lib. & poſthum. Abb.
Fel. & alij in cap. cum dilecta. de reſcrip. Bal. in
l. humanum, colum. 2. C. de legib. Dec. conſi.
212.col.2. Roland. à Valle cõnſi. 30. nume. 2.
16 uolum.3. † Maior enim defectus eſt formæ,
quàm perſonæ. Butri. in c. conſultationibus. de
iure patro. Marſi.conſi.29. nume.12. conſi. 65.
nume.8. conſi.117. nume. 20. adeo quòd etiam
iuſtiſſima cauſa non ſufficit, ubi deficit ipſa for-
ma. Bald.conſi.198. uol.5. Dec.conſi. 366. num.
24. Roland.à Valle conſi.72. nume. 64. uolum.
3. vnde poſtquàm non interuenit voluntas, &
conſenſus expreſſus filij legitimi, & naturalis
dicti Comitis Ioannis Franciſci, de cuius poſſeſ
ſione tractatur, dicta legitimatio debet eſſe nul
la: & hoc ſolum ſufficere debet ad uictoriam
ſucceſſionis obtinendæ per Illuſtres Comites,
& patruos dicti filij defuncti. Sola difficultas
reſidet in tollendis contrariis,in quorum reſo-
lutione veritas clarius apparebit aduerſus di-
17 ctum Comitem Ioannem Baptiſtam. † Non
obſtat igitur primum de conſenſu agnati, qui
adhiberi non potuit, ut nondum nati, quia
pro ſolutione conſiderandum eſt, quòd dictus
conſenſus dicitur eſſe de ſubſtantia dictæ legiti-
mationis ex diſpoſitione dicti ſtatuti, cum ſi-
ne eo legitimatio conſiſtere non poſſit: ſic enim
ſubſtantialia propriè dicuntur illa, ſine quibus
actus conſiſtere non poteſt, ut eſt pretium in
contractu uenditionis. l. pacta conuenta, ff. de
contr. emp. notat Barto. in l. prolatam, in fi. C.
de ſent.& interl. omn. iud. Bal.in l.in ementis,
col.pen.C.de contra.emp.cum ſimi.ut per Dec.
in rubr.de app.nu.1.& ibi Hierony.Gigas in ad
18 di. † propriè ponit exemplum in conſenſu,quē
dicit eſſe de ſubſtãtia actus,ut in ſtipulatione: &
prior eo Bal. in l.ēt,col.1.C.de exec.rei iud.ubi
dicit ꝙ inſtrumentũ confectũ cũ furioſo, deficit

in ſubſtantia, propter conſenſum, quo caret fu-
rioſus.l.furioſi,ff.de regul.iur. & tradit Barto.in
l. ſi quæramus,colum.2.nu.6.ff. de teſta. bonus
tex.in l.1.§.adeo,ff.de pact.ibi [nam & ſtipula-
tio,quæ verbis ſit, niſi habeat conſenſum nulla
eſt] & melior Inſt. de oblig.ex conſ.ibi,[ac nec
dari quicquam neceſſe eſt,vt ſubſtantiam capiat
obligatio,ſed ſufficit, eos qui negotia gerunt,cō
19 ſentire.] † At quando quid requiritur ad actus
ſubſtantiam,niſi illud interuenerit,actus non te
net,etiam ſi ex neceſſitate ſolemnitas ſeruari nō
poſſit. ita notat Abbas per illum textum in cap.
debitum.de baptiſ. & de ſubſtantialibus ne mi-
nimum quidem ſine ruina actus omittitur, ut
per Caſtr.in l. cum hi, §. ſi prætor,ff.de tranſ.im
mo de ſancitis ne iota quidem tollere poſſumus,
ut inquit Bal.in conſi. ſciſmatis. ſequitur Natta
conſ.5.colum.1.meritò licèt ex neceſſitate,quia
filius legitimus & naturalis, natus non erat tem
pore dictæ legitimationis, non potuerit volun-
tas & conſenſus eius interuenire: non inde ta-
20 men legitimatio facta debet ſuſtineri. † vnde
periculoſa redditur conſultatio Baldi locis cita-
tis, qui non vidit Abbatem, aut ſi videre non
potuit illum, veluti ſe iuniorem, ſaltem non vi-
dit textum in allegato capit. debitum.de baptiſ.
vbi ſi quis Iudæus in articulo mortis ſe ipſum in
aquam proiecerit, dicens ego me baptizo in nō
mine Patris & Filij,& Spiritus ſancti, nō tamen
dicitur baptizatus,quia inter baptizantem & ba
ptizatum debet eſſe diſcretio: hinc enim patet
ꝙ licèt ex neceſſitate propter mortis inſtantis pe
riculum,fuerit omiſſa perſona baptizās, quæ eſt
de ſubſtantia baptiſmi,non tamen inducitur ſa
cramentum baptiſmi, quod etiam denotat te-
xtus inferius dicens [quamuis ſi talis continuò
deceſſiſſet,ad patriā protinus euolaſſet propter
ſacramenti fidem, & non propter fidei ſacra-
21 mentum.] † Præterea in ſtatuto, de quo lo-
quitur Bald. quòd mulier contrahere non poſ-
ſet ſine conſenſu mariti, agebatur de fauore pri
uato eorum,vt Bal. fatetur. in hoc autem de pu-
blico.ibi [ut ardentius ſtudeant omnes ad ſobo
lem legitimam procreandam.] iuncta l.1.ff. ſol.
matr.vnde non ita facilè fauor publicus tolli po
teſt,ſicut priuatus.l.ius publicum,ff. de pact.l.
penul.C.eod.titu. cum vulga. Secundò reſpon
detur etiam contrario, poſito quòd legitimatio
tolerabilis fuiſſet facta ſine conſenſu filij legiti-
mi, & naturalis nondum nati,quia adhiberi nō
22 poterat, † & ſic propter neceſſitatem ita proceſ
ſit, vt alia multa tolerantur ex cauſa neceſſitatis,
quæ aliàs nō admitterentur,ut cumulat per exē
pla Rol.à Valle conſi.80.uol.3. & ego per alia
Inſt. quib.aliẽ.licet.in prin. nu. 159. Nihilomi-
nus quia nato filio potuit proceſſu temporis il-
lius accedente conſenſu dictus Comes Io.Bapti
ſta rurſus legitimari,& ex ſecunda legitimatione
ſe tueri potuiſſet, prima ſibi ſuffragari non de-
23 bet. † talis enim legitimatio ſic facta propter ne
ceſſitatem,ceſſare debet,cauſa neceſſitatis ceſſan
te.c.1.& ibi Card.Florent.Anch.& Butri. de cu
ſtod.euch.c.quod pro remedio.& ibi Card. Ale
xandr.in prin.1.q.7.glo.in l.ſolet. & ibi Bar. ff
de tutel.cum ſimi.per Tiraq.in tract.ceſſ.cauſ.1.
parte,nu.179.& præter eū Ioſeph Lodouici Pe-
ruſinus deciſ.43.nu.10. vnde debuit adhiberi ſe
24 cunda. † pōt.n.quis pluries legitimari,& ex ua
lidiori ſe tueri. Caſt.conſi.219.Dec. in c.1.col.pe
nul. de confir. vtil. vel inut.in c.bonæ.not.4.de
app.D.Præpoſ.Alex. in c.per venerabilem. qui
fil. ſint leg. Fel.in c.pen.de reſcr. & rurſus Dec.
conſi.55.& conſi.152. Soc.conſ.63.vol.1. Goz.
25 cōſi.6.nu.55. † Ad ſecūdū de clauſula,nō obſtā
te,dico in primis,quòd illa nō operatur vbi ſunt
plura obſtātia,niſi de omnibus fiat mentiō.Bal.
in l.1.C.de ſurt.Iaſ.in l.1.§.ſubſtituere, col.2.
verſi.& propterea,ff.de vulg.& pup.Alci.reſpō.
19.nu.7.Ceph.conſi.235. nu.26.Alex.conſ.195.
nobilis,volum.1. Matthæus Brun.conſi.175.nu.
29. primo tomo ultimarum voluntatum. at hic
in primis obſtat ſtatutum,de quo loquimur,pro
hibens fieri legitimationem ſine conſenſu agna-
ti,de cuius ſucceſſione agitur. Secūdò,quòd pa
ter Comitis Ioannis Baptiſtæ, licèt expreſſerit
in precibus Principi porrectis, quòd erat con-
iugatus,quando ſuſcepit illum, & ꝙ eius mater
erat ſoluta,non tamē expreſſit ꝙ erat ancilla ui-
lis,cum qua matrimonium honeſtè contrahere
26 non potuiſſet: † quo caſu ſicut per ſequens ma
trimonium filius illegitimus non legitimatur,
§. ſed & aliud, in Auth. quib. mod. nat.effi.leg
ubi notat Angel. & teſtatur id de facto uidiſſe
obſeruari. Ruin.conſi.211.nume.10. volum.1.
conſi.92.nume.16.ad fin.uol.3.& conſi.51.num.
8.uolum.5.ita nec debet per reſcriptum poſſe le
27 gitimari: † cum præſertim legitimatio per ſe-
quens matrimonium cæteris ſit efficacior, iuxt.
not.in c. tanta. qui fil. ſint legi. in cap. cum in
cunctis, & in cap. innotuit.de elect.in §.fin.Inſt.
de nupt. Gozad.conſi.25. num. 2. Tertiò ſequi-
tur & hinc aliud obſtatiuum, nam quotiens in-
ter parentes non poterat eſſe matrimonium,
non dicitur legitimatio, ſed diſpenſatio. Caſtr.
conſil. 34. colum. 2. uolum. 2. Curt. conſi. 16.
nume. 28. conſi.73.nume.16. Alexand. conſil.
87. colum.5. verſic. oſtenditur,uolum.2. Socin.
in rubr. ff. de libe. & poſthum. colum. 1. uerſic.
quod legitimatio conſi.65. nume.8.uol.3. conſ.
95. nu.22. volum.4.Bened. de Plumbi. in diſpu
ta.incipien. ſtatuto Piſano. Dec. conſi.264.nu-
me. 3. conſi. 288.nume.6. conſi. 307. num. 10.
conſi.338. nume. 3. & conſi. 579. nume.primo.
Gozad. conſi. 85. nume. ſexto,& conſi.92. nu.
28 5.Brun.conſi.15.num. 11. † Et pulchrè Capra
conſi.1.nu.8.ubi vult eam quoq; ſtrictè intepre-
tari debere,ut ſola expreſſa,non alia cōtinere di
catur,etiam ſi fuerit appoſita clauſula, non ob-
ſtante,quia gratiam non auget, ſed ſolum uali-
dat expreſſa. Rui.conſi.208.col.pen. poſt mediū
vol.1. Cagn.in l.1.nume.92.de reg.iur. Quartò
concurrebat & aliud obſtatiuum, uidelicèt exi
ſtentia Comitis Antonij, & Petri Mariæ agna-
29 torum legitimorum & naturalium, † de qui-
bus mentio nulla facta fuit in precibus, cum
tamen fieri debuiſſet, ut illis præiudicium illatū
dici

dici poſſet, ut colligitur ex not. per Iacob. de Bel
ui. §. 1. in Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. Alexan.
conſi. 67. colum. penul. verſic. ad idem adduco.
conſi. 94. colum. fina. volum. 1. Soc. in l. Gallus,
§. & quid ſi tantum, nume. 21. verſi. quarta, ff. de
lib. & poſthum. Curt. iun. conſi. 83. ſub num. 9.
verſic. fortius dicit. Aret. conſi. 167. colum. fina.
verſic. circa filios. Beltran. conſi. 110. colum. 5.
volum. 2. Soc. conſi. 95. nume. 33. verſic. ſed le-
gitimatio, volum. 4. Dec. conſi. 367. nume. 4.
quod etiam ſentit conſi. 393. ſub nume. 8. verſi.
tertiò reſpondetur poſt Butri. & Beluiſium, de
quibus per eum. demumque Socin. iun. conſi.
99. nu. 40. vol. 2. & ita conſiderat in terminis hu
ius legitimationis hæc obſtantia Cephal. conſi.
186. col. 4. & 5. quibus apparet dictam clauſu-
30 lam non obſtare. † Secundò, poſito quòd tot
obſtantia non obſtarent, adhuc eſt conſideran-
dum ſtatutum, de quo loquimur, habere clau-
ſulam derogatoriam ad legitimationes ſequen-
tes: inquit enim, nullum legitimatum cum qua
cunque clauſula, vel forma, etiam quibuſcunq;
verbis derogatoriis roborata, poſſe ſuccedere.
quo ſtante non ſufficit clauſula, de qua in legi-
timatione, ex quo de clauſula derogatoria in
ſtatuto poſita nulla reperitur mentio facta in
ſpecie, vel in genere in ipſa legitimatione, vt tra
dit Barto. in l. ſi quis in principio teſtamenti,
nume. 10. ff. de leg. 3. cuius opi. communem te-
ſtatur Iaſ. in l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, nume.
12. ff. de leg. 1. plures citans. idemque tradit Ca-
ſtren. conſi. 3. colum. penult. & conſi. 278. co-
lum. fina. volum. 1. lateque Crauet. conſi. 126.
colum. penul. vbi ſequitur Caſtrenſem in dictis
31 conſiliis. † Vnde periculoſa videtur opi. Bar-
toli in d. l. ſi. C. ſi contr. ius. tali caſu. & in ſpe-
cie contrarium tenet Abb. in dicto capitu. non-
nulli. quod & verius inquit Felyn. ibi, colum.
13. licèt poſtmodum ſub dubio diſtinguat, vt
per eum, cui reſpondet Dec. conſi. 10. nume. 7.
tantoq; magis hanc concluſionem tenere debe-
mus, quia non facta mentione de prædicta dero
gatione in ſtatuto poſita, nec de cæteris obſtan-
tiis ſupra relatis, legitimatio ſequens tanquam
ſubreptitia ſuſtineri non poteſt uigore clauſulę,
non obſtantibus, quoniam non tollit vitium ſu
breptionis, ſed reſtringitur ad expreſſa, Bald.
conſi. 490. ponitur quòd quidam, uolum. 1. Cor.
conſi. 245. colum. 2. in fine. uol. 1. Crauet. conſi.
296. nume. 3. & in terminis legitimationis Ale-
xand. de Neuo conſi. 33. colum. fina. loquens
de clauſulis derogatoriis, inter quas connume-
ratur hæc, non obſtantibus. & ad idem ten-
dunt, qui dicunt dictam clauſulam non opera-
ri, quando princeps non fuit informatus de fa-
cto, vt Iaſ. in l. 2. §. ſubſtituere, colum. 3. ff. de
vulga. & pupil. Cephal. conſi. 133. nu. 11. & Ro
land. à Valle conſi. 7. nu. 106. volum. 3. id enim
contingit ex ſubreptione, uidelicèt quibuſdam
dicendis omiſſis. Tertiò tanto minus ſublatum
cenſeri debet hoc ſtatutum, veluti cõfirmatum
ab ipſomet principe ſimul cum cæteris in eo-
rum publicatione, vt per eius literas impreſſas
32 ante illa. † Quo ſtante ſuccedit illi non cen-
ſeri derogatum per clauſulam, non obſtanti-
bus, niſi exprimatur illud, vt tangit Fely. in d.
cap. nonnulli, colum. 13. verſic. noto. 4. & præ-
ter eum ponit Roman. conſil. 393. colum. pen.
& conſil. 36. colum. 3. verſicu. ſexta principalis
ratio cum ſimilibus per Pariſ. conſi. 140. nume.
33 6. volum. 4. † Nec tuta eſt ſententia Federici
de Sen. conſi. 47. colum. fina. probata per Ale-
xand. conſi. 116. colum. 5. volum. 2. quia contra
rium tenuit ipſemet Feder. conſi. 213. caſus ta-
lis eſt, quem variato numero citat, & ſequitur
Roman. conſil. 327. vbi dicit quòd melius &
maturius fuit locutus. & idem latè confirmat
Dec. conſi. 165. colum. 2. & Goza. conſi. 9. nu-
me. 26. qui citant infinitos. vnde corruit illa
prior opinio. Minus etiam me mouet opi. Bal-
di in dicta l. fina. colum. ſina. cap. ſi contr. ius.
veluti ſingularis, & cum in precibus Comitis
Ioan. Franciſci de ſtatuto nihil ſit dictum.
34 † Ad aliud de clauſula, de plenitudine pote-
ſtatis, in hac legitimatione poſita, primò reſpon
detur illam non operari, ſtante ſubreptione, de
qua ſupra, ut per Spec. in tit. de leg. §. nunc o-
ſtendendum. verſicu. decimooctauò. Abb. in
capitu. 1. de tranſ. Caſtren. conſi. 161. quæſtio
iſta vertitur. colum. fin. verſic. nec obſtat quòd
Papa. Alexan. de Neuo dicto conſi. 33. colum.
fin. Curt. conſi. 49. nume. 21. Socin. iun. conſil.
77. nume. 15. uolum. 1. & Rolan. à Valle dicto
35 conſi. 7. nume. 107. volum. 3. † dicentes talem
clauſulam, & ſimiles non facere præſumi princi-
pes voluiſſe iuribus aliorum præiudicare, vbi
de facto non ſunt informati, & ſic eis commiſ-
ſa ſubreptione. & id expreſſe pariter dicit Abb.
in cap. 1. de confir. vtil. vel inutil. Dec. conſi.
36 198. nume. 6. † ratioque in promptu per Ro-
land. affertur, quia ſicuti principalis conceſſio
facta cenſetur, ſi preces veritate nitantur, quæ
clauſula locum habet etiam in contractibus,
quando narrata reſpiciunt cauſam finalem. Bar
to. conſi. 90. nume. 8. Dec. conſi. 350. colum.
penult. verſic. illud videtur procedere. Calca.
conſi. 17. Senatus Pedemont. deciſ. 179. nume.
16. ita pariter clauſulæ acceſſoriæ, quæ appo-
nuntur, ſunt intelligendæ. Vnde ſi principale
non valet, ita nec acceſſorium. l. cum principa-
37 lis. ff. de reg. iur. † Præterea negari non poteſt,
quin hic adeſſet præiudicium dictorum Comi-
tum patruorum uocatorum nedum ab inteſtato
diſpoſitione legis, ſed & ex fideicommiſſo ſenio
rum de Sacrato: quo ſtante clauſula prædicta
non operatur, ut not. Bal. in prælud. feu. col. 14.
verſi. item dicit Dec. conſi. 373. col. pen. & conſi.
38 66. col. fi. † Volens id eſſe uerum, licèt agatur
de præiudicio tertij non in re, ſed ad rem. idem-
que Dec. conſi. 543. col. fin. & conſi. 689. col. 2.
Coz. conſi. 9. nu. 42. Ruin. conſi. 71. nu. 37. uol. 3.
Grat. reſpon. 158. nu. 30. uol. 2. cum ſimi. per Ro
lan. d. conſi. 7. col. fi. ubi ſuperius, tamen reſpon-
det aliis modis, ad quem in gratiam breuitatis
39 lectores delego. † Quoniam propius acce-
dens ad obiectum, dico ꝙ licèt princeps in dicta

 legi-

legitimatione proceſſerit de plenitudine poteſta
tis, tamen non inde ſequitur fuiſſe derogatum
diſpoſitioni ſtatuti memorati, habenti clauſu-
lam derogatoriam, vt ponit Abb. in dict. c. non-
nulli, quem ſequitur Felyn. nume. 8. poſt Ant. &
Ioan. Andre. in c. 1. de exceſſ. præl. lib. 6. Socin.
conſi. 120. col. 6. vol. 3. & Craue. conſi. 126. col. 2.
qui damnat Marſilium in dicta pract. crim. §. quę
ritur, num. 16. qui dictum præſuppoſitum facie-
40 bat, quod eſt falſum ſecundum Crauettā. † Nec
allegata per Pariſ. in allegato conſi. 46. vol. 3. id
dicunt, ad quod ea citat, ſed aliud de quo non
agitur, excepto Felyno in dicto c. nonnulli, col.
24. verſi. fallit 5. qui variauit à ſuperius per eum
firmatis: & ideo de ipſo non eſt curādum. l. eos,
iunct. glo. ff. de falſ. & vltra Gozadinus conſil.
14. nume. 11. facit hoc fundamentum de plenitu-
dine poteſtatis, & tamen tandem determinat
41 contrarium in fine conſilii vt per eum. † Ad
ultimum, quòd clauſula non obſtante, non re-
quiratur, quando proceditur per viam priuile-
gii, ut hic, reſpondetur non eſſe verum quando
diſpoſitio præcedens habet clauſulam derogato
riam etiam ad priuilegia, vt habet hoc ſtatutum
ibi, aut priuilegio. tunc non valet priuilegium,
niſi facta mentione diſpoſitionis talis. ita Card.
in clem. 1. de cenſib. cum ſimilibus per Felyn. in
dicto c. nonnulli, colum. 11. ad fin. verſicu. limita
42 primò. † Prætereà, quando legitimatio prohi
betur impetrari per ſtatutum, ut hic, ſine con-
ſenſu agnatorum, quibus eſt ſuccedendum, tunc
non ſufficit clauſula generalis, non obſtantibus,
ſub quacūque forma, vt voluit ſingulariter Bal.
in c. 1. §. libellarie. de pac. Conſtan. Bero. conſi.
2. in fine. uolum. 3. concludens non attenden-
das eſſe clauſulas multum pingues, appoſitas in
literis ad corroborationem gratiæ & conceſſio-
nis, quoniam debent intelligi ſtante ualiditate
literarum, & ſi uera ſint in ſupplicationibus ex
preſſa. l. fi. C. de diuer. reſ. Quare concluditur
ex prædictis Comitem Io. Baptiſtā, ut ſupra le-
gitimatum, minimè patruis ſuis eſſe pręferendū
in ſucceſſione fratris defuncti.

*Hippolytus Rimi. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtr. D. Hieronyma Sacrata.

### ARGVMENTVM.

De fideicommiſſo allegato non extante.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verbum liberos, & deſcendentes, eſt collectiuum, & quid operetur.*

2 *Filiorum maſculorum appellatione, fœmine non continentur.*

*Nec etiam maſculi ex fœmina. 3.*

4 *Teſtator maſculos uocando, cenſetur fœminas excluſiſſe.*

*Et fauor agnationis dicitur conſideratus.*

5 *Filiorum appellatio, intelligitur de maſculis, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*

*Quod limitatur. 26.*

6 *Poſſidere poſſum, quod alius ante viuens poſſederit tempore mortis.*

7 *Titulum allegans, eiuſdem eſt legitimus contradictor.*

*Idem ſi ab alio proueniat titulus. 37.*

*Communis tamen prior opi. 8.*

9 *Fideicommiſſo non dicitur renunciatum diuiſione ſimplici.*

*Etiam cum clauſula, de non veniendo contra, & ultra requiritur ſcientia. 10.*

11 *Fideicommiſſum cum ſit quid facti, probari debet.*

*Et dici poteſt, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio. 12.*

12 *Subſtitutionem hoc caſu non loqui dici poteſt, etſi dicatur teſtatorem ita ſenſiſſe, aut mente agitaſſe. 13*

13 *Teſtatorem ſenſiſſe non ſufficit, niſi ad diſpoſitionem deduxerit.*

14 *Subſtitutio trahi nō debet ad caſum non expreſſum.*

*Minusq́ ad aliam perſonam. 15.*

*Etiam ſi teſtator interrogatus ita diſpoſuiſſet. 16.*

*Et quando perſona ſubſtituti variatur. 17.*

18 *Dictio tunc, & eo caſu, ſubſtitutionem reſtringit ad caſum tantum expreſſum.*

19 *Filiorum appellatio, maſculos & fœminas comprehendit. 20.*

*Si in alia oratione ſeparata de filijs maſculis ſit dictum. 21.*

*Et eſt magis communis. 22.*

23 *Verba quando non conueniunt, nec diſpoſitio.*

24 *Verbum ſpeciale adiectum generali, reſtringit eius ſignificatum.*

25 *Qualitas una, non ſufficit duabus copulatis.*

26 *Præſumptio una tollit aliam. 27.*

28 *Teſtator ſi prætulit ſubſtitutos filiabus, an idem de nepotibus dici poſſit.*

*Quod non, facta mentione maſculorum in alia parte, & de ratione. 29.*

30 *Correctio præcedentium non præſumenda. 32.*

31 *Vltima nō derogant prioribus, ſi concordari poſſunt.*

33 *Dictio, ut ſupra, reſtringit diſpoſitionem ad præcedentia.*

34 *Clauſula acceſſoria, reſtringitur ad præcedentia.*

35 *Fideicommiſſario non competit remedium l. fi. C. de edic. diui Adri. toll. ante reſtitutionem uerbalem.*

*Etiam ſi grauatus alienauit. 36.*

38 *Fideicommiſſo dicitur renunciatum per diuiſionem cū clauſula, ad habendū, poſſidendū, alienādū etc.*

*Et eſt communis opi. 39.*

*Secuta tamen alienatione.*

40 *Inſtitutio, dicitur alienatio.*

*Quod declaratur. 41.*

42 *Clauſula ex conſuetudine notariorum poſita, non operantur.*

*Quarū contrahentes uirtutem non intelligunt. 43.*

*Sed contra per auctorem. 44. 46.*

44 *Notarius præſumitur ſcripſiſſe de uoluntate partium.*

*Et lectum ac declaratum coram partibus, præſumitur ab eis approbatum.45.*
45 *Præſumi debet in dubio pro notario in bonam partē.*
46 *Clauſula per notarium appoſita, effectum ſuum operantur, quamuis eas notarius non intelligat.*
47 *Notarius eſt quandoque ueluti pita, & pſittandus.*

## CONSILIVM LXXX.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRES & magnifici Comites Octauianus, Galeotus, & Benedictus de Sacratis in executione fideicommiſſi, per eos allegati in teſtamento Comitis Franciſci aui paterni, & Comitis Vberti patris eorum petierunt mitti in poſſeſſionem bonorum poſſeſſorum per Illuſtrem & honeſtam D. Hieronymam filiā & hæredem ex teſtamento Comitis Iulij Sacrati: quibus ea ſe opponente queritur quorum intentio debeat præualere. Et prima cōſideratione dicendum videbatur ad fauorem dictorum Comitum reſponderi debere cōſiderato tenore teſtamenti præfati Comitis Franciſci, quā diſpoſuit q̄ ſi filij ſui decederent quandocunque cum liberis maſculis, tunc pars ſic decedētis deuenire debeat ad eius ſic decedentis liberos in infinitum
1 deſcendentes ordine ſucceſſiuo. † conſiderātur illa verba liberos & deſcendentes, quæ ſunt collectiua, vt inquit Alex. conſi. 14. in prin. vol. 4. & in l. Gallus, §. quidā rectè, vbi etiam Iaſ. ff. de lib. & poſth. & operantur, ut innicem videantur grauati, alter alteri reſtituere. Caſt. in l. cum ita, §. in fideicōmiſſo, ff. de leg. 2. igitur Comi. Iulius, qui fuit de liberis & deſcendentibus Comitis Vberti filij teſtatoris, cēſetur grauatus reddere fratribus agentibus, qui ſuperſunt ex deſcendentibus
2 Comitis Vberti. † Nec prędicta D. Hieronyma filia d. Comitis Iulij conſiderari debet, velut excluſa per teſtatorem, maſculos vocantem: nam quando teſtator mētionem fecit diſtinctè de maſculis, fœminæ non continentur. Bal. in l. in multis, ff. de ſtat. homi. & in conſi. 186. quia allegationes, vol. 1. Dec. in l. 2. nu. 99. ff. de regu. iur. Cephal. conſi. 151. nume. 37. vbi per uocationem maſculorum dicit teſtatorem noluiſſe res ad fœ
3 minas peruenire, donec extarent maſculi. † Immo plus ſcribit Capra conſi. 18. colum. 2. appellatione liberorum, ſeu filiorū maſculorum non cōprehendi nepotes, etiam maſculos ex filia maximè uiuente, prout tenuit Io. Andr. in addi. Specul. ſuper rubric. de teſta. ſicque conſuluerunt Butri. Anchar. Salyc. & Florian. quos refert Matthæſi. not. 130. inità unum dictum ſingula
4 re. † Secundò iuſtificatur fideicommiſſum pro d. Comitibus ex probabili coiectura, q̄ teſtator maſculos vocauit, & fæminas dotari iuſſit, nam quando teſtator excludit fœminas contemplatione maſculorum, maſculi cēſentur à teſtatore vocati. l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, & ibi Bart. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. videndū, circa med. ff. ad Tertul. & in aliis locis, vt per Iaſ. conſi. 108. col. 3. verſi. ſecundò principaliter. & conſi. 154. col. 3. vol. 4. vbi ex maſculorum uocatione, & fœminarum excluſione relicta dote, cōſiderat fauorem agnationis, & inter maſculos fideicōmiſſum inductum, prout etiam Dec. arguit ad unguē con
5 ſi. 227. col. 3. † Pari modo ſi conſideretur teſtamentum Comitis Vberti, reſultare uidetur fidei commiſſum dictis Comitibus fauorabile, nam poſt filios inſtitutos ſubiūxit, & ſi aliquis ex eis decederet quandocumque ſine filiis legitimis & naturalibus, ſubſtituit alios eius filios ſuperuiuētes. quotiens enim ſtat ſtatutum in ciuitate fœminarum excluſiuū, ut hic Ferrariæ, ſi teſtator ſimpliciter facit mentionem de filiis, intelligitur de maſculis eum ſenſiſſe, quia uidetur ſe cum ſtatuto prædicto voluiſſe conformare. ita not. Anch. in l. tres fratres, ff. de pact. ſequitur Alex. ſubſcribendo ſe conſilio D. mei Riminaldi, quem olim diſcipulum ſuum acutiſſimum appellat, conſi. 14. in princip. volum. 4. idque conſilium D. mei Rimi. potuit eſſe nunc in ordine poſitum 376. nu. 9. uel 593. nume. 7. Idemque ponit Dec. conſi. 15. col. pen. & conſi. 545. col. 1. Pariſ. conſ. 49 uol. 2. Alba. conſi. 19. nu. 10. D. meus Rimin. conſi. 36. nu. 14. Et hæc interpretatio confirmatur ex alio, nam teſtator excluſit proprias filias, relinquendo duntaxat eis dotes ſuas, ergo dum ſubſtituit filiis ſuis alios ſuperuiuentes, ſi deceſſerint ſine filiis, debet intelligi de maſculis ad excluſionem neptum, quia non eſt credendum teſtatorē plus dilexiſſe neptes propriis filiabus. l. ſi uiua matre, C. de bon. mat. meritò ſi ſubſtituti fuerunt prælati propriis filiabus teſtatoris, fortius neptibus ex filiis præferri debent, ut per Caſtren. conſi. 79. in antiq. quem ſequitur Dec. conſi. 15. col. pen. conſi. 514. col. 2. Pariſ. conſi 48. nume. 17. uol. 2. & Ruin. conſi. 111. colum. pen. uol. 2. qui dicit eſſe commu. accedit quoque prædicta clauſula, quā ſubiecit teſtator dicens, uolens & mādans dictus teſtator bona ſuæ hæreditatis in perpetuum deuenire debere in deſcendentes maſculos ipſius teſtatoris. hinc enim deprehēditur uidetur ſubſtitutionem ſupra factā filiis ſuis, ſi deceſſerint ſine filiis, intelligendam eſſe de filiis maſculis tantum, alioquin ſi etiam de fœminis intelligeretur, locum non haberet quod ſubdit, bona in perpetuū deuenire debere in deſcendē
6 tes ſuos maſculos. † Nec allegata poſſeſſio per ipſam D. Hieronymā bonorum, de quibus agitur, impedire debet immiſſionem petitam per dictos Comites, probando q̄ teſtatores dicta bona poſſederint: ſtant. n. ſimul, quē poſſidere de præſenti, quod prius alius dum viueret poſſideret, qui me hæredē reliquerit, ut inquit Saly. in l. fi. nu. 19. uerſi. ſi uerò allegat, C. de edic. diui Adr. toll. demq; de mente Barto. & aliorum firmat dominus meus Vbertin. num. 324. & Sapia nume. 133. in fine. quare poſſeſſio antiquior debet at
7 tendi. † Minus quoque tituli, quos allegat hæc Illuſtris Domina uidentur ei ſuffragari poſſe, namque allegans titulum ita demum dicitur legitimus contradictor, quando ſimilem titulum

deducit, vt aliud teſtamentum poſterius; ita vo-
luit Alberic. gloſſator ab Accurſio relatus in d.
l.ſi.ver. legitimo. quem Barto. ſequitur, nume.
21. Salyc. num. 19. Ang. colum. penul. Alexan.
8 nume. 23. D. meus Zuccar. nume. 328. † & eſt
communis opin teſte Sapia, nu. 129. ponderan-
dique ſunt Doctores, qui cum miſterio loquun-
tur de teſtamento poſteriore, & ſic eiuſdem te-
ſtatoris, maximè verò Salyc. & Bald. nu. 12. qui
de teſtamento primum reuocante loquuntur. at
tituli, quos adducit hæc Domina, ſunt diſſimi-
les, vt dotis paternæ: contractus enim diffe-
runt à teſtamento, l. uerba gesſerunt, ff. de ver-
bo. ſignifi. & teſtamenti paterni, ſicque diuerſæ
perſonæ. Nec inſuper in diuiſione Comitis Iu-
lij ſui patris cũ Comitibus aduerſariis illius fra-
tribus niti poſſe videtur: res enim peruenerunt
ad eum cum ſua cauſa, hoc eſt cum onere fideicõ
9 miſſi. † nam per ſimplicem diuiſionem factam
inter grauatos fideicommiſſo, non intelligitur il
lud remiſſum. l. cum pater, §. hæreditatem. il ij.
ff. de leg. 2. & clauſula de non veniendo contra,
cæteręque generales, ad ſpecificata reſtringi de
bent, vt Barto. & alii tradunt in l. qui Romæ, §.
duo fratres. 2. quæſt. princ. ff. de verb. oblig. ubi
Iaſ. poſt Alexan. nu. 26. dicit eſſe communem.
ſequitur Ripa, nu. 44. Crot. nume. 43, ad finem,
Dec. conſi. 86. colum. 2. Gozad. conſi. 36. co-
lum. fina. Boer. deciſ. 147. colum. 3. Iacob. de
Puteo conſi. 107. nu. 33. primo tomo vltimarum
uoluntatum. Capra conſi. 77. nu. 16. & nouiſſi-
mè Ioſeph Ludouici Peruſinus deciſ. ſua 19. am
pliſſimè verò Gabrielius Roman. libr. 4. titu. de
fideicommiſ. conclu. prima, qui dicit eſſe ve-
10 ram, & communem conclu. † Quin etiam re-
quiritur ſcientia fideicommiſſi, vt diuidentes
dicantur ei renunciaſſe, nam inter ignorantes
non dicitur illud remiſſum etiam per verba ge-
neralia, ſecundum Barto. in dicta quæſtio. 2.
Crot. nume. 41. in fine. Baldus conſi. 74. do-
minus Thomas Aſinarius, uolum. 3. in quar-
to puncto, & hoc eſt in diuiſione regulare, quòd
error non præiudicat. l. ſi poſt diuiſionem, &
ibi Barto. Bal. Caſtren. & Iaſ. C. de iure & fac.
igno. Capra conſi. 10. nume. 24. at non proba-
tur quòd tempore diuiſionis dicti fratres habe-
rent ſcientiam fideicommiſſi auiti & paterni, im
mo verò præſumuntur ea ignoraſſe. l. verius, ff.
de proba. ergo non præſumitur eis renũciatum.
Et hæc ſunt quæ in prætenſum fauorem dicto-
11 rum poſſunt in medium adduci. † Quibus tamẽ
non obſtantibus arbitror hanc Illuſt. Dominam
ab allegatis fideicommiſſis, & à petita immiſſio-
ne poſſeſſionis abſoluendam eſſe. & pro funda-
mento huius concluſionis præmitto, quòd cum
fideicommiſſum ſit quid facti, debet probari,
præſertim cũ ſit res oneroſa, quæ non præſumi-
tur, ſed eſt euitanda. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff.
vulg. & pup. Iaſ. in l. ex tribus, C. de inoff. teſt.
Dec. conſi. 466. nu. 14. Cephal. conſi. 67. & Rol.
à Valle conſi. 46. in prin. & latius conſ. 59. nu. 34.
12 vol. 3. † Et hinc inualuit illa doctrina Ioannis
Andr. notiſſima in addi. Specul. in titu. de teſta.

§. 1. verſic. occurrit, in fin. dicentis, quòd qui
vult dicere ſubſtitutionem includere aliquem
caſum vel perſonam, id oſtendere debet. ſequi-
tur Soc. alios cumulans conſi. 61. nu. 6. vol. 3. &
poſt eum Soc. iun. conſi. 102. num. 13. volum. 1.
Grauet. conſi. 161. nu. 16. vbi dicit quòd proba-
tio debet eſſe certa ac clara, & neceſſariò cõclu-
dens, non aũt per poſſibile. l. nõ hoc, C. vnde le
13 git. † hancque regulam dilatat Soc. iun. conſ.
111. nu. 28. uol. 1. dicens illam procedere, licèt di
ceretur, quòd ita tacitè ſenſerit teſtator, aut mẽ
te cogitauerit, quia non ſufficit teſtatorem ali-
quid velle, aut in mẽte agitare, niſi illud aliquo
modo diſponat. l. quidam cum filium. vbi Bald.
& Imol. not. ff. de hær. inſt. vnde bene Bald. in l.
1. §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll. per
illum tex. dixit quòd illud quod teſtator nõ lo-
quitur, uelle non præſumitur. ſequitur Dec. cõ-
ſi. 105. col. 2. Grauet. conſi. 22. colum. 2. D. meus
Rimin. conſi. 224. nu. 57. At ſi penitius conſide-
ramus teſtamentum Comitis Franciſci, non re-
peritur in eo ſubſtitutio dictorum Comitum, er
14 go nec præſumi debet: † namque in primo capi
te ſubſtitutionis ſe reſtrinxit ad eius filios, quos
inſtituit & ſubſtituit, ergo non extenditur ad
eius nepotes, qualis eſt Comes Iulius: quia ſub
ſtitutio trahi non debet ad caſum non expreſ-
ſum. Ioan. Andr. loco citato, Socin. conſi. 63.
nume. 14. conſi. 104. colum. 5. nume. octauo, &
conſi. 116. colum. 5. volum. 3. Abb. conſi. 140.
uolum. 1. Gallian. in l. centurio, colum. 66. ff. de
vulga. & pupil. Gozad. conſi. 21. num. 8. & con-
ſi. 59. in princip. Rub. conſi. 28. nume. 1. conſi.
110. colum. 3. Socin. conſi. 76. nume. 8. volum.
1. vbi latius exornat. & Grauet. conſi. 161. nu-
15 me. 16. † Longeque minus ſubſtitutio trahi
debet de perſona ad perſonam, vt voluit Aret.
in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. 4. uer-
ſic. ſecundò adde, ff. de libe. & poſthum. & poſt
eum Iaſ. colum. quinta, ſicut & in l. cum res, ff.
de lega. primo, & conſi. 220. colum. 4. uerſicu. in
primis, uolum. 2. Dec. in l. illam, nume. 11. C.
de colla. conſi. 121. nume. 5. conſi. 218. nume.
9. conſil. 291. colum. penult. conſi. 377. nume.
2. conſil. 384. conſi. 465. nu. 16. & conſi. 697. nu.
16 18. † Hæcq; concluſio procedit etiam, quan-
do ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita diſpoſuiſ-
ſet, ut ſcribit Iaſ. in dicto conſi. 220. colum. 4.
conſi. 128. colum. 2. volum. 2. & conſil. 66. co-
17 lum. 7. uolum. 3. † firmaque remanet omnino,
quando perſona ſubſtituti variatur, ut hic fie-
ret de filiis ad nepotes, vt tradit Barto. in di-
cta l. Gallus. in princip. colum. penul. nume. 9.
Imol. per illum textum. in l. ſi pater filium im-
puberem. ff. de vulg. & pup. Angel. in dicto §.
& quid ſi tantum, colum. 3. Cuman. ſecunda.
Alex. in l. nam hoc iure, colum. 3. ff. de vul. & pu
pil. & in l. 1. nu. 11. eo. tit. & poſt eum Soc. 12. nu.
limit. 2. Ripa nu. 91. Soc. conſi. 77. colum. penul.
uol. 3. Dec. conſi. 394. nu. 7. Guil. Benedi. in c.
Raynutius. verbo, ſi abſque liberis, nu. 16. de te
ſta. & hæc fuit etiã mens Saly. in l. ſi. C. de poſth.
hær. inſt. quatenus dixit diſpoſitionem factam
erga

erga unam perſonam,ad aliam non extendi, &
ſic de perſona ſubſtituti honorata locutus fuit.
In ſecũdo quoque capite ſubſtitutionis teſtator
caſum noſtrum non attingit : vult enim,quòd ſi
eius filij decederent cum filiis maſculis, tunc &
eo caſu pars ſic decedentis debeat ad eos deueni
re : quo fit vt Comite Vberto vno ex filiis teſta-
toris mortuo cum pluribus filiis maſculis, ſua
pars ad eos deuenerit : ſed non inde fit, vt ad ra
tam contingentem Comiti Iulio Comitis Vber
ti filio, vocati ſint eius fratres, teſtatoris nepo-
tes : immo dici debet eos nequaquã cenſeri uo-
catos ex regula prædicta Ioannis Andreæ & ſe-
quacium, & extenſionis non conceſſæ de perſo
18 na ad perſonam. † tantoque magis ſtantibus
iilis verbis,tunc & eo caſu, valde reſtrictiuis ſub
ſtitutionis ad caſum expreſſum ſic, vt omnes a-
lios caſus excludãt,ut voluit Anch.cõſ.356.col.
2. verſi.tertiò hoc probat. Dec.conſi.314. col. 2.
& conſi.332.Rom.conſi.131.& conſi.138.in prin.
Ioan. de Ana.conſi.66.col.3.Bal.conſi.57.col.2.
vol.2.in nouiſ.Craue.conſi.98.nu.5.& 6. Pariſ.
conſi.92.num.10.vol. 2. demumque Dec.conſi.
315.num.5.& conſi.prædicto 332. Grat.reſpon.
124. nu. 39.uol.1.& Albanus conſi.21.nu.1. qui
ponderant geminationem verborum prædicto-
rum,tunc,& eo caſu,quæ maiorem vim habet,
vt per eos ad quos me refero. Vltimum pariter
caput ſubſtitutionis appoſitæ per eundem teſta-
torem nõ deſeruit dictis Comitibus, nam diſpo
ſuit,quòd ſi omnes liberi maſculi, ut ſupra inſti-
tuti & ſubſtituti, decederent ita, quòd ipſius te-
ſtatoris linea maſculini ſexus ex eo deſcenden-
tium deficeret,alii de Sacrato ex alia linea ſucce-
dant : non ergo tali caſu uocantur Comites ad-
uerſarii,qui ſunt de linea teſtatoris, ſi alterius
lineæ Sacrati vocantur. nec ſufficit dicere tacitè
hoc ſenſiſſe teſtatorem,ſeu mente agitaſſe, poſt-
quam ad diſpoſitionem non deduxit, iuxta do-
ctrinam Soc.iun.in allegato conſi. 111.nume.28.
vol.1. & ita concluditur teſtamentum Comitis
Frãciſci nullatenus ſuffragari dictis Comitibus
19 vt etiam dicetur inferius. † Nunc ad aliud Co-
mitis Vberti deuenio, qui poſt filios inſtitutos
dixit, & ſi aliquis ex eis decederet quandocun-
que ſine filiis legitimis & naturalibus, ſubſtituit
alios eius filios ſuperuiuentes. pondero illa ver
ba, ſine filiis, quæ tam fœminas quàm maſculos
comprehendunt. l. iuſta, ff. de verbo. ſigni. l. ſi
quis ita,in prin. ff. de teſt. tut.& in terminis præ-
dictæ conditionis concludũt Ioan. Andr. Butri.
& Doctores in capit.Raynaldus. de teſta. Alex.
conſi. 55. colum.fina.uol. 3. Soc.conſi.55.uol.3.
Dec.conſi.414. col. 2. & in l. 2.nume.91.ff.de re-
gul.Iur.Curt.iun.conſi. 163.num. 11. vbi citat l.
Lucius, l.ultima, ff. de hær.inſt.ſubditque quòd
iſtud deſcendit ex interpretatione legali, quæ
interpretatur mentem teſtatoris in dubio eſſe,
quòd ubi loquitur de filiis, uelit etiam intellige-
re de filiabus, quę quidem legis interpretatio di-
citur manifeſta probatio. l. licèt imperator. ff. de
leg. 1. & vt ibi latius per eum : & cum prædi-
ctis quoque conſentit Cephal.conſi.261.num.
10. citans Curtium iun. conſi.111.num.11.idem-
que tenet Anch.conſi.119.pro clariori. Ale.cõſ.
20 17.uol.7. Bero.conſi.110. nume.16.uol.2. † qui
dicit ita communiter doctores tenere in l. 1. C.
de cond.inſer.demumque firmat Alba. conſi.7.
nu.13.poſt Dec.conſi.236.colum.3.& licet ar-
cuius non uideatur eſſe ſine controuerſia, ut la-
tius conſtat ex ipſomet Alba. ſibi contrario,
conſi. 19. & ex variis diſtinctionibus relatis per
Gabrielium Romanum, lib. 4. de ſubſtitu.con
21 clu. ſecunda, † tamen coadiuuatur hæc con-
cluſio, quando teſtator in alia oratione ſepara-
ta fecit mentionẽ de filiis maſculis, vt hic factum
reperitur, namque datur intelligi, quòd vbi de
filiis ſimpliciter dixit, voluerit etiam de fœmi-
nis intelligere, non autem de maſculis tantum,
quia facile ſibi fuiſſet illud exprimere, ſi uoluiſ-
ſet. l. unica, §. ſin autem ad deficientis. C. de cad.
toll. ita dixit Ioan. de Ana. conſi. 22. ad finem.
Anchar.conſi 120.colum.fina. Alexand. conſi.
38. nume. 6.uolum. 6. Dec. conſi. 339. colum.
fina. Soc. conſi. 217. ad finem, uolum. 2. Curt.
iun. conſi.49. colum. 3. Crauet. conſi. 289.co-
lum. 6. Soc. iun. conſil. 158. nume. 39. & 40.
22 uolum. 2. † & poſtremo loco dominus meus
Zuccard. in l. fina. C. de edic. diui Adr. tollen.
nume. 69. ubi concludit hanc eſſe magis com-
munem. meritò concludendo dico quòd cum
Comes Iulius filius Comitis Vberti teſtatoris
deceſſerit cum domina Hieronyma eius filia,
fideicommiſſum defecit, quod illi fuit iniun-
ctum, ſi deceſſerit ſine filiis, ut uoluit Oldrad.
conſi. 21. gloſſ. Barto. Alexand. Caſtr. & Ripa
in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.
Deci. conſi. 414. colum. 2. Ruin. conſi 133. nu-
me. 1. & conſi. 143. nume. 1. uolum. 4. dominus
meus Riminaldus conſi. 29. nume. octauo, &
conſi. 119. nume. 13. Signor. conſi.68.nume.
3. Socin. in l. ſolemus. in fin. ff. de cond. & 
demonſt. Deci. conſil. 287. conſi. 296. nume.
5. conſi. 465. nume.15.conſi.512.nume.2.conſi.
585. nume. 3. & conſi.594. nume. 6. Rui.conſi.
122. nume. 4. uolum. 3. Pariſ. conſi. 14. nume.
10. 12. & 29. conſi. 14. nume. 10.uolum. 2. Ce-
phal.conſi.17. nume.4. & conſi. 269. nume. 20.
& alibi ſæpe Doctores. ſequitur igitur nec fi-
deicommiſſum Comitis Vberti dictis Comiti-
23 bus prodeſſe poſſe. † Sola difficultas ſupereſt
in tollendis contrariis, in quorum ſolutione
clarior apparebit iſta concluſio. ad primum
igitur dico teſtatorem uoluiſſe, quòd pars ſic
decedentis deueniat ad ſic decedentis liberos,
ſed Comites agentes non ſunt liberi, aut de-
ſcendentes Comitis Iulii decedentis, ſed fra-
tres & collaterales, ergo uerba teſtamenti il-
lis non conueniunt, meritò nec diſpoſitio. l.
4. §. toties. & ibi Barto. & alii, ff. de dam.infec.
obſtatque dictis Comitibus regula Ioannis An-
dreæ, & extenſio de perſona ad perſonam pro-
24 hibita, de quibus ſupra latius poſui. † Con-
firmatur, nam per illud uerbum, decedentis,
cui adiecta ſunt illa, liberos & deſcenden-
tes, reſtringitur eorum ſignificatus, ut re-

rificetur in illis tantum, qui ſint liberi & deſcendentes decedentis grauati, non autem teſtatoris grauantis, vel alterius. verborum namque ſpeciale adiectum alteri generali reſtringit eius ſignificatum, vt tradit Bart. in l. ſed ſi adiiciatur, ff. pro ſoc. Gozad. conſi. 40. colum. fina. Rub. conſi. 50. col. pen. Pariſ. conſi. 102. nu. 12. uolum. 1. vnde quia verbum, decedentis, coarctatum reperitur in caſu noſtro ad perſonam Comitis Iulij, illa verba, liberos & deſcendentes, illi adiectà verificantur tantum in eis, qui ſunt liberi & deſcendentes ipſius Comitis Iulij, non autem alterius, meritò non verificantur in dictis Comitibus agentibus. Præterea Comes Frãciſcus ſubſtituit eo caſu filiis ſuis, non autem nepotibus, qualis eſt Comes Iulius. vnde ceſſat omni reſpectu intentio dictorum Comitum agẽtium, quia de hoc caſu teſtator non fuit locutus. Ad ſecundum reſpondetur, quòd teſtator uocauit liberos & deſcendentes maſculos decedẽtis, excluſitque fœminas eorum fauore: ſed non inde ſequitur hoc idem ipſum feciſſe gratia aliorũ maſculorum, qui non eſſent liberi nec deſcẽdẽtes decedentis, ut ſunt Comites agentes, quia repugnant verba, & de perſona ad perſonam non fit extenſio, ut ſupra dixi. & in caſu Iaſonis conſ. 108. uol. 4. verba latius patebãt, quin teſtator uocabat maſculos retinentes familiam de Nicellis, excludendo fœminas: vnde quicunq; eſſent dicti maſculi de illa familia, dicebantur vocati. at hic vocantur maſculi, qui ſint de liberis & deſcẽdentibus decedentis, & in hoc ſtat punctus, qua-

25 les non ſunt agentes. † duo enim cõcurrere debent ad excluſionem fœminarũ in caſu noſtro, ꝙ ſint maſculi, & liberi deſcendentes decedẽtis: ideo non ſufficit ꝙ altera qualitas tantum verificetur, videlicèt quòd ſint maſculi, ſed omnes cõcurrere debent. l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſti. & tradit in ſimili caſu Dec. conſi. 13. col. 3. Non obſtant & quæ dicuntur ſuper teſtamento Comitis Vberti de uerbo, filios, quod ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo venit intelligendum

26 de maſculis: † nã procedit illud in dubio, prout loquũtur Doctores allegati, hoc eſt alio non dicto: ſecus vbi in alia parte & oratione ſeparata teſtator dixit de maſculis, quod arguit eũ intellexiſſe de maſculis & fœminis, vbi de filiis ſimpliciter dixit, ſecundũ omnes, quos ſupra citaui: tunc enim ex hac coniectura tollitur præcedẽs, ꝙ voluerit ſe cum ſtatuto prædicto conformare: vna enim præſumptio tollit aliam. l. diuus, cum ibi not. ff. de in integr. reſti. Socin. iun. conſi. 41. nu. 45. vol. 2. Portius. Imol. conſi. 17. nume. 20.

27 D. meus Rimin. conſi. 93. nu. 33. † Ita in materia ſubſtitutionis arguit ad vnguem Socin. iun. conſi. 128. nume. 41. volum. 1. & prout alibi tradit conſi. 158. nu. 50. ad fi. volum. 2. cum tale argumentum, quod ſumitur ex dicto ſtatuto veniat per viam coniecturalem, non procedit quãdo de alia mente teſtatoris apparet, prout in iſto caſu apparere dicitur ex ratione prædicta, quòd in alia oratione de maſculis dixit, ſupra verò

28 de filiis ſimpliciter. † Eodem planè modo reſpondetur ad aliud obiectum Caſtrenſis conſi. 79. in antiq. & ſequaciũ, quòd ſi teſtator prætulit ſubſtitutos propriis filiabus, pariter & nepotibus filiorum: nam non procedit illa concluſio quando teſtator in vna parte teſtamenti expreſſit de maſculis, & in alia filia ſimpliciter, ut declarat Alexand. conſi. 33. volum. 6. & Curt. iun. conſil. 163. colum. penult. dicens in iudicando non eſſe recedendum à deciſione Alexandri, quam tenent etiam Petrus de Vbal. & Corneus in conſiliis non impreſſis ſibi exhibitis.

29 † Secundò quoque modo reſponderi poteſt obiecto non eſſe parem rationem in filiabus teſtatoris, & hac Illuſtr. D. Hieronyma illius nepte: quoniam dictæ filiæ habuerunt ſuam certam & determinatam dotem in teſtamento, hęc verò neptis nihil: quam ſi uoluiſſet excludere, potuiſſet facere dotando eam ſicut filias. Sed quia non extabat teſtator, prouidit illi, non apponendo illam qualitatem maſculinitatis, quæ fuit certior prouiſio quàm dotis: unde nõ eſt arguendum de filiabus propriis ad neptes in caſu noſtro, quia ex quo teſtator filiabus prouidit, nimirum ſi filios eis prætulit. Sed neptibus non prouidit: unde nimirum ſi filios eis non prætulit. ita formaliter & in effectu reſpondet obiecto prædicto Ludoui. Bologni. conſil. 49. colum. 6. ad finem, inter conſilia Alexand. volum. 4. Soc. conſi. 127. ad finem. uolum. 2. & Curt. conſi. 63. col. 12. nume. 13. uerſ. & quia non eſt melioris, quos cum aliis cumulat huic obiecto pariter reſpondens Soc. iun. conſi. 158. num. 47. ad fin. uol. 2. & hæc notanda ſunt, & digito ſignanda propter ea, quæ dixi ſuperius conſi. 47. pro ſubſtitutis contra neptem, quoniam non concurrebat ibi, quæ hic concurrunt.

30 † Non obſtat inſuper illa clauſula teſtatoris, valens & mãdans, de qua ſupra, quoniam debet animaduerti, quòd ſecundum intelligentiam relatam corrigerentur præcedentia, ubi dictũ fuit de filiis ſimpliciter, & ſic maſculis & fœminis, quę correctio fugienda eſt omnino, nec præſumi de-

31 bet. l. non ad ea, ff. de cond. & dem. † tuncq; demum ultima derogant prioribus, quando contradicunt, ita quòd concordari non poſſunt, & ſunt inuicem repugnantia: ſecus ſi poſſunt cõcordari, quia laborandum eſt in primis, ut fiat concordia, & uerba inſtrumenti ſic ſemper interpretari debent, ne ſint contraria, ſi fieri poteſt. c. inter dilectos, §. cæterum. de fid. inſtr. & in quali bet materia hoc habet locũ, ut per diſtinctionẽ contrarietas tollatur, ſi fieri poteſt, ut not. Alex. conſi. 140. uiſo aliàs teſtamento, col. 4. volum. 2. Dec. conſi. 195. & in l. pacta nouiſſima, nume. 5. C. de pact. & cum prædictis etiam concordat Ceph. conſi. 296. nu. 18. Pariſ. cõſi. 20. nu. 21. uol.

32 1. & Bero. conſi. 80. nu. 15. uol. 3. † Sed uerba dictæ clauſulæ ſic poſſunt intelligi, ne cõtradicãt præcedentibus, ubi de filiis ſimpliciter dixit: igitur id fieri debet. unde ſenſus eſſe debet, ꝙ teſtator velit & mandet bona ſuæ hæreditatis in perpetuum deuenire debere in deſcendentes eius maſculos, & eorum filios caſu, quo alicuius corũ

deceſſerit

deceſſerit ſine filiis maſculis,& fœminis,& ſic re
tento caſu ſupra poſito in primo gradu ſubſti-
tutionis, non autem uoluit alios eius deſcendẽ
tes uenire ad dicta bona vno decedente ſine fi-
liis maſculis,cum fœminis tamen:quia ſic ſe ip
ſum corrigeret,quod minimè dici debet,l.non
ad ea,ff.de condi.& demon.ita in hac clauſula
in materia ſubſtitutionis conſiderat Dec. conſi.
33 636.col.fi. † tantoq́ue magis iuſtificatur ſtan-
te dictione,ut ſupra poſita in dicta clauſula quę
cã reſtringit,& limitat ad ſuperius dicta, ut per
Alex.in terminis conſi.59.col.fi.uol.3.Rui.con
ſi.150.col.fi.uol.2.Rube.conſi.1.col.1.cum ſimi
34 libus. † Et cũ dicta. clauſula acceſſoriè ueniat
ad præcedentes,reſtringi debet in caſu, quo di-
ſpoſitio principaliter loquitur,quia cum ſit ac-
ceſſoria,ſequitur naturam ſui principalis. capit.
cum principalis,de reg.iur.in 6.ſicq́ue reſpon-
det in ſimili caſu Soc.conſi.164.col.4. uerſic.po-
ſtremò,uol.2.& Dec.conſi.373.nume.14. & ſic
eo caſu,quòd aliquis ex filiis teſtatoris deceſſe-
rit ſine filiis maſculis & fœminis, uelit alios eius
deſcendentes & eorum filios maſculos uenire
35 ad hæreditatem. † Stantibus igitur prædictis,
patet fideicommiſſa non extare pro dictis Co-
mitibus: eis tamen præſuppoſitis dico miſſio-
nem in poſſeſſionem per eos petitam minimè
eis cõcedendam,nam fideicommiſſario uniuer-
ſali non competit remedium leg.fin.C.de edic.
diui Adria.tollendo. nulla facta reſtitutione
verbali.ita glo.Bar.& Doct.ibi,ut Alex.num.7.
Iaſ.8.Dec.25.Curt.conſi.34.& D.meus Zucch.
num.165.qui dicit in iudicando & conſulendo
non eſſe recedendum ab hac opi. licet in pũcto
iuris cõtra teneat:& ratio in promptu eſt, quia
fideicommiſſarius nullum ius habet in rebus,ni
ſi reſtitutione ſibi facta re,uel uerbo,l.reſtituta,
l.facta,ff.ad Treb.unde nõ poteſt petere ſe mit
ti in poſſ.auctoritate dictæ l.fi.quia hoc recipe-
re debet de manu alterius.ita Barto.conſi.91.in
quæſtione uertente,de quo Iaſ.Alex.& Domi.
meus Vbert.mentionem faciunt in d.l.fina. ſed
his Comitibus non eſt facta reſtitutio uerbalis,
36 ergo ceſſat immiſſio petita per eos. † Et licet
quando grauatus alienauit,ut Comes Iulius do
tando & inſtituendo filiam,non ſit opus reſtitu
tione,glo.& Docto.in l.pen.§.fina. C.ad Treb.
tamen id eſt uerum reſpectu reſtitutionis realis:
at uerbalis nequaquam,cum grauatus eam be-
ne facere poſſit,ut Sal.& Fulgoſ. dicunt in d.§.
fi.& Saly.probat in l.fina.§.ſi autem ſub con-
37 ditione.C.commu.de leg. † Quo uerò ad titu
lum teſtamenti paterni,quem deducit hæc Do-
mina,dicitur illum ſufficere ad impediendam
miſſionem petitam,ut in terminis decidit Do.
meus Zuccard.in d.l.fi.nu.317.ubi referendo
Bartolum dicentem,quòd allegans parem titu
lum titulo petentis immiſſionem,ponderat illũ
ſimpliciter locutum de allegante ſe inſtitutum
in alio teſtamento,quod intelligi poteſt,ab alio
confecto & bonorum poſſeſſore tempore mor-
tis ſuæ,prout ex parte huius filiæ fuit allegatum
quia militat eadem ratio, ac ſi ab ipſomet teſta-
38 tore factum fuiſſet,ut ibi per eum. † Sed & in
tuto redditur hæc Illuſt.Domina uigore diuiſio
nis emanatæ inter dictos Comites & Comitem
Iulium fratres in ampla forma cum clauſula illa
inter cæteras,ad habendum,tenendum,poſſidẽ
dum,donandum,alienandum &c.uigore cuius
dicitur fuiſſe remiſſum fideicommiſſum,ſi quod
aderat,ſiue ſciuerint,ſiue ignorauerint ſecuta ta
men alienatione in tantum, quod bona reuoca
ri non poſſunt ab eo,in quem tranſlata fuerint,
ut in terminis declarat Barto.in dicto §.duo fra
tres,8.q.ubi pariter Angel.q.9.Alexan.nu.58.
39 Iaſ.nu.71. † & Ripa nu.83.& ſequen. qui teſta-
tur hanc eſſe communem:idemq́ue ſenſit à con
trario ſenſũ Caſtr.conſi.92.col.2.in antiquis,&
Roma.conſi.403.in prin.clarè uerò ponit Alex.
conſi.189.nu.7.in fi.uol.2.conſi.8.col.fi.uolu.5.
Soc.conſ.43.col.1.uol.4.Corn.conſ.144.colum
na fina.uolum.3.Crauet.conſilio 24. nume. 8.
Dominus meus Rimi.conſi.259.num.40. Dec.
conſi.11.nu.7.Pariſ.conſi.46.col.pen.& fi. uolu.
2.D.meus Vbert.in l.fi.nu.43.C.de pact. Cro.
in d.§.duo fratres,8.q.Cur.iun.in tract.de feu.
quarta par.uer.quintò quæro.Bertran.conſilio
146.col.fi.uol.1.Soc.iu.conſi.116.col.2.uolu.1.
Grat.reſpon.17.col.1.& reſpon.60.col.2. uol.1.
Rui.conſi.113.col.2.conſi.119.col.pen. & conſ.
133.col.1.uol.2.Cur.iun. conſi.4.nu.21. Gabri.
Roma.loco citato,nu.30.Cephal.conſi.253.col.
3.Rol.à Valle conſi.55.nu.14.uol.3.Natta con-
40 ſi.530.col.1.& Bero.conſi.93.nu.33.uol. 1. † at
hic ſecuta fuit alienatio,quia Comes Iulius in-
ſtituit hæredem D.Hieronymam filiam ſuam,
quæ uniuerſalis inſtitutio complectitur etiam
bona ſubiecta fideicommiſſo,quæ poſtea petun
tur ab hærede ut latè ponit Alba conſi.17. & di-
citur alienatio.l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.& ibi
Bar.& in l.ſi ita quis.§.lege.ff.de uerbo.obliga.
& magis in ſpecie probatur ex not. per Bald. in
auth.contra rogatus.C.ad Treb.ubi uult quòd
ſi hæres fuit grauatus reſtituere quicquid ſupe-
rerit tempore mortis, quo caſu cenſetur hære-
di grauato data licentia alienandi, fideicommiſ
ſum extinguitur nedum per alienationem in-
ter uiuos,ſed etiam per inſtitutionẽ hæredis. ſe-
quitur Rui.conſi.92.nu.19.uol.3.igitur ſumus
41 in deciſione doctorum communi. † Et licet
Ruinus inferius nu.27.dicat eos intelligendos
eſſe de alienatione hominis, non autem legis:
unde inſtituto aliquo, qui eſſet ſucceſſurus ab
inteſtato,non intelligitur alienatio facta ſecun
dum eum,ſed expreſſio eius quod tacitè inerat:
tamen ſumus extra hanc difficultatem,quia D.
Hieronyma,licet filia, uelut fœmina, non erat
ab inteſtato ſucceſſura uigore ſtatuti fœmina-
rum excluſiui,ſtantibus Comitibus agnatis, &
patruis ſuis,unde reputatur in hoc,uelut extra-
neus inſtitutus,quo caſu concedit Ruinus deci
ſionem doctorum de quibus ſupra procedere.
42 † Nec me mouent aliqui teſtes examinati pro
dictis Comitibus,dicentes dictam clauſulam,
ad habendum,donandum &c. conſueuiſſe po-
ni in inſtrumentis diuiſionum ex ſtilo notario-
rum

rum citra partium intentionem, non ut per eã
inducatur renunciatio fideicommiſſi, quod de
clauſula codicillari dixit Barto.in l.1.quæſtio.6.
ff.de iure codicill.Bart.conſil.42.colum. 8.volu.
1.de renunciatione.Corne.conſi.288. colum.9.
volum.3.conſi.147.colum.2.& conſi.258.col. 4.
volum.4.Craue.conſi.192.nume.10.i. † Gene-
43 ralius uerò, quòd ex conſuetudine notariorum
plerunque apponantur clauſulæ, quarum uirtu
tem contrahentes non intelligunt, ponit Soci.
conſi.159.nume.25.volum.2.conſi.79.nume.46
uolum.4.Rui.conſi.135.nume.17.Vol.1.& conſi
lio 60.in fi.volum.3.Pariſ.conſil. 20. nume.87.
volum.1.cum multis aliis cumulatis per Tiraq.
in l.ſi unquam. in præfa.num.126.C.de reuoc.
dona.& in tract.de retract.§.primo, glo.18.num.
16.cum ſimil.per Ceph.conſi.110.nume.84. Ro
land.à Valle conſi.55.num.30.uol.3. & Portius
Imol.conſi.101.nu.31.ſicut & Ioſeph Ludouici
Peruſini deciſ.18. nume.68. † Dicant enim
44 ſcribentes quicquid uelint, ut cliẽtibus ſuis ma
gis conducit, ego libentius ſentio, ꝙ quicquid
ſcriptum reperitur in inſtrumento per notariũ,
quod reſpiciat factum, ſibi præſumitur iniunctũ
de voluntate vnius, vel plurium, qui eum roga
runt, vt tradit Bal.in l.errore, colum.1.C.de te-
ſta.& in l.1.colum.fi.C.de priui.dot.Bart.in l.ſi
quis filiabus, ff de teſt.tut. Bal.conſ.263. uerba.
colum.1.volu.1. Roma.conſi.179.colum. 2. cum
ſimilibus quos ibi cumulat Horatius Mãdoſius
in additio.Soc.conſi.20.colum.pen.uol.3. cum
aliis per Dec.conſi.490 num.10.conſi.639. col.
2.& in l.ſi librarius, nume.3.& 4.ff.de regul.iur.
Natta conſi.16.nume.18.& plures alios cumu-
lat Gabriel. Roma.lib.6.tit.de conſue. conclu.4.
45 dicẽs eſſe magis communem. † Alba pulchrè
conſi.59.nu.4 dicens quòd ſemper præſumen-
dum eſt in dubio pro notario in bonam partem
ſecundum Bar.in l.quotiens, §.1.ff.de hær. inſt.
hæcq́ue concluſio ſaltem procedit concurrenti
bus quod clauſula lecta fuerit coram partibus
& eis declarata, prout factũ dicitur in inſtrumẽ
to, quia non contradicendo uidentur approbaſ
ſe. Corn.conſi.151.col.2.& conſi.225.col. fina.
vol.3. Aret.conſi.fi. Alex.conſi.142.col. 3. uolu.
2. Soci.conſil.93.colum.6.vol.3.& ſequitur Ga
briel. Roman.loco citato, nu.6. † Quinimmo li
46 cet notarius malè faciat in apponẽdis in inſtru
mentis his, quæ non intelligit, & ſi intelligit ea
debeat declarare, nihilominus clauſulæ per eũ
appoſitæ operantur effectum ſuum, nam par-
tibus eſt imputandum, vel teſtatori, qui non
participauit cum perito, l.ſi auiam, C.de inge.
& manu.ita Franciſ.Aret. in l.ſi plures, colum.
2.in fi.ff.de vulg.& pup. Afflict. in conſti. om-
nes baiulos, not.10.& Neuiza conſi.28. nu.10.
ſubiungens quòd debent contrahentes ſcire ꝙ
notarius non eſt doctor, & quod quotidie circa
interpretationem contractuũ oriuntur difficil-
limæ quæſtiones & difficultates inter uiros pe-
ritiſſimos, † & quod notarii ſunt & faciunt tan
47 quam pica, & pſittaci in camera dominorum,
qui bene cantant, licet neſciant, quid dicant, &
cum prædictis etiam concordat Cagnol.in d l.
ſi librarius, nu.10.& Capicius deciſio.156.num.
43.uolentes clauſulas, cæteraq́ue per notarios
appoſita multum operari, & inſtrumento ſtan-
dum fore. Quare ſublatis cõtrariis cõcluditur
hanc Illuſtr. Dominam à petitis abſoluẽdã eſſe

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## In cauſa Illuſtr. Comitis Ioan Antonii Montecuculi cum Communitate Maſſiæ.

### ARGVMENTVM.

Quod communitas non teneatur ad domini moleudium accedere.

### *SVMMARIVM.*

1 *Flumina ſunt de Regalijs.*
*Modo ſint nauigabilia, vel aliud faciant nauigabile.5.*
2 *Regalia dicuntur in conceſſione comprehenſa, quando uerba ſunt amplè concepta.*
*Aut ſi ſoluta ſunt uenire.3.*
4 *Fluminis proprietas, eſt principis.*
5 *Aquam ducere cuique licet ex riuo.*
6 *Flumen priuatum quale ſit, uel publicum.*
7 *Exemplis inter diuerſas perſonas non eſt iudicandum.19.*
8 *Baldus conſilio 11. inter conſilia Ancharani, & conſi. 162. uol.2. in antiq. damnatur.10.16.*
9 *Statutum ſuper molendinis, an clericis, uel eccleſiæ poſſit præiudicare.*
10 *Collecta ſubditis imponi poteſt.*
11 *Recognoſcens ſuperiorem, non poteſt ſtatuere contra ius commune.*
*Præter uerò ſic, dummodo ſtatutum ſit iuſtum, & honeſtum.13.*
12 *Monopolium quid, & à quo fieri non poſſit.*
14 *Statutum non ualet, quo coguntur homines ire ad ad molendina quadam proprijs derelictis.*
*Et eſt communis opi.15.*
16 *Statutum generale clericos non comprehendit.*
*Nec ualet diſponens, quòd quicunque uadit ad molendinum eccleſia, ſoluat decem.17.*
18 *Inconſtantia damnatur.*
19 *Facti diuerſitas, ius diuerſum conſtituit.*
20 *Ratio diuerſa reformat pactum.*
21 *Ratione ceſſante, ceſſat ob eam diſpoſitum.*
22 *Relator prius iurare debet, antequam referat.*
*De credulitate ubi non poteſt haberi uera notitia.23.*
*Alias etiam de ueritate.24.*
25 *Relationi non ſtatur, ubi conſtat in ea contenta non eſſe uera.*

*Man-*

26 *Mandatum uniuerſitatis ſine ſuperiore factum, nõ ualet.*
27 *Procurator quando non poſſit praiudicare.*
*Et mandatum in indiuiduo requiratur. 28.*
29 *Minor reſtituitur.*
30 *Vniuerſitas reſtituitur.*
*Caſtri, uel alia. 31.*

## CONSILIVM LXXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITATVR ex pluribus per ma
gnificum Conſiliũ iuſtitiæ aduer-
ſus homines de Maſſa pro Illuſtre
Comite Ioanne Antonio Monte
cuculo, quibus ſigillatim relatis re
ſpondeo, vt nitida remaneat hominũ prædicto-
rum defenſio. Dicitur igitur in primis quòd a-
qua fluminis, ſuper qua habent ſuum molendi-
num, eſt ipſius Comitis Ioannis Antonii: † nam
1 clarum eſt flumina eſſe de Regalibus, c. 1. quæ
ſint Rega. ver. flumina. declarat Bar. in l. quomi
nus, q. 2. ff. de flumi. Bald. in rubr. ff. de rer. diui.
colum. 5. Ang. in l. fluminum, in prin. ff. de dam.
infec. vnde Iaſ. in d. l. quominus, notab. 6. infert
quod neque populus, neque ciuitas poteſt aquã
ducere, uel vſurpare ex flumine, cum ſit de Re
galibus, nec ut addit Afflict. in dicto §. flumina,
quis poteſt in flumen aliquid immittere ſine li-
2 centia principis. † at in conceſſione facta dicto
Comiti de Caſtro Maſſæ dicuntur eſſe compre
henſa Regalia, quia verba ſunt valde prægnan
tia: ibi, omnes & ſingulos introitus, fructus, &
prouentus, ut per Caſtren. conſi. 63. quod dicti
redditus, volum. primo, quem ſequitur Alciat.
in c. quod ſedem, nu. 45. de offi. ordi. & hoc ma-
xime de flumine dici debet. † nam in conceſ-
3 ſione veniunt regalia, quæ ſolita ſunt venire,
prout ponit Abb. in c. cum M. Ferrarienſ. de cõ
ſti. Alex. conſi. 89. volum. 3. Barb. in c. quod trã-
ſlationem, de offi. leg. & Anton. Gabriel. Rom.
lib. 6. titu. de conſue. conclu. prima, nu. 34. quod
de flumine videtur dici poſſe, cum in territoriis
ſoleant adeſſe flumina. † Et ultra prędictos
4 accedunt Caſtren. in dicta l. fluminum, Bal. poſt
glo. in l. item lapilli, ff. de rerum diui. & in l. 1. §.
ille, ff. de flumi. Deciſ. Neap. 388. nu. 8. & Bero.
conſi. 140. nu. 5. uol. 3. dicentes quòd proprietas
fluminis, hoc eſt totius aquæ, & alui, ex quibus
flumen conſtat, non eſt vicinorum, nec commu
ne, ſed reipublicæ, ſeu Principis, aut Regis, qui
regalias habet, unde ſi dictum flumen eſt dicti
Comitis, ſequitur vt homines Maſſæ ſuper eo
molendinum conſtruere, habere, ac tenere non
poſſint eo inuito, tantoque magis, quod ita re-
perit iudicatum inter dictum Comites, & homi
nes Fametæ & Languſciollæ ſuper aquis illorũ
Caſtrorum. Hoc dubium licet ſubtile ſit & ſtrin
gere uideatur, attamen inſpecta veritate facti, fa
5 cilè proſterni poteſt, † nam conſiderandum eſt,
quod iſte fluuius non flumen appellabilis non
eſt nauigabilis, nec aliud flumen facit nauigabi
le: quo ſtante, non dicitur eſſe de regalibus, ut
probatur in dicto c. 1. quæ ſint rega. à contrario
ſenſu. Iaſ. in d. l. quominus, not. 6. quare ſicut ex
tali riuo licitum eſt unicuique aquam ducere ad
irriganda prædia ſua, ut latè Bal. ponit conſilio
463. quatuor ſunt, uol. 4. Caſtr. conſi. 65. in quæ
ſtione aquæ, & conſil. 257. notandum eſt, uolu.
2. Graue. conſi. 124. nume. 5. pari modo licere de
bet ſuper eo cuique molendinum conſtruere, &
6 retinere. † Idque determinant Iaſ. & Ripa in
d. l. quominus, nu. 42. & prior eis Alex. conſi. 94.
conſideratis uerbis, col. 1. uolum. 2. poſt Bald. in
dicta l. item lapilli. ubi præmiſſo, quod flumen
priuatum dicitur illud quod non continuè cur
rit, ſed quãdoque. l. 1. §. 1. & l. nemo, iunctis gloſ
ſis, ff. de flumi. dicit tale flumen proprium dici,
cuius aqua ingreditur in eius locum, & ob id
ei licet in eo molendinum ædificare, & alteri pa
riter poſt eum ſecundo loco, ſi in eius ſolũ fluit
aqua: quia quilibet in ſuo licitè facere poteſt, et
ſi alteri noceat, modò ſibi principaliter proſit,
ut præſumitur, ſequitur Deciſ. Neap. 388. n. 14.
& Rui. conſi. 93. nu. 1. uol. 2. at hoc flumen eſt ta
le, & ſuper terrenis dictorum hominum fluit, vt
eſt probatum: meritò licitè conſtruxerũt ſuper
eo molendinum, nec Dominus eos moleſtare
poteſt: & ex his uno uerbo tolluntur in dubio
deducta, nam procedunt in flumine nauigabili,
ſeu quod aliud faciat nauigabile, ſicque loqui-
tur tex. in d. c. 1. & Doctores ſupra citati ſe decla
7 rant, qualis non eſt caſus noſter. † Quòd ue
rò dicitur ſententia lata, parum facit; nam non
loquitur de aquis Maſſę, nec de eius hominibus,
unde inter diuerſas perſonas exemplis non eſt
iudicandum, l. nemo, C. de ſent. & interl. om. iu
di. quam ſic intelligunt Doctores, ut Abb. &
Imol. in c. cum inter. de re iudic. Cur. iun. & Sa
pia in l. 1. ff. quod quiſ. iur. col. 1. & 2. Et ita pri-
mum dubium remanet ſolutum. Secundò dici-
tur, iſtis hominibus repugnare ampliſſimam po
teſtatem, dicto Gomiti, & anteceſſoribus datam
per ſtatutum in cauſa productum, uirtute cuius
debet hic Comes iſtos homines compellere poſ
8 ſe ad molendum ad ſuum molendinum, † ut
probatur auctoritate Baldi conſi. 71. factum ſu-
per quo petitur, inter Ancharani conſilia, ubi
conſuluit pro Communitate Spoleti, quæ habe
bat in territorio ſuo quædam molendina ſuper
flumine Salonæ contra Archiepiſcopum Spole
tanum pariter ibidem molendinum habentem,
determinauitque Baldus, quòd illa cõmunitas
prohibere poterat ſubditos per uiam ſtatuti, nõ
ire ad molendum, per impoſitionem gabellæ
contra euntes, & portantes blada ad aliorum
molendina, licet indirectè tenderet contra di-
9 ctum Archiepiſcopum. † Et inter cæteras ratio
nes hac mouetur, nam Cõmune Spoleti poteſt
ex ordinata charitate magis proſpicere ſibi, ſuis
que neceſſitatibus, quàm Archiepiſcopi: Com
munitates enim multa ſupportant onera, quæ
ſine pecunia expediri non poſſunt, l. fina. C. de
uectig. & commiſſ. unde ſi Cõmune facit legẽ,
pro-

prouidentẽ amplioribus redditibus laicorũ, licet redditus Archiepiſcopi minuantur per accidens,non propterea dici debet lex iniqua,quã ſimul fouet charitas,& ratio naturalis,l.præſes.
10 C.de ſeru.& aqua.† nõ enim Cõitas immittit falcem in meſſem alienam,ſed ſolum in ſubditos,quibus collectam imponere poteſt,l.reſcripto,§.fi.ff.de mun.& honor.& idem ſcribit ipſe Bal.conſi.162.punctus quæſtionis,vol.2.in antiquis.vbi conſuluit pro Ciuitate Montis Falconis contra Decanum,& capitulum eccleſiæ dicti loci:volens valere ſtatutum dictæ Ciuitatis, quòd quilibet conducens molendinum, aptum ad faciendum oleum,ſoluat ſolidos 30.quolibet anno,ſi quidem conduxerit a Decano molendinum huiuſmodi,tenebitur ſoluere dictam pœcuniam,quia non impediuntur laici uti eorum commodis,& vtilitatibus contra ſubditos ſuos conducentes ab eccleſiis, nec dictum ſtatutum dicitur odioſum,quia non ſimpliciter continet odium eccleſiæ, ſed fauorem rei fiſcalis contra ſubditos,vt per Bal.quare ſi tale ſtatutum fieri poteſt,quod per indirectum tendit in præiudicium eccleſiæ,tanto magis valere debet in caſu noſtro,vbi de præiudicio tantum laicorum tra-
11 ctatur ſubditorum dicti Comitis. † Iſtis tamẽ non obſtantibus contrarium tenendum eſt in caſu noſtro:clarum enim eſt, quòd iſte Comes recognoſcit ſuperiorem, videlicet Illuſtriſſimũ Ducem Ferrariæ,vt ex inueſtitura ſibi conceſſa patet,quo ſtante,ſequitur quòd licet ſtatuta, vel ordinationes facere poſſit,non tamen contra ius commune diſponere poteſt,l.formam.C.de offi.præſ. præto.Caſtr.conſi.149.viſis & ponderatis,colum.fi. Dec.poſt Bar.& alios in l.1.in prin.nu.20.ff.quod quiſ.iur.& maximè in præiudicium ſubditorum,ut ex prædictis tradit Socin.conſi.271.col.3.uol.2.ubi conſuluit in Comitibus de Rangonibus,inueſtitis ab olim Illuſtriſſ.Duce Borſio in Ducatu Mutinæ, prout etiam fuerunt iſti præceſſores huius Comitis in
12 dicto Ducatu. † At uelle quòd homines Maſſæ tendant ad molendinum dicti Comitis, non ad publicum commodum dictorum hominum, ſed ad priuatum ipſius Comitis , eſt contrà ius commune,ergo id non ualet, probatur aſſumptum,quia talis ordinatio dicitur monopoliũ, nec fieri poteſt,niſi à non recognoſcentibus ſuperiorem, vt per Bal.in l.1.C.de monopol.ergò pariter eſt contra ius commune, ſecundum Innoc.in c.cum acceſſiſſent.de conſti.Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Anch.in c.1.de conſti.in 2.q.9.quæſtionis princi.meritò ualere nõ debet talis ordinatio,& uoluntas dicti Comitis prout ſic in terminis dictorum Comitum de Rãgonibus,qui uolebant idem contra ſuos ſubditos.decidit Soc.in dicto conſi.172.quo nihil melius adduci poteſt, eumque refert , & ſequitur
13 Boer.deciſ.125.colum.2. † Secundò confirmatur hæc opinio, nam Comes iſte recognoſcens ſuperiorem,poteſt ſtatuere tantum præter ius commune,dummodo tale ſtatutum ſit bonum, & honeſtum,& iuſtitiam contineat.ita dicit Baldus in dicta l.omnes populi, & poſt eum Cacial.in 3.q.princi.Sed tale ſtatutum,ſiue prouiſio non eſt talis,nam cum tendat ad proprium commodum dicti Comitis , & in præiudicium ſubditorum , quorũ libera poteſtas coarctari nõ põt utiq; nõ põt ualere,c.erit autẽ lex.4.diſt.ita tradit Gaſpar.de Calder. inter conſilia Ancharani conſil.12.incip. ſuper caſu.quem ſequitur Anch.conſi.13.immediate ſequenti,ex eo, quia aufertur libertas eundi ad aliorum molendina, & quod peius eſt in caſu noſtro,ad propriũ iſtorum hominum,ſatis profectò inhumanum , & impium,eaque conſilia pariter probat D.meus
14 Riminal. conſil. 488. † Et hoc idem tradit in terminis latius Anchar.conſ.158.in territorio, ubi concludit pulchris rationibus,ſtatutũ Communitatis non ualere,quo mediatè, uel immediatè,directè,uel indirectè cogantur homines ire ad molendina Communitatis, relictis molẽdinis particularium,quia nõ debet ſtatuẽs propriis utilitatibus inhiando,in aliorum præiudicium ſtatuere,cap.cum omnes,de conſtit. item debet eſſe ſtatutum honeſtum in commodum ſubditorum,dicto c.erit autem, non autem fundatum in radice cupiditatis,& auaritiæ, ut erat in caſu ſuo igitur ualere non debet, prout nec iſtud quòd uelit hic Comes:hoc enim non eſt, niſi ſubtrahere commercium aliorum molendinorum,& ſubditis propriam libertatem , quæ ſunt minus honeſta,& ita ex prædictis concludit contra dictos Comites de Rangonibus in terminis noſtris loquens,Soc.in dicto conſilio 272.colum.4.& cum opi.Calderini,& Anch.tẽ
15 ſidet etiam Boeri.in allegata deciſio.125.ubi concludit quòd eſt uera & communis opi. & latius alios citans Iaſ.conſil.161.colum.finali, uolum.1.& in l.quominus,q.25.num.155.ff.de flumi.ubi tenet quòd eſt magis communis opi. idemque ponit ibidem Ripa num.131.ubi ponit quæſtionem de ciuitate,quæ ſtatuit quòd quilibet teneatur molere in molẽdino ciuitatis ſub certa pœna,an ualeat in præiudicium aliorum habentium molendina, quæ propter ſtatutum remanẽt infructuoſa.arguit in primis quòd ſic, poſtea concludit contrarium,quia ſtatutum in odium tertii conditum,eſt officio iudicis reſcindendum.l.qui ſe grauatos.C.de cenſibus,& adducit Ancharanum Alex.& Soc.id tenentes remittendo ſe ad librum primum ſuorum reſponſorum,cap.11.ubi dicit de hoc ſcripſiſſe , & ita reperitur ibi:ubi in terminis ponit hanc q. in Communitate Montilii,quæ non potuit ſtatuere,quòd quilibet teneatur ire ad molendum in molendino communitatis in præiudicium habentium aliud molendinum in dicto loco.& licet allegaret dicta Communitas poteſtatem ſtatuendi in his,quæ pertinent ad adminiſtrationem rerum ſuarum, tamen reſpondet Ripa eã non procedere in præiudicium tertii , & ibi citat omnes ſupra commemoratos,inquitque tãdem quod iſte caſus apud ſe non habet dubiũ, cum igitur tot ac tanti ſtẽt ad fauorem iſtorum hominum in q.noſtra,& ſic communis , & magis

gis communis opi. pro ipſis, credo ſatis eſſe, nec ulterius oportere uagari ſuper hoc ſecundo
16 dubio. † Nec obſtat deciſio Baldi in allegato cōſi. 11. & conſi. 162. quia cum loquatur in ſtatutis generalibus, nec in ſpecie de clericis, aut eccleſiis loquentibus: ſequitur vt ad clericos & iura eccleſiaſtica non extenderētur illa ſtatuta tū ex defectu poteſtatis, c. eccleſia S. Mariæ, de conſti. & c. bene quidem, 96. diſtinc. cum ex defectu voluntatis, quia intentio ſtatuentium à uoluntate regulatur: ideo generalis diſpoſitio ſtatuti nō trahitur ad illud, quod in ſpecie fieri nō poteſt, vt ait Bar. inferens ad propoſitum de clericis in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condi. inſti. Bald. in l. fi. §. in computatione, C. de iure delib. Ioā. Monac. in c. 1. de conſti. in 6. Butri. in d. c. eccleſia S. Mariæ, circa fi. cum ſimilibus à Decio cumulatis ibi, nu. 65. quibus addendus eſt ipſemet in c. 1. 2. lectura, in glo. omnibus, de conſti. & cōſil. 54. col. 1. Craue. conſi. 106. num. 5. vnde malè determinauit Bal. ea ſtatuta procedere contra il
17 lum Archiepiſcopum, & Decanum. † Nec etiā ratio Baldi de præiudicio eccleſiæ non principaliter, ſed per accidens, aut per indirectum cōtingente, nam conuincitur ex alia deciſione eiuſdē Baldi in repeti. l. 1. C. de ſūmma tri. quem refert & ſequitur Caccial. in l. omnes populi, car. 13. ff. de iuſt. & iure, & Dec. in dicto cap. eccleſia S. Mariæ, nu. 59. ubi dicit non valere ſtatutum, ꝙ quicunque vadit ad molendinum eccleſiæ, ſoluat decem: nam nec illud ſtatutū principaliter tendit in præiudicium eccleſiæ, quia non prohibet perſonas ire ad molendinum ſuum, ſed per accidens & indirectum, quia multi ne ſoluant decem, non ibunt ad molendinum eccleſiæ. vnde patet quòd Bal. omni reſpectu malè ſenſit in
18 illis ſuis conſiliis. † Nec dicat aliquis me incōſtantem eſſe & mulieri ſimilem, iuxta illud.

*Varium, & mutabile ſemper*
*Fœmina.*

Quoniam contrarium tenui pro Illuſ. Domino Hercule Pio de Sabaudia ſuperius in conſil. 68. nume. 8. cum ſequentibus, quoniam diuerſitas facti eo loco conſiſtens diuerſum conſilium ſuadebat, l. interpoſitas. C. de tranſ. l. ſi ex plagiis. §. in cliuo, & ibi not. Alberic. ff. ad leg. Aquil. Senat. Pedemonta. 99. nu. 34. Homines enim non cogebantur ibi ire ad molendum ad molendina illius Illuſtr. Domini, alienis uel propriis derelictis ut hic, ſed prohibebantur tantum foris ire ad molendum & in eius territorio poterant ire ad molendum tam ad eorum molendinum quā ad aliena ibidem conſiſtentia, miſſis molendinis ipſius Domini. unde nihil iniquitatis cōtinebat illud ſuum proclama, prout ibi declaraui, num. 37. Tertiò diciturịam fuiſſe diſpoſitum literis Ducalibus & ſententia inter Comitem Cæſarem Montecuculum & ſuos ſubditos, quòd teneretur ire ad molendum in molendinis ſuis, quare uidetur idem ſeruandum inter iſtos ſub
19 ditos Comitis Ioannis Antonii cum ipſo. † Cui motiuo reſpōdetur, exemplis inter diuerſas ꝑſonas iudicandum non eſſe, l. nemo, C. de ſent. & interlo. omn. iud. Abb. & Imol. in ca. cum inter. de re iud. Vnde Plinius ad Traianum, quē commemorat Frācíſcus Connanus in commētа. iuris ciuilis lib. 1. cap. 15. col. fi. Quid debeam ſequi rogo domine ſcribas, præſertim cum pertineat ad exemplum. & Tullius 11. Philippica dicit non exempla maiorum quærēda eſſe, ſed eorum conſilium, a quo exempla nata ſunt, inquirēdum. Itaque cum in noſtro Senatu nouū aliquod negocium controuertitur, quod ad exemplum pertineat, iudicatur de omnibus Decuriarum ſentētiis, ideſt ab omni Senatu & ſexcuplici cōcilio: alioquin res in uno cōcilio iudicata nón imponit legem aliis ſimiliter iudicandi. immo quod in uno concilio ſemel eſt iudicatum, non affert iis, qui poſtea in illo ipſo concilio iudicabunt, neceſſitatem, & uidemus de eodem negotio, atque eadem omnino re diuerſiſſimè in una atque altera Decuria iudicari, & quod in una probatur, in altera quaſi obſtinatione quadam ſententiæ repudiari. Quæ cū ita ſint ad rem noſtram redeundo, facilè patet in prædictis literis & ſententia inter alios emanatis, uim non eſſe faciendam ad deciſionem ca-
20 ſus noſtri. † tantoque magis quòd ut dici ſolet diuerſa ratio reformat pactum. l. interpoſitas. C. de tranſ. Neuiza. conſi. 8. nu. 76. & ubi ſeparata eſt ratio, ſeparatum debet eſſe ius, l. hæc actio, ff. de calomni. Butri. in c. poſt translationē, de renunc. Tiraquel. in trac. ceſſan. cauſa. prima par. nu. 169. at in Comite Cæſare ſic ſancitū fuit, quia habebat plura molendina ualde ſuis ſubditis commoda, & ad eis molendum idonea, hic autem Comes Io. Antonius habet molendina ſua in locis deuiis, & diſtātia per 7. & 10. mil
21 liaria † unde ceſſante ratione finali in his molēdinis, quia fuit illud in illis inductum, ceſſare debet in iſtis illa determinatio, l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patro. l. in omni, & ibi Barto. ff. de adop. l. fi. & ibi Bar. poſt glo. ff. de teſta. tut. l. ex facto, in prin. & ibi Alex. col. 2. ff. de uulg. & pupilla. cum ſimilibus per Tiraquell. loco citato, nume. 12. & ita quoque remanet ſecundum dubium uiribus euacuatum. Tertiò dicitur extare fidem Bonuicini poteſtatis, quod homines ſubiecti iuriſdictioni Comitum de Montecuculo iuerunt ad molendum ad eorum molendina.
22 † Sed & illius relatio me parum mouet. primò, quia ſine iuramento præuio facta reperitur, cū tamen compertum ſit, ubi ſtandum eſt alicuius dicto iuramentum eius requiri, ut per Ange. in l. ſi uacantia, colum. 2. C. de bon. uacan. lib. 10. Marian. in ca. qualiter & quando, 2. quæſt. 7. 9. quæſtione prin. de accuſ. Fel. in c. ſignificaſti. il primo, in fi. de homic. cum aliis per Marſi. ſingu. 214. Arnonus ſingul. 20. † Et in peritis, qua
23 lem ſe profitetur hic Bonuicinus, communi calculo Doctorum cōſtitutum eſt, quòd iurare debeant ſaltē de credulitate, ut not. Bar. in proœ. digeſtorum, in prin. Angel. in l. comparationes, not. 4. C. de fide inſtru. & in l. iuſiurandi, uerſic. ultimo quæro. C. de teſti. Alberic. in pri. conſti. Cod. col. 4. uer. ſed nunquid medico. Abb. in c.

pro

propoſuiſti, & poſt eũ Dec.col.fi.de probatio.

24 † Quinimmo quando vera notitia haberi poteſt de eo,ſuper quo deponunt, præciſè iurare debent de ueritate,ſecundum Bal.in proœ.digeſtorum,uerſic.ſed dubitatur.in l.hac edictali.§.his illud,C.de ſecun.nup.& in repe l.2.ff.de iureiur.col 24.Ioan.And.in dicto ca.ſignificaſti, col.6.uerſi.circa ſecundum,Feli.in c.quia indicante,de præſc.Dec.in d.c.propoſuiſti.licet aliter dixerit Crot.in tract.de teſtib.in 7.par. nu. 227.quod breuitatis cauſa non diſcutio. Quare cum potuerit Bonuicinus oculata fide uidere euntes ad molẽdina dictorum Comitum( ſi uorum tamẽ eſt) debuit omnino cum iuramento de ueritate nedũ de credulitate referre,quorũ

25 neutrũ fecit,ergo ſibi credi non debuit. † Secũdò dico, quòd ubi conſtat in relatione, contenta uera non eſſe , non eſt ſtandum relationi.ita not.Abb.Iacob.Butri.& Bald.in l.1.C.de re iud.Bal.in l.1.C. ſi aduer.lib.cum ſimilib.per Alex.conſi.91.nu.8.volu.6.ſed iſte Bonuicinus refert quòd ab anno 1481. continuè ſine contradictione aliqua homines ſubiecti Comitibus familiæ de Montecuculo iuerũt,& in dies eunt ad molendum ad eorum molendina,& tamẽ cõtrarium manifeſtè patet reſpectu horum hominum Comitis Io.Antonii & Caſtri Maſſæ , de quo agitur,ad cuius molendina non acceſſerũt per infinita tempora,nec accedũt: aliàs eſſet ſuperuacanea præſens lis,hocque teſtes abũdè deponunt in ea recepti,meritò conuincitur dicta relatio. Vltimò dicitur adeſſe tranſactionem factam cum iſto Comite per tres ex ſindicis terræ Maſſæ,quibus inſolidum fuerat data poteſtas tranſigendi,ut in mandato patet, qui ſindicario nomine ſe obligarunt ire ad molendina dicti Comitis. quo ſtante non uidetur ulterius

26 quærendum,nec elaborandum. † Sed tamen conſiderandum eſt in primis,quòd tale mandatum de iure non ualet,ueluti factum ſic interuẽtu ſuperioris,puta Poteſtatis,quem dicta Communitas Maſſæ in ſuperiorem recognoſcit . ita tenet Caſtr.in l.nulli, ff.quod cuiuſ. uni. nomi. qui dicit ita de facto ſeruari.ſequitur Corne.cõſi.148.col.2.uolumi.1.& conſil.189.nume.5. uolum.3.Secundò non ualuit etiam tranſactio ſuper eo,quod erat deciſum per ſententiam , ut probatur ex not. per Angel. & Caſtr.in l. 1. ff.de tranſ.& in terminis Ruin.conſil.67.num. 8.uolum.5.ſed per ſententiam , quo ad molendina fuerant homines Maſſæ liberati, ergo ſuper eis non potuerunt ſindici tranſigere, licet

27 cum mandato ad tranſigendum. † Tertiò cum dicti homines Maſſæ ius haberent ſibi quæſitũ, non eundi ad molendinum dicti Comitis, non potuerunt tale ius remittere & donare tranſigendo,ueluti ſibi ſuper hoc poteſtate ſibi non conceſſa,prout latè ponit Alexand. conſil. 22, colum.fina.uolum.1.poſt Feder.de Sen.& alios quos citat: idemque Rui. ſcribit conſilio 67.nume.9,uolum.5.Dec.conſi.97.num.4.& not. omnes in cap.qui ad agendum, de procura. in 6. Quibus addo pulchrè Beroum quæſtio. 33. co-

28 lum.penul. † ubi dicit quòd ubicunque principaliter agitur de iis,quæ ad fauorem Domini nullatenus tendunt, ſed in merum aduerſarii fauorem,non ſufficit mandatum generale , etiã cum libera , ſed ſpeciale & indiuiduum requiritur,ut colligitur ex doctrina Bar.in l .filiusfamil.colum.fina.ff.de dona. iſtud ire ad molendum ad molendina dicti Comitis, indubitanter ſpectat ad commodum dicti Comitis , non autem dictorum hominum: immo grauarentur euntes ad eius molendina , ueluti deuia, nimiſque remota,relictis propriis & alienis propinquioribus & commodioribus , ergo mandatũ , de quo agitur,nõ ſufficit.Quartò & ultimò poſito quòd dicta tranſactio fieri potuiſſet,& eſſet ualida, nihilominus tanquam huic communitati nociua reſcindi deberet per in integrum reſti

29 tutionem. † ſicut enim minor aduerſus donationem & tranſactionem reſtituitur,l.1. & 2. C. ſi aduer.donatio.& C.ſi aduer. tranſ.ita etiam debet uniuerſitas prædicta reſtitui , prout ex pluribus tradit in terminis tranſactionis à ſindicis uniuerſitatis factæ.Alex.conſi.1.colum.4.uolum.3.Ruin.in dicto conſi.67.nume.13. uolum. 5.& Corn.conſi.189.col.2.uol.3. & ratio facilis

30 eſt in promptu , † quia uniuerſitas cenſetur eſſe perſona priuilegiata , & propterea debet in integrum reſtitui , ſicut perſonæ minorum & ſimilium propter pupillos & minores, qui ſunt in ea , ſecundum Bald. Salycetum,& Caſten.in l.reſpublica . C.quibus ex cauſ. ma. & in d.l.1.C.etiam per procur.cauſam in inte. reſti.Specul.& Ioan.And.in titul.de in integ. reſtitutio.§.primo, uerſicul. porrò , & ſequen. Caſtrenſ.conſilio 313.ut bene attingatur. qui dicit hanc eſſe communem. ſequitur Dominus meus Riminaldus conſilio 73.nume.29. conſil. 320.nume.23.& conſi.430.num.17.Georg. Natta in tracta.quod ſtant.maſc.3.quæſtio. princi. nume.72.Alexand.conſi.55.colum. penul. uolum.5.Dec.conſi.42.ad finem,Cephal. conſil. 40.nume.56.& longè latius Rolandus à Valle conſilio 68.nume.21.cum ſequen. uolumi. ter-

31 tio, † ubi poſt alios citat Socinum conſi.299. colum.ſecunda,in princip.uolum. 2. dicentem, quòd Caſtrum , quod regitur per multos homines,ex capite læſionis, & ex priuilegio minorum, ſecundum doctorum communem ſententiam,habet reſtitutionem in integrum , ut per Cano.in capitulo primo,de reſtitutio. in integr. quæ deciſio determinat caſum noſtrum , qui de hac uniuerſitate Caſtri Maſſæ tractat . Et ex his ſatis apparet de bonis ſuis iuribus in præſenti cauſa.

*Hippolytus Riminal.Ferrar.*

## In cauſa Illuſt. Comitis Nicolai Eſtenſis Taſſoni cum Binaſiis.

### ARGVMENTVM.

Quis in emphyteoſi eccleſiæ præferendus.

### SVMMARIVM.

*1 Fœmina ſemel excluſa, perpetuò dicitur excluſa.*
*Quod declaratur, donec extant maſculi. 4.*
*Et in feudo. 5.*
*In emphteoſi ſecus. 6.*
*Quid in ſtatuto, diſtinguit auctor. 8.*
*Et declarat. 10.*
*2 Hæreditatem patris poſſidere, denotat hæredem eſſe, declaraturq́;. 12.*
*Et talis in inueſtitura comprehenditur. 3.*
*4 Intellectus c. 1. §. quinetiam. Epiſcopum uel Abb. 5.*
*5 Fœmina, ſui natura feudi dicitur incapax.*
*Emphiteoſis ſecus. 6.*
*7 Extenſio fit in correctorijs, quando reducimur ad ius commune.*
*8 Fœmina per ſtatutum ſimpliciter excluſa, perpetuò remanet excluſa, ſecus ſi temporaliter, ut donec extat maſculus. 9.*
*Item reſpectu eiuſdem iuris, non autem diuerſi. 10.*
*11 Filia, quæ renunciauit hæreditati patris, non impeditur fratri ſuccedere.*
*13 Feudum ſimpliciter acquiſitum, quomodo tranſeat ad filios.*
*14 Emphiteoſis ſi fuerit acquiſita pro ſe, filijs, & hæredibus, quomodo & quando filij ad eam admittantur.*
*15 Caſtr. conſi. 146. uol. 2. declaratur.*
*16 Inteſtatus quis præſumitur deceſſiſſe.*
*17 Mulier ab inteſtato ſuccedit.*
*18 Libellus ſuſtinetur, in quo quis dicit ſe talis hæredē, ſi ſit mediante alio.*
*19 Inueſtiri quis non poteſt, in præiudicium alterius.*

### CONSILIVM LXXXII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR quis habet meliora iura in bonis emphyteoticis, de quibus agitur, an mulieres de Binaſiis, vel Illuſtris Comes Nicolaus Eſtenſis Taſſonus. Et prout elegãter proponitur in dubiis, uidetur has mu-
1 lieres fore in caſu ſuccumbentiæ, † quia cum
poſt mortem Anſelmi Binaſii olim inueſtiri ſucceſſerit, & inueſtitus fuerit Zebellinus Binaſius, per quem ſemel dictæ mulieres excluſæ fuerũt, perpetuò dicuntur excluſæ, nec amplius ſuccedere poſſunt virtute inueſtituræ dicti Anſelmi, cap. 1. §. quin etiam. Epiſcopum, vel Abb. & ibi not. Andræas de Iſern. Bal. & Aluar. dicentes, ꝙ filia ſemel excluſa propter maſculum, remanet in perpetuũ excluſa, ita quòd mors maſculi deinceps illi non patrocinatur. ſequitur Bero. conſi. 105. col. 1. volum. 1. & in ſtatuto fœminarum excluſiuo propter exiſtentiam maſculi, tradit Bal. in auth. ſed & ſi quis, colum. 3. uerſic & per hoc infertur, & in auth. in quibus, col. 2. uerſic. ſed hic occurrit alia quæſtio. C. de ſecun. nupr. ſequitur Alex. conſi. 19. col. pen. uolum. 1. conſi 53. col. 1. & 2. uol. 6. Soc. conſi. 5. col. 1. uol. 1. conſil. 114. nu. 4. uol. 4. Rui. conſil. 159. nu. 7. uolum. 2. conſi. 168. nu. 11. uol. 3. Cur. iun. in tracta. feud. 7. parte, nu. 32. Secundò quia in inueſtitura Anſelmi uocantur fœminæ de Binaſiis, quæ uiros legitimos & liberos accipiant & res patris poſ-
2 ſideant. † Quæ uerba res patris poſſideant, intelliguntur, ideſt bona uel hæreditatem patris poſſideant, l. licet, & ibi Bar. C. de pact. & ſic requiritur quòd ſint hæredes inueſtiti. ſi uelint admitti. Sed non apparet mulieres hæredes eſſe patris uel aui Anſelmi, nec eſſe poſſunt, quia illius fuit hæres Zebellinus, de cuius ſucceſſione agitur, non autem Anſelmi; meritò admitti non poſſunt: & ita tradit in terminis alterius Inueſtituræ per dicta uerba Caſtr. conſi. 146. uiſo puncto, uol. 2. in nouis. aliàs. 137. in antiquis. & ex his duobus contra dictas mulieres ut audio dubitatur. Quibus tamen non obſtantibus arbitror potius eas futuras in caſu uictoriç. moueor, quoniã negari nõ põt has mulieres eſſe cõprehenſas in inueſtitura Anſelmi, quatenus inueſtitus fuit unà cũ aliis de Binaſiis ꝓ ſe, filiis, & nepotib. maſculis, quos ſi nõ habuerint, uel ſi habebunt, & penitus defecerint, tunc præſens precaria, resq́ue deueniant in eorum, & cuiuslibet eo-
3 rum filias & neptes legitimas & naturales. † cõ
ſtat enim ex teſtibus has mulieres fuiſſe neptes dicti Anſelmi, ergo uenire debent ad iſta bona virtute iuris ſibi quæſiti ex aui ſtipulatione in defectum maſculorum. ita punctaliter in ſimili inueſtitura per hæc verba cõcepta ponit Rui. conſi. 149. colum. 2. uolum. 1. & conſi. 109. nume. 37. uol. 3. & Soc. iun. conſi. 104. col. 1. & 2. uolum. 1. ubi pariter ad fauorem fœminarum concludit in materia emphyteoſis eccleſiaſticæ, de qua agitur. Sola uis eſt in reſpondendo contrariis, in quorum reſolutione præſens concluſio clarior remanebit. † Ad primum igitur d. ca. 1. §.
4 quinetiam epiſcopum. ubi dicitur, quod ſi quis
fundum receperit, ut eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, relicto maſculo ulterius fœminæ non admittuntur, ſicq́ue mortuo inueſtito, ut ſupra relicto Zabellino uidetur ulterius has mulieres admittendas non eſſe. Quoniam primò reſpondetur, ꝙ ille textus debet intelligi fœminam ulterius non admitti, donec maſculus ſupereſt, prout dicitur in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuiſ. per quem ſic uenit declarandus textus in dicto §. quin etiam. & ita ſignanter illum tex. declarat Fulgo. conſi. 8. col. 2. uer. deinde ſic apud. & conſi. 12. colum. 2. uerſiculo ſi quis planè. meritò cum iſto caſu non ſuperſit amplius Zebellinus, iſtæ mulieres admitti debent: & in terminis per dicta conſilia Fulgoſii concludit etiam Soc. iun. & reſpondet

in

in conſi.76.nume.110. uolumine 1. & in dicto
5 conſil.104.colum.3.nume.12.uolum.2.† Secundò reſponderi poteſt & alio modo ſecundum Soc.iun.loco memorato, quod textus in dicto §.quinetiam loquitur in feudo in quo fœmina ſui natura dicitur incapax,c.1.§.filia, de ſucceſſ. feud.c.1.§.hoc autem,qui feud. dare poſſ.unde quando mulier excluditur, ſumus in iure regulari,meritò illa amplius poſtea non admitti-
6 tur,† at ſecus eſt in emphiteoſi,ad quam fœmina dicitur capax,§.emphiteoſim,in Authen. de non alie.& ponit Ioan.Bap.de S.Georg. in tract.de feud.cognol.circa finem.quod & in emphiteoſi eccleſiæ procedit,ſaltem quando in loco extaret conſuetudo,ut voluit Imola in c. potuit.in fi.de loca.Fel.in c.cũ M.Ferrar. de conſt. & Bero. conſi.47.nume. 14.uolum.primo,quod caſui noſtro deſeruit, ſtante bulla Bonifacii, ꝙ ab inteſtato facit capaces mulieres,ſicut mares, niſi concurrant,quia maſculos præfert illis:dotatis,unde ſi contingat fœminam excludi contra regulam propter maſculum,eo poſtea decedente mulier debet admitti,quia reducimus eã ad ſuam regularem naturam,quod eſt fauorabi-
7 le,l.ſi unus,§.pactus ne peteret.ff.de pac.† quod ibi comprobaui nume.41.per id quod dicitur de materia correctoria,quæ extenditur,quando ꝑ talem extenſionem reducimur ad ius commune,uelut fauorabile.c.ſtatutum,ubi glo.in uer. numerandum.de præb.in 6.cum ibi per me cumulatis,quibus nunc addo Fel.in c.cum acceſſiſſent, colum.2.de conſti.Senatum Pedemon. deciſ. 147.nume. 20. Grat.reſpon.16. uolu. ſecundo.unde cum ratio diuerſa ſit inter feudum & emphiteoſim,de primo ad ſecundum non ua-
8 let illatio,l.Papinianus exuli,ff.de minor.† Quo uero ad deciſionem Baldi, ad fœminarũ excluſiuo, ſtatuto fœminarũ excluſiuo, nunquid filia ſemel excluſa,perpetuo cenſeatur & remaneat excluſa,uel ſublato maſculo potius admittatur:communis eſt reſolutio Doctorum in dictis & aliis locis,de quibus infra,ꝙ aut ſtatutum ſimpliciter loquitur,& tunc fœmina ſemel excluſa,perpetuò cenſetur excluſa,quia ſufficit momẽto temporis ad maſculos perueniſſe, ut filia dotata perpetuò excludatur : aut uerò ſtatutum requirit perſeuerantiam maſculorum, uerbi gratia quia dicit ꝙ fœmina non ſuccedit, quandiu extant maſculi, & ſequacium in locis memoratis de ſtatuto fœminarũ excluſiuo, cientibus ſucceſſio reuertitur ad fœminam, nã talis eſt potius temporalis ſuſpenſio,quàm præ-
9 ciſa expulſio uel excluſio. † Et ultra prædictos doctores idem quoque tradit Bar. in l.fina.ff.ad Tertul.Bal.in d.§.quinetiam,ad fi.Gozad. alios citans conſi.9.nu.58.D.meus Rim. conſil. 528. nu.15.& latiſſimè Tiraquel.in l.ſi unquam,uer. ſuſceperit liberos,nu.157.C.de reuo. don. Soc. iun.conſi.104.nu.9.uol.2.nos aũt uerſamur in ſecundo caſu,quoniam in inueſtitura Anſelmi uocati fuerũt eius & aliorũ filii maſculi, quos ſibi non habuerint,uel habuerint,& penitus defecerint fœminæ,& ſic donec extiterint maſculi excluſæ fuerunt fœminæ : unde velut temporaliter ſuſpenſæ debent admitti ſublatis maſculis ſecundum diſtinctionem memoratam doctorũ, quam communem appellat,& latiſſimè pariter exornat multis auctoritatibus Brun.in tract.qđ ſtant.maſcul.in 9.articulo prin.nume.63. cum pluribus ſequentibus.quibus addi poteſt Soci. iun.conſi.2.nu.34.uolum.1.& alii quam plures,quos cumulat Cephal.conſi.251.colum.fin. demumque Bero.conſi.151.nu.23.per duas col-
10 confirmans,volum.2. †. Secundò reſpondetur etiam quòd in quantum dicitur fœminam excluſam ſemper excluſam cenſeri, procedit in eodẽ iure,ſecus in alio,ut per Bald.in dicto §. quinetiam,ubi dixit,quòd excluſa ſemel à fratre in bonis paternis nunquam ſuccedit patri, ſed be-
11 ne ſuccedit fratri. † ſimile uidemus ſi filia renũciauit hæreditati patris ad beneficium fratris, non impeditur poſtea fratri moriẽti ſuccedere, quia non agitur amplius de patris hæreditate, ſed fratris,l.ſi.C.de inoff.teſtã.ita decidit Ang. conſi.51.D.Sigilius,col.2.ſequitur Alex.in l.1. §.ueteres,ff.de acquir.poſſ.col.9.uerſic. expreſſius Angelus. Caſtr.in l.Paulus,§.1.ff.de acqui. hæred.& poſt eum Aret.Roma.conſi. 158. Capra conſi.2.col.2.Corn.conſi.305.uolu.4.Dec. conſi.230.col.pen.& conſi.266.& conſi.309.unde pariter in caſu noſtro,licet filiæ fuerint excluſæ propter exiſtentiam fratrum,& ſic deſcendẽtium Anſelmi,non tamen intelliguntur excluſæ à ſucceſſione Zebellini patrui ſui,ſicque collateralis,quia iure diuerſo uenire dicuntur, ſicque concludit in feudo Goz.conſil.9.nume. 59.
12 † Ad ſecundum uerò motiuum fundatum in auctoritate Caſtren.in d.conſi.146.uolum. 2. ponderantis illa uerba, & rem patris poſſideat, reſpondet in terminis Rui.in allegato conſilio 149.nu.8.uol.1.& conſil.109.colum. pen. uolu. 3.quòd dato quòd agnatus maſculus ut Zebellinus ſucceſſerit Anſelmo, & has mulieres excluſerit,adhuc tamen ex inueſtitura debẽt admitti,quia quamuis uocentur,ſi rem patris poſſideant,& ſic tanquam hæredes,hoc tamen eſt intelligendum quando poſſent eſſe hæredes, & nollent.Sed ubi hæredes eſſe non poſſunt propter excluſionem maſculi uel ſtatuti, tũc admittuntur,& admitti debent tanquam filiæ, uel ne-
13 potes dicti Anſelmi inueſtiti,† ſicuti uidemus ſecundum Rui.quòd licet feudum ſimpliciter acquiſitum ita demum tranſeat ad filos,ſi ſint hæredes,c.1.an agnar. uel fil.& ibi not.omnes Bar. in l.quod dicitur,ff.de uerb.obl.hoc tamẽ intelligitur ſi poſſunt eſſe hæredes,aliàs ſecus: puta, quia ꝑ ſtatutũ excluditur.tũc.n.quia per eũ nõ ſtat, quominus ſit hæres,admittitur ſecundum Bal.in l.cum ſecundum,in fi.C. de fideicom. &
14 Mod.in d.c.primo. † Confirmatur hoc etiam ſecundum Rui.ex not.per Bar.in l.ut iuriſiurandi s.ſi liberi,ff.de oper.lib. ubi uult ꝙ ſi emphiteoſis acquiratur pro filiis & hæredibus,quo caſu filii non admittuntur,niſi ſint hæredes ſecundum eum.Si tamen filius ſit exhæredatus bona mente non excluditur,& idem tenẽt Mod.in dicto c.primo.idem igitur & in filia excluſa a ſtatuto:

tuto : quãuis vocata ſit vt hæres ad emphiteoſim, quia talis excluſio dicitur exhæredatio quędam ſecundum Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi. nec eſt facta mala mente, hoc eſt odio filiarum, ſed pro conſeruatione agnationis : & propterea concludit Rui. quòd Caſtrenſis in dicto conſilio contrarium ſentiens, non videtur rectè ſapere, & de prædictis non cogitaſſe, & q inquit Ruin. de fęmina excluſa a ſtatuto poteſt etiam cõuenire excluſæ ab emphyteoſi, donec extant maſculi, quæ videtur eſſe quædam exhæredatio de illa facta bona mente fauore maſculorum, non odio fœminarum : meritò ceſſantibus maſculis debent admitti ad ipſam emphy
15 teoſim eadem ratione. † Vlterius & ſecundo loco diligentius eſt conſiderandum in quo caſu loquatur Caſtren. in d. conſi. 146. loquitur enim quando factum fuerat teſtamentum, in quo teſtator tantum ſubſtituerat filias, nepotes autem vel neptes ex eis nequaquam. Vnde non poterant venire ex teſtamenro, quod eos, vel eas nõ vocabat. l. quidam cum filium. ff. de hær. inſtit. nec ab inteſtato ſtante cauſa teſtati, l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. ſicque non poterant eſſe hęredes aui quoquo modo : meritò nec illa verba inueſtituræ, & rem patris poſſideant, in eis poterant verificari. At in caſu noſtro non apparet Anſelmum teſtamẽtum feciſſe, nec patrem iſta-
16 rum mulierum, † & in dubio præſumuntur inteſtati deceſſiſſe, vt not. Alex. in l. is poteſt. col. fi. ff. de acquir. hær. Guil. Bened. in c. Raynutius verbo, teſtamentum. primo. nume. 1. de teſta. Guiliel. Mayner. in l. quandiu. nume. 43. ff. de reg. iur. Bertran. conſi. 31. nu. 1. vol. 2. conſi. 103. nume. 2. & conſi., 13. num. 1, vol. 3. Guid. Pap. in tract. de præſum. nume. 96. idemque tenent Alexand. Iaſ. D. meus Rim. Cur. iun. Cagnol. & Sapia in l. ſi emancipati. C. de colla. 2. nota. & ibi poſt eos latius confirmaui, nu. 29. cum ſequen-
17 tibus. † Et ab inteſtato poſſunt iſtæ mulieres ſuccedere, non docto de exiſtentia agnatorum maſculorum, qui eas excludant. l. maximum vitium. C. de lib. præt. Immò verò etiam ſi extitiſſent, quia ad tempus excluduntur, donec extiterint maſculi, vt inquit ſtatutum, quod filia ſit contenta, ideo dicuntur hæredes aptitudine, & eo modo rẽ patris poſſidere, quòd ſufficit, hoc eſt vt eueniente caſu quòd maſculi ceſſent, admittantur, l. Labeo. ff. de ſtatu l. ſi pater mulieris. §. ſi. cum glo. ff. de iur. dot. per quas in ſimili caſu ſic arguit Ruinus conſi. 19. volum. 3. colum. pen. ver. nec obſtat. Vnde patet de caſu Caſtrẽſis ad noſtrum non rectè inferri. l. Papinianus
18 exuli. ff. de minor. † Quo verò ad libellum dictarum mulierum, non eſt dubium quin procedat, licèt in eo dicant ſe hæredes Anſelmi Binaſij, nam poteſt intelligi mediante perſona Zebellini illius hæredis, & ita ſaluari, iuxt. not. per Cyn. Bar. Alex. & alios per illum tex. in l. final. C. de hæred. inſti. & ita (meo iudicio.) remanent ſoluta dubia, eaſque conſtat habere melio
19 ra iura dicto comite Nicolao, † qui non potuit inueſtiri, in earum præiudicium velut in inueſtitura dicti Anſelmi comprehenſarum, prout declarat Gozad. conſi. 1. nume. 13. Bertrand. conſ. 40. nu. 3. vol. 3. Neuiza. inter conſilia Brun. conſi. 11. nu. 129. meritò non attenta illius inueſtitura debent iſtæ in poſſeſſionem mitti bonorum, de quibus agitur.

*Hippolytus Rimina. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtr. D. Iſabetta Vrſina.

### ARGVMENTVM.

De materia ſimulationis, & vſurarum, à quibus inſtrumentum defenditur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Depoſitum datur ad cuſtodiendum.*
2 *Contractus conſideratur ab effectu potius, quàm à nomine.*
3 *Contractus primus, ſi ſimulatus eſt, & ſequens talis præſumitur.*
4 *Cauſa, & intentio prima in cõtractibus ſpectanda.*
5 *Vſura ſunt omni iure prohibita.*
6 *Bono viro credendum.*
*Quo ad alium excuſandum, non quo ad proprium commodum. 25.*
7 *Falſum quid ſit.*
*Et eſt crimen atrox. 8.*
*Hominem ad nihilum deducens. 9.*
*Et eius pœna, ſecundum legem 12. tabularum. 10.*
*Præſumitur nemo voluiſſe delinquere.*
*Quod ſufficit ad abſoluendum, non ad condemnandum. 27.*
11 *Locatio contractus iuriſgentium.*
12 *Numeratio quando probetur ex inſtrumento.*
*Quid per confeſſionem. 13.*
14 *Inſtrumento ſtandum.*
*Quia facit probationem paratam.*
*Et eius probatio miraculoſa. 15.*
16 *Inſtrumentum productum a perſona nobili, uerum præſumitur.*
17 *Contractus in dubio non præſumitur vſurarius, ſed iuſtus.*
18 *Simulatio probari debet de tempore contractus.*
*Et in ſpecie. 19.*
*Ceſſatq; ex reali numeratione. 20.*
*Et probari debet per inſtrumentum quando repugnat inſtrumento in quo allegatur. 21.*
22 *Teſtes de auditu a parte, non probant.*
*Nec a proxeneta. 23.*
23 *Proxeneta, an ſit idoneus teſtis.*
24 *Boni viri multa per Tiraquellum.*
25 *Poteſtas excuſatur, qui bono viro palatium pro carcere aſſignauit, ex quo aufugit.*

26 *Cuſtos caſtri excuſatur, qui ſubſtituit bonum virum, & ille id hoſtibus prodidit, vel malè ſeruauit.*

## CONSILIVM LXXXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

REVERENDVS Dominus Sebaſtianus Ciſtarellus petit ab Illuſtre Domina Iſabetta Vrſina ſcutos 200. auri pro affictu poſſeſſionis ſuæ ſibi locatæ ꝑ annos quinque verè non habitos ab ea, licet confeſſus fuerit habuiſſe, ſed fictè & ſimulatè, vt cederent lucro dictæ Dominæ pro ſcutis 400. ſub nomine depoſiti ſibi per eã datis ad quinquẽniũ. Quæritur, nũ quid obtinere debeat, & videtur dicendum ꝙ ſic, nã cũ tractatum fuerit & concluſum inter ipſum & dictã Dominam, quòd ipſa dicta poſſeſſione gauderet ꝑ annos quinque, & ipſe dictis ſcutis 400. ꝑ dictũ tp̃s, ſequitur ꝙ ſcuti 400. non
1 fuerint in depoſitum dati, ſed mutuati. † nam depoſitum fit & datur ad cuſtodiendum. l. 1. ff. depoſ. non ad utẽdum, ad quod bene mutuũ dirigitur, cum fiat accipiẽtis res mutuata Inſt. quib. mod. re contr. obl. & ob id recipiens de illa libere diſponere poſſit. l. in re mandata. C. mãd. & licet partes uſæ fuerint nomine contractus depoſiti, tamen illud nomen attendi non debet, ſed effectus alterius contractus ab eis cõſideratus, videlicet mutui ſecundum Bal. in ru-
2 bric. C. de iure emph. quæſt. 1. & in fi. quem ſequitur Dec. conſi. 160. col. 1. † vbi dicit quòd ſiue in contractu, ſiue in iudicio ponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius, eſt iudicãdum ſecundum naturam illius cõtractus, cuius effectus poſitus fuit, & nomen appoſitum, quod non conuenit effectui, habetur pro non appoſito. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurand. Idemque tenet Dec. in alijs pleriſque locis, vt conſil. 164. nume. 3. conſil. 305. col. 2. conſi. 413. col. 2. conſi. 542. col. fin. & conſi. 682. col. 1. Pariſ. conſi. 12. col. 1. volu. 2. & conſi. 72. nu. 54. vol. 4. Rol. a Valle. conſi. 96. nu. 42. volum. 1. D. meus Rim. conſi. 74. nu. 14. conſi. 122. nu. 6. & conſi. 292. nu. 69. Alciat. reſp. 3. nume. 9. & reſpon. 103. nume. 6. Rui. conſi. 160. nu. 11. Vo
3 lum. 1. Neuiz. con. 92. nu. 12. † Et cum primus ille contractus fuerit ſimulatus, veluti mutuum pro depoſito, ſequens quoque contractus locationis dicitur fuiſſe ſimulatus, videlicet conceſſio ſimplex ad vſum & gaudimentum, non autem ſub uera ſolutione penſionis: ſemper enim radix & origo contrahentium ſpectari debet. & ſi fuit fictitia & ſimulata, ſequens quoque contractus fictitius & ſimulatus reputandus eſt, ut determinat Bald. conſi. 125. tres fuerunt con-
4 tractus. uolum. 1. & conſi. 263. uolum. 5. † prima enim cauſa & intentio in iſtis attendi debet, l. ſed an ultro. §. fi. ff. de neg. geſt. & ponit Bald. conſi. 154. inſtrumentum. uolum. 2. & conſi. 311. in quæſtione. uolum. 5. Corn. conſi. 4. & conſi. 241. uolum. 1. Dec. conſi. 177. colum. fi. & Pariſ. conſi. 54. nume. 58. uolum. 1. Accedit quòd iſti duo nominati contractus depoſiti & locationis in unum fœneratitium reſoluuntur, quia pro mutuata pecunia conceſſi fuerunt fructus poſſeſſionis, quod eſt uſura, ſicque fuit contractus mutui fœneratitius collatus in perſonam Ci-
5 ſtarelli per dictam Dominam. † at uſuræ ſunt omni iure prohibitæ, toto titulo de uſur. in decretal. & clement. Doctores in l. 1. C. de ſuma tri. Bal. conſi. 112. uol. 1. Soc. conſi. 2. uol. 1. ergo debet Ciſtarellus conſequi poſſe ualorem fructuum ſuæ poſſeſſionis a dicta Domina. non omittitur conditio ſtatus ipſius Ciſtarelli, qui clericus eſt, & Archidiaconus Eccleſiæ catedra-
6 lis, † & ob id ſibi tanquam bono uiro credendum uidetur de pecunijs uerè non habitis a dicta Domina, licèt confeſſus fuerit eas habuiſſe iux. gloſſ. not. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonſtr. quam dicit ſingularem Bal. in c. ſanctorum. de præſc. & in cap. cum contingat, de reſcr. Anch. in cap. fi. de appella. Ang. in l. 1. ff. de eo, per quem fac. erit. Imol. conſi. 104. Alex. conſi. 31. uiſis & accuratè, colum. 4. uol. 2. & conſi. 190. volum. 7. cum ſimilibus, quos cumulat Marſ. in pract. crimi. §. principium, nume. 8. in l. fi. C. de prob. & conſil. 129. numr. 30. Pariſ. cõ-
7 ſil. 57. colum. fi. uolum. 3. † confirmatur & alia ratione, nam ſi uerè pecunias habuiſſet, id negãdo cõmitteret falſum, quod nihil aliud eſt, quã mutatio ueritatis ex certa ſciẽtia facta, ut ĩquit Hoſti. in ſumma, de cri. fal. & poſt eum Marſil. in rub. ff. de falſ. ſiue ſcribendo, ſiue loquendo, ut per Hoſti. loco citato. §. qualiter. & Marſi. nume. 10. demumque Boſſi. in tit. de falſ. nu. 63. & eſt crimen l. 2. C. eo. ibi, falſi crimen obiicitur.
8 † & quidem atrox, ut exiſtimat Marſ. ſingul. 163. & in pract. crimin. §. attingam. colum. 2. ſicut & conſi. 105. colum. 2. adeo quòd ob id liceat leges tranſgredi ſecundum Innoc. in c. 1. de conſtit. immo verò Ioann. de Ana. in rubric. de cri. fal. dixit illud eſſe crimen tam abominabile quàm aliud nullum. & Ang. ad particularia magis deſcendẽs, in §. minorẽ. in Auth. de nup. ſcribit id eſſe deteſtabilius homicidio, & veneficio. ſequitur Deciſ. Neap. final. colum. pen. & Soc.
9 iu. conſi. 39. col. 2. uol. 2. † Sed & Cyn. in l. tranſigere, col. 3. C. de tranſ. ſcribit propter falſum, hominem ad nihilum redigi, quia dicitur homo ſine fide & conſcientia, idque lucratur, ut nunquam ſibi poſtea credatur, ut Ariſt. de mendace dicebat. Et ſi nobilis erat, nobilitatem amittit, ut putat Luc. de Pen. in l. mulieres. col. 5. C. de digni. lib. 12. ſequitur Afflic. loco citato. Neuiz. conſi. 9. nu. 36. Gramma. conſi. 119. nume. 11. Folleri. in pract. crimi. ſecunda par. ſecundæ par. titulo, item quòd commiſit falſitatem. nu. 56. & Tiraquell. in tract. de pœn. cauſa 31. nu-
10 me. 14. † dicens quòd adeo crimen falſi leges 12. Tabularum exhorruerunt, ut qui commiſiſſent, e Saxo Torpeio deiici iuberent, ut videre licet ex Gellio lib. 10. capit. 1. at in dubio nemo

nemo præſumit voluiſſe delinquere.l. meritò,
ff.pro ſoc. Veronenſ.conſi.4.colum.3. Alexan.
conſi.103.colum.3.volum.1.conſil. 30.colum.
2.volum.7.Roma.conſi.113.Curt.conſi. 20.co-
lum.17.& conſi.50.colum.9.cum ſimil.per Mar
ſil.in l.1.nume.68. C. de ſicar. in rubr. de fide-
iuſ.colum.9.nume.47.& Alcia.in tracta.de præ
ſum.in 3.par.prima præſump. meritò cum Ci-
ſtarellus dicat ſe non habuiſſe ſcutos illos 200.
loco pēſionis, poſſeſſionis per eum locatę dictę
Dominæ,præſumi debet ſic eſſe verum,cū alio-
quin falſum diceret,& crimen falſitatis tam ab-
ominabile cōmitteret nequaquam dicēdum.
quare concluditur ex prædictis intentionē ſuā
11 de iure fundatam videri. † Quibus tamen nō
obſtantibus arbitror eum nullatenus obtinere
poſſe:ſed hanc Illuſtrem Dominam potius a pe
titis per eum liberādam fore.moueor ex inſtru-
mento locationis claro,quæ dicitur contractus
iuriſgentiū licitus.l.1.ff.loca.l.ex hoc iure.ff. de
iuſt.& iu.& huius cōtractus qualitas eſt,ꝙ vt em
ptio & vēditio cōtrahitˀ, ſi de precio cōuenerit.
ſic & locatio & cōductio cōtrahi intelligitˀ, ſi de
mercede cōuenerit.l.2.ff.loc.Nec eſſe oīno loca
tio pōt,niſi merces accedat,vt emptio non eſt ſi-
ne precio,quod pulchrè, fuſius tamē, deſcribit
Connanus in Commentar. iuris ciuil.lib.7.ca.
12 11.col.2. † & de mercedis interuentu clarè po
nitur in inſtrumento,cum dicatur in eo præfa-
tam Dominam in præſentia teſtium, & notarij
pro affictu dictæ poſſeſſionis dediſſe, ſoluiſſe,&
numeraſſe, ac relaxaſſe dicto Ciſtarello præſen
ti & ad ſe in eius poteſtate retinenti ſcutos 200.
auri in auro.quæ verba demonſtrant actualem
numerationem pecuniæ fuiſſe factam, & de ne
ceſſitate eam concludunt,vt ponit Bar.in l.ſi ex
cautione.C.de non.num.pec.Barto.& alij in l.
ſingularia. ff. ſi cer. pet. vbi Iaſ.nume.48.Dec.
nume.33.& D.meus.Rimi.nu.15.qui commu-
nem teſtantur.Soc.conſil.171.colu.1.uolum.2.
13 † Quinimmo plus addi poteſt,ꝙ licèt in inſtru
mento dictæ locationis contineretur confeſſio
tantū receptę pecuniæ, cum facta diceretur ex
alia cauſa quàm mutui,videlicet ex cauſa loca-
tionis,incontinenti præiudicaſſet ipſi D.Seba-
ſtiano,nec ad exceptionem non numeratæ pe-
cuniæ ſe conuertere poſſet, & ex ea transferre
onus in dictam Illuſtr.Dominam probandi nu-
merationem.tex.eſt clariſſ. in l.generaliter. C.
de non.num.pec.ponit Fel.in c.ſi cautio.num.
54.verſi. fallit 3.de fid.inſtr.Alex.in l.1.ff. ſolu.
matr.nume.35.& Aret.colum.6.Iaſ. in l.legiti-
ma colum. 3. ff. de pact.& in l. 1. ff.de cond.ex
leg.glo.& doct. in d.l.ſi ex cautione. vbi doctus
Emanuel Coſta Luſitanus latius ponit in ſecun
14 da fallentia. † huic igitur inſtrumento ſtan-
dum eſt omni reſpectu. l. cum precibus. C. de
prob.facit enim probationem probatam & ma
nifeſtam, ſecundum Bald. in l. 2. colum. 2. C.
quand.fiſ.vel pri.& in l.Imperator. colum.2.ff.
de ſtat. hom. Marſi. in rubr. de prob. Alciat.in
tract.de præſump.regu.3.præſum.13. Senat.Pe
demont.deciſ.72.num.4.& deciſ. 117.nume. 1.

15 † Quamuis dici ſoleat inſtrumenti probatio
nem eſſe miraculoſam, vt credatur teſtimonio
pellis mortuæ.Innoc.in cap.cum P.tabellio.de
fid.inſtrum.Oldrad.conſi. 75.Bald. conſi. 4.7
circa fin. volum. 5.& quòd talis probatio dica-
tur contra ius diuinum, quo cautum eſt,vt in
ore duorum, vel trium ſtet omne uerbum.
Corn.conſi.32.colum.2.& conſil. 55. colum.8.
volum.3.Crau.conſi.56.colum.fi.& conſi. 121.
16 nume. 15. † Nam duo præter ſuperius dicta
cōadiuuant hoc inſtrumentum: primum quòd
productum reperitur ab hac Illuſtre Domina
ex valde nobili progenie Vrſina Romana, vn-
de viri & perſonæ celeberrimæ, velut ex equo
Troiano ſemꝑ prodierūt. Igitur hoc inſtrumen
tum velut a perſona bona & honeſta fideque di
gna productum, verum præſumitur, vt voluit
Iacob.Beluiſ.in §.eos autem.in Auth.vt iud.ſi-
ne quo. ſuffra. quem ſequitur Paris de Put.in
tract.ſindi.car.44.in fi.Marſ.in l.1.§.ad quæſtio
nem.colum.5.verſ.his ſuccinit.& Tiraquell. in
17 tract.de pœn.cauſa 51.nume. 116. † Alterum
eſt, quod in dubio contractus non præſumitur
vſurarius,neque ſimulatus,ſed potius verus,li-
citus,& iuſtus præſumitur,vt not.Bal.in l.roga
ſti.§.ſi tibi.ff ſi cer. pet. & in rubr. de offi.iud.
8.colum.verſi.ad officium iudicis, vbi dicit ꝙ
omnis contractus pręſumitur bona fide,& abſ-
que fraude,præſertim vſurarum, celebrari.ſe-
quitur Alex.conſi.220.col.2.vol.2. Dec.conſil.
167.col.2.Bero. conſi. 169. nume. 19. volum. 1.
Neuiz.conſi.87.nume.40.Iaſ.in l. ſeruum.col.
5.verſic.hic etiam.C.de ſer.fug. Alex.conſ.200.
vol.6.Soc.iun.conſi.83.col.1.vol.2. Marſil.con-
ſi.2.nu.11.& Gabri.Roma.lib.7.tit.de criminal.
conclu.2.dicens hoc in foro contentioſo proce-
dere,de quo nos agimus.Igitur ex prædictis ſa
tis remanet intentio dictæ Dominæ iuſtificata,
18 & ad ſolutionem contrariorum deuenio. † Et
in primis eſt conſiderandum,numquid allega-
ta ſimulatio per Ciſtarellum bene fuerit oppo-
ſita probata ve, & dicendum eſt quòd nequa-
quam: adhoc enim,vt ſimulatio contractus in-
ducatur,apparere debet, quòd illius tempore
adeſſet cauſa, propter quam ſic ille contractus
fuerit factus,& ad eum fuerit deuentum, vt de-
clarat Bar.in l.poſt contractum, ff. de don. col.
2.vbi ſi quis donauerit,& poſtea deliquerit, &
arguatur ſimulatio dictæ donationis,& in frau-
dem fiſci, debet probari pro parte fiſci, quod
tempore donationis aderat inimicitia inter do-
nantem & occiſum, propter quam deuentum
fuit ad delictum, alioquin hoc non probato di
cta donatio non cenſetur ſimulata, ſecundum
Bartol.quem ſequitur Corn.conſi.203. volum.
3.Socin.conſil.262.colum.3.& conſil. 264. co-
lum. 1. volum. 2. & hoc eſt quod voluit dicere
Bald.in l.1.quæſt.10.C.ſi ſeru.exte.de quo me-
minit Alexand. in additio. eiuſdem Bald. in l.
ab Anaſtaſio. ſub litera G. C. mand. quòd
allegans ſimulationem debet oſtendere, quòd
ſimulatio facta fuerit ab initio contractus.
Idemque tradit Brun. conſil. 38. numero 13.

19 ſequitur Sen. Pedemon. deciſ. 13. nu. 12. † Item dicens inſtrumētū ſimulatum vel agendo, uel excipiēdo probare debet, qua ſpecie ſimulationis ſit ſimulatum, aliàs intentio ſua remanet in incerta, & àduerſarius ſuus obtinere debet. l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. ſi. ff. de rei vend. declarat Bar. in conſi. 65. factum tale eſt: proponit Petrus Nicolæ. ſequitur Anch. conſi. 237. ad corroborationem. colum. 1. Caſtr. in l. fi. C. plus val. quod agi. & in l. iuriſgent. §. qui dolo. ff. de pact. Afflict. in c. 1. de contro. inter vaſal. nu. 12. Natta conſ. 537. nu. 35. & ratione cōfirmans Bero. conſi. 147. nu. 31. vol. 2. nam ſicut excipiens de excommunicatione, debet exprimere ſpeciem excommunicationis, aliàs non auditur. c. 1. cum glo. de excep. in 6. & ſe fundans in ætate minori, ſpeciem minoris ætatis exprimere debet. c. in præſentia. de prob. pariter adducens ſimulationem, ſpeciem ſimulationis allegare & probare debet. at Ciſtarellus bene deducit ſpeciem ſimulationis de cōfeſſione, quòd ſcutos 200. receperit, quos non recepit, ſed actum ſicut vt cederēt loco ſcutorum 400. quos in depoſitum recipit: non tamen probat dictū depoſitum, & confeſſionem, quam ſimulatam dicit, actualis numeratio, de qua in inſtrumento probat inſtrumentum fuiſſe veram, meritò non poteſt ſuper allegata ſimulatione fundamē
20 tum facere. † ſicut enim contractus præſumitur ſimulatus ex ſola confeſſione, quando non cōſtat de numeratione in materia ſuſpecta, iuxta not. in l. per diuerſas. C. mand. latè Alex. cōſ. 36. vol. 2. ita per contrarium ceſſare debet ſuſpitio ſimulationis, vbi conſtat de reali numeratione precii, vt contrariorum ſit eadem diſciplina. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. immo fortior eſſe debet cauſa numerationis ad tollendā ſuſpitionem ſimulationis & vſurarum, quàm confeſſio ad eam inducendam. l. Arrianus. ff. de acti. & obligat. ita formaliter tradit in terminis.
21 Grauc. conſi. 145. nu. 7. † Præterea quando ſimulatio, quæ allegatur, expreſſe contradicit inſtrumento, vt hæc, vbi nulla ſit mētio depoſiti, & quòd pecunia fuerit actualiter numerata, clarè dicit inſtrumentum, non admittitur eius probatio, niſi per inſtrumentum contrarium. l. antiquè. C. ad Velleia. per quam ſic tradit Cy. in l. 1. C. plus. val. & Bal. poſt Nicol. de Mattar. in d. l. generaliter. ſequitur Anch. conſi. 237. colum. 2. nec teſtes ſufficiunt, vt ibi per eos ea ratione, ne forte per viles & redemptos teſtes poſſit infringi ſiue perimi tam ſolennis probatio, quæ deſcendit ex inſtrumento publico, vt dicit
22 in ſimili tex. in l. teſtium. C. de teſtib. † Rurſus in præſenti cauſa teſtes deponunt de auditu ab ipſo Ciſtarello, & proxeneta, quorum neutrum ſufficit: ſicut enim dicto Ciſtarello non crederetur in cauſa propria deponenti. l. omnibus. C. de teſti. c. nullus. eo. tit. ita credi non debet teſtibus dicentibus ſe ab eis audiuiſſe, quia teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores. c. licèt ex quadam. de teſti. c. fraternitatis. de hæreti. c. nullus. 3. quæſt. 4. Oldrad. conſi. 69. col. 2. poſt medium. Caſtr. conſi. 384. colum. 1. conſi. 199. colum. 2. volum. 2. eſſet enim abſurdiſſimum, quod ſi non creditur originali, id eſt auctori alicuius famæ, credatur eius copiæ, id eſt his qui ab auctore dici audiuerunt. l. 1. ff. de fid. inſtr. ca. 1. eo. titul. §. ex hoc inſuper. in Auth. vt ſponl. larg. & ponit Crau. ſic arguens, conſi. 41.
23 nume. 11. † Idem planè de proxeneta dici poteſt: ſicut enim ille non eſſet idoneus teſtis inter partes, niſi de earum conſenſu, vt ponit Alexan. conſi. 127. ponderatis. volum. 2. conſi. 18. col. 6. vol. 4. conſi. 32. nu. 4. vol. 6. qui & communem teſtatur Iacob. Aegid. in tractat. de teſti. nume. 55. & Crot. nu. 176. ita nec alij teſtes, qui ab eo quid dici audierunt. Iam patet ergò ſimulationem allegatam nec bene deduci, nec probari, nec quæ de depoſito ſiue mutuo dicuntur: & ob id ceſſant quæ de cauſa, vel origine ſu
24 pra deduxi. † Ad aliud vero quòd bono uiro credendum ſit, miſſo quod inquit Bal. in c. quoniam Abbas, colum. 2. de offi. deleg. uirum bonum non vbique reperiri, & uix in quinquageſimo anno naſci, ſicut phœnicem, de quo non approbando meminit Petrus Rebuff. in tract. nominationum. quæſt. 21. nume. 61. nec referendo quæ de boni uiri fide latiſſime, præter oēs quos uiderim, ſcribit Tiraquell. in tractat. de
25 pœn. cauſa 51. nume. 16. uſque in finem. † dico bono uiro credendum eſſe ad excuſationem alterius. ſicque procedit Gloſſ. in dicta l. Titio fundus. & poſt eam Bar. Bald. & alii. hinc Ang. in l. a bonæ fidei. ff. de rei uend. dicit ſe excuſaſſe quendam prætorem in ſindicatu, qui nobili uiro, quique reputabatur integræ opinionis & ſinceræ fidei, palatium pro carcere aſſignauerat, a quo tandem aufugit. ſequitur Andr. Sicul. in l. ſi ex ſtipulatu, colum. 8. ff. de uerbo. obl. conſi. 3. colum. 13. uerſic. cum ergo. & conſi. 18.
26 colum. 9. uolum. 1. † Et illi exemplo aliud ſimile adferri poteſt poſt Oldrad. conſil. 92. de cuſtode caſtri excuſando, qui quempiam nobilē, qui integræ opinionis exiſtimabatur, ad cuſtodiam caſtri ſubſtituit, & ille poſtea caſtrum hoſtibus prodidit, aut illud aliàs male ſeruauit. Et Oldradum ſecutus eſt Andr. Sicul. locis citatis, & Curt. in l. admonendi, colum. 4. ff. de iureiurand. cum ſimilibus per Tiraquell. loco citato, nume. 59. Sed quod ad proprium commodum bono uiro credatur, alio non apparante, repugnat text. in ca. licet ex quadam, de teſtibus dicens [ cum ſecundum ordinem ſolitum iudiciorum non ſufficiat unius teſtis aſſertio, etiam ſi præſidali refulgeat dignitate ] parique modo tex. in l. omnibus. C. de teſti. dicens [ omnibus in rem propriam dicendi teſtimonium facultatem iura ſummouerunt. ] tum igitur quòd Ciſtarellus ſolus eſt, & in cauſa propria, ſibi credendum non eſt, tametſi
27 bonus uir eſſet. † Ad aliud de l. meritò. ff. pro ſoc. dico breuiter, quòd illa præſumptio bene ſufficit ad hoc, ut aſſerens abſoluatur: at ſecus ut inde alius cōdēnetur. gl. eſt & ibi Doc. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. maximè

Iaſ.col.fi. Roma.conſi.304. in princ. Soc. conſi. 57.col.5.vol.4. Dec.in l.non hoc.col.fi.C. vnd. leg.& alibi, prout congerit Crau.conſ.57.nu.6. & conſ. 132.nu.18. Alciat. de præſump. regu.3. præſum.1.nu.4.

*Hippolytus Rimina. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtr. Comite Ioanne Paulo Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

Quibus mediis teſtamentum cęci defendatur aduerſus eà, quæ ſibi obiiciuntur.

### SVMMARIVM.

*1 Producẽs inſtrumentũ, fateri uidetur in eo contẽta.*
*Quod procedit quatenus id probat, aliàs ſecus. 23.*
*2 Cæcus in teſtando, ſeruare debet formam poſitam in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. fac. poſſ.*
*Et defectus vnius, vitiat totum teſtamentum. 3.*
*Quid verò de codicillis, reſpectu numeri teſtium. 4*
*5 Cæcus an poſsit donare cauſa mor. ſine ſolennitate. l. hac conſultiſsima C. qui teſt. fac. poſſ. Rui. quòd non, ratione de qua per eum.*
*Sed auctor contra, poſt multos. 24.*
*Ratioq́; Ruini tollitur. 28.*
*6 Cæcus præfari debet velle ſine ſcriptis teſtari, talia legata facere, & tales inſtituere.*
*Sed vt ſolennitas leuis, omitti poteſt.*
*Nec vitiat teſtamentum. 42.*
*Vel quando non in totum fuit omiſſa, valet teſtamentum. 43.*
*Vel in fine poſita clauſula, actum fuit. 46.*
*8 Teſtamentum cæci requirit ſubſcriptiones, & ſigilla teſtium; aliàs non valet.*
*Sed auctor contra, quia eſt leuis ſolennitas, cuius omiſsio non vitiat teſtamentum. 51.*
*10 Teſtamentum cæci, requirit quòd heredũ nomina præponantur legatarijs.*
*Sed auctor & plures contra. 55.*
*Item quòd exprimatur hæres per nomen, cognomẽ, & dilucida indicia. 55.*
*Quod declaratur. 56.*
*12 Opinio pro teſtamento debet in dubio præualere.*
*Boniq́; iudices voluntatẽ teſtatoris ſequuntur. 13.*
*14 Opinio benignior, & æquior ſequenda eſt.*
*15 Notario quando non ſit credendum, ſed erroneè præſumatur locutus. 16.*
*17 Notarij error partibus obeſſe non debet. 44.*
*18 Cæcorum duæ ſpecies.*
*19 Enunciatiua verba, quæ dicantur.*
*Et cauſa demonſtrationis prolata non inducunt diſpoſitionem. 20.*
*Nec quando principaliter contingit diſputare de enunciato 21.*
*Nec in præiudicium tertij. 22.*
*24 Teſtamentũ cæci ſuſtinetur in vim donationis cauſa mor. hoc dicto per clauſulam, ſi non valet, &c.*
*Dũ tamẽ notarius fuerit ſtipulatus pro abſente. 25.*
*26 Clauſula, actum in domo teſtatoris &c. denotat rẽ perfectam. 46.*
*27 Opinio communis ſequenda.*
*29 Teſtamẽtum cæci defendi poteſt in vim mortis cauſa capionis, & quomodo.*
*30 Lex, hac conſultiſsima, C. qui teſt. fac. non poſſunt, locum non habet in mortis cauſa capione.*
*Nec in donatione cauſa mort. 24.*
*31 Appellatio qualibet cenſetur permiſſa, quæ non reperitur prohibita.*
*Et appellatus poteſt adhærere alterius appellationi 32.*
*33 Præſcribi põt omnis res, quæ nõ reperitur prohibita.*
*34 Hæres quilibet inſtitui poteſt, qui non reperitur prohibitus.*
*35 Clauſula, omni meliori modo, denotat quod quis noluerit ſe reſtringere.*
*36 Filius inſtitui debet.*
*37 Verbum relinquo, adiectum certæ rei, vel ſummæ, non denotat inſtitutionem.*
*Niſi adiecta clauſula, omni meliori modo. 38.*
*38 Clauſula, omni meliori modo, ſupplet inſtitutionem.*
*39 Clauſula, & alio quocunque iure, porrigitur ad alios caſus non expreſſos.*
*Et idem de alia clauſula generali ſubiecta.*
*40 Cæcus inter liberos teſtari poteſt ſine ſolennitatibus l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. fac. poſſ.*
*Et eſt communis opi. 41.*
*43 Forma non ex toto ſeruata, ſed in parte, actus ſuſtinetur.*
*Et quando lex fingit, aut ſupplet formam. 45.*
*47 Actum nil eſſe credimus, quando ſupereſt aliquid addendum.*
*48 Dictio, &c. breuiata, continet omnia, quæ ſunt de natura actus.*
*De quo datur exemplum in reſcripto. 49.*
*Et ea poſita denotatur notarium habuiſſe inſtrumẽtum pro perfecto. 50.*
*51 Solennitas leuis omiſſa non vitiat.*
*Et quæ dicatur. 52.*
*53 Teſtamenta nuncupatiua, regulariter non requirunt ſubſcriptionem, neque ſigilla teſtium.*
*54 Ruinus conſ. 24 nu. 10. vol. 2 taxatur.*

## CONSILIVM. LXXXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DVPLEX oritur difficultas ſuper teſtamento magnifici quondam Domini Strinzelai de Malchiauellis Mutinenſis. Prima, numquid viribus ſubſiſtat, & aliquo modo ſuſtineri poſſit. Secunda, poſito quòd ſic, an bona de quibus agitur, ex eo pertinere poſſint quoquo modo ad Illuſtr. Comitem Ioan. Paulum Malchiauellum nobilem Ferrariæ, dicti teſtatoris agnatum. prima difficultas oritur ex cæcitate teſtatoris, de qua teſtatur notarius in principio teſtamenti dicens, ſpectabilis

vir D. Strinzelans oculis ac viſu orbatus : qui-
1 bus ſanè verbis ſtãdum videtur, † cum enim di
ctus Comes Io. Paulus non poſſit illius hæredi-
tatem conſequi, niſi virtute prædicti teſtamen-
ti, quod produxit, videtur fateri & approbare,
vigore talis productionis oĩa in eo cõtẽta, ſicq;
cęcitarẽ p̃dictã ſecundũ doctrinã Bar. in l. poſt
legatũ. ff. de his quib. ut indi. Bal. in l. ſcripturę,
in prin. C. de fide inſtru. & in l. cum pretium,
verſic. extra quæro. C. de lib. cau. Card. conſil.
56. col. fi. vbi citat bonum tex. in l. ſi filiuſ. §. fi. ff.
de inter. actio. Bal. conſi. 181. omnis aſſeſſor. vol.
2. & in c. præſentium, colum. 4. de teſti. Abb. cõ
ſi. 38. colum. 1. vol. 2. Lapus allega. 119. col. 1. An
cha. conſilio 23. ſubtiliter. in prin. Roman. con-
ſi. 319. cum ſimilibus per Dec. in c. cum venera
bilis, nume. 15. de excep. Dominus meus Rimi-
naldus conſi. 89. & Craue. conſi. 201. colum. 3.
2 † Nam in teſtamento cœci diligentior eſt ad-
hibenda conſideratio, vt uiribus ſubſiſtat, cum
ſæpe homines excœcati faciant teſtamenta ſecũ
dum formam iuris communis, quæ nulla ſunt
ob formam non ſeruatam, de qua tradit Impe-
rator in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſ.
& ibi Bar. hoc monet, pluresque ſolẽnitates ſpe-
cialiter requiruntur in teſtamento cœci, quæ in
teſtamentis aliorum non ſunt neceſſariæ, quas
3 ibidem proſequuntur Doctores. † & adeo re-
quiruntur, q̃ vnius tantum defectus totum te-
ſtamentum vitiat, vt eleganter ponit Caſtr. con
ſi. 36. ſuper primo dubio, in prin. vol. 2. in nouis,
nec per clauſulam codicillarem ſuſtinetur, quo
niam ſolennitas illius legis etiam requiritur cũ
quis non teſtatur, ſed codicillatur, vt in verſic.
quæ in eundem modum, ſecundum Caſtren.
& poſt eum Ruin. conſi. 24. nume. 10. volum. ſe-
4 cundo. † Quod interpretantur plerique præ
ter alia ſpecialia procedere, quo ad numerũ ſe-
ptem teſtium cũ notario, vel octo ſine notario,
vt tenent Iacob. Butrig. Bal. Ang. Fulg. Roma.
Alex. & D. meus Rim. vel quinque ſecundum
glo. Sali. Caſtr. Iaſ. & Dec. quem ſequuntur apo-
ſtillantes (quicunque ſint) Chriſtophorum Por
tium in §. cęcus, Inſti. quib. non eſt permiſ. fac. te
ſta. Sed utcunque ſit de dictis opinionibus quo
ad numerum teſtium ſatis eſt omnes cõuenire,
quod aliæ ſolennitates requirantur in codicil-
lis, quæ in teſtamento cęci deſiderantur. † Im-
5 mo vero, vt tradit Rui. in dicto conſi. 24. nume.
10. vol. ſecundo, nec ſuſtineri poteſt teſtamentũ
cœci defectiuum reſpectu ſolennitatum ſuarũ,
vt donatio cauſæ mortis, ſicut videmus quod
lex, diſcretis, eo. tit. locum habet in donatione
cauſa mortis, quia cum dicta l. hac conſultiſſi-
ma, loquatur de teſtamento & codicillis, eius
diſpoſitio redderetur eluſoria, ſi locum non
haberet in donatione cauſa mortis. vnde ne
hoc contingat, ad illam debet extenſio fie-
ri, iux. nota. per glo. & omnes, in capitulo, quã
quam, de uſur. in 6. Dec. in l. factum. §. in pœ
nalibus, limit. 3. de regu. iur. Craue. in tracta.
de antiqui. tempo. in 4. par. nume. 75. Butri.
in diſputa. incipien. Bononienſis, in tertio du-
bio. Viuius in ſuis commu. opinio. verſic. in o-
dioſis, ad fin. Diſcurrendum eſt igitur an hoc
teſtamentum patiatur aliquem defectum ea-
rum ſolennitatum, quæ requiruntur in teſta-
mento cœci. & prima conſideratione dicendũ
videtur quòd ſic, meritoque non ſubſiſtat, nec
vt teſtamentum, nec vt codicillus, nec ut do-
6 natio cauſa mortis. † Primo namque requi-
ritur quod cœcus conuocatis ſeptem teſtibus
& notario dicat, & proteſtetur ſe uelle ſine ſcri
ptis teſtari, declarans & exprimens legata, hæ-
redum nomina, dignitatem, & inditia, cæte-
raque per eum diſponenda coram eis, ita quòd
ante omnia hæc uel ſimilia uerba proferre de-
bet, ſecundum Cy. Rayn. Bartol. Fulgoſ. Caſt.
& alios, quod etiam tradit Angel. Aret. in tra
cta. de teſtamen. in princ. colum. 5. nume. 10. &
Ruin. conſi. 68. in prin. volum. 2. & cæteris cla-
rius & melius Speculator in titu. de inſtru. edi.
§. compendioſe, colum. antepen. ubi ponit for-
7 mam teſtamenti cœci. † Hoc autem minimè
factum reperitur in hoc teſtamento, quia ne-
gatiue probatur ex eius lectura, ubi hoc non
reperitur; ut declarat Bar. in l. fin. C. de rebus
cred. dicens q̃ ſi inſpecto teſtamento non repe
ritur ibi Titio legatũ, ſequit̃ illi nõ eſſe legatũ.
ſequitur Aret. cõſi. 133. col. pen. Dec. conſi. 24.
nume. 19. & in l. iuſtum. C. de eden. Curt. iun.
8 conſi. 106. † prout etiã uidemus quòd ſi quid
actum fuiſſe negatur, probatur per inſpectionẽ
actorum, in quibus id non reperitur, l. fina. C.
de iur. & fac. ignor. quam Bald. allegat in l. ſi
contra. C. de appella. Alexan. conſi. 123. colum.
3. uolum. 1. conſi. 39. colum. fina. & conſi. 55. col.
2. uolumi. 5. Dec. conſil. 483. cum ſimilibus per
Herculanum in tracta. de negati. nume. 176. Se-
cũdò requiritur, quòd notarius & teſtes ſe ſub
ſcribant, ſigillaque ſua ſubiiciant dicto teſtamẽ
to, quod in alio teſtamento nuncupatiuo, quã
cœci non requiritur. Immo uerò regulariter
ubi notarius de actu rogatus eſt, ſatis eſt quod
ſe ſubſcribant, licet teſtes non ſe ſubſcribant, ut
eſt glo. notab. & ibi Bald. in l. donationibus.
C. de donatio. & Cano. in capitulo, cum Ioan-
nes. de fide inſtrum. & in hoc ſecundo conue-
niunt omnes in d. l. hac conſultiſſima, ubi de
hoc caſus habetur. & ſi duo tantum etiam ex
teſtibus in dicta ſolennitate deficerent, nihilo-
minus teſtamentum corrueret, ut inquit Ruin.
in dicto conſilio 24. nume. 10. quod hic etiam
quo ad omnes concurrit: nec enim teſtes ſe ſub
ſcripſerunt, aut ſigilla ſua appoſuerunt, ut
9 ex ſcriptura teſtamenti deprehenditur, † er-
go nullum uidetur. id enim ſicut & alia requi
runtur pro forma, ut probat tex. in d. l. hac
conſultiſſima. ibi, ut ante latæ formæ decla-
rant. qua non ſeruata ſolet actus corruere. l.
cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſ. capitulo, cum
dilecta, & ibi not. Abb. Felyn. & cæteri, de
reſcr. ſicut & in l. 1. ff. de libe. & poſth. cum ſim.
10 † Tertiò requiritur, quòd hæredum nomina
præponãtur legatis, licet in aliorum teſtamẽto
nõ ſit uis. §. ante hæredis. Inſt. de leg. & ita tradit
Aret.

Aret.ibi,& in d.§.cœcus.Cy.Ricard.Bar.Albe. Fulg. Dec.& Dominus meus Riminald. in d.l. hac conſultiſſima. Veron.caut. 90. in teſtamen-
11 tis. † Quartò requiritur quòd hæres per nomẽ, cognomen & dilucida indicia exprimatur, ibi [ exprimant nomina ſpecialiter hæredum,& dignitates ſingulorum & indicia,ne ſola nominis commemoratio pariat ambiguitatem ] ſicque notat Alex.in ſpecie,colum.1.& Ioann.Duran. de arte teſtan.tit.primo.caut.8.quod nec hic factum reperitur, meritò pluribus de cauſis non
12 videtur hoc teſtamentum defendi poſſe. † Illis tamen non attentis,arbitror totum contrarium decidi poſſe.& quoniam veritas huius cõcluſionis clarior fiet in reſolutione contrariorũ,ad eius fundamẽtũ id ſolum deducam, ꝙ ex quo diſputatur de validitate prædicti teſtamenti, debemus huic opinioni adhærere, ſecundum quam dicimus hoc teſtamẽtum valere. l.ſi pars.ff.de inoff.teſt.ſicque Iaſ.argumentatur in dicta l.hac conſultiſſima,nu.3.& in hoc teſtamẽto præciſe Cephal.conſi.72.ad fi. & in alio caſu Grat.reſpon.66.dicens quòd opinioni quæ tẽdit ad conſeruandam voluntatem teſtatoris, adhærere debemus.l.vel negare.ff.quem.teſt.ape.
13 † boni namque iudices ſequi debent voluntatem teſtatoris,vt per Bal.in l.fi. C. de neceſſ. ſer.hær.inſti.Item pronunciare debent,vt actus & diſpoſitio potius valeat,quam pereat.l. quotiens.ff.de reb.dub.& cum prædictis etiam concordat Dec.conſi.284.col.3.Pariſ.conſi. 32.nu. 39.vol.2.Iaſ.conſi.26.col.1.& Rol.a Valle.con-
14 ſil.82.nu. 17. vol. 1. † Confirmatur,ſi quidem in iudicando & cõſulẽdo benignior & æquior opinio eſt amplectenda.l.ſi præſes. ff.de pœn.l. in bello.§.codicilli.ff.de capt.& poſtli.reuer.ibi humanitatis rationi cõgruum eſt. Cur. conſi.1. Pariſ.conſi.72.nu.41.vol.1.conſ.32.nu.4.vol.2. cum ſimilibus per Rol.a Valle conſi.64.nu.15. vol.3.& Grat.reſp.100.nu.59.vol. 1. ſed in conſeruãdo teſtamentũ,& illud ſequi uerſatur humanitas.d.l.ſi pars.ibi,humanius eſt ſequi eius partis ſententiam,quæ ſecundum teſtamentum ſpectauit:igitur in hanc partem inclinare debemus. † Nec obſtant contraria: ſic enim illis ſigil
15 latim reſpondetur. & in primis circa cæcitatem quæ probata ſupponitur ex notarij verbis in ꝑfatione poſitis,reſpondet in terminis noſtris Cephal.in allegato conſi.72.col. 1.quod cũ in illis teſtator nihil diſpoſuerit,notario non eſt credẽdum,cum illi credi non ſoleat,niſi de his, quibus á teſtatore fuit rogatus.§. nos aũt.in Auth. de tabell.Bar. in auth.ſi quis in aliquo.colum.2. verſic.reſpondeo. C. de edend. † Et ſicut illi
16 aſſerenti de inſana mente teſtatoris non crederetur,nec inde teſtamentum corrueret, ſed præſumeretur erroneẽ notárium fuiſſe locutũ. Bal. in l.Imperator.colum. 1.verſi.pone.ff.de ſta.ho. Iaſ.in l.ſanum.colum.3.verſicu. ſi autem notarius. C. de tranſ. pariter in caſu noſtro non eſt credendum,quòd notarius conſultò dixerit teſtatorem eſſe cœcum, ſed errore : quoniam ex ordine teſtamenti conſtat eũ potius contrariũ ſenſiſſe,quatenus ſolẽnitates in teſtamento cęci requiſitas nõ adhibuit.arg.l.nõ codicillũ. C.
17 de teſta. † Et error notarij partibus obeſſe nõ debet.l.ſi.vbi glo.& Doctores.C.de fideiuſſ.cũ ſimilibus per Iaſ. in auth. nouiſſima. colum.8. ver.quid autem.C.de inoff.teſ.Dec.conſi. 175. colum.7.ad fi. vbi citat inter cæteros Bartolum in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.Confirmatur vltra Ceph.nã cum,vt ille dicit,illa uerba,D.Strinzelaus oculis ac uiſu orbatus, ſint verba ipſius notarij,non autem partium, ſequitur vt partibus nocere non debeant, vt habetur per Cur.ſiue D.Ioannem de Puteo,conſi.3. Dec. conſi.450.
18 nu.4.& Cagnol.in d.l.ſi librarius.nu.19. † Sed & error notarii,quem dicit Ceph.perſuaderi facilè poteſt,nam cœcorũ quidã habent oculos euulſos in capite,vel clauſos: quidã uerò claros apparenter,& apertos. unde cautum eſt cœcitatem per teſtes probari primo modo, quia teſtes dicant uidiſſe quòd talis habebat oculos euulſos in capite,uel clauſos. Secundo uerò modo, quia ibat per murum,uel cum Duce ſemper, ut docet Bartol.in l.2.ff.de bon. poſſe.furi.infanti. non ergo ſimplici aſſertioni notarii,nec primo, nec ſecundo modo aſſerentis ſtari debet: potuit enim decipi credendo, quòd teſtator eſſet cæ-
19 cus cum nõ eſſet. † Præterea cõſidero, ꝙ illa uerba oculis & uiſu orbatus, ſunt enuntiatiua. probatur ex doctrina Bal.in l. 1. C. de fal.cau. adie.leg.col.2.qui dicit ea eſſe uerba enunciatiua,quæ non ſtant per ſe,nec in eis conſiſtit uolũtas,ſed in aliud tranſeunt,& nõ ſunt uerbum principale orationis:diſpoſitiua uerò ſtant ꝑ ſe, quia emanat principaliter propter ſe.Sequitur. Soc.conſi.228.col.1.in fi.uol.2. Pariſ. conſi.77. nu.34.uol.3.Grat.reſpon.136.n.7.uol.2. unde in propoſito illa uerba,D. Strinzelaus ſuorum bonorum diſpoſuit in hunc modum per ſuum teſtamentum &c.bene ſunt diſpoſitiua, quia in eis conſiſtit uolũtas, & ſtant per ſe.Sed illa oculis ac uiſu orbatus ſecus.in eis enim non conſiſtit uoluntas teſtandi,nec emanat principaliter per ſe,ſed ad qualificandam perſonam D. Strinzelai,nec ſunt uerba principalia orationis, me-
20 ritò debẽt enũciatiua reputari.† Quo ſtante triplici ratione nõ probãt. prima quia cũ incidenter prolata ſint,nõ principaliter ſed cauſa demõſtrationis perſonæ teſtatoris non inducũt iuris diſpoſitionem.l.ex hac ſcriptura,& ibi Bar.ff.de don. Clem.literis,de prob.cũ ſimil. per Mãtuã
21 conſi.148.nu.10.vol.2. † Secunda,quia qñ principaliter cõtingit diſputare de enunciato uerba enũciatiua nõ probãt,vt voluit Butr.in c.illud. de præſumpt. Matteſ.nota.79.Bal.in l.ad probationem.in fine, C.loc. Alexan.136.col.fi.vol.1. & conſ.202.ſuper cauſa & lite.colum. 2. volum. 2.Dec.conſi.213.colum. fina.conſ.310.nume.5. Rui.conſi.167.num.25.uol.1.conſi.44.nume.6. volum.5.D.meus Riminal.conſi.82.nume.18. & conſ.88.nu.24.Senat.Pedemont.deciſio.76.
22 nume.12. † Tertia, quia tractatur hic de inducenda probatione contra tertium, qualis eſt Illuſ.D.Io.Paulus,quo caſu uerba enũciatiua nõ

probāt, vt dicit Bar. in auth. ſiquis in aliquo. C.
de eden. vbi limitat hoc modo l. optimam. C. de
contr. ſtip. quæ loquitur inter contrahentes. Et
bene declarat hoc Caſtr. conſi. 139. volum. 1. vbi
dicit quòd ſicut pars principalis & diſpoſitiua
non præiudicat tertio, multo minus præiudica-
re poteſt narratio, quæ eſt pars minus princi-
palis. ſequitur Natta conſi. 352. nu. 3. † Nec
23 obſtat tacita confeſſio, quæ ſurgit ex productio
ne teſtamenti, quia procedit eatenus quatenus
teſtamentum & eius inſtrumentum probat: alio
quin ſecus ſecundum Bart. in dicta l. poſt lega-
tum. colum. 1. ſequitur Alex. conſi. 108. colum.
2. verſic. quia reſpondeo. vol. 5. & conſi. 124. nu-
me. 4. volum. 7. Senatus Pedemont. deciſ. 39. nu
me. 10. & fuit ſententia Bellameræ deciſ. 391. id
quod dicitur. quem citat Grāmati. deciſio. 103.
nu. 85. & illa verba oculis, & viſu orbatus, de ſe
non probant cœcitatem teſtatoris, ergo nec vir-
tute productionis. Ex his infertur cum non pro
betur cœcitas teſtatoris allegata, ſtandum eſſe
huic teſtamento veluti facto a vidente, vt com-
muniter fieri ſolent teſtamenta & ex eo Comi-
tem Ioannem Paulum admittendum, nec opus
eſſet contrarijs reſpōdere quæ præſupponūt te
24 ſtatorē fuiſſe cęcum: † Vt tamen diſputationi
ſit locus, admiſſo pręſuppoſito cæcitatis, ad ſolu
tionem contrariorū deſcendo: & in primis dico
teſtamentum cęci ſubſtineri poſſe in vim dona
tionis cauſa mortis, quando fuit adiecta in eo
clauſula. Si non valet iure teſtamenti vel codicil
lorum, valeat iure donationis cauſa mortis, nā
proditum eſt in donatione cauſa mortis per cœ
cum facta ſolennitatem legis hac conſultiſſima.
C. qui teſt. fac. poſſ. non requiri, & ibi declarat
Bal. col. penul. dicens quòd littera cum miſterio
poſuit verbum codicillis, vt ſe reſtringeret ad
vltimam voluntatem ſimpliciter, qualis non eſt
donatio cauſa mortis. eumque ſequitur Fulgo.
Ibi, Alex. in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. ſicque
conſultum fuiſſe refert Soc. ibidem colum. pe-
nul. per D. Petrum germanum Baldi, Dyoni-
ſium, Martinum, & Onofrium ſolennes docto-
res Peruſinos, vt reperitur inter conſilia Baldi
conſ. 248. an cœcus poſſit. volum. 5. Idemque te
net Roma. in l. tam his. colum. pen. ff. de donat.
cau. mort. Guil. Pontan. in dicta l. 2. num. 31. &
Ioannes Durantis de arte teſtan. quos ego ſecu
tus fui inſt. de don. in princ. num. 626. & eorum
ſententiam confirmari. nu. 629. quæ cum videri
poſſit eam non tranſcribo. ſed addo Iaſonem
idem tenentem conſi. 26. colum. 2. volum. 1. di-
centem quòd non inuenit aliquem in mundo,
qui Baldo contradicat, ibique pariter corrobo-
25 rat hanc opinionem vt per eum. † tantoque
magis procedit in caſu noſtro, vbi cautè nota-
rius ſtipulatus fuit nomine quorumcunque in-
tereſſet, vel in futurū intereſſe poſſet, prout elę-
ganter voluit Iaſ. conſi. 82. col. 2. uol. 3. & Du-
rant. loco citato ad finem. Immo vero plus attē
tari poſſet in caſu quòd de ſtipulatione notarii
nihil in inſtrumento diceretur, nihilominus eā
interueniſſe præſumi ſtātibus illis verbis in cal
ce inſtrumenti poſitis, Actum in domo teſtato-
26 ris &c. † id enim uerbum actum, ſignificat
rem perfectam & conſumatam, ut tradit Bal. in
aut. quod ſine. C. de teſta. ſequitur Caſtr. in l. ſi
is qui. col. 1. ff. eo. hinc eſt quod præſumitur ro-
gitus, teſtium & notarij ad teſtamentum neceſſa
rius, & quod lectum & publicatum fuerit ſecun
dum ipſos, & per Cardi. conſi. 153. col. 2. in prin.
Alex. conſi. 14. ad fi. uol. 6. Ruin. conſi. 159. num.
11. uol. 4. meritò ſic & in propoſito noſtro dici
poteſt præſumi interueniſſe ſtipulationem no-
tarii, ſine qua donatio cauſa mortis non ſubſi-
ſteret abſente parte factam, ut per Rube. conſi.
131. poſt prin. alioquin perfecta non diceretur
27 fuiſſe dicta donatio. † Nec opinio Ruini cōſi.
24. nu. 10. uol. 2. quam etiam poſuit in l. 2. ff. de
leg. primo. col. 29. debet attendi ueluti contra
communem a qua in iudicando & conſulendo
nō eſt temere recedēdum. l. fi. C. de pœna iud.
qui mal. iud. ubi Angel. tradit quòd nimis igno
rans eſt, qui contra communem opinionem iu-
dicat: deferre enim debemus communi opinio-
ni, nam difficillimum eſt maiorum ſententias re
uoluere. c. ueniam. 35. q. 9. l. fi. C. de liber. præt.
Cur. conſi. 46. col. 5. uerſi. tranſitum faciamus.
Rol. à Valle conſi. 60. nu. 40. uolum. 1. & eſt ſer-
uanda tamquam ius, ut not. Abb. Fely. & alii in
c. 1. de conſtit. Alex. conſi. 95. uiſis proceſſibus.
uol. 2. & conſi. 51. col. 2. uol. 5. Grat. reſpon. 77.
28 nu. 4. uol. 2. † Nec ratio Ruini de glo. in ca.
quamquam, de uſur. in 6. me multum mouet,
quoniam materia illius tex. fundata reperitur
in ſalute animæ & odio uſurarum, quæ hic ceſ-
ſant. quòd enim ſolennitas d. legis, hac conſul-
tiſſima, ſeruanda ſit uel non, in donatione cauſa
mortis per cęcum facta, non pertinet ad animæ
ſalutē quoquomodo. unde facilius eſt tolerabi-
lis extenſio eo caſu ad donationem cauſa mor-
tis quàm in caſu noſtro. remanet ergo ualidum
ac defenſatum hoc teſtamentum per uiam do-
29 nationis cauſa mortis. † Sed ulterius ex alia
quoque puto quod illud defendi poſſit, uideli-
cet per uiam mortis cauſa capionis, quæ uerifi-
catur ſiue quis capit a moriēte & de bonis eius,
ſiue ab alio de uoluntate morientis, ut in lega-
tario qui capit a ſtatulibero de uoluntate legan
tis. l. qui precio, & ibi not. Caſtr. Roma. & alii
ff. de don. cauſa mor. Chriſtofor. Porcius Inſtit.
ad leg. Falc. colum. penul. in glo. legare. Bellon.
Inſtit. de teſta. in rubr. nume. 11. unde quatenus
in defectum filiorum & deſcendentium teſtato
ris uocati ſunt proximiores de familia de Mal-
chiauellis undecumque ſint & eſſe reperiantur
ſuccedere debet Illuſtr. Comes Ioannes Pau-
lus, ueluti proximior de familia Malchiauella,
qui bona capere dicitur ab ultimo deſcenden-
tium teſtatoris, bona uelut eius facta per aditio
nem. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negoc. geſt. l. final.
C. de inoff. teſta. in fi. Gloſſ. in l. 1. ff. de acquir.
rer. dom. l. cum hæredes, cum ibi not. ff. de acq.
poſ. de uoluntate tamen teſtatoris, & ſic ex mor
30 tis cauſa capione, † in qua ſine dubio dicta lex.
hac cōſultiſſima locū nō habet. ꝓhibet. n. cœcū
teſtari,

teſtari,& codicillari nou ſeruata illius forma,at
per mortis cauſa capionem diſponere nil dicir,
ergo debet id cœcus facere poſſe,quia in prohi-
bitis quicquid expreſſe probibitum non repe-
ritur,permiſſum cenſetur.l.mutui,§.1.ff.de pto
31 cur.l.ab ea parte,ff.de prob. † hinc omnis ap-
pellatio cenſetur permiſſa, quæ non reperitur
expreſſe prohibita,vt per glo.in l. qui reſtitue-
re. ff.de rei vend.Bart.conſi.165. in quæſtione
qua quæritur.Speculum aureum in ſecundo a-
32 ctu prin.vltimæ par.nume. 247. † In tantum
quòd licet quandoque quis per ſe non poſſit ap
pellare, vt tertio loco,poteſt tamen appellatio-
ni alterius adhærere ſecundum Peruſ. in cap.
directe,col.pen.verſ.quinta concluſio de appe.
33 Speculum aureum loco citato, nu. 282. † Si-
militer omnis res præſcribi poteſt,quæ non re-
peritur expreſſe prohibita. Soc.conſi.47.col.4.
34 quarto dub.vol.3. † Et quilibet hæres inſtitui
poteſt,qui non reperitur prohibitus.Corn.con
ſi.25.col. 2.vo.1.multaque id genus exempla cô
gerit Craue.conſi.103.colum. penul. Quòd au
tem via ſuccedendi per mortis cauſa capionem
dicatur iu hoc teſtamento comprebenſa, facile
perſuaderi poteſt & optime demonſtrari, nam
poſtquam teſtator ſuam voluntatem valere vo
luit iure donationis cauſa mortis in defectum
teſtamẽti, & codicillorum,ſubiunxit & alterius
cuiuſcunque vltimæ voluntatis, quæ verba in
epiſtola poterant verificari,l.miles ad ſororem.
ff.de leg.2.Bar.in l.Charidemus.ff.de pollicita.
poſtea ſubiunxit,& omni meliori modo, via, iu-
re,cauſa,& forma,quibus magis & melius vale
re poteſt,& tenere nunc & in futurum,quæ ver
ba verificari poſſuut in mortis cauſa capione,&
eſt ſenſus,vt in euentum ꝙ diſpoſitio teſtatoris
non valeret vt teſtamentũ, codicillus, donatio
cauſa mortis,vel epiſtola,valere debeat vt mor
35 tis cauſa capio. † taliſque clauſulæ ſic adiectæ
per copulam natura eſt,vt quis noluerit ſe re-
ſtringere ad modos ſpecificaros,ſed & alios de-
notare & contineri,vt declarat Bal.in l.vinum.
col.antepe.ff.ſi cer.pe.Butri.in c.examinata,cir
ca med.de indi.Rui.conſi.9.col.fi.volu.5. Cra-
ue.conſi.fi.nu.15.vol.1. & Do. Daniel Landul
phus couſi.155.num.4.primo tomo vltimarum
voluntatum,vbi plures allegat, potiſſime vero
Fulgoſ.conſi.144.in primo propoſitæ, vbi dicit
ꝙ tanta virtus eſt illius clauſulæ quòd habetur
perinde ac ſi ſpecialiter illud quod erat expri-
36 mendum eſſet expreſſum. † Hinc videmus ꝙ
ſi filio quid eſſet particulariter relictum,quo ca
ſu titulus inſtitutiouis in filio neceſſarius. §. a-
liud qnoque capitulum, in Auth.vt cum de ap
pel.l.inter cætera,ff.de lib.& poſth.locum non
37 haberet, † quia verbum relinquo adiectũ cer
tæ rei,vel quantitati non trahitur ad inſtitutio-
nem,l.nam quod.§.non omnis,& ibi tradit Ale
xan.colum.1.in fi.ff.ad Treb.qui dicit eſſe com
munem Bar. Bal. Aug.& alii in l.his verbis,ff.
de hære.inſti.Iaſ.abuude in auth.nouiſſima, n.
33.C.de inoff.teſtam. Craue.couſ.210. in prin.
38 † Si tamen adiecta fuerit clauſula,Omni me-
liori modo,puta quia dictum fuerit, reliquit iu
re legati & omni meliori modo,vel quòd teſta-
tor dixerit,quòd voluit ſuum teſtamentum va-
lere poteſt,ſuppletur & ſubiutelligitur in tali re
licto titulus inſtitutionis,nec reſtringitur diſpo
ſitio teſtatoris ad particulare relictũ legati.ita
voluit eleganter Bal.in l.quotiens. C.de hære-
inſti.Caſtr.conſil.347.colum.pen. in anti.aliàs
conſi.323.vol.1.in nouis.Soc.conſi 66. nu 18.
volu.3.Iaſ.in dicta auth.nouiſſima.8.limi. Dec.
conſi.14.col.2.in fi.conſi.77.col.3.Marſi.ſingu.
36.Cur.iun.conſi.71.D.meus Rimin.conſi.41.
nu.19.& conſi.266. Daniel ille Landulphus ſu
39 pra citatus in d.couſi.155.col. 2. † Simile vi-
demus in clauſula. Et alio quocunque iure.cu-
ius virtus adeo potens eſt,vt caſus non expreſ
ſos, licet improprios & maiores comprehẽdat.
cle.1.iuncta glo.de re iud.l.vnius.§.cogniturũ,
& ibi Marſilius late,ff.de quæſtio.Tiraq.in tra
cta.de retra.linagier,§.1.glo.7.nu. 20. Dec. con
ſi.76.col.fi.& Senat.Pedemonta. deciſ.102.nu.
4.& in hac clauſula demum confirmari poteſt,
veluti generali & in fine poſita poſt quædã ſpe
cificata, nam non refertur ad ea, de quibus ſpe
cialiter ſuit prouiſum,l.vxorem, §.fœliciſſimo.
in fi.ff.de lega.3.l.cohæredi.§.qui patrem,ff.de
vulg.& pup.l.doli clauſula. ff. de verb. obliga.
Rolan.à Valle conſi.59.nu.48.vol.3.quo fit vt
ad alia nou expreſſa referenda ſit,qualis eſt in
40 caſu noſtro mortis cauſa capio. † Poſſet prædi //
ctis addi quod ponit eleganter Ceph.in dicto
conſil.72.quòd hoc teſtamentum veluti condi
tum inter liberos non ſubiaceat ſolennitatibus
dictæ legis,hac conſultiſſima.quod ibi voluerũt
Bal.Ang.Caſtr.Alex. Sal. Corn. & Iaſ. Cur.in
l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto.nu.8.C.de
teſtam.vbi pariter Natta communem teſtatur.
Ang.Aret.in §.cœcus.Inſt.quib.nõ eſt per.fac.
41 teſt.Iaſ.conſi.26.vol.2.Card.conſil.149. † cum
ſimilibus per Boeriũ, qui dicit eſſe communẽ,
deciſ.140.nu.20.idque deducit & probat in hoc
teſtameuto Cephalus vt per eum. ſed quoniã
prædicta per me poſita ſatis ſuperque ſufficiunt
ad ſuſtinendum hoc teſtamentũ, non eſt opus
dicta per eum repetere,& hinc etiam non eſſet
opus reſpondere ſolennitatibus dictæ legis ſu
perius enumeratis,quæ videntur in hoc teſta
mento deficere,ſi tenemus vel quòd non con
ſtet teſtarorem fuiſſe cœcũ, vel ſi cœcus erat in
donatione cauſa mortis, vel mortis cauſa ca-
pione,vel inter liberos eas ſolennitates non re
quiri. Nihilominus his omnibus etiam præter
miſſis & ceſſantibus adhuc defendi poſſet hoc
42 teſtamentum valere. † Nam quod attinet ad
primam ſolẽnitatem de teſtarore cœco qui præ
fari debet coram teſtibus & notario ſe uelle
teſtari ſine ſcriptis, declarans quid & quibus in
ſtituendo legandoue ſit facturus, ſufficere poſ
ſet dicere poſt Alex.& Iaſ.in d l. hac conſultiſ
ſima,quòd iſta ſit leuis ſolemnitas,cuius omiſ
43 ſio uon debet vitiare teſtamentum cœci. † Sed
hac ſola ſolutione uon contentus vlterius dico
quòd dici ſolet forma uon ſeruata actum reddi
nullum

nullum, tunc demum procedit ſi forma fuerit
ex toto prætermiſſa, ſecus ſi non ex toto, ſed
aliter per errorem fuit expreſſa. ita Soc. in l. 1.
in fi. ff. de lib. & poſthu. & in l. nominatim. ff.
de condi. & demon. ſequitur latius confirmans
Brun. in tracta. de forma, titulo de poteſtate &
effectu, limit. 9. Neuizan. conſilio 77. numero
14. at hæc prædictio non fuit prorſus omiſſa,
cum ſcriptum reperiatur, quòd Do. Strinzel-
laus bonorum ſuorum diſpoſuit in hunc mo-
dum per ſuum teſtamentum nuncupatiuum.
hinc enim patet id ſine ſcriptis fuiſſe, & de
illo teſtatorem fuiſſe locutum, §. fina. Inſtit. de
teſta. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem
44 quoque, hoc eſt ſine ſcriptura, C. eo. † Licet er
go non dicatur quòd teſtes vocati fuerint & e-
docti, vel pręmoniti ſuper hoc & aliis dicendis,
tamen id erroneè factum dicitur, vel omiſſum
per notarium, qui non debet in hoc Illuſtr. D.
Ioãni Paulo præiudicare per ea, quæ plene no
tant Dec. Cag. Ferra. Guil. Main. & alii in l. ſi li
brarius. ff. de reg. iu. D. meus Rim. cõſ. 1. nu. 11.
conſi. 53. nume. 22. conſi. 56. nu. 8. conſi. 325. nu
45 6. & cõſi. 455. in prin. † Tertio dico quòd quã
do ius ſupplet aut fingit formam vel ſolennita
tẽ interueniſſe, defectus eius, aut expreſſionis
ineptitudo non uitiat actum. patet in l. 1. C. de
rei uxo. acti. ubi cum lex fingat in dote ſtipu
lationẽ interueniſſe, nõ curamus an defecerit,
uel inepte cõcepta fuerit. ita Brun in d. tract. &
tit. de limi. 21. At in hoc teſtamento reperitur
46 ſcriptum, † Actum in domo teſtatoris &c. quæ
verba denotant rem fuiſſe perfectam vt ſupe-
rius dixi. nu. 26. & nuncaddo Caſtr. conſi. 111.
conſi. 291. colum. 2. & conſi. 307. colum. 2. vo-
lum. 1. Soci. conſi. 42. duplicato conſi. 173. col.
2. Iaſ. in l. Gallus. §. item credendum, in fi. ff. de
libe. & poſthu. Pariſ. conſil. 61. col. 2. volum. 3.
Rolan. à Valle conſi. 44. nu. 43. vol. 1. ergo dici
debet interueniſſe præmonitionem teſtatoris
factam teſtibus & notario, cũ alioquin res per
fecta dici non poſſet, ſi quid ex parte teſtatoris
47 fuiſſet omiſſum. † nihil enim actum eſſe credi
mus, donec aliquid ſupereſt addendum, l. cum
Syllanianũ, in fine, C. de his quibus vt indig.
& perfectum dicitur illud, cui nihil ſuperaddi
poteſt. l. nihil. & ibi Bal. C. de manu. vin. Cor.
cõſi. 90. nu. 13. vol. 2. Quartò cõfirmatur & me
lius nã dicta clauſula ſubſequitur dicẽs, Actum
in domo teſtatoris præſentibus teſtibus ore ꝓ-
prio illius vocatis & rogatis ciuibus & habita-
48 toribus Mutinæ notis, &c. † pondero diligẽ
ter illam dictionem, &c. breuiatè poſitam ſub
qua comprehenduntur omnia, quæ ſunt de na
tura actus vel rei, ſuper qua interponit̃, vt tra
dunt Bar. & alii in l. Gallus. §. idem credẽdum,
ff. de libe. & poſthum. Rui. conſi. 154. nu. 8. uol.
3. Soc. conſi. 94. col. tertia, nume. 4. vol. 1. Ceph.
conſi. 88. nu. primo. Hinc Butri. & Imol. in c. ſi-
gnificante, de reſcri. per illum tex. dixerunt ꝙ
ſub illa dictione, &c. comprehenduntur uirtua
liter ea, quæ ſunt de natura ſubiectæ materiæ
49 † parique modo, ſi petatur in precibus cõmit
ti cauſam cum poteſtate procedendi ſumma-
riè, ſimpliciter, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſo
la facti veritate attenta, & terminis iuris non
attẽtis vel abbreuiatis, & prĩceps ita reſcribat,
audiat talis & procedat ſummariè &c. omnia
petita uidentur eſſe conceſſa uirtute illius di-
ctionis, &c. ut tradunt Domini de Rota deciſ.
24. item ſi petatur, quos ſequitur Alex. conſil.
85. uol. 1. & Iaſ. in dicto §. idem credendum, nu.
50 10. † & in ſumma quando reperitur in calce in
ſtrumenti notarii dictio, &c. conſtat quòd nota
rius habuit inſtrumentum pro completo & ab
ſoluto, nec in eo uolebat plus ſcribere, ſed in-
telligebat ſub illa dictione, &c. communia alio
rum cõtractuum, ut inquit Bar. in l. ſi is qui, ff.
de teſta. quem ſequitur Iaſ. in d. §. idem credẽ
dum. in fi. & Rolan. à Valle conſi. 63. num. 47.
vol. 1. at de natura ſiue ſubiecta materia teſtamẽ
ti cœci, eſt quòd illa præfatio teſtatoris fiat. igi
tur per illam dictionem, &c. intelligitur eam
interueniſſe. Circa ſecundum de ſubſcriptione
teſtium & eorum ſigillis in teſtamento cœci,
neceſſariis, ut omnes volunt in d. l. hac conſul-
tiſſima, per illum textum, uere hoc negari non
51 poteſt: † ſed bene puto probabiliter dici poſſe,
quòd ex defectu dictæ ſolennitatis teſtamentũ
cœci minime vitietur. moueor quoniam dicta
ſolennitas dicitur eſſe leuis, cuius omiſſio non
vitiat. l. 1. in fi. & ibi Bar. ff. de uent. inſpi. l. fi. §.
ſubſcriptionem, & ibi Bar. & alii C. de iure de-
libe. & in l. 1. §. ſi plures, ff. de exercit. Bero. cõn
54 ſi. 87. nu. 7. uol. tertio, † probatur aſſumptum,
leuis enim ſolennitas dicitur, cuius omiſſio pa
rum uel nihil obeſt ueritati, quia aliter de ue-
ritate conſtare poteſt quàm per dictam ſolen-
nitatem, ut uoluit Bar. in d. l. 1. in fi. Alex. conſ.
98. uol. 4. item quãdo non ad eſſentiam, ſed ad
probationẽ requiritur, ut per Bald. in l. cum
quis. col. tertia. C. de iur. & fac. ignor. uel cuius
omiſſio ſubſtantiam facti non mutat, nec alte-
rat, ut per Bar. in d. §. ſi plures. & Beroum loco
citato. at ſine ſubſcriptione & ſigillis teſtium
ueritas apparere poteſt per eorum dicta cum
53 iuramento. † nec ad eſſentiam requiritur il-
la ſolennitas, cum regulariter ſine ea fiãt teſta
menta nuncupatiua, ut omnes fatentur in d. l.
hac cõſultiſſima, & probatur in l. hac cõſultiſſi
ma. §. per nuncupationem, iuncto princ. C. de
teſta. & in §. fi. Inſt. eo. ubi de uoluntate tantũ
coram teſtibus nuncupata dicitur, non autem
de ſigillis uel eorum ſubſcriptione, ſed ad pro-
bationem tantum requiritur illa ſolennitas,
ut remoueantur inſidiæ. d. l. hac conſultiſſima,
in fi. quæ remouentur per interuentum ſeptẽ
teſtium, licet non ſubſcriptorum & ſine ſigil
lis eorum, ut eſt tex. in l. fi. C. de fideic. uerſic.
cum enim, ubi dicitur quòd lex ne quid falſi
tatis incurrat per duos forte teſtes compoſi-
tum teſtamentum maiorem numerum teſtiũ
expoſtulat, ut per ampliores homines perfe-
ctiſſima ueritas reueletur. Demum quoque
per omiſſionem ſubſcriptionis & ſigillorum te
ſtium ſubſtantia facti non immutatur, nec alte
ratur

ratur.quia ſemper idem dicetur cœcus ordinaſſe, quod legitur in teſtamẽto ſiue teſtes ſub ſcripſerint, & ſigillauerint illud, ſiue non.igitur omni reſpectu concludi poteſt huius ſolennitatis omiſſionem veluti leuis teſtamẽtum nõ
54 uitiare. † & ſi Ruinus in allegato conſilio 23. nu. 10.vol.2.rationes prædictas ſolennitatis leuis conſideraſſet,non ita facilè dixiſſet inſtitutionem non valere factam à cęca teſtatrice propter defectum ſubſcriptionis aut appoſitionis ſigillorum teſtium.Nunc ad defectum tertiæ ſolennitatis deſcendo de præponendis nominib.
55 hæredum legatis, † & dico quod contra Gynũ & ſequaces tenuerunt Bal.Caſt.Roman. Alex. Iaſ.& Corn.in d.l.hac conſultiſſima, ſicque dicit Iaſ.ſe conſuluiſſe in ciuitate Cremonæ,præcipuè motus auctoritate Speculatoris in §.ut autem de inſtru.edi. vbi ponens formam teſtamenti cęci incipit à legatis, & fideicommiſſis, ſicque reperitur conſilium Iaſonis 26. vol.1.qđ arbitror fuiſſe memoratum ab eo in lectura.idẽque tenet Rui.conſi.68.colum.2.vol. 2. dicens poſt alios ſic hodie ſeruari ex communi ſtilo notariorum,idemque tenet Boer. deciſio. 249. columna fina.& Ioannes Durantis de arte teſtan.lib.1.cautel.8.colum.2.quorum concluſio confirmatur optima ratione,nam ſi præcedere debet hæredis inſtitutio, ſequeretur quòd cœcus volens codicillari non poſſet,cum in codicillis non cadat inſtitutio.§.codicillis.Inſti. de codicil.l.idem.C.eo.& tamen poteſt.d.l.hac cõ
56 ſultiſſima,verſi.quæ in eundem modum. † Ad vltimum de nominibus hæredum per cognomen & dilucida inditia commemorandis, ſatis id factum reperitur reſpectu filiorum teſtatoris & aliorum,qui tunc erant in rerum natura. quo vero ad naſcituros in futurum ſatis eſt fuiſſe dictũ de proximioribus de caſata de Malchiauelis vbicunque ſint & erunt in futurum. quia qualitates prædictæ reddunt certam perſonam quæ ſuccedere debeat prout etiam dicunt omnes in d.l.hac conſultiſſima, de Gallopreſſo nominato tantum ſimpliciter quod ſufficit,veluti nomen ſingulare,quod etiam ſequitur Alcia.reſpon.705.& ita ſublatis omnibus contrariis remanet hoc teſtamentum validum,ſiue teſtator non eſſet cœcus, ſiue cœcus eſſet.

*Hippolytus Riminal.Ferrar.*

---

## Pro Illuſt.quodam Comite.

### ARGVMENTVM.

An filia,cum mille legata ſunt,ſi nupſerit, facta monacha tantumdem cõſequi debeat. Et quid ſi circa relicta ſunt in caſu monachationis. Itẽ de validitate ſtatuti de bonis ingredientium monaſterium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filia,ſi fuerint relicta mille, ſi nupſerit, ea facta monacha,dicta mille conſequi poteſt,*
*Fallit ſi ſecus conſtet de mente teſtatoris.17.*
2 *Filiæ,ſi fuerint relicta mille,ſi nupſerit,centũ uerò ſi monaſterium ingredietur,an debeantur mille,ſi fiat monialis.*
*Plures,quòd ſic,& fuit iudicatum Bononiæ.3.*
*Et eſt communis,& magis communis.4.*
*At alÿ plures quòd non,tenuerunt:ſed centũ tant ĩ eam conſecuturam.19.*
*Idque ſecundum naturalem æquitatem,& communem obſeruantiam.20.*
*Veriorem & magis communem.21.22.*
*Quæ declaratur,quomodo procedat.23.*
5 *Statutum de bonis ingredientium monaſterium dicitur inualidum à pleriſque.6.*
*Et magis communis affirmatur.7.*
*Et communiter improbari Bartolum.8.*
*Quibus rationibus impugnetur.9.10.11.24.*
12 *Dos relicta filiæ excluſæ per ſtatutum,an debeat cõmenſurari uſque ad legitimam.*
13 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
14 *Renunciatio generalis,non comprehendit legitimã.*
15 *Filius grauatus generaliter,nõ cenſetur grauatus in legitima.*
*Et approbando teſtamentum ſimpliciter, non cenſetur ſibi præiudicaſſe in legitima.16.*
18 *Voluntas teſtatoris etiam tacita, quæ colligitur ex expreßis,attendi debet.*
24 *Diſpoſitio,per quam datur materia delinquendi, quando ualeat, uel non.25.*
26 *Teſtator præſumitur ſe uoluiſſe conformare cum conſuetudine patriæ.*
27 *Statutum locum habet in filiæ, quæ poſtea facta fuerit monacha.*
28 *Caſtrenſ.conſi.304.col.4.uol.1.declaratur quomodo procedat.29.30.*
29 *Statutum quando dicatur contra libertatem eccleſiæ.*
31 *Fely.in c.in præſentia,de prob.nu.38.iurationibus ſuis impugnatur.*
32 *Monachus ante profeßionem non tranſit in poteſtatem monaſterÿ.*
*Et interim moriendo bona uenientibus ab inteſtato applicantur.33.*
*Sed communis eſt in contrarium.34.*
35 *Alexan.conſi.138.in fi.vol.2 declaratur.36.*
37 *Auus tenetur dotare neptem in poteſtate ſua conſtitutam,aliàs ſecus.*
38 *Statutum valere,uel non,quando non ſit diſputandum.*
39 *Actum ualere,uel nullum dici non poſſe, æquiparantur.*
40 *Sententia cenſetur valida, quando quis eam nullam dicere poteſt.*
41 *Filia excluſa ab inteſtato non debetur legitima.42.*
*Et quando,declaratur.44.45.*
43 *Legitima non debetur deſcendentibus,ſtantibus filÿs primi gradus.*
46 *Diſpoſitio generalis comprehendit cauſam dotis, quando non eſt in ſpecie priuilegiata.*
47 *Statutum filiam excludens,comprehendit etiam legitimam,licet ſecus ſit in excluſione hominis.*

CON-

## CONSILIVM LXXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

TESTATOR instituit filiũ; & caſu
quo decederet ſine filiis maſculis,
& cũ filiabus, eas & ipſarum quali
bet dotari iuſſit, dote ducatorũ mil
le auri tẽpore quo nubẽt; & ipſarũ
quęlibet nubet. quoſdamq́; proximiores de fa
milia ſua ſubſtituit, niſi filius ſuus aliter de bo-
nis diſpoſuerit. poſtea mortuo teſtatore deceſſit
etiam filius ſine filijs maſculis relicta vna filia
profeſſa in monaſterio quarundam monialiũ,
& altera filia nupta Illuſtri cuidam Comiti, &
eius hærede vniuerſali ex teſtamento paterno,
à qua & eius Illuſtr. viro pro ſuo intereſſe velut
poſſidẽtibus auita bona dicto legato ducatorũ
mille affecta petunt moniales dicti monaſterij
ex perſona filiæ profeſſæ dictum legatum duca-
torum mille ſiue reſiduum, præter ſummam re
ceptam ducatorum 200. quarum intentio pri-
ma conſideratione videbatur probabilis & iuri
1 dica. † Quoniam quando quis legat filiæ vel
alteri mulieri mille ſi nupſerit, cum non cõſtet
de expreſſa intentione teſtatoris, lex interpreta
tur eam fuiſſe talem, ſi nupſerit in ſeculo, vel
Deo religionem intrando, quod eſt matrimo-
nium ſpirituale, vt declarat Alex. in addi. Barto
li in l. 2. ff. de his quæ pœnæ. no. & Soci. ibidem
poſt Iacob. de Beluiſ. col. 2. Imol. in l. Lucius,
col. fi. ff. de hær. inſti. Aret. in c. in præſentia, n.
72. de prob. Rui. conſi. 98. nu. 10. vol. 2. cum ſimi
2 libus. † Immo fortius dicunt Doctores quòd
ſi quis legauerit mille filiæ ſi nupſerit, ſi verò in
greſſa fuerit monaſterium 200. debet adhuc ha
bere mille, ſi fiat monacha, ne timore perdendi
octingenta retrahatur à vita contemplatiua, vt
voluit D. Thomas de Formaginis, quem refert
Ioannes Andreæ in addi. Specul. in rub. de ſta.
mona. Bar. in d. l. 2. Butri. in cap. in præſentia,
de probatio. & poſt illum Aret. nume. 72. ſi-
cut & Fel. nu. 37. demumque Bero. n. 494. Mat-
teſ. notab. 53. Alberic. in 3. par. ſtatu. quæſt. 104.
& in l. Deo nobis, col. 2. C. de epiſ. & cler. Rom.
in l. ſtipulatiò hoc modo concepta, col. 7. ff. de
3 verb. obli. † Et pro hac opi. conſuluit Ioan. de
Anna. fuitque iudicatum Bononiæ, vt refert A
lex. in apoſtil. ad Bar. in d. l. 2. vbi quoque ſequi
tur Socin. alios citans, & Iaſ. in auth. ſi qua mu-
lier, col. 2. C. de ſacr. ſan. eccle. Ioan. Camp. in
tract. dot. prima par. q. 30. quem refert Ferrat.
4 caut. 9. † Et hanc opinionem plerique dixerũt
eſſe communem & magis communem, vt Ale.
conſi. 35. col. 3. conſi. 120. viſo themate, col. 3. vo
lu. 2. & conſi. 98. col. 1. vol. 4. Crot. in l. nemo po
teſt, col. 31. ff. de leg. 1. Soc. conſi. 141. col. 5. con.
ſi. 269. col. 1. Marſ. in rub. ff. de fideiuſſ. col. 29. &
in l. 1. colum. 26. C. de rap. virg. Fel. in allegato
c. in præſentia. Dec. conſi. 574. Ferrat. in dicta
caut. 8. partis. cõſi. 65. col. 3. vol. 2. Soc. iun. con
ſi. 160. col. 3. vol. ſecundo. Rui. conſi. 68. colum.
ſi. vol. 4. Ripa in l. 1. nu. 61. ff. ſol. matr. Igitur ſi
aduerſus expreſſam mentem teſtatoris qui de
nuptiis carnalibus & ſpiritualibus fuit locutus,
dicendo ſi nupſerit. ſi verò ingreſſa fuerit mo-
naſterium, filia debet habere omnino mille, tã
ingrediendo monaſterium quàm nubendo ſe-
culo, multo magis quæ ſimpliciter reliquit mil-
le ſi nupſerit, vt in hoc caſu, quo dubia mens eſt
5 teſtatoris, cum interpretetur vt ſupra dixi. † Et
iſta concluſio ſic pro monialibus fundata pro-
cedere videtur non obſtante ſtatuto ſub rubr.
de bon. ingred. monaſ. quo cauetur, quòd om-
nia bona, iura, & actiones etiam in ſpe volentis
aut diſponentis ingredi aliquod monaſterium
applicentur & transferantur plene & pleno
iure in eum vel eos qui ſucceſſuri erant ab in-
teſtato ipſi uolenti ingredi monaſterium ni-
ſi aliter fuerit legitimè diſpoſitum ante pro-
feſſionem per ipſum ingredientem, de qua di-
ſpoſitione facta per dictam monialem non ap-
6 paret. † Quoniam tale ſtatutum dicitur inua-
lidum nedum quando loquitur de ingreſſo in
monaſterium, repellendo ipſum à ſucceſſione,
vel ea priuãdo, vt voluit Bal. in d. l. Deo nobis.
col. 5. Bar. Bal. & omnes, in l. fi. C. de pact. & in l.
omnes populi. col. 7. verſi. ſed quid ſi ſtatutum.
ff. de iuſt. & iure. Caſtr. conſil. 426. volu. 1. Sed
etiam quando loquitur de ingrediente in mo-
naſterium, vt voluit Bal. conſi. 216. monialis, vo
lu. 5. in anti. Angel. in diſpu. incipien. Nobilis
quidam genere. Imol. Roma. & Alex. in l. ſtipu-
latiò hoc modo. ff. de verbo. oblig. Abb. in cap.
quod clericis, nu. 40. de foro compe. & conſilio
111. col. 2. vol. 2. vbi valde dubitat de validitate
huius ſtatuti. Gemi. in c. quamuis, num 10. de
pact. in 6. Caſtr. in l. ſi quis id quod, col. ſecun-
da. ff. de iur. om. iud. vbi dicit ſe conſuluiſſe pro
ut reperitur in conſil. 137. primum dubium. co
7 lum. 4. in antiquis, aliàs conſi. 301. volu. 1. † Et
in terminis huius ſtatuti Alexan. conſi. 138. viſo
themate, ad fi. vol. 2. dicens eſſe magis commu-
nem opinionem quod tale ſtatutum non va-
leat, quod etiam firmat Iaſ. in d. l. fina. tenens
contra Bar. & Bal. ibi. nu. 28. C. de pac. idemq;
Dec. nu. 28. poſt Ange. ibi dicens eſſe commu-
nem opi. contra Bartolum, citatque Abbatem
& Felynum in c. eccleſia S. Mariæ de conſtitu.
& Petrum de Vbald. in tracta. de ſucc. ab inteſt.
col. 10. verſi. an valeat. idemque late firmat Do.
meus Rimi. in d. l. fi. col. pen. Gozad. & Aquẽſ.
8 colũm fi. Cur. ſen. num. 31. Iunior vero 40. † &
Cagnol. nu. 185. vbi dicit quòd Bartolum com-
muniter improbant ſcribentes, & Aquenſ. idẽ
tenet in d. l. ſtipulatiò hoc modo. nu. 22. Matteſ.
notab. 144. nota mirabilem. Dec. in dicto cap.
in præſentia, nu. 57. Caccial. in l. omnes populi,
nume. 52. ff. de iuſt. & iure. Ripa in l. ex facto. §.
ſi quis rogatus. nu. 39. ff. ad Trebelli. Soc. con-
ſi. 241. col. 2. vol. 2. eamque latè tenet, & proſe-
quitur Brunus in tracta. quòd ſtant. maſc. in 6.
art. prin. quæſtio. 2. nu. 32. per tres col. & Pariſ.
conſi. 65. num. 15. uol. 2. † Nec ad ſuſtinendum
9 valorem dicti ſtatuti releuare uidetur, dicere ꝙ
con-

concedit facultatem diſponendi legitimè ante profeſſionem ipſi ingredienti, quo caſu ponere uidetur in arbitrio illius de bonis, & iuribus ſuis diſponendi ad fauorem monaſterii, & ita per hoc non remouetur à vita contemplatiua, nec ab ingreſſu religionis, nec dicitur eſſe factum in fraudem monaſterij, quas rationes conſiderant Doctores aduerſus tale ſtatutum, & ob
10 eas & conſimiles dicunt illud non valere: † nā & in ſimili ſtatuto ſic loquente Felyn. in d.c. in præſentia, num. 38. verſi. & iſta nota concludit idem eſſe, nec illud valere: loquitur enim in ſtatuto Trigeſti, per quod diſponebatur, quod ingrediens non facto teſtamento ſecuta profeſſione, excludatur à ſucceſſione parentum, dicitque Fel. quòd non valet, quamuis enim permittat teſtari de viribus etiam in ſpe exiſtentibus, per hoc non reſtat quòd vbi tranſiret inteſtatus, monaſterium non fraudaretur, & adhuc ſtatutum dicitur diſponere de non ſubdito, quia nō prius operatur quā ſit ſecuta profeſſio, vnde non inuenitur patiens diſpoſitum, & ideo non tenet per c. eccleſia S. Mariæ, de con-
11 ſti. † Hoc enim contingere videtur in hoc ſtatuto, quòd licet permittat diſponere de bonis & iuribus ſuis ingredienti ante profeſſionem, ſi tamen ille non diſpoſuit, & tranſiuit inteſtatus, fraudatur monaſterium. præterea transfert in uenientes ab inteſtato illius bona ſecuta profeſſione, & ſic non prius operatur effectum trāſlationis bonorum & iurium in eos, quam ſit ſecuta profeſſio, quo caſu patiens non eſt diſpoſitum, meritò non videtur valere prout in eo ſignanter concludit Alex. in allegato conſi. 138.
12 vol. 2. † Præterea conſiderari debet quòd relictum factum dictæ nepti per auum ſuum, fuit pro dote: iuſſit enim eam dotari dote ducatorum mille, vt inquit teſtamentum, quæ dos in huiuſmodi filiabus & deſcendentibus cōmenſurari ſolet vſque ad legitimam, nec minus arbitrio boni viri cenſeri debet, vt per Salyc. in auth. res quæ. C. commu. de leg. cum ſimilibus, vt per Alex. conſi. 69. vol. 1. & latè Dec. conſilio 276. nu. 2. qui citat plura conſilia, & inter cætera Cumanum conſi. 46. pater filiis, in fine, tenētem quòd ſic taxari debet de æquitate potius, quàm de iure ſcripto, quando filia excluditur ab inteſtato, ſtantibus maſculis, cum ei legitima non deberetur per allegatos ibi per eum. Et cum prædictis etiam concordat Corn. poſt allegatos per eum, conſi. 197. colum. 3. volum. 1 Ceph. conſi. 247. nu. 27. Crot. conſi. 120. nume.
13 44. † Et hinc deſcendit, quod dicitur dotem ſuccedere loco legitimæ, l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta. Doctores in l. ſancimus. C. de nupt. Alex. conſi. 7. viſis. colum. 3. nu. 16. volu. 2. Iaſ. in l. voluntatis. C. de fideicom. Dec. conſi. 106. nu. 3. colum. penul. Ceph. conſil. 281. nu. 11. igitur cum tale relictum dotis ad inſtar legitimæ redigatur, videtur quòd hoc ſtatutum de bonis ingredientium monaſterium generaliter loquens non comprehendat caſum noſtrū, in quo de legitima ſiue dote ad inſtar legitimæ re-
14 dacta tractatur, † iuxta notata per Guil. de Cu. Bal. Sal. Caſtr. & alios in l. de his, ff. de tranſ. & plenius per Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter, col. ſecunda. C. de inoffi. teſt. vbi concludunt quod in generali renunciatione hæreditatis, nō intelligitur comprehenſa legitima, nec eius ſupple-
15 mentum niſi de ipſa fiat ſpecialis mentio, † & in ſimili quæſtione ponit Ruin. conſi. 57. num. 20. vol. 2. ubi poſt Ang. Caſtr. & Alex. in l. precibus, C. de impub. & Imol. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. concludit quòd teſtator grauando filium reſtituere hæreditatem, non videtur etiā
16 ſi poſſet in dubio eum in legitima grauaſſe, † demumque videmus, quòd filius ſimpliciter approbando teſtamentum, non cenſetur ſibi præiudicaſſe in legitima, quominus eam conſequi poſſit, vt not. Anch. conſil. 151. Signor. conſi. 80. Soc. cōſi. 230. vol. 2. Dec. conſi. 21. col. 1. conſil. 136. col. 4. & conſi. 259. igitur ex prædictis, ut concludam, fundata videtur intentio dictarū
17 monialium. † Quibus tamen nō obſtantibus arbitror aduerſus eas probabiliter reſponderi poſſe. moueor quoniam teſtator propriis filiabus in euentum quòd fierent moniales, reliquit lib. 800. ſi verò maritarentᷣ, plus vltra quātum videbitᷣ, commiſſariis, ex quo datur intelligi quòd legando ſcutos mille neptibus tempore, quo nubent, voluit intelligere de nuptiis mundi, ne videatur neptes filiabus prædilexiſſe, quod non eſt credēdum. l. ſi uiua matre. C. de bon. mat. & l. Publius, in fine. ff. de condi. & demon. per quas ſic arguit Dec. conſil. 15. col. 2. & pulchrè D. meus Rimi. conſi. 223. num. 22. dicens hoc maximè procedere in neptibus nō dum natis, quia maior eſt affectio ad eos, qui nati ſunt, quam ad naſcituros. l. qui filiabus, & ibi Doct. ff. de leg. 1. igitur hæc neptis contenta eſſe debet dote ſibi per patrem deſtinata tēpore monachationis, de quo caſu non prouiderat auus ſuus. Et hanc partem tenendo, non obſtant contraria: namque ad primum, quod dicunt Alex. & Soc. in d. l. 2. ff. de his quæ pœnæ. no. & ſequaces alibi, reſpondetur quòd procedit in dubio, quando nihil aliud in contrarium conſtat: tunc enim ſuccedit interpretatio de nuptiis ſeculi vel Dei, at ſecus ubi de mente teſtatoris quicquā colligitur, ut hic ex legato filiarū
18 ratione prædicta, † quia uoluntas etiam tacita teſtatoris attendi debet ex expreſſis collecta. l. cum proponeretur, ff. de legat. 2. Dec. conſi. 23. nu. 3. Pariſ. conſi. 41. nu. 17. vol. 2. Dec. in l. 2. uerſi. quarto limita. ff. de regu. iur. Soc. iun. conſi. 114. nu. 18. uolum. 1. & Rolan. à Valle cōſi. 81. nu. 38. uol. 3. Super alio uerò quod dixerunt Doctores à me ſuperius relati † in ea q. Thomæ de Formaginis, quādo pater filiæ reliquit mille ſi nupſerit, 100. uerò ſi ingreſſa fuerit monaſterium, diligentius eſt conſiderandū, quoniam quam plures tenuerunt filiæ factæ monachę 100. tantum deberi attenta teſtatoris uoluntate, quæ certa eſt, diſponendo de rebus, quas monaſterio non tenetur relinquere, & quia maior dos eſt neceſſaria nubenti quàm religionem

ligionem profitenti: maiores enim ſumptus, & onera maiora nuptis, quàm monialibus incũbunt, aut ea ſanè ratione, quòd poſteris & familiæ velit teſtator maiorem bonorum partẽ relinquere, quas rationes cõmemorat Didac. Couuaru. uariar. reſolu. lib. 1. cap. 19. nume. 9. cum ſequen. hanc partem tenens poſt relatos
20 per eum, † qui fuerunt Bal. & Caſtr. in auth. niſi rogati, col. 2. C. ad Treb. ubi dicunt quòd naturalis æquitas, & communis obſeruantia viget pro iſta parte, & quòd ita communiter tenetur, & ita fuit ſeruatum de facto. Idemque Bal. in l. Deo nobis, col. 1. C. de epiſ. & cleri. dicens ſic obſeruari de conſuetudine, ſequunturque Fulg. & Caſtr. & idem Caſtr. in l. Titiæ ſi nupſerit, ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. Titio centum, §. Titio centum, in fi. ff. eod. tit. dicens eſſe communem, ſicut communem, & æquiorem Ioan. ab Imol. in l. Lucius, col. fi. ff. de hæred. inſti. concordatque cum prædictis Anch. in regula, nemo poteſt, col. 6. de reg. iur. in 6. Bal. conſi. 82. in quæſtione, uol. 3. Fulg. cõſi. 53. dicens ab iſta opi. non eſſe recedendum, quam conſuetudo comprobauit. Idemque Cuma. in l. ſi ita quis, §. is cui, ff. de leg. 2. Iacob. de Belui. in §. ſed hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſ. epiſ. Dec. in dicto c. in præſentia, & conſil. 419.
21 col. 2. † dicens eſſe ueriorem, & magis communem. Iaſ. conſi. 43. colum. 5. uolum. 3. qui dicit hanc opi. tenendam eſſe propter communẽ obſeruantiam, & naturalem æquitatem, quæ cum ea concurrit. Et cum prædictis quoque cõſentit Crot. in l. nemo poteſt, colum. 31. ff. de leg. Alex. conſi. 98. uol. 4. Guald. caut. 64. titu. de lega. & Brun. in tracta. quod ſtant. maſculi 9. articulo, 2. quæſtio. col. 3. & ſequen. ubi uidetur effectualiter hanc partem tenere propter conſuetudinem, & in ea reſidet Antonius Gabrielius Romanus libro quarto, titulo de leg. concluſio. 11. & Ruinus conſilio 98. nume.
22 20. volu. 2. † & hanc concluſionem cæteris melius explicauit Fulgoſ. in d. l. Deo nobis, & dicto cõſi. 53. dicens quòd quando teſtator reliquit filiæ mille ſi nupſerit, 200. verò ſi monaſterium ingredietur, filiam 200. tantum ſecundo caſu habituram, quando talis ordinatio teſtatoris facta fuit ſecundum mores patriæ & totius Italiæ, vbi ſeruatur per omnes diligentiſſimos, & prudentiſſimos patres, vt filiabus monaſterium aliquod ingreſſuris longè minorem quantitatem dent ex ſubſtantia ſua quàm nubentibus in ſeculo, idque optima ratione cuſtoditur, nam monaſterium ingredie̅tibus, & pauperratem voce ſolenni profitentibus, multo minus ſecundum laudabiles conſuetudines ſufficit, quam viris in ſeculo nubentibus, quibus & precioſæ veſtes, & ſumptuoſa iocalia ſecundũ mores probatos patriæ neceſſaria iudicantur.
23 † Nec ex hoc dicit Fulg. teſtator dicitur voluiſſe impedire ingreſſum monaſterii, & uitam contemplatiuam, niſi cum pater ſciret filiam ad monaſterium aſpirare, eam in mille inſtituit ſi ad carnale matrimonium peruenerit, ſi verò ad ſpirituale, in quinque ſolidis, quia tunc bene mille ſibi deberentur, licet ingrederetur monaſterium, & procederet opinio Thomæ de
24 Formaginis, & ſequacium. † Quinimmo Ruinus in allegato conſi. 98. nu. 21. vol. 2. latius loquens, eleganter, & doctè rationem prædictã diuellit, & proſternit, nam quamuis etiam ſic eſſet, quòd filia remoueretur à vita contemplatiua, quia tamen teſtatoris intentio non fuit ad hoc ordinata, nõ debet eſſe in conſideratione, quòd ex hoc à religione remoueri poſſit, nam & quælibet diſpoſitio, per quam datur materia delinquendi, tanquam contra bonos mores & publicam vtilitatem, non valet. l. conuenire, ff. de pact. dot. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pact. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. & tamẽ quando diſpoſitio teſtatoris ad hoc non ordinatur, valet: quamuis ad delinquendum quis in-
25 uitetur ex ea. † Exemplum adfert Ruinus egregium, nam per ſuperexiſtentiam filii legitimati, deficit conditio fideicommiſſi relicti ſub cõditione, ſi quis deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, ut communiter concluditur in cap. per uenerabilem, qui fil. ſint leg. cum concordantibus, de quibus per Alexand. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. & infinitos adducit Dec. conſilio 284. nume. 9. & tamen grauatus ex hoc ut excludat ſubſtitutum, inuitatur ad procreandum filios ſpurios, ſi legitimos & naturales non habeat, uel habere non poſſit, quod utique fieri non poteſt ſine delicto. ſed hoc non atte̅ditur, quia teſtatoris intentio non fuit ad hoc ordinata, ut grauatus delinqueret ſecundum Ang. in diſputa. quidam nobilis genere Alex. conſi. 2. in reſponſione ad ſeptimum argumentum. Et hanc conſiderationem Ruini prædictæ rationis impugnatiuam tacitè quoque præſenſit Dec. in c. in præſentia, de prob. nu. 65. in fi. dum dixit quòd non uidetur principaliter teſtator uoluiſſe impedire religionem, ſed prouidere uoluit aliis in ſeculo manentibus caſu, quo filia religionẽ ingrederetur: ſenſit enim quod clarè dixit Rui. de uoluntate uel intentione teſtatoris ad id non ordinata. unde uel ex hac conſideratione Ruini, uel ex moribus patriæ minus dandi monialibus, quam nubentibus & in ſeculo manentibus, ut inquit Fulgo. dici debet legatum factum de mille ducatis auri in auro, ſi neptis nupſerit, ſeu tempore quo nubet, intelligẽdum fore de nuptiis ſeculi, non autem de ſpiri-
26 tualibus: † quia præſumitur teſtator ſe uoluiſſe conformare cum conſuetudine patriæ, iuxta l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edi. cũ ibi not. per Veron. Deciſ. Neap. 226. Bar. & ſequaces in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Treb. & hæc concluſio confirmatur ex ſtatuto ſuperius memorato de bonis ingredientium monaſterium, quod applicat uenientibus ab inteſtato iura uole̅tis & diſponentis ingredi aliquod monaſterium, niſi aliter fuerit legitimè diſpoſitum ante profeſſionem per ipſum ingredientẽ, quod ſtatutum potiſſimè ualere debet in caſu

noſtro

noſtro,conſiderando,quòd tempore quo dicta
neptis teſtatoris ingredi voluit monaſterium,ſi
bi delatum fuerat dictum legatum, & in eo ius
quæſitum, velut auo iam diu mortuo,quo ſtan
te ſtatutum iam ſuum effectum conſumauerat,
antequam dicta neptis fieret monialis,ideoq́ue
27 valet & teoer, † vt in ſimili ſtatuto tradit Sa-
lyc.in auth. caſſa. col.fi.C.de ſacr.ſan.eccl. vbi
dicit ſtante ſtatuto,quod ſtantibus maſculis fi-
liæ fœminæ non ſuccedant,ſi quidem tempore
mortis patris filia facta monacha concurrat cũ
fratribus,ſtatutum illud non vendicat ſibi locũ
in ea tunc facta monacha. Sed ſi tempore mor-
tis defuncti non ſit monacha,ſed poſt mortem
fiat monacha,vtique remanet excluſa per ſta-
tutum,nec ei prodeſt monachatio ſuperueniẽs,
quia tempore delatæ ſucceſſionis iam erat per
ſtatutum excluſa,vnde clericatus ſuperueniẽs,
ius alteri quæſitũ tollere nõ poteſt. l. nec auus.
C.de eman.lib.cum aliis per Saly. quem ſequi-
tur Rui.cõſi.204.nu.10.vol.primo.Sic enim di-
ci poteſt in hoc ſtatuto,loquente de volente in
gredi monaſterium,quòd quando ius erat ſibi
delatũ ante ingreſſum, ſtatutum operatur effe-
ctum ſuum tranſlationis bonorum & iurium,
in uenientes ab inteſtato,antequã perſona fiat
religioſa,meritò debet valere, licet poſtea fiat
talis,nec monachatio ſequens tollit alteri ius
28 quæſitum. † Vnum tamen hanc diſtinctionẽ
turbare videtur,quod ponit Caſtr. in allegato
conſi. 304.col.4.ver.reſpondetur,vol.1.propter
quòd ſtatutum non poteſt hanc priuationem
inducere. idque certè nõ contingit propter im
potentiam ſtatuentium, neque ratione ſubie-
cti,uel perſonæ,in quam diſponit ſtatutum,cũ
in illo actu ingrediendi, & ante perfectum in-
greſſum ſit ſubiecta ſtatuẽtib.argu.l.qui duos.
ff.de manu.teſt. ſed propter cauſam, ob quam
talem priuationem inducit,ſcilicet propter in-
greſſum,nam ex hoc redditur ſtatutum turpe,
velut impediens vitam contemplatiuam, quæ
celſior eſt, & melior mundana, Auth. de mo-
nac.in prin.retrahentur enim mulieres ab in-
greſſu monaſterii timore ſtatuti. Item dicitur
eſſe contra libertatem eccleſiaſticam,quia timi
diores efficiuntur ad ingrediendum,arg.l.1. §.
quæ honorãdæ.ff.quar.rerum actio.& facit eas
deterioris cõditionis propter ingreſſum,quàm
eſſent ſi ingreſſæ nõ fuiſſent,quòd eſſe nõ de-
29 bet.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler. † Confir
mat adhuc Caſtr. & auget difficultatem, nam
ſi ſtatutum dicitur contra libertatem eccleſiæ,
quando aufert eccleſiaſticis perſonis illa, quæ
ſunt eis indulta in priuilegium à principe, per
quã ablationẽ efficiuntur eiuſdẽ cõditionis cũ
aliis non eccleſiaſticis ſecundũ Inno.in c. no-
uerint,de ſent.excom.& doct.in auth.caſſa.C.
de ſacr.ſanct.eccl.multo magis quando aufert
eis id,quod à iure communi eis conceſſum eſt,
cum per hoc efficiantur deterioris conditionis,
quam ſunt aliæ perſonæ non eccleſiaſticæ.Sed
per hoc ſtatutum aufertur ingredientibus pro
pter ingreſſum beneficium ſuccedẽdi, quod ha
bebant a iure communi,& efficiuntur deterio-
ris conditionis,quam ſi ingreſſæ non eſſent,er
go valere non debet.poſtremò dicit Caſtr.cum
talis priuatio infligatur in illo actu, quo ſtatim
ſubſecuturus eſt ingreſſus,qui ob id cenſetur in
eſſe.l.lecta.ff.ſi certum pe.perinde cẽſeri debet
ac ſi poſt ingreſſum conferetur, & ſic valere
non debet ſtatutum tanquam factum in fraudẽ
canonicæ ſanctionis,prohibentis laicos ſtatue
re ſuper eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis.c.
eccleſia S.Mariæ,de conſti.iuncta l.ſi ventri, i
30 fi.ff de priui.cre. † Hæc dicta Caſtrenſis pul
chra ſunt,& quidem ſubtilia,ſed tamen ex ver
bis dicti ſtatuti ceſſant,nam priuationem qui
dem inducit,volentis ingredi, ſed cum mode
ramine,niſi ante profeſſionem de bonis & iuri
bus ſuis aliter diſpoſuerit: vnde cum ante in
greſſum,& poſt ante profeſſionem,poſſit teſta-
ri pro libito monaſterio vel aliis relinquendo,
ceſſant omnes rationes Caſtrenſis, nam neque
retrahitur ab ingreſſu,neque fit timidior ad in
grediendum,neque deterioris conditionis,ne-
que ſibi aufertur ſucceſſio,ſi nõ vult, cum poſſit
liberè & ſine metu ingredi,ſciens ſi non diſpo-
ſuit id facere poſſe vſque ad profeſſionẽ exclu-
ſiuè. procederent ergo rationes Caſtrenſis, ſi
ſtatutum præter priuationem bonorum tolle-
ret etiam facultatẽ diſponendi,quod non facit.
31 † Non obſtant inſuper aliæ duæ conſidera-
tiones,quas facit Fely.in dicto c.in præſentia,
num.38.aduerſus ſimile ſtatutum huic noſtro,
quominus valeat.prior eſt quod licet permittat
teſtari de iuribus,per hoc non reſtat quòd vbi
volens ingredi monaſterium tranſiret in illud
inteſtatus,monaſterium non fraudaretur velu-
ti bonis applicandis venientibus ab inteſtato:
reſpondetur enim quod cũ potuerit teſtari an-
te profeſſionem,& ad id monaſterium inſtare,
ſicq́ue ſibi conſulere, nulla fraus dicitur infer-
ri monaſterio,quia volenti non fit fraus,aut in
iuria.l cum donationis. C.de tranſactio. Alte-
ra eſt ratio, quod ſtatutũ dicitur diſponere de
non ſubdito,quia non prius operatur,quã ſit ſe
cuta profeſſio,unde non inuenitur patiens di-
32 ſpoſitum. † Sed & in ea conſiderandum eſt,
quòd terminus profeſſionis eſt terminus exclu
ſiuus ad teſtandum,vel diſponẽdum per ingre
dientem,quia vſque ad illud tempus excluſiuè
poteſt diſponere,aliàs bona applicantur veniẽ
tibus ab inteſtato.non ergo ſtatutum diſponit
de non ſubdito, ſed de ſubdito,cum non fa-
cta profeſſione mulier nõ efficiatur monacha,
nec trãſeat in poteſtatem monaſterii, nec fiat
illi ſubdita. c. porrectum,de regula. Bar. & alii
pleriq; vbi Iaſ. ſequitur, in auth. ſi qua mulier,
colum.fi.C.de ſacr.ſanct.eccl. Capra conſil.85.
col.2.& latè Barba.in dicto c. in præſantia, ſub
33 n.56. † ubi inferunt quòd ſi moriatur interim
bona veniẽtibus ab inteſtato applicari,quia nõ
diſponẽdo aliter de ipſis, uidetur in dubio uo-
luiſſe, quòd ueniãt ueniẽtes ab inteſtato, ut
34 tradit Imol.in c. 2.colum.4.in prin. de teſtam.
† Et poſito quòd in ea quæſtione,cui bona ap
plicentur

plicentur eo moriente iītra annum probatio-
nis,poſſet eſſe dubia concluſio pro venientib.
ab inteſtato,& fortè magis communis opi.cō-
tra eos pro monaſterio, vt teſtatur Dec. in di-
cto c.in præſentia, num.83.tamen conſentiunt
omnes eum non dici verè monachum, vnde
ſtatutum noſtrum inducens applicationem bo
notum venientibus ab inteſtato, dicitur diſpo
nere de ſibi ſubdito,& ſic valide:meritò conſi-
deratio quoque ſecunda Felini redditur vana.
35 † Quo verò ad Alexandrum conſi. 138. in fi.
vol.2.qui conſuluit in terminis aduerſus hoc
ſtatutū, dico q prima illius reſponſio cōcludit
contra moniales in caſu noſtro,nam in caſu A-
lexandri filia ante profeſſionem diſpoſuerat ad
fauorem monaſterii,ſecus ergo ſentit Alex. nō
facta diſpoſitione,prout in caſu noſtro.Secun
da verò reſponſio,quòd magis communis opi
nio ſit tale ſtatutum non valere, non ponitur
abſolutè per Alex.ſed reſtrictiuè, vt ille loqui
36 tur in caſu ſuo, † qn̄ dos debetur filiæ volen-
ti ingredi monaſterium:tūc enim ſtatutum nō
valet,nos autem loquimur in diuerſo caſu, vi-
delicet in nepte teſtatoris, nec nata nec cōce-
pta tempore teſtamenti ſui, & ſic de nepte cui
per eum dos non debebatur.Bartolus enim &
Doctores in l.1.ff.ſol.matr.volentes quòd auus
teneatur dotare neptem,loquuntur de nepte
in poteſtate illius aui conſtituta, qualis non er.
nondum nata,nec concepta.l.fi.ff.de colla. bo.
37 † Immo verò quando filius habet vnde filiā
dotet,non tenetur auus eam dotare ſecundum
Doctores ibi,quos Iaſ.& Ripa citant,qui dicūt
eſſe communē,qualis erat futurus filius teſtato
ris tempore dotationis dictę neptis, qui omnia
bona patris & matris erat habiturus.vnde tali
caſu ſentit Alex. illam communem opinionem
quòd ſtatutum non valeat, non procedere.
38 † Poſtremò circa dictum ſtatutum concurrit
aliud in caſu noſtro,propter quod nō eſt opus
diſputare de validitate ſua.habemus enim ſta-
tutum de obſeruantia ſtatutorum, volens om-
nia & ſingula ſtatuta in volumine ſtatutorum
poſita,valere & validam roboris firmitatem ob
tinere,neque aliquem ſtilum vel cōſuetudinē
contrarium attendi,ſed eſſe nullum,neminem
que etiam iudicem audiri, quicquam dicentē
contra id ſtatutum: quæ cum ita ſint, ſequitur
eſto quòd aliàs ſtatutum de bonis ingred. mo-
naſt. nō valeret,ex quo tamen id de obſeruan.
ſtatu. vult id valere,nec audiri quemquam cō-
trarium dicentem,perinde haberi debet, ac ſi
39 valeret, † quia paria ſunt quòd actus valeat,
vel quòd de nullitate opponi non poſſit, vt p
glo.in l.qui habebat.§.1.ff.de manu. teſt. cum
ſimilibus, vt per Alex.conſi.106.col.pen. volu.
2. Ang.conſi.187.in fi.Peruſ.in c.dilecto,q.50.
nume.135.de app.Caſtr.& Iaſ. in l.qui Romę.
§.duo fratres.lec.2.ff.de verbo. oblig. & in de-
creto Senatus, & ſtatuto propriè Dec.conſi.
456.num.11.conſi.557.nu.13.Sebaſti. Vantius
in tract. de nulli.ſenten. titulo. qui poſſ. dicere
40 de nulli. nu.42. † vnde Ceph.conſil. 3. nu.
212.poſt Caſtr.conſi.288.nu.1.circa fi. volumi.
1.dicit quòd vbi clauditur os volenti dicere de
nullitate ſententiæ, perinde eſt ac ſi ſententia
ipſa eſſet valida, debet igitur ſtatutum præ-
dictum de bonis ingred.monaſt. omnino pro
valido reputari. Ad aliud verò, quod diceba-
tur dotem ſuccedere loco legitimæ, quæ non
41 comprehenditur in generali diſpoſitione, † cō
ſiderandum eſt,quòd cū dicta neptis, velut fœ
mina excluderetur ab inteſtato vigore ſtatuti,
de ſucceſſ.ab inteſtato,ſibi non debebatur le-
gitima,cum ſit portio eius,quod debetur ab in
teſtato ſecundum Caſtr.in l.Titio cētum.§. Ti
tio genero.col.pen.ff.de cond.& demon.conſi.
6.volu.2.cum ſimilibus per Iaſ.in l.ſi quando.
§.& generaliter.nu.11.C.de inoff.teſta. Corn.
conſi.150.uol.1.Alex.in l.ſi emancipati, nume.
8.C.de colla.Dec.qui dicit eſſe communem,
conſil.196.col.1.ad fi.199.col.1.& conſi.303.co
lum.pen. Crane.conſi.13.Rube.conſi.121. Rui.
conſi.41.nu.8.vol.3.Soc.iun.conſi.89.nu. 24.&
conſi.127.nu.11.volu.4.Cur.iun.conſi. 35.col.
10.Cephal.conſi.4.nu.11.& conſ.5.nu.45.con
42 ſi.180.nu.38. † Hinc ſtante ſtatuto quòd uxo
re decedente cum filiis primi matrimonii mari
tus lucretur dotem, excluduntur filii prædicti
etiam à legitima, quæ ſibi fuiſſet debita remo-
to dicto ſtatuto, vt per Dec.conſi.19.col. 2.Ro
43 lan. à Valle conſi.61.nu.53. † Hinc & ſtanti-
bus filiis primi gradus, nepotibus & aliis deſcē
dentibus vlterioris gradus legitima non debe-
tur,poſtquam non erant ab inteſtato ſucceſſu-
ri.§.ita demum. Inſti.de hære.quæ ab inteſta.§.
nullam in Authen.de hæred.ab inteſta.verſi.
ſecundum priorē cognitionis gradum.ita Nat
ta conſi.199.nu.11 poſt Bar.& alios in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſth.igitur ad
rem noſtram redeundo, dos relicta per auum
dictæ nepti,non poteſt habere ſimilitudinem
44 cum legitima,quæ ſibi nō debebatur. † & ita
concludit Caſtr.in allegato conſil. 6. quando
ſtatutum non dicit,quòd filia dotata nō ſucce-
dat,ſed excludit ſimpliciter,& eam dotari mā-
dat:citatque Bartolū in d.§.Titio genero.ubi
pariter Caſtr.ita diſtinguit, col.4. & Cuman.
idemq; tradit Caſtr.cōſi.106.ſuper eo,de quo
quæritur.& conſil.233.ſuper re,qua quæritur,
in antiquis.Soci.cōſi.92.col.4.uol.primo,con
ſi.288.col.2.vol.2.Dec.conſil.106.col.fi.Cor.
conſi.32.col.2.uol.4.Alex.conſ.13.col.4.uol.3.
& Brun.in trac.quod ſtant.maſc.in 11.art. nu.
45 33. † ubi concludit hanc uideri communem
opi.modernorum,& Caſtrenſem in ſua diſtin-
ctione de mero iure bene dixiſſe.Stante igitur
quòd hoc relictum dotis non ſapiat naturam
legitimæ,debet utique comprehendi ſub gene
rali diſpoſitione huius ſtatuti de bonis ingred.
46 monaſte. † Quoniam cauſa dotis continetur
ſub generali diſpoſitione,ubi non reperitur in
ſpecie priuilegiata,ut tenet Dec. in uariis lo-
cis,uidelicet in c.ſedes,num.13.de reſc. conſi.5.
conſi.301.conſ.496.conſi.536.Ruin conſi.137.
uol primo.Soc.poſt Rui.conſil.16.nu.26. uol.
3.Dec.

3.Dec.& Cagno.in l.1.ff.de reg. iur.Cur.iu.in l.hæres abſens.ff.de iudic.& alibi ſæpe Doctores a me cumulati, Inſti.quib.alie.licet.in prin. nu.175.quibus addo contarium in l.diffamari. C.de ingenu.& manu.in quæſtionibus,nu.112 & Rolan.à Valle conſi.81.col.fi.vbi ſecus dicit quando dos in ſpecie reperitur priuilegiata.

47 † Præterea quòd de generali diſpoſitione dicitur in ea legitimam non venire, niſi ſpecialiter de illa facta fuerit mentio,per textum in dicto §.& generaliter, cũ notatis ibi per Iaſ.poſt alios,procedit in diſpoſitione hominis, vt in renunciatione,vel pacto,ſecus in diſpoſitione legis vel ſtatuti,vt ibi tenet in effectu Iaſ.nu. 10. & ſequen.Seuerin.& Soc.inter conſilia Mariani,cõſi.150.vol.1.Rui.qui eos refert & ſequitur conſi.51.nu.13.vol.3.Dec.conſi.299.col.2.conſi.303.col.pen.conſi.391.col.fi.conſi.505.col.2. conſi.525.col.2.in l.humanitatis,num.9.C.de impub.& al.ſubſti.Cur.iun.conſi.10.col.2.Gozad.conſi.43.nu.23.Corn.conſil.150.col.2.vol.2.& Rol.à Valle conſi.62.nu.51.vol.3.qui concludunt quòd fortior eſt excluſio legis, quàm hominis,vt per eos,& ex prædictis ſublatis contrariis remanet ſatis firma concluſio contra prædictas moniales.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

---

## Pro Illuſtrib Comitibus Eſtenſibus de Muſtis.

### ARGVMENTVM.

De aquæductu non amouendo,nec impediendo opere manu facto.

### *SVMMARIVM.*

1 *Seruitus aquæducendæ dicitur habere cauſam continuam.*
*Et duobus modis acquiritur.2.*
*Præſcriptione decem annorum.5.*
*Et ex natura loci 4.*

3 *Seruitus aquæ ducendæ ex quibus actibus inducatur.*

4 *Locus inferior debet ſeruitutem ſuperiori.8.*

6 *Præſcriptio debet probari de tempore decurſo ante litem motam.*

7 *Teſtes allegantes inſtrumentum,non probant,eo nõ exhibito.*

8 *Contractus ſtricti iuris ſunt.*

10 *Aquæductus quæſitus diuerti non poteſt.12.*

11 *Fluminis curſus amoueri non poteſt a ſolito curſu.*
*Et contrafaciens tenetur ad operis remotionẽ.12.*

13 *Argumentum à contrario ſenſu licitum eſt ex dictis Doctorum.*

14 *Quis poteſt facere in ſuo,quod ſibi placet.*
*Fallit,ſi praiudicet debitæ ſeruituti.*
*Sicq́; declarat Cuma.in l.2.§.penulti.ff.de aqua pluuia arcen.16.*

15 *Antiquitati ſtandum eſt.& in quibus.*

17 *Dictum doctoris intelligitur ſecundum leges,quas allegat.*

18 *Quis in ſuo non poteſt facere immittendo in alienum.*
*Et quæ competant remedia pro conſeruanda libertate.19.*

20 *Teſtis probat contra producentem.*
*Et deponentibus non veriſimile,non creditur.21.*

22 *Princeps ex qua cauſa poteſt tollere ius alicui quæſitum de iure gentium.*

## CONSILIVM LXXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

IN hac cauſa,& aquarum diſcurſu prætermittendo ſolita partiũ argumenta,dicam quid ſentio ad fauorem Illuſtrium Comitum Eſtenſium de Muſtis,aliorumq́ue litis conſortium contra Illuſtrem Dominam Lucretiam Piam,cæteroſq́ue litis conſortes.

1 † Præmitto igitur vnum,quòd ſeruitus aquę ducendæ dicitur habere cauſam continuam,cũ ad eius vſum factum hominis non requirat,vt tradit Bar.in l.1.§.denique,in princi. ff.de aqua plu.arc.per textum in l.foramen.ff.de ſer.vrb. præd. glo.Ang.Flor.& alii in l.ſeruitutes prædiorum,ff.de ſerui.vbi Corraſ.col.1.& 2.teſtatur eſſe communem. Veronenſ.de ſerui.ruſtic. præd.cap.4.nu.56.Natta conſi.431. nu.7.& in aliis ſeruitutibus,quæ dicũtur habere cauſam continuam ratione prædicta, dat exemplum

2 Bero.conſi.133.nu.11.vol.3. † Secundò præmitto quòd altero de duobus modis acquiritur ſeruitus,habens cauſam continuam. primò per præſcriptionem decem annorum inter præſentes, vt per glo.& Doctores in l.2. C.de ſerui.& aqua, glo.& Docto.in l.ſeruitutes,ff.de ſerui.Veronenſ.in dicto cap.4. nume. 55.Natta dicto conſi.431.colum.3.& Martinus

3 Garratus Laudenſis conſi.3.nu.8.† Idq́ue procedit,quando quis fuerit vſus aquæductu iure ſeruitutis,quod quidem deprehenditur ex actibus factis in fundo vicini,qui citra ius,& nomen ſeruitutis fieri non poſſunt, vt eſt facere foſſatum in fundo vicini, vel per eum aquam ducere:ſic enim acquiritur ſeruitus & eius poſſeſſio, ut tradit Veronen.loco citato, numero 56.Barto.in l.1.§.ſed hoc interdicto.ff.de itin. actuque pri.Veron.de ſerui.ruſt.prædio.c.1. nume.25.Cyn.in l.1.quæſtio.quarta.C.de ſerui. Canoniſt.in capitulo,ſi diligenti, de præſc. & Natta conſilio 23.nume.3.dicens ſeruitutem acquiri, quando quis oſtendit aliquã iuſtam cauſam, propter quam putauerit ſe habere vſum ſeruitutis.

4 †Secundo modo quæritur ſeruitus aquę ſine curſu tẽporis & pſcriptione,qñ na

tura loci facit, vt aqua de loco ſuperiore uadat
& indicium ſurgit, quòd mandauerit, aut aliter
conſcius fuerit delicti commiſſi priuſquam com
mitteretur, ut uoluit Bald. in l. fi. ff. de offi. proc.
Gand. in rubr. de præſum. nu. 12. uerſi. ponitur
& nonum. Bonifac. de Vital. in rubr. de indic.
Mar. in prac. crim. §. diligẽter. Fel. in c. afferte.
col. pen. de pſum. ideòque ſi munera dederit, ut
inquit Paris de Puteo in uerſi. tortura, ſecundo.
quem refert Carrer. in prac. ſua, in prin. nu. 130.
33 † pari modo dicendum uidetur ſi quis ante
factum ab alio pecunias illi dederit, cum potiſſi
mè præcedentia ſoleant eſſe maioris efficaciæ
ad determinandum ſequentia, quàm econtra,
ut determinat Bar. in l. quiſquis, poſt glo. ff. de
leg. 3. & in l. auia, in prin. ff. de cond. & de. & in l.
ſi quis ex argentariis. §. ſi initium, colum. 1. ff. de
eden. Matteſ. notab. 151. Roma. conſi. 153. & con
ſi. 503. nume. 3. ubi Mandoſ. Roma. in addi. plures cumulat, de quibus per eũ Caualcaneus in
tract. de tut. & cur. & uſufru. mul. relicto, cap. 9.
nu. 139. col. pen. Alex. conſi. 51. uolum. 3. Fulgo.
Caſtr. & Iaſ. in l. 1. nume. 5. C. de lib. præt. Rol. a
Val. conſi. 60. num. 40. uol. 1. Cur. iun. conſi. 54.
nume. 7. & 8. Senat. Pedemont. deciſio. 147.
34 nume. 16. † Sed & hoc indicium nullius eſt põ
deris aut momenti, nam quotiens uerſamur in
aliquo caſu, qui duplici ſenſu uel intellectu poteſt interpretari, quorum alter ſonet in delictũ,
alter citra delictum, debemus ſemper illum capere, amplecti, ac fouere, per quem quis in deli
ctum non cadat, aut incurrat. magiſtralis eſt, licet uulgata, doctrina Bartoli in l. nõn ſolum. §.
ſed ut probari. ff. de ope. no. nunc. per l. meritò,
ff. pro ſoc. ſequitur Roma. conſi. 68. colum. fi. &
poſt eum Mandoſius Roma. plenius uerò conſ.
113. in prima addi. Abb. in cap. in præſentia. de
prob. latè Marſi. in l. 1. nume. 68. C. ad leg. Cor.
de ſic. Gramma. conſi. 31. nume. 12. Rui. conſil.
14. col. 2. uol. 5. Folleri. in prac. cri. 2. par. ſecũdæ
par. tit. dentur capitula. nu. 52. Quatenus ergo
Chriſtophorus dedit aureum Blaſio, præſumi
debet & interpretari potius illum mutuò, uel
alia de cauſa citra delictum dediſſe, quam Maz
zoni necandi cauſa. tantoque magis quòd erro
neum eſt in facto, non cõſtare de amicitia inter
eum & Blaſium: primus enim teſtis curiæ depo
nit ipſum Chriſtophorum dixiſſe cuidam, num
quid cognoſceret Blaſium de Cerodulo, cui reſpondenti, quòd ſic: ſubiunxit, *ricomandatime à lui, & dite, che Criſtoforo dalla Corbella ſe ricõmanda à lui, & ch'el uenga in qua a vedermi*:
ex his enim uerbis colligitur amicitia, cũ tales
ſalutationes nõ ſoleant ad inimicos tranſmitti,
& uerba ſunt notæ paſſionum animi. l. Labeo.
35 §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. † Quin & in dubio præſumitur amicitia, alio in contrarium nõ
apparente, vt declarat Bal. in l. ſi quis teſtibus.
col. fi. uerſi. nota quòd illc. C. de teſtibus. ſequiẽ
Gramma. conſi. 41. nu. 11. ſtante igitur amicitia
probata uel præſumpta de iure inter Chriſtophorum & Blaſium, de facili præſumi debet mutuum dicti aurei, & præſumptio delicti ceſſare debet, ſicuti ceſſat ſtante amicitia inter inculpatum & occiſum, iuxta not. per glo. in l. 1.
C. de ſicar. Ioa. de Amic. conſi. 86. nu. 14. Foller.
conſi. 137. nu. 7. primo tomo criminal. & Paul.
Merenda conſi. 89. nu. 49. 2. tomo criminalium.
36 † Accedit quòd præſumptio uel indiciũ, quæ
uel quod colligitur ex aureo dato Blaſio, nõ eſt
etiam uerisimilis, aut uerisimile, meritò fieri nõ
poteſt, prout de præſumptionibus. eſt doctrina
Bal. in l. fi. in ult. notab. C. de hær. inſti. in c. 1. §.
ſi qua. de feu. Guard. & in l. ſiue poſſidetis. ad fi.
C. de prob. ubi dicit nõ debere præſumi, quod
non eſt uerisimile. tradit ẽt Soc. conſi. 164. col.
5. uerſi. & ſic magis eſt uerisimile. uol. 2. Cor. co
ſi. 156. col. fi. uol. 3. Crauet. conſi. 75. nume. 14.
37 † De indiciis uerò ponit Guid. de Suzar. in
trac. de indic. ubi dicit, quòd quæſtionem præcedere debent indicia ſufficientia & uerisimilia. idemque firmat Folleri. in pract. cri. 2. part.
tertiæ partis, tit. & ſi cõfitebũtur. uerbo, iudex.
nume. 6. per l. 1. pri. reſp. ff. de quæſt. & l. milites.
§. oportet. C. eo. Ang. de Vbald. conſi. 74. num.
6. uol. 2. criminal. Laurent. ab Occa conſi. 60.
nu. 8. tomo 2. crimin. at quis tam ferox, & inhu
manus exiſtimari poteſt, ut pro tã modico ære,
qualis eſt unus aureus, uelit aſſumere prouinciam necandi hominem ad inſtantiam dantis?
certè nullus. & id credere uel imaginari non
eſt uerisimile, ueluti iuri naturali repugnans, ut
inquit Florẽtinus in l. ut uim. ff. de iuſt. & iure,
ſcribens quòd cum inter nos cognationem quã
dam natura conſtituerit, conſequens eſt homi-
38 nem homini inſidiari nephas eſſe. † per contrariũ uerò maximè decet homines, quod eleganter ſcribit Connanus in commentar. iuris
ciuilis, lib. 1. cap. 5. col. 1. iuſtitiam colere, fidem
ſeruare contractuum, neminem dicto factove
lædere, cũ extraneis, & ſibi ignotis hominibus
eadem probitate agere, qua ſoliti prius erãt cũ
uxore & liberis uitam ducentes in agro. quare
remanet hoc tertium indicium cum prioribus
amplè confutatum. Quartum ſuccedit, quod
colligitur ex alia confeſſione Chriſtophori, ꝙ
poſt occiſum Mazzonum dixerit Petrũ & Blaſium interfectores illius noluiſſe eum occidere,
ſed ut uulgariter dicitur, *voleano tagliarli li nerui delle gambe de drieto ſolamente*. ex quibus uer
bis præſumitur, ipſum Chriſtophorum cõmunicaſſe cum prædictis rem ante delictum, cum
ſequentia declarent præcedentia. l. ſi ſeruus plu
rium, in fi. ff. de leg. 1. † Sed & hoc indicium
39 adeò leue eſt, ut ex ſe ipſo, ceu folia farfari, qđ
Plautus inquit, difflari poſſit, ut & alibi ſcribit
Alciat. lib. 3. de uer. ſigni. col. 13. quid enim cõmune habet cum participatione Chriſtophori,
de delicto committendo, quòd illi nollent occi
dere, ſed debilitare Mazzonum? certè nihil. &
cum indicium ſit demonſtratio, ſiue adminiculum ad detegendam ueritatem. l. adulter. ff. de

adul.

## CONSILIVM LXXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

TEſtator inſtituit filiũ; & caſu
quo decederet ſine filiis maſculis,
& cũ filiabus, eas & ipſarum quali
bet dotari iuſſit, dote ducatorũ mil
le auri tẽpore quo nubẽt; & ipſarũ
quęlibet nubet. quoſdamq; proximiores de fa
milia ſua ſubſtituit, niſi filius ſuus aliter de bo
nis diſpoſuerit. poſtea mortuo teſtatore deceſſit
etiam filius ſine filijs maſculis relicta vna filia
profeſſa in monaſterio quarundam monialiũ,
& altera filia nupta Illuſtri cuidam Comiti, &
eius hærede vniuerſali ex teſtamento paterno,
à qua & eius Illuſtr. viro pro ſuo intereſſe velut
poſſidẽtibus auita bona dicto legato ducatorũ
mille affecta petunt moniales dicti monaſterij
ex perſona filiæ profeſſæ dictum legatum duca-
torum mille ſiue reſiduum, præter ſummam re
ceptam ducatorum 200. quarum intentio pri-
ma conſideratione videbatur probabilis & iuri
1 dica. † Quoniam quando quis legat filiæ vel
alteri mulieri mille ſi nupſerit, cum non cõſtet
de expreſſa intentione teſtatoris, lex interpreta
tur eam fuiſſe talem, ſi nupſerit in ſeculo, vel
Deo religionem intrando, quod eſt matrimo-
nium ſpirituale, vt declarat Alex. in addi. Barto
li in l. 2. ff. de his quæ pœnæ. no. & Soci. ibidem
poſt Iacob. de Beluiſ. col. 2. Imol. in l. Lucius,
col. fi. ff. de hær. inſti. Aret. in c. in præſentia, n.
72. de prob. Rui. conſi. 98. nu. 10. vol. 2. cum ſimi
2 libus. † Immo fortius dicunt Doctores quòd
ſi quis legauerit mille filiæ ſi nupſerit, ſi verò in
greſſa fuerit monaſterium 200. debet adhuc ha
bere mille, ſi fiat monacha, ne timore perdendi
octingenta retrahatur à vita contemplatiua, vt
voluit D. Thomas de Formaginis, quem refert
Ioannes Andreæ in addi. Specul. in rub. de ſta.
mona. Bar. in d. l. 2. Butri. in cap. in præſentia,
de probatio. & poſt illum Aret. nume. 72. ſi-
cut & Fel. nu. 37. demumq; Bero. n. 494. Mat-
teſ. notab. 53. Alberic. in 3. par. ſtatu. quæſt. 104.
& in l. Deo nobis, col. 2. C. de epiſ. & cler. Rom.
in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 7. ff. de
3 verb. obli. † Et pro hac opi. conſuluit Ioan. de
Anna. fuitq; iudicatum Bononiæ, vt refert A
lex. in apoſtil. ad Bar. in d. l. 2. vbi quoque ſequi
tur Socin. alios citans, & Iaſ. in auth. ſi qua mu-
lier, col. 2. C. de ſacr. ſan. eccle. Ioan. Camp. in
tract. dot. prima par. q. 30. quem refert Ferrat.
4 caut. 9. † Et hanc opinionem plerique dixerũt
eſſe communem & magis communem, vt Ale.
conſi. 35. col. 3 conſi. 120. viſo themate, col. 3. vo
lu. 1. & conſi. 98. col. 1. vol. 4. Crot. in l. nemo po
teſt, col. 31. ff. de leg. 1. Soc. conſi. 141. col. 5. con-
ſi. 269. col. 1. Marſ. in rub. ff. de fideiuſſ. col. 19. &
in l. 1. colum. 28. C. de rap. virg. Fel. in allegato
c. in præſentia. Dec. conſi. 574. Ferrat. in dicta
caut. 8. partis cõſi. 65. col. 3. vol. 2. Soc. iun. con
ſi. 160. col. 3. vol. ſecundo. Rui. conſi. 68. colum.
fi. vol. 4. Ripa in l. 1. nu. 61. ff. ſol. matr. Igitur ſi
aduerſus expreſſam mentem teſtatoris qui de
nuptiis carnalibus & ſpiritualibus fuit locutus,
dicendo ſi nupſerit. ſi verò ingreſſa fuerit mo-
naſterium, filia debet habere omnino mille, tã
ingrediendo monaſterium quàm nubendo ſe-
culo, multo magis quæ ſimpliciter reliquit mil-
le ſi nupſerit, vt in hoc caſu, quo dubia mens eſt
5 teſtatoris, cum interpretetur vt ſupra dixi. † Et
iſta concluſio ſic pro monialibus fundata pro-
cedere videtur non obſtante ſtatuto ſub rubr.
de bon. ingred. monaſ. quo cauetur, quòd om-
nia bona, iura, & actiones etiam in ſpe volentis
aut diſponentis ingredi aliquod monaſterium
applicentur & transferantur plene & pleno
iure in eum vel eos qui ſucceſſuri erant ab in-
teſtato ipſi uolenti ingredi monaſterium ni-
ſi aliter fuerit legitimè diſpoſitum ante pro-
feſſionem per ipſum ingredientem, de qua di-
ſpoſitione facta per dictam monialem non ap-
6 paret. † Quoniam tale ſtatutum dicitur inua-
lidum nedum quando loquitur de ingreſſo in
monaſterium, repellendo ipſum a ſucceſſione,
vel ea priuãdo, vt voluit Bal. in d. l. Deo nobis.
col. 5. Bar. Bal. & omnes, in l. fi. C. de pact. & in l.
omnes populi. col. 7. verſi. ſed quid ſi ſtatutum.
ff. de iuſt. & iure. Caſtr. conſil. 416. volu. 1. Sed
etiam quando loquitur de ingrediente in mo-
naſterium, vt voluit Bal. conſi. 216. monialis, vo
lu. 5. in anti. Angel. in diſpu. incipien. Nobilis
quidam genere. Imol. Roma. & Alex. in l. ſtipu-
latio hoc modo. ff. de verbo. oblig. Abb. in cap.
quod clericis, nu. 40. de foro compe. & conſilio
111. col. 2. vol. 2. vbi valde dubitat de validitate
huius ſtatuti. Gemi. in c. quamuis, num 10. de
pact. in 6. Caſtr. in l. ſi quis id quod, col. ſecun-
da. ff. de iur. om. iud. vbi dicit ſe conſuluiſſe pro
ut reperitur in conſil. 337. primum dubium. co
7 lum. 4. in antiquis, aliàs conſi. 301. volu. 1. † Et
in terminis huius ſtatuti Alexan. conſi. 138. viſo
themate, ad fi. vol. 2. dicens eſſe magis commu-
nem opinionem quod tale ſtatutum non va-
leat, quod etiam firmat Iaſ. in d. l. fina. tenens
contra Bar. & Bal. ibi. nu. 28. C. de pac. idemq;
Dec. nu. 28. poſt Ange. ibi dicens eſſe commu-
nem opi. contra Bartolum, citatque Abbatem
& Felynum in c. eccleſia S. Mariæ de conſtitu.
& Petrum de Vbald. in tracta. de ſucc. ab inteſt.
col. 10. verſi. an valeat. idemque late firmat Do.
meus Rimi. in d. l. fi. col. pen. Gozad. & Aquẽſ.
8 colũm fi. Cur. ſen. num. 31. Iunior vero 40. † &
Cagnol. nu. 185. vbi dicit quòd Bartolum com-
muniter improbant ſcribentes, & Aquenſ. idẽ
tenet in d. l. ſtipulatio hoc modo. nũ. 22. Matteſ.
notab. 144. nota mirabilem. Dec. in dicto cap.
in præſentia, nu. 57. Caccial. in l. omnes populi,
nume. 52. ff. de iuſt. & iure. Ripa in l. ex facto. §.
ſi quis rogatus. nu. 39. ff. ad Trebelli. Soc. con-
ſi. 241. col. 2. vol. 2. eamque latè tenet, & proſe-
quitur Brunus in tracta. quòd ſtant. maſc. in 6.
art. prin. quæſtio. 2. nũ. 32. per tres col. & Pariſ.
conſi. 65. num. 15. uol. 2. † Nec ad ſuſtinendum
9 valorem dicti ſtatuti releuare uidetur, dicere ꝙ
con-

conecdit facultatem diſponendi legitimè ante
profeſſionem ipſi ingredienti, quo caſu ponere
uidetur in arbitrio illius de bonis, & iuribus
ſuis diſponendi ad fauorem monaſterii, & ita
per hoc non remouetur à vita contemplatiua,
nec ab ingreſſu religionis, nec dicitur eſſe fa-
ctum in fraudem monaſterij, quas rationes con
ſiderant Doctores aduerſus tale ſtatutum, & ob
10 eas & conſimiles dicnnt illud non valere: † nã
& in ſimili ſtatuto ſic loquente Felyn. in d.c. in
præſentia, num. 38. verſi. & iſta nota. concludit
idem eſſe, nec illud valere: loquitur enim in
ſtatuto Trigeſti, per quod diſponebatur, quod
ingrediens non facto teſtamento ſecuta profeſ
ſione, excludatur à ſucceſſione parentum, dicit
que Fel. quòd non valet, quamuis enim per-
mittat teſtari de viribus etiam in ſpe exiſtenti-
bus, per hoc non reſtat quòd vbi tranſiret in-
teſtatus, monaſterium non fraudaretur, & ad-
huc ſtatutum dicitur diſponere de non ſubdi-
to, quia nõ prius operatur quã ſit ſecuta profeſ
ſio, vnde non inuenitur patiens diſpoſitum, &
ideo non tenet per c. eccleſia S. Mariæ, de con-
11 ſti. † Hoc enim contingere videtur in hoc ſta
tuto, quòd licet permittat diſponere de bonis
& iuribus ſuis ingredienti ante profeſſionem,
ſi tamen ille non diſpoſuit, & tranſiuit inteſta-
tus, fraudatur monaſterium. præterea transfert
in uenientes ab inteſtato illius bona ſecuta pro
feſſione, & ſic non prius operatur effectum trã
alationis bonorum & iurium in eos, quam ſit
ſecuta profeſſio, quo caſu patiens non eſt diſpo
ſitum, meritò non videtur valere prout in eo ſi-
gnanter concludit Alex. in allegato conſi. 138.
12 vol. 2. † Prætereà conſiderari debet quòd reli-
ctum factum dictæ nepti per auum ſuum, fuit
pro dote: iuſſit enim eam dotari dote ducato-
rum mille, vt inquit teſtamentum, quæ dos in
huiuſmodi filiabus & deſcendentibus cõmen-
ſurari ſolet vſque ad legitimam, nec minus ar-
bitrio boni viri cenſeri debet. vt per Salyc. in
auth. res quæ. C. commu. de leg. cum ſimilibus,
vt per Alex. conſi. 69. vol. 1. & latè Dec. conſilio
276. nu. 2. qui citat plura conſilia, & inter cæto-
ra Cumanum conſi. 46. pater filiis, in fine, tenẽ
tem quòd ſic taxari debet de æquitate potius,
quàm de iure ſcripto, quando filia excluditur
ab inteſtato, ſtantibus maſculis, cum ei legiti-
ma non deberetur per allegatos ibi per eum.
Et cum prædictis etiam concordat Corn. poſt
allegatos per eum, conſi. 197. colum. 3. volum. 1.
Ceph. conſi. 247. nu. 27. Crot. conſi. 120. nume-
13 44. † Et hinc deſcendit, quod dicitur dotem
ſuccedere loco legitimæ. l. quoniam nouella.
C. de inoff. teſta. Doctores in l. ſancimus. C. de
nupt. Alex. conſi. 7. viſis. colum. 3. nu. 16. volu.
2. Iaſ. in l. voluntatis. C. de fideicom. Dec. con
ſi. 206. nu. 3. colum. penul. Ceph. conſil. 281. nu.
21. igitur cum tale relictum dotis ad inſtar legi
timæ redigatur, videtur quòd hoc ſtatutum de
bonis ingredientium monaſterium generaliter
loquens non comprehendat caſum noſtrũ, in
quo de legitima ſiue dote ad inſtar legitimæ re-
14 dacta tractatur, † iuxta notata per Guil. de Cu.
Bal. Sal. Caſtr. & alios in l. de his, ff. de tranſ. &
plenius per Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter,
col. ſecunda. C. de inoffi. teſt. vbi concludunt q.
in generali renunciatione hæreditatis, nõ intel
ligitur comprehenſa legitima, nec eius ſupple-
15 mentum niſi de ipſa fiat ſpecialis mentio, † &
in ſimili quæſtione ponit Ruin. conſi. 57. num.
20. vol. 2. ubi poſt Ang. Caſtr. & Alex. in l. pre-
cibus, C. de impub. & Imol. in l. Centurio. ff. de
vulg. & pup. concludit quòd teſtator grauando
filium reſtituere hæreditatem, non videtur etiã
16 ſi poſſet in dubio eum in legitima grauaſſe, † de
mumque videmus, quòd filius ſimpliciter ap-
probando teſtamentum, non cenſetur ſibi præ
iudicaſſe in legitima, quominus eam conſequi
poſſit, vt not. Anch. conſil. 151. Signor. conſi. 80.
Soc. cõnſi. 230. vol. 2. Dec. conſi. 81. col. 1. conſil.
136. col. 4. & conſi. 259. igitur ex prædictis, ut
concludam, fundata videtur intentio dictarũ
17 monialium. † Quibus tamen nõ obſtantibus
arbitror aduerſus eas probabiliter reſponderi
poſſe. moueor quoniam teſtator propriis filia-
bus in euentum quòd fierent moniales, reli-
quit lib. 800. ſi verò maritarent, plus vltra quã
tum videbit, commiſſariis, ex quo datur intelli
gi quòd legando ſcutos mille neptibus tempo
pore, quo nubent, voluit intelligere de nuptiis
mundi, ne videatur neptes filiabus prædilexiſ-
ſe, quod non eſt credẽdum. l. ſi uiua matre. C.
de bon. mat. & l. Publius, in fine. ff. de condi. &
demon. per quas ſic arguit Dec. conſil. 15. col.
2. & pulchrè D. meus Rimi. conſi. 223. num. 22.
dicens hoc maximè procedere in neptibus nõ
dum natis, quia maior eſt affectio ad eos, qui
nati ſunt, quam ad naſcituros. l. qui filiabus, &
ibi Doct. ff. de leg. 1. igitur hæc neptis conten-
ta eſſe debet dote ſibi per patrem deſtinata tẽ
pore monachationis, de quo caſu non prouide
rat auus ſuus. Et hanc partem tenendo, non ob
ſtant contraria: namque ad primum, quod di-
cunt Alex. & Soc. in d. l. 1. ff. de his quæ pœnæ.
no. & ſequaces alibi, reſpondetur quòd proce
dit in dubio, quando nihil aliud in contrarium
conſtat: tunc enim ſuccedit interpretatio de nu
ptiis ſeculi vel Dei, at ſecus ubi de mente teſta
toris quicquã colligitur, ut hic ex legato filiarũ
ratione prædicta, † quia uoluntas etiam taci
18 ta teſtatoris attendi debet ex expreſſis collecta.
l. cum proponeretur, ff. de legat. 2. Dec. conſi.
23. nu. 3. Pariſ. conſi. 41. nu. 17. vol. 2. Dec. in l.
2. uerſi. quarto limita. ff. de regu. iur. Soc. iun.
conſi. 114. nu. 18. uolum. 1. & Rolan. à Valle cõ
ſi. 81. nu. 38. uol. 3. Super alio uerò quod dixe-
runt Doctores à me ſuperius relati † in ea q.
Thomæ de Formaginis, quãdo pater filiæ reli
quit mille ſi nupſerit, 200. uerò ſi ingreſſa fue
rit monaſterium, diligentius eſt conſiderandũ,
quoniam quam plures tenuerunt filiæ factæ
monachę 200. tantum deberi attenta teſtatoris
uoluntate, quæ certa eſt, diſponendo de rebus,
quas monaſterio non tenetur relinquere, &
quia maior dos eſt neceſſaria nubenti quàm re
ligionem

ligionem profitenti: maiores enim ſumptus, &
onera maiora nuptis, quàm monialibus incũ-
bunt, aut ea ſanè ratione, quòd poſteris & fa-
miliæ velit teſtator maiorem bonorum partẽ
relinquere, quas rationes cõmemorat Didac.
Couuaru. uariar. reſolu. lib. 1. cap. 19. nume. 9.
cum ſequen. hanc partem tenens poſt relatos
20 per eum, † qui fuerunt Bal. & Caſtr. in auth.
niſi rogati, col. 2. C. ad Treb. ubi dicunt quòd
naturalis æquitas, & communis obſeruantia vi
get pro iſta parte, & quòd ita communiter tene
tur, & ita fuit ſeruatum de facto. Idemque Bal.
in l. Deo nobis, col. 1. C. de epiſ. & cleri. dicens
ſic obſeruari de conſuetudine, ſequunturque
Fulg. & Caſtr. & idem Caſtr. in l. Titiæ ſi nup-
ſerit, ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. Ti-
tio centum, §. Titio centum, in fi. ff. eod. tit.
dicens eſſe communem, ſicut communem, & æ
quiorem Ioan. ab Imol. in l. Lucius, col. fi.
ff. de hæred. inſti. concordatque cum prædictis
Anch. in regula, nemo poteſt, col. 6. de reg. iur.
in 6. Bal. conſi. 82. In quæſtione, uol. 3. Fulg. cõ
ſi. 53. dicens ab iſta opi. non eſſe recedendum,
quam conſuetudo comprobauit. Idemque Cu-
ma. in l. ſi ita quis, §. is cui, ff. de leg. 2. Iacob. de
Belui. in §. ſed hoc præſenti, In Auth. de ſanctiſ.
epiſ. Dec. in dicto c. in præſentia, & conſil. 419.
21 col. 2. † dicens eſſe ueriorem, & magis com-
munem. Iaſ. conſi. 43. colum. 5. uolum. 3. qui di
cit hanc opi. tenendam eſſe propter communẽ
obſeruantiam, & naturalem æquitatem, quæ
cum ea concurrit. Et cum prædictis quoque cõ
ſentit Crot. in l. nemo poteſt, colum. 31. ff. de
leg. Alex. conſi. 98. uol. 4. Guald. caut. 64. titui
de lega. & Brun. in tracta. quod ſtant. maſcul.
9. articulo, 2. quæſtio. col. 3. & ſequen. ubi uide
tur effectualiter hanc partem tenere propter
conſuetudinem, & in ea reſidet Antonius
Gabrielius Romanus libro quarto, titulo de
leg. concluſio. 11. & Ruinus conſilio 98. nume.
22 10. volu. 2. † & hanc concluſionem cæteris
melius explicauit Fulgoſ. in d. l. Deo nobis, &
dicto conſi. 53. dicens quòd quando teſtator re
liquit filiæ mille ſi nupſerit, 100. verò ſi mona-
ſterium ingredietur, filiam 100. tantum ſecun-
do caſu habituram, quando talis ordinatio te-
ſtatoris facta fuit ſecundum mores patriæ & to-
tius Italiæ, vbi ſeruatur per omnes diligentiſſi-
mos, & prudentiſſimos patres, vt filiabus mo-
naſterium aliquod ingreſſuris longè minorem
quantitatem dent ex ſubſtantia ſua quàm nu-
bentibus in ſeculo, idque optima ratione cuſto
ditur, nam monaſterium ingredientibus, & pau
pertatem voce ſolenni profitentibus, multo mi
nus ſecundum laudabiles conſuetudines ſuffi-
cit, quam viris in ſeculo nubentibus, quibus &
precioſæ veſtes, & ſumptuoſa iocalia ſecundũ
mores probatos patriæ neceſſaria iudicantur.
23 † Nec ex hoc dicit Fulg. teſtator dicitur vo-
luiſſe impedire ingreſſum monaſterii, & uitam
contemplatiuam, niſi cum pater ſciret filiam ad
monaſterium aſpirare, eam in mille inſtituit ſi
ad carnale matrimonium peruenerit, ſi verò
ad ſpirituale, in quinque ſolidis, quia tunc be-
ne mille ſibi deberentur, licet ingrederetur mo
naſterium, & procederet opinio Thomæ de
24 Formaginis, & ſequacium. † Quinimmo Rui
nus in allegato conſi. 98. nu. 21. vol. 2. latius lo-
quens, eleganter, & doctè rationem prædictã
diuellit, & proſternit, nam quamuis etiam ſic eſ
ſet, quòd filia remoueretur à vita contemplati-
ua, quia tamen teſtatoris intentio non fuit ad
hoc ordinata, nõ debet eſſe in conſideratione;
quòd ex hoc à religione remoueri poſſit, nam
& quælibet diſpoſitio, per quam datur materia
delinquendi, tanquam contra bonos mores &
publicam vtilitatem, non valet. l. conuenire, ff.
de pact. dot. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium.
ff. de pact. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. & tamẽ
quando diſpoſitio teſtatoris ad hoc non ordina
tur, valet: quamuis ad delinquendum quis in-
25 uitetur ex ea. † Exemplum adfert Ruinus e-
gregium, nam per ſuperexiſtentiam filii legiti-
mati, deficit conditio fideicommiſſi relicti ſub
cõditione, ſi quis deceſſerit ſine filiis legitimis
& naturalibus, ut communiter concluditur in
cap. per uenerabilem, qui fil. ſint leg. cum con-
cordantibus, de quibus per Alexand. in l. ge-
neraliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſub-
ſtitutio. & infinitos adducit Dec. conſilio 284.
nume. 9. & tamen grauatus ex hoc ut excludat
ſubſtitutum, inuitatur ad procreandum filios
ſpurios, ſi legitimos & naturales non habeat,
uel habere non poſſit, quod utique fieri non
poteſt ſine delicto. ſed hoc non attẽditur, quia
teſtatoris intentio non fuit ad hoc ordinata, ut
grauatus delinqueret ſecundum Ang. in diſpu
ta. quidam nobilis genere Alex. conſi. 2. in re-
ſponſione ad ſeptimum argumentum. Et hanc
conſiderationem Ruini prædictæ rationis im-
pugnatiuam tacitè quoque præſenſit Dec. in
c. in præſentia, de prob. nu. 65. in fi. dum dixit
quòd non uidetur principaliter teſtator uoluiſ
ſe impedire religionem, ſed prouidere uoluit
aliis in ſeculo manentibus caſu, quo filia reli-
gionẽ ingrederetur: ſenſit enim quod clarè di-
xit Rui. de uoluntate uel intentione teſtatoris
ad id non ordinata. unde uel ex hac conſidera-
tione Ruini, uel ex moribus patriæ minus dan
di monialibus, quam nubentibus & in ſeculo
manentibus, ut inquit Fulgo. dici debet lega-
tum factum de mille ducatis auri in auro, ſi ne
ptis nupſerit, ſeu tempore quo nubet, intelligẽ
dum fore de nuptiis ſeculi, non autem de ſpiri
26 tualibus: † quia præſumitur teſtator ſe uoluiſ
ſe conformare cum conſuetudine patriæ, iuxta
l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edi. cũ
ibi not. per Veron. Deciſ. Neap. 226. Bar. & ſe-
quaces in l. hæredes mei. §. cum ita, ff. ad Treb.
& hæc concluſio confirmatur ex ſtatuto ſupe-
rius memorato de bonis ingredientium mona-
ſterium, quod applicat uenientibus ab inteſta
to iura uolẽtis & diſponentis ingredi aliquod
monaſterium, niſi aliter fuerit legitimè diſpoſi
tum ante profeſſionem per ipſum ingredientẽ,
quod ſtatutum potiſſimè ualere debet in caſu
noſtro

noſtro,conſiderando,quòd tempore quo dicta
neptis teſtatoris ingredi voluit monaſterium,ſi
bi delatum fuerat dictum legatum, & in eo ius
quæſitum, velut auo iam diu mortuo,quo ſtan
te ſtatutum iam ſuum effectum conſumauerat,
antequam dicta neptis fieret monialis,ideoque
27 valet & tenet, † vt in ſimili ſtatuto tradit Sa-
lyc.in auth. caſſa. col.fi.C.de ſacr.ſan.eccl. vbi
dicit ſtante ſtatuto,quod ſtantibus maſculis fi-
liæ fœminæ non ſuccedant,ſi quidem tempore
mortis patris filia facta monacha concurrat cũ
fratribus,ſtatutum illud non vendicat ſibi locũ
in ea tunc facta monacha. Sed ſi tempore mor-
tis defuncti non ſit monacha,ſed poſt mortem
fiat monacha,vtique remanet excluſa per ſta-
tutum,nec ei prodeſt monachatio ſuperueniẽs,
quia tempore delatæ ſucceſſionis iam erat per
ſtatutum excluſa,vnde clericatus ſuperueniẽs,
ius alteri quæſitũ tollere nõ poteſt. l. nec auus.
C.de eman.lib.cum aliis per Saly. quem ſequi-
tur Rui.cõſi.204.nu.10.vol.primo.Sic enim di-
ci poteſt in hoc ſtatuto,loquente de volente in
gredi monaſterium,quòd quando ius erat ſibi
delatũ ante ingreſſum, ſtatutum operatur effe-
ctum ſuum translationis bonorum & iurium,
in uenientes ab inteſtato,antequã perſona fiat
religioſa,meritò debet valere, licet poſtea fiat
talis,nec monachatio ſequens tollit alteri ius
28 quæſitum. † Vnum tamen hanc diſtinctionẽ
turbare videtur,quod ponit Caſtr. in allegato
conſi.304.col.4.ver.reſpondetur,vol.1.propter
quòd ſtatutum non poteſt hanc priuationem
inducere. idque certè nõ contingit propter im
potentiam ſtatuentium, neque ratione ſubie-
cti,uel perſonæ,in quam diſponit ſtatutum,cũ
in illo actu ingrediendi, & ante perfectum in-
greſſum ſit ſubiecta ſtatuẽtib.argu.l.qui duos.
ff.de manu.teſt. ſed propter cauſam, ob quam
talem priuationem inducit,ſcilicet propter in-
greſſum,nam ex hoc redditur ſtatutum turpe,
velut impediens vitam contemplatiuam, quæ
celſior eſt, & melior mundana, Auth. de mo-
nac.in prin.retrahentur enim mulieres ab in-
greſſu monaſterii timore ſtatuti. Item dicitur
eſſe contra libertatem eccleſiaſticam,quia timi
diores efficientur ad ingrediendum,arg.l.1.§.
quæ honorãdæ.ff.quar.rerum actio.& facit eas
deterioris cõditionis propter ingreſſum,quàm
eſſent ſi ingreſſæ nõ fuiſſent,quòd eſſe nõ de-
29 bet.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler. † Confir
mat adhuc Caſtr. & auget difficultatem, nam
ſi ſtatutum dicitur contra libertatem eccleſiæ,
quando aufert eccleſiaſticis perſonis illa, quæ
ſunt eis indulta in priuilegium à principe, per
quã ablationẽ efficiuntur eiuſdẽ cõditionis cũ
aliis non eccleſiaſticis ſecundũ Inno.in c. no-
uerint,de ſent.excom.& doct.in auth.caſſa.C.
de ſacr.ſanct.eccl.multo magis quando aufert
eis id,quod à iure communi eis conceſſum eſt,
cum per hoc efficiantur deterioris conditionis,
quam ſunt aliæ perſonæ non eccleſiaſticæ.Sed
per hoc ſtatutum aufertur ingredientibus pro
pter ingreſſum beneficium ſuccedẽdi, quod ha
bebant a iure communi,& efficiuntur deterio-
ris conditionis,quam ſi ingreſſæ non eſſent,er
go valere non debet.poſtremò dicit Caſtr.cum
talis priuatio infligatur in illo actu, quo ſtatim
ſubſecuturus eſt ingreſſus,qui ob id cenſetur in
eſſe.l.lecta.ff.ſi certum pe.perinde cẽſeri debet
ac ſi poſt ingreſſum conferretur, & ſic valere
non debet ſtatutum tanquam factum in fraudẽ
canonicæ ſanctionis,prohibentis laicos ſtatue
re ſuper eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis.c.
eccleſia S.Mariæ,de conſti.iuncta l.ſi uentri, in
30 fi.ff.de priui.cre. † Hæc dicta Caſtrenſis pul-
chra ſunt,& quidem ſubtilia,ſed tamen ex ver
bis dicti ſtatuti ceſſant,nam priuationem qui-
dem inducit,volentis ingredi, ſed cum mode-
ramine,niſi ante profeſſionem de bonis & iuri
bus ſuis aliter diſpoſuerit: vnde cum ante in-
greſſum,& poſt ante profeſſionem,poſſit teſta-
ri prò libito monaſterio vel aliis relinquendo;
ceſſant omnes rationes Caſtrenſis, nam neque
retrahitur ab ingreſſu,neque fit timidior ad in
grediendum,neque deterioris conditionis,ne-
que ſibi aufertur ſucceſſio,ſi nõ vult, cum poſſit
liberè & ſine metu ingredi,ſciens ſi non diſpo-
ſuit id facere poſſe vſque ad profeſſionẽ exclu-
ſiuè. procederent ergo rationes Caſtrenſis, ſi
ſtatutum præter priuationem bonorum tolle-
ret etiam facultatẽ diſponendi,quod non facit.
31 † Non obſtant inſuper aliæ duæ conſidera-
tiones,quas facit Fely.in dicto c.in præſentia,
num.38.aduerſus ſimile ſtatutum huic noſtro,
quominus valeat.prior eſt quod licet permittat
teſtari de iuribus,per hoc non reſtat quòd vbi
volens ingredi monaſterium tranſiret in illud
inteſtatus,monaſterium non fraudaretur velu-
ti bonis applicandis venientibus ab inteſtato:
reſpondetur enim quod cũ potuerit teſtari an-
te profeſſionem,& ad id monaſterium inſtare,
ſicque ſibi conſulere,nulla fraus dicitur infer-
ri monaſterio,quia volenti non fit fraus,aut in
iuria.l cum donationis. C.de tranſactio. Alte-
ra eſt ratio, quod ſtatutũ dicitur diſponere de
non ſubdito,quia non prius operatur,quã ſit ſe
cuta profeſſio,unde non inuenitur patiens di-
32 ſpoſitum. † Sed & in ea conſiderandum eſt,
quòd terminus profeſſionis eſt terminus exclu
ſiuus ad teſtandum,vel diſponẽdum per ingre
dientem,quia vſque ad illud tempus excluſiuè
poteſt diſponere,aliàs bona applicantur veniẽ
tibus ab inteſtato.non ergo ſtatutum diſponit
de non ſubdito, ſed de ſubdito,cum non fa-
cta profeſſione mulier nõ efficiatur monacha,
nec trãſeat in poteſtatem monaſterii, nec fiat
illi ſubdita. c.porrectum,de regula. Bar.& alii
pleriq; vbi Iaſ. ſequitur, in auth.ſi qua mulier,
colum.fi.C.de ſacr.ſanct.eccl. Capra conſil.85.
col.2.& latè Barba.in dicto c.in præſantia, ſub
33 n.56. † ubi inferunt quòd ſi moriatur interim
bona veniẽtibus ab inteſtato applicari,quia nõ
diſponẽdo aliter de ipſis, ui detur in dubio uo-
luiſſe, quòd ueniat ueniẽtes ab inteſtato, ut
34 tradit Imol.in c.2.colum.4.in prin. de teſtam.
† Et poſito quòd in ea quæſtione,cui bona ap
plicentur

plicentur eo moriente infra annum probatio-
nis,poſſet eſſe dubia concluſio pro venientib.
ab inteſtato,& fortè magis communis opi.cō-
tra eos pro monaſterio, vt teſtatur Dec. in di-
cto c.in præſentia, num.83.tamen conſentiunt
omnes eum non dici verè monachum : vnde
ſtatutum noſtrum inducens applicationem bo
norum venientibus ab inteſtato, dicitur diſpo
nere de ſibi ſubdito,& ſic valide:meritò conſi-
deratio quoque ſecunda Felini redditur vana.
35 † Quo verò ad Alexandrum conſi. 138. in fi.
vol.2.qui conſuluit in terminis aduerſus hoc
ſtatutū, dico ꝙ prima illius reſponſio cōcludit
contra moniales in caſu noſtro,nam in caſu A-
lexandri filia ante profeſſionem diſpoſuerat ad
fauorem monaſterii,ſecus ergo ſentit Alex. nō
facta diſpoſitione,prout in caſu noſtro.Secun
da verò reſponſio,quòd magis communis opi
nio ſit tale ſtatutum non valere, non ponitur
abſolutè per Alex.ſed reſtrictiuè, vt ille loqui
36 tur in caſu ſuo, † qñ dos debetur filiæ volen-
ti ingredi monaſterium:tūc enim ſtatutum nō
valet,nos autem loquimur in diuerſo caſu, vi-
delicet in nepte teſtatoris, nec nata nec cōce-
pta tempore teſtamenti ſui, & ſic de nepte cui
per eum dos non debebatur.Bartolus enim &
Doctores in l.1.ff.ſol.matr.volentes quòd auus
teneatur dotare neptem,loquuntur de nepte
in poteſtate illius aui conſtituta,qualis non erat
nondum nata,nec concepta.l.fi.ff.de colla. bo.
37 † Immo verò quando filius habet vnde filiā
dotet,non tenetur auus eam dotare ſecundum
Doctores ibi,quos Iaſ.& Ripa citant,qui dicūt
eſſe communē,qualis erat futurus filius teſtato
ris tempore dotationis dictę neptis, qui omnia
bona patris & matris erat habiturus.vnde tali
caſu ſentit Alex.illam communem opinionem
quòd ſtatutum non valeat ; non procedere.
38 † Poſtremò circa dictum ſtatutum concurrit
aliud in caſu noſtro,propter quod nō eſt opus
diſputare de validitate ſua.habemus enim ſta-
tutum de obſeruantia ſtatutorum , volens om-
nia & ſingula ſtatuta in volumine ſtatutorum
poſita,valere & validam roboris firmitatem ob
tinere,neque aliquem ſtilum vel cōſuetudinē
contrarium attendi,ſed eſſe nullum,neminem
que etiam iudicem audiri, quicquam dicentē
contra id ſtatutum: quæ cum ita ſint, ſequitur
eſto quòd aliàs ſtatutum de bonis ingred. mo-
naſt.nō valeret,ex quo tamen id de obſeruan.
ſtatu.vult id valere,nec audiri quemquam cō-
trarium dicentem,perinde haberi debet, ac ſi
39 valeret, † quia paria ſunt quòd actus valeat ,
vel quòd de nullitate opponi non poſſit, vt ꝑ
glo.in l.qui habebat.§.1.ff.de manu. teſt. cum
ſimilibus,vt per Alex.conſi.106.col.pen. volu.
2.Ang.conſi.187.in fi.Peruſ.in c.dilecto,q.50.
nume.125.de app.Caſtr.& Iaſ. in l.qui Romę.
§.duo fratres.lec.2.ff.de verbo. oblig. & in de-
creto Senatus , & ſtatuto propriè Dec. conſi.
456.num.11.conſi.557.nu.13.Sebaſti. Vantius
in tract.de nulli.ſenten. titulo.qui poſſ. dicere
40 de nulli. nu.42. † vnde Ceph.conſil. 3. nu.
212.poſt Caſtr.conſi.288.nu.2.circa fi. volumi.
1.dicit quòd vbi clauditur os volenti dicere de
nullitate ſententiæ, perinde eſt ac ſi ſententia
ipſa eſſet valida , debet igitur ſtatutum præ-
dictum de bonis ingred.monaſt. omnino pro
valido reputari.Ad aliud verò , quod diceba-
tur dotem ſuccedere loco legitimæ, quæ non
41 comprehenditur in generali diſpoſitione, † cō
ſiderandum eſt,quòd cū dicta neptis, velut fœ
mina excluderetur ab inteſtato vigore ſtatuti,
de ſucceſſ.ab inteſtato,ſibi non debebatur le-
gitima,cum ſit portio eius,quod debetur ab in
teſtato ſecundum Caſtr.in l.Titio cētum.§.Ti
tio genero.col.pen.ff.de cond.& demon.cōſi.
6.volu.2.cum ſimilibus per Iaſ.in l.ſi quando.
§.& generaliter.nu.11.C.de inoff.teſta. Corn.
conſi.150.uol.2. Alex.in l.ſi emancipati, nume.
8.C.de colla.Dec.qui dicit eſſe communem ,
conſil.196.col.1.ad fi.199.col.1.& conſi.303.co
lum.pen.Craue.conſi.13.Rube.conſi.122.Rui.
conſi.41.nu.8.vol.3.Soc.iun.conſi.89.nu.24.&
conſi.127.nu.11.volu.4.Cur.iun.conſi.35.col.
10.Cephal.conſi.4.nu.11.& conſ.5.nu.45.con
42 ſi.280.nu.38. † Hinc ſtante ſtatuto quòd uxo
re decedente cum filiis primi matrimonii mari
tus lucretur dotem, excluduntur filii prædicti
etiam à legitima,quæ ſibi fuiſſet debita remo-
to dicto ſtatuto,vt per Dec.conſi.19.col.2.Ro
43 lan.à Valle conſi.62.nu.53. † Hinc & ſtanti-
bus filiis primi gradus,nepotibus & aliis deſcē
dentibus vlterioris gradus legitima non debe-
tur,poſtquam non erant ab inteſtato ſucceſſu-
ri.§.ita demum.Inſti.de hære.quæ ab inteſta.§.
nullam in Authen.de hæred.ab inteſta.verſi.
ſecundum priorē cognitionis gradum.ita Nat
ta conſi.199.nu.11 poſt Bar.& alios in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſth.igitur ad
rem noſtram redeundo, dos relicta per auum
dictæ nepti,non poteſt habere ſimilitudinem
44 cum legitima,quæ ſibi nō debebatur. † & ita
concludit Caſtr.in allegato conſil. 6. quando
ſtatutum non dicit,quòd filia dotata nō ſucce-
dat,ſed excludit ſimpliciter,& eam dotari mā-
dat:citatque Bartolū in d.§.Titio genero.ubi
pariter Caſtr.ita diſtinguit, col.4. & Cuman.
idemq; tradit Caſtr.cōſi.106.ſuper eo,de quo
quæritur.& conſil.233.ſuper re,qua quæritur,
in antiquis.Soci.cōſi.92.col.4.uol.primo,con
ſi.288.col.12.vol.2.Dec.conſil.106.col.fi.Cor.
conſi.32.col.2.uol.4.Alex.conſ.13.col.4. uol.3.
& Brun.in trac.quod ſtant.maſc.in 11.art. nu.
45 33. † ubi concludit hanc uideri communem
opi.modernorum,& Caſtrenſem in ſua diſtin-
ctione de mero iure bene dixiſſe.Stante igitur
quòd hoc relictum dotis non ſapiat naturam
legitimæ,debet utique comprehendi ſub gene
rali diſpoſitione huius ſtatuti de bonis ingred.
46 monaſte. † Quoniam cauſa dotis continetur
ſub generali diſpoſitione,ubi non reperitur in
ſpecie priuilegiata,ut tenet Dec. in uariis lo-
cis,uidelicet in c.ſedes,num.13.de reſc. conſi.5.
conſi.301.conſ.496.conſi.536.Ruin conſi.137.
uol primo.Soc.poſt Rui.conſil.16.nu.26. uol.
3.Dec.

3.Dec.& Cagno.In l.1.ff.de reg. iur.Cur.iu.in l.hæres abſens.ff.de iudic.& alibi ſæpe Doctores a me cumulati, Inſti.quib.alie.licet.in priu. nu.175.quibus addo contarium in l.diffamati. C.de ingenu.& manu.in quæſtionibus,nu.11a & Rolan.à Valle conſi.81.col.fi.vbi ſecus dicit quando dos in ſpecie reperitur priuilegiata.

47 † Præterea quod de generali diſpoſitione dicitur in ea legitimam non venire, niſi ſpecialiter de illa facta fuerit mentio,per textum in dicto §.& generaliter, cũ notatis ibi per Iaſ.poſt alios,procedit in diſpoſitione hominis,vt in renunciatione,vel pacto,ſecus in diſpoſitione legis vel ſtatuti,vt ibi tenet in effectu Iaſ.nu. 10. & ſequen.Seuerin.& Soc.inter conſilia Mariani,cõſi.150.vol.1.Rui.qui eos refert & ſequitur conſi. 51.nu.13.vol.3.Dec.conſi.299.col.2.conſi.303.col.pen.conſi.391.col.fi.conſi.505.col.2. conſi.525.col.2.in l.humanitatis,num.9.C.de impub.& al.ſubſti.Cur.iun.conſi.10.col.2.Gozad.conſi.43.nu.23.Corn.conſil.150.col.2.vol.2.& Rol.à Valle conſi.62.nu.11.vol.3.qui concludunt quòd fortior eſt excluſio legis, quàm hominis,vt per eos,& ex prædictis ſublatis contrariis remanet ſatis firma concluſio contra prædictas moniales.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

---

Pro Illuſtrib Comitibus Eſtenſibus de Muſtis.

ARGVMENTVM.

De aquæductu non amouendo,nec impediendo opere manu facto.

*SVMMARIVM.*

*1 Seruitus aquæducendæ dicitur habere cauſam continuam.*
*Et duobus modis acquiritur 2.*
*Præſcriptione decem annorum.5..*
*Et ex natura loci 4.*
*3 Seruitus aquæ ducendæ ex quibus actibus inducatur.*
*4 Locus inferior debet ſeruitutem ſuperiori.8.*
*6 Præſcriptio debet probari de tempore decurſo ante litem motam.*
*7 Teſtes allegantes inſtrumentum,non probant,eo nõ exhibito.*
*8 Contractus ſtricti iuris ſunt.*
*10 Aquæductus quæſitus diuerti non poteſt.12.*
*11 Fluminis curſus amoueri non poteſt a ſolito curſu.*
*Et contrafaciens tenetur ad operis remotionẽ.12.*
*13 Argumentum à contrario ſenſu licitum eſt ex dictis Doctorum.*
*14 Quis poteſt facere in ſuo,quod ſibi placet.*
*Fallit,ſi præiudicet debitæ ſeruituti.*
*Sicq; declarat Cuma.in l.2.§.penulti.ff.de aqua pluuia arcen.16.*
*15 Antiquitati ſtandum eſt.& in quibus.*
*17 Dictum doctoris intelligitur ſecundum leges,quas allegat.*
*18 Quis iu ſuo non poteſt facere immittendo in alienum.*
*Et quæ competant remedia pro conſeruanda libertate.19.*
*20 Teſtis probat contra producentem.*
*Et deponentibus non veriſimile,non creditur.21.*
*22 Princeps ex qua cauſa poteſt tollere ius alicui quæſitum de iure gentium.*

CONSILIVM LXXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

IN hac cauſa,& aquarum diſcurſu prætermittendo ſolita partiũ argumenta,dicam quid ſentio ad fauorem Illuſtrium Comitum Eſtenſium de Muſtis,aliorumq́ue litis conſortium contra Illuſtrem Dominam Lucretiam Piam,cæterosq́ue litis conſortes.

1 † Præmitto igitur vnum,quòd ſeruitus aquę ducendæ dicitur habere cauſam continuam,cũ ad eius vſum factum hominis non requirat,vt tradit Bar.in l.1.§.denique,in princi. ff.de aqua plu.arc.per textum in l.foramen.ff de ſer. vrb. præd. glo.Ang.Flor.& alii in l. ſeruitutes prædiorum,ff.de ſerui.vbi Corraſ.col.1.& 2.teſtatur eſſe communem. Veronenſ.de ſerui.ruſtic. præd.cap.4.nu.56.Natta conſi.431. nu.7.& in aliis ſeruitutibus,quæ dicũtur habere cauſam continuam ratione prædicta, dat exemplum

2 Bero.conſi.133.nu.11. vol.3. † Secundò præmitto quòd altero de duobus modis acquiritur ſeruitus,habens cauſam continuam. primò per præſcriptionem decem annorum inter præſentes, vt per glo.& Doctores in l.2. C.de ſerui.& aqua, glo.& Docto.in l.ſeruitutes,ff.de ſerui.Veronenſ.in dicto cap.4. nume. 55.Natta dicto conſi.431.colum.3.& Martinus

3 Garratus Laudenſis conſi.3.nu.8.† Idq́ue procedit,quando quis fuerit vſus aquæductu iure ſeruitutis,quod quidem deprehenditur ex actibus factis in fundo vicini,qui citra ius, & nomen ſeruitutis fieri non poſſunt, vt eſt facere foſſatum in fundo vicini, vel per eum aquam ducere:ſic enim acquiritur ſeruitus & eius poſſeſſio, ut tradit Veronen. loco citato, numero 56.Barto.in l.1.§.ſed hoc interdicto.ff.de itin. actuque pri.Veron.de ſerui.ruſt.prædio.c.1. nume.25.Cyn.in l.1.quæſtio.quarta.C.de ſerui. Canoniſt.in capitulo,ſi diligenti, de præſc. & Natta conſilio 23.nume.3.dicens ſeruitutem acquiri, quando quis oſtendit aliquã iuſtam cauſam, propter quam putauerit ſe habere u-

4 ſum ſeruitutis.†Secundo modo quæritur ſeruitus aquę ſine curſu tẽporis & pſcriptione,quã na

tura loci facit, vt aqua de loco ſuperiore uadat
ad inferiorem: tunc enim ſeruitus inducitur ex
dicto curſu naturali. ita probatur in l. in ſum-
ma, in prin. ff. de aqua plu. per quem ſic ponit
Barto. in dicto §. denique in prin. vbi Cumanus
etiam dicit quòd quando natura loci ſubeſt,
non eſt neceſſaria vetuſtas, & ſic præſcriptio:
ſubditque quòd res dicitur ab initio ſerua, quã
do fundus eſt ſuperior, quia poteſt immitte-
re aquam in inferiorem, ſicque dicitur ſerui-
tus, quæ debetur natura, ſicut illa quæ conuen-
5 tione debetur. † Ex his ita præmiſſis infertur
in caſu noſtro, quæſitam fuiſſe ſeruitutem a-
quæ ducendæ per loca partis aduerſæ tam præ
ſcriptione, quàm natum loci. præſcriptione
quidem, quia probatum eſt per teſtes non mo
do iam decem annis ſed longe vltra, & ab eo tẽ
pore citra, antequam clauderetur bucca foueæ
nouæ per agentes Illuſt. Do. Lucretiæ Piæ, & a-
liorum litis conſortium quas iſtorum Nobiliũ
de Muſtis & conſortium ſuorum ſolitas fuiſſe la
bi p varias Baſſas, maximè fluminis lucis & Cy-
6 noſii in dictam foueam nouam, † meritò dici-
tur probata præſcriptio decem annorum ante
præſentem controuerſiam decurſa, prout requi
ritur, vt docet Bartol. in l. nec bona. C. de præſ.
long. temp. & in l. Celſus, nu. 27. ff. de vſuc. Bal.
in l. fi. nu. 15. C. de edic. diui Adr. toll. Ang. Are
ti. Inſti. de vſuc. in prin. col. pen. Alex. conſil. 75.
in fi. conſi. 107. col. 2. vol. 2. Corn. conſi. 147. co-
lum. pen. volumi. 2. & Balb. in d. l. Celſus, col.
3. Nec me retrahunt ab iſta concluſione nõnul
li teſtes, deponentes de quadam compoſitione
facta inter Finalenſes & aduerſarios, quòd a-
quæ canaletti de Bagnolo currerent in canala
7 tium, non autem in foueam nouam, † quoniã
citant teſtes inſtrumentum quoddã ſuper hac
re confectum, quod non apparet, meritò non
probant eo nõ exhibito, auth. ſi quis in aliquo,
C. de eden. & ibi Bar. Caſtr. Alexan. Iaſ. Dom.
meus Rimi. & omnes, & in terminis Corn. con-
ſi. 232. nu. 11. vol. 1. rurſus ad allegatam conuen-
tionem non interuenerunt, neque citati fue-
runt Comites de Muſtis, & conſortes, ergo ni-
hil eis nocet. l. de vnoquoque, ff. de re iud. cum-
que de aquis Bagnoli Finalenſis loquatur illa
cõuentio, non autẽ de illis, de quibus agitur in
diſtrictu Ferrarienſi, non debet in eis locum ha
bere l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l. iuriſgẽ-
tium. §. generaliter, eo. tit. l. ſi de certa. C. de trã
8 ſact. D. meus Rimi. conſi. 39. in fi. † nec imme
ritò: contractus enim ſunt ſtricti iuris, & termi
nos ſuos non egrediuntur, l. quicquid aſtringẽ
dæ, ff. de verbo. oblig. l. veteribus, ff. de pact. l. in
vendendo, ff. de contr. empt. Rol. à Valle conſi.
59. nu. 32. vol. 3. Natura quoque locorum dici-
tur quæſita ſeruitus Comitibus Muſtis & con-
ſortibus, vt probant teſtes dicentes terras eorũ
9 ſuperiores eſſe terris aduerſariorum, quo † fit
vt ex natura loci inferioris, qui dẽt ſeruitutem
ſuperiori, dicatur quæſita ſeruitus aquæ ducen
dæ per terras eorum, dicta l. in ſumma, in prin-
ci. ff. de aqua pluu. Bart. in d. §. denique. Vero-
nen. de ſerui. ruſt. præd. c. 4. nu. 71. quotiens n.
loci natura, & ſecundum curſum naturalem a-
qua de loco ſuperiore ad inferiorem deriuat,
tunc habens locum inferiorem conqueri non
poteſt. l. 1. §. idem aiunt, verſi. huic etiam, ff. de
10 aqua plu. arc. † Cum igitur aquæductus quæ
ſitus fuerit nobilibus de Muſtis, & conſortibus
eorum dupliciter, vt ſupra demonſtraui, nõ po
tuerunt aduerſarii illum diuertere à ſolito cur
ſu, immo cogi debent, vt in priſtinum ſtatum
aquam reducant, remouendo aggerem factũ
de facto propè buccam dictæ foueæ nouæ, pro-
ut petitũ fuit. l. 2. vbi eſt caſus, C. ad leg. Aquil.
per quam ita põnit in terminis Veronenſ. de
11 ſerui. vrba. prædio. c. 69. † Et præter eum con
firmatur iſta concluſio per tex. in l. 1. C. de al-
luui. & palud. vbi non licet curſum naturalem
fluminis opere manu facto aliò auertere, hinc-
que tex. in l. ſi manifeſtè. C. de ſerui. & aqua, di
cit quòd contra antiquam conſuetudinem a-
quæductus non licet alicui cum præiudicio al-
terius formam fluminis immutare, vel alterare.
accedit prætereà textus in l. 1. §. plerunque. ff.
ne quid in flu. publi. dicens, quòd licet aliquã
do quis propter vtilitatem agrorum ſuorum
poſſit curſum fluminis ad aliquid mutare, vel
prorſus flumẽ auertere, quod ſolitũ erat præ-
dia eius depopulari, & grãde dãnũ irrogare, ta-
men oportet in huiuſmodi rebus vtilitatẽ, &
tutelã facientis ſpectari ſine iniuria accolarum,
hoc eſt, ne ſeruituti ipſorũ præiudicetur. cõfor
mis eſt gl. in l. ſi cui. ff. de ſerui. vbi domino fun
di licet prorſus mutare curſum riui ſolitum &
cõſuetũ, niſi ex hoc habenti ſeruitutẽ præiudi-
ciũ fieret, vt ibi per gl. & eã, dictaq; iura ſic ad
propoſitũ noſtrũ deducit Bero. conſi. 139. col. 2.
12 & 111. vol. 3. † Cui placet & alios adiicere, quos
nõ allegat, & in primis Caſtrenſem in l. 2. §. pe.
ff. de aqua plu. arc. vbi ſummando illum textũ
dicit, ꝙ ſi vicinus opere manu facto excludit a-
quã, ne ſibi noceat, quã nõ tenebatur recipere
natura loci vel iure ſeruitutis, licet ex hoc alte
ri noceat, nõ tenetur illa actione. ſentit igitur
à contrario ſenſu Caſtr. ꝙ ſi tenebatur aquã re
cipere, vel ex natura loci, vel iure ſeruitutis, vt
in caſu noſtro, bene tenẽtur illa actione, quę cõ
petit ad operis remotionẽ, per ꝙ aqua arceba-
tur à ſolito curſu. & dicit ibi Caſtr. ꝙ ille textus
limitat totũ illũ titulũ, declaratque totã mate-
riã, vt idẽ tradit Caſtr. in l. 1. circa fi. prin. ff. eo.
& in eadẽ ſententia fuit ipſe Caſtr. conſil. 357.
notandũ eſt, vol. 2. vbi cõcludit illos de Vrago
potuiſſe in vaſe cuiuſdã primæ ſeriolæ in ſuo
poſitæ facere, quod voluerunt, eam ampliando
ſic, vt totã aquã contineret & auferre commo
dum aquarum, quæ ex ſuperabundantia prius
in ſecundam ſeriolam perueniebãt, ex quo nul
lam ſeruitutem debebant illi ſecundæ ſeriolæ,
vel eius domino. allegat textum in l. ſi tibi ſer-
uitutem, in fi. C. de ſerui. & aqua, ubi eſt caſus,
& in dicta l. 2. verſic. Neratius. igitur à contra
rio ſenſu vult Caſtren. ſecus eſſe, ſi ſecundæ
13 ſeriolæ ſeruitus deberetur. † Nec dubitari
debet,

debet, quominus liceat argumentum à contra
rio ſenſu deducere ex dictis Doctorum: licet e
tenim, vt voluit Bertran.conſil. 180.nume. 10.
volum.1.conſi.34.nume.2.volum.3. motus ex
not.per Angel.in Authen.de non elig.ſecun.
nub.colum. tertia. Nicol.de Vbal.in tracta. de
ſucc.ab inteſt.2.par.prin.col.5.ver.prædicta au
tem.Roma.ſingula.252.tu ſcis, quòd ſi mulier
Imol.in l.qui teſtamento,§.mulier,ad fin.ff.de
teſta.quos ego ſequutus fui in l.1.nu.523.ff.de
offi.eius.tantoque magis quod argumento præ
dicto deſeruit in caſu noſtro tex.in d.l.ſi tibi,
vbi Bar.Caſtr.& alii notant, & ſummant, quod
quilibet in ſuo poteſt facere quod vult, dũmo-
14do non faciat contra debitam ſeruitutem. † li
cèt enim quis in ſuo facere poſſit,quod ſibi pro
deſt,dato quòd alteri noceat, dummodo non
faciat principaliter animo nocendi, vt declarat
Bar.in l.1.§.denique,ff.de aqua plu.arc. nec id
in dubio præſumatur,vt idem Bar.poſt glo. po
nit in l.fluminum,in fi.ff.de dam.infe.tamen id
non procedit,quando faciẽdo præiudicaret de
bitæ ſeruituti aliorũ prædiis acquiſitæ,l.altius,
cum ſequen.C.de ſerui.& aqua,gl.& docto. in
d.l.fluminum,cum ſimilibus per Beto.dicto cõ
15ſi.139.nume.24.volu.3. † Quorum omnium
ratio eſſe poteſt,quoniam vt ſcribit Bal. in tit.
de pac.Conſt.col.4.in paſcuis,pontibus, & a-
quis,ſtandum eſt antiquitati: refert & ſequitur
Rui.conſi.191.nu.7.vol.1. vnde nimirum ſi lon
go tempore quæſitus eſt alicui diſcurſus aqua-
rum,ſtandum eſt ei,nec immutari poſſe debet.
16 † Et ex his optimè declarari poteſt, quod tra
dit Cuma.in d.l.2.§.pen.ff.de aqua plu.vbi di-
cit per illum tex.& per l.1.§.ſunt qui putant,ff.
ne quid in flu.publi.quod quis poteſt aquam
diuertere,quando damnum prætendit, & id fa
cit vt euitet maius damnum, quam quod vici-
nus incurrit: in quo caſu prætendunt aduerſa
rii ſe verſari propter maximos fructus, quos di
cunt naſcituros eſſe ex eorum bonis, quoniam
doctrina Cumani procedit,& eſt intelligenda,
quando auertens aquam non debet ſeruitutẽ.
tunc enim poteſt,ſi prætendit damnum id fa-
cere,ſecus vbi debet ſeruitutem. & iura,quæ ci
tat Cuma.loquuntur in caſu,quo non debetur
ſeruitus,vt patet per Caſtr.in dicto §.pen. per
17 glo.Bar.Caſtr.& omnes in d.§.Neratius. † Et
dictum doctoris venit intelligendum ſecundũ
iura, quæ citat.Bar.in l.non ſolum,§.liberatio-
nis,ff. de libe.leg. D.meus Rimi.conſi.24.num.
14.conſi.164.nume.13.& conſi.232. nu.16.Ro-
lan.à Valle conſi.95.nume.9.vol.3.Ioan. Lup.
in c.per veſtras,not.2.nu.16.& §.14. nu.14. de
dona.inter virum & vxorem. Horman. Detius
in l.naturaliter,§.nihil commune,nu.116.ff.de
acquir.poſſ.Neuizan.conſil.72.nu.26.Soc.iun.
conſil.20.nu.7.conſi.60.nume.64.conſi.91.nu.
29.conſi.121.nu.6.& conſi.150.nu.10.vol.3.cũ
18ſimilibus. † Sed ulterius,dato quòd etiam no
bilibus de Muſtis & conſortibus ſuis non com
peteret ſeruitus,de qua ſupra, tamen adhuc di
co non licuiſſe aduerſariis,quod fecerunt: quo
niam non modo faciendo aggerem,remouerũt
ſolitum diſcurſum aquarum,ſed in ſolo alieno
fecerunt quemdam conductum,mittendó per
eum dictas aquas ad canalettum, vt dicunt te-
ſtes, quod eis non licuit, & remoueri poteſt
per dictos de Muſtis & conſortes,vt declarant
Caſtr.& Imol.in d.l.fluminum,§.fin. & proba-
tur in l.ſicut.§.Ariſto.& in l.ſi quando,§.fi. in
l.fiſtulas,ff.ſi ſerui.vend.in ſuo enim hactenus
facere licet alicui,quatenus nihil in alienũ im-
19mittat,vt inquit tex.in d.§.Ariſto. † Et ideo
pro tali libertate conſeruanda competunt in-
terdicta poſſeſſoria,& vti poſſidetis,vt ibidem
not.Caſtr.nam opus in ſuo factum non eſt li-
citum,quando immittitur in alienum, vt tra-
dit Cuma.in d.l.1.§.Neratius,& hoc etiam po
nit Caſtr.in l.ſi tibi.C.de ſerui.& aqua. Nec ob
ſtat vnum, quod allegant aduerſarii, nobiles
de Muſtis,& conſortes non pati damnum pro-
pter clauſuram foueæ nouæ,ſed propter aquas
canalini Sancti Felicis, diſcurrentes in eorũ
20terras. † Quoniam repugnat eis dictum octa
ui teſtis ex ſuis, quos examinarunt aduerſarii,
meritoque probat aduerſus eos, ut ponit Ro-
ma.conſi.104.pater reuerende,ad finem. Iaſ.in
rub.ff. de iureiur.col.fi.& conſi.57.col.4. vol.1.
Craue.conſi.101.nu.7.Soc.iu.conſil.69. nu.12.
vol.1.Pariſ.conſi.50.nu.60.vol.1.nam cum di-
cat quòd dictũ canalinum eſt inter territoriũ
Mirandulæ,& aggerẽ Duciſſæ,& à dicto agge-
re citra ſunt terræ dictorũ de Muſtis,& conſor
tium,eſt impoſſibile quòd aquæ dicti canali-
ni diſcurrere poſſint in dictas terras, cũ dictus
agger intermedius talem diſcurſum impediat.
21 † Et ad alios teſtes ſecus dicentes uno verbo
reſpondetur,quòd cum dicant impoſſibile, ne
dicam non ueriſimile, nullatenus eis eſſe defe-
rendum, uelut ſuſpectos de falſo,prout ſic ar-
guit Dec.conſi.94.& conſi.596.nu.8. Ripa in c.
cum eccleſia Sutrina,num.88. de cauſa poſſ.&
prop.Cra.conſi.18.in prin.& conſi.115. nu.12.
Alex.conſi.2.nu.17.uol.7.Rol.à Valle cõſi. 27.
22nu.23:uol.3. † Nec poſtremo loco prodeſſe po
teſt aduerſariis in non remouendo quod fece
runt, utilitas publica,quam deducunt ex vber
tate fructuum,qui percipientur ex terris earũ,
quoniam tunc demum ius quæſitum de iure gẽ
tium poteſt auferri ex cauſa publicæ utilitatis,
quando reſpicit fauorem publicum principali
ter.ita Bar.in l.quæcunque,in fi. C.de fide in-
ſtrumen.lib.10.Caſtr.conſi.178.uolum.1.cum
ſimilibus per Craue.conſ.5.nu.4.& in tract.de
antiq.temp.prima par.nu.17.at hæc utilitas al
legata,non eſt publica principaliter, ſed ſecun
dariò tantum.§.fi.iuncta gl. Inſti. quib.ex cauſ.
manu.non licet.ergo non ſufficit, & ita rema-
net cõcluſio uera pro dictis Comitibus de Mu
ſtis & aliis litis conſortibus.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

Pro Illuſtre Comite Ioan Paulo Malchiauello.

ARGVMENTVM.

De exceptione periurii oppoſita proceſſum non impediente

*SVMMARIVM.*

1 *Periurus ſit contrauenicus promiſſis cum iuramento:*
*Et ab agendo repellitur, ſecundum communem. 2.*
*Et indubitatam conclusionem. 3.*
3 *Statutum tollens omnes obiectus exceptionum, nõ intelligitur hanc tollere, tu non adimpleuiſti promiſſa,*
4 *Periurus ſit infamis, & à limine iudicij repellitur.*
5 *Abſolutio prius à iuramento peti debet, quam quòd quis agat.*
6 *Statuti diſpoſitio ſeruanda.*
7 *Statutum dicens, quòd nulla alia exceptio opponi poßit, quas excludat.*
*Et quid ſi in continenti probari poßint. 8.*
*Vel ſit maior expreßis. 9.*
10 *Dictio etiam, quid implicet.*
11 *Exceptio inepti libelli grauis.*
12 *Periurus dicitur perſona illegitima ad agendum.*
13 *Statutum non comprehendit caſum iuratum.*
*Et eſt communis opinio. 14.*
15 *Statuto certum tempus præfinitum alterius temporis non recipit functionem. 16.*
17 *Tempori certo aliud addi non poteſt.*
18 *Statutum clarum non reſpicit diſputationem,*
*Nec ab eo recedi debet 19.*
20 *Denunciatio fieri debet obligato alium indemnem conſeruare.*
*Quid ſtante iuramento. 23. 24.*
21 *Conditio pendens facit ceſſare obligationem.*
*Et prius purificari debet. 22.*
23 *Iuramentum tollit onus denunciandi.*
*Sed alij contra. 24.*
*Quod auctor declarat, ut per eum.*

CONSILIVM LXXXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

OPPONITVR Illuſtri Comiti Ioanni Paulo Malchiauello, pro parte Domini Antonii de Gardo ipſum audiri non debere, tanquã periurum, quia non obſeruauit, nec adimpleuit promiſſa per eum cum iuramento in inſtrumento, vigore cuius agit ipſe Comes promiſit enim ſoluere quibuſdam creditoribus genitoris dicti Gardi, eumque & ſuos hæredes indemnes conſeruare, curareque quòd creditores eum non moleſtabunt: quæ tamen non fecit, cum dictus Gardus conuentus fuerit ab vno creditore patris, eique condemnatus, & executio contra eum com-
1 miſſa. † Vnde cum venerit contra contractũ iuratum, non adimplendo promiſſa, factus eſt periurus, & ob id actione priuatus ex eo cõtractu ſurgente repelli debet ab agendo, l. ſi quis maior, & ibi notant ſcribentes, maximè verò Alex. colum. fina. per illum tex. ver. actione priuatus, C. de tranſactio. & poſt eum Iaſ. notab. 12. Cagnol. nume. 119. Cur. nume. 52. Parp. nume. 65. & Dominus meus Riminal. Alexand.
2 conſi. 17. colum. 2. volum. 3. † Fel. & Deci. in capitulo, intelleximus, de iud. Dec in c. dilecti, nume. 3. de excep. vbi dicit eſſe communem. Pariſ. conſi. 45. in fi. volum. 1. Corn. conſ. 215. num. 5. volum. 3. Ioan. Silua in tract. de benef. q. 2. certiæ par. nume. 24. Graue. conſi. 7. num. 22. & conſi. 191. nume. 7. Soc. iun. conſi. 125. volu. 3. Ro-
3 lan. à Valle conſi. 26. nume. 18. volum. 3. † vbi dicit hanc eſſe concluſionem iuris indubitatã. Et hæc exceptio, tu non adimpleuiſti, tam efficax eſt, & efficiens actionem, quòd ſi ex forma ſtatuti ſublatus eſſet omnis obiectus exceptionum, hæc tamen obiici poteſt, ut ponunt Cynus & Bal. in l. ex prædiis. C. de euict. quos ſequitur Corn. conſi. 245. vol. 4. Rol. à Valle con-
4 ſi. 53. nume. 32. uolum. 1. † & qui contrauenit iuramento, fit infamis, & à limine iudicii venit repellendus, vt ponit Guil. Bened. in c. Raynutius, ver. duas habens filias, ad finem. de teſta. Fel. in c. 1. de iureiur. col. penul. & in c. intelleximus, colum. 4. de iud. & poſt illum Dec. colum. pen. Alex. conſi. 137. nume. 14. volum. 6. & conſi. 62. nume. 19. uolum. 7. idque procedit, licet etiam pars non opponat, Bologni. conſilio 28. colum. 2. poſt Ancha. Corn. poſt Imo. in authentica ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendi. colum. penul. Neuizan. conſi. 21. colum. prima. † Et poſito quòd dictus Comes prætenderet aliqua de cauſa ſe poſſe recedere à contractu, eique contrauenire, debuit tamẽ prius inſtare, quòd abſolueretur à iuramento ſecundum Vincent. quem ſequitur Ioan. Andr. In c. cum contingat, ante fi. de iureiur. vbi ſequuntur Abb. & Imol. ſicut & Anch. in cap. canonum ſtatuta, colum. 41. de conſtitutio. in cap. acceſſorium, colum. 6. de reg. iur. in 6. conſi. 39. col. 1. & conſi. 376. col. prima, ubi dicit quòd nõ licet contrauenire propria auctoritate. idẽque tenet Natta in c. quamuis, col. 9. de pact. in 6. Barb. cõſi. 70. col. 11. uol. 3. & alii plerique, quos cumulat Neuiza. In allegato conſi. 21. col. 2. ex quibus cum dictus Comes nullam impetrauerit abſolutionem, uana reddi uidetur intentio ſua. illis tamen non attentis, maturius cogitando, cenſeo contrarium defendi poſſe: moueor ex ſtatuto noſtro, de modo procedendi a libris decem vſque ad 50. colom. prima, quod enumerat exceptiones, quas uult opponi poſſe, ad
6 finem impediendi litis ingreſſum. † Poſtea ſubiungit, ſi autem reus aliquam aliam exceptionem dilatoriam, uel peremptoriam etiam inepti libelli oppoſuerit, tunc quælibet

earum

earum reſeruetur cognoſcenda tempore, quo de meritis cauſæ cognoſcetur,& diſputabitur. vnde ſeruanda diſpoſitio ſtatuti, vt præter enumeratas nulla alia opponi poſſit, prout tradit Maria.conſilio 38.in principio,volum.primo, ubi propriè dicit, quòd ſi ſtatutum excipit aliquas exceptioues ad impediendum compro. miſſum, vel litis ingreſſum, poſteaque ſubiungit,& nulla alia poſſit opponi, vel aliis ſimilibus verbis vtatur, prout in caſu noſtro,
7 ſeruanda eſt diſpoſitio ſtatuti. † Idemque tradit Barto.in l.1.§.& parui,nu. quinto,ff.quod vi,aut clam. dicens quod vbi illæ aliæ exceptiones deſcendunt non ex eiſdem ſtatutis ciuitatis, ſed ex aliis partibus iuris, opponi non poſſunt: debemus enim inhærere verbis ſtatuti, quamquam duris,l.proſpexit, ff.qui & à quib. & cum Bartol.tranſit Alexand.conſil.93.Cla-
8 riſſ.Domine,colum.2,volum.4. † loquens in caſu fortiori,quando tales exceptiones excluſæ per ſtatutum poſſent in continenti probari, dum reprehendit Abbatem in capitulo,ſuſcitata, de in integ.reſtitut.tali caſu loquentem. Si enim tale ſtatutum intelligeretur,non habere locum vbi exceptiones poſſent in continenti probari,vtique nihil penitus operaretur, contra not.per Barto.in l.4.§.prætor ait,ff.de dam. infe.prout Alexand.concludit, & in alio ſtatuto ſimiliter arguit Marti.Garrat.conſi. 36.nume.3. Dominus meus Riminal.conſil. 101. nu
9 21. † Et licet idem Marian.in allegato conſi. 38.ſubiungat etiam dici poſſe, & intelligi ſtatutum, quòd nulla alia exceptio poſſit opponi, ſcilicet friuola,vel minor expreſſis, ſecus ſi maior, vel habens eandem rationem, iuxta not. per glo.& Barto.in d.§.& parui.tamen vltra ꝙ Bar.in ea ſententia non perſiſtit, ſed ad aliã diſtinctionem tranſit, vt per eum, dico quòd iſta cõſideratio Mariani ceſſat in hoc ſtatuto, quod vult nullam aliam etiam inepti libelli opponi
10 poſſe,† nam ex illa dictione,etiam,implicat friuolas exceptiones,tanquam minus dubias,iux. not.per Fulg.Alexand.Iaſ.Dec. D. meum Riminal.& alios,quos ibi cumulaui,in l.qui ſe patris,C.vnde lib.hæc enim exceptio inepti libelli non poteſt dici friuola,ſed magni ponderis, & momenti,cum reddat iudicium retro nullũ, quia demonſtrant retro actum fuiſſe ſine actione & legitimo modo agendi, glo.notab. in l.1. ff.ſi menſ.fal.mod.dix.in l.1.& ibi Cy.C.vt quæ deſ.aduoca.Ang.in l.1.ff.de offic.aſſ. & in l.vir bonus.ff.iud.ſol.Bal.in l.ſi libertus patronum. ff.iud.ſol.Iacob.de Puteo conſi.121.nume.74. primo tomo diuerſorum vltimarum volunta-
11 tum. † Et lata ſententia ſuper eo,dicitur ipſo iure nulla,condemnarique debet actor in expenſis, reſeruato ſibi iure melius agendi,c.examinata,cum ibi notat.de iudic.glo. Inſtitutio. de oblig.verbo,ſecundum iſtud.in fi.quam dicit ſingularem Bal.in l.actor.in fi.C.de reb.credi.& in l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iure.Alexan. conſi.147.& conſi.152.colum.2.conſil.187.viſo,colum.2.volum.6.Dec.conſil.62.colum. penulti.Vantius de nulli.ſent.ex defec. proc. nu. 22.vnde patet ex intentione ſtatuti, quòd præter expreſſas exceptiones,quas concedit,opponi poſſe, nulla alia friuola vel non, opponi poteſt ad impediendum proceſſum, ſed inter expreſſas, & permiſſas opponi non video hanc de periurio poſitam, ergo opponi non poteſt ad dictum finem. Nec dicatur immo illam includi ſub illis verbis, exceptio per
12 ſonæ illegitimæ, † nam periurus,perſona illegitima reputatur ad agendum in cauſa, in qua iurauit, & iuramento contrauenit iuxta nota. in d.l.ſi quis maior Roma.ſingul.391.in fi. Alexand.conſi.17.ponderatis,colum.1.volum.3.& conſi.76.colum.4.volum.5.Dec.in c. intelleximus,colum.penul.de iudic. & pulchrè Corn.
13 conſi.215.nume.5.volum.3. † Quia reſponderi poteſt, quòd cum ſtatutum generaliter loquens, non intelligatur diſponere in caſu iurato, nec ſuper materia iuramenti, iuxta not. per gl in c.cum non deceat, de elec.in 6.Alex. cõſi.17.in fi.uol.1 & cõſi.125.in fi.eo.vol.Rom. ſing.7.& cõſi.393.conſi.404.& conſi.436.ſicut & in cõſi.517.ante fi.& in l.ſi verò,§.de viro,limit.22.ff.ſol.ma.Felyn.in c.conſtitutus,col.penul. ver.conſidera tertio,& in c.nonnulli,n.25. de reſcri.Iaſ.in l.ſi mihi,§.fi. lect. 1.notab.3.ff. de leg.1.& latius in l.fi.nu.5.C.ſi cõtra ius. Bertr.cõſ.131.ante fi.cõſi.140.ante n.5.cõſi.375.ad fi.vol.1.priorum.Ioan. Staphil. ſuper Signatu. par.1.ſub tit.de vi & effect. clauſ.verſ.poſt dicta verba generalia,cum ſimilibus,quos allegat Petrus Rebuff.ſuper concord.in forma mand. a-
14 poſto. ver.iuramento. † & illam gloſſ. in dicto c.cum non deceat, teſtatur eſſe communiter receptam Curt.iun.in dicto conſi.98.nu.7. quem refert Horatius Mandoſius in apoſtil. ad Roma.in allegato conſi.394.ſub litera g. Deciſio Neapolita.5. & 11. nume. 13. meritò dici debet, vt illa verba, exceptio perſonæ illegitimæ, aliter intelligantur, quàm reſpectu periurii & ſic iuramenti non ſeruati, puta quia minor ſit, aut excommunicatus, qui dicuntur eſſe perſonæ illegitimæ ad agendum, vt de minore habetur Inſtitutio.de cura.in principio. ibi,præterquàm in litem. & de excommunicato in capitulo,intelleximus, & ibi Dec.nume.6. poſt
15 Butri.Abb.& cæteros, de iudic. † Secundò poſito ſine ueri præiudicio, quòd exceptio periurii comprehenderetur ſub expreſſis in dicto ſtatuto, nihilominus adhuc dici poſſet eã non obſtare ad impediendum proceſſum hac particulari ratione, quoniam per idem ſtatutum cauetur, quòd tales exceptiones probãtur infra biduum à die habitæ vel oblatæ copiæ libelli numerandum, aliàs quòd vltra probari non poſſint ad dictum finem. quod nequaquam fecit Gardus infra dictum tempus, meritò nunc audiri non debet, opponendo, uel probare uolens hanc exceptionem periurii Comitis Ioan.Pauli, ut eum ab
16 agendo remoueat. † quia quando in ſtatuto fuit aſſignatum certum tẽpus determinatũ, pu-

ta a talibus calendis in tale tempus, tempus
certo modo determinatum alterius temporis
functionē nō recipit, l. vſusfructus mihi in biē
nium, ff. de vſufr. leg. Bal. in c. licet, colum. 1. de
ſupple. negli. præl. Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio,
17 colum. 2. C. de prec. imper. offer. † hinc idem
Bal. in auth. at qui ſemel, colum. 4. verſic. quæ-
ro. C. quomodo & quando iud. inquit, quod
vbi ſtatuta ſunt certa tempora, nihil his addi,
vel detrahi poteſt, & ipſe Bal. in l. 1. quæſt. 9. C.
de inſti. & ſubſti. ſcribit, quòd vbi tempus eſt
præciſum, differri nō poteſt. ſequitur Natta cō-
ſi. 485. num. 6. vnde videmus (quod eſt fortius)
ſi lex aut ſtatutum præfigit certum tempus ad
inquirendum, poſt illud ius perit in proceden-
do de illo crimine. l. commiſſa, & ibi glo. & Do
cto. C. de adulte. l. vnica. C. vt omn. iud. Dec. in
c. at ſi clerici, nu. 5. de iudic. Bero. conſi. 162. n.
18 5. vol. 3. Rol. à Valle conſ. 94. nu. 11. vol. 3. † Et
cum ſtatutum noſtrum ſupra relatum lapſo bi-
duo dicat amplius non poſſe proceſſum impe-
diri, nulla ſubeſt diſputatio, quia caſum clarū
eius habemus, l. ancillæ, C. de furt. cum vulga-
ribus, & vbi verba clara ſunt & non ambigua,
ibi non eſt admittenda quæſtio voluntatis, l. il-
le, aut ille, §. cum in verbis, l. non aliter, ff. de le
ga. 3. quia in claris non eſt hæſitandum, l. con-
tinuus, §. cum quis. ff. de verbo. obliga nam ni-
mium velle ſubtilizare, vbi res eſt clara, nihil a
liud eſt, quàm pernicioſè errare, vt inquit Bal.
in l. precibus. C. de impub. & al. ſubſt. Rolan. à
19 Valle. conſi. 55. nu. 7. volu. 1. † & tali caſu quo
verba ſtatuti ſunt clara, non eſt ab eius verbis
vllatenus recedendum. Bar. in l. quod conſtitu
tum, ff. de teſtam. milita. & in l. omnes popu-
li, colum. 10. verſic. ſed an econtra, ff. de iuſtit. &
iur. Dec. conſi. 334. nume. 3. & conſil. 503. num.
20 4. Senat. Pedemont. deciſ. 59. num. 14. † Tertia
ſuccedit ratio, propter quam talis exceptio nō
poteſt impedire proceſſum, quoniam cùm pro
miſerit Illuſt. Comes Ioan. Paulus Gardo ſatiſ
facere ſuis creditoribus, & illum ſuoſque hære
des indēnes conſeruare, debuit Gardus iunior
conuentus ab uno creditore denunciare Co-
miti Io. Paulo litem ſibi fuiſſe motam, eumque
interpellare ad ipſum defendendum, & conſer
uandum indemnem, dato quòd ſciret ipſe Co-
mes talem litem motam fuiſſe dicto Gardo. nō
enim requirebatur iſta denunciatio ad iſtum fi
nem ſimpliciter, vt Comes ſciret, ſed vt faceret
aliquid de nouo, hoc eſt vt defenderet Gardū,
& tum indemnem conſeruaret, meritò formali-
ter ſibi debuit fieri denunciatio. ita voluit Bar.
in l. denunciaſſe, in principio, ff. de adulte. in
in l. 2. §. voluntate, ff. ſoluto matrimonio, & in
l. non ſolum, §. morte. ff. de oper. no. nunc. Bar-
tol. Bald. & Ange. in l. qui abſentem. ff. de pro
cura. Specul. & Ioan. Andr. in titulo de empt.
& vendi. §. fina ad finem. Ioan. Andr. & Abb.
in capitulo fina. de empt. & vendi. cum ſimili-
bus per Dec. conſil. 74. colum. ſecunda, Soc. iu.
conſi. 4. in fine, volum. ſecundo. Angel. Caſtr.
& Iaſ. in l. in executione. §. inſolidum. ff. de ver

borum obligatio. Felyn. in c. cum M. Ferrar.
de conſtitutio. nume. 65. & poſt eum Ripa nū-
me. 166. Alexand. conſi. 191. nume. 8. volum. 6.
Bald. conſil. 279. volum. tertio. Caſtr. conſilio
308. uolum. primo, colum. penul. Capella Tho
loſa. quæſtio. 407. & Aufrer. in addit. poſt eum,
Corn. conſilio 6. numero 4. & conſil. 131. uolu-
mi. 2. Ioan. de Amic. conſil. 145. nume. 6. Curt.
iun. conſi. 104. nume. 1. Natta conſi. 18. nume. 5.
Franciſ. Marci deciſio. 581. nume. 9. Do. meus
Riminald. conſ. 147. nume. 3. uolum. 1. conſilio
205. nume. 1. & conſi. 274. uolum. 2. Bellon. con
ſil. 50. in ſecundo dubio. Alciat. reſpon. 404. &
in l. deteſtatio, ff. de uerborum ſignificatio. Pe
trus Rebuff. in titulo de dilati. artic. quinto. gl.
uni. nume 27. Didac. uariar. reſolut. lib. 3. cap.
17. illatiōne 1. Viuius libro primo, commun. o-
pinio. nume. 434. quos omnes citat Gaſpar Ca
21 ballinus in tracta. de euicti. §. 3. nume. 4. † ex
quibus in propoſito noſtro dicitur, quòd cum
talis denunciatio, & interpellatio facta non fue
rit dicto Comiti quoquomodo, non dicitur ad
aliquid obligatus fuiſſe: tenebatur enim ſub
hac conditione, ſi ſibi denunciaretur, & inter-
pellaretur, quæ conditio priuſquam fuerit pu
rificata, facit obligationem non habere locum.
22 l. cedere diem, ff. de uerborum ſignifica. † con-
ditio namque prius eſt purificanda, quàm cōn
ditionatum exequatur, l. ſi quis ſub conditio-
ne dandorum decem, ff. ſi quis omiſ. cauſa. l. is
damnum, §. quod pendet, ff. de reg. iur. ubi Do
cto. maximè Cagnol. Dec. in l. 2. nume. 20. C.
de edend. & omnes in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter,
ff. de uerborum obligatio. & prius impleri de-
bet ac probari, quàm quis agere poſſit ex di-
ſpoſitione conditionali, l. Thais ancilla, ff. de fi-
deicommiſſ. libe. l. legata ſub conditione, ff. de
condi. & demonſtra. l. legatum, C. de cond. in-
ſer. igitur ante dictam denunciationem & in-
terpellationem dictus Comes non dicitur fuiſ
23 ſe periurus, uelut ad nihil obligatus. † Bene ue
rum eſt, quòd inter alias ſolet una limitatio da
ri, ſecundum quam non eſt denunciatio, nec in
terpellatio neceſſaria, ſtante iuramento, prout
in caſu noſtro, ut uoluit Alexand. in l. 2. §. uo-
luntatem, ff. ſoluto matrimonio, num. 16. Dec.
in dicta l. quod te, nume. 11. & in repetitio. nu-
me. 43. & idem Alexand. conſil. 126. uolum. pri
mo, Rube. conſil. 252. in fi. cum ſimilibus cu-
mulatis per illum Gaſparem in dicto tractatu
24 de euicti. §. 3. n. 46. † Sed illa concluſio pericu
loſa eſt, & contrarium tenet Alexand. ſibi
contrarius in dicta l. quod te, nume. 8. & Al-
ciat. in uer. deberes. Gomeſ. in §. item, ſi quis
poſtulante, nume. 10. Inſtitutio. de actio. Io-
annes Lupus in capitulo, per ueſtras. in fine
de dona. inter ui. & vxo. Petrus Rebuff. in ti-
tulo de dilat. articulo quinto, glo. unica, num.
36. ubi teſtatur opinionem prædictam in pra-
xi non ſeruari, & contrariam probat Baueri. in
tractatu de mora, parte 2. numero 21. Plauti.
in d. l. quod te, libro 4. nu. 24. & Cagnol. nu. 94.
demumque defendit ille Gaſpar loco citato,
num.

nu.54.& licet ita ſimpliciter non auderem contra illam opi.uelut communem tenere, prout teſtatur Dec.in d.l. quod te.tamen ignorantia ſtante in d. Comite, ceſſat omnis difficultas, quia Doctores loquuntur præſuppoſita ſcientia litis motæ, unde concluditur ad ulteriora procedendum.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## In cauſa cameræ fiſcalis Illuſtr. Comitis Pulinagi.

### ARGVMENTVM.

De inquiſito, indebitè torto, quia non præcedētibus legitimis indiciis.

### SVMMARIVM.

1 *Negatiua præpoſita uerbo poteſt, tollit omnem poteſtatem.*
2 *Et magis deſtruit, quàm affirmatiua affirmet. 2.*
3 *Indefinita hominis non æquipollet uniuerſali, ſi ſit affirmatiua, ſecus ſi negatiua.*
4 *Inimicitia ſola, non eſt indicium ſufficiens ad torturam.*
*Et eſt magis communis opi. 6.*
*Siue inimicitia ſit leuis, ſiue capitalis. 7.*
5 *Indiciū unū remotū à facto non ſufficit ad torturā.*
8 *Fama non probatur ex inquiſitione dicente, quòd fama publica &c.*
9 *Fama non probatur per teſtes dicentes, non recordari à quibus audiuerint.*
*Et eſt magis communis opi. 10.*
11 *Inimicitia non conſideratur ſecuta pace, non de recenti.*
*Sed iamdudum. 12.*
*Et conuerſando, comedendo, bibendo, & ſimilia faciendo. 13.*
14 *Animus uerbis & factis deprehenditur.*
15 *Extrinſeca probant interiora.*
16 *Inimicitia præſumitur ceſſare ſecuta confeſſione, & abſolutione ſacerdotis & ſacramento altaris ſumpto.*
*Vel præſtita cautione de non offendendo. 17.*
18 *Indicium ex colloquio præambulo præſumitur.*
*Sed an ad torturam ſufficiat. 26. 28.*
19 *Indiciis pluribus cōcurrentibus ſurgit unum indubitatum.*
20 *Iudices cauere debent ne quem torqueāt, indebitè.*
*Ne capite puniantur.*
*Aut extra ordinem.*
21 *Rex auctoritate ſua non poteſt mandare quem torqueri ſine indiciis.*
22 *Indicia quæ dicantur ſufficientia ad torturam, ſtatur arbitrio iudicis.*
*Et in hoc omnes concordant. 23.*
*Et arbitrium iudicis debet eſſe iuri, atque æquitati conſonum. 24.*
25 *Indicia quælibet ad torquendum non ſufficiunt.*
26 *Mandatum ad homicidium, non præſumitur ex illis uerbis, da da ai traditore. 27.*
28 *Colloquium dicitur indicium leue, & à remotis.*
29 *Inditia debent eſſe conformia cum iure communi, & ab eo approbata.*
30 *Iudex habens liberum arbitrium, torquere non poteſt ſine indiciis legitimis.*
31 *Bar. in l. ſi uentri. §. ſi. ff de priui. credi declaratur.*
32 *Indicium nunquid ſurgat ex pecunia prius data interfectori.*
33 *Præcedentia magis inferunt ad declarationem ſequentium, quàm econtra.*
34 *Interpretatio fieri debet in dubio, quæ caret delicto*
35 *Amicitia præſumitur in dubio.*
36 *Præſumptio non fit de non uerisſimili.*
37 *Indicia debent eſſe uerisſimilia.*
38 *Homines quid natura deceat.*
39 *Indicium quid ſit.*
40 *Præmeditatio non præſumitur.*
41 *Confeſſio in fauorem rei debet interpretari.*
42 *Animus præſumitur qualis ex armis & loco percuſſionis.*
43 *Fama dicitur indicium ſufficiens ad torturam, ſecundum aliquos.*
*Sed contra ſecundum communem 44.*
*Et ita iudices ſeruant. 45.*
46 *Fama res fragilis, & fallax qua ratione.*
*Et quid ſit ex Quintiliano. 47.*
48 *Comparitio ſpontanea rei, & conſtitutio in carceribus, eſt ſignum innocentiæ.*
*Etiam ſi citatio præceſſit 49.*
50 *Innocentia confidens non quærit ſubterfugia.*
51 *Tortura inferri non poteſt non præcedentibus legitimis indiciis.*
*Nec ab ea inchoandum. 52.*
*Etiam in maioribus, & atrociſſimis delictis.*
*Vt læſæ maieſtatis. 53.*
54 *Confeſſiones poſt torturā indebitè datam ſunt nullæ, licet expreſſè ratificatæ.*
*Secundum communem. 55.*
*Et in hoc Paris de Put. declaratur. 56.*
56 *Tortus modicè non reputatur tortus.*
57 *Senes ſeptuagenarii non torquentur.*
58 *Proceſſus corruit factus non præcedentibus legitimis indiciis.*
59 *Indiciorum copia reo prius dāda, ſi petatur, quàm ad torturam deueniatur.*
*Et eſt communis opinio. 60.*
61 *Statutum habens clauſulam derogatoriam, quid referat.*
62 *Clauſula derogatoria poteſtatis & uoluntatis differt.*
*Et ſecus ualet ratione, de qua per auctorem. 63.*
64 *Clauſula derogatoria ad ſequentia quomodo tollatur. 65. 66.*
*Nec ſufficit generalis ad eam tollendam 67.*
68 *Statutum an trahatur ad præterita & pendentia. 69.*
70 *Tempus unum non recipit determinationem alterius temporis.*

## CONSILIVM LXXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CIRCA nullitatē proceſſus forma-
mati,& ſentētiæ latæ contra Chri
ſtophorum de Corbella per Do.
Poteſtatem Pullinagi,ad condē-
nationem capitis & publicatio-
nem bonorum applicandorum cameræ fiſcali,
Illuſt.Comitis dicti loci,multa mihi cōtingunt
ad tutelam dicti rei, quibus verificabitur text.
in l.aduocati.C.de aduo.diuerſ. iudici.dicens
[militant namque patroni cauſarum, qui glo-
rioſę vocis confiſi munimine laborantium ſpē,
vitam & poſteros defendunt] de quibus ponit
Cagnol.in l.2.§.poſt originem,col.pen. & fi.ff.
de orig.iur.Et in primis conſidero ſtatutum lo
ci diſponens,quòd poteſtas non poſſit aliquem
ſubiicere tormentis,niſi præcedant inditia ſuf-
1 ficientia ad ſubiiciendum tormentis : † quæ
verba,non poſſit,auferunt omnem poteſtatem
ſecus torquendi,vt propriè not.Bar. in ſtatuto
loquens,in l.cum lex,col.2.ff.de fideiuſſ.no.in
l.Gallus,in prin.per Bar.& ſequaces,ff.de libe.
& poſth.& in l.1.in prin.ff.de verb.obl.vbi repe
2 tentes inſiſtunt. † Hinc dicitur quòd negati-
ua magis deſtruit,quàm ponit affirmatiua, glo.
in l.hoc genus,ff.de condit. & dem. & patet ad
ſenſum,ſecundum Imol.ibi,quia ſi dico,Titius
eſt artifex , ſufficit ꝙ in vna ſpecie ſit artifex; ſi
aūt dico,Titius non eſt artifex , nego omnem
3 ſpeciem artificii. † hinc & Fulg. in l. iuriſgen-
tium.§.ſed ſi fraudandi,ff.de pact.dicit quòd li
cet regulariter indefinita hominis non æqui-
polleat vniuerſali de proprietate ſermonis, l.ſi
ſeruitus,ff.de ſer.vrba.præd.tamen vbi profer-
tur negatiuè , æquipollet propriè vniuerſali .
vnde iſta propoſitio,nullus faciat , æquipollet
iſti,nullus quicunque ſit,faciat.refert & ſequi-
tur Fel.in c.2.in fi.de tre.& pace. Domi.in c.vt
circa,de elect.in 6.Natta conſi.66. in fi. & con-
ſi.481.nu.15.videndum eſt igitur nunquid ante
torturam illatam dicto Chriſtophoro præceſſe
rint inditia ſufficientia ad ſubiiciendum ipſum
tormentis.Et reſolutè procedendo dicendum
4 eſt indubitanter, quòd nequaquàm. † Primò
namque inimicitia,quæ allegatur præceſſiſſe in
ter dictum Chriſtophorum & Mazzonum occi
ſum , eo quòd aliàs Mazzonus Chriſtophoro
partem naſi dentibus extirpauit, ſola de per ſe
non eſt ſufficiens indicium ad torturam , niſi
etiam concurrat fama.ita voluit Gandin.in tra
cta.de malefi.ſub rubrica de præſump. & indic.
indub.Iacob.de Beluiſ.in §.ſi verò,in Auth.de
exhib.re.Imol.in l.fi.colum.pen.ff.de hær.inſti.
Auguſti.de Arimi.in trac.de maleſ. Angeli,gl.
5 fama publica.9.addi.nu. 29.& in addi.30. † mo-
ti ea ratione,quia ubi indicium eſt remotum à
facto,vt eſt inimicitia, vtique non ſufficit vnū
inditium ad torturam,ſed plura requiruntur ,
ſecundū Bar.& oēs,in l.fi. ff.de quæſt.ſequitur
Boſſi.in tit.de indic.nu.71.& ideo cōcludit Au
guſt. ꝙ nunquā poneret aliquē ad torturā ꝑ
ſolam inimicitiā,niſi & alia indicia concurrāt.
& hanc opinionem præter prædictos latè con-
firmat Marſ.in l.1.§.præterea,nume.56.cum ſe
quent.ff.de quæſt.& in practi.crimi. §.diligen-
ter.nu.70.cum ſequen.conſi.72.nu.8.Grammi.
conſi.3.col.fi.uoto 30.nu.20.& uoto 34.colum.
2.poſt Bald.in c.literas,de præſump. † Et dicit
6 hanc eſſe commu. quam ſequitur , & ſic etiam
teſtatur Carrer.in practi.crimi.in prin.nu.118.
poſt Parid.de Put.& Afflictum,quos citat Plo-
tus in l.ſi quando,num. 880. C.unde ui.ſicque
practicatur,vt inquit Boſſi.in titu. de indic.nu.
7 47. † & hanc dicit eſſe commu. Anto.Gomeſ.
in cap.13.delictorum , num.11.ſiue inimicitia
ſit leuis,ſiue capitalis. ſequitur Iuli.Clarus lib.
5.ſententiarum,§.fi.quæſtio.21.verbo,inimici-
tia.& cum prædictis etiam concordat , & teſta-
tur eſſe magis communem Ant.Galeatius Mal
uaticenſis conſi. 10.nume.26.primo tomo cri-
8 minalium. † at in caſu noſtro fama non con-
currit, ueluti minimè probata : nam licet in
inquiſitione dicatur(prout communiter in Ita
lia fieri ſolet) fama publica præcedente, tamē
per talia uerba non probatur fama , nec ſuffi-
ciunt ad eſſentiam famæ, niſi aliter probetur,
vt ſingulariter dixit Fulgo.conſi.107.colum.2.
conſi.136.colum 6.Signorol.de Homode.con
ſilio 156.colum.2.conſi.170.colum.2.& conſi.
289.col.fi. Dec.conſ.256.col.pe. Marſ.in prac.
crimi.§.conſtante,nu.16.& conſi.104.nu.1.con
ſi.122.nume.20.& Rolan.à Valle.conſi.45. nu.
24.volu.1. † Sed nec per duos teſtes legitimè
9 fama probatur,cum interrogati à quo, uel qui
bus audiuerint publicè teneri in dicto loco, ꝙ
hic Chriſtophorus habuerit intentionem , &
culpam in homicidio,de quo agitur , reſpōdēt
non recordari: quo ſtante non ualet eorum te-
ſtimonium,ut tradit in terminis Bar.in l.de mi
nore.§.plurimum,nume.23.ff. de quæſt. debēt
enim teſtes aliquos nominare,poſteaque ſubii
cere,& audiui à pluribus aliis, de quibus non
recordor ad præſens,cum memoria ſit labilis,
nam cum fama debeat originem habere ab ho-
neſtis perſonis , iudex ſcire non poſſet , an
habuerit originem à talibus , niſi aliquis no-
minaretur , meritò non ſufficit nemine no-
minato dicere,non recordor , ſecundum Bar.
ibi,quem plenius ſequitur Alexand.in apoſtil.
& Marſ.nume.49.Dec.conſi.57.colum.ſecun-
da , latè Grammat.uoto 34.num.14.& opinio-
nem Bartoli poſuit eo prior Innocen.in c.qua
liter & quando,nume.primo,de accuſa. quem
ſequuntur communiter doctores ubique, ut
teſtatur Alex.conſi.100. poſt nu.4.uolu.primo.
10 † Et ut dicit Aret.in c.cum oporteat,poſt nu.
68.uerſi.communiter tamen de accuſa. hæc eſt
magis cōis opi.quæ ſeruatur in practica.ſequiť
Clarus in d.§.fi.q.6.verſi.ſed quoniam. verbo,
amplius,& plura requiruntᷣ ad probationem fa
mæ,de quibus Petrus Follerius in pract.crimi.
pri.

pri.par.2.partis.titu.dentur capitula nume. 28. & D.Anto.Galeat. Maluati.conſi. 110.nu.18. primo tomo criminal. meritò cum in caſu noſtro fama non ſit legitimè probata,non poteſt dici quòd concurrat cum inimicitia,vt ſic ex ipſa inimicitia potuerit ad torturā deueniri, prout in terminis arguit & declarat Marſil. conſil.
11 72.nume.7. † Præterea debet aduerti, quod ſuper hac inimicitia fundamentum fieri nō potuit ad torturam,quoniam ſecuta fuit bona pax inter Chriſtophorum & Mazzonum, vt deponunt teſtes,nec reconciliatio facta reperitur de recenti,& nudius tertius, vt alibi dicit Innoc. in dicto c.cum oporteat. per quam non tollitur effectus inimicitiæ,vt plenè ponit Marſil.in l.1. §.prætereà.ff.de quæſt.Gramma.conſi. 44. Carrer.in pract.cri.ſuper. l. obſeruare curabis. ſub
12 nume.118. † ſed iamdudum priuſquam Mazzonus fuerit occiſus,quo ſtante præſumitur ob liuio,nullaſque reliquias inimicitiæ extare, vel ſupereſſe,vt tradit Bal.in Marga.ſua, ver.teſtis inimicus.ſequitur Marſ.in d.§.præterea. nu.5. Gramma.voto 30.nu.18. Carrer.loco citato.& Petrus Folleri.in pract.cri.rub. recipiantur defenſiones reorum,poſt Iacob.de Beluiſ.in prac. cri.tit.de iniur.verbo,quòd dictus reus. colum. ſi.Blanc.in l.ſi.nu.161.ff.de quæſti.& Iacob. Nouell.in ſua pract.ſeu tract.de defenſ. nume. 44.
13 † quotiens enim offenſus viſus eſt cum offendente conuerſari,comedendo,bibendo, ridendo,& alia faciendo,ſolita inter amicos, nec poſtea viſus fuit,aut auditum reuocare ad animū, tollitur inditium inimicitiæ . ex quibus ceſſat vnum,quod concludit Clarus in d. §.ſi. quæſt. 24.ver.ſed quid ſi ſecuta , dicens quòd ſi ſemel quis fuit inimicus capitalis,etiam poſt mille reconciliationes,nunquam poteſt dici teſtis integer:nam ſecus puto prædictis concurrentibus, videlicet mutua conuerſatione , cæteriſque factis inter eos amicabilibus , quibus inimicitiæ rancor præſumitur abolitus,& animus ab ea pe
14 nitus expurgatus. † animus enim probatur præſumptione verbi vel facti,cum talis eſſe præſumatur,qualia ſunt uerba vel facta. l. is qui.§. diuus.ff.de tut.& cur.l.Labeo.ff.de ſup.leg.l.reprehendenda.C.de inſt.& ſubſt.& l. t. §. diuus. & ibi Bar.ff. de ſica. vnde Bar.in dicto §.diuus. prius adducto, dicit quòd quandocumque de aliqua animi qualitate quæritur, teſtis debet teſtificari per actus exteriores,quos uiditnam ex qualitate facti animum facientis metimur. l. 1. ff.de pet. hære.l.ſi tamen,§.ei qui ſeruum , ff.de ædil.edic. vbi vendens ſeruum uinctum, non tenetur ędilitio edicto.multo enim amplius eſt id facere, quàm pronunciare in vinculis fuiſſe,
15 † nam per extrinſeca probantur intrinſeca.l. ſi.circa finem.ff.de diuor.l.quidam in ſuo.ff.de cond.inſti.§.ceruos.Inſt.de rer.diui.vnde Cynus in l.ſi.C.de ſicar.dicit quòd extrinſecus actus probat animū intrinſecum, quod per plura confirmat Gandi.in tit.de præſump. tract.de malef col.ſi.& ex alijs Blanc.in tracta.de indic. nu.58.cum ſequ.demumque Lauren.Kirchoff. conſi. 21. nu. 4. primo tomo diuerſorum Germaniæ.
16 † Addo quoque, quòd cum Chriſtophorus,poſt offenſam receptam a Mazzono cōfeſſus & abſolutus fuerit, ac ſacramentum Euchariſtiæ receperit a ſacerdote ſingulis annis, præſumitur remiſſa inimicitia, & omne odium ceſſare taliter,quòd amplius aduerſus eum indicium reſultare non poteſt ea de cauſa, per ea quæ voluit Bar.In l.non ſolum,§.1. ff.de iniur. & tradunt Iaſ.& alij in l.ſi tibi.§.1.ff.de pact.ſicque arguit in terminis Anton.Galear.Maluati.
17 in alleg.conſi.110.nume.29. † vbi paulo ſupra ponit & aliud caſui noſtro quoque conueniēs, quòd quando fuit præſtita idonea cautio de nō offendendo,vt hic tempore pacis celebratæ inter Chriſtophorum & Mazzonum,licèt poſtea fuerit occiſus,ceſſat præſumptio inimicitiæ propter ſecuritatem præſtitam.adducit Guilielmū de Cun.in trac.de ſecuri.poſito in §.ſed neque, in Auth.de mād.prin.de quo meminit Bertach. verbo,indicium,nu.50 ceſſat igitur hoc primū indicium inimicitiæ,quod adducebatur aduerſus dictum Chriſtophorum:quare tranſitum faciemus ad alia ſigillatim , quæ proponuntur.
18 † Secūdum igitur adducitur indicium, quod elicitur ex confeſſione ipſius Chriſtophori,qui confitetur miſiſſe quendam ad uocandum Blaſium,vnum ex interfectoribus dicti Mazzoni, vt ad eū veniret,& cum eo locutus eſt.hinc colligitur mandatum,ſiue quòd conſcius fuerit & particeps de tali homicidio ſecuto,iuxt.doctri. Bartoli in l.ſi ventri.§.ſi.ff.de priui.cred. de domino ſecreto loquente in aure famuli, nam ſecuto homicidio per dictum famulum præſumitur dominum id mandaſſe.Idemque Bald.in l. multum intereſt. C.ſi quis alte: vel ſibi. & in l. 1.col.3.ver.& ille dicitur.C.de ſer.fug.Guid.de Suzar.in trac.de iudic.ſiue Ludouic. in eius ad
19 di.nu.41. † Tantoque magis accedente veteri inimicitia inter dictum Chriſtophorum & Mazzonum,nam ex pluribus indicijs concurrentibus ſurgit vnum indubitatum, nedum ſufficiēs ad torturam , ſed etiam ad condemnationem, vt per exempla docet Guid. de Suzar. in dicto tract. de indic.nu.100.& poſt eum Ludou. poſt Bal.in l.ſi.C.de prob.& in l. neque natales. eo.
20 tit.cum ſimilibus,vt per eum. † Ego uerò ſuper hoc indicio colloquii , diligentius conſiderando,puto fundamentum fieri non potuiſſe, nec debuiſſe ad torturam: iudices enim Deum timentes debent ſemper præ oculis habere , ne quem iniuſtè tormentis ſubijcant,vt neque ipſi in ſindicatu teneantur, & vel capite puniendi ſint,ut per D.meum Rimi. & in addit. ibi dixi conſi.6. nu.18. Marſ. qui communem reſtatur, in l.quæſtionis modum,nume.73. ff. de quæſti. in l.1.§.præteretà.num.7.ff.ad l. Cor.de ſic. & in pract.cri.§.expedita.nume.87.in ſi. Sapia in l.1. in prin. nu.7.ff.quod quis.iur. Crot. in trac.de teſti.ſiue in eius addi.verbo,modica. poſt num. 96.Boſſi.in titu.de tortu. nume.31. Petr. Caleſ. conſi.93.in ſi.& conſi.ſequenti, nume.4. vol.2. criminalium, vel extra ordinem,ſecundum opi nionem

nionem Iulii Clari in pract.cri.§.fi.q.64. col.1.

21 † hinc vt ille ſubdit,& refert,verſic.dixi quoque, Afflictus ſemel reſpondit Regi Federico cū interroganti, quòd neque etiam de auctoritate Regia mandare non poterat hominem torqueri,contra quem non extarent indicia ſufficientia,& de illo meminit Gramma. voto 32. nume. 9. ponitq́ue dictus Afflictus poſt Andr. de Iſern. in conſtit. proſequentes. nume. 34.

22 † Quæ nam verò dicantur indicia ſufficientia ad torturam certa doctrina dari non poteſt propter uarietatem negociorum & perſonarū, ſed remittitur arbitrio iudicis.ita Bar.in l.fi.ou me.5.ff.de quæſt.Bald.in l.2.nume.5. C.quor. app.Alex.conſi.63.in fi.vol.1. Dec. conſi. 363. in princ.Guid.de Suzaria in tract.de indic.nu. 30.Clau.de Bataudier in prac.crim.Reg. 28.in princ.Simancas.in tracta. de hæreti.cap. 63.nume.8. Brun. in tract. de indic.fol. 21. nume. 1.

23 † Et in hoc omnes cócordant, vt inquit Cor. conſi.101.& conſil.198.volum. 2.ſicq́ue dicunt omnes doctores,vt refert Sal.in l. fi. nu.7.C.de quæſt.& Ant.de Canar.de quæſt.in 2.membr. nu.8.hancq́ue dicit eſſe communem opi. Ioan. de Amic.conſi.134.nume. 2.& ita tenent communiter Doctores, ſecundum Bald. conſi. 95. nu.6.vol.1.& in hoc conueniunt omnes doctorum ſententiæ, vt refert Iodoc. in practi. ſua cap. 36.num.11.ſicque concludit Clarus loco ci-
24 tato, † & cum prædictis concordat Iulius Scarlatinus conſi.106.tomo 2. crimi.nume.37.ſubdens quod tale iudicis arbitrium debet eſſe iuri atque æquitati conſonum,poſt Marſ.in l.quæſtionis modum.nume.68.ff.de quæſt.alias ſi ex ceruice ſua procederet, non valeret quod ageret,vt declarat Rom.conſi.376. col.4.& in apoſtill. Horatius Mandoſ. in litera c.& prior co Bald.in diſpu.ſua.ſtatuto cauetur, quòd fœnerator.colum.fi.Marſ.conſi.38.nume.15. conſil. 15.nume.17.conſi.24.nume.11.& conſi. 63.nu. 16.Follerius in prac.cri.2.par.2.partis,tit.dētur capitula,nu.25.idemq́ue ponit D. Laurentius ab Occa conciuis meus, conſi.60. nume. 8. to-
25 mo 1.criminal. † Ideo dici ſolet quòd ad torquendum quælibet indicia non ſufficiunt, ſed tunc torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt, & indicia præceſſerunt veriſimilia, talia quòd ſola torquendi confeſſio deeſſe videatur, vt dicit Gand.in tract. de indic.col. 1. verſ. tertium notāb.ſequitur Ioa.de Amic.conſi. 127. nu.27.& excellens ac eminentis Doctrinæ iureconſ. D. Bartolomæus Bertazollus,vti mihi frater honorandus,conſi.70.nu.26.tomo ſecundo crimina-
26 lium. † At in propoſito noſtro, quòd Chriſtophorus miſerit ad vocandum Blaſium, & cum eo fuerit locutus,non eſt indicium ſufficiens ad torturam ſecundum rectum iudicis arbitrium; ſtantibus prædictis,& vltra,doctrina Baldi,conſi.419.verba inquiſitionis,volum.3.vbi dicit ex illis verbis, *da da al traditore*. & inde ſecuto homicidio per medium alterius non probari mandatum ad homicidium committendum, nec ad vulnus inferendum,ex quo ſequi poſſet homicidium,quia dicta verba generalia ſunt & obſcura,& intelligi debent in minorem partem,nam dari poteſt cum pugno & cū haſta, vt ibi latius per eum,quem refert & ſequitur Marſil. conſil.
27 88.col.1.& conſi.101.num.13. † quibus addi poteſt Ang.in l.cum cognitionaliter.C.de quæſti.Io.de Amic.cóſ.134.in prin.Carrer.in prac. cri.in prin.nu.107.col.2.& Angelus de Vbald. conſi.74.nu.4.vol.2.criminal. vnde ſi verba palam & alta voce prolata recipiūtur in benigniorē partem ad excludendum commiſſionem delicti per alium perpetrati, multo magis in caſu noſtro,cum quis vocari poſſit,& cum eo ſermo ſecretus haberi multis de cauſis citra materiam
28 delicti. † Accedit quòd colloquium dicitur eſſe leuiſſimum indicium, ſatiſq́ue remotum, vt ſpecialiter tradit Bald.in l.nō hoc,in fi. C.vnde leg.quem ſequitur Ioa.de Amic.conſi. 134.nume.4.at indicia quæ ſunt a remotis nō ſufficiūt ad torturā ſine alijs indiciis,vt per Bar. & alios in d.l.fi.ff.de quæſt.Saly.in l. fi. C.eo. Brun. in tract.de indic.nu.43.nec ad iſtud indicium colloquij ſufficit coniunctio inimicitiæ, de qua ſupra, ſtante quòd abolita fuit ex lōgo tempore, reconciliatione pacis,& fideiuſſione de nō offendendo ſecutis,ita quòd ex ea nullum indicium deprehendi poteſt,velut a iure non approbatū
29 ſtantibus qualitatibus prædictis: † indicia namque vt locum habeant, debent eſſe cóformia cū diſpoſitione iuris,& a iure approbata, vt voluit Bal.in quæſt.ſtatuto cauetur.Roma. conſi.386. Alex.conſi.117.volum.2. Fely. in c. ſignificaſti, primo.colum.fi.de homic.Marſi.in pract. crim. §.diligenter.colum. 1. & 5. conſi. 8.col. 5.cōſil. 14.& ſequen.in fi.conſi.18.in fi.conſi.20.& alibi per Carrer. in prac.ſua in princ. nu.107. col.3.

30 † quod extēdit poſt Gramma. voto 30.locum habere etiam in habēte arbitrium: nam nō torquet ſine indiciis legitimis & a iure approbatis. Sed vlterius ceſſat omnis difficultas huius colloquii,quia Chriſtophorus miſit vocatum Blaſium eius debitorem de certa quantitate pecuniarum,vt eas ab eo conſequeretur: licet enim Blaſius cōmiſiſſet cuidam Nereo ſuo debitori, quòd ſatisfaceret Chriſtophoro, quia tamē He reus id in totum non fecerat,Chriſtophorus ea de cauſa locutus fuit Blaſiū, vt teſtes deponūt, & ob id impertinēs eſt indicium inimicitiæ præ-
31 dictæ. † Et hinc ceſſat doctrina Bartoli in dicta l. ſi uentri.§.fi.ff.de priuil. cred. Baldi in l.1. C.de ſeru.fug.cum ſimilibus, de quibus ſupra, nam loquuntur in dubio, quando neſcitur,nec imaginari poteſt quid dominus ſeruo dixerit & vltra quando incontinenti ſecutum fuit homicidium,& aderat inimicitia inter loquentem & occiſum,quæ hic ceſſant. ſicque plenius declarat illas doctrinas Carrer.in prac.cri.in prin-
32 cip.num.134. † Venio nunc ad aliud indiciū, quod tertio loco proponit curia contra dictum Chriſtophorum de uno ſcuto aureo,quem fatetur mutuaſſe Blaſio prædicto, nam præſumitur cum illi dediſſe non mutuo,ſed ad hunc effectū ut Marzonum necaret, cum Blaſius non eſſet

amicus

amicus Chriſtophori, & ſic ei ueriſimiliter non eſſet mutuandum. Sicut enim uidemus quòd ſi poſt delictum cõmiſſum quis ſcienter receptauerit malefactorem in domo ſua, nulla ſecum affinitate coniunctum, præſumitur aduerſus eũ, & indicium ſurgit, quòd mandauerit, aut aliter conſcius fuerit delicti commiſſi priuſquam com mitteretur, ut uoluit Bald. in l. fi. ff. de offi. proc. Gand. in rubr. de præſum. nu. 12. uerſi. ponitur & nonum. Bonifac. de Vital. in rubr. de indic. Mar. in prac. crim. §. diligẽter. Fel. in c. afferte. col. pen. de pſum. idẽque ſi munera dederit, ut inquit Paris de Puteo in uerſi. tortura, ſecundo. quem refert Carrer. in prac. ſua, in prin. nu. 130.

33 † pari modo dicendum uidetur ſi quis ante factum ab alio pecunias illi dederit, cum potiſſi mè præcedentia ſoleant eſſe maioris efficaciæ ad determinandum ſequentia, quàm econtra, ut determinat Bar. in l. quiſquis, poſt glo. ff. de leg. 3. & in l. auia, in prin. ff. de cond. & de. & in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium, colum. 1. ff. de eden. Matteſ. notab. 151. Roma. conſi. 153. & con ſi. 503. nume. 3. ubi Mandoſ. Roma. in addi. plures cumulat, de quibus per eũ Caualcaneus in tract. de tut. & cur. & uſufru. mul. relicto, cap. 9. nu. 139. col. pen. Alex. conſi. 51. uolum. 3. Fulgo. Caſtr. & Iaſ. in l. 1. nume. 5. C. de lib. præt. Rol. a Val. conſi. 60. num. 40. uol. 1. Cur. iun. conſi. 54. nume. 7. & 8. Senat. Pedemont. deciſio. 147.

34 nume. 16. † Sed & hoc indicium nullius eſt põderis aut momenti, nam quotiens uerſamur in aliquo caſu, qui duplici ſenſu uel intellectu poteſt interpretari, quorum alter ſonet in delictũ, alter citra delictum, debemus ſemper illum capere, amplecti, ac fouere, per quem quis in delictum non cadat, aut incurrat. magiſtralis eſt, licet uulgata, doctrina Bartoli in l. nõn ſolum. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nunc. per l. meritò, ff. pro ſoc. ſequitur Roma. conſi. 68. colum. fi. & poſt eum Mandoſius Roma. plenius uerò conſ. 113. in prima addi. Abb. in cap. in præſentia. de prob. latè Marſi. in l. 1. nume. 68. C. ad leg. Cor. de ſic. Gramma. conſi. 31. nume. 12. Rui. conſil. 14. col. 2. uol. 5. Folleri. in prac. cri. 2. par. ſecũdæ par. tit. dentur capitula. nu. 52. Quatenus ergo Chriſtophorus dedit aureum Blaſio, præſumi debet & interpretari potius illum mutuò, uel alia de cauſa citra delictum dediſſe, quam Mazzoni necandi cauſa. tantoque magis quòd erroneum eſt in facto, non cõſtare de amicitia inter eum & Blaſium. primus enim teſtis curiæ depo nit ipſum Chriſtophorum dixiſſe cuidam, num quid cognoſceret Blaſium de Cerodulo, cui reſpondenti, quòd ſic: ſubiunxit, *ricomandatime à lui, & dite, che Criſtoforo dalla Corbella ſe ricõmanda à lui, & ch'el uenga in qua a vedermi:* ex his enim uerbis colligitur amicitia, cũ tales ſalutationes nõ ſoleant ad inimicos tranſmitti, & uerba ſunt notæ paſſionum animi. l. Labeo.

35 §. idem Tubero. ff. de ſup. leg. † Quin & in dubio præſumitur amicitia, alio in contrarium nõ apparente, vt declarat Bal. in l. ſi quis teſtibus. col. fi. uerſi. nota quòd ille. C. de teſtibus. ſequitũ Gramma. conſi. 41. nu. 11. ſtante igitur amicitia probata uel præſumpta de iure inter Chriſtophorum & Blaſium, de facili præſumi debet mutuum dicti aurei, & præſumptio delicti ceſſare debet, ſicuti ceſſat ſtante amicitia inter inculpatum & occiſum, iuxta not. per glo. in l. 1. C. de ſicar. Ioa. de Amic. conſi. 86. nu. 14. Foller. conſi. 137. nu. 7. primo tomo criminal. & Paul. Merenda conſi. 89. nu. 49. 2. tomo criminalium.

36 † Accedit quòd præſumptio uel indiciũ, quæ uel quod colligitur ex aureo dato Blaſio, nõ eſt etiam ueriſimilis, aut ueriſimile, meritò fieri nõ poteſt, prout de præſumptionibus. eſt doctrina Bal. in l. fi. in ult. notab. C. de hær. inſti. in c. 1. §. ſi qua. de feu. Guard. & in l. ſiue poſſidetis. ad fi. C. de prob. ubi dicit nõ debere præſumi, quod non eſt ueriſimile. tradit ẽt Soc. conſi. 164. col. 5. uerſi. & ſic magis eſt ueriſimile. uol. 1. Cor. conſi. 156. col. fi. uol. 3. Crauet. conſi. 75. nume. 14.

37 † De indiciis uerò ponit Guid. de Suzar. in trac. de indic. ubi dicit, quòd quæſtionem præcedere debent indicia ſufficientia & ueriſimilia. idemque firmat Folleri. in pract. cri. 2. part. tertiæ partis, tit. & ſi cõfitebũtur. uerbo, iudex. nume. 6. per l. 1. pri. reſp. ff. de quæſt. & l. milites. §. oportet. C. co. Ang. de Vbald. conſi. 74. num. 6. uol. 2. criminal. Laurent. ab Occa conſi. 60. nu. 8. tomo 2. crimin. at quis tam ferox, & inhumanus exiſtimari poteſt, ut pro tã modico ære, qualis eſt unus aureus, uelit aſſumere prouinciam necandi hominem ad inſtantiam dantis? certè nullus. & id credere uel imaginari non eſt ueriſimile, ueluti iuri naturali repugnans, ut inquit Florẽtinus in l. ut uim. ff. de iuſt. & iure, ſcribens quòd cum inter nos cognationem quãdam natura conſtituerit, conſequens eſt homi-

38 nem homini inſidiari nephas eſſe. † per contrariũ uerò maximè decet homines, quod eleganter ſcribit Connanus in commentar. iuris ciuilis, lib. 1. cap. 5. col. 1. iuſtitiam colere, fidem ſeruare contractuum, neminem dicto factove lædere, cũ extraneis, & ſibi ignotis hominibus eadem probitate agere, qua ſoliti prius erãt cũ uxore & liberis uitam ducentes in agro. quare remanet hoc tertium indicium cum prioribus amplè confutatum. Quartum ſuccedit, quod colligitur ex alia confeſſione Chriſtophori, ꝙ poſt occiſum Mazzonum dixerit Petrũ & Blaſium interfectores illius noluiſſe eum occidere, ſed ut uulgariter dicitur, *voleano tagliarli li nerui delle gambe de drieto ſolamente.* ex quibus uerbis præſumitur, ipſum Chriſtophorum cõmunicaſſe cum prædictis rem ante delictum, cum ſequentia declarent præcedentia. l. ſi ſeruus plu

39 rium, in fi. ff. de leg. 1. † Sed & hoc indicium adeò leue eſt, ut ex ſe ipſo, ceu folia farfari, qđ Plautus inquit, diſſlari poſſit, ut & alibi ſcribit Alciat. lib. 3. de uer. ſigni. col. 13. quid enim cõmune habet cum participatione Chriſtophori, de delicto committendo, quòd illi nollent occidere, ſed debilitare Mazzonum? certè nihil. & cum indicium ſit demonſtratio, ſiue adminiculum ad detegendam ueritatem. l. adulter. ff. de

adul.

adult.l.ſolent.ff.de præſ.verb.Folleri.in pract. cri.2.par.3.partis.tit.& ſi confitebuntur.verbo, iudex.nume.8.neſcio videre quomodo veritas detegatur ex illis verbis Chriſtophori,quòd rē prius cum prædictis communicauerit, cum poſ ſit eſſe,quòd cum prædictis ante delictum non fuerit de hoc allocutus,nec id fieri debere ſciue rit, & tamen eo ſecuto prædicta verba dixerit

40 probatur. † ex his,quæ ſcribit Franciſcus Caſonus in tracta.maleficij præmeditati,cap.5.vbi dicit quòd non præſumitur præmeditatum,niſi appareat de antecedenti propoſito, quòd cum directè probari non poſſit,cū ſit intrinſeca qualitas,probari debet per exteriores qualitates.in quo notandum eſt,quòd indicia debent eſſe ꝑfecta in genere ſuo: nā ſicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores, ſic & indicia in genere ſuo ad quæſtionem habendam debent eſſe clara, nam eadem eſt ratio de toto quo ad totum, quæ eſt de parte quo ad partē, & ecōtra. & idē plenius Caſono, nec eo relato ponit D. Anto. Galeatius Maluaticeus conſi. 110.col. 1.primo tomo criminal.ſed hæc claritas non habetur ex dictis verbis,ergo indicium nihil valet. tantoque magis quòd Chriſtophorus interrogatus ſe ipſum declarauit,ſubdens ſe ſic dixiſſe ſtantibus vulneribus datis per ipſos Mazzono in partibus retrò crurium,quo loco non ſolent homi

41 nes occidi,ſed debilitari.† ſic enim potuit Chriſtophorus ad fauorem ſuum ſuam confeſſionē interpretari, prout & iudex, & alius facere potuiſſet,ac debuiſſet,vt not.Butri.in c. ex literis, primo.in fi.de ſponſ.Dec.conſi.118.col. fi.conſi. 288.& conſi.539. Grat. reſpon. 43. nume.52.& reſpon.52.nume.53.vol.2. Alex.conſi. 183.vol. 5.Iulius Scarlatinus conſi.112.nume. 34.primo

42 tomo criminal. † Et quoniam nedum ex armorum qualitate, ſed etiam ex loco deprehenditur animus,vel nō occidendi,puta ꝑ ꝑcuſſionem capitis arguitur animus occidendi, ſecus in dorſo vel loco,de quo agitur,vt per Bar. in l. 1.§.diuus.ff.de ſicar.Aret.conſ.80.colum.2. latè Gramma.conſi.29 nu.20.Marſ.in l.1. num.36. C.de ſicar.Dec.conſ.9.nu.3. Dominicus Quirinus conſi. 16.nu.12.D.Ludouicus Silueſter cōciuis meus,ſuique temporis magnus aduocatus conſi.99.nu.10.1.tomo crimina.vnde ſtantibus prædictis ita dixit Chriſtophorus, prout & alij paſſim dixiſſent,qui vidiſſent Mazzonum vulneratum,nōn autem quia prius communicaſſet

43 delictum cum prædictis. † Quintum & vltimū ſupereſt indicium,quòd adducitur cōtra Chriſtophorum, videlicet fama, quòd impoſuerit Blaſio de necando Mazzono,de qua fama ꝙ ſola ſit ſufficiens ad torturam, non defuerunt aliqui dicentes id de conſuetudine ſeruari, prout fuit Io.Andr.in addi.Specul.tit.de uoto crimi. §.fama.verſi.caſus, in fi.quem refert Marſ. in l. de minore.§.plurimum.nume. 30. ff.de quæſt. & conſ.71.nu.16. Gand.de malefi. tit.de quæſt. nu.39.dicens ſe vidiſſe aliquando per aſſeſſores id obſeruari,quem refert Ang. de Arimi.in addi.Angeli de male.ver.fama publica.poſt nu.41 Carauita ſuꝑ 41.ritu magnæ curię. n.8.& Brun. ī trac.de indi.n.32. cui fundamēto primū reſpōdeo,quòd illa non fuit legitimè probata, prout

44 ſupra deduxi. † Secundò poſito quòd fuiſſet probata,tamen illa ſola non facit indicium ſufficiens ad torturam,prout communiter tenent Doctores,quos allegat,ſicque teſtatur Marſ. cōſi.3.nu.4.& in dicto §.plurimum,vbi dicit hanc eſſe magis communem,& æquiorem opi.ſeque eam tenere.idemque Iaſ.teſtatur in l. admonendi.nume.207.ff.de iureiuran.quem refert Craue.conſi.41.nu.6.Blanc.de indicijs,nume.313. Duennas Regula 300.in prin.& Villalobos in ſuis communibus opi. litera F.nu.7. Follerius in pract.crimi.pri.par.2.partis tit. dentur capitula,nu.28.Carrer.in pract.crim.ſuper l. obſeruare. nume. 311. qui plures citat & Plot. in l. ſi quando,nume.891.C.vnde vi.Crot.in trac. de teſti.nume.147.Diaz regu.333.& vt alios omittam,Iulius Clarus in pract.cri. §.fin.q.21. col.2.

45 † vbi dicit,quòd ſemper ſecutus fuit communem opi. & ab alijs etiam iuſtis iudicibus ſemper eam ſeruari vidit,vt niſi cum fama concurrat aliquod aliud adminiculum, numquam ex fama ſola procedatur ad torturam,quam credit etiam tutiorem & veriorem ratione,de qua per eum,quæ cum videri poſſit, eam non tranſcri-

46 bam. † Non omitto tamen aliam, quòd ideo fama ſola ſufficere non debet ad torturam,quia fama res eſt admodū fragilis,& pernicioſa,quæ plerumque tranſmittitur ab his,qui deſiderant de tali re eſſe famam,prout dixit Bar.in tractat. de tortu.quem refert & ſequitur Paris de Put. in tractat.ſyndic.car.110.col.3.Marſil. in pract. crimi.§.diligenter. nume. 18. Laurent. ab Occa conſi.60.nu.61.& Ioa.Turrius conſi. 81. nu. 51. 2.tomo criminal.vbi dicit eam velut falſum rumorem obeſſe non ſolere.l.fi. ff.de hære. inſtit.

47 † adducitque Quintilianum lib.5.cap.3.de illa ſic dicentem. Sermonem eſſe ſine vllo certo auctore diſperſum,cui malignitas initium, credulitas incrementum dedit, quod alicui, licet innocentiſſimo poſſe contingere fraude inimicorum falſa vulgatium exempla non deſunt.nā vt dicit tex.in c.cum in iuuentute, de purga.canoni.frequenter ad dictum vnius ſequitur multitudo: quare vt concludam, nec ſuper inditio famæ vis vlla de iure fieri debuit ad torturam,

48 ſicut nec ſuper aliis ſupra confutatis. † Quinimmo potius euidens innocentiæ dicti Chriſtophori ſignum eſſe debebat penes iudicem,ꝙ quamprimum præſenſit ipſum contra ſe uelle procedere, ſponte comparuit & in carceribus ſe cōſtituit:nam nemo ſic inſanus eſt,qui ſi reus eſt delicti,velit ſe libertate priuare, & in carcerem conſtituere,putans cœlare veritatem,quæ finaliter mori non poteſt,ſed ſi ſciat ſe innocentem bene id facere poteſt. Ita Veronenſ. conſi. 31 colum.4.verſi.decima.Marſ.in pract.cri.§.diligenter.nu.204.& conſi.117.nu. 49. Gramma.

49 conſi.29.nu.32.conſ.61.nu.4. † & conſi.42.nume.18.vbi vult hoc procedere, quando citatio præceſſit,

præceſſit,& citatus cõparuit,ſeque conſtituit vt
in caſu noſtro, & eum prædictis etiam concor-
dat Craue.conſi.6.nu.39.excel.Berrazol.conſi.
70.nu.28.& Io.Turrius conſi.81.nu.82.ſecun.
50 tomo criminal. † qui poſt Bald.in c. licet cau-
ſam,de prob. dicit quòd qui de innocentia ſua
confidit, non quærit ſubterfugia. hinc Seneca
in Aedip.ſcriptum reliquit,in malis ſperare bo
num,niſi innocẽs,nemo poteſt. Et Cicero pro
Milone, magna eſt vis conſcientiæ in utrãque
partem,vt neque timeant,qui nihil cõmiſerint,
& pœnam ſemper ante oculos verſari putent,
qui peccarint.& alibi in Vatinium Ego ſemper
hac opinione fui,vt eum qui nihil commiſerit,
ſibi nullam pęnam timere exiſtimarem. debuit
ergo D.poteſtas Pulinagi abſtinere a tortura,
cogitando facilè Chriſtophorum innocentem
51 fore. † Iſtis ſic ſtantibus infertur ad ſolidiſſimã
concluſionem,quod ad torturam illius deueni
ri non potuit, non præcedẽtibus legitimis indi
ciis,ſiue ſtatutum ſpectemus ſupra citatum,ſiue
ius commune,l.1.in prin.l.pen. iunc. gloſſ.ff.de
quæſt.& utrobique doct.maxime Marſ. priore
loco,nu.6.Ang.in tract.de malef.ver.fama pu-
blica.in fi.& poſt eũ Auguſt.de Arimi. Marſil.
conſi.18.nume.5.& 6.conſi.120.nume.33.& ſin
gul.117.Brun.in tract.de indic.q.5.2. par. num.
50. Gandi.in rubr.de quæſt.& torm.nu.26.glo.
Cy.Bal.& Sal.in l.ſi quis alicui. per illum tex.
G.ad l.Iul.Mai.& poſt eos Folleri.in pract.cri-
mi.2.pãt.2.partis tit.item quod commiſit. nu.
103.Ang.Aret.conſi.72.nume. 12. primo tomo
criminal.Matthæus Felicianus conſi. 47. nu. 3.
& 27.Franc.de Placentia cõſi.84. nu.5.& aliàs
dixi conſi.105.nu.11. & 12. vol.1.criminal. latè
Carrer.in practi.crimi.ſuper l.obſeruare,num.
52 181. † Et ideo communiter dicitur a tortura
incipiendum non eſſe,teſte Zaſio conſi.19. nu-
31.in fine, vol. 1.immo iudex in hoc debet eſſe
valde circunſpectus,quia ſi torqueret aliquem
ſine indiciis,poſſet grauiter in ſyndicatu puni-
ri,vt ſcribit Iulius Clarus in pract. crimi. §.fin.
q.64.ver.dixi etiam.debent igitur omnino in-
dicia præcedere torturã,& in hoc nemo diſcre-
pat,ut inquit Bologni.in addi.Guid. de Suzar.
53 tract.de tormen.nu.29. † quæ concluſio pro-
cedit nedum in minoribus delictis, ſed etiam
in maioribus,& atrociſſimis,immo etiam in cri
mine læſæ maieſtatis, prout teſtatur opinionẽ
communem Brun. in tractat. de indic. & tortu.
quæſt.5.2. part. nume. 6.refert pract.Conradi.
fol.300.in prin.& Clarus loco citato, latius ue-
rò cõfirmat Hier. Gigas,aliàs aduocatus Vene-
rus grandis,in trac.de crim.læſæ maie. libr.2.q.
26.citans inter alios Albericũ in l. famoſi. ff. ad
l.Iul.Maieſ.dicentem quòd iudices non debẽt
in hoc crimine ſtatim reum cędere, ſed inquire
re veritatem,& hoc eſſe contra multos rectores
& iudices, qui ſtatim quod quis inculpatur, ꝙ
aliquid fecerit uel tractauerit contra Principẽ
ponũt eum ad torturam,& aſperrimè torquẽt,
nam contra iura procedunt, vt ibi per eum.
54 † Hinc & aliud infertur,quod ſequitur ex tor-
tura data Chriſtophoro ſine præcedentibus
legitimis indiciis,quod cõfeſſiones aliquæ poſt
eam dicti Chriſtophori,de quibus in actis,ſunt
nullæ tametſi ſæpius ratificatæ per eum,ut poſt
glo.not.Bar.in l.pen.ff.de quæſt.Gandi.in rub.
eo.tit.cum ſimilibus infinitis per Marſ.in l.1.in
princ.ff.eo.nu.24.conſi.8.nume.13.conſi.14.co-
lum.2.& in pract. crimi.§. ſecunda quæſtio.col.
2.Alex.conſi.5.in princ.vol.1.Gramma. abun-
dè conſ.37.col.1.& voto 6.col. 3. Capici. deciſ.
145.latiſſimè Carrer.in pract.crimi.ſuper l.ob-
55 ſeruare,nu.181. † Et licet ibidem poſt Pari. de
Put.in tract.ſindicatus.in verſi.tortura, limitet
procedere in ratificatione tacita,quę inducitur
non approbando, nec reuocando, ſecus in ex-
preſſa,quia habet vim ſpontaneæ confeſſionis,
vt ipſe Paris ponit in tract.ſindic. §. an ex con-
feſſione.tamen in cõtrarium eſt communis opi.
Doctorum loquentium in confeſſione, expreſ-
ſe ratificata ad bancum iuris, ita tenet Alexan.
conſi.52. colum.2. uolum. 5. Marſil. in l.1.ff.de
quæſtio. Ang. & Augu. de Ari.in uercul. fama
publica, nume. 36. Marſ. abundè in l. pen.ff.de
quæſt.Gramma.conſi.37.nume.8.Iaſ.conſ.188.
colum.2.volum. 2.Alcia.in cap. 1. nume. 52.de
offi.ord.Pariſ.conſi.163.in fi.vol.4.in quibus lo
cis alios cumulant,ut p eos,meminitque Marſ.
in d.l.pen.ſe plures ex hoc a pœna mortis libe-
56 raſſe. † Et quod inquit Paris de Put. tolerari
poteſt in leuiter torto,non infirmo, nec debili:
nam data perſeuerantia valet confeſſio, vt eum
referens declarat Gramma.conſi. 40.nume.16.
quia modicè tortus, non poteſt dici tortus, vt
dicit Bald.in l.obſeruare,colum.1.C. quan.pro
uo.non eſt nec.Marſ.conſi.80.& conſi.102.col.
1.at hic Chriſtophorus male fuit ligatus, & pe-
ius tortus: fuit enim debilitatus vno brachio,
57 præter id quòd erat ætatis annorum 70. † qua-
lis ætatis homines torqueri non debent, vt ſcri
bit Brun.in tractat.de indic.& tortura,4.quæſt.
princ. nume. 18. poſt Odofred. & Gandi.quos
citat & Marſil.in §.expedita,nume.41.in pract.
crimi.& eſt gloſſ.in l.1. §. impubes. ff. ad Sylla.
dixi conſil. 69. nume. 12. ſecundo tomo crimi-
nalium, & in eadem cauſa Berta.zollus conſi.
ſequenti. numer. 31. citans alios, ut per eum
quos non tranſcribo, cum videri poſſint.
58 † Et ex prædictis infertur ad tertium,quòd to
tus proceſſus & ſententia lata corruũt, poſtquã
non proceſſerunt indicia legitima, vt ſtatutum
Pullinagi diſponit, veluti forma illius non ſer-
uata,ſicque arguit in terminis Marſ. conſi.8.nu
me.22.volens quòd omnia corruant,& ſint nul
59 la. † Sed & alia ſuccedit nullitas non leuis,nã
receptis etiam legitimis indiciis ad torturam cõ
tra reum,priuſquam reus ponatur ad eam, ſi pe
tat copiam indiciorum,ſibi dari debet cum ter
mino competente ad illa purgãdum, prout uo-
luit Ang.de malef.in verbo, fama publica.nu.
37.poſt glo.Bar.Ang.& Imol.in l. cuſtodias. ff.
de pub.iud.idemque tenet Gandin. in rubric.
incip.quæritur nunquid torquendus. Alexan.
conſi.65.col.1.volum.6.cum multis cumulatis
per

per Marſ. in l.1. in prin. ff. de quæſt. nu.8. Marc.
60 Angelel.conſi.30.primo tomo crimi. † Alber.
in l. vnius. §. cogniturum, nume.3. ff. de quæ-
ſtio. vbi communem teſtatur. Iaſ.conſi.175.co-
lum. fina. volum.1. Iulius Clarus in pract. cri-
mi.§. fina. quæſtio.64. verſicul. ſed quid ſi ille.
Brun. in tractat. de indi. quæſtio. 5. 2. par. on-
me. 51. & in tractat. de indic. ex propoſito, nu-
me. 25. Matthe. Felician. conſil. 47. colum. 2.
volum.1. criminal. idemque decidit ſtatutum
Pullinagi. At pro parte Chriſtophori petita
fuit copia indiciorum nedum ſemel, ſed bis
& ter, nec vmquam decreta fuit, ergo tortura
illi data contra formam ſtatuti, fuit nulla. l. 1. ff.
de liber. & poſthum. capit. cum dilecta. de re-
ſcriptis. & vtrobique fuſe notant ſcribentes.
61 † Sola remanet vna difficultas: præſupponit
enim curia potuiſſe procedere ad torturam nõ
data copia indiciorum Chriſtophoro uigore
cuiuſdam literæ Ducalis, emanatæ pro ciuitate
Mutinæ, quę poſtmodum publicata fuit in iuriſ
dictione Pullinagi. Sed & in hoc aduerti debet,
nam ſtatutum illius loci mandans dari copiam
indiciorum ſi petatur, habet in fine clauſulam
derogatoriam: dicit enim nec poſſit fieri ſtatu-
tum, prouiſio, reformatio, uel decretum in con-
trarium, & ſi factum fuerit non ualeat, nec te-
62 neat ipſo iure. † dicta enim uerba nedum con
tinent clauſulam derogatoriam poteſtatis, ibi,
nec poſſit fieri ſtatutum, quæ ſola non attende-
retur, quia non poteſt diſponens talem legem ſi
bi præfigere, a qua recedere nõ liceat, ut tradũt
poſt Iacob. de Are. Bal. Caſtr. & alij in l. huma-
num. C. de legib. Sed ultra cõtinent clauſulam
derogatoriam uoluntatis ad ſequentia ſtatuta,
prouiſiones, reformationes, & decreta, ibi, & ſi
factum erit, non ualeat, nec teneat ipſo iure.
63 † quæ bene ualet & attenditur, quia per eam
non intendit diſponens eſſe derogatum priori
diſpoſitioni, & ſi fiat aliud ſtatutum poſtea, non
ualet tamquam carens uoluntate concedentis,
quæ nõ præſumitur ſubeſſe propter clauſulam
prædictam; ut ijdem Doctores tradunt in d. l.
humanum. & probatur in l. ſi quis in principio.
64 ff. de leg. 3. & ibi Bartol. & alij declarant. † In
hoc autem ſecundo caſu, ad hoc ut poſterius
ſtatutum ualeat, non obſtante priore habente
dictam clauſulam derogatoriam uoluntatis ad
ſequentia, licet uarii uaria dixerint, ſibique fue
rint contrarii, quos late refert Crau. conſil. 126.
65 † tamen præualet opinio Cyni, quam refert
Bar. in l. omnes populi, col.10. uerſ. circa ſecun
dum. ff. de iuſ. & iu. qui dixit ſecundum ſtatutũ
nõ ualere, niſi fiat expreſſa reuocatio primi, ue
luti quia dicatur nõ obſtãte aliquo alio deroga
torio, ſeu habẽte clauſulam derogatoriam, uel
in contrarium diſponente, uel faciente, prout
exemplificat Bal. & Caſt. in d. l. humanum. Bar.
in extrauag. ad repri. uerbo, non obſtantibus,
poſt prin. Alex. in l. 1. in prin. ff. ad leg. fal. & la-
tè tenet Caſtr. conſi. 123. dubitatur primò. quẽ
uariato numero citat Dec. & ſequitur conſi. 10.
col. 3. Craueta que demum ſic concludit in al.
legato conſi. 132. col. 2. nume. 4. & Caccial. in l.
66 omnes populi, nu.69. ff. de inſt. & iu. † Debet
enim fieri mẽtio de clauſula derogatoria in ſta-
tuto priore poſita in ſpecie, uel ĩ genere, ut tra
dit Bar. in l. ſi quis in principio, nume. 10. ff. de
leg. 3. cuius opinionem communẽ teſtatur Iaſ.
in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, num. 12. ff. de leg.
1. plures citans, idemque tradit Caſtr. conſil. 9.
colum. penult. & conſil. 186. colum. fin. uolum.
1. Crauet. dicto conſi. 126. colum. penul. Sed in
dicta litera, non uideo adeſſe clauſulam re-
uocatoriam, quæ ſufficiat, ſed hanc tan-
tum, non obſtante prouiſione, *o altra coſa in con
trario*. quæ multum generalis eſt, cũ de aliquo
ſtatuto non dicatur in ea, ſi quidẽ uerbum pro-
uiſionis a ſtatuto differt. l. ſi idem. C. de codicil.
67 † Et quæ ſequuntur etiam, non ſufficiunt,
ueluti nimis generalia ſecundum Dec. conſi.
10. ubi dicebatur non obſtantibus quibuſcun-
que in contrarium facientibus, quæ dicit non
eſſe ſatis ad tollendam clauſulam derogatoriã
præcedentium. unde non reuocato teſtamento
prędicto Pullinagi per dictam literam, ſequitur
illud attendi omnino debuiſſe, & ſic copiam in-
diciorum debuiſſe dari Chriſtophoro ante tor
turam. Secundò principaliter aduerti debet,
quod dicta litera publicata fuit 20. Aprilis
talis anni, proceſſus autem contra Chriſto-
phorum fuit inchoatus 18. dicti menſis &
68 anni. † Vnde nos ingredimur illam difficulta
tem, numquid poſtquam ſtatutum cœpit habe-
re uigorem, trahatur nedum ad futura, ſed &
ad præterita uel pendentia, quam latiſſimè tan-
git Bartol. in l. omnes populi. 5. q. princ. nume.
37. ff. de iuſt. & iure. in qua quidem, licet ipſe
Barto. concludat quòd quando conſtitutio no-
ua reſpicit ordinem procedendi, prout dicta
litera diſponens de non danda copia indiciorũ,
comprehendit etiam cauſas pendentes, & idem
Bar. in l. 2. §. fi. per illum text. C. de iur. cal. Bal.
in l. leges. colum. 2. C. de legib. Abb. in cap. fin.
de conſtitu. Attamen ultra quod Dec. ibi, co-
lum. final. poſt Imol. fortior impugnat opinio-
nem prædictorum, & contrarium uerius eſſe
diiudicat, ut per eum, ad quem in gratiam bre
69 uitatis me remitto. † Dico ego quòd quando in
ſtatuto exprimitur, quòd ad futura trahatur,
tunc ad ea tantum porrigitur, non autem ad
præterita ſeu pendentia, quia hoc eſt de natu-
ra legis, ut ad futura porrigatur. l. leges. C. de
legibus. ita declarat ipſe Bart. in dicta l. omnes
populi, nume. 43. uerſicu. circa ſecundum, &
poſt eum Caccialup. nume. 80. quod dicit eſ-
ſe ueriſſimum. Sed hoc eſt, in litera prædicta
expreſſum, circa finem, ibi, *Et che per l'auue-
nire ſia inuiolabilmente oſſeruato quanto ſi contie-
ne in eſſa lettera*. ergo non poteſt trahi ad hanc
cauſam iam cœptam, & pendentem, † quia
70 determinatio unius temporis, alterius tempo-
ris functionem nõ recipit. l. uſusfructus mihi in
biennium. ff. de uſufruct. leg. Iaſ. in authenti.
quæ ſupplicatio. C. de prec. impe. offe. cum
uulgaribus. quare patet literam prædictam
non

non obſtare, totumque proceſſum fuiſſe nullum, ſicque iudicandum, & Chriſtophorum abſoluendum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtre Comite Ioan. Paulo Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

De pœna conuentionali capitulis contractus appoſita propter cõtrauentionem commiſſa ſine interpellatione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Interpellatio requiritur, quando præcedit aliquid faciendum, & ſi non fiat promittitur pœna.*

*Etiam ſi tempus fuerit adiectum. 2.*

*Sed contra. 18.*

3 *Lex vel ſtatutum requirens aliquid fieri, intelligitur ſi fuerit petitum.*

4 *Pœna quando imponitur pro facto negatiuo, ſine tẽpore requiritur monitio.*

*Idem adiecto tempore, iuncta tacita conditione, ſi viuet. 5.*

*Sed contra. 19.*

6 *Conditio tacita ſuſpendit, ſicut expreſſa.*

*Et de ratione. 7.*

*Idq; declaratur, quando procedat, vel non. 19.*

8 *Dies quando interpellet pro homine.*

9 *Pœnæ conuentionales ex æquitate canonica non debentur.*

*Nec in terris eccleſiæ. 10.*

*Et mercatores.*

*Sed contra. 23. 26.*

10 *Lex, ſiquis maior, C. de tranſ. an in terris eccleſiæ locum habeat.*

11 *Ferraria ciuitas de terris eccleſiæ.*

12 *Pœna promiſſa poteſt exigi.*

*Licet excedat intereſſe. 13.*

*Si non probetur exaduerſo non intereſſe. 14.*

15 *Interpellatio non eſt neceſſaria, ſtante iuramento.*

*Et quando promiſſio continet factum ſucceſſiuum. 16.*

17 *Caſt. conſi. 101. volum. 1. damnatus.*

18 *Mora irregularis ſufficit ad commiſſionem pœnæ conuentionalis.*

20 *Decius conſi. 2. malè locutus. 22.*

21 *Bartolus in l. ita ſtipulatus, 2. q. princ. ff. de uerbo. oblig. declaratus.*

24 *Intellectus c. ſuam. de pœnis.*

25 *Mora de æquitate canonica, an purgari poſſit.*

*Et in quo foro procedat.*

## CONSILIVM LXXXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS comes Ioannes Paulus Malchiauellus conduxit in capſerium, ſuper eius banco Dominũ Hieronymum del Za, contracta ſocietate cum eo, & Domino Frãciſco Fiorino ſcutorum 14000. cum capitulis iuramento firmatis. primò quòd ipſe D. Hieronymus pro rata ſua poneret in ſocietate lib. 4000. per totam dimidiam menſis Maij. Secundò quòd vteretur perſona ſua diligenter in exigendo lucrandoque ad beneficium commune. Tertiò quòd de pecunijs vltra1ſpaccia mercaretur. Quartò quòd in fine cuiuſlibet anni computus in bilancium redigeret, vt ſtatus ſocietatis inſpici poſſet, deinde pœna ſcutorum 200. ſubiecta fuit, ſi fuerit conuentum totiens quotiens applicanda ſeruantibus. Proponitur dictũ Za in ſingulis defeciſſe & eis contraueniſſe: quare dubitatur an ad pęnam conuẽtam teneatur. Et prima conſideratione dicendum videtur, q
1 nequaquam: † nam quando præcedit diſpoſitio de aliquid dando vel faciendo, & ſi non dederit, vel non fecerit pœna promittitur: intelligitur ſi promiſſor fuerit in mora dandi, vel faciẽdi, meritò requiritur interpellatio, vt in mora conſtituatur. ita per illum text. tradit Bart. in l. ſi duo. §. ait prætor. ff. de conſti. pe. & in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. 7. oppo. 5. partis prin. nume. 25. ad fi. & in 6. quæſt. princ. nume. 54. ſequitur Angel. Imol. & Alex. nume. 2. Dec. conſi. 2. colum. 2. Crau. conſi. 64. Villalobos in ſuis commu. opini. verbo, iuramentum. nume. 122. dicens ita tenuiſſe Baldum, Alex. & Boer. Cur. iunior in l. quod te. nume. 28. ff. ſi cert. petat.
2 † Et licet in primo & vltimo capitulo videatur appoſitum tempus, vt ponere pecunias in ſocietate ad medium menſis Maii, & in fine anni cõputus in bilancio, tamen adhuc non videtur in mora conſtitutus ſine præuia monitione per id quod ſcribit Caſtr. conſi. 101. volum. 2. de fideiuſſore, qui promiſit aliquem repręſentare intra octo dies, qui non dicitur eſſe in mora per lapſum octo dierum, ſi non fuit requiſitus. ſequitur Fel. in cap. ſi autem, col. 4. verſicu. quas limitationes, de reſcr. Dec. in allegato conſi. 2. col. 2. Iaſ. in l. vniuerſam. col. 2. verſicu. 10. facit. C. de precib. imper. off. & in l. ſi ex legati cauſa, num. 15. ff. de verb. oblig. Marſi. in rubr. ff. de fideiuſſ. 18. quæſtio. nume. 144. facit glo. not. in cap. quoniam frequenter, §. porro. verſic. canonibus. vt lit. non conteſ. dicens, quòd canonicus abſens ad certũ tempus de licentia Epiſcopi, ſi non redeat tempore ſtatuto, non cõſtituitur in mora, nisi fuerit interpellatus. † Hæcque concluſio
3 confirmari poſſe videtur ex communi regula, qua cauetur, quòd vbi lex vel ſtatutum requirit aliquid fieri, intelligitur ſi fuerit petitum. l. ſi

quis

quis filium. §. ſtipulatio.ibi, cum interpellatus cum aliquo.ff.de collibon. l. 1. §. non exigit. ff. vt leg.no.ibi,quare ſi nō fuit, qui interpellet.& in c.1.de ſent.exco.in 6.ibi,ſi fuit requiſita, cū ſimilibus per Iaſ.in d.l.vniuerſa. Dec. in c.licet cauſam.colum.19.de prob. Fely. in c.ſinautem. de reſcr.vbi per multa demonſtrat non dari negligentiam,aut contemptum, niſi poſt interpellationem.ſequitur Natta conſil. 685. nume. 3.

4 † Tantoque magis iſta concluſio ſuaderi poſſe uidetur reſpectu ſecundi & tertii capituli, vbi D.Hieronymus promiſit vti perſona ſua diligēter in banco,& mercari de pecunijs remanentibus vltra ſpaccia,nec ad huiuſmodi faciēda fuit appoſitum tempus: deinde ſi contrafecerit fuit appoſita pœna ſcutorum 200.& ſic pro facto negatiuo. quo ſtante ſequitur clara concluſio, quod vbi imponitur pœna pro facto negatiuo, non adiecto tēpore,requiritur ut præcedat monitio vel interpellatio, vt quis incurrat in illam pœnam.ita declarat Innoc.in c.extirpandæ.§.quia verò,de præb.vbi Io.Ambr.Butri.Anch. Abb. & Imol.ſequuntur,atque alibi quamplures alij quos congerit Alex.in d.l.ita ſtipulatus. nu.13. Fely.in c. 2.de magiſ.Deciſ.Neap.370. num. 9. Cor.conſi.313.nu.8.vol.4. Dec. conſi. 605.col.

5 2. Senat.Pedemont.deciſ.49.poſt princ. † Sed & idem dici poteſt reſpectu primi & quarti capituli,in quibus promiſit ponere D. Hieronymus pecunias vſque ad medium mēſis Maii, & in fine anni cōputus in bilancio: nam talis promiſſio nedum cōtinet diem,ſed etiam conditionem tacitam,ſi viuet,iux.gloſſam notabilem in l.ſi deceſſerit.verſic. ſiſtendi cauſa. ff. qui ſatiſ. cogan.de promittente, quem ſiſtere in iudicio infra 10.dies,quę promiſſio continet diem & cō-

6 ditionem,ſi tunc viuet. † talis autem tacita conditio ita ſuſpendit ortum obligationis,ſicut expreſſa.glo.communiter recepta in l. item quia. ff.de pact.vbi Caſtr.Alex.& Iaſ. ſequuntur. Dominus Riminald.conſi.113 nu.10. Alciat.in l. cedere diem.ff.de verbor.ſignif. Ceph. conſi.217.

7 nu. 10. † huiusque concluſionis ea forſan eſt ratio,quia talis conditio,quæ ineſt conuentioni ex diſpoſitione legis,habetur pro expreſſa. l. venditores.ff.de verb.oblig. l.cum proponas.& ibi Bald.C.de naut.fœn.cum ſimilibus per Portium Imol. conſi.72. nu. 21. igitur in propoſito noſtro ſi ante euentum conditionis non fuit orta obligatio, vtique dies medii menſis Maii,& terminus finis cuiuſlibet anni non potuit interpellare,vel in mora cōſtituere D.Hieronymū,

8 † quia dies tunc demum interpellat pro homine,quando ante diem nata eſt obligatio. l. magnā. C.de cōtr. ſtip.quæ hoc caſu loquitur & procedit, ſecus ſi non ſit nata obligatio, vt concludit Bar.in dicta l.ita ſtipulatus.1. quæſtio. prin. nume.40.verſ.ſi quæratur ſecundo. & ſequitur abundè Dec. in dicto conſi. 2. colum. 2.vbi ex prædictis ita ſaluat quem à pœna conuentiona-

9 li. † Poſtremò D. Hieronymus teneri non debet ad hanc pœnam,quia tales pœnæ conuentionales ex æquitate canonica non debentur. c.ſuam,in fi.de pœn.& tradit Bald.in l.qui crimen.quæſtio.11.C. qui accuſ. dicens legem, ſi quis maior.C.de tranſ.vbi ponit inter alias pœnas de cōuentionali præſtāda, non habere locū de æquitate canonica,idque confirmat Alciat. ibidem,colum.2.poſt Alexan. & alios.ſequitur Bertrand.conſi.343.nume.8.volum.1. nouiſſimorum.& Sigiſmon.Lofred.conſi.41. nume.8. vbi dicit quòd hæc opi.præualuit ex conſuetu-

10 dine in Regno Neapolitano. † & in terris eccleſiæ hoc idem habere locum vult Cagnolus in dicta l.ſi quis maior,nu.156.poſt Parpal.q.3. qui etiam ex hoc infert dictam legem inter mercatores locum non habere,cum inter eos de bona fide & æquitate procedatur, ſecundum Bar. in l.ſi fideiuſſor. §.quidā.ff. mand.& Crot. in l. 4.§.Cato.1.lectura,nume. 9. ff. de verbo. oblig.

11 † At hic Ferrariæ ſumus in terris eccleſiæ,& vbi ius canonicum ſeruatur,vt ponit Card.cōſ. 11. Fulg.in l.quid ſit fugitiuus. §. idem Celſus, ff.de ædil.edi.prior eis Bar.in l.1.ff.de offi.præf. urb.Butr.& Abb.in c.cum eſſet.de teſta. Corn. conſi.261.volum.4.Portius Imol.conſi.17.nu. 33.& ante omnes glo.in Auth. vt eccle. Roma. ad fi.& inter mercatores agitur,ergo pœna conuentionalis locum habere non debet aduerſus

12 ipſum D. Hieronymum del Za. † Iſtis tamen non obſtantibus contrarium de iure dicēdum eſt omnino: conſtat enim quòd pœna promiſſa propter factum vel non factum, poteſt exigi contra eum, qui facto vel non facto conuenit ſecundum conuentionem partium.text.eſt in l. Lucius.ff.de acti.emp.in l.rogaſti.§.fi. ff. ſi cert. pet.Bar.in d.l.ita ſtipulatus.Cano.in c.Piſanis. de reſt.ſpolia.Corn.clarè conſi.343.col 1.vol.1.

13 Pariſ.conſi.39.nume.26.volum.1. † idque procedit,licet pœna conuentionalis excedat intereſſe partis,vt voluit Innoc.in c. tuam, de pęn. Abb.in c.dilecti.nume.14. verſic. ſexta & vltima.de arbi.& ibi Anch.colum.1.Card.3. Henric.Boic colum.1. uerſic. aut de conuentionali. & probatur in §.alteri,Inſtit. de inut. ſtip.& ibi not.Aret.ſicut etiam Bar. & alii, in l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.maximè Iaſ.num. 13.& in §.omnes.num.12.inſt.de acti Galliaul. in l.2.§.item ſi in facto,nume.11.ff. de uerb.obl. volens quòd quando eſt expreſſum nomine pœnæ,uidetur illa ſtipulata ratione contemptus,

14 † & poteſt exigi, maximè quando ex aduerſo non apparet probatum ceſſare intereſſe: ex quo nō incumbit ſtipulatori illud probare,etiā ſi eſſet adiecta pœna ad illud taxādum, ex quo partes fateri videntur illud eſſe tantum. ſequitur Pariſ.conſ.34. nume.40.volum.1. idemque Roma.conſi.374.& conſi.510. colu.2 Corn.conſi. 153.col.1.& conſi.210.nume.15. volum.1.conſi. 2.col.penul. volum.3.Guil.Mayn.in l.ſi a quoquam,nume.6.ff.de reg.iur.Anto. Gabriel.Roma.lib.7.de criminalibus, concluſione 34. nume.11.& Senat. Pedemont. deciſ.66. nume. 9.

15 † hac igitur concluſione ſic formata, non obſtant contraria: namque ad primum de interpellatione neceſſaria reſpondetur ſtante iura-

mento

mento præſtito per D. Hieronymum aliam interpellationem non requiri, quia iuramentum interpellat pro homine, ſicut dies, & in mora cõſtituit. ita Butri. Ioan. Andr. Card. & Imol. in c. breui, de iureiurand. Iaſ. & Dec. in l. quod te. ff. ſi. cer. pet. Cremenſ. ſingul. 122. vbicumque. Bauer. in tract. de iuramento, in prin. nu. 18. Aret. in dicta l. ita ſtipulatus, colum. 7. Rube. conſil. 152. ad fi. Cur. iun. conſi. 74. colum. 4. Gozadin. conſi. 27. colum. 3. cum ſimilibus per Crau. conſi. 64. nume. 3. Alex. in l. 1. §. voluntate. col. pen. & ibi Iaſ. col. fi. ff. ſol. matr. & in l. nam & poſtea. §. ſi quis col. fi. ff. de iureiur. Capella Tholoſana 407. & in addi. limit. 5. Ripa 7. reſpon. nume. 1. 3. par. Roland. a Valle conſi. 57. nume. 45. vol. 1. Rip. in l. 4. §. Cato, nume. 59. & in l. ſi inſulam. nume. 91. ff. de verb. oblig. Deciſ. Neap. 174. nu. 5. Viuius in ſuis communibus opi. in ver. mora. dicens eſſe commu. & Senat. Pedemontã. deciſ. 49. nu. 7. qui ad hoc inducit textum in terminis

16 in l. ſancimus. C. de fideiuſ. ut per eum. † Secũdò reſponderi poteſt & aliter huic obiecto interpellationis, quod quãdo quis promiſit factum, habens tractum ſucceſſiuum, prout ædificare domum, vel vt in caſu noſtro, uti perſona ſua diligenter in ſocietate, mercationes exercere de pecunijs remanentib. ultra exigẽtiã ſpaciorũ, & id genus: vtique ex quo in tali promiſſione ineſſe intelligitur tempus, intra quod illud factum cõmodè explicari poſſit, meritò per eius lapſum ſtatim quis incipit eſſe moroſus. l. ſi ita ſtipulatus eſſem, & ibi doct. & l. interdum. ff. de

17 verb. oblig. † Natta conſi. 50. colum. 2. & ad conſilium Caſtrenſis 101. volum. 2. pluribus modis reſpondet Senat. Pedemont. in allegata deciſ. 49. ſub nume. 8. ſed inter cæteros quod loquitur cõtra textum d. l. magnam. & in c. potuit. locati. ſicut & ad glo. in dicto cap. quoniam frequenter, quod damnatur ibi per Butr. & Imol. quos ſequitur Aret. in l. ſi ex legati cauſa. colu.

18 3. ver. in glo. 3. ff. de verb. obl. † Quæ vero dicebam ex communi regula, quando requiritur aliquid fieri, intelligitur ſi fuerit petitum, procedunt non præfixo tempore. ita ſentit Card. conſi. 56. Dum Reuerendus. quem citat Felyn. in c. ſi autem. verbo, negligentia. de reſcr. vbi ſir mat theoricam, quòd lex vel ſtatutum loquens de negligentia non præfigendo tempus, numquam habet locum, niſi procedat monitio. vnde ſtante ſtatuto, quòd maſſarius capituli poſſit locare poſſeſſiones, in quibus conductores ſunt negligentes ad culturam, non poteſt locare, niſi moneantur colere, & poſtea negligant, quòd eſt ratione temporis non adiecti culturæ, at ſecus eſſet illo præfixo, quia interpellaret pro homine. d. l. magnam. & quod dicebam de ſecundo & tertio capitulo, non habentibus tempus, tollitur ex eo quod ſupra dixi de promiſſione habente factum ſucceſſiuum, in qua non requi

19 ritur interpellatio. † Non obſtat, & aliud de tacita conditione, ſi viuet, adiecta promiſſioni cõtinenti tempus, propter quam requiritur interpellatio, ne quis eodem die obligetur, & in mora conſtituatur, vt per Dec. conſi. 2. quoniam diligentius animaduerti debet, quòd ad commiſſionem pœnæ conuentionalis ſufficit mora irregularis, quæ per lapſum diei contrahitur, quoniam talis pœna debetur iure actionis, & ex conuentione, non autem venit officio iudicis. ita declarat Soc. in l. de diuiſione. in fi. ff. ſolut. matr. & eſt gloſſ. notab. in l ad diem, in fi. ff. de verb. oblig. quam Cuman. ibi ponderat. refert & ſequitur Rui. conſi. 198. nu. 14. vol. 1. vbi etiam adducit textum in dicta l. ſi quis maior. loquentem de pœna conuentionali, & quæ committitur ex mora ſecundum Caſt. & Alex. ibi. idque intelligitur tam de mora irregulari, quàm re-

20 gulari. † Quare liquet Decium in dicto cõſi. 2. malè loqui, dum conſiderat tacitam illam cõditionem, ſi viuet, ad impediendum ortum obligationis, & ob id interpellationem requirit. nam gloſſa Soc. Rui. & alij volunt immo pœnã committi ex mora irregulari, & ſic per aduentũ diei, non obſtante dicta tacita conditione, ſi viuet. & certè adiecta certa die in obligatione, nũquam ipſa interpellaret, nec in mora conſtituer et, ſi tacita conditio, ſi viuet, eſſet conſiderabilis, cum ſemper ſubintelligeretur, & ineſſet, ſicque numquam locum haberet prouiſio dictæ l.

21 magnam. † Nec obſtant notata per Bar. in dicta l. ita ſtipulatus, 2. quæſtio. princi. quibus mouetur Dec. quia Bart. ibi diſtinguit inter ſtipulationem collatam in diem certam, & incertam. & dũ loquitur de die incerta, puta mortis, quia eſt incerta quando. l. 1. ff. de cond. & demonſtr. concludit non eſſe natam obligationem, & iſte non eſt caſus noſter. dum uerò loquitur de die certa diſtinguit, an in ſtipulatione deuenit aliquid quod non eſt tranſitorium ad hæredes, vt vſusfructus, aut uſus: & tunc ante diem non naſcitur obligatio, vt ibi per eum, qui pariter non eſt caſus noſter. Aut verò uenit in ſtipulatione quid, quod eſt tranſitorium ad hæredes, & tunc benè ſtatim naſcitur obligatio & actio, ſecundũ Barto. & in hoc caſu verſamur, quia deducta in ſecundo & tertio capitulo bene ſunt tranſitoria: merito ſequitur, quòd ex quo ſumus in die, ante quam nata eſt obligatio, quòd ipſa dies interpellat pro homine, & Decius malè loquitur

22 in tali caſu. † Sed & ulterius eũ reprehẽdit Galliau. in dicto §. Cato. nu. 52. dicens, quòd illa cõditio, ſi viuet, dicitur tacita, & impropriè conditio: ideo non impedit ortum obligationis, iux. not. per Bar. in l. 1. §. 1. in fi. ff. de verb. oblig. & propterea gloſſam in d. l. ſi deceſſerit, reprobãt ibi Bald. & Caſtrenſ. quos ſequitur Iaſ. col. penul. ibi dicẽtes quòd inaduertenter eſt locuta.

23 † Non obſtat & aliud, quòd huiuſmodi pœnæ conuentionales locum non habeant de æquitate canonica, ſicque nec in terris eccleſiæ, quia cõtrarium verius eſt, cum nõ reperiatur deciſum cõtrarium de iure cànonico, & in dubio nõ debeat fieri differẽtia inter ius canonicũ & ciuile. ita latè declarat Dec. conſi. 452. nu. 13. idemque tenet Cor. conſi. 121. vol. 1. vbi vult quòd dicta l. ſi quis maior, ſeruetur in terris eccleſiæ, & de

æquitate canonica, & idem Corn. conſi. 40. col.
24 fi. vol. 4. Grat. reſponſ. 93. nu. 70. vol. 1. † Nec
obſtat tex. in dicto c. ſuam. quia loquitur in ob-
ligationibus dandi: nam pœna illis adiecta de
iure canonico, non debetur in terminis illius
textus, ſecus ſi adiiciatur obligationi faciendi,
quia tunc pœna committitur, ſi factum promiſ
ſum non impleatur. d. §. Cato. doctores in dicto
c. ſicque declarat Cor. conſi. 220. nu. 15. vol. 1. &
reſpondet Soc. iun conſi. 53. nu. 17. vol. 2. hoc
autem caſu verſamur, ſi conſideretur capitula,
25 quæ omnia conſiſtunt in faciendo. † Quo ve-
rò ad deciſionem Baldi in d. l. qui crimen. q.
11. quæ alio caſu loquitur, videlicet an mora
purgari poſſit de æquitate canonica ad libera-
tionem pœnæ. & dicit quòd ſic, non obſtante
d. lege ſi quis maior, quæ locum non habet de
æquitate canonica. reſpondetur illam procede
re in foro pœnitentiali tantum, non autem in
contentioſo, quia vbi non reperitur contrariũ
deciſum de iure canonico, ſtamus iuri ciuili,
etiam in terris eccleſiæ. c. 1. cum ibi not. de ope.
no. nunc. ita Alex. in l. ſi inſulam limit. 12. ff. de
verb. obl. & poſt eum mod. Bono. num. 78. in fi.
Corn. conſi. 121. col. pen. vol. 1. Rom. conſi. 527.
num. 7. & ſingul. 441. Dec. conſi. 452. nume. 15.
Gozad. conſi. 57. num. 18. in fi. Catel. Cotta lib.
memor. ver. mora. Lanc. Dec. & Aquenſ. in d. l.
ſi quis maior. col. 3. Pariſ. conſi. 19. nume. 241.
26 vol. 2. † Nonobſtat & poſtremo loco, quòd
inter mercatores ceſſat dicta lex, ſi quis maior,
vt per Parpal. ibi, nam Curt. iun. ad fi. Cagnol.
nume. 152. & latè Iaſo. conſi. 82. volum. 1. te-
nent oppoſitum. quare mea quidem ſenten-
tia Dominus Hieronymus ſe tueri non poteſt
aduerſus petitiones Illuſtr. Comitis Ioannis
Pauli, quæ ſingula poterit iudex diligenter
perſcrutari, & pro more ſuo iuſtitiam mini-
ſtrare.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtribus filiabus Illuſtris D. Giberti Pij de Sabaudia.

### ARGVMENTVM.

De melioramentis factis in feudo, ad quem ſpectent mortuo vaſallo. Item de munitionibus & tormentis bellicis, & molendinis, an feudalia præſumantur.

### SVMMARIVM.

1 *Melioramenta in feudo pertinent ad ſucceſſorem vaſalli, licet extraneum. 2.*

2 *Vxor petere poteſt melioramenta ſibi relicta per maritum vaſallum.*

3 *Melioramenta poſſunt relinqui pro dote filia vaſalli per eum.*

4 *Melioramenta facta in re ſubiecta fideicommiſſo, pertinent ad ſucceſſorem grauati.*

5 *Emphyteota petere poteſt expenſas melioramentorum à domino, ad quem res deuoluta ſunt.*

*Et de ratione. 8.*

6 *Melioramenta quædam neceſſaria, quædam vtilia.*

*Neceſſaria per retentionem petuntur.*

*Vtilia ſecus. 7.*

*Quod declaratur.*

*Nec fructus compenſantur. 9.*

*Munitiones & tormenta bellica videntur eſſe feudalia, & ad Caſtrum pertinere.*

*Fallit, ſi vaſallus ea poſuit in feudo. 13.*

11 *Vaſallus ſine conſenſu domini non poteſt alienare res feudales.*

*Nec etiam pro anima. 12.*

*De fructibus tamen feudi ſecus. 13.*

14 *Præſumptio tollitur per contrarias probationes.*

15 *Molendina videntur feudalia, tamquam de pertinentibus ad Caſtrum.*

*Et de ratione.*

*Fallit, ſi teſtator ſua appellauit. 16.*

*Nec hæres titus conueniri poteſt. 17.*

18 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*

*Inducit euidentiſſimam probationem. 19.*

20 *Bona præſumuntur allodialia. 22.*

21 *Feudum, ſpecies ſeruitutis dicitur.*

23 *Caſtrum ſi concedatur cum pertinentijs ſuis, quæ dicantur eſſe talia, & an probari debeat. 25.*

24 *Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè.*

26 *Feudum conceſſum cum clauſula, ad habendum, tenendum, alienandum, &c. poteſt alienari.*

*Idem ſi cum clauſula, & quibus dederit. 27.*

## CONSILIVM XC.

*Auxilium meum à Domino.*

SCribsi ſuperius in conſilio 78. teſtſim Illuſtris Dom. Giberti Pij de Sabaudia fuiſſe nullum ratione præteritionis vnius ex filiabus ſuis: nunc examinandum venit præſuppoſita illius validitate citra veritatis præiudicium, cum dictus teſtator reliquerit quatuor filiabus ſuis ſcutos triginta duo millia auri in auro diuidẽdos æqualiter inter eas, & caſu quo recuſaret Illuſtr. Dominus Hercules Pius eius hæres, non eſſe bona, niſi feudo ſuppoſita, quæ ad ſummam prædictam aſcenderent, obligauit & conſignauit eis quaſdam res, de quibus in teſtamento, nunquid illæ res ſint in feudo comprehenſæ, vt ſic euitet ex illis dictis filiabus ſatisfacere, prout prætendit, an verò potius ex illis ſatisfaciendum ſit illis de legato

1 legato illis facto. † Et primò quæritur de me-
lioramentis factis ædificando tam in caſtro Sa-
xolli, quàm extra, & in reducendo res ſteriles
ad fertilitatem in quo quæſito reſpondeo quòd
ſicuti quanto feudum reuertitur ad dominum
propter lineam finitam ſucceſſor uaſalli, licet
extraneus conſequi debet melioramenta facta
per uaſallum in feudo. l. domos hæreditarias,
& ibi notant Doctores, ff. de leg. 1. Deciſ. Neap.
87. in fi. Rui. conſi. 117. primo dub. & conſi. 184.
nu. 15. uol. 3. Bertran. conſi. 21. thema. nume. 15.
uolum. 1. Pariſ. conſi. 55. nume. 22. uolum. 3. Ri-
pa & cœteri in l. ubi purè. §. fi. ff. ad Treb. Ceph.
2 conſi. 188. nume. 37. † Pari ratione deuoluto
feudo ad agnatum propter defectum lineæ ma
ſculinæ, prout in caſu noſtro melioramenta fa-
cta per uaſallum ſpectare debent ad ſucceſſorē
ſuum, uel ad eum, cui obligauit, aut conſigna-
uit ea, prout fecit Illuſtr. Do. Gibertus filiabus
ſuis. Et hoc in terminis decidit Brun. conſi. 106.
ad finem, ubi loquitur in uxore uaſalli, cui ma
ritus legauit credita ſua: uult enim quod pe-
tere poſſit æſtimationem plantationum, & ma-
gnæ impenſæ, ad perpetuam utilitatem fa-
ctæ, & ædificiorum in arcis Caſtri factorum ab
agnatis, ad quos deuolutum fuit feudum uigo-
re legati ipſi uxori facti, per not. per Bald. & mo
dernos in l. 1. & 2. C. de iure emphy. ſubditque
Brun. quòd ad hoc non ſolét aduertere aliqui
rapaces & crudeles ac animæ ſuæ immemores
tam domini directi feudorum, quàm agnati, ad
quos feuda deuoluunt, & illam deciſionem Bru
ni ſequitur Pariſ. conſi. 2. col. fi & conſi. 4. num.
40. vol. 1. Roland. a Valle conſi. 28. num. 11. uo-
3 lum. 1. † Et magis in terminis idem ponit Be-
ro. conſi. 73. col. fi. uol. 1. ubi dicit melioramenta
facta per uaſallum potuiſſe collocari & obliga-
ri pro dotibus cuiuſdam D. Annæ, ſi quidem
de dictis melioramentis nō iudicatur, ſicuti de
feudo. c. 1. §. ſi uaſallus. hic finitur lex. & ibi do-
ctores. Bal. in auth. excipitur. C. de bon. quæ li-
ber. Bar. in l. quæcumque. C. de omni agr. deſ.
lib. 11. c. ad aures. & ibi not. de reb. eccle. non
4 alie. † Simile uidemus in grauato per fideicō
miſſum, qui melioramenta fecit in rebus ſubie
ctis fideicommiſſo, ut in ædificando, uel reficiē
do, quæ pertinent ad eius ſucceſſorem. Caſtr.
conſi. 17. col. fi. & conſi. 326. colum. pen. in anti.
Bero. conſi. 176. nu. 88. uol. 1. & conſi. 79. uol. 2.
& in marito, qui domum uxoris incendio con-
buſtam reædificauit, cuius impenſam ſucceſſor
eius à muliere petere poteſt, ut ſcribit Alexan.
conſi. 162. colum. 1. uolum. 7. in l. diuortio. §. im
pendia. ff. ſol. matr. Deciſ. Neap. 359. Rui. conſi.
257. colum. 5. uerſi. præterea. uolum. 1. & conſi.
114. col. penul. uolum. 3. Roland. a Valle conſi.
5 28. col. 2. uolum. 1. † Idem uidemus in emphy
teota, qui res meliorauit, cuius hæres expenſas
melioramentorum petere poteſt a domino, ad
quem res deuolutæ ſunt, vt voluit Bartol. &
Alexand. in apoſtil. in l. colonus, ff. vnde vi. Be-
rò. conſil. 111. colum. fi. volum. 1. Accedit & il-
lud, quòd ponit Bald. conſi. 167. Titius vendi-
dit. in fi. volum. 1. de illo qui tenetur retrouen-
dere, qui pōt melioramenta interim per eum fa
cta repetere ab eo, qui vult ex pacto redimere.
6 ſequitur Natta conſi. 601. col. 1. † diſtinguen-
da tamen ſunt melioramenta neceſſaria ab uti-
libus eo reſpectu, quia neceſſaria deduci poſ-
ſunt per retentionem, oppoſita exceptione, q̄
intenditur retineri bona, donec de dictis melio
ramentis ſatisfiat. Bar. & Alb. in l. in fundo. col.
fi. ff. de rei uend. Specul. in tit. de exec. ſent. §. fi.
ver. ſed quid ſi bona fide, in fi. & in tit. de excep.
§. dicto ver. ſed pone. Alberic. in l. 1. col. 3. verſi.
item exceptio. C. de iur. & fac. igno. Hoſtien. in
ſumma de excep. §. quando & qualiter. verſic.
item eſt forte. Cor. conſ. 147. col. 4. vol. 2. Iaſ. in 1
l. ſi area. in princip. ff. de cond. inde. Neguſ. in
trac. de pignor. in 4. mem. 5. partis, col. 5. Bertrā.
conſi. 15. col. pen. vol. 1. Afflict in c. 1. §. ſi vaſal-
lus. hic finitur lex. Goza. conſi. 86. col. pen. Rol.
a Vall. dicto conſi. 28. col. 1. vol. 1. Fab. Platea,
& Aret. in §. certè illud. Inſt. de rer. diuiſ. Boer.
7 deciſ. 44. nume. 7. † vtilia uerò petenda ſunt ſi
ne retentione, ſi faciens erat bonæ fidei poſſeſ-
ſor, aut euincens erat facturus, vel nō facturus,
ſed diues. l. in fundo. ff. de rei vend. aliàs ſaltem
datur facultas tollendi, vt not. Doctor. in d. §. ſi
uaſallus. Caſtr. conſi. 160. ad fi. uol. 2. in nouis.
& Alc. in l. impenſæ. ff. de uer. ſign. Boer. loco ci
8 tato, nume. 8. † Ratio uero omnium, de qui-
bus ſupra, adferri pōt, quia dominus uel agna-
tus, ad quem deuolutum eſt feudum, fideicom-
miſſum, uel emphyteoſis, lucrari non debet cū
damno ſucceſſoris uaſalli grauati, uel emphy-
teotæ. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. ita
quod. ff. de dolo. quam rationem perpendit in
feudo Afflictus in d. §. ſi uaſallus. ſed cum in cœ
teris quoque caſibus militet, debet habere lo-
cum. l. illud. ff. ad l. acqui. l. à Titio. ff. de uerbor.
9 obligat. † Nec fructus, quos uiuens percepit
Illuſtr. D. Gibertus, compenſari debent cum di
ctis melioramentis, per l. ſumptus. ff. de rei uen
dic. quia procedit in re aliena, ſecus in interim
ſua, licèt ſubiecta reſtitutioni, ut per Iaſ. poſt a-
lios in l. domos. 2. not. ff. de leg. pri. Feli. in cap.
cū cauſa. col. fi. de re iud. Neguſ. in tract. de pig.
4. mem. 5. par. nu. 14. Cur. iun conſi. 6. nu. 27. &
10 Boer. loco citato, nume. 20. † Secundò princi
paliter eſt uidendum de munitionibus, & tor-
mentis bellicis, pariter obligatis & aſſignatis di
ctis filiabus pro ſatisfactione relicti eis facti per
teſtatorem, in quo puncto prima conſideratio-
ne dubia uidetur intentio dictarum filiarum:
nā huiuſmodi munitiones & tormēta bellica, q̄
tendunt ad cōſeruationem Caſtri, & defenſio-
nē ſuā, uidētur eſſe de pertinentibus ad ipſum
Caſtrū ita, q̄ cōceſſo Caſtro ueniūt in cōceſſio-
ne, ut not. Bald. in l. fi. col. 2. uer. itē ſi princeps.
ff. de cōſt. prin. & in c. 2. §. ſi quis de māſo. de cōt.
inueſ. col. 2. Anch. in c. cū dilecti, in fi. de don. Ia
cobin. a S. Georg. in ſua inueſt. uer. fluminib. c.
11 2. Dec. cōſ. 516. col. pe. † Vnde uī q̄ Illuſ. D. Gi
bert. nō potuerit aſſignare, nec obligare dictas
res filiab. ſuis, q̄a uaſallus ſine cōſenſu ſuperio-

res nec alienare pôt res feudalis.c.imperialẽ.de
proh.alie. feu.per Fed.nec obligare.c.1.§. in ge
nerali.ſi de feu.defun.Rip.conſi.8.col.2.primo
tomo feudalium diuerſorum. Et hæc eſt regu-
la generalis in feudis,per tex.in c.1.in princ.de
ſucceſ.feud. ibi [ nulla ordinatione defuncti in
ter eos manente, vel valente. ] vbi litera voluit
quòd non poſſit vaſallus in teſtamento mutare
naturam feudi & inueſtituræ.vnde dicitur ibi,
quòd ſi maſculi deſcendentes ſuccedere debe-
bant in feudo ex natura feudi, vel inueſtituræ,
non poterit vaſallus feudum filiæ, vel alteri re-
linquere.idemque voluit Bald. conſi. 170. vo-
lum. 2. conſil. 330.colum.2. volum. 3. Deciſio
12 Neap.240.colum. 3. tertio dubio. † Quod a-
deo verum eſt, vt nec etiam pro anima legare
poſſit.c.1.§.donare.qual.olim feud. poter. alie.
c.imperialem.in princ.de prohi. alie. feud. per
Fed.Alex.conſi.1.colum.1.volum.5. Cur.iun.
in tract.feud.4.par.quæſtio.penul. Gozad.con-
ſi.8.colum.5.& plenius firmat Roland. a Valle
conſi.42.in prin.volum.1.idemque tradit Nat
ta conſi.502.nume.31.iſtis tamen non obſtanti
bus ſecus eſt in caſu noſtro dicendum: conſtat
enim quòd iſtæ munitiones & tormenta belli-
ca per anteceſſores Illuſt. D. Giberti patrem &
auum, & per ipſum fuerunt in Caſtro Saxolli
13 poſita. † vnde ſicut potuit de fructibus feudi
diſponere, Cumanus conſil. 99. & latè Brun.
conſi.106.per totum,taleſque commoditates &
prouentus perceptas in vita cuicumque conce
dere,vt not.And.de Iſer.& Iac. Alua.in d.c.im
perialem,cum ſimilib.per Alex.conſi.18.col.1.
vo.5.pariter & dictas res factas & acquiſitas vel
ex dictis fructibus, aut ex propriis pecuniis. Et
hinc ceſſant vno uerbo contraria,quoniam pro
cedunt in dubio,quando non apparet vnde di
ctæ munitiones & tormenta prouenerint:nam
præſumuntur eſſe feudales,ex quo reperiuntur
in feudo.at hic conſtat quòd aliunde prouene
runt,& a quibus, & ob id in claris ceſſant præ-
ſumptiones.l.continuus.§. cum ita. ff. de verb.
14 obliga. † tolluntur que per contrarias proba-
tiones.l.fi.in princ.ff.quod met.cau. l. nuptura,
in fi.ff.de iure dot. l.ſi chirographum. & l.cum
de in debito.§.1.ff. de prob. cum ſimilibus per
Crauc.conſi.146. nume.7. Tertiò & vltimò vi-
dendum eſt de alia obligatione, facta per teſta-
torem filiabus ſuis pro ſatisfactione legati eis
facti de duobus ſuis molendinis, altero poſito
in Burgis ſupra Saxollũ, & alio ultra Situlam.
15 † fit enim difficultas talem obligationem non
valere, nec fieri potuiſſe tãquam de bonis feu-
dalibus, ex doctrina Bal. in cap.1. de Capi.qui
cur.vend. nume. 11. vbi dicit quòd ſi Impera-
tor mihi conceſſit aliquod Caſtrum cũ pertinẽ
tijs ſuis,& iuribus ad ipſum Caſtrũ pertinenti-
bus, molendina veniunt acceſſoriè. ſequitur
Andr. de Iſern.& Præpoſ. Iacobi.à S. Geor.in
verſicul. de Caſtro, numer.7. Iaſ. in l. quomi-
nus. quæſt.20.ff.de flumi. Boeri.deciſ. 50.col.
pen.& Berou. conſi. 51. uolum. 2.Ratioque in
promptu eſt,quia molendina plerumque ſunt
dominorum ipſorum Caſtrorũ, vel terrarum,
non autem vaſallorum vel alterius perſonæ pri
uatæ,vt declarat Andr.de Iſer.in cap.1.verſic.
16 flumina,quæ ſint Rega. † Ego uerò ſecus cen
ſeo,quoniam teſtator dicta molendina ſua ap-
pellauit, quod pronomen, ſua,adiectum ſub-
ſtantiuo alterius generis ſubalterni, ut argentũ
ſuum, vel veſtes ſuas, importat dominium. l.
Quintus.§.argento,& ibi declarat Bartol. ff.de
auro & argent.lega. niſi in caſibus enumeratis
ibi per Bart. quando ex natura eius, cum quo
quis loqueretur, aliter colligeretur, vt quia di
ceret,lego ſeruo omnem pecuniam ſuam: quia
non intelligeretur de uero dominio, ſed impro
priè.l.4.ff.de manumiſ. vel ratione perſonæ lo-
quentis:puta,ſi colonus diceret campum meũ,
vel negatius equum meum,nam intelligeretur
quantum ad curam & ſolicitudinem, vt not. in
l.2.in princi.ff.de orig.iur. vel ratione perſonæ
de qua quis loquitur, vt ſi quis legaret famulis
ſuis, nam non intelligeretur eos habere in do-
minio.l.& ſi non.§.1.ff.de public. ſed nõ ſumus
in aliquo de prædictis caſibus, meritò non eſt
a propria ſignificatione verborum recedendũ.
l.non aliter.ff.de leg.3. ſecundum quam deno-
tatur dominium, & cum ſic dixerit & affirma-
17 uerit ipſe teſtator, † Illuſtr. Dominus Hercu
les eius hæres ex teſtamento non poteſt contra
uenire.l.cum a matre. C. de rei vendica.etiam
ſi de rebus feudalibus ageretur, quod eſt for-
tius,vt poſt Iacob.de Beluiſ.ponit Bald.in cap.
1.§.hoc quoque.colum.fin.de ſucceſſ.feud. An
dre. de Iſern.in cap.1.de alie.feud.pat. Alexan.
conſil. 20.volum.5.& Ioan. Bapt. Vincemalla.
conſi.1.nume.35.primo tomo feudalium diuer
ſorum. Secundò confirmatur hæc opinio per
inſtrumentum permutationis aliàs celebratum
de anno 1500.inter Illuſtriſſimum Ducem Fer-
rariæ.& præceſſores de Piis, ubi inter prouen-
tus ciuiles,& priuatos a iuriſdictionibus ſepa-
ratos conceduntur Piis dicta duo molendina,
18 † nam per illud inſtrumentum ueritas ſatis ap
paret,cum dicatur probatio probata. Angel.in
l.intereſt. ulti. not. C. de ſoluti. quem ſequitur
Dec.conſi.488. colum. 2.& de ipſo non eſt du-
bitandum,ſicut nec de caſu legis. Bald. conſil.
215.colum.2. uolum.2.immo uerò dicitur ueri-
tas apparens.Bald.in l. Imperator, prima. co-
lum.2.ff.de ſta.hom.& in l.2. C.quand. fiſc. uel
19 priua. † & inducit euidentiſſimam probatio-
nem.c.licet cauſam,de probat.uerſic.expreſſis,
& ibi ſcribentes.Pariſ.conſi.104.nume.64.cum
ſequen.uolum. 1. Bald. in l. quotiens,in fin.C.
de iudic.Soc.conſi.59.colum.1.uolum.3. Pariſ.
conſi.77.colum.1.uolum.3. & Roland. à Valle
conſi.85.nume.38.cum ſequen. uolum. 1. qui-
bus accedit Neuizan.conſi. 51. nume. 1. conſil.
79. nume.10.conſil. 82. nume.2. Natta conſil.
20 502.nume.8.& conſi.543. nume.82. † Tertiò
corroboratur hæc concluſio, quoniam in du-
bio bona præſumuntur allodialia, ſi non pro-
bentur eſſe feudalia, vt ſcribit Bald. in cap.1.de
uaſ.qui contra conſt.Lot.& in c.1.§.1.ſi de feud.
fuer.

fuer. contro. cum multis alijs copioſè deductis per Brun. in conſi. 1. colum. 1. & alijs per Ioannem Gallicum conſi. 1. nu. 20. primo tomo feudalium diuerſorum, vbi potiſſimè citat Baldum in dicto c. 1. ſi de feu. fur. contro. dicentem quòd omnis res præſumitur allodialis, niſi probetur
21 feudalis, † ea ratione, quia feudum eſt ſpecies ſeruitutis, allodium verò quædam proprietas, quæ non recognoſcitur, niſi a Deo. Hinc idem Bald. in auth. ſicut. C. de ſacroſanct. eccl. dicit quod pro libertate præſumitur, & ideo nemo præſumitur homo, vel fidelis alterius, quia fidelitas & homagium ſapiunt ſeruitutem, & iure naturali omnis perſona & res erat libera. c. iuſgētiū, 1. diſtin. & cum prædictis alii concordant, quos allegat Alc. reſpon. 491. circ. fi. Ceph. conſi. 178. nu. 64. conſi. 171. nume. 7. & conſi. 205. in princ. Caſſa. conſi. 66. nume. 2. Soc. iun. conſi. 115. nunu. 31. volum. 2. & Rol. a Valle. conſi. 50. nu. 58.
22 volum. 3. † Hinc & bona ſita in teritorio Romanæ eccleſiæ non præſumuntur feudalia, ſed allodialia, vt uoluit Caſtr. conſ. 163. colum. 1. in antiquis. ſequitur Pariſ. conſi. 16. nu. 19. volum. 4. & latius loquentes Abb. & Fely. in c. ſi diligēti, de præſcr. firmant, quòd dominus territorii non præſumitur Dominus reſpectu proprietatis rerum ſitarum in eius territorio. Idemque Boſſ. in tit. de principe, nume. 141. vbi proprie ſic inquit, ſcias autem, quòd licèt fundus ſit intra territorium meum, tamen non præſumitur feudalis, etiam ſi neſciam oſtendere vnde habuerim: idque probat ex not. per Imol. in c. nimis, de iure iuran. vbi dicit quod eſt intra fines præſumi quidem quo ad iuriſdictionem domini finium, at non idem quo ad dominium, aliàs in dubio omnia præſumerentur Principis quo ad dominium contra regulam quòd præſumuntur allodiales. ſequitur Rol. à Vall. conſi. 46. nume.
23 49. vol. 3. † Quinimo talis concluſio procedit, dato quod in inſtrumento feudali dictum fuerit, quòd conceditur Caſtrum cum villis locis & pertinentijs ſuis, nam ſi poſtea ſurgit controuerſia de villa, loco, vel aliqua re exiſtente iuxta Caſtrum conceſſum, non per hoc intelligitur eſſe de pertinentijs dicti Caſtri, quia de iure Caſtro nihil corporale pro pertinentiis deputatur, niſi quod expreſſè reperitur aſſignatum, vt per Innoc. in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Ioan. Andr. & alii in cap. ſi ciuitas, de ſent. excom. in 6. Alexand. conſi. 43. colum. 1. volum. 1. latè Cur. iun. conſi. 158. Bellon. conſi. 10. & confirmat Craue. conſi. 293. colum. 4.
24 † ponderans verbum, pertinentibus, quod eſt participium, & reſoluitur in relatiuū, ideſt quæ pertinent. glo. in clemen. 1. verſi. dignitatibus, in fi. de præb. Alex. conſi. 119. colum. 4. volum. 1. relatiuum autem ſine copula ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè ad eas res tantum, quæ pertinent ad Caſtrum. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Barto. & Doctores in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure & in l. 1. C. de ſumma tri. itaque probari debet quæ, quot, & quantæ ſint res ad Caſtrum pertinentes, † ſicut quando conceditur ius, quod quis habet in tali fundo, aut loco: nā probari debet de tali iure, aliàs conceſſio nihil operatur, velut incerta & obſcura. Dy. Bar. & Doctores in l. ſi ſic. §. ſi. ff. de leg. 1. Alex. in Ho-
25 cus. ff. de acq. poſſeſſio. † & in terminis conceſſionis Caſtri, cum omnibus iuribus ad ipſum Caſtrum pertinentibus, quòd probari debeat de ipſis iuribus tradit Oldrad. conſil. 164. viſo priuilegio. ſequuntur Moder. in d. l. ſi ſic. Alex. in d. l. locus. & conſ. 187. col. 2. ver. circa primū. volum. 2. Dec. conſi. 302. colum. 4. in fi. Aretin. conſi. 164. verſic. primum probatur, quos allegat, & latius proſequitur Crau. loco citato. vnde dato quòd in inueſtitura Caſtri Saxolli facta dominis de Pijs, dicatur cum omnibus terris, villis, locis & molendinis ad ipſum pertinentibus, non tamen inde fundata reperitur intentio Illuſtr. D. Herculis, quòd molendina duo, de quibus agitur, ſint feudalia, niſi id probet conclu-
26 denter. † Quartò & vltimò prædicta confirmantur alia ratione ſatis clara & valde tuta, quoniam in inſtrumento permutationis anno ſequenti poſt inueſtituram celebrato, vbi pro æquiualenti rerum & bonorum Carpi datorū Illuſtriſſimo Duci, conſignatæ fuerunt non nullæ res & bona ſenioribus de Pijs, & inter cætera duo molendina, de quibus agitur, cum clauſula, ad habendum, tenendum, poſſidendum, vendendum, alienandum, & quicquid placuerit partibus faciendum: quibus ex verbis dato millies quòd illa molendina fuiſſent feudalia, dicitur ipſis de Piis data facultas diſponendi pro libito de dictis molendinis, & ſic alienandi ea, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, prout latè determinat Dec. conſi. 680. colum. 1. & 2. Gozadin. conſi. 9. nume. 2. Pariſ. conſil. 3. colum. 2. volum. 1. & Roland. a Valle. conſi. 55.
27 nume. 38. volum. 3. † Simile videmus, quando feudum fuerit alicui conceſſum cum clauſula, & quibus dederit: nam per eam cenſetur data facultas alienandi feudum ſic conceſſum, vt not. omnes in c. 1. de feud. non hab. pro natur. Aluar. in cap. 1. verſ. feudū, colum. 2. ſi de feud. fu. contro. Dec. conſi. 171. colum. 2. Roland. à Valle conſi. 42. colum. 2. volum. 1. vbi loquitur de alienatione per viam vltimæ voluntatis, prout in caſu noſtro, ibique citat infinitos concordantes, vt per eum, qui ſe refert in conſi. 1. nume. 47. volum. 3. idem tenens, ſicut & in conſi. 16. nume. 16. eodem volum. poſt Dec. conſil. 193. nume. 3. Brunum conſil. 38. colum. 2. Pariſium conſil. 23. nume. 41. volum. 1. Quare patet ex multis intentionem dictarum filiarum eſſe iure ſubnixam in hoc pūcto, ſicut & in aliis ſupra memoratis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Illuſtri Domina Iulia Turcha Boiarda

### ARGVMENTVM.

De ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, locum habente etiam in rebus ſubiectis fideicommiſſo.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd poſſeßio defuncti locum non habet in occupante poſſeßionem debitè.*
*Sed contra. 11. 16.*
2 *Statutum, quòd contra tres ſentẽtias conformes nõ poßit dici de nullitate, locum non habet, ſi notoriè conſtet ex actis de illa.*
*Etiam ſi quis iuraßet non dicere de nullitate. 3.*
4 *Dominium probatur ex poſſeßione, quando deducitur incidenter.*
5 *Statutum continuans poſſeßionem in hæredem, intelligitur de iuſto.*
6 *Statutorum beneficia nõ cõceduntur incapacibus.*
7 *Hæres quando dicatur iniuſtus.*
8 *Poſſeßio numquid transferatur per reſtitutionem verbalem, 27.*
9 *Clauſula, omni meliori modo, appoſita, intelligitur data facultas accipiendi poſſeßio. propria auctoritate.*
10 *Statutum de continuanda poſſeßione, non operatur contra voluntatem teſtatoris.*
*Et habet locũ in omnibus rebus poſſeßis per defunctum tempore mortis. 11.*
12 *Hæres mittitur in poſſ. rerum, quæ fuerunt defuncti tempore mortis.*
13 *Statutum, quòd poſſeßio defuncti locum habet etiã in bonis poſſeßis vti feudalibus.*
14 *Vſufructuarius naturaliter poßidet.*
15 *Duo in ſolidum poßidere non poſſunt.*
16 *Statutum paßim indiſtinctè loquens, indiſtinctè debet intelligi.*
17 *Remedium recuperandæ poſſeßio. datur contra poſſidentem cum titulo.*
*Et eſt magis communis opi. 18.*
*Et in practica ſeruatur. 19.*
*Nec ab ea recedi debet in iudicando, uel conſulendo. 20.*
*Et de dominio quæri non poteſt. 21.*
21 *Statutum de continuanda poſſeßione, ſi datur remedium recuperandæ poſſeßionis, de dominio quæri non poteſt.*
22 *Occupatio etiam debite facta, non eſt licita.*
*Per fideicommiſſarium 23.*
23 *Fideicommiſſarius occupans fideicommiſſum hæreditate iacente, tenetur ad reſtitutionem.*
*Et plus delinquit, quam ſi quis occuparet poſſesſionem vacantem per negligentiam. 24.*
*Et de ratione. 25.*
*Et nullam poſſesſionem acquirit. 26.*
27 *Caſtr. conſi. 152. vol. 2. damnatur.*
28 *Statutum continuat poſſeßionem in hæredem, non obſtante licentia data capiendi propria auctoritate per teſtatorem alteri.*
29 *Licentia data capiendi propria auctoritate, intelligitur cum iudicis interuentu.*
30 *Melioramenta per retentionem petuntur.*
*Et an cautio ſufficiat pro non liquidis. 31.*

### CONSILIVM XCI.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR an fieri debeat præceptum, vel factum reiterari Illuſtri ac Magnifico Comiti Hippolyto Turcho, ne turbet & moleſtet Illuſtrem ac generoſam D. Iuliam Turcham de Boiardis hæredem vniuerſalem ex teſtamento Magnifici equitis aurati D. Herculis Turchi mariti ſui in bonis, quæ proponuntur a dicto Comite Hippolyto, eſſe ſubiecta fideicommiſſo, aliàs ordinato per Magnificum D. Zillium Turchum ad eius fauorem. Et pro parte ipſius Comitis Hippolyti dicitur, quod nequaquam: nam ſtatutum ſub rubrica, Quòd poſſeſſio defuncti, quo ſe tuetur Illuſtr. D. Iulia tantum procedit in eorum præiudicium, qui indebitè occuparent res & bona hæreditatis alicuius, non autem quoad illos, ad quos notoriè ſpectant bona occupata per eos hæreditate iacente, prout apertè colligitur in verſ. determinantes. quo loco dicitur, quod ubi quis reperiatur ſcienter indebitè aliqua bona hæreditatis, vel in hæreditate alicuius, ſeu fructus aliquos percepiſſe uel occupaſſe, cõdẽnatus ſit, & eſſe intelligatur in pœna lib. 25. maſſariæ communis applicandarum, vltra alias pœnas iuris & ſtatutorum, & etiam ad reſtitutionem ablatorum & emendationẽ cuiuſlibet damni & intereſſe: per quæ verba manifeſtè patet, † quòd intẽtio
1 ſtatuentium fuit prouidere aduerſus illos, qui iniuſtè, & inſolenter ſeu auſu temerario occupãt, & contra quos agi poteſt crimine expilatæ hæreditatis. l. 1. ff. de cri. expil. hær. & not. in l. 1. §. 1. quor. legat. & ideo locum non habet dictum ſtatutum aduerſus illos, quos notoriè conſtat ingredi poſſeſſionem iure permittente, ita Ruin. in ſimili ſtatuto determinat in conſi. 17. colum. 2. volum. 5. mouetur ex notatis per Oldrad. conſi. 106. quòd litera, † vbi concludit, quòd li-
3 cèt contra tres ſententias conformes non poſſit dici de nullitate ad impediendum executionẽ. clemen. 1. de re iud. ſi tamen conſtat notoriè de nullitate ex actis, poterit nullitas deduci, & executio impediri, & idem quod Oldradus, voluit Sal. in l. 1. C. ne lic. tert. pro. Imol. in l. ſi expreſſim, ff. de appel. & in l. de pupillo. §. ſi opus. ff. de oper. nou. nunciat. Roman. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. mat. Alex. in l. 4. §. cõdẽnatũ. ff. de

re

re ind. conſi.73.colum.4.uolum.2.& conſil.79.
in fi.volum.7.Bald.in l.generaliter.colum 2.C.
de epiſ.& cler.Caſtr.in l.fi.C.de arbi.Corſe.in
ſingul.in ver.ſtatuto cauetur. Abb.conſi.82.co
lum.pe.vol.1.Dec.conſi.8.nu.8.conſi.38.col.
pe.conſi.360.in prin.& conſi.320.in fi.Io.Bapt.
Peruſin.in tract.de arbi.lib.7.capi.11.colum.1.
verſi.prima regula. Franc. in ca.dilecto.quæſt.
3 52.& 56.de appel. † Vantius in tract.de nulli.
ſentētiæ.qui poſſ.dicere de nullit.nume.37.vbi
hoc ampliat procedere, licèt quis iuraſſet non
dicere de nullitate, quia adhuc ſuper iſta noto-
ria ex actis erit audiendus, vt declarat idē Frā.
quæſt.52.verſi.limita 6.Fel.in c.ex parte.col.5.
Fallen.17.de offi.dele.poſt Ang.conſ.184.& po
nit idem Fely.in rubr.de for.compe.& in c.pa
ſtoralis.colum.3.verſi.amplia etiam. de excep.
Dec.conſi.434.Pariſ.conſi.45.nume.29.uol.1.
Soc.conſi.95.nume.13.uolum.1.& ultra prædi
ctos ad ſaturitatem uideri poſſunt Portius Imo
lenſ.lib.4.concluſionum communium.cap.25.
Gabrielius Romanus lib.6.de ſtatutis. conclu-
ſione.3.nume.9.& Senatus Pedemon. deciſio.
142.nu.24.at in propoſito noſtro conſtat noto-
riè de iuribus & dominio bonorum, de quibus
agitur, pertinentibus ad ipſum Comitem Hip-
polytum per teſtamentum dicti Domini Zillij,
in quo uocatur ipſe Comes per fideicommiſ-
4 ſum: † & ex poſſeſſione quæ erat apud teſtato
rem tempore mortis, probatur eius dominium,
cum deducatur incidenter. l.1.ff. fam.ercif. not.
glo.in l.ſicuti.§.ſi quæratur.ff.ſi ſeru. uendic. &
per Bar.in l.quidam in ſuo.ff de cond.inſti. me
ritò ſtatutum præallegatum, quod poſſ.defunc.
5 debet in eo ceſſare: † confirmatur hæc conclu
ſio per Ruinum in allegato con.27.colum.3.uo
lum.5.ex doctrina Baldi in rubr. de cauſ.poſſ.
& prop. ubi loquens de tali ſtatuto cōtinuante
poſſeſſionem in hæredem dicit illud intelligi
debere de iuſto & uero hærede. ſequitur Alex.
conſi.82.perſpectis his.colum.3.uol.2. quod cō
ſilium repetitur conſi.40.uol.3.& conſi.51.uol.
6.idemq́ue tradit Andr.Sic. in dicta rubr. car.
22.uerſi.oportunè ſe offert.& conſi.85.col. an-
tep.uer.item iſta continuatio. uol. 1.Ioa.Bapt.
Caſtelli.in ſua diſputa.incip.magnificus.col.4.
uer.item iſta.Benedic. in c. Raynutius.in uerſi.
mortuo itaque teſtatore, ſecundo.nu.73.de te-
ſta.Iaco.a S.Georg.in l.ſi ſorori, poſt medium,
C.de hær.inſt.& Tiraquell.in tract.le mort. Sai
6 ſit le uif.in prin. declara. 2. partis. † cuius rei
rationem manifeſtiſſimam adducit, quem ſe-
quitur Menoch.in tract.de adip.poſſeſſ. remed.
4.nume.756.quia legum & ſtatutorum benefi-
cia capacibus ſcripta ſunt, non etiam odioſis &
incapacibus.l.Lucius Titius Damā. ff. de leg.
2.& omnis diſpoſitio quantuncunque genera-
lis recipit limitationem, ut noſtri loquuntur,
de habili & idoneo. l. ut gradatim. ff. de mun.
& hon.gloſſ.in l.emancipati, & ibi Bartol.ff.de
adop.in l.1.C.de ſacr.ſanct.eccl.& in l.1. C.ubi
de rati.agi.op.cum ſimilibus a Iaſ. cumulatis in
dicta l.1.de ſacr.ſanct. eccl. Alex. Soc. & Iaſ.in
l.1.§.prætor ait.ff.qui ſat.cogan. Alexand. con-
ſil.1.0.colum.2.uolum.1.uerſicu.ergo ſequitur.
Andr.Sicul.conſi.1.colum.2.uerſicu.& licèt ſta
tutum.uolum.1.Tiraquell.de retract. 1.gloſſ.
7 7.nume.36. † at hæc Illuſtr. Do. Iulia non eſt
hæres iuſta, quo ad iſta bona ſubiecta fideicom
miſſo diſpoſito per ipſum Dom. Zillium igitur
quo ad ea non debet ex hoc ſtatuto in eam poſ
ſeſſio continuari, ſecundum Ruin. loco citato.
quamuis enim poſſit hæc domina dici hæres iu
ſta, ſimpliciter & generaliter loquendo, ſatis
tamē eſt, quòd ſit iniuſta, nec capax quo ad iſta
bona: ſicuti paria ſunt, quòd quis deceſſerit in-
teſtatus in totū, uel quòd ſit inteſtatus, quo ad
id, de quo agitur. l.inteſtato.§.1.ff.de leg.tut.§.
quod autem. Inſtitut.de legat. agna.tuto.unde
patet, quòd hoc ſtatutum locum non habet,
quando conſtat euidenter de non iure hæredis,
& quòd ingrediens iacente hæreditate eſt do-
minus, & quòd ingreſſus eſt permiſſus de iu-
re, ſed procedit ſtatutum quando de iure ingre
dientis eſt dubium, uel qn̄ conſtaret quòd ius ingre-
diendi non haberet. ita formaliter arguit in ſi-
8 mili ſtatuto Ruin. in d. conſil. 7. † Secundo
præter eum concurrit in caſu noſtro, quòd Ma
gnif. Dominus Hercules fideicommiſſo graua-
tus a Domino Zillio, iure reſtitutionis reliquit
in ſuo teſtamento bona, de quibus agitur, ipſi
Comiti Hippolyto, & ſic uerbo fecit eorum re
ſtitutionem: igitur in ipſum Comitem Hippo
lytum dicitur tranſlata eorum poſſeſſio, prout
probat Caſt.conſi.152.col.3.uer.ad ſecundum,
uol. 2.ubi dicit quòd cum uerbalis reſtitutio
tantum operetur in fideicommiſſo uniuerſali,
quo ad iura utilia, quantum hæreditatis aditio
in hærede, quo ad iura directa. l.facta. in princ.
9 ff.ad Trebell. † & in hæredem directum poſt
aditam hæreditatem continuetur & transfera-
tur poſſeſſio, quæ erat penes defunctum ex for-
ma ſtatuti, pariter ex uerbali reſtitutione tran-
ſlata cenſeri debet, & ulterius quando ex hoc
non diceretur tranſlata poſſeſſio in dictum Co
mitem Hippolytum, tale relictum ſibi factum
reperitur cum clauſula, omni meliori modo, ex
qua dicitur ei data facultas accipiendi poſſeſſio
nem propria auctoritate, ut tradit Cur. Iun.
in l.final. nume.49.C.de edict. diui. Adria.tol-
lend.de quo mentionem feci confirmando, In-
10 ſtitut.de donat. in princ. nume. 567. † igitur
ſi eam poſſeſſionem poſtmodum Comes Hip-
polytus apprehendit, dicitur ex uoluntate Do.
Herculis teſtatoris fecifse, & propterea non de
bet aduerſus eius uoluntatem ſtatutum conti-
nuans poſseſſionem in hæredem locum habe-
re, quia tale ſtatutum debet ſe conformare ad
uoluntatem teſtatoris, ſicut econtra uoluntas
teſtatoris ſolet ſe ad ſtatutum conformare, pro-
ut uoluerunt Bartol. Angel. Imol. Cuman.
Caſtr. Roman. Alexand. & alij recentiores in
l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian.
& in terminis noſtris arguit Tiraquell. in di-
cto tractat. le mort. ſaiſit o. declarat. ſecunda
parte, numero nono. & hæc ſunt, quæ ad fa-

uorem prædicti Comitis Hippolyti prima con
11 ſideratione deduci poſſunt. † Quibus tamen
non obſtantibus dici debet faciendum eſſe præ
ceptum prædictum Comiti Hippolyto, ſeu fa-
ctum cõfirmandum, non autem reuocandum,
quoniam nos habemus præciſam diſpoſitionẽ
ſtatuti dicentis, quòd poſſeſſio defuncti tranſla
ta cenſeatur & cõtinuata in hæredem ipſius de
functi à morte ipſius, etiam ante aditionem hæ
reditatis, ſeu apprehenſionem factam per hære
dem ipſius hæreditatis, & etiam ſi alius prius oc
cupaſſet eam. hoc enim peculiare reperitur hu
ius ſtatuti, quòd procedat his rebus, quarũ de-
functus poſſeſſor erat tempore mortis ipſius,
12 † ſicut & hæres mittitur in poſſeſſionem earũ
rerum, quæ fuerunt defuncti tempore mortis
ſuæ. l. fi. C. de edic. diui Adr. coll. ibi, in earum
rerum, quæ teſtatoris tempore mortis fuerunt.
& ibi Bart. colum. pen. verſi. ſecundus caſus. Al-
beric. colum. 3. verſi. item oppono. Saly. colum.
4. verſi. nunc videamus, & Caſtr. colum. 2. verſi.
quartò requiritur, & in terminis huius ſtatuti
Tiraquel. in dicto tract. le mort. prima declara.
quartæ partis ac Magnificus D. Hercules defun
ctus poſſidebat iſtas res tempore ſuæ mortis. er
go poſſeſſio earum defuncti debet eſſe cõtinua-
ta in Illuſtr. D. Iuliam eius hæredem. Nec hoc
argumentum diuellitur ex eo, quod allegetur
hæc bona D. Herculem poſſediſſe quidem, ſed
vt oneri fideicommiſſi ac reſtitutionis ſubiecta,
† nam quemadmodum ſtatutum hoc locum
13 habet; & procedit in quacumque poſſeſſione,
quam habuiſſet defunctus, etiam ſi poſſediſſet
bona vti feudalia, prout ſignanter dicit in verſ.
mandantes, pari ratione debet habere locum,
quando defunctus bona poſſediſſet vti ſubiecta
fideicommiſſo, cum vtraque ſpecies bonorum
ad alium pertineat. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. a Ti-
tio. ff. de verborum, obligatio. confirmatur,
nam hoc ſtatutum continuat poſſeſſionem bo-
norum in hæredem, dato quòd defunctus in
eis habuiſſet tantum vſumfructum, vel de-
tentionem ſimplicem, vnde ſi caſu quo defun-
ctus dum viuebat erat uſufructuarius tantum,
14 † & ſic naturaliter tantum poſſidebat. l. natu-
raliter, in princ. & ibi doct. ff. de acquir. poſſeſſ.
vel erat ſimplex detentator, qui minus etiam iu
ris habet, vt per Bar. Ang. & cœteros in l. 1. in
princ. ff. eo. poſſeſſio continuatur in hæredem,
multo magis continuari debet poſſeſſio bono-
rum fideicommiſſo ſubiectorum, quæ ciuiliter,
& naturaliter defunctus grauatus poſſidebat;
authent. multo magis. C. de ſacroſanc. eccle.
15 † His igitur ſic ſtãtibus nõ potuit Comes Hip
polytus ex apprehenſione poſſeſſionem acqui-
rere: cum enim in hæredem continuetur, non
poſſunt duo inſolidum poſſidere. l. 3. §. ex con-
trario. ff. de acquirend. poſſeſſ. ita declarat in ter
minis huius ſtatuti, vel huic ſimilis, Fulgoſ. con
ſi. 230. in quæſtione. ſequitur Dec. conſi. 84. co
lum. 2. meritò cum conſtet ex hoc ſolum ipſam
Illuſtr. D. Iuliam eſſe in poſſeſſione, faciendum
eſt præceptum prædictum; factumque confir-
mandum dicto Comiti Hippolito, vt per Caſtr.
conſi. 3. volum. 2. Bald. in l. ordinarii. colum. 4.
C. de rei vend. Lanfran. in rub. de cauſ. poſſ. &
pro. Fely. in rubr. de treu. & pac. Dec. in c. licet
cauſam, nume. 27. de prob. & in l. fi. nume. 7. vbi
pariter D. meus Vbert. Zuccar. C. de edic. diui
16 Adri. toll. † Sola ſupereſt difficultas in tollen-
dis obiectis, ex qua reclarior reddetur iſta con-
cluſio pro hac Illuſt. Domina. Nõ obſtat igitur
in primis, quòd dicitur tale ſtatutum locum nõ
habere in eo, qui debitè poſſeſſionẽ occupaue-
rit, ſed indebitè tantum: nã verius eſt illud paſ-
ſim loqui, & intelligi debere: ibi, etiam ſi alius
prius eam occupaſſet. nõ enim diſtinguit quali
tatem bonorum nec perſonarum occupãtium,
meritò debet indiſtinctè procedere. l. de pretio.
ff. de publi. in rem act. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol.
matr. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. confir-
matur & melius in quantum mandant ſtatuen-
tes id ſtatutum locum habere, & procedere in
quacunque poſſeſſione defuncti, etiam ſi poſ-
ſediſſet bona vti feudalia, vel in eis habuiſſet
dũtaxat vſumfructum, & tam clarum eſt quòd
ſucceſſor in feudo, vel proprietarius, ad quem
cõuolare ſolet vſusfructus extinctus vſufructua
rii morte. §. finitur, & ibi not. Inſt. de vſufr. in-
gredientes poſſeſſionem debitè occuparent, ni-
hilominus ſtatutum nequaquam id per eos fie-
ri concedit, ſed vult dictorum bonorum poſſeſ-
ſionem in hęredem continuari: quo fit vt idem
17 de fideicommiſſo ſubiectis dici poſſit. † Accedit
quòd idem ſtatutum concedit hæredi pro tali
occupatione remedium recuperandæ poſſeſſio
nis, in quo non poteſt obiici per poſſeſſorem
proprietatis exceptio, quia tale remedium da-
tur contra titulo poſſidentem, vt tenent Hoſti.
Calder. Io. de Ligna. Butri. & Abb. in c. cum ad
ſedem, de reſt. ſpol. cum ſimilibus per Alex. Iaſ.
& alios in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſeſſ.
18 † qui tenent hanc opi. eſſe magis communem
contra Bart. dicitque Iaſ. ita conſuluiſſe, prout
reperitur in conſi. 71. col. 1. vol. 4. quibus addo
D. meum Riminal. conſi. 67. nume. 7. conſi. 98.
nume. 76. uolum. 1. conſi. 418. nume. 10. & ibi in
apoſtillis alios adduxi, infinitoſque alios aggre
gat Menochius in tract. de recuper. poſſ. reme-
dio 15. nu. 80. quibus addo Bertrandum conſi.
68. conſi. 306. colum. 1. conſi. 220. uol. 1. nouiſſi-
19 morum, † qui dicit eſſe communem, & in practi
ca ſeruari, conſi. 243. uolum. 2. & conſi. 97. col.
1. & 2. uol. 3. nouiſſimorum. Ioa. de Amic. conſi.
97. colum. 1. & 2. qui pari modo teſtatur hanc
eſſe communem. Deciſ. Neapo. 361. nume. 33.
Dec. conſi. 57. nume. 5. conſi. 252. colum. 1. Spe-
culum aureum in 7. diſtinctio. principali iudi-
ciorum, nume. 50. ubi dicit tale remedium ge-
neraliter competere illi, qui ſine cauſa iuſta ce-
cidit a poſſeſſione, quæ peruenit ad alium, ſiue
bona, ſiue mala fide: ſiue ſcienter, ſiue igno-
ranter: ſiue cum uitio, ſiue ſine: cum titulo,
ſiue non. Demumque Berous idem tenet in
capitul. 1. de reſtitut. ſpoliat. nume. 29. & am-
plè Roland. à Valle conſil. 71. ſub nume. 8.
uol.

vol.2.qui citat inter alios Boerium deciſ. 339.
20 col.17.in fine. † & Socinum iun.conſi.34.nu
me.12.vol.3.vbi dicit in conſulendo & iudicā
do non eſſe recedendum ab ea, demũque Ne-
uizanum conſi.34.nu.5 .primo tomo feudaliũ
diuerſorum,& Menochium rurſus in tract. de
recupe.poſſ.remedio primo,num. 182.vbi pari
ter citat ad hoc Brunum conſi.21.num.9.quos
cum ſuperius cumulauerim conſi. 66. in princ.
nunc addo nouiter eis Plotum in l.ſi quando,
nu.65.C.vnde vi,ver.remedium.Rolandum à
Valle conſi.50.nu.11.vol.2. Benintendum de-
ciſ.33.& Borgninum Caualcaneum in trac.de
tutore & curatore,nu.152.quibus accedunt a-
lii,quos adducit D.Ioſeph Ludouicus ab Aſſi
ſio Peruſinus deciſio.59.nume.7. dicẽs eſſe ma
gis communem,& ſecundum eam ſæpius iudi
21 caſſe. † igitur ad propoſitum noſtrum redeũ-
do,ſi ſtante tali ſtatuto,de dominio quæri non
poteſt,vt inquit Bal.in rub.de cauſ poſſ.& pro
prie.& Dec.conſi.84.col.2.patet quod non po
teſt Comes Hippolytus ſe defendere prætextu
alicuius occupationis debitæ, ſiue poſſeſſionis
22 apprehenſæ. † & quatenus hoc ſtatutum po-
ſtea ſubdit de indebitè occupantibus quos pu-
nit in libris 25.reſtõne fructuũ,& aliis pęnis ſta
tutorum,non inde ſequitur quin occupantes
debitè ſubiiciantur illi ſtatuto. Quòd enim cõ-
prehendãtur apparet,dum ſubdit de bonis poſ
ſeſſis per defunctũ,vti feudalibus ratione vſuſ-
fructus vel detentionis,in quibus diſponitur eſ
ſe locum dicto ſtatuto,& tamen occupatio dici
tur eſſe debita:quia tamen non eſt licita,neque
legitima(quia nemo ſibi ius dicere dẽt occupã
do res.l.1.in prin.ff.quorũ leg.l.fi. C.unde vi)
ſtatutũ voluit prouidere quoque in iſto caſu,li
cet non appoſuerit pœnam,prout in præceden
23 ti caſu,qñ occupatio fuit indebitè facta. † Et ꝙ
occupatio rerum ſubiectarum fideicommiſſo,
facta per fideicommiſſarium hęreditate iacẽte,
non ſit licita,neque de iure permiſſa, ſed ad re
ſtitutionem teneatur,tenent glo.Bar. Caſtr.A
lex.& omnes in l.nõ eſt dubium, C.de leg. An
gel.in l.extat,col.2.ff.quod metus cauſa. Iaſ.in
l.talis ſcriptura,in fi.ff.de leg.1. Odofred.in l.1.
C.quor.leg.Alberi.in l.1.ff.eo.& poſt eum Ri-
pa,nu.19.Soc.conſi.33.col.fi.q.5.vol.1.Roma.
conſi.312.in prin.Dec.cõſi.243.col.pen.conſil.
404.ad fin.D.meus Rimiual.conſi.162.nu.22.
Guil.Bened. in c.Raynutius,de teſta.ver.eodẽ
teſtamento primo,nume.257.& uer.ſi abſque
liberis,2.nu.145.Guid.Pap.conſi.17.in fine,cõ
ſi.115.nu.3.conſil.59.quos omnes alias adduxi
Inſti.de donat.in prin.nu.534.ſecundum prio
rem editionem,& nunc addo Oldradum conſi.
107.Marianum conſi.33.Nattam conſi.395.n.
21.Marcum Angelel. conſi.83.primo tomo vl
timarum voluntatum,& Franciſcum de Baſſis,
nume.8 quia in editione ſecunda legentur ,
quam,Deo dante,polliceor longè locupletiorẽ
24 prima. † & præter illos accedit Senatus Pede
montanus deciſio.34.nu.19.& ſeq.ubi citat Bal
dum.in l.fi.col.3.C.de edic.diui Ad.toll.dicẽtẽ
plus delinquere occupãtem poſſeſſionem vacã
tem per mortem,quam per negligentiam,poſſi
dentis,quia hæreditate iacẽte,merè,& oĩno nõ
dicit uacare poſſeſſio, cũ hæreditas cępta uſuca
pionem compleat,& fructus acquirat,l.cum hæ
reditas.C.dep.& Baldũ refert,& ſequitur Dec.
conſi.400.col.3.& conſi.424.colum.3.uerſ.non
obſtant allegata.Ripa in c.cũ eccleſia Sutrina,
25 nume.131.de cauſa poſſ.& prop. † Confirma-
tur,quia poſito quod bona,de quibus agitur ,
eſſent ſubiecta fideicommiſſo Do.Zillii,tamen
æs alienum veniebat detrahendum , & præter
illud Trebellianica ex perſona Domini Hercu
lis grauati, quæ fructus perceptos excedebat,
ſicque res fideicommiſſariæ , & quæ reſtituen-
dæ forent,reddebantur incertæ tam ratione lo
ci,quàm quote, meritò non potuerunt licitè
occupari,ut ſentit Bar.in l.2.C.quan.& quibus
quar.pars,lib.10.quem refert,& ſequitur Aret.
in l.3.S.incertam , ibique Iaſ.numero 10.ff.de
acqui.poſſ.Alex.conſi.pen.nume.2.& 3.uol.4
Boer.deciſio.156.nu.2.Dec.conſi. 136.num.9.
Rui.conſi.39.vol.4.& Senat. Pedemonta.loco
26 citato, † qui per hoc infert fideicommiſſariũ
ingredientem,& occupãtem propria auctorita
te nullam poſſeſſionem acquirere,d.S.incertũ,
Innoc.in c.ex ratione,de appella.Alexan. in al
legato conſi.pen.volum.4.& ex prædictis uer-
bis huius ſtatuti ceſſant dicta Ruini in allega-
to ſuo conſi.27.quia in caſu ſuo ſtatutũ Medio
lani loquebatur aliter quàm faciat noſtrum, ul
tra quod deciſio Ruini non procedit in fideicõ
miſſario per rationem Senatus Pedemontani
27 ſupra relatam. † Non obſtat etiam conſiliũ
Caſtren.152.uol.2.quoniam reſpondet ad il-
lud Tiraquel.in tracta.le mort.ſaiſ.10.declara.
2.partis, nume.18.dicens ex uerbali tantum re
ſtitutione non transferri poſſeſſionem in fideicõ
miſſarium,niſi tradita fuerit ei,& per illum cõ
prehẽſa,cũ ſolis uerbis poſſeſſio nõ trãſferatur,
ut not.in l.prædia,ff.de acq. poſſ.niſi interuene
rit conſtitutum,uel pcariũ,uel retentio uſusfru
ctus , uel alius modus ex notatis in l.3.in prin
cip.ff.eo.& ita per hanc rationem & aliàs con-
cludit in caſu noſtro Bellon.conſi.43. in termi-
nis huius ſtatuti,quem citat Tiraquel.loco ci-
28 tato. † Minus etiam me remouet licentia ta-
citè data Comiti Hippolyto accipiendi poſſeſ-
ſionem propria auctoritate per clauſulam,om-
ni meliori modo.repugnant enim Faber in §.al
teri,col.1.uerſi.& ſi conſuetudo. Inſti. de inut.
ſtipul.Guil.Bene.in c.Raynutius, ver. mortuo
itaque teſtatore,2.n.72.de teſtam.Boeri. in cõ-
ſuetud. Biturig. titu. des couſtumes , colum.
3.Caſſane. conſil.19.duodeci. dubio.colum.1.
nume.47.& Tiraquel.in tract.le mort. ſaiſ.3.de
clara.7.partis. dicentes heredem ſaiſitum eſſe
de omnibus rebus,quas defunctus poſſidebat,
& ſic earum poſſeſſionem in eum continuari ,
non obſtante quacunque clauſula , etiam cum
29 pœna,per teſtatorem adiecta. † Et ſic ſtante
ſtatuto noſtro,non per hoc licuit Comiti Hip-
polyto poſſeſſionem bonorum ingredi,& occu
pare

pare, maximè verò ſine iudicis interuentu, & eius auctoritate in capienda poſſeſſione, quæ debuit interuenire, licet ſibi data fuiſſet facultas accipiendi poſſeſſionem ſuo marte, per teſtatorem, vt voluit Bal. conſi. 234. veritas eſt iſta, volu. 2 Iaſ. conſi. 146. vol. 4. Tiraquel. in d. tracta. 10. decla. 2 partis, nume. 4. Boer. deciſio. 156. nume. 16. cũ ſimilibus, ex quibus ſine multiloquio res clara redditur ad fauorem Illuſt. D. Iuliæ.

30 † tantoq; magis, quoniam D. Hercules poſtquàm iure reſtitutionis reliquit Comiti Hippolyto bona ſubiecta fideicommiſſo, peruenta ad ipſum ex hæreditate D. Zillii, ſubiunxit detractis tamen melioramentis ſuper dictis bonis factis per ipſum teſtatorem: clarum eſt autem ꝙ vigore dictorum melioramentorum, cum rebus cohæreant, licita debet eſſe retentio Illuſt. Dom. Iuliæ quouſque fuerit de illis ſatisfacta, vt tradunt Bald. Sali. Caſtr. & alii in l. ſi. C. commod. Bar. Alex. Iaſ. & omnes in l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum, ff. de cond. inde. Neguſ. in tracta. de pignor. 4. mem. 5. par. nu. 14. Gozad. con
31 ſi. 86. nu. 25. & Ceph. conſi. 242. nume. 15 † Nec eo prætextu, quòd non ſint liquida melioramẽta prædicta, relaxari debent bona Comiti Hippolyto præſtita cautione, de qua per Angel. & ſequaces in l. 4. §. 1. ff. de re iud. quoniam verba teſtamenti repugnant, quæ dicunt, quæ omnia voluit ipſe teſtator venire & comprehendi ſub infraſcripta inſtitutione hæredis. in eis ergo dicitur inſtituta quoque Illuſtr. D. Iulia, & ſic eorum poſſeſſio continuata fuit in eam, quod fieri non poteſt, niſi totum corpus bonorum ei relaxetur, cum ſint a ſolo inſeparabilia, taliaque, quæ abradi nõ poſſunt, ſed præciſè ſolui debet eorum æſtimatio, cum d. Comes fuiſſet ea facturus, ut declarat Caſtr. conſi. 270. ad fi. vol. 2. quare hæc Illuſt. Domina debet obtinere.

*Hippolytus Riminal. Ferrar*

---

## Pro Illuſtriſſ. & Reuendiſſ. Cardinale Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De remiſſione conductori non facienda.

### *SVMMARIVM.*

*1 Pacta & conuentiones ſeruandæ potiſſimè in locatione. 19.*
*Et per ea cenſetur à iure communi receſſum. 2.*
*3 Conductori remiſſio fieri debet ob fluminis mutationem ad molendinum.*
*4 Conductor ſi uti non poteſt ſine dolo & culpa locatoris, remiſſio penſionis tantum ſibi fieri debet pro rata temporis.*
*5 L. ſi vno § item cum quidam ff. locati recitatur, & declaratur.*
*6 Conductor impeditus vi fluminis, poteſt petere reſtaurum.*
*7 Contrariorum eadem diſciplina, & ratio.*
*8 Locatoris patientia debet eſſe ſucceſſiua.*
*9 Qui vult conſequens, & antecedens.*
*10 Dominus loci, in quo eſt cluſa, tenetur dare aditum vt aptari poſſit per habentem eam.*
*Conductor petens remiſſionem, probare debet*
*Concludenter damnum intolerabile. 12.*
*Et quale debeat eſſe. 13.*
*Videlicet, quando deceptus eſt ultra dimidiam, deductis ſumptibus.*
*Et eſt communis opi. 14.*
*Vel quòd non collegit dimidium eius, quod erat conſuetum percipi. 15.*
*16 Probatio non concludens, non prodeſt.*
*17 Conductor impeditus facto locatoris, uel tertij, quale damnum paſſus eſſe debeat.*
*In quo Catell. Cotta damnatur. 18.*
*20 Conductor expreſſis caſibus, quibus teneri noluit, cæteros in ſe ſuſcepiſſe uidetur.*
*At contra Cephalus 21.*
*Sed præcedentem opi. ſaluat auctor. 22.*
*23 Copula requirit concurſum copulatorum.*
*24 Culpa lata dicitur, non faciendo quod fieri conſuetum eſt.*
*25 Conducens fundum tempore guerræ, non poteſt petere remiſſionem ex ea.*
*Idem ſi fundum ſubiectum aquis conduxerit. 26.*
*27 Dolus arguitur in faciente rem prohibitam.*
*28 Fallens non debet commodum reportare.*
*29 Legatarius uiæ, tenetur locum ſibi aptare quo ea uti poſſit.*
*Idem conductor.*
*30 Interpretatio fit contra eum, qui potuit apertius loqui.*

## CONSILIVM XCII.

*Auxilium meum à Domino.*

CONDVCTORES molendini Lugi petunt ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinale Ferrariæ ſibi reſtaurum fieri pro tẽpore præterito, quo molendinum per eos conductum non moluit, ob quam rem maximum damnum ſe fuiſſe paſſos prætendunt, & intentionem ſuam fundant in capitulo, conductionis, dicente quòd ſi canalia inciderentur ſupra dictum molendinũ, & aqua per alias uias inſolitas flueret, nec amplius deſcenderet ad ipſum molendinum, tunc ſua Reuerendiſſ. Dominatio teneatur facere reſtaurum dictis conductoribus ad ratam temporis & affictus. at ipſi conductores probarunt per plures teſtes, aquas ad dictum molẽdinum non fluxiſſe propter canale uariis in locis inciſum ab anno 1560. citra, & multas querelas fuiſſe factas per conducto-
1 res coram commiſſario Sollaroli, † meritò uidetur remiſſioni locus eſſe debere, iuxta conuẽta l. iuriſgentium. §. prætor ait ff. de pact. l. 1. §. ſi con-

uenerit,ff.depoſ.nam conuentiones partium le
ges ipſarum appellantur,& inter eos ſeruari de
bent.l.legem,& ibi Saly.Alexand.Iaſ.& Dom.
2 meus Riminald.C. de pac. † adeo quod ubi
pactum interceſſit, intelligitur eſse receſsum à
iure communi, ut verba aliquid operentur.l.ſi
quandò,ff.de lega.1.& in not.q.ſcribit Ang.in
l.ædem . C. loca.Dec.in c.quæ in eccleſiarum,
verſus finem.de conſti.Natta conſi.382.nume.
11.Secundò confirmatur vltra pactum condu-
ctorum intentio deciſione Fulgoſii conſi.193.
quem ſequitur Natta conſi. 419. nume.16 .ubi
in caſu ſuo flumen , per quòd ducebatur aqua
ad molendinum , mutauerat alueum ob ma-
ximas pluuias,ita quod aquæ defectu non po-
terat amplius molere.† concludit Fulgoſ.quòd
3 cum conductor non potuerit frui re locata ſibi
ex mutatione aluei,itaq; molẽdinũ propter im
potentiã molendi dicatur quodãmodo interiiſ
ſe.imò nec molẽdinũ dici poſſit,arguẽdo ab al
luſione uocabuli,debeat fieri remiſſio pro rata
temporis, ſiue exoneratio mercedis,quo frui
non potuit conductor,& ſic caſum noſtrum de
cidit Fulgoſius ibi,præter quẽ accedit tex. in l.
ſi fundus,ff.loca.quem Caſtr.ſummat in hunc
4 modum, † Si conductor prohibetur vti ſine
dolo uel culpa locatoris ad hoc ordinata, non
tenetur locator,niſi ut reſtituat,uel remittat pẽ
ſionem pro rata temporis,quo non potuit uti.
concordat etiam tex.in l.ſi uno.§.item cũ qui-
dam.ff.loca.quem locum Cõnanus in commẽ-
tar.iur.ciuilis,lib.7.cap.11.colum.13.tribuit Vl
piano,licet in libro meo proponatur Papinia-
5 nus in auctorem,† ubi dicitur quòd cum qui
dam naue amiſsa uecturam, quam pro inuito
nauta acceperat,repeteret,reſcriptũ eſt ab An-
tonino Auguſto non immeritò procuratorem
Cæſaris hãc ab eo vecturam repetere,cum mu
nere uehendi functus nõ ſit. Quod in omnibus
perſonis ſimiliter obſeruandum eſt,hoc eſt (in-
quit Connanus)non ſolum in fiſco, ſed etiam
in omnibus. hoc enim iure communi nititur,
non aliquo fiſci priuilegio. Nautis enim ſolet
vt plurimum repræſentari merces uecturæ, aut
ex toto,aut ex parte.Itaque ſi caſu impediatur
vehere, ex lege locationis iuſtum eſt ut reddat,
quod accepit,quo nomine& cõdictione ob cau
ſam agi poſset,quia datum ob cauſam,quæ nõ
ſit ſecuta.ſic igitur in caſu noſtro dicendum ui
detur penſionem datã uel promiſsam Reueren
diſ.D.Cardinali pro molẽdo,cõductorib.ĩpedi
tis molere propter aquarũ defectum,cauſatum
ex inciſionibus fluminis,vel reſtituendam, vel
6 remittendam,quatenus impediti fuerunt.† Ter
tiò moueor,nam ſicut conductor impeditus vi
fluminis damnum paſſus iure communi poteſt
petere reſtaurum,l.ex conducto,§.ſi vis tempe
ſtatis,ff.loca.l.ſi merces,§.vis maior,eo.tit. Ru
be.conſi.153.Cephal.conſi.257.nu.11. hoc am-
plians etiam ſi de reſtauro talis caſus nihil à cõ
trahentibus fuerit dictum,arg.l.in vendendo,
in prin.ff.de contr.emptio.pariter e conuerſo,
ſi propter defectum fluminis conductor fuerit
impeditus,vt in caſu noſtro proponitur, debet
7 remiſſioni locus eſſe, † vt contrariorum ſit ea-
dem diſciplina ſeu ratio,l.1. ff.de his, qui ſunt
ſui. D.meus Rimi.conſi.189.nume.19. Locator
enim tenetur ad factum, ideſt pati conductorẽ
vti re conducta,& patientiam præſtare,vt cõdu
ctor fruatur, l.ſi quis domum,vbi Bart. & l.ex
conducto,in prin.ff.loca.Bart.in l.1.in pri.op-
po.C.de iure emphi.Aret.in §.item quæritur.
8 &§.fi.Inſti.de actio.Iaſ.in d.l.1.nu.94. † Ethu
iuſmodi patientia debet eſſe ſucceſſiua, quia
locator ſemper tenetur pati conductorem uti
re conducta,gl.Bar.& doct.in l.corruptionem.
C.de vſufr.Bar.& Caſt.in d.l.ſi quis domum,
Alex.conſi.112.col.fi.verſi.ad allegata,volumi.
1.Crot.conſi.96.nu.14.Senatus Pedemont.de-
ciſ.51.nu.19.igitur ex quo Reuerendiſ. Domi-
nus Cardi.non præſtitit dictam patientiam,te-
neri debet ad remiſſionem conductoribus præ
dictis.Quartò fundari videtur eorum intẽtio,
quoniam vt teſtes dicunt , aqua non fluxit ad
molendinum propter cluſam Caſtri Bononiẽ
ſis minus altam,nec vt erat opus,accommoda-
tam,ad quod videtur obligaſſe ſe Reuerend.D.
Cardinalis in primo capitulo cõductionis,qua
tenus in eo dicitur,quod teneatur & debeat fie
ri facere omnia canalia taliter, quòd aquæ cur-
rere poſſint ſine aliquo impedimento eo modo,
9 quo hactenus conſuetum fuit, † nam cum di-
cta cluſa ſit in canalibus poſita,per quæ fluit aqua
ad dictum molendinum,ſine cuius adaptatione
currere non poſſet,Reuerendiſſi.Dominus pro
mittens fieri facere dicta canalia taliter, quòd
aqua currere poſſit ad molendinum, cenſetur
etiam promiſiſſe fieri facere,vel adaptare dictã
cluſam,ſine qua aqua currere non poſſet.qui e-
nim vult conſequẽs,vult ſuum neceſsarium an-
tecedens.l.illud , ff.de acqui.hær.l.ad rem mo-
bilem,ff.de procur.cum ſimil.per Doctores in
l.2.ff.de iur.om.iud.Alex.in rub.C.qui admi.
Ceph.conſi.193. nume.8.Nec videtur excuſari
poſſe Reuerendiſſi.Dominus, quòd non potue
rit adaptari facere dictam cluſam,niſi volenti-
bus Dominis Bononienſibus,in quorũ territo-
10 rio poſita reperitur , † quoniam contrarium
verius eſt.habens enim cluſam molendini ſui
per fundum alienum, quæ eget refectione, co-
gere poteſt dominum illius loci, vbi ſita eſt, ad
præſtandum aditum per illum locum cum tan-
ta latitudine,quòd ibi cernenta ponere poſſit
& operarios ad eius refectionem, vt per illum
textum notant Ang.& Florian.in l.refectionis,
ff.commu.præd.& Iaſ.in l.quominus,num.68.
ff.de flumi.unde cum hoc non fecerit Illuſtriſ.
Cardinalis,teneri uidetur reficere dãnum cõ-
ductoribus,quod inde paſſi ſunt non molendo
pro rata temporis,quo deſtiterunt à molendo
11 in dicto molendino. † In contrariam tamen
partem mihi uidetur potius inclinandum pro
Illuſtriſſi.& Reuerendiſſi. Domino Cardinale
Ferrariæ,quoniam conductor agens ad remiſ-
ſionem penſionis probare debet concluden-
ter damnum maximum,& intolerabile ſe fuiſ-
ſe

ſe paſſum, quoniam pro damno leui, ſiue mo
dico non conceditur remiſſio. tex. eſt apertus in
l. ſi merces. §. uis maior. & ibi Bar. & alii notant
ff. loca. l. habitatores, cod. tit. Henric. Boic, &
Imol. in c. propter, de loca. Corn. conſi. 128. co-
lum. 4. verſic. & maximè, volum. 2. Pariſ. conſi.
12 38. nume. 14. vol. 1. † Et cum ſe fundet condu-
ctor in intolerabili damno, tenetur illud proba
re, velut fundamentum intentionis ſuæ, l. ei qui
dicit, ff. de proba. l. actor. C. eo. nam qui locat,
habet fundatam intentionem ex conuentione,
& contractu locationis, ideo nimirum ſi cōdu-
ctori incumbit onus probandi, ut declarat Bal.
conſi. 429. vol. 1. Cor. in dicto conſi. 128. colum.
pen. verſi. & propterea. Boſſius in tracta. crimi.
tit. de remiſ. merced. conduct. colum. 2. in fine.
Natta conſi. 449. colum. 1. Pariſ. dicto conſi. 38.
colum. 2. Bero. conſi. 142. nu. 3. & 8. uolu. 1. Rol.
13 à Valle conſi. 86. colum. 2. volu. 3. † Et in hac
materia remiſſionis damnum, propter quod eā
conſequi debet conductor, illud eſt quando cir
ca perceptionem fructuum reperitur deceptus
deductis ſumptibus ultra dimidiam iuſti pretii
ſoluendi locatori. Buth. Abb. & Imol. in dicto c.
propter. Iacob. de Are. Bal. & alii in l. licet. C.
loca. Caſtrenſ. in l. ex cōducto, §. ſi uis, ff. eo. Bal.
in dicto conſi. 429. vol. 1. Alex. conſil. 108. col. fi.
vol. 2. Corn. in d. conſi. 128. col. 5. verſi. tertia eſt
opi. Gozad. conſi. 74. col. 2. in prin. Pariſ. d. con
ſi. 38. col. fi. Ripa in tract. de peſte, tit. de priuil.
14 contra peſt. nu. 25. † Et hanc eſſe communem
doctorum ſententiam firmant Rui. conſi. 81. in
prin. vol. 1. Didac. lib. practi. q. cap. 10. Boſſi. lo-
co citato, nu. 4. Soc. iun. conſi. 68. num. 9. vol. 2.
immo verò magis receptam teſtantur Aret. cō-
ſi. 52. col. 2. & Bero. conſi. 143. nume. 14. volumi.
2. cui concluſioni ſunt vniformes meo iudicio,
15 † qui dicunt conductorem tunc demum re
miſſionem conſequi debere, quando fructus re
collecti, ita ſunt exigui, quòd ſoluendo penſio-
nem remanet deceptus vltra dimidiā iuſti pre-
tii, uel non colligit eius dimidium, quod erat
conſuetum percipi, vt plerique dixerunt in d. l.
licet. Bar. in l. ſi vno. §. vbicunque, ff. loca. Ale-
xan. conſi. 3. vol. 1. & conſi. 108. vol. 3. commu-
nem adfirmans. Rui. conſi. 87. nu. 2. volu. 1. Ce-
phal. conſi. 104. nume. 3. Ioan. de Amic. conſil.
141. nu. 4. & alii ex ſupra memoratis, quos repe
tit Rol. à Valle in dicto conſi. 86. col. 1. volum.
3. at in propoſito noſtro non probarunt condu
ctores tale damnum: ſtant enim ſimul, quod
ob aquarum defectum, & earum inciſionem dā
nificari fuerint, quia molendinum non molue-
rit, & tamen quòd eorum damnum non ſit in-
tolerabile, & excedens dimidiam penſionis de-
16 bitæ, ſeu fructuum percipi ſolitorum. † igitur
probatio ſua, veluti nō cōcludens, eis prodeſſe
non debet, l. neque natales. C. de proba. l. non
hoc. C vnde leg. e. in præſentia, de prob. Vnum
tamen non prætereo, quod inquit Ruin. conſi.
81. vol. 1. q. ſtāte pacto de faciendo reſtaurū pro
pter damnum, non eſt illud declarandum ſecū
dū ius cōe, ſed ſecundū vulgi opinionē, à quo

verba contrahentium potius quàm à iure cōi
recipiunt interpretationem, l. liberum, §. quod
tamen Caſſius, ff. de leg. 3. l. ſemper in ſtipula-
tionibus, ff. de reg. iur. præſertim vt pactum o-
peretur, & Ruinum ſequitur ad vnguē Cepha.
conſi. 257. col. 3. plus addens ex Neuizano con-
ſi. 90. nu. 9. magnum damnum, quoad effectum
reſtaurii id cenſeri, quod cōſiſtit in ſexta parte.
Sed hæc vtcunque ſint, & apud me dubia, ve-
lut contra communem, non eſt in caſu noſtro
tale damnum probatum, quod vel ad ſextam a-
ſcēdat, vel ex opinione vulgi magnum valeat e
17 xiſtimari. † Alterum eſt quod refert Catella.
Cotta lib. memoralium, uer. conductor, impedi
tus facto locatoris vel tertii, non requiritur q.
paſſus fuerit damnum in dimidia, ſed pro qua-
libet rata parte fit ei remiſſio, prout ſingulari-
ter dicit determinare Flori. in l. Proculus, ff. de
vſufr. §. fi. quem ſequitur Firma. in tracta. de ga
bel. 2. par. q. 22. cum aliis per Cattel. quod no-
tat ad limitationem doctrinæ Bart. in d. l. licet,
de dimidia, quia procedit quando damnum
cōtigit uitio fructuum, ſecus ſi propter impedi
18 mentum. † Sed nec iſta declaratio iure proba
tur, nec Florian. aut Firman. aperiūt qualitatē
damni vnde poſſunt intelligi, quando ad dimi
diam aſcendit ut paſſim doctores dicunt, & pro
pterea uana redditur vndequaque conducto-
19 rum intentio. † Secundò corruit & alia ratio
ne, nam in locatione potiſſimum obſeruandū
eſt, quod inter contrahentes conuentum fuit,
vt probatur in l. licet. C. loc. cum ſimilibus per
Henricum Boich in d. c. propter, in princip. at
in uno tantum caſu ſe obligauit Reuerendiſſ.
Dominus ad faciendum reſtaurum conducto-
ribus, qui non euenit ut mox oſtendam: meritò
pro aliis caſibus remiſſio peti non poteſt per
conductorem, cum unius caſus incluſio ſit alio
20 rum excluſio, l. cum prætor. ff. de iudi. † Con
ductoresque per ſpecialem prouiſionem dicti
caſus, in quo teneri noluerunt, uident renun-
ciaſſe facultati petendi remiſſionem in omni-
bus aliis non exceptis. ita Ioan. Andr. in addi.
Specul. in tit. de loca. §. iam dicendum, in addit.
magna, in fi. poſt Alberic. & Odofre. Rui. con-
ſi. 87. nu. 4. uol. 1. Calca. conſ. 23. uerſi. ſexto pro
hac parte. Grat. reſpon. 161. num. 19. uol. 2. & in
molendino loquens Pariſ. conſil. 38. col. 1. in fi.
cum ſequen. uol. 2. quod etiam poſui in l. 1. nu.
21 406. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. † Bene ue
rum eſt, quòd Cephal. conſi. 257. nu. 17. cum ſe-
quen. inquit, caſum non ſpecificatum in pacto
propter ſimilitudinem cum expreſſis compre-
hendi, ſiue remiſſionem ad illum extendi, quo
niam regula l. cum prætor. ff. de iudi. ceſſat
quando in caſu non expreſſo militat eadem ra
tio, ſicut quando quid exprimitur gratia fre-
22 quentioris uſus, ut per eum. † Et ſi uidiſſet
Fulgoſium, conſi. 193. col. 3. uer. ad ſecundum,
dicentem argumentationem Ioannis Andr. &
ſequacium per regulam d. l. cum prætor, brocar
dicam eſſe, ſuam opinionem potuiſſet eius au-
ctoritate confirmare. Sed tamen aduerti debet
quòd

quòd Fulgoſius id argumentum cōcedit, quā-
do nonnulli caſus obligationis limitandæ cau-
ſa ſpecialiter exprimuntur, quod ex variis con-
iecturis colligit. vt per eum: quod & hic factū
cenſetur & adaptatur omnino. Qualitas enim
Reuerendiſſ. Domini Cardinalis, ſuorumque
negociorum gerentium non patitur, vt volue-
rint dies ac noctes inuigilare, nūquid cluſa per
fecta, uel adaptata ſit, an integrum canale, uel
incisum, ſed potius id curæ ac ſolertiæ condu-
ctorū dimittere. Hoc ſic ſtante non uideo quic
quam rēpugnare Reuerendiſſ. Domino, pro-
pter quod ad reſtaurum dictis conductoribus
teneatur. nam primum quod attinet ad canale
variis in locis inciſum, diligenter perpendi de-
bent uerba capituli conductionis, quod de re-
ſtauro loquitur in hunc modum. *Se per caſo foſ-
ſero tagliati i canali di ſopra dal detto molino, & fat
te andare l'acque per altre uie inſolite, & che piu
non ueneſſero al molino predetto, che all'hora ſua Si-
gnoria Reuerendiſſ. ſia tenuta fare riſtoro.* non e-
nim loquitur capitulū de inciſione canalis ſim
pliciter, ſed cum duabus aliis qualitatibus co-
pulatiuè adiectis, quòd immiſſæ fuerint per a-
lias vias inſolitas, & quod amplius non vene-
23 rint ad dictum molendinum, † ad ueritatem
cuius copulæ requiritur concurſus & verifica-
tio dictarum qualitatum, ad hoc ut reſtauro
ſit locus, l. ſi hæredi plures, ff. de condi. inſtitu.
Bar. in l. ſi is, qui 200. §. vtrum, colum. pen. ff. de
reb. dub. Soc. conſi. 13. col. 2. uol. 3. Senat. Pede-
monta. deciſ. 71. n. 66. cum potiſſime dictæ qua-
litates non ponantur principaliter, ſed reſpecti
uè ad aliud, videlicet ad inciſionem canalis, iux
ta doctrinam Bartoli in d. l. ſi hæredi plures. at
in proceſſu non video tales qualitates, per con
ductores probatas: teſtes enim, qui de cluſa nō
adaptata, & de inciſionibus loquuntur, dicunt
aquas ad molendinum veniſſe, licet non iuxta
ſolitum, merito ſecunda qualitas non uerifica-
tur. Addo fortius teſtes Reuerendiſſimi D. lo-
catoris probare, quòd alii conductores curā ha
buerunt obturari faciendi locos inciſos cana-
lium, tum perſonaliter eundo, cum alios mittē-
24 do, quod minimè fecerunt iſti cōductores. † igi
tur in culpa lata fuerunt, nō faciendo quod fie
ri conſueuerat, l. doli mali. §. fi. ff. de nouat. quē
textum refert ad hoc propoſitum Bal. cōſi. 463.
ſtatuto cōis Papiæ, col. 1. no. 3. repetito cōſ. 436
volum. 5. Craue. conſi. 97. nume. 6. & conſi. 215.
nu. 3. & talis culpa uenit eis imputanda ſic, ut
remiſſionem petere non poſſint, ut in ſimili ca-
25 ſu uidemus, † ſi quis conduxit fundum tem-
pore guerræ, propter quam fuit impeditus uti,
fruique dicto fundo: non enim poteſt remiſſio-
nem petere, cum fuerit in culpa, conducendo
tali tempore fundum, ut uolunt Bal. de pac. Cō
ſtan. uer. uaſalli ſecundo. & in l. ſi ea lege. C. de
vſur. D. meus Riminal. conſi. 33. col. 2. cum ſimi
libus à me cumulatis in addit. ad eum, quibus
nunc addi poteſt Alex. conſi. 112. circa fi. volu.
1. Natta conſi. 66. nu. 7. Cy. in l. ex conducto, §. 1.
ff. loca. Alex. & Aquenſ in l. interdum. §. quod
ex naufragio. ff. de acqui. poſſ. Bal. conſi. 179. vo
lum. 3. in anti. Rip. in tract. de peſt. 2. par. num.
36. uerſi. ſecundus ergo caſus, poſt Igneum in l.
contractus, ff. de reg. iur. Gozad. conſi. 74. nu. 11.
Alex. conſi. 116. col. pen. uol. 1. duplicato conſil.
6. uolum. 2. Deciſ. Neap. 365. colum. 2. Dec. cō-
ſi. 312. colum. pe. Aret. conſi. 139. col. 1. Marſi. in
rub. ff. de fideiuſ. nu. 226. & in l. 1. §. ſi ſeruus ſe-
cundo, col. 4. ff. de quæſti. Rol. à Valle conſi. 51.
26 nume. 29. uol. 2. † quorum aliqui dant aliud
exemplum de conducente rem ſterilem, vel a-
quis ſubiectam, aut inundatā ſcienter. Vlterius
dici poteſt hos conductores nedum culpa no-
tatos eſſe, ſed & in dolo uero fuiſſe probāt hos
teſtes dicentes, quòd præpoſuerunt molitores
male tractantes homines euntes ad molendum
tenendo molam nimis altam, vt faceret uola-
tiam, quam diuidebant cum ipſis conductori-
bus. adduntque non nulli teſtium, quòd pro
quolibet ſacculo farinę defuerunt ſibi plus quā
libræ 50. farinæ, & quòd dicti molitores mole-
re potuiſſent ultra duas mille corbes frumenti,
quas non moluerunt ob malum eorum tracta-
tū, nō aūt propter aquę defectū. hæc teſtes aper
27 tè dicunt aduerſus conductores, † qui partici
pantes de uolatia modo prædicto prohibito, ſi-
ne dubio dicuntur in uero dolo fuiſſe, qui de-
prehenditur quotienſquis ſcienter facierē pro
hibitā. Alex. conſi. 103. col 5. vol. 1. Craue. con-
ſi. 193. nu. 2. meritò talis eorum dolus & malitia
non debet eis opitulari ad impetrandam remiſ
ſionem. l. itaque fullo. ff. de furt. l. ne ex dolo. ff.
28 de dol. † Hinc not. Bal. in l. fundo. ff. de leg. cō
miſſo. quòd in re, in qua quis fefellit, non de-
bet commodū reportare, & ob id infert, quòd
ille qui deliquit in officio, non debet habere ſa
larium. Et quòd propter delictum quis perdat
fauorem & priuilegium tenuit Bart. in l. ſi quis
in tantam, colum. 3. C. unde ui. ſequitur Emi-
lianus conciuis meus, conſi. 1. nu. 41. & ex præ-
dictis ceſſat conſilium Fulgoſii 193. quoniam
in caſu ſuo in totū defecerat aqua, ſecus in no
ſtro, de quo conuentum nō fuit, nec ibi cōcur
rebat dolus cōductorum, ut hic cōcurrit. Ad
tertium quòd cum locator teneatur ad patien
tiam, teneri debet ad reſtaurum propter defe
ctum fluminis, licet non conuentum, reſponde
tur quòd id procederet, niſi ſecus eſſet conuen
tum, ut exprimendo certum caſum, in quo cō
ductores noluerunt teneri: nam cæteros caſus
uidentur in ſe ſuſcepiſſe per doctrinā Ioannis
29 Andr. & ſequacium. † Ad quartum de cluſa
aptanda per Reuerendiſſ. Dominum, dico ſe-
cus eſſe: ſicut enim legatarius, cui iter relictum
eſt, tenetur ſibi locum aptare, quo cōmodè ſer
uitute uti queat. l. ſi iter. & ibi Angel. Caſtr. &
alii, ff. de ſerui. non autem hæres, qui ſeruitutē
illam debet, tenetur aptare locum, licet ad pa-
tiētiam teneatur. l. 3. §. dare. ff. de uſufr. pari mo
do conductor ſibi debet aptare locum, non lo
cator. Sed ulterius aduerti debet quid conuen
tum fuerit, & illud ſeruari, prout ſupra dixi: pro
uidit enim Reuerendiſſimus fieri facere canalia

ut

ut aquæ poſſint ſine impedimento currere, de
cluſa uerò nil dictum fuit, ergo id non promi-
30 ſit locator, † Et contra conductores interpre-
tatio fieri debet, qui potuerunt apertius legem
ſibi dicere. l. quicquid aſtringendæ, ff. de uerb.
oblig. l. ueteribus. ff. de pact. tum vulgaribus.
Nec id In antecedentiam neceſſariam cenſetur
promiſſum per Reuerendiſſ. Dominum, per re
gulam, qui vult conſequens, nam locum nõ ha
bet in antecedente, quod requirit ſpecificam
expreſſionem uerborum, vt eſt caſus, & exẽplũ
tradunt Saly. Alex. & Iaſ. in l. fi. C. de hære. in-
ſtit. & ego dixi in rubr. C. qui admi. nume. 258.
quod de huiuſmodi aptatione dici põt, ad quã
locator non tenetur, niſi fuerit dictũ. licet enim
ſibi liceat id efficere, ſi velit. d. l. refectionis, &
ibi Ang. & Floria. non tamen cogitur. Et ex præ
dictis abſolui debet Reuerendiſſ. Do. Cardina
lis à reſtauro petito per conductores.

*Hippolytus Riminal. Ferrar.*

---

## Pro Illuſt. Cõmite Hippolyto Sacrato.

### ARGVMENTVM.

De fideiuſſoribus datis, an ſint Idonei.

### SVMMARIVM.

1 *Promittens ſtare ſententia, nunquid poſſit appellare.*
*Auctor diſtinguit 2. 3. 4. 6.*
5 *Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ponderatur.*
7 *Statutum puniens homicidium, intelligitur de doloſo, & ex propoſito.*
*Secus ſi loquatur de homicidio, quomodocunque vel qualitercũque commiſſo, quia procedit etiam in culpoſo tantum. 8.*
9 *Simplex uerbum, quale ſit.*
10 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
*Non tamen uoluntarium. 11.*
12 *Facienti actum ex neceſſitate, magis ſuccurritur, quàm uoluntariè.*
13 *Actus tacìti non ita latè interpretantur, ſicut expreſſi.*
14 *Sententiæ approbatæ ſtandum.*
15 *Confirmatio non inducit de nouo, nec aliquid plus confert.*
*Nec extendit actum. 16.*
17 *Promittẽs dare fideiuſſores in tali loco, intelligitur de ciuibus d. loci, ſi promiſſio fuit uoluntaria, ſecus ſi neceſſaria. 18.*
*Idem ſi fideiuſſor in loco poſſideat immobilia 21.*
19 *Fideiuſſio neceſſaria, qualis.*
20 *Compromiſſum quando dicatur.*
22 *Statuta loci contractus attendi debent.*
*Vnde gabella ubi ſoluenda ex forma ſtatuti. 23.*
*Et eſt communis opi. 24.*
25 *Captura fieri non poteſt, niſi bonis prius excuſſis.*
26 *Debitor poteſt cedere bonis, & euitare capturam.*
27 *Ang. in l. alia, § eleganter, ff. ſol. mat. declaratur.*
28 *Statutũ derogatorium iuris communis, non interpretatur ſecundum illud.*
29 *Promittens ſoluere in loco, ibi conueniri poteſt.*
30 *Iudicandum pro reo in dubio.*

## CONSILIVM XCIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa, quæ uentilatur inter Il-
luſtres Comites Hippolytum Sa
cratum Ferrarienſem ex una, &
Scipionem Scottum Piacentinũ
ex altera corã clariſſimis Domi-
nis ſignaturæ Ducalis, attingam duntaxat ea,
quæ proponuntur aduerſus ipſum Comitem
Hippolytum, eiſque reſpõdebo, prout mihi iu-
ri conſonum fore videbitur, partes ejus tuẽdo.
Dicitur in primis Comitem Hippolytum audiẽ
dum non eſſe ſuper relaxatione bonorum pe-
tita ut per eum, ſtante quòd fideiuſſores ido-
neos non dedit, ut de Comitibus Beuilacquis
iudicatum fuit à prætore Bononiæ, cuius ſentẽ
tiæ magnificum conſilium iuſtitiæ iudicauit eſ
ſe ſtandum, quo caſu noluit Dominam Fauſti
nam coniugem Comitis Scipionis cogi poſſe
1 ad relaxationem dictorum bonorũ. † Verba
enim illa, quòd ſtandum ſit ſimplici uerbo di-
cti prætoris; tollunt appellationem dicti Co-
mitis Hippoliti, vt per Dec. poſt Peruſi. in c.
ad hæc, il ſecondo, in fine, de appell. Ego uerò
ſecus puto, pro cuius rei declaratione diſtin-
2 guo duos caſus. nam † quandoque, & primò
qui promittit ſtare uel parere ſentẽtiæ iudicis
ferendæ, quæcunque fuerit, & tunc ea poſtmo
dum lata non poteſt appellari. ita poſt glo. po-
nit Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, col.
6. uerſi quærit glo. ff. de pact. & poſt eum An-
ge. n. 12. Caſtr. nu. 7. Iaſ. eodem, Rui. conſi. 131.
nume. 10. uolu. 5. & hoc quoque caſu loquitur
Dec. in allegato c. ad hæc, in fine, de app. Peruſi
3 num taxans, & iſte non eſt caſus noſter. † Quã
doq; uerò & ſecũdo qs ſimpliciter ꝓmittit ſta
re ſententiæ, vel illi parere, & tunc poteſt appel
lare ab ea poſtmodum lata, nec inde dicitur ap
pellationi renunciaſſe. glo. eſt in c. quod bene
6. q. 4. quam Lapus, Hugol. & Archid. ſequun-
tur ibi, quamque ualde notabilem. & ſequitur
Peruſ. in d. c. ad hæc. colum. 2. idemque tenet
Speculum aureum in 2. actu prin. ultimæ par. iu
4 dicii, nume. 330. † & latius Alex. in l. ſi con-
uenerit, ff. de re iud. col. fina. ubi poſt Bar. & a-
lios quamplures dicit, quòd à ſententia lata ſe
cundum partium conſenſum poteſt appellari,
dicens hanc eſſe communem opi. quam poſtea
limitat, niſi partes conſenſerint ſtare cuicũque
conſilio, uel parere ſententiæ, quæcunque fue
rit, ſecundum Bal. in d. §. qui prouocauit. ergo
communis opinio per eum firmata, quæ nõ tol

lit

lit appellationem,procedit in conſenſu vel pro miſſione de ſtando ſententię ſimpliciter abſque
5 illis verbis,quæcunque fuerit. † & certè Bal. in d.§.qui prouocauit,formans quæſtionē poſt glo.ibi,de illo,qui promiſit ſtare ſentētiæ,quæ cunque eſſet:ſubiunxit,& facias uim in hoc ver bo,quæcunque eſſet.idque clarius inferius po nit diſtinguens,ꝙ aut quis dicit,promitto ſtare ſniæ,aut ampliat promiſſionē ſuā dicens, promitto ſtare ſnīę quęcūque eſſet.primo caſu permittitur appellatio,ſecundo uerò nequaquam.
6 nam uerba debent aliquid operari, ſecundum eum. † quam diſtinctionem ſequitur ad unguem Caſtr.ibi,dicens quòd ſi partes promittunt ſtare ſententiæ,qualiſcūque erit, antequā ferretur,cenſentur renunciaſſe appellationi futuræ,& ualet renunciatio. Si uerò non dixiſſent,qualiſcunque fuerit,ſecus:quia illa uerba poſſunt intelligi,ſi iuſta erit.l. ſi libertus.ff. de oper.li.quod de laudo loquens confirmat Rui.
7 conſi.22.nu.9.vol.4. † Similis diſtinctio fit alibi per Doctores in ſtatuto puniēte homicidiū, nam ſi imponat pœnam mortis pro homicidio ſimpliciter,intelligitur de dolo & ex propoſito commiſſo. Bal.in l.data opera,col.4.uerſic. item ſi ſtatutum. C.qui accuſ.Bal.& Salyc.in l. 2.C.de noxal. Alex.in l.etſi ſeuerior.C. de inſam.conſi.140.uidetur in caſu propoſito,col.3. & conſi.144.poſt redditum,col. fi.uol.2.Caſtr. in d.l.& ſi ſeuerior,in l.nemo.C.de epiſ.aud.in l.1.C.ubi ſenat.in l.fi.ff.de legib. & conſil.191. in cauſa carceratorum. Ang.in l.is qui cum telo.C.de ſicar. Fulg.conſi.134. Veron.conſi. 30. cum ſequenti.Marſi.conſi.4.nume.25.& conſ. 77.& conſi.91.Petr.Calefat.conſil.21. in fi.primo tomo criminal.diuerſorum. D.Ludoui. Sil ueſter conciuis meus egregius, conſi. 99.nu.7.
8 ſecundo tomo criminal. diuerſorum. † Si uerò ſtatutum puniat homicidium qualitercunque, uel quomodocunque commiſſum,tūc habet locum in homicidio, licet abſque dolo,ſed culpa tantum commiſſo, ut verba aliquid operentur,ut notab.uoluit Saly.in d.l.2.C.de noxal.Alex.in d.l.& ſi ſeuerior Dec.in c.cognoſcentes,nu.11.de conſti. & in c. ſicut Romana, colum.6.de reſcr.Gozad.conſi.quinto, nume. 7.Dominus meus Riminal.conſil. 79.nume.4. & ego dixi in l.ut uim, nume. 68.ff. de iuſtitia & iure,poſt Nattam, qui alios citat,conſi.160.
9 nu.32. † At nos uerſamur in ſecundo caſu, nam magnificū conſiliū dixit ſtādū eſſe uerbo prætoris Bononiæ,nec adiunxit quodcunque, ſeu qualecunque eſſet:& licet adiecerit,ſimplicius, tamen nō voluit ſignificare,quòd quodcunque verbum fuerit,debeat attendi, ſed ad modum reſpexit,puta quòd vel in ſcriptis, vel ſine,in iudicio,vel extra ferretur,vnde tantum
10 abeſt,vt appellatio ſublata dicatur. † Tātoque minus,quoniam verè partes nullo modo promiſerunt ſtare ſententiæ ferendæ per prætorē Bononiæ,ſed conſilium ſic cenſuit:cuius factū poſito quòd factum partis dici poſſit,l.ſi ob cau ſam,vbi Bal.C.de euict. Soc.conſi.124.colum na 2.vol.1.Bald.in c. quoniam frequenter,pro pè fi.vt lit.non conteſt.Craue.conſi.5. nume.1.
11 & conſi.248.Ceph.conſi.254.nu. 16. † tamen non inde naſcitur factum partis omnino volūtarium,ſed potius neceſſarium, cum iudicium reddatur in inuitum,l.inter ſtipulantē,in prin. ff.de verb.oblig. quo caſu non tollitur appellatio,quando promiſſio non fuit omnino voluntaria,vt concludit Dec.in dicto c.ad hæc.in fi. conciliando opiniones.Quæ reſolutio cōfirma
12 ri poteſt † ex eo,quod dicitur,actum facienti ex neceſſitate facilius ſuccurri,quàm volūtariè. l.cum poſtulaſſem,in fi.ff.de dam. infect.Bart. Alex. Soci. & alii in l.ſi fideiuſſor.§.neceſſaria, ff.qui ſatiſ.cog.& ego dixi in l.1.nu.141. C. qui admi.propterea ſi pars ex facto iudicis dicitur conſentire quodammodo coactè, digna eſt appellationis auxilio,ſi tali facto iudicis ſe grauatam
13 cognoſcit. Rurſus accedit aliud, † quòd actus taciti non ſic latè ſunt interpretandi,ſicut expreſſi,Caſtr.conſi.27.viſa appellatione,in antiquis.aliàs 334.col.3.verſi. nam actus, volum. 1.Iaſ.in l.cum quid.lectu.2.col.3.verſic.quarta concluſio,ff.ſi cer.pet.Craue.conſi.122. nume. 12.& ego dixi in l.1.nu.99.ff.quod quiſ.iur. at ſi pars ex facto iudicis dicitur conſentire, non expreſſus,ſed tacitus dicitur conſenſus, ergo non ita latè venit interpretandus,ſicut expreſ
14 ſus ad appellationem tollendam. † Secundò dicitur appellationem tolli, quoniam Comes Hippolytus dictam ſententiam Bononiæ dicitur approbaſſe,approbando ſententiā conſilii, quæ mandat illi debere ſtari:quo ſtante nō debet per appellationem impugnari poſſe, argu. l.filio præterito,cum ibi not.per Doctor. ff.de iniuſt.& irr.teſt. vbi teſtamentum approbatū firmum manet.Sed huic motiuo non aſſentio, quoniam cum ſententia conſilii diſponens,ſtādum eſſe ſententiæ ferendæ Bononiæ, non tollat quominus appellari poſſit ab illa ſententia Bononiæ poſtea lata, prout ſupra de
15 monſtraui, † nec confirmatio ſententiæ conſilii per partes facta operatur, ut tollatur appellatio à ſententia Bononiæ, quoniam intentio partium fuit confirmare factum conſilii,nō autem quid de nouo inducere,uel dare,ut per Oldra.in ſimili caſu conſi.104.uiſo priuilegio. Dominus meus Rimi.con ſi.361.col.1. † & natura confirmationis eſt,eam non extendi ultra quàm ſit actus confirmabilis,ut inquit Bald.in l.nominationes,ad fi.C.de appel.Caſtr. conſi. 162.nume.3.& conſi.187.uolum.2.Alex. conſ. 122.nu.10.uol.4.Iaſ.conſi.148.nume.6.uolum. 4.Rui.conſi.60.nume.3.conſi.108. nume.9.uolum.1.conſi.110.nume.18.uolum.5. Craue.cōſi.257.nume.4.Rolan.à Valle conſi. 1. num.19.
16 uolum.3.Bero.conſi.7.nume.27.vol.3. †Tertiò ſubiicitur Comites Beuilacquos datos fideiuſſores Bononiæ iuxta tenorem ſententiæ conſilii iuſtitiæ,non eſſe idoneos uelut foreneſes eo loco:promittens enim dare fideiuſſores in aliquo loco,tenetur dare de hominibus illius loci,alioquin dando forenſes non liberatur. l.ſi

fide

fideiuſſor,§.ſi neceſſaria,ff.qui ſatiſ. cog. & ibi
18 Bar.Ang.Caſtr.Fulg.& omnes paſſim. † Sed
reſpondetur,& bene,doctores ibidem loqui in
terminis ſecundi reſponſi illius textus,quãdo
fideiuſſio danda erat voluntaria,prout in exẽ-
plis gloſſæ ibi, quæ caſui noſtro non conferũt,
& ita cæteris clarius explicat Fulg.dicens, ꝙ
ſi promitto tibi idoneè cauere in ciuitate Pa-
duæ,intelligitur de ciuibus Paduanis, & cum
eſſet voluntaria talis ſatiſdatio, non erit remit-
tendus ad alium locum. At ſecus eſſe dicũt iidẽ
doctores,quando fideiuſſio eſt neceſſaria: tunc
enim quis auditur dando fideiuſſorem de alia
19 ciuitate, † neceſſaria verò dicitur fideiuſſio,
quando ex neceſſitate à iure impoſita præſta-
tur,vt ibi tradit glo.quod ampliat Ang.quan
tumcunque cauſa,propter quam inducitur ne-
ceſſitas præſtandi,ſit voluntaria, datque parti-
culare exemplum Odofred.quando in loco fi-
deiuſſionis dandæ quis non poſſidet immobi-
lia,iuxta l.ſciendum,ff.eo. tunc enim fideiuſſio
20 dicitur neceſſaria,quia lex arctat ad eam. † Si
mile videmus in compromiſſo, quod mandat
ſtatutum fieri inter affines: licet enim ſponte
petatur, dicitur coacte fieri,cum ſciret ſe ad il-
lud compelli poſſe,l. nouiſſime,ff.quod fal.tut.
auct.ibi [ quid enim ſi compulſus,aut metu ne
compelleretur]idque tenent Alex.conſi.47.co
lum.2.vol.4.Barbat.conſi.42.uol.1.Aret.conſi
lio 24.col.3.Iaſ.in l.2.C. de tranſ.Fely. in cap.
ex parte A.col.4.de teſtib.in c.fi.col.fi.de re iu
di.& latius in capitulo cum M.Ferrarienſis, co
lum.10.verſi.an autem liceat,& ibi Dec.col.11.
de conſti.& idem Dec.conſi.22.colum.1.& cõ
ſi.25.col.2.Cagnol.in l.ſi quis maior.num.67.
C.de tranſ.& hæc ad vnguem conueniunt Co-
miti Hippolyto,non poſſidenti bona immobi-
lia Bononiæ,ut fideiuſſio, quam dare debebat
ibi ex ſententia conſilii, dicatur neceſſaria. d.l.
ſciendum,etiam ſi cauſa cõpoſitionis, propter
quam inducebatur fuiſſet voluntaria ſecundũ
Ang.& Odofred.propterea dando fideiuſſores
Comites Beuilacquos Ferrarienſes, cum non
haberet ibi Bononienſes,quos facilè pro ſum-
ma ſcutorum 800. dare poſſet,ſatisfeciſſe dici
21 tur, & idoneos fideiuſſores dediſſe. † Qui-
nimmo plus vnum addo,quãdo fideiuſſio hæc
per Comitem Hippolytum præſtanda Bono-
niæ,fuiſſet omnino voluntaria (quod negatur
ex prædictis) tamen cum dicti Comites poſſi
deant ampliſſima bona immobilia tam in ciui-
tate Bononiæ,quàm in eius territorio,ubi etiã
tenent iuriſdictionem Caſtri Sancti Proſperi,
vt eſt notiſſimum, vtique potuiſſet eos dare, li
cet ibidem forenſes. ita poſt Bar.clarè decidit
Bal.in dicto §.ſi neceſſaria.ubi dicit quòd in lo
co iudicii ſatiſdandum eſt de ciue vel forenſe
idoneo: non enim repellitur,quia forenſis, ſi
ſit idoneus, ſecundum Bart.qui hoc ſentit,dũ
dicit,quòd qui promittit ſatiſdare, intelligitur
in eadem ciuitate,in qua promittit, & de homi
nibus eiuſdem ciuitatis,ſeu qui ibi ſunt idonei;
quæ uerba de forenſibus intelligi debent, ut
per Baldum, nec aliter verè poſſunt interpre-
tari,cum de ciuibus ſupra locutus eſſet Barto-
lus. Immo verò,vt audio,Comites Beuilacqui
ſunt etiam ciues Bononiæ, & omnibus priui-
legiis ciuiũ Bononienſiũ vtuntur.vnde foren-
ſes ibi dici non poſſunt. l.1.ff.ad munici. Quar
tò ſubiungitur,quod cum ex ſententia conſilii
iuſtitiæ tenerentur fideiuſſores ſe obligare cũ
termino in confeſſum,non uidetur quòd ad-
uerſus forenſes executio termini committi poſ
ſit,quæ capturam concedit potius,quàm in bo
nis ad electionem creditoris, ut in ſtatuto Fer-
rariæ,de execu.præcepti in conuictum: meritò
fideiuſſio data dictorum Comitum de Beuila-
quis non videtur idonea,ſi non conſtat eos eſ-
ſe ciues Bononiæ. Sed & hoc motiuum diuelli
poteſt,conſiderando dandos fuiſſe fideiuſſores
in ciuitate Bononiæ, qui ſe ibidem obligarent
cum termino in confeſſum, vt apertè dicit ſen-
22 tentia conſilii. † Quo fit ut in hoc attendi de-
beant ſtatuta Bononiæ, ueluti loci contactus,
& obligationis ipſorum,nõ aũt noſtra. l.ſi fun
dus,ff.de euict.Bar.in l.cunctos populos.num.
16.C.de ſum.tri.unde uidemus, ꝙ ſtatutũ dãs
formam contractui celebrando,ligat etiam fo-
renſem,adeo ꝙ ſi cõtraxerit in loco ipſius ſtatu
ti non ſeruata forma ipſius actus, non valet. ita
Bar. Bal.& alii communiter ibi, Iaſ.conſ.48.in
fi.uol.1.& conſi.59.col.2.vol.3. Rolan. à Valle
23 conſ.91.n.28.uol.3. † Hinc ſi ſtatutum diſpo
nit in loco contractus ſolui gabellam, & in lo-
co ſolutionis deſtinatæ nequaquam, illa ſolui
debebit in loco contractus, Bal. in l.1.q.4.C.
de contrah.empt.in l.magis puto.§.illud. ff.de
reb.eor.& in l.1.ubi pariter Caſtr. C. ubi con
uen.qui cer.loc.dar. promi.Butr.& Abb. in c.
fi.de for.compe.Dec.in c.1.lect.1.nu.26.de iu
24 dic. † ubi dicit hanc eſſe doctorum commu-
nem ſententiam.Purpur. in d. l. cunctos popu
los,nume.105.& Caccial.nu.97.dicens ꝙ ex fa
cto interrogatus ita reſpondit.Cur.iun.in l.hæ
res abſens.§.apud Labeonem,in fi. ff. de iudic.
Purpur.in l.vinum,nu.92.ff.ſi cert. peta. Rol.à
Valle conſi.100.nu.9.uol. 3. At hic (ut ad rem
ueniam) non uideo productum,nec allegatum
quidem aliquod ſtatutum Bononiæ noſtro cõ
forme. quod ſi non adeſt,ut in dubio tenendũ
25 eſt, † clarum eſt de iure communi ad capturã
deueniri non poſſe,niſi prius excuſſis bonis de
bitoris,ut per gl. Bar.& alios in l.3.§.tutores,
ff.de ſuſp.tut.Bar.Bal.& Saly.in l.1.C.qui bon.
ced.poſſ.Roma.conſi.421.Alex.conſi.158.cir
ca primum,in fi.uolu.2.unde bene ualuit obli
gatio dictorum Comitũ facta cum termino in
confeſſum ſtantibus bonis, quæ poſſident Bo-
noniæ,& in eius territorio,quæ prius excutien
da erant,quam ad eorum capturam deſcende-
ret creditor,uelut ad remedium ſubſidiarium,
prout dicunt Doctores ſupra citati. Secundò
reſpõdetur ẽt caſu,quo ſtatutum noſtrũ in hac
re deberet attendi, ꝙ cũ mãdet executionẽ fie
ri aut in bonis debitoris,aut in eius pſona, cu
ius alternatiuæ creditori dat optionem prius

co

eo debitore citato ad videndum illam executionem committi, & ad contradicendum quic-
26 quid vult, ne committatur. † vtique ſi debitor ſic citatus ne carceretur velit cedere bonis debet audiri, nam tale ſtatutum volens executionem fieri carcere, vel alia quauis via, quæ magis placuerit creditori, debet interpretari ſecundum ius commune, & ſic vt in ſubſidium, & defectum bonorum poſſit ad capturam perſonę deuenire. ita pulchrè Bald. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. quem ſequitur Anch. in c. 1. verſi.
27 occurrũt aliæ quæſtiones, de conſti. † Cui nõ repugnat aliter, quod ſcribit Ang. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. vt Alexand. perpendit ibi, & rectè quidem: nam ſtatutum Peruſii, de quo loquitur Ang. dicebat debitorem ex inſtrumẽto guarentigiato ad voluntatem creditoris capi & detineri in carcere, nec inde exire poſſit, niſi ſoluat. & ſic apertè tollebat beneficium ceſſionis bonorum, quo caſu quãdo ſtatutum nominatim aliud in contrarium diſponit, fatetur
28 etiam Bal. in d. l. ſecus eſſe. † Quod præter cũ confirmatur, nam ſtatutum quod ſe habet ad ius commune derogatiuum, non recipit interpretationem à iure communi, ſed ſimpliciter intelligitur, vt iacet, quia verbis ipſius nihil addere, vel detrahere debemus, l. 1. §. ſi is, qui nauem, de inſtito. l. 1. §. repetita. C. de emendat. Iuſti. Cod. l. 1. C. de Lati. lib. tol. l. in conuentionalibus. §. denique, ff. de verb. oblig. Bald. in l. maximum vitium, C. de libe. præte. & in l. non ſine, C. de bon. quæ lib. Paris de Puteo in tracta. de reaſſumptione inſtrumentorum, rubr. 19. nu. 40. Dec. conſil. 444. Alex. in l. inter cætera, colum. pen. ff. de libe. & poſthu. conſil. 35. col. 3. uol. 6. repetito conſi. 201. vol. 7. Iaſ. in authen. nouiſſima, col. 6. C. de inoffi. teſt. Pariſ. cõſi. 81. vol. 3. Boer. deciſio. 188. col. 4. Bello. conſ. ſi. 53. & Petr. de Barbo. conſi. 137. primo tomo vltimarum uoluntatum, num. 20. at non ſic eſt ſtatutum noſtrum, meritò venit interpretan
29 dum, prout facit Bald. † quo ſtante cum Comites Beuilacqui in eorum promiſſione facta Bononiæ per legitimum procuratorem promiſerint ibi ſoluere certo tempore, ſicque ibi conueniri poſſent, ut per Bal. in c. 1. nu. 9. uerſi. extra quæro. de mil. vaſal. Bar. in l. Titium. §. tutores. ff. de admi. tuto. Dec. in c. 1. nu. 28. de iudic. Iaſ. in l. ſi conuenerit, col. pen. ff. de iuriſ. omn. iud. foroque renunciauerint, quod idem releuat, ut per glo. communiter receptam ſecundũ Alex. Iaſ. & alios in l. 1. ff. ſi quis iuſdic Dec. in d. cap. 1. nume. 28. immo uero domicilium pro curatoris pro ſuo Bononiæ elegerint, ſi fuiſſent citati eo loco, ad uidendum committi executionem termini in confeſſum, potuiſſent cedere bonis ſuis pro ſumma debita D. Fauſtinæ, & Illuſtri eius uiro, & capturam euitare, unde tantum abeſt, ut dicamus eos idoneos non eſſe, aut obligationem ſuam non ualuiſſe, ſiue ius commune, ſiue ſtatutum noſtrum conſideremus. Et ita remanent ſingulæ difficultates, quę ſiebant contra Comitem Hippolytum ſublatę
30 ac reſolutæ † ſic, vt pro eo, veluti reo, ueniat iudicandum, quando etiam res eſſet dubia, l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. c. ex literis, & ibi not. Abb. de proba. Decius & Cagnol. in d. l. fauorabiliores, & idem Dec. Dominus meus Rimi. & Iaſ. in l. qui accuſare. C. de edendo cum ſimilibus.

*Hippolytus Riminal. Ferra.*

---

## Pro Illuſtribus Comitibus de Rouerellis.

### ARGVMENTVM.

Quæ duarum inueſtiturarum debeat pręualere, & quando quis propter defectum ſolutionis canonis, non dicatur cecidiſſe à iuribus ſuis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emphiteota non ſoluens annuos cenſus per biennium, cadit à iuribus ſuis.*
*Et eſt communis opinio. 2.*
*Etiam ſi pro parte ſoluerit, ſed non totam.*
*Et res alij concedi poteſt. 3.*
*Nec requiritur ſententia declaratoria. 4. 17.*
*Cadit tamen nolente Domino 15.*
*Etiam ſi dicatur, quòd ipſo facto cadat. 16.*
*Et requiritur declaratoria uoluntatis.*
*Et etiam tacita ſufficit. 18.*
*Quod exemplificatur, quando ſit uerum.*
5 *Princeps etiam tenetur ſeruare ſuos contractus.*
6 *Remedium recuperandæ, non datur ei, qui cecidit à poſſeſſione facto ſuo.*
*Et eſt communis opinio. 7.*
8 *Pacto de renouando, quod ius quæratur,*
*Angelus, & Ruinus, quòd perſonale tantum. 9.*
*Et durat anno tantum. 10.*
*Seb. Soc. & Rui. met contra. 29.*
*Et quo ad durandum diſtinguitur. 33.*
*Secundum communem. 34.*
9 *Pœna debet eſſe perpetua.*
11 *Vaſallus debet petere renouationem infra annum & diem.*
12 *Emphiteoſis pro ſe, & liberis, comprehendit nepotes & alios deſcendentes.*
*Cum poſſit omnibus hodie concedi. 13.*
14 *Tempore renouandi pendente, non poteſt res alij concedi.*
15 *Emphiteota non cadit à iure ſuo per non ſolutionem canonis, niſi nolente domino.*
*Nec tertius id ei poteſt opponere. 22.*
19 *Minor petens rem ſibi reſtitui, uidetur in antecedentiam petere reſtitutionem in integrum.*
20 *Lucrum radicatum perdere, eſt damnum pati.*

21 *Gabellam, qui non ſoluit, non poteſt idem alteri obÿcere, ut annulletur contractus.*
23 *Emphiteotæ finito tempore debet res relocari.*
24 *Princeps non poteſt diſueſtire uaſallum.*
25 *Emphiteota non poßidens, non tenetur ſoluere canonem.*
*Et ob ignorantiam excuſatur, licet poßideat. 26.*
*Vel ſaltem reſtitui debet ex clauſula generali. 28.*
27 *Præſcriptio non currit ignoranti.*
30 *Prælatus non inueſtiens finito tempore, facit iniuriam.*
*Et præciſè compelli debet. 31.*
32 *Ruin. conſi. 167. & ſequenti, uolum. 1. conciliatur à contrarietate.*
35 *Pactum ſeruari debet uti fauorabile.*

## CONSILIVM XCIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ANNO Domini 1516. Illuſtris Comes Hieronymus & Ioannes Hercules eius nepos de Rouerellis inueſtiti fuerunt à Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Rauēnæ pro ſe & ſuis filiis & liberis iure liuelli in 29. annis aduenientibus ad renouandum ſub annua penſione expreſſa de curia Caballi & Podii cū rebus expreſſis & pacto, ꝙ ſi non ſoluerent penſionē intra biennium, ipſo facto caderent à contractu & agentibus eccleſiæ Rauennæ liceret eos exinde repellere, & quibus placuerit concedere, ſeu pro ſe retinere. Poſtea de anno 1536. ſucceſſor in dicto Archiepiſcopatu inueſtiuit de dicta curia Caballi, eiuſque rebus Illuſtrem Comitem Alexandrum Pepulum pro ſe, & quibuſcūque deſcendentibus de 19. annis ad renouandum ſub annua penſione conuenta tanquam de rebus deuolutis & decadutis ad eccleſiam Rauēnæ rationibus & cauſis, de quibus in pronūcia per ipſum Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopū prius facta, cum pacto biennii, & ad unguem, ut ſupra. Nunc oritur quæſtio inter filios & nepotes dictorum de Rouerellis, qui renouationem petiit, & filium dicti Pepuli id negātem fieri, quis potius audiri debeat. Et prima conſideratione dicendum uidetur Illuſt. filium Pepuli debere
1 obtinere, † quoniam cum dicti Comites de Rouerellis non ſoluerint annuos cēſus per biennium & ultra, ceciderunt à iuribus ſuis, ſuiſque ſucceſſoribus præiudicarunt, vt declarat Barto. in l. 1. ff. de interd. & releg. Spec. de loca. §. nunc aliqua, q. 78. Bal. in l. 2. col. 1. C. de liber. & eor. lib. & in l. adoptiuum, §. patronum. ff. de in ius uoc. Salyc. in l. 2. q. 22. C. de iure emphi. Anch. & Imol. in c. ex parte, de feud. Alex. conſi. 119.
2 in fi. † & ſequen. uol. 5. vbi teſtatur cōem. Gozad. conſi. 46. nu. 13. Rui. conſi. 161. nu. 6. uol. 1. Quinimmo tantæ uis eſt defectus ſolutionis canonis in emphiteota, quod ſi defecerit in eius parte, priuatur tota re, ſicut ſi nihil ſoluiſſet, ut not. Caſtr. & Ale. in l. in executione. §. ſi ita, ff. de verb. obl. Bal. in c. ſi proponente, de reſcr. & in rub. C. de contr. emp. q. 10. Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccl. & in l. 2. q. 16. C. de iure emphi. vbi aſſerit hanc eſſe cōem. Rol. à Valle conſi. 17. nu. 14. uol. 2. Cepal. cōſi. 139. n. 18. poſt Ol-
3 dra. cōſi. 29. † Et cum dictæ res ceciderint in commiſſum propter canonem non ſolutum, potuit Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus eas alii cōcedere non citatis ignorantibus & inuictis dictis Comitibus Rouerellis, vt voluit, & probat Roma. cōſi. 212. primo dubio, & ibi cōcordātes allegat Horati. Madoſ. Romanus, quibus addo Alex. cōſi. 6. in fi. uol. 3. & plenè Rol. à Val. con-
4 ſi. ſecun. nu. 171. uol. 1. † Nec neceſſaria fuit aliqua ſententia declaratoria circa deuolutionem dictarum rerum, propter canonem non ſolutū. Bal. in addi. Specul. tit. de loca. col. 7. Sal. in d. l. 2. col. 2. Hoſti. & Butri. qui dicit eſſe commu. in c. potuit. loca. Dec. conſi. 146. nu. 8. lateque Soc. iun. conſi. 111. col. 2. uol. 2. Rol. à Valle conſ. 87. n. 5. & 12. qui pariter communem teſtatur, uol. 1. unde tāto magis hoc eſt dicendum, poſtquā
5 interuenit declaratoria. † Secundo cōfirmatur, nam promiſit Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus dicto Cōmiti Alexandro Pepulo non facere alium contractum de dictis rebus in præiudicium inueſtituræ ſibi factæ, merito ſibi uiā præcluſit renouandi ſucceſſores dictorum Comitū de Rouerellis, cum quilibet ēt princeps ſuos cōtractus ſeruare teneatur, nec ab eis recedere poſſit, uel eis cōtrauenire, c. 1. de prob. ubi not. But. Abb. Fel. Dec. & omnes paſſim. Cy. Bar. & Caſ. in l. digna uox. C. de legib. Bal. & Iaſ. in l. ex imperfecto, C. de teſta. & infiniti propemodum, quos cumulat Antoni. Gabrieli. Roma. lib. 3. de iure quæſito nō tol. cōclu. 5. Rolan. à Valle cō-
6 ſi. 13. nu. 33. uolu. 3. † Tertiò concurrit, ꝙ & ipſi ſucceſſores de Rouerellis defecerunt in ſolutione canonis ultra biennium, unde facto proprio ceciderunt a iure ſuo, ſi quod habebant, uolente dicto Archiepiſcopo. l. 2. C. de iure emphi. nec ille fuit obligatus eos renouare uigore pacti cōuenti ad renouandū, ſicuti nec tenetur quis poſſeſſionē reddere illi, qui facto & culpa ſua ab ea cecidit, ut not. Soc. Iaſ. Claud. Aquēſ. & Ripa in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. Abb. in c. accedens, il ij. nu. 19. ut lit. nō cōteſta. in c. 2. nu. 7. & poſt eū Bero. n. 22. & idem Abb. in c. in literis, nu. 26. de reſt. ſpol. Caſſad. deciſ. 4. eo. tit.
7 Brun. cōſi. 21. n. 2. & 3. † ſicque concludunt oēs, ut teſtatur Ripa in c. ſæpe, de reſti. ſpol. Rui. conſi. 47. nu. 5. & cōſi. 49. nu. 9. uol. 4. aliique ſequuntur, quos cumulat Menoch. in remedio 15. recuper. poſſeſſ. nu. 95. Et quia per tale pactum de renouando nullum ius in re quæſitum fuerat dictis de Rouerellis, ſed tantùm ius perſonale
8 contra eccleſiam ad renouandum. † agant igitur ad intereſſe contra Reuerendiſſ. Archiepiſcopum, qui promiſit eos renouare, & non renouauit, ſed Pepulum inueſtiuit, quoniam bona remanere debent ad eius filium. ita declarat Ange. conſil. 184. colum. fina. & conſil. 311. in fi. quem ſequitur Rui. conſi. 167. numero 13. uolu.

uolum. primo, motus ratione, cur liuellarius,
qui non ſoluit canonem, non poſſit cogere ec-
cleſiam ad renouandum, quia cum non ſoluen
do canonem non adimpleuerit pro parte ſua,
non cogitur eccleſia pactum de renouando ei
ſeruare, tanquam dicatur factum ſub modo, ſci
licet quòd ille, qui rem recipit ad liuellum pro
miſſa ſeruauerit, l. quæro. §. inter locatorem. ff.
9 loca. † & quia ſicut per ceſſationem ſolutio-
nis ipſa re priuatur, ita debet amittere commo
dum pacti de renouãdo, quia ſi duraret, pœna
priuationis non haberet effectum perpetuum,
quia per renouationem recuperaret rem amiſ
ſam, & tamen pœna debet eſſe perpetua. l. ſer-
uus. C. de pœn. & ibi per omnes cum aliis per
Ruinum, præter quem pariter addo Soci. iun.
10 conſ. 9. nu. 17. vol. 3. † dicentem ꝙ tale ius per
ſonale ad petẽdum renouationem durat anno
tantum, vt tradit Roma. conſi. 22. col. fi. verſic.
illud non omittendo. & conſi. 70. col. 2. verſicu.
non obſtat, & in l. prætor ait. §. fi. ff. de oper. no.
nunc. per c. Titius, ſi de feud. fuer. cont. inter
do. & agna. Corſet. in addi. Abbatis in c. bonæ
memoriæ, il ſecondo, ſub nu. 28. in litera c, li-
mit. 4. de poſtu. præl. ſequitur Alexan. in addit.
Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. Iaſ. in
l. 2. num. 23. C. de iure emph. confirmatque So
11 ci. iun in dicto conſi. 9. nu. 18. † nam videmus
in ſimili in feudis, quòd vaſallus, qui ſucceſſit
in feudo, debet petere renouationem infra an-
num & diem. c. 1. §. præterea, de proh. feud. alie.
cum not. ibi per Doct. maximè per Afflic. nu
tab. 1. quo tẽpore lapſo nec petitione facta ca
dit vaſallus à iure ſuo, reſque feudalis ad domi
num redit. Idem enim dicendum eſt in emphi-
teoſi, quòd anni tempore lapſo & forſitan etiã
vnius diei, ſi renouatio non fuerit petita, ampli
us quis non ſit audiendus, quia regulariter ua
let argumentum de feudo ad emphiteoſim, ut
ibi per Soc. iun. unde cum pariter ſucceſſores
de Rouerellis prius inueſtitorum nõ petierint
renouationem infra annum, nec dudum poſt
uſque huc, non uidentur amplius audiendi, po
tiorque uidetur eſſe debere Pepulus, ſicque du
bitabilis longè redditur intentio dictorum de
12 Rouerellis. † Iſtis tamen minimè refraganti-
bus, in contrariam ſententiam deſcendo, quæ
Rouerellos fouet. moueor, quoniam in prima
inueſtitura comprehenſi ſunt cõcepta ſub illis
verbis, & ſuis filiis & liberis, quorum appella-
tione nepotes & alii uenire ſolent, l. liberorũ,
ff. de uerb. ſignifi. Butri. conſi. 9. uiſo puncto. 2.
13 dub. Dec. cõſi. 223. n. 5. † cum potiſſimè poſſit
emphiteoſis hodie concedi deſcendentibus om
nibus in infinitum. Salyc. in l. 2. q. 10. C. de iure
emphi poſt Iacob. de Belui. Rui. conſil. 167. col.
1. uolum. 1. meritò præferendi ſunt Rouerelli
Pepulo, ſecundo inueſtito ad inſtar primò inue
ſtiti de feudo, qui ſecundo inueſtito præfertur.
c. 1. §. rei. de inueſti. de re alie. fact. & ibi gl. Mat
the. Affli. & alii, qui de emphiteota loquuntur.
14 † Secundò confirmatur, quoniã Reuerendiſ.
D. Archiepiſcopus cõceſſit eis dictas res ad re-

nouandum in 29 annis aduenientibus poſt pri
mos finitos, meritò pendente dicto tẽpore, nõ
potuit Pepulus inueſtiri, ut clarè dicit Bal. per
illum textum in l. ne cui. C. loca. & poſt eũ Iaſ.
in l. 3. nu. 37. C. de iure emph. ſed fuit obligatus
D. Archiepiſcopus ipſos de Rouerellis ſucceſſo
res renouare uigore dicti pacti, ut declarat So-
ci. conſi. 99. col. pen. uol. 1. quemadmodum &
illi per Archiepiſcopum ad renouationem ſu-
mendam conſtringi poterant, ut per Alex. con
ſi. 127. in prin. uol. 5. Bero. conſi. 117. col. 1. in fi.
15 uol. 1. † Sola uis eſt in tollendis contrariis, qui
bus ſublatis planior reddetur iſta concluſio: &
primò non obſtat, quòd per non ſolutionẽ ca-
nonis ceciderunt a iure ſuo Rouerelli, ſucceſſo
reſque ſui, quoniã reſpondetur, ꝙ talis caduci
tas & deuolutio non fit, niſi uolente Domino,
l. 2. uerbo, uolẽti, & ibi Bar. & alii, C. de iur. em
phi. Dec. abundè conſi 138. col. 2. conſi. 183. nu.
9. conſi. 206. col. 1. & conſi. 361 Do. meus Rimi-
nal. conſi. 389 nu. 48. Rui. conſil. 143. nu. 14. uol.
4. Natta conſi. 74. nu. 12. Senat. Pedemontan.
16 deciſio. 137. nu. 6. † quod procedit, & ſi dicatur
ꝙ ipſo facto quis cadat, ut in caſu noſtro dictũ
fuit: adhuc enim requiritur declaratoria uolun
tatis Domini, ut ponit Corn. conſi. 115. uolum.
1. Dec. in dicto conſi. 138. col. 2. licet non requi-
ratur ſniã iudicis declaratoria, prout ſuperius
dixi, & uoluit Hoſt. ĩ c. potuit. loca. Bal. in addi.
Spec. eo. tit. col. 7. Sal. in l. 2. col. 2. C. de iure em
17 phit. † Butri. in d. cap. potuit, qui cõem teſta-
tur, & Imol. poſt eum, Alex. conſi. 6. colum. pe.
uol. 3. & alii plerique, quos cumulat Dec. idem
tenens, conſi. 146. nu. 8 & plenius Soc. iun. con
ſi. 111. col. 2. uol. 2. qui magis communem teſta-
tur. ſed Reuerendiſ. Archiepiſcopus non decla
rauit ullo modo poſt defectum ſolutionis cano
nis dictorum de Rouerellis, ergo caducitas eis.
18 impingi non poteſt. † Nec dicat aliquis taci-
tam uoluntatem domini ſufficere, prout uoluit
Abb. conſi. 67. in cauſa, quæ uertitur, col. 2. uol.
2. Alex. 104. uiſo themate, uol. 4. Dec. conſi. 146.
nu. 4. dans exẽplũ ſi dominus cõuenerit emphi
teotã corã iudice pro deuolutione, uel accepta
uerit eius cõfeſſionẽ cõfitẽtis rẽ eſſe deuolutã,
quaſi ꝙ idẽ ſit aliũ inueſtiẽdo, ut in caſu noſtro
Pepulũ, quoniã lõge diuerſi ſunt iſti caſus. exẽ
pla nãque Decii, ſi. n. dominus cõuenit emphi
teotã pro deuolutione, manifeſtè declarare di-
citur in antecedentiam illum cecidiſſe à iure
ſuo, ſicut & recipiẽdo cõfeſſionẽ ſuã deuolutio
nis, ergo ſi uult cõſequẽs, ut rẽ recuperare, uult
ſuũ neceſſariũ antecedẽs. l. illud. ff. de acq. hær.
19 l. ad legatũ. l. ad rẽ mobilẽ. ff. de procur. † ſicut
& uidemus ſecundũ Dec. ꝙ ſi minor annis 25.
petat rem ſibi ueluti læſo reſtitui, uſ petere ꝙ
prius ſibi reſtitutio in integrũ cõcedatur, ut in
ſimili not. Bar. in l. ex diuerſo. §. primo. ff. de rei
uend. & quod notat Rom. cõſi. 77. pater reuerẽ
de. & cõſi. 337. qđ ad primũ, col. 2. & ĩ terminis
quæſtionis colligitur ex dictis Abbatis & Ale-
xãdrum cõſiliis ſupra citatis. idẽq; ponit Cur.
alios citãs ĩ addi. Caſ. in l. qui pprio. § ideqrit.

 ff. de

ff.de procur.at in exẽplo noſtrò nõn idem iu-
ris eſt,quia nõ ſequitur,Archiepiſcopus īueſti
uit Pepulū,quia Rouerellos voluerit eſſe deca
ditos ob defectū ſolutionis cēſus annui,ſed eū
potuit inueſtire,quia Pepulus ꝑtenderet aliqđ
ius in dictis bonis,& illū inueſtiuerit ſaluo iure
tertii,prout cõiter fiunt inueſtiturę,meritò nõ
cadit hic illud antecedēs neceſſariū deuolutio-
nis,& voluntatis declaratoriæ domini,ſicut in
20 exēplis Decii. † Secundo principaliter reſpõ
detur huic obiecto canonis nõ ſoluti per Roue
rellos,ꝙ in eadem naui reperitur Pepulus, cū
nec ipſe canonem ſoluerit per biennium,& lõ-
gè vltra,meritò non poteſt Rouerellis obiice-
re,ꝙ ceciderit à iure ſuo propter canonem non
ſolutum,cum Rouerelli tractent de damno vi-
tando,prout eſt perdere lucrum radicatum, ſi-
biq́ue quæſitum,quod damno comparatur, vt
not.Bal.Angel.Imol.Alex.& Iaſ.in l.cum am-
plius,§.1.ff.de leg.1.Alex.conſi.69.& conſi.168.
21 vol.5.Pariſ.conſi.3.nu.244.vol 2. † Nam tali
caſu,quando quis tractat de damno, ſibi non
poteſt obiici,ꝙ in aliquo defecerit, putà ꝙ non
ſoluerit gabellam,propter quam contractus an
nullatur,ſi nec obiiciens eam ſoluerit, ut tra-
dunt Bar.& alii in l.fi.§.pen.& ibi maximè Iaſ.
ff.de eo,per quem factum erit Alexan.in l.cum mu
lier,ff.ſol.matr. Fel.& Dec.in c.dilecti, de ex-
22 cep. † Tertiò poſito ꝙ etiam Pepulus ſoluiſſet
canonem,ſeruaſſetq́ue conuenta cum Do.Ar-
chiepiſcopo,non tamē adhuc opponere poſſet
Rouerellis,ꝙ eum nõ ſoluerint:hoc enim per-
tinet ad Archiepiſcopum dicere,non autem ad
tertium, qualis eſt Pepulus, doctrina eſt Bar-
toli in l.2.col.2.C.de iure emphi. quam cæteri
ſequuntur ibi,uidelicet Bal.Ang.Salyc. & alii
quos refert Iaſ.col.3.meritò patet obiectū præ
23 dictum pluribus modis ceſſare. † Ad ſecun-
dum reſpõdetur quòd illa promiſſio facta Pe-
pulo de non faciendo alium contractum de di-
ctis rebus,non ualuit,ſiue dicamus tunc pendē
re tempus 29.annorum ad renouandum datū
Rouerellis,ſiue finitum eſſe, nā cum ex prima
locatione illis facta fuerit eis ius quæſitum in
re,ſicut fit ex locatione longi temporis,ex quà
transfertur vtile dominium,l.1.§.quod autem.
ff.de ſuperfi.finito tempore debuit eiſdem relo
cari, & locatio facta Pepulo non ualuit, meri-
tò nec promiſſio in ea facta,propter ius quæſi-
tum in re Rouerellis.ita Rui.conſil.168.colum
na penul.uolum.1.per tex.& ibi not. per Bal.
24 in l.ne cui.C.loca. † ſicut uidemus quòd ua-
ſallum nec etiam princeps poteſt diſueſtire, ni
ſi cauſa cognita cõuicta culpa per ſententiam,
c.1.de nat.feu.& ibi notat Aluarot.Marti.Lau-
den.conclu.317.Iaſ.conſi.86.col.3.vol.3. & Io
an.Iacob.de Leonar.conſi.114. nume. 194.in-
ter conſilia Bruni.Ad tertium quòd reſpicit de
fectum ſolutionis dictorum de Rouerellis,præ
25 ter ſuperius in hoc dicta,† non omitto ꝙ ſi tem-
pore,quo ſucceſſerunt iſti Rouerelli primis in-
ueſtitis non poſſidebant res,de quibus agitur,
ut mihi ſupponitur,nõ põt eis obici caducitas
ob canonem non ſolutū,cum ad eius ſolutionē
nõ tenerentur eo caſu.ita Bal. in l. ſolennibus.
C.de rei uend.ad finē.Anch.conſi.124. Rui.cõ
ſi.1.nu.4.uol.1.Dec.conſi.58.col.fi. Pariſ.conſ.
ſi.108.nu.42.uol.1.Soc.iun.latè conſi.70. col.3.
26 uol.1. † Si verò res ipſas poſſederunt tempo-
re ſucceſſionis,& poſt,& tunc ob iuſtam igno-
rantiam,ꝙ eſſent res emphiteoticæ,uelut hære-
des.l.qui in alterius,ff.de reg.iur. excuſari de-
bent à caducitate propter canonē non ſolutū,
vt tenet idem Soc.iu.conſ.1.allegato,col.2.per
c.literas de ſupplen.negli.præl.& c.quia diuer
27 ſitatem,in fi.de conceſſ.pręb. † quæ iura ad ſi
milē caſum deducit Petrus de Vbal.in tract.de
quartis,in quarta Epiſcopali.c.3.col.pe.ubi de-
terminat,ꝙ quādo quis actu & habitu ignorat
ſibi ius competere, uel ſaltem àctu,ſibi non cur
rit præſcriptio.quare concludit Soc.iunior,ꝙ
nec ignorantibus tempus ſoluēdi canonem de
beat cucurriſſe,& hoc idem tenent in propriis
terminis Bertrand.conſi.1.nu.38.uol.1. Goza.
conſi.56.nu.10. Alex.conſil.13.volu.2.repetito
28 conſi.40.uolū. 6. † Vel ſaltem reſtitui debent
ex clauſula generali aduerſus caducitatem me-
ro iure incurſam ob canonem non ſolutū,Bar.
in l.cum filius.§.in hac.ff.de uerb.oblig.ubi A-
le. plures accumulat, & hanc concluſionē pro-
bat,ſicut & Imol. qui communem teſtatur in c.
fi.nu.56.loca.idemq́ue tenet Alexan.conſi.71.
nu.5.uol.1.& conſi.167.col.4.uol.2. Caſtr.con
ſi.311.circa id, in fi.uol.1.Goza.conſi.8. nu.15.
D.meus Riminal.conſi.94.nu. 40. & conſi.ſe-
quenti,nu.37.glo.& Doc.in l.2.C. de iure em
phi. ubi Iaſ.n.184.dicit, quòd omnes doctores
hanc opi. communem ſequuntur, infinitos al
legans,quam firmat etiam Soc.iun.conſi.70.co
29 lum.3.& 4. uol.1. † Et in quantum dicebatur
dictos de Rouerellis agere debere contra Ar
chiepiſcopum ad intereſſe,cum nullū ius eſſet
eis in re quæſitum, ſed actio tantum perſonalis
ad renouandum , ſecundum Angel. conſilio
184.colum.fina.reſpondetur, quòd Angelum
damnat in ſpecie Socinus conſi.99.colum. pe-
nul. uol.1.dicens quòd cum datio ad liuellū de
nouennio in nouennium, ſeu prout in caſu no
ſtro de 29.annis ad 29.annos non differat a cõ
tractu emphiteotico,ut per Bar.& Doct. in l.ſi
30 finita,§.ſi de uectigalib.ff.de dam.infec. † Et
finito tempore emphiteoſis dominus teneatur
renouare, etiam nullo pacto appoſito,quia a-
lias diceretur iniuriam facere,ut per Bar.Ang.
& alios in l.1.§.permittitur, ff. de aqua quot. &
in l.ſi mihi & Titio,ff.de uerb.obl.Roma. con-
ſi.23.& Horatius Mandoſius in additio. ad eū
31 copioſè, † utique ſi renouatio fieri dēt etiam ex
diſpoſitione legis, Archiepiſcopus præciſè com
pelli dēt,& põt ad factū,ut per regulā cõiter re
ceptam tradit Bar.in l.ſtipulationes nõ diuidū
tur.ff.de uer.obl.uer.Celſus.n.37.ubi Iaſ.n.32.
dicit ꝙ cæteri tranſeunt,nihil addēdo.& licet
illud quod debetur ex diſpoſitione legis redu-
catur in pactum,tamen adhuc quis præciſè te-
netur ad factum,vt ſubdit Soc.poſt Bar.& alios
in

in d.l.ſtipulationes.ergo male dicit Angelus, ꝙ emphyteota agat ad intereſſe cõtra prælatũ, quaſi præciſè non ſit obligatus ad factum,& ſic ad renouãdum,quia immo compellitur, vt per Bar.& omnes in d.§.permittitur,ſed & eũ mor det Rui.in allegato conſ.168.col.pen.vol.1.ra tione ſupra deducta,nu.13.ad quem me remit
32 to in gratiã breuitatis.† & quæ dicit ipſe Rui. conſiul67.n.13.quod ꝓcedit,procedũt in liuel lario,qui canonẽ non ſoluit,& à cõtractu receſ ſit,non ſeruando illum,non autem de ſucceſſo ribus loquimur,contra quos non eſt ſecuta declaratoria voluntatis domini, quibus caducita tem tertius,ut Pepulus, obiicere non poteſt, qui res non poſſederunt,aut ignorarunt eas eſ ſe liuellarias,aut demum reſtitutionem meren
33 tur in integrũ,prout fuſius ſupra deduxi.† Poſtremò non obſtat & illud quod dicebatur hoc ius petẽdi renouationem durare duntaxat per annum,ſecundum Romanum in uariis cõſiliis: id.n.procedit quãdo reperitur alienatio facta in agnatum,licet poſteriorem. tunc enim proximior habet annum ad reuocandum ſicque lo quitur ille textus in c.1.§.Titius,ſi de feud.fue. contro.inter domi.& agna. iuncta glo.ſecus au tem ſecundum illam, quando res alienata fuit in extraneum,ut hic in Pepulum nihil affinitatis habentem cum Rouerellis,quia facultas re uocandi cõceditur agnato uſque ad annos 30. ſequuntur ibidem Bal.Andre. de Iſer. Gardi. Alex. & Afflic.ad finem.Alex.in l.ſi mihi &Ti tio, col.fi.ff.de verb.obl.Rube.conſil.84.col.fi. Rui.conſi.151.nu.19.uol.1. ubi taxat Romanũ quando extraneus eſſet inueſtitus. idemque te net ipſe Rui.conſi.25.nu.4.& conſi. 113.num. 9.uol.1.Dec.conſi.318.nu.4.conſi.245. ad finẽ.
34 † Alex.conſi.15.uiſis narratis,ſub nu. 10.vol. 5.qui dicit gloſſam,de qua ĩ d.§.Titius, eſſe cõ muniter receptam,confirmatque Soc. iun. cõſi.76.ad fi.vol.1.demumque ſic etiam cõcludit Horatius Mandoſius in addi.Roma. conſi.21. limitatione 8.ubi memorat genitorem ſuum ſic tenuiſſe ſuper decima regula Cancellariæ, dũ refert caſus annales,uer.79.iuxta formam no-
35 uiter imprimendam. † Et hoc operatur pactũ promiſſæ renouationis in tempus 29.annorũ, & ſucceſſiuè in alios 29. annos, ut plenius de ducit Dec.in allegato conſ.318 quod uti fauo rabile ſeruari debet,quia prætor ait,pacta ſeruabo.l.1.ff.de pac.patet igitur quòd hæc facul tas petendi renouationem,non finitur anno in caſu noſtro,& cum debeat eccleſia tale pactum ſeruare,non poteſt alteri rem concedere finito tẽpore primi conductoris,tantoque minus eo pendente,ut hic euenit ex collatione inueſtitu rarum illorum de Rouerellis,& Pepuli.Quare præferendi ſunt, & eis, non ei renouatio facienda eſt de iure.

*Hippolytus Riminal.Ferra.*

---

## Pro Illuſtri Comite Scipione Sacrato.

### ARGVMENTVM.

De recuſatione iudicis poſt binam citationem ad allegandum,an & quando dicatur nulla.

### SVMMARIVM.

1 *Proceſſus iudicis poſt petitam copiam, & nondum habitam,eſt nullus.*
*In quo declaratur Innoc. in c. tua,de cohab.cler. & mul.nu.9 nu 4 & 5.*
2 *Iudex denegata copia inſtrumenti procedens ad ſententiam,dicitur ſubtrahere defenſionẽ parti.*
3 *Statuti uerbis inhærendum, nec ab eis eſt recedendum.*
*Et ſic intelligi debent, ut aliquid addant iuri com muni 4.*
4 *Præſcriptione quæritur vtile dominium.*
*Niſi ſtatutum dicat,quòd ex ea quæratur dominiũ quia intelligitur de directo.*
6 *Quod uenit in conſequentiam, non attenditur.*
7 *Poſſidere præſumitur, qui in præteritum poſſedit.*
8 *Obliuio præſumitur in iudice propter multitudinẽ cauſarum.*
9 *Aditio inducitur ex uenditione.*
*Et hæreditas fit patrimonium adeuntis.10.*
11 *Adeundo quis,dicitur quaſi contrahere cum creditoribus.*
12 *Citatio non requiritur,ubi conſtat nullam reo defenſionem competere.*

### CONSILIVM XCV.

*Auxilium meum à Domino.*

CVM in cauſa Illuſt.Co. Scipionis Sacrati,cum aliis de Sacrato publicatus eſſet proceſſus, citatus fuit d. Comes, uel eius procurator d.n. pro certa die & hora ad allegandum coram Vicario qui comparuit, & petiit copiam proceſſus,alias inter partes celebrati,& per eum in præſenti iudicio producti, cuius inſtantia fuerat perempta. Deinde iterũ fuit citatus pro alia certa hora ad allegandũ, ille aũt cõparuit,dixitque ſecundam citationẽ ad allegandum fuiſſe & eſſe nullam,ſtante petitione d.proceſſus per eum petita. Ex aduerſo autem dictum fuit imò ualidam, poſtea pro parte d.Comitis recuſatus fuit Vicarius oppoſitum fuit recuſationem nullam, cum bis citata fuerit pars ad allegandum iuxta formam ſtatuti de recuſa.iud. procurator autem Comitis dixit immo recuſationem ualidam, quia ſola prima citatio ad allegandum ua-

 let

let, & non ſecunda. Videndum eſt igitur
1 quid iuris. † Pro parte dictis Comitis facit, quia quando iudex poſt petitam copiam proceſſus à parte, & nondum habitam procedit, nullus eſt eius proceſſus, veluti tollens parti defenſionem. iſtud tradit Ancharan. in conſilio 159. ex verbis, colum. ſecunda, † vbi
2 † dicit quòd ſi inſtrumentorum copia petita, iudex eam denegat, & ad ſententiam deuenerit, dicitur ſubtrahere facultatem defenſionis, ex quo ſententiã redditur ipſo iure. nulla. clementina, paſtoralis, de re iudica. Idem quoque tenet Innocen. in capitulo, tua, colum. fina. nume. 9. de cohabita. cleric. & mul. quem refert & ſequitur Abb. in capitulo, eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 8. & poſt eum Dec. nume. 26. de conſtitutio. dicentes, quòd ſi facta citatione iudex proceſſit non data copia parti ad ſe defendendum, ſententia eſt nulla: meritò in caſu noſtro, cum petita fuerit copia d. proceſſus, & nondum ea habita iudex dictam ſecundam citationem admiſerit, ſequitur eam fuiſſe, & eſſe nullam, & ob id non eſſe in conſideratione quo ad ſtatutum de recuſ. iud. loquens de bina citatione: id enim debet intelligi de valida & legitima. l. 4. §. condemnatum, & ibi not. ff. de re iudic. & propterea quia ſola prima remanet non ſufficiens ad impediendam recuſationem, ſequitur quòd dicta recuſatio de iure valuit. Iſtis tamen non obſtantibus cõtrarium puto de iure uerius eſſe: hic enim verificantur omnino verba dicti ſtatuti, quòd de parte bis citata ad allegandum loquitur, ergo etiam illius diſpoſitio locũ habere debet, hoc
3 eſt quòd recuſatio ſit prohibita, † quoniam ab eius verbis non eſt recedendum. l. non aliter, ff. de legat. tertio, l. quòd conſtitutum, vbi Barto. ff. de teſtamen. milita. Dec. in conſi. 18. colum. ſecunda, in fi. immo cum uerba ſtatuti ſic intelligi debeant, vt aliquid addant iuri communi, etiam quòd ex hoc ſequatur correctio iuris communis, vt patet ex nota. per
4 Barto. in l. 2. ff. de vſucap. † vbi dicit, quòd licet ex præſcriptione quæratur vtile dominiũ, ſi tamen ſtatutum dicat, quòd ex ea quæratur dominium, intelligitur de directo, vt ſic aliquid addat iuri communi, & vltra illud operetur. ſequitur Dec. conſi. 18. nume. 4. & in conſi. 617. in fi. Ruin. in conſil. 81. nume. 7. volum. 1. & in conſi. 132. colum. penul. nume. 11. volum. ſecundo. ſequitur, quòd in quantum prohibet recuſari iudicem, ſi pars fuerit bis citata ad allegandum debet intelligi, ſiue iſta bina citatio proceſſerit poſt petitam & habitam copiam, ſiue petitam, & nondum habitam, & ſic vltra ius commune, ſecundum quod ut ſupra dictum eſt proceſſus fieri non poteſt à iudice. Et ex hoc infertur prima reſponſio ad obiectum ſupra pro parte Comitis factũ. procederet enim intelligendo hoc ſtatutum ſecũdum meros terminos iuris communis, ſecus vltra ius commu
5 ne, ut debet intelligi per proximè deducta. † Secundò reſpondetur, quod Ancharan. Innoc. Abbas, & Decius loquuntur, quando iudex poſt petitam copiam, & nondum habitam proceſſit ad actum præiudicialem parti, videlicet ad ſententiam, ad quam ſic forte non deueniſſet habita copia & propoſitis ſuis defenſionibus à parte. at in caſu noſtro non uideo aliquòd præiudicium eſſe illatum dicto Comiti ex illa ſecunda citatione ad allegandum: eſto enim quòd nondum copiam d. proceſſus habuiſſet petitam per eum, quid damni incurrit ex dicta citatione? certè nullum, quia eſto etiam quod fuiſſet allegatum in cauſa per aduerſarios ſuos, non tamen ſibi præcludebatur uia & allegandi, & alias defenſiones ſuas opponendi antequam ferretur ſententia, meritò
6 d. ſecunda citatio debet ualere. † Et ſi dicatur præiudicium in hoc ſibi illatum eſt, quia non poteſt recuſare iudicem data ualiditate ſecundæ citationis, dico quòd iſtud grauamen non directò & immediatè infertur ex hac citatione, ſed ſecundariò & in conſequentiam, quòd non debet attendi. l. ſi quis nec cauſam, cum ibi nota. ff. ſi certum petatur, l. 1. ff. de autho. tuto. principalis ergo effectus citationis non grauat, qui eſt ut pars ueniat ad allegandum tali die & hora, cùm poſſit uenire ſi eſt inſtructa: uel ſi non erit, poterit alia hora uenire & defenſiones ſuas proponere: propterea neſcio uidere quomodo inferatur bene de proceſſu iudicis præiudiciali, de quo Anch. & ſequaces loquuntur, ad non præiudicialem,
7 de quo hic agitur. † Tertiò reſpondetur, aduertendum eſſe, quòd in hac cauſa procurator d. Comitis d. proceſſum produxit, ut in actis patet. Vnde cum in præteritum poſſederit d. proceſſum, præſumitur etiam de præſenti illum poſſidere, & ſic tempore quo eius copiam petiit non probata eius amiſſione, immo nec quidem allegata, ut not. Ange. & Alexan. in l. publicati. num. 3. C. de teſtamen. Alexan. poſt Barto. & alios in l. ſi quis ex argentariis, §. fina. nume. 5. ff. de eden. per l. ſi venditor. C. de pignor. actio. Alciat. de præſump. regula ſe-
8 cunda, præſum. 25. † Vnde licet iudex petitam copiam d. proceſſus decreuerit ſibi dari, quia fortè non recordabatur fuiſſe productum pro parte d. Comitis, & ita etiam præſumendũ eſt ob multitudinem cauſarum coram eo uertentium, argum. l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas. C. qui teſt. face. poſſ. tamen quia poſtmodum poſſibile eſt eum fuiſſe certificatum uel à notario cauſæ, uel ab aduerſariis. 9
d. Comes produxerat d. proceſſum in præſenti cauſa, uidens ex hoc iudex copiam eiuſdem petitam calumnioſam eſſe, cum præſumeretur illum habere, potuit repellere d. exceptionem copiæ petitæ admittendo ſecundam citationẽ ad allegandum, & ita in dubio præſumitur ipſum fuiſſe motum ex dicta cauſa iuxta deciſionem Butri. in capitulo, poſt electionem, de conceſſio. præbend. quem refert, & ſequitur Alexand. in conſil. 40. habita ſuper contentis, colum. 3. uerſic. & ſubdit, uol. ſecundo.

Dec.

Dec.in allegato c. eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 26. in fin. de conſtitutio. meritò dicendum eſt etiam ex hac ratione ſecundam citationem ualuiſſe & valere, & ob id recuſationem fieri nõ potuiſſe, deciſio verò Anch. procedat in petitione copiæ inſtr. vel proceſſus, quod vel quẽ antea penes ſe petens non habuiſſet, & ſic in diuerſo caſu à noſtro. Quartò reſpondetur, quòd d. Comes ea de cauſa tantum d. proceſſum produxit, vt oſtenderet ſe eſſe hæredem patris cum beneficio l. & inuentarii, & hæreditatem illius eſſe exhauſtam, meritò grauandũ non eſſe in ſumma petita: ita in eius productione continetur in actis. ſed modo conſtat ante d. aditionem cum beneficio l. & inuentarii iſtũ Comitem per prius ſimpliciter adiuiſſe hæreditatem paternam, vendendo quoddam molé-
9 dinum paternum, † ex quo actu inducitur aditio. §. penul. Inſtitutio. de hæred. quali. & diffe. l. pro hærede, §. proinde. ibi, aut res tempore perituras diſtraxit à contrario ſenſu. ff. de acquiren. hæredita. Corn. in conſi. 299. nume. 6. volumi. 1. Pariſ. conſil. 16. nume. 40. volum. 2.
10 † ergo ſi in facta d. hæreditas eius patrimonium, deſiitque eſſe hæreditas. l. ſed ſi plures. §. filio, ff. de vulga. & pupill. not. Alexan. & Iaſ. in l. 1. §. veteres, ff. de acquiren. poſſeſſio. Dec. conſi. 655. nume. 14. Pariſ. conſi. 20. nume. 1. volum. 1. Rui. conſi. 191. num. 12. volum. 2. meritò amplius adiri non potuit cum beneficio l. & inuentarii. argum. glo. in l. procuratorem. ff. de acquirend. hæredita. dicentis, quòd ideo per procuratorem hæreditas adiri non poteſt, quia eo ipſo quòd mando vt adeat, iam adeo. & ideo nihil ſibi reſtat faciendum, & ſic ipſe iterum
11 adire non poteſt. † Benefacitque, quia Comes adeundo prius ſimpliciter, dicitur quaſi cõtraxiſſe cum creditoribus hæreditariis. l. apud Iulia. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. §. hæres quoque, & ibi nota. Inſtitutio. de obli. ex qua contra. idque etiam vltra vires hæreditarias ob inuentarium non factum debito tempore. l. fi. §. ſi verò poſtquam. C. de iure delibe. ideò nõ potuit per aditionem poſtea cum beneficio l. & inuentarii d. quaſi contractum reuocare in præiudicium d. creditorum, quibus ex d. aditione ſimplici ius quæſitum fuit, l. ſicut. C. de actio. & obliga. Vnde bis ſtantibus patet ex d. proceſſu alias facto, vbi de hac aditione cũ beneficio l. & inuentarii conſtat nullam defenſionem competere huic Comiti, ſtante aditione ſimplici prius per eum facta in iſto proceſſu cõtra eum probata, meritò potuit Vicarius reiecta & nõ attenta petitione copiæ proceſſus inutilis, & qui ei opitulari non poterat, ad ulteriora procedere, & ſic ad d. ſecundam citatio-
12 nem ad allegandum. † ſicuti dicitur de iudice qui poteſt procedere ad ſententiam contra nõ citatum & abſentem, quando conſtat illi nullam defenſionem competere, vt tradit Roma. conſi 483. dubitatur primò. ad fi. Abb. in conſilio 68. ad finem, uolum. ſecundo, Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, nume. 45. ff. de offi. procõſ. & not. Sapia in addit. Abb. in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 26. in litera C.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtri Comite Guidone Calcagnino.

### ARGVMENTVM.

In materia pacis, quando dicatur rupta.

### SVMMARIVM.

*1 Sententia non citato, nocere non debet.*
*Princeps etiam defectum citationis ſupplere nõ poteſt. 1.*
*2 Literæ principis, quæ de facto ſeruantur, pro alijs haberi debent.*
*3 Abſentes obligantur ſtatutis infra tempus arbitrio iudicis moderandum.*
*4 Litera in ſtatutis regiſtrata eorum additiones appellari poſſunt.*
*5 Additio quid dicatur, & ſit.*
*De quo datur exemplum. 6.*

### CONSILIVM XCVI.

*Auxilium meum à Domino.*

LATA fuit ſnīa contra Io. Baptiſtam Corellum per Dominum Poteſtatem territorii Leonini, quod bis paſculari fecerit equas in pratis Bernardi de Vecchiis, ſitis in dicto territorio, ſicque pacem factam inter Corellos & Vecchios fuiſſe ruptam, dictosque Corellos incuriſſe in pœnam d. pacis ruptæ, eosque condemnauit ad ſummam, de qua in ſententia Cameræ fiſcali Illuſt. Comiti Guidi Calcagnini Domini Fuſſignani, à qua appellauerunt & de nullitate dixerunt alii de Corellis ex eo capite, quia non fuerunt citati, nec ante ſententiam, nec eius tempo-
1 re. † Vnde illis nocere non debet. l. de vno quoque. ff. de re iudica. quod adeo uerum uidetur, ut etiam procedat in principe, qui defectum citationis ſupplere non poteſt contra ſubditum, quia eſſet auferre defenſionem, quę eſt de iure naturali, clementina, paſtoralis. §. cæterum. de re iud. & ibi not. Butr. Imol. & cæteri Cardina. & Abb. in capitulo primo, de cauſ. poſſeſſio. & proprie. cum ſimilibus, ut per Ruin. conſi 46. nume. 11. uolum. 1. Dec. in cap.

eccleſia Sanctæ Mariæ,col.9. ver.pœna eſt. de
conſti.& in rubr.de appell.colum.4.& latè Ne
uiza.inter conſilia Bruni, conſil.12.nume.151.
tanto minus ergo iudex inferior, vt fuit hic D.
Poteſtas territorii Leonini, debuit poſſe no-
cere non citatis. Iſtis tamen non obſtantibus,
quæ uerè non obſtant in caſu noſtro,puto ſen-
tentiam, de qua agitur, validam eſſe,& dictis
Corellis omnino nocere debere vigore litera-
rum Ducalium,de quibus in ea fit mētio,quæ
diſponunt ſententias & conditiones nocere de
bere non ſolum principalibus delinquentibus
comprehenſis in pace & treugua, licet non no
minatis, & qui pacem non ratificaſſent, ſed e-
tiam principalibus, qui pacem feciſſent & treu
guā, & eorum fideiuſſoribus,etiam quòd datę
fuerint in contumaciam ipſorum principalium
delinquentium, etiam non citatis nec vocatis
ipſis principalibus, qui pacem, & treuguam fe
ciſſent,nec eorum fideiuſſoribus,& contra ip-
ſos exequi poſſe, prout latius in dictis literis
2 continetur. † de quarū valore non contingit
dubitare,cum ſeruentur in tota Romandiola
de facto,meritò pro ualidis haberi debent,iux
ta glo.in l.qui habebat,ff de manu. teſtam. &
in ſimili conceſſione tradit Alexan.conſi.106.
pro inueſtigatione,col.5.ad fi. volum.2.ſequi-
tur Dec.conſi.456.in prin.& conſi.557.nu.13.
cum ſimil.tantoque magis, quoniam mouen-
tur ex cauſa vniuerſalis quietis,vt fides data &
ſtipulata per pacem aut treuguam inter parti-
culares obſeruetur, & nec illam obſeruando
iuſtitia vindictā faciat. Vnde ſtāte d. cā quietis
vniuerſalis,potuerunt dictæ literæ tollere citā
tionē, licet defenſionē reſpiciat,quia ex cauſa
defenſio tolli poteſt. l.1.& 2.C.quan.lice.ſe ſi
iud.uind.& tradit Ang.& Alex.in l.ſi ſic.ff. de
leg.1.cum aliis per Dec. in l.ut uim, nu.4.ff. de
iuſt.& iu.ubi nu.26.addo ego Rodericū Sua-
rez in l.poſt rem iudicatam,limit.12.colum.3.
ff.de re iud. Nec ſe tueri poſſunt iſti Corelli ad
uerſus dictas literas eo prætextu,quòd nō fue
rint publicatæ in territorio Leonini,quoniam
contrarium verius eſt, ſi conſideretur procla-
ma factum eo loco de anno 1549. ad inſtantiā
Illuſtr. fratrum & Comitum de Calcagninis
quo dictū fuit ſeruari debere ſtatuta Fuſſigna-
ni cum ſuis additionibus,tam in iudicio,quàm
extra,& tam in ciuilibus, quàm in criminalib.
ea enim publicatio operatur,ut præſentes ligē
tur dictis ſtatutis,& additionibus ſtatim, † ab-
3 ſentes verò infra tantum tempus arbitrio iudi-
cis quòd præſumantur publicationem ſciuiſ-
ſe,iuxta not.per Doct.in c.2.vbi Fel.poſt eos,
nu.10.ver.limita primo,de conſtitu.& inferius
per eum, nu.10.ubi concludit quod tempus
præſumptæ ſcientiæ eſt arbitrarium, ſecundū
loci qualitatem, quia viciniores citius præſu-
muntur ſcire.c.quoſdam, & c.quanto, de præ
ſump.taleſque ſunt iſti Corelli, qui nedū ſunt
uicini territorio Leonini,uelut habitantes Fuſ
ſignani, ſed etiam in d.territorio Leonini poſ
ſident bona immobilia,ſępiuſque eo loco con
uerſantur, & colonos habent, ut eſt clarum.
unde non poſſunt probabilem ignorantiam d.
publicationis prætendere, ſeu proclamatis eo
loco publicati.& cum longè ante uſque de an
no 1531. dictæ literæ Ducales fuiſſent publica
tæ in Caſtro Fuſſignani,& ſcriptæ & regiſtra-
tæ in uolumine ſtatutorum d. Caſtri, prout
ex atteſtatione notarii ante proceſſum cauſę
4 præſentis apparet, † dubium non eſt dictas
literas in dictis ſtatutis iam deſcriptas & regi
ſtratas eorum additiones appellari poſſe, ita
quòd iubendo d. proclama dictorum Comunū
poſtea quod ſeruentur in territorio Leonini
ſtatuta Fuſſignani cum ſuis additionibus di-
citur iuſſiſſe, quòd in dicto territorio ſerueu-
tur d. literæ Ducales dictorum ſtatutorum
5 additiones. † Probatur, quia additio dicitur
illud quod alteri diſpoſitioni adiungitur, cle-
mentina ſecunda, in verſ. additio.de ele.§.
quibus,prima conſtitu.Cod.& eſt glo. notab.
in l.uectigalia, in principio, ff.de publica.quæ
appellat additionem uectigalibus factam,quā
do prius de equo ſoluebantur tres denarii, &
nunc inducitur, quòd ſoluatur unus ſolidus,
quam not. Imo ſignanter ibi ad eum cui data
ſit poteſtas addendi ſtatutis. Cum ergo prius
extarent ſtatuta Fuſſignani de ſententiis in
cauſis criminalibus proferendis, & per d. lite
ras inducitur quòd d.ſententiæ latæ noceant,
ut ſupra relatum fuit,& in d.ſtatutis ſunt regi
ſtratæ, utique debent additiones eorū appella
ri. Et dato etiam quòd prius de huiuſmodi
ſententiis ne uerbum quidem fuiſſet oppoſi-
tum, nec quidem cogitatum in d. ſtatutis,
nihil impedit quominus d.literæ in eis appoſi
6 tæ additiones eorum poſſint appellari, † pro-
ut alibi dat exemplum glo.ſingularis in l.ius
ciuile, ff. de iuſtitia & iure, de tutela inuenta
de iure ciuili, de qua nihil cogitauerat iuſgen
tium, quam tamē appellat glo.additionem fa-
ctam iuſgētiū per ius ciuile. Vnde ſic & in ca
ſu noſtro dicendum eſt, & illam glo. ſequun-
tur omnes ibidem. Et ex his concludo iſtos
Corellos non poſſe allegare nullitatem ſenten
tiæ latæ per poteſtatem territorii Leonini con
tra principalem delinquentem eo prætextu,
quòd non fuerint citati, cum uirtute d.literā
rum Ducalium ſit lata dicta ſententia, ut
in ea patet: quo ſtante nocere debet aliis com
prehenſis in pace, & eorum fideiuſſoribus,
licet non citatis, vt in d.literis ad unguem con
tinetur, & ita breuiter concludo, & ſi quid erit
in contrarium redigatur in ſcriptis & dentur
dubia, quia reſoluam.

*Hippolytus Riminal.Ferra.*

Pro

**Pro Illuſtribus filiabus Comitis Petri Sanguineti.**

ARGVMENTVM.

Filia competenter dotata tempore dotis conſtitutæ, nunquid auctis poſtea facultatibus a patre, poſt eius mortem petere poſſit ſupplementum congruæ dotis, qui punctus pulcherrimè diſcutitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius ſi legitimam conſecutus fuerit à patre ſuo viuente tunc competentem, & poſtea pater auxerit facultates, an eo mortuo petere poſſit ſupplementum.*
*Baldus, & alij complures, quòd ſic.*
*Et magis communem, æquiorem, & veriorem appellant. 2.*
*Sed alij plerique contrarium tenent. 10.*
*Et crebriorem, & veriorem dicunt. 11.*
3 *Dos competens commenſuratur ad legitimam,*
4 *Dotem ſi pater tunc competentem conſignauit filia, & poſtea auxerit facultates, filia eo mortuo poterit petere ſupplementum congruæ dotis attentis facultatibus auctis poſtea. 5.*
*Sed auctor poſt multos contra. 17.*
6 *Dotis congruitas conſideratur dupliciter.*
7 *Dictio tunc, denotat extremitatē temporis.*
8 *Dictio ex, denotat cauſam proximam, & immediatam.*
9 *Diſpoſitio facta ſub uno tempore non extenditur ad aliud tempus.*
12 *Læſio ceſſat ob dubium euentum ſic ad lucrum, ut ad damnum.*
13 *Eccleſia non datur reſtitutio propter probationes ſuperuenientes.*
14 *In læſione tempus contractus inſpicitur:*
15 *Ab initio legitimè factum non debet ex cauſa ſuperueniente retractari.*
16 *Cephalus conſi 165. nu. 25. taxatur.*
17 *Legitima & dotis diſcrimen.*
18 *Contractus non retractatur ex caſu poſtea ſuperueniente.*
19 *Dos incipit eſſe debita filiæ quando nubilis eſt.*
20 *Qualitas adiecta uerbo regulatur ſecundum tempus verbi.*
21 *Caſtr. conſi. 131. in anti. declaratur.*
22 *Decius conſi. 26. & conſi. 180. notatur contrarius, & in quo.*
23 *Filia indiſcretè dotata poteſt petere ſupplementum congruæ dotis.*

## CONSILIVM XCVII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR an Illuſtres filiç Com. Petri Sanguineti, quibus aſſignata fuit dos a patre ſuo viuente cō petens, attentis ſuis facultatibus tunc tēporis auctis illis poſt modum per eum, deinde mortuo poſſint a fratribus ſuis petere ſupplementum congruæ dotis. in quo caſu conſuluit celeberrimus iuriſconſ. D. Cæſar Frimagiolus Peruſinus, vti mihi frater honorandus, & a me petitum fuit, vt quid
1 in eo ſentiam dicere vellem. † & prima conſideratione dicendum videbatur, dictas ſorores aduerſus fratres audiri debere per doct. Bald. in l. pactum, C. de colla. in 6. oppo. vbi tenet aduerſus Iac. Butrig. quòd ſi pater aſſignauerit in vita legitimam filio competentem, tunc attentis ſuis facultatibus, deinde auxerit eius facultates mortuo patre ſuo poterit ille filius ſupplementum petere, non attento tempore aſſignationis, ſed mortis paternæ. idemque trad. Bald. in l. quamuis. C. de fideic. Caſtr. & Alex. in l. in ratione, la ſeconda, in fi. prin. ff. ad l. Fal. Peruſ. in c. quamuis, nu. 6. de pact. in 6. Bal. in c. cum M. Ferrar. nume. 15. & poſt eum Rip. nume. 38. de conſti. Iaſ. in l. ſi quando, §. 1. & in auth. nouiſſima, nume. 9. & poſt eum Mantua, not. 3. verſic. quintò, & vltimò. C. de inoff. teſt. Iaſ. in l. quòd ſeruus, col. fi. ff. de cond. cauſa da. Ioan. Lup. in c. per veſtras. §. 23. not. 3. de don. inter virum, & vx. Guil. Bened. in c. Raynutius, de teſta. in ver. in eodem primo, nume. 220. Didac. in d. c. quāuis. in 3. par. §. 1. nu. 8. Vaſq. de ſucceſ. crea. lib. 2. §. 20. 4. par. nume. 291. ad quem locum ſe remittit ipſemet in l. quoniam in prioribus. §. 10. nu. 462. C. de inoff. teſt. Ceph. conſi. 165. nume. 17. Viuius inter ſnas communes opi. in ver. legiti-
2 ma, ad fi. † quorum plerique magis communem, æquiorem, & veriorem appellāt: ſic enim dicendum uidetur in dote competenter aſſignata ſecundum facultates, attento tempore conſignationis, quod auctis illis a patre, demumque defuncto poſſint filiæ petere ſupplementum:
3 † dos enim competens commenſuratur ad legitimam, vt not. Salic. in l. ſancimus, in fi. C. de nup. in auth. res quæ, 2. not. C. communia de leg. Alex. conſi. 69. colum. 1. volum. 1. conſi. 7. viſis, colum. 3. volum. 2. conſi. 83. viſo ſtatuto, vol. 4. Cur. conſi. 27. 4. dub. Corn. conſi. 197. circa prin. col. 3. vol. 1. conſi. 167. colum. fi. volum. 2. conſi. 258. colum. pen. vol. 3. conſ. 40. conſi. 290. vol. 4. Soc. conſi. 182. col. 1. Dec. cōſi. 181. n. 5. D. meus Rimi. conſi. 332. nume. 8. & cauetur ſtatuto Peruſij. §. ſi aliquis pater. ibi, & competenter dotata intelligatur in quātitate legitimę debitę ipſi mulieri, & nō in minori quātitate, cum dos ſuccedat loco legitimę, vt per Ceph. conſi. 160. nume. 21. & conſi. 245. nume. 15. & 33. Franciſ. Burſ. conſi. 32. nume. 65. igitur competentia ſua debet attendi tempore mortis, prout in legitima. l. cum quæritur. C. de inoffi. teſtam. ſicque Cepha. arguit in dicto conſi. 165. numero
4 20. † Secundò confirmatur in terminis hæc concluſio auctoritate Bal. nouel. in tract. dot. in 6. par. priuil. 17. nu. 4. ubi dicit, quod ſi pater in uita ſua maritauit filiam, & dedit dotem, quæ erat competens illo tempore, quia tunc non erat pater multum diues, & poſtea tempore mortis reperiuntur ſatis auctæ facultates patris, poterit d. filia petere ſupplementum congruæ

grua dotis inſpectis facultatibus, quæ erant tē-
pore mortis, quia illo tempore excluſio induci
tur, ideo etiam ſecundum illud tempus quali-
tas dotis debet conſiderari. l. in delictis. §. ſi ex-
traneus. ff. de nox. addit Caſtr. qui ſic arguit
ī cōſ. 1 ; 1. licet illa D. Liſa, col. 1. in anti. & cū pdi
ctis ēt tenet Crot. cōſ. 120. n. 45. & pulchrè Dec.
5 cōſ. 226. col. 2. † Confirmās in hūc modū, nā di
cit ipſe, filia, quæ fuerit nupta, & dotē habuerit
viuēte patre rebus ſic ſtātib. nō potuiſſet habe
re, nec petere ſupplementum dotis vſque ad le
gitimam, quia tunc non erat tractandum de le-
gitima, & quia erat dotata competenter ſecun-
dum facultates patris & conſuetudinem ciuita-
tis, ſed poſtea ſucceſſiuè patre mortuo cum ipſa
excludatur a ſucceſſione, ſi tūc dotanda fuiſſet,
cū illa dos pp excluſionē debeat, nō debuiſſet
minor dos cōſtitui, quàm eſſet eius legitima, pa
riter uidetur quòd filia, quæ dotata reperitur
ſuperueniente excluſione propter mortem pa-
tris poſſit petere ſupplementum dotis vſque ad
legitimam, quia in hoc non debet eſſe deterio-
ris conditionis filia nupta quàm illa, quæ non
reperitur nupta: ex quo vtraque pari modo ex-
cluditur a ſucceſſione, a qua excluſione cauſat
augumentum dotis vſque ad legitimam. Vnde
cum eadem ratio ſit in vtraque, pariter & idem
ius eſſe debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & illud
conſilium Dec. ſequitur in alio tamen propoſi-
6 to Alci. reſpon. 152. num. 10. † Idemque trad.
Pariſ. conſi. 26. nu. 88. vol. 3. & Ceph. in d. conſi.
165. col. pe. dicentes quòd congruitas dotis du
pliciter conſideratur. Primò quantum ad offi-
cium patris, qui tenetur filiam dotare. l. qui li-
beros. ff. de rit. nup. & tunc dos nihil attinet ad
legitimam, ideo tempus dotationis inſpicitur.
Si verò agatur de excludendo filiam a ſucceſſio
ne vigore ſtatuti & obijcitur ei, quòd habuit
dotem, & tunc competentia dotis conſiderari
debet tēpore excluſionis ſtatuti a ſucceſſione,
& ſic tempus mortis paternæ, quo tempore cū
reperiantur auctæ facultates paternæ dos da-
ta prius ſuppleri debet, velut incongrua, & ex
his (vt cœtera prætermittam) videtur inten-
tio dictarum ſororum ſatis eſſe iuridica. Dili-
gentius tamen conſideranti mihi viſa fuit præ-
tenſio fratrum probabilior, quam propoſuit, &
egregiè defendit D. cōſultor, pro qua moueor
ego principaliter ex ſtatuto Peruſij, diligenter
illud ponderando in d. §. ſi aliquis pater. nam
poſtquam dixerit, & competenter dotata intel-
ligatur in quantitate legitimæ debitæ ipſi mu-
lieri, & non in minori quantitate, ſubiungit,
7 † & habita dicta dote ex tunc excludatur a ſuc
ceſſione patris: pondero dictionem illam tunc,
quæ denotat extremitatem temporis. l. 4. §. fi. ff.
de cond. & demon. l. in ſubſtitutione, & ibi not.
ff. de vulg. & pup. tradit Rui. conſi. 130. nu. 10.
& in ſtatuto ſimili Rui. idem conſi. 200. num. 9.
vol. 2. Pariſ. conſi. 31. nume. 26. vol. 1. glo. in l. 4.
§. 1. ff. de condi. & demonſt. & in extra. Ioan. 22.
ſuſcepti regiminis, ne ſed. vac. Tiraq. de retrac.
linag. §. 1. glo. 2. nu. 39. Franc. Burſ. conſi. 14. nu.
24. ergo ſtatutum conſiderat excluſionem filiæ
8 a ſucceſſione a tempore dationis dotis. † ſtrin-
go fortius ponderationem prædictam, conſide-
rando præpoſitionem ex, quæ præcedit illam
dictionem tunc, dicente ſtatuto, ex tunc exclu-
datur a ſucceſſione patris, nā illa præpoſitio ex,
denotat cauſam proximam, & immediatā. Bar.
& omnes in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Pariſ.
conſi. 47. nume. 8. vol. 3. ſenſus eſt igitur, & in-
tentio ſtatuti, quòd excluſionis principium ſit,
& cauſetur immediatè, quòd dos data fuerit fi-
liæ, & ideo tempus illud tantum debet attendi
circa dotis competentiam, non autem tempus
9 mortis patris, † quia diſpoſitio facta ſub vno
tempore non extenditur ad aliud tempus. l. ſi-
quis ita, l. ſi mater. & vtrobique glo. Bar. & doc.
ff. de vulg. & pup. quare cum tempore dotatio-
nis dos aſcenderet ad legitimā ſecundū faculta
tes paternas eo tempore uerificantur uerba ſta-
tuti, quòd filiæ debeant excludi, quia dicuntur
competenter dotatæ in quantitate legitimæ ſi-
bi debitæ, ſi tunc pater deceſſiſſet, qui maiores
facultates non habebat, & hic intellectus ſtatu-
ti confirmatur ex alio de vlt. volunt. quod co-
git filias inuiolabiliter obſeruare voluntatem
patris, ita q nihil plus petere, vel habere poſſint
ſi tamen dotatæ fuerint in vita patris competē-
ter: nam cum loquatur per uerba præteriti tem
poris, ſatis eſſe viſum fuit ſtatuentibus, quòd
tunc temporis dotes eſſent congruæ & compe
tentes vſque ad legitimam, ſi tunc dotans deceſ
ſiſſet: & licèt poſtea tempore mortis reperia-
tur, quòd maior eſſet legitima propter auctas
facultates, tamen non refert: ſatis enim videtur
ſecūdum verba ſtatuti, quòd mulier reperiatur
aliquando fuiſſe congruè dotata, videlicet tem-
pore dotationis, licèt tempore mortis dotantis
ſecus. ita Corn. eleganter conſi. 1. nume. 17. vol.
4. quem conſiderauit D. conſultor in præſenti
cauſa, & hanc partem tenendo, quæ clarior ap
10 parebit, reſpondendo contrarijs, † ad primum
dico plurimos non deeſſe, qui tenēt contrariū,
ſicque filium, cui pater viuens aſſignauit legiti-
mam competentem, ſecundum facultates quas
habebat tēpore conſignationis, auctis illis poſt
modum, patreque mortuo nō poſſe petere ſup
plementum legitimæ. ſic enim voluit in primis
Iacob. Butrig. in d. l. pactum, quem ſecuti ſunt
Roma. Alex. & Corn. eodem loco. Bal. in l. ſuc
ceſſione. C. de reuo. his, quæ in fraud. cred. in l.
fin. §. fi. n. 7. C. de vſur. rei iud. in l. 1. C. de adop.
& in l. quamquam. C. ad l. Fal. Ang. in l. ſi pro-
ponas. §. hæreditatem, ff. de inoffi. teſt. & in l. ſti-
pulatio hoc modo. 10. limit. ff. de verb. obligat.
Rom. & Imol. eo loco. Alex. conſi. 180. & conſil.
ſeq. vol. 5. † vbi priore loco. mod. Galli dicunt
11 eſſe crebriorem, & veriorem. Iaſ. conſi. 104. col.
4. vol. 4. vbi dicit quòd eſt communior opi. cum
ſit à pluribus comprobata. Guil. Bened. in cap.
Raynutius, in ver. duas, nu. 242. de teſta. qui pa
riter communem teſtatur. Ripa reſpon. 6. de le
gib. co. 3. Cur. conſi. fi. in fi. Fabian. de Chioc.
in auth. nouiſſ. nu. 116. C. de inoff. teſt. Crauet.
conſ.

conſi.11.nu.16.conſi.114.nu.16.& in alio ſimili
caſu,conſi.141.nu.8.& conſi.188.num. 4 Natta
conſi.548.nume.17. Iacob.Henrichma. conſi.1.
nu.661.Boer deciſ.61. Gram.deciſ.57.num.36.
12 † Mouetur omnes ea ratione, quia ſicut facul
tates excreſcere potuiſſent, ita minui: vnde læ-
ſio probabilis allegari non poteſt, ob euentum
dubium,ita ad damnum ſicut ad lucrum.l.de fi
deicommiſſo.C.de tranſ.& vt inquit Henrich-
manus,quia tempore aſſignationis legitimæ pa
ter cenſetur mori iuris fictione, ſed & alia ratio
ne,ſiue fundamento quod efficaciſſimum putat
Crauet.in d.conſi.11.nam videmus,ꝗ ſi minor
tp̃e contractus non læditur,non debet in inte-
grum reſtitui, licèt ſuperueniat læſio poſt con-
tractum.ita tradit Albe.in l.ſi ſiue.§.quæſitum.
13 ff.de minor. Deciſ.Neap. 340. idemque voluit
Caſtr.conſi.101.ad fi.vol.1. ubi dicit quòd ec-
cleſiæ nõ datur reſtitutio propter probationes
de nouo ſuperuenientes, & ſic ob læſionem po
ſtea cauſatam,quæ non ſuberat tempore ſentẽ
14 tiæ. † nam in læſione ſi quæritur, an quis ſit læ-
ſus, uel non,ſemper inſpicitur tempus contra-
ctus,uel actus celebrati, non autem quid acci-
derit poſt contractum,uel actum.Bal.conſ.371.
quidam Io.ad fi.uol.1.Ang.cõſi.312.col.3.Soc.
conſi.48.col.2.uol.4.Corn.conſi.181.co.22.cir
ca med. uerſ.ex quo demonſtratur,uol.2. conſi.
201.col.4.uer.3.conſi.15.col.fi.uol.4. meritò in
conſideranda læſione legitimæ conſignatæ fi-
lio uiuente patre debemus inſpicere quid, &
quantum eſſet in bonis patris tempore conſi-
gnationis,non autem reſpicere ad tempus futu
15 rum,& facultates poſtmodum auctas, † quia
quod ab initio legitimè factum fuit,ex caſu ſu-
peruenienti non debet irritari.l. nec enim.ff.
ff.de iti.actuque pri.nec ad imperfectum redu-
ci.Bald. conſi.19. factum ſic proponitur, col.3.
16 uol.4.ita Craue.concludit eleganter ibi. † Nec
illi bene reſpondet Ceph. in alleg. conſi.165.
nu.25.dicens quòd loquitur in contractu, qui
in uita expeditur,& eo tẽpore calculatur, quo
geritur,nos autem loquimur in legitima, quæ
duntaxat mortis tempore calculari poteſt, nã
ſatis fictione iuris dicitur calculari legitima tẽ-
pore mortis patris, quando conſignat illam in
uita,cum tunc mori fingatur,ut dixit Hẽricma
nus,uidelicet actũ gerendo,qui geri ſolet & cal
culari tempore mortis.immò uerò Crauettam
ſequitur Menoch.in tract.de Arbitr.iud. lib. 2.
caſu. 149. nu.19.Quare patet opi. contrariam
non eſſe tutam,cum plures habeat contradicẽ-
tes & rationes efficaces, quibus oppugnatur.
17 † Sed eſto ſine ueri præiudicio quòd in legi-
tima procederet illa concluſio eorum, qui pro
filio tenent,ut auctis facultatibus patris in eius
uita ſupplementum petere poſſit, non tamen
idem iuris eſt in dote,ut aliqui uoluerunt lon-
gè ſubtiliter ex illis,qui tenuerunt filiam dota-
tam competenter ſecundum facultates exiſten
tes tempore dotationis, illis poſtea per patrem
auctis non poſſe petere ſupplementum cõgruæ
dotis.qui enim hanc opi.tenuerũt,fuerunt Bal.
& Caſtr. in auth.res quæ.C.communia de leg.
vbi Caſt.dixit menti tenendum, ueluti ſingula
re. Alex.conſi.32.in fi.uol.4.Laurent.de Pallat.
in trac.quòd ſtant.maſc.nu.132.Alciat. in trac.
de præſumpt.reg.1.præſump.2.in fi.Grammat.
deciſ.57.nu.35.Boer.deciſ.61.ubi relatis docto
ribus hincinde uariantibus & contrarijs, quod
deteſtatur,ut turpe,poſt Bal.conſi.90.in fi.uol.
2.dicit quòd hanc partem uelut æquiorem ſem
per ſecutus fuit, ſe remittens ad dicta per eum
in §.6.conſuetud. Biturig. in add.incip.Per quę
dico.q pen.ubi refert uita functum cancellariũ
D.de Ganey, ſemper denegaſſe in cancellaria
literas releuamenti talis deceptionis,cum tem-
pore dationis dotis,aut alterius rei loco legiti-
mæ traditæ bene fuiſſet & debitè ſecundum fa
18 cultatem bonorum patris filia dotata, † citat-
que demum Aret.in l.1.2.not.C.de pac.qui ſic
generaliter notat ex illo text. quòd quando à
principio in contractu non eſt deceptio re ipſa,
licet caſus poſtea ſuperueniens damnificet alte
rum ex contrahentibus,non propterea reſcin-
ditur contractus, demumque concludit quòd
iſta ſibi uidetur uera iuris ueritas & æquitas.
Sed & ulterius hanc opi.cõfirmat Rui.in l. Gal
lus.§.& quid ſi tantũ, nu.113. ff.de lib.& poſth.
19 & conſi.56.nu.13.uol.3. † dicit enim ꝗ dos in-
cipit eſſe quaſi debita filiæ,quando nubilis eſt,
& quando matrimonium contraxit.l. quod pu-
pillæ.ff.quando dies leg.ced.pater ergo, qui tẽ
pore matrimonii congruam dotem conſtituit,
fuit liberatus, quia ſoluit quod debuit, Inſtit.
quib.mod.toll.obli. in princ. igitur actio ſemel
extincta ſolutione, numquam reuiuiſcit. l. qui
res.§.aream. ff.de ſolut.& in hoc differt dos a le
gitima, quæ fuit per patrem filio conſignata in
uita,& quæ auctis facultatibus debet augeri ſe
cundum doctores ſuperius allegatos in contra-
rium,quia legitima tunc non erat debita. l.1.§.
ſi impuberi,ff.de colla.bono.& quæ detrahitur
de bonis exiſtentibus tempore mortis.l.cũ quæ
ritur. C.de inoſ.teſt.unde pater tunc non libe-
ratur ſimpliciter,ſed liberatio ſtat in ſuſpenſo,
& pendet à futuro euentu, & intelligitur libe-
ratus rebus ſic ſtantibus. l. quod Seruius. ff. de
condict. cauſa dot. ſed quando conſtituit con-
gruã dotẽ tp̃e matrimonii, liberatur pater abſo
lutè,& ſolutio dotis conſumauit effectum ita,ꝗ
liberatio nõ ſtat in ſuſpẽſo,nec pẽdet a futuro,
propterea nõ intelligitur facta conſtitutio dotis
rebus ſic ſtãtibus,ex quo fuit effectus cõſumma
20 tus l.fi.ff.und. lib. † ex quibus Rui.in ſpecie dã
nat Bal.nouel.in d. 17. priuilegio, contrarium
tenentem habito reſpectu ad tempus mortis,
quia qualitas adiecta uerbo regulatur ſecũdũ
tempus uerbi.l.in delictis.§.ſi extraneus. ff. de
nox.quia reſpondet Rui.ex quo dos ſemel fuit
congrua tempore matrimonii,pater fuit libera
tus. ab onere dotãdi in totum,nec tenetur filiã
iterum dotare in futurum, nec dotem augere
eodem matrimonio durãte,& ſic dos,quæ fuit
ſemel congrua,adhuc dicitur congrua tempo-
re mortis patris, non autem incongrua, quia
dicto

21 dicto tempore non debetur, † nec ſecus etiam dicit Caſtr. allegatus per Bal. nouel. in d. conſi. 131. col. 1. in anti. ſed in alio caſu loquitur, ſcilicet quando filia nupſit viuo patre ſine dote, & vult, quòd mortuo patre poſſit petere ſe dotari ſecundum facultates, quas pater habuit tempore mortis, & non habito reſpectu ad illas, quas habebat tempore matrimonij, ſiue poſtea ſint auctæ ſiue diminutæ, & ſic quando pater ante mortem non fuit liberatus ab onere dotandi, ſed adhuc erat obligatus ad dotem tẽpore mortis. & hanc conſiderationem, ac differentiã Ruini inter legitimam & dotem ſequitur ad vnguẽ Brun. in tract. quòd ſtant. maſcu. in 9. artic. nu. 41. & ſequenti, Gramm. deciſ. 101. nu. 71. & ſeq. dicens quòd Bal. noue. & Dec. eum ſequutus loquuti fuerunt cõtra communem, & veram opi. eoſque pariter taxat Alc. in trac. de pſum. 1. reg. pſum. 2. ad fi. dicens ꝙ Dec. ſibi fuit contrarius, prout vere fuit in conſi. 26. & conſi. 180. prout animaduertit Anch. iun. q. 51. col. 1. lib. 1. te-
22 nens hanc partem. † & licet non declaret cõtrarietatem Decii in quo conſiſtat, ſic ea detegi poteſt: nam vult Dec. in dictis cõſiliis, quòd ſi pater dotauit filiam, & poſtea conqueri non poſſit, nec dicere ſe fuiſſe incompetenter dotatam, quia pater ſcit melius capere conſilium pro filia, quàm quiſquis alius. h. nec in eaſ. ff. adulte. & quod ſibi viſum fuit eſſe competens pro filio, alteri incompetens videri non debet, arg. l. ſi furioſa impuberis. in fi. ff. de cur. fur. nec ille poteſt argui ab aliquo, cum nullus amor
23 vincat paternum, l. fi. C. de cur. fur. † & hæc procedũt, niſi manifeſtè appareret de indiſcreta dotatione patris in magno exceſſu, & quę dolum patris argueret: tunc enim ei ſtandum non eſſe. Adducit Paulum de Caſtr. conſi. 110. ſuper primo quæſito, in 7. dubio, in anti. qui reperitur in nouis, in conſi. 275. vol. 1. Hæc enim planè demonſtrant, quòd auctis poſtea facultatibus a patre, filia non põt petere ſupplemẽtũ cõgruæ dotis, cum de patre conqueri non poſſit, qui quando eam dotauit bona fide egit dando dotem competentem ſecũdum facultates, quas tunc habebat, nec doloſè egit non dando plus, cum diuinare non poſſet ſe in poſterum ditiorem fieri poſſe, & magnus exceſſus, de quo ſubiungit Dec. & in quo auditur filia, clarè demonſtrat attendi tempus dotationis, non autẽ mortis paternæ poſtea ſubſequentis: & illud conſi. Caſtr. aliis multis exornat Tiraquell. in l. ſi vnquam. C. de reuo. do. in prin. nu. 36. demum cõcludens dubitandum non eſſe, quin eundum ſit in hanc ſententiam tot legalis diſciplinę procerum, quicquid dicat Bal. nouell. in d. tractat. cuius a ctoritas licet videatur eſſe ſacroſancta, tamen nemo ſatis ſolus ſapit, ut per eum, qui latius in hãc partem inſiſtit, & eam proſequitur: & hanc opi. quoque tenet Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 149. nu. 16. vbi citat Soc. conſi. 100. col. 4. vol. 3. tenentem partem contrariam, & malè, cum idem hanc teneat conſi. 30. nu. 10. vol. 4. quem ſequitur Alciat. reſpon. 252. nu. 11. in ſuperq; tenet eandem ſententiam ipſe Menoch. conſi. 6. nu. 21. poſt Alex. conſi. 19. nu. 6. vol. 3. & Bellonum conſ. 15. nu. 8. ver. facit. & idem probat Laurent. Kircoff. Germanus conſi. 5. nu. 17. 2. tomo diuerſorum Germaniæ, citans Bal. in d. auth. res quæ. C. communia de de leg. ſicut etiam facit Catellan. Cotta libro memorialium, in ver. dos conſtituta, col. 2. pariter hanc concluſionem tenens, quam ex prædictis apparet & ueriorem eſſe, & magis communem, meritò in ſententiam magnifici D. cõſulentis ego reſideo, quam iuridicam puto.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtri Comite Io. Paulo Malchiauello.

ARGVMENTVM.

De donatione nulla ob incertitudinem, & eius reuocatoria multa præclara.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſusfructus retentio transfert dominium.*
*Et ciuilem poſſeſſionem. 2.*
*Et quando 9.*
2 *Conſtitutum transfert poſſeſſionem.*
3 *Clauſula, ex nunc prout ex tunc, retrotrahit actũ.*
*Per fictionem tamen. 10.*
*Non tamen operatur in præiudicium tertij. 12.*
*Nec in contractu omnino incerto. 13.*
*Nec annexa conſtituto acceſſorio 14.*
4 *Vſusfructus ceſſione cõſolidatur cum proprietate.*
5 *Donatio incerta re, loco, & quota non valet.*
*Nec ex ea quæritur dominium vel poſſeſſio. 6. 8.*
*Et eſt communis opinio. 7.*
10 *Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus requirit duo extrema habilia.*
*Et extremum ad quod debet eſſe habile in eſſentia & ſpecie. 11.*
15 *Donatio an & quando reuocari poſſit, velut in fraudem creditorum facta.*
*Fraudis ſuſpicio ceſſat ex longo temporis interuallo. 15.*
*Et quando non conſtat tempore contractus bona non ſufficere creditoribus. 16.*
*Niſi conjecturis colligatur. 18.*
*Et quales eſſe poſſint declaratur. 21. 22. 23.*
17 *Reuocatoria competit etiam futuro creditori conſilito de fraude.*
18 *Fraus probatur ex coniecturis.*
*Puta ex breuitate temporis.*
*Quod arbitrio iudicis declaratur. 19.*
*Puta ſex menſium. 20.*
21 *Fraus probatur quando adeſt cauſa tempore contractus.*
*Et ex actuum vicinitate 22.*
*Et ex coniunctione perſonæ. 23.*
*Saltem alijs concurrentibus. 24.*

CON-

## CONSILIVM XCVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa vertente inter Illuſtrem Com. Io. Paulum Malchiauellũ hæredem Magnifici D. Hippolyti fratris ſui cum Domino Hieronimo de Iaſone, videtur dicẽdum Dominum Hieronymum potiora iura habere quam dictum D.Hippolytum in bonis, de qui-
1 bus agitur, † quoniam ſibi facta fuit donatio per Dominum Gaſparem de Iaſone de anno 1522.retento vſufructu, quo caſu transfertur
2 dominiũ, † & ciuilis poſſeſſio.l.quiſquis argẽtum.§.& ſi quidem. C. de donatio. & maximè iuncto conſtituto, quod transfert poſſeſſionem. l.certè.§.1.& ibi Bar.Cuma.& alij, ff. de acquir. poſſ.l.ab emptione.ff.de pact. vbi doct. Tiraqu. de conſtit.2.par.ampliatione prima, & dominũ Butr.in c.2.col.3.de conſue.Tiraq.amplia.8. lo
3 co citato. † & dato quòd electio facta fuerit, & mẽſuratio pro parte D.Hieronymi poſt obligationem factam cum Domino Hippolyto per Dominum Gaſparem, nil tamen refert, ſtante clauſula, ex tunc prout ex nũc, in donatione, & conſtituto poſita, quæ retrotrahitur ſecundum glo.Ang.& Iaſ.in l.1.C.de codicil.doct. in l.huiuſmodi.2.ff.de verbo. obli.in l. lecta. ff. ſi cert. pet.Guid.Pap.q.588.Fel.in c.licet cauſam. col. 4.notab.6.de probatio.Soc.iun.cõſi.106.nu.28. vol.1.& in clauſula cõſtituti ſic concepta.Guid. Pap.q.268.Alex.conſi.83.col.3.uol.2.Iaſ.conſi.147.col.9.ver.ſecundo poſſet, vol.2. Caſſane. conſi.53.col.2.Tiraquel.de conſtitutio. par.3.
4 limitatione 2.nu.15. † & poſtremò concurrente ceſſione vſuſfructus facta per Do.Gaſparem Domino Hieronymo ante obligationem factã cum D.Hippolyto per quam conſolidatus fuit cum ea.§.item finitur.Inſtit.de vſufru. vnde cũ ſit tẽpore prior Dominus Hieronymus, potior in iure eſſe debet.l.qui balneum.l.potior.ff.qui
5 potio.in pigno. † Iſtis tamen non obſtantibus contrarium verius cenſeo, moueor ex verbis inſtrumenti donationis, in quo dicitur Dominũ Gaſparem donaſſe tantum de bonis ſuis, quantum aſcendat ad ſummam, & valorẽ Lib. 5000. m.data electione D. Hieronymo poſt mortem ipſius tantum in bonis, de quibus agi voluerit. talis enim donatio fuit de re incerta ratione loci & quotæ, cũ Ferrariæ, in eius diſtrictu, & extra bona haberet Dominus Gaſpar, nec locus,
6 nec res, nec quãtitas expreſſa fuit, † merito nec dominium, nec poſſeſſio fuerunt quæſita Domino Hieronymo uirtute talis donationis etiã cum conſtituto factæ, ſecundum Bar.in l.3.§.in certam.ff.de acquir.poſſeſſ.vbi etiam Caſtren, Alex.Aretin. Iaſ. Soc.& alij paſſim ſequuntur, Bar.conſi.74.Bertran.conſi. 337.nume.3.vol.1.
7 † Pariſ.qui communem teſtatur conſi. 55.col. 1.vol.1.& conſi.59.nu.15.eo. vol. ſed potiſſimè ad caſum noſtrum Bart.in d.conſi. 74.& Areti. in d.§.incertam conſiderantes tempus electionis, & menſuræ tantum, a quo ius transfertur, & non ante, prout etiam Pariſ.animaduertit in
8 dictis locis, & Gozad.conſ.55.col.2. † & ultra prædictos accedit Ripa lib. 1.reſponſo.ca.2.nu. 20.vbi Cardinalis dederat alicui de bonis ſuis tot, ex quibus percipi poſſent redditus ſcutorũ 1000. tamen ratione incertitudinis concludit dominium non transferri, & idem tradit Ruin. conſi. 136. colum.fin. uolum.1.& in donatione
9 Cur.iun.conſi.120.colum.2. † Et hanc partẽ tenendo non obſtant contraria. nam primum de retentione vſusfructus operatur in donatione de certa re facta, ſecus de incerta, vt per Soc. conſi.131.colum.4.verſi.amplius.vol.1.Tiraqu. de conſtitut. part. 3. limitatione 19. colum. 2.
1 † Nec clauſula ex tunc, pro vt ex nunc in eo poſita contra facit, quia quod retrotrahatur fit per fictionem tranſlatiuam de tempore ad tempus, quę requirit duo extrema habilia, quorum ſi quid deficit, fictio non procedit. Bar. in l.ſi is qui pro emptore. colum.3.nume.3.ff.de vſuca. exemplificãdo ut per eum, quem cœteri ſequũtur, vt refert Alex.in l. talis ſcriptura. colum.3. ff.de leg.1.Crot.in repetitione ſua d. legis, ſi is qui pro emptore, nume.15.at hic extremum ad quod, non eſt habile, veluti tempus donationis omnino incertæ, ergo dicta fictio ceſſare de
11 bet. † Nec prodeſt quòd ſufficiat extremum ad quod eſſe habile in potentia, & genere, licet non ſit in eſſentia & ſpecie ſecundum Bar. ibi nu. 28.& poſt eum Iaſ.Crot.& alii, Ruin.conſi. 2.colum.pen.volum.2.quia uerum eſt per actũ ſimilem, & vniformem ſecundum exemplum Bartoli in l.eandem.ff.de duo.reis. & Rui.dicto conſi.2.non ergo, per difformem. Sed hic donator non potuiſſet facere donationem ſimilem, & vniformem, per quam dominium, & poſſeſſio fuiſſet tranſlata, quia fuiſſet de re incerta, ergo extremum ad quod, non ex habile etiam in potentia, & genere, merito retrotractio per dictã
12 fictionem locum habere non poteſt. † Secundò reſpondetur eam non habere locum in præiudicium tertii. Iaſ. in d.l.is qui pro emptore. nume.120.& ex eo, quod tradit Bar. in l. ſi indebitum.§. ſi procurator. ff. de condictio.indeb. Alex.conſi.78.colum. 3. volum. 5.Dec. conſi. 247. nume. 5. meritò iſta retrotractio fieri non poteſt electione facta per D. Hieronymum virtute dictæ fictionis tranſlatiuæ in præiudicium D.Hippolyti, cui medio tempore ius fuit quæſi
13 tum, prout arguit in caſu ſuo Deci.ibi. † Tertiò ex quo tempore conſtituti, quo fiebat tranſlatio poſſeſſionis, res erat omnino incerta, licet poſtea certificaretur tranſlatio, quæ fuit a principio inutilis, non uidetur poſſe conualidari. l. triticum.ff.de uerbo.obliga.& ita reſpondet in terminis noſtris Areti.in dicto §. incertam. co-
14 lum.2. † Sed & quarto loco dici poteſt conſtitutum, cui dicta clauſula ex tunc, prout ex nũc, eſt annexa acceſſorium contractus eſſe cui ſubiicitur, quo contractu ſublato, id ceſſare. Bald. in l.non dubium. oppoſi.10. C. de legib. & ibi Iaſ.

Iaſ.colum.pen.Alex.In l.ſi aliquam.num.13.ff.
de acquir.poſſeſſ.Barba.conſi.28.colum. 5.vol.
2.Soc.conſi.78.col.1.volum.3. Corne.conſi.6.
ad fin.volum.4.Curt.conſi.8.colum.fin.Guid.
Pap.conſi.81.colum.fi.vol.1.Tiraquell.abundè
de conſtitu.par.3.limit.7.nume.15.Sed hæc do
natio nulla eſt,veluti de re incerta omnino:er-
go ſublato contractu & conſtituto, corruit etiã
dicta clauſula, ex tunc prout ex nũc,cum eo cõ
mixta.tunc ergo demum conſtitutum retrotra-
hitur virtute illius,ſi contractus valuit, aliàs ſe-
15cus . † Secundò principaliter vidẽdũ eſt poſi
to quòd donatio prædicta ſubſiſteret , an actio
reuocatoria D.Hippolyto competere poſſit . in
qua re difficultatem facere videtur longum tẽ-
poris interuallum inter eam , & obligationem
contractam cum D. Hippolyto ab anno 1522.
vſque ad annũ 1550.ex quo ceſſat ſuſpitio frau-
dis ſecundum Bar.in l. pacta nouiſſima. colum.
1.C.de pact.Abb.conſi.69. colum. 1. volum.2.
Alex.conſi.18.col.1.vol.5.cum ſimilibus,vt per
16Crau.conſi.44.col.1.& conſi.113.nu.5. † Quo
verò ad renuntiationem vſusfructus factã per
D.Gaſparem D.Hieronymo non videtur etiã
dici poſſe quòd facta fuerit in fraudem D. Hip
polyti,cum non cõſtaret tunc tẽporis bona D.
Gaſparis non ſufficere,prout requiritur, vt tra
dit Bar.in l.1.C.de iur.fiſ.lib.10.adeo quod Do
minus Aduocatus hoc deducere debet, & pro-
bare, aliàs non concluderet intentio ſui clientu
li, vt tradit Alex.conſi.86.vol.7.& Cra.d.conſ.
44.hęc autem non deducta,nec probata ſunt,er
17go reuocatoriæ locus non eſt. † Ego verò his
non attentis arbitror huic remedio locum eſſe
quòd etiam futuro creditori competit , dũmo-
do conſtet de fraude , vt poſt Iacob. Petr. de
Bellaper. Fabr. & alios refert Iaſ in §. item ſi
quis in fraudem.nu.52.Inſti.de actio. Bart. in l.
1.ad fi.C.de iur.fiſ.lib.10.& in auth. ſed iam ne-
ceſſe,vbi etiam Saly.& alij,C.de don.ant.nupt.
18 † fraus autem probatur in caſu noſtro ex ali-
quibus coniecturis iuxta nota. per glo. Bartol.
& alios ibi,& in l.dolum.C.de dolo. coniectura
quę prima hinc cadit conceptæ fraudis D. Ga-
ſparis tempore, quo renuntiauit vſumfructum
Domino Hieronymo de anno 1550.17. Maij
ex breuitate temporis poſtea decurſi , vſque ad
obligationem contractam per Dominum Ga-
ſparem cum Domino Hippolyto, de dicto an-
no,de menſe Nouembris , iux.not. per Bartol.
in l.poſt contractum. ff. de dona. colum. 3.nu-
me.8.cum aliis per Alexand.in d. conſi. 86. vo-
19lum. 7. † quod breue tempus quantum ſit,
vel eſſe debeat , arbitrio iudicis eſt relinquen-
dum ſecundum Angelum in l.ſi ventri. §.fin.ff.
de priuil.credi.ſequitur Picus in d. l. poſt con-
tractum.nume.29.ad fin.& Dec.conſi. 235.co-
20lum. 2. cum ſimilibus . † & certè ſpatium 6.
menſium , qui potuerunt cadere inter dictam
ceſſionem vſusfructus , & obligationem cum
Domino Hippolyto contractam,breue tempus
iudicari debet , vt alibi per Corne. conſi. 149.
colum.penul.volum.4 Deci. conſi. 452. nu.10.
qui dicunt ſpatium 11. menſium & anni , non
breue tempus eſſe iudicandum , minus ergo
quale eſt ſex menſium , videtur breue tempus
iudicari debere . Secunda ſubeſt coniectura ,
nam tempore quo Dominus Gaſpar renuntia-
uit dicto vſufructui , & aliis pactis inter eum, &
Dominum Hieronymum celebratis in inſtru-
mento donationis iam per duos menſes ante ,
uel circa,videlicet de menſe Martii, die 22. Do
minus Hippolytus produxerat libellum con-
tra Dominum Gaſparem , in quo petebat de-
clarari alienationes factas per eũ Domino Ni-
colao Dulcio nõ pręiudicare ipſi Domino Hip
polyto,& Dominum Gaſparem teneri curare,
quòd ille Dulcius res ſibi relaxaret, aut hoc eo
non faciente,illum condemnari ad æſtimatio-
nem dictarum rerum , & ad omnia , & ſingula
damna , & intereſſe ipſius Domini Hippolyti.
hinc enim patet Dominum Gaſparem potuiſſe
veriſimiliter timere , ac ſuſpicari ſe in futurum
teneri ſoluere æſtimationem dictarum rerum
dicto Domino Hippolyto,quas Dulcio vendi-
derat ad cuius rei reparationem fecit dictam
ceſſionem vſusfructus , & ſic in fraudem Domi
21ni Hippolyti . † Ita fraudem conſiderat Bart.
conſiderando cauſam extare,uel non tempore,
quo fit donatio , uel alius contractus,in conſil.
65. Petrus Nicolæ.colum.fi.& in d. l. poſt con-
tractum.colum.2.in prima præſumptione.Soc.
conſi.262.colum.2. & conſi.164.colum.1.vol.2.
& ſicut ex prædictis ſcire potuit Dominus Ga-
ſpar ſe habiturum creditorem Dominum Hip-
polytum , potuit etiam cognoſcere bona eius
non ſufficere , cum donatio prædicta ſatis in-
gens foret, maiusque longè creditum futurum
Domini Hippolyti, & vltra eum vẽdidiſſet pau
lò ante Do Ioan. Paulo Malchiauello alia bo-
na ſua pro valore Lib.4380. & ſciret extare do-
tem uxoris Hieronymi ad eum peruentam. Vn
de deductis deducendis potuit cognoſcere reſ-
ſiduum non ſufficere ad ſatisfactionem Domi-
ni Hippolyti , & ita fraus apertè deducitur , &
probatur in proceſſu per inſtrumenta,quæ de
hoc ſunt producta : vnde ſatisfactum reperitur
ei,quod de aduocato cauto dicit Alexand. in d.
22conſi.86. uolum.7. † Et ex prædicta actuum
vicinitate , prout fuerunt dicta uenditio facta
Domino Ioan. Paulo , lis mota per Dominũ
Hippolytũ Domino Gaſpari,& ſubinde renun
tiatio uſusfructus per eum facta Domino Hie-
ronymo,qui breui tẽpore ſecuti ſunt unus poſt
alium,fraus arguitur,ut per Aneha. conſi. 434.
colum.2.uerſiculo præterea aduertendum. Cra
23ue.conſi.154.nume.8. † & ultra prædicta do-
natio,& renuntiatio uſusfructus reperitur facta
coniunctę perſonæ,& ſic Domino Hieronymo
fratri Domini Gaſparis, quod etiã arguit frau-
dem ſecundum Bart. in d.l.poſt contractum, &
in l.non ſolum , in princ.ff.de ritu nupt.cum ſi-
milibus per Deci. conſi.235.colum.2.& conſil.
24525.in fi. † licet id ſolum non ſufficeret ſecun-
dum prædictos,tamen ſimul cum aliis innctum
bene. relevat, iuxt. illud , & quæ non proſunt
ſin-

ſingula, multa iuuant, & ita remedio reuocatoriæ intentato locus eſſe debet ultra caput nullitatis donationis, quod (meo iudicio) eſt efficaciſſimum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## In eadem cauſa.

### ARGVMENTVM.

Idem de quo ſuperiore.

### SVMMARIVM.

*1 Donationem incertam valere propter retentionem vſusfructus & conſtitutum.*
*Sed auctor contra 2 & 7.*
*3 Concedens quicquid iuris habet in tali fundo nil agit non conſtito de iure ſuo.*
*Nec vllus titulus ſibi tribuitur ad preſcribendum.*
*Sed inutilis eſt conceſſio 4.*
*5 Gloſſa in l. emptor. ff pro emptore, declaratur.*
*6 Angelus & Imola in l. ſi ſic. ff. de lega. 1. declarantur.*
*8 Lex ſiquis argentum. C. de donat. declaratur.*
*9 Conſtitutum omnium bonorum validum*
*10 Contrahens ſecundus præfertur primo, ſtante incertitudine re & loco in primo contractu.*
*11 Clauſula, ex tunc prout ex nunc, ſignificatus.*
*12 Conditio neceſſaria retrotrahitur.*
*13 Finis quando habet neceſſariam conſequentiam ad principium, attenditur illud.*
*14 Conſtitutum non extenditur ad incerta.*
*Et in qua incertitudine operetur.*
*16 Guido Papæ q 268. quo caſu loquatur.*
*17 Ablatiui faciunt conditionem.*
*18 Actus factus ab eo, qui cogi poterat, dicitur neceſſarius.*
*19 Contrariorum eadem diſciplina.*
*20 Principium non attenditur, quando actus dependet a poteſtate debitoris.*
*Nec ubi fuit illicitum, ſed finis attenditur. 21.*
*22 Obligatio bonorum fieri poteſt ſtante incertitudine contractus praambuli cum alio celebrati.*

## CONSILIVM XCIX.

*Auxilium meum à Domino.*

ATTINGAM in hac cauſa Illuſt. Magnifici Comitis Io. Pauli fratris, & heredis Magnifici Domini Hippolyti Malchiaueli necessaria dũtaxat ad reſolutionem dubiorum, quæ diligenter proponuntur aduerſus eũ, quoniam latius in ea ſcripſi, dum penderet in prima inſtantia. Dicitur ergo primo loco donationẽ factam D. Hieronymo Iaſoni de libris 5000. in bonis D. Gaſparis ualuiſſe, per l. ſi quis argẽ
1 tum. C. de donatio. † nec obſtat incertitudo
ratione loci & quotæ propter retentionem u-
ſusfructus a donatore factam, cuius ui ge tran
ſlata fuit poſſeſſio, & dominium in donatarium,
ut ibi dicitur in . ſed ſi quidem & ibi Bal. &
Sal. inferunt ad conſtitutum, ſicque ceſſant quę
dicunt doct. in l. 3. §. incertum ff. de acquir. poſ-
ſeſſio. immo uero l. ad fi. ibi tenet eam ualere.
2 † Ego uero puto donationem prædictam non
ualuiſſe ueluti incertam ratione loci, & quotæ,
ut alias dixi ad quod adduco Pariſium in ter-
minis hoc dicentem in uenditione, conſil. 55.
uol. 1. col 1. & 2. quibus locis eã nullã appellat.
3 † Confirmaturque ex not. per Bart. & omnes
paſſim, maximè Alex. & Iaſ. in l. ſi ſic, §. 1. ff. de
leg 1. ubi dicit quòd ſi concedo alteri quicquid
iuris habeo in tali fundo, alio non conſtito de
iure meo, talem conceſſionem nihil operari, &
nullum titulum ad præſcribendum tibi tribue-
re, propter incertitudinem, quæ impedit acqui
ſitionem poſſeſſionis, & per conſequens uſuca-
pionis. l. 1. §. incertam. ff. de acquir. poſſ. l. locus,
4 eod. tit. † ubi Alex. talem conceſſionem inu-
tilẽ appellat, & nihil iuris tribuere, idque latè
tradit Boec. deci. 42. nu. 25. poſt multos, quos ci-
tat. Et ſicut talis incertitudo impedit tranſla-
tionem poſſeſſionis fieri per hominem, ſic & do
minii, licet ſecus eſſet quando ageretur de tran
ſlatione dominii ex diſpoſitione legis, ut diſtin
guit Soc. in d. §. incertam. in prin. & ideo Bart.
& omnes ibi, & in d. l. locus, repellunt emptorẽ
ab actione reali, quia dominium non fuit in eũ
translatum, prout ad unguem cõſiderat Bertr.
conſi. 237. nume. 4. uol. 1. cum aliis per me alias
citatis. Si ergo doctores dicunt talẽ cõtractum
eſſe nullum, nihil operari, nullum titulum etiã
ad præſcribendum tribuere, nihilque iuris, &
inutile eſſe, neſcio uidere quomodo uelimus di
5 cere eum ualere. † nec glo. in l. empor. ff. pro
empto. Angel. Imol. & Alex. in d. l. ſi ſic. quibus
mouetur Iaſ. in d. §. incertam. in fi. ad dicẽdum
quòd ualet uenditio, ſeu alius cõtractus de om
ni iure quòd habeo in tali loco, repugnant di-
ctæ cõcluſioni, nam quatenus pertinet ad dictã
glo. Bar. ibi diſtinguit, quòd aut uenditio facta
fuit hoc modo vendo quicquid iuris habeo in
tali fundo, & trado quicquid iuris habeo, & tũc
nõ poteſt ſic poſſideri, ideoque præſcriptio non
procedit. d. l. locus, ſicque ſentit uenditionem
non valere. Bar hoc caſu. aut dico vendo quic
quid iuris habeo ĩ tali fundo, & trado fundum
totum, & tunc procedit uſucapio, ſicque ualet
uenditio tali caſu. & cum Bar. reſidet Alexa. in
d. l. locus. & Iaſ. in d. l. ſi ſic. in fi. donatio au-
tem, de qua agitur, non facta fuit ſecundo modo,
prout ex ea patet, ſed magis ad primum allu-
dit propter omnimodam incertitudinem, quæ
6 utroque [illegible], ergo non ualet. † reſpectu
uero Angeli, & Imol. in d. l. ſi ſic, dico quod a-
tem non faciunt, pace Iaſonis dixerim, nam re-
ferunt Iacobum Butrig. in l. 1. C. de euictio. di-
centem quod uendens quicquid iuris habet in
te, ſi nullum ius habet, & hoc ſciebat, tenetur
tamquam

tamquam doloſus. Si autem fuiſſet ignorans te
netur refundere pretium, ſi nullum ius habe-
bat, quod ſecundum reprobant Angel. Alex. &
Imol. ſicut nec tenetur illud refundere, qui ven
didit iactum. l. qui iactum. ff. de acti. empti. quid
enim conferant hæc ad valorem contractus nō
7 video, nec dicant prædicti illum valere: † Nec
verum eſt retentionem vſusfructus tollere ob-
ſtaculum incertitudinis ratione loci, & quotæ:
immò verò illud adhuc militare, quia cum non
detur certitudo, quorum bonorum, tenetur v-
ſusfructus, nec ꝓ qua parte, nulla ex dicta cau-
ſa retētionis vſusfructus quæritur poſſeſſio, ius,
vel dominium, iux. d. §. incertam. Sicque ſignan
ter declarat Soc. conſ. 131. col. 4. ver. amplius ēt.
vol. 1. quem refert, & ſequitur Tiraq. in tractat.
de conſt. 3. par. limit. 19. colum. 2. quibus reſpon
8 ſum non video † Minus obſtat l. ſi quis argen
tum, a princ. ad fi. loquitur enim ſemper in do-
natione certa: ibi, ſi quis argentum donauerit,
certumque pōdus nominauerit, aliàs non vale-
ret, inquit glo. per l. cum poſt. §. gener. ff. de iu-
re dot. & ſic ibi ſtat auctoritas gloſſæ clara do-
nationem rei incertæ non valere, qua compro-
batur authoritas Pariſij ſupra citata in d. conſi.
55. & illam glo. ſequitur. Saly. ibi, & ibi, ſi verò
redditum certum ex poſſeſſionibus, puta 10. cor
bes frumenti dicit glo. & ibi, ſi quis certum nu-
merum ſeruorum. & ibi, ſi quis vniuerſitatis fa-
ciat donationem ſiue beſſis, ſiue dimidię partis,
ſiue tertiæ, ſiue quartæ. poſtea ſubdit, ſed ſi qui-
dē in omnibus ſupradictis caſibus uſusfructus
fuerit à donatore retentus, traditionem iure in
telligi fieri. Si valet ergo quando certa eſt, &
tunc retentio vſusfructus operatur, a contrario
ſenſu nō valet qñ incerta eſt, nec retentio vſuſ-
fructus operaī, & ita retorquetur ille tex. in du
9 bijs citatus. † Poſtremò quod infert Bal. in d.
§. ſed ſi quidem, de conſtituto omnium bonorū
præſentium, & futurorum, nō aduerſatur caſui
noſtro, quia ſubeſt eo caſu certitudo reſpectu
vniuerſi, licet adſit īcertitudo reſpectu rerū par
ticulariū. at in caſu nr̄o ſubeſt incertitudo vtro-
que reſpectu, & ita ꝓpēdit Tira. in d. trac. 2. par.
ampl. 10. n. 1. & tradit Iaſ. ab eo non citatus, cō
ſi. 147. col. 8. vol. 2. & hinc eſt quòd in caſu d. §.
Incertam, qualis eſt noſter, quando ſubeſt incer
titudo ratione loci, & quotæ, concludunt om-
nes ſibi conſtitutum non opitulari, ſicque poſt
infinitos tradit etiam Tiraquel. in d. limitat. 19.
10 † Præterea contenditur inter Dominum Hip
polytum & D. Iaſonem quis eorum potiora iu
ra habeat, an d. Iaſon vigore donationis ſibi
prius factæ. Et in hoc ſtante incertitudine dictæ
donationis re, & loco, dicimus ipſum D. Hippo
lytum habere potiora iura, licet tempore poſte
rior, vt decidunt varii doctores. Bart. conſi. 74.
Petrus vendidit Bertæ. Deci. conſil. 216. Curt.
iun. conſi. 120. colum. 2. & Rip. libr. 1. reſponſo.
cap. 2. nume. 19. qui omnes aduerſus primum
venditorem, vel donatarium concludunt pro
ſecundo, qui contraxit, & illum priore potio-
rem eſſe volunt, quia ratione incertitudinis ne

que poſſeſſio, neque dominium, nec ullum ius
illi priori fuit quæſitum, etiam ſtante conſtitu-
to in contractu, vt latius per eos. vnde viderem
libenter iſtis deciſionibus, quæ ſunt in termi-
11 nis, reſponderi. † Sed quoniam recto trami-
te reſponderi non poteſt, video per obliquum
Clariſſimum Do. Iudicem conari reſpondere.
Primò quidem vigore clauſulæ conſtituti, quæ
aſſignationem bonorum poſtea factam a D. Ga
ſpare retrotrahit ad tempus donationis, vt per
Oldra. conſi. 139. maximè ſtantibus illis verbis,
ex tunc prout ex nunc, ſecundum Alex. conſi.
83. colm. 3. volum. 2. Guid. Pap. quæſtio. 168. &
12 588. cum ſimilibus. † Secundò quia illa con-
ditio aſſignandi, non erat poteſtatiua, cum iam
D. Gaſpar incidiſſet in obligationem, & aſſigna
tio bonorū fieri deberet in vita, vel ſecuta mor
te Domini Gaſparis, ideo poſtea facta retrotra-
hitur, & potior eſt cauſa Domini Hieronymi
donatarii, quàm D. Hippolyti, poſterioris cre-
13 ditoris. l. 2. ff. qui potio. in pigno. † & quando
finis habet neceſſariam conſequentiam ad prin
cipium, attenditur principium. Bar. in l. 3. §. ſi
quis, ad fi. ff. de mino. facit quod inquit Ancha.
conſi. 7. col. 2. de declaratione pactorum, & con
ditionis, quæ fieri poteſt in dote ex poſt facto,
quia ſic ab initio conuenit, & quæ tradit Goza.
conſi. 90. nume. 14. & Soc. conſi 151. nume. 10.
& 15. volum. 1. per quæ patet attēdi principium
contractus, & obligationis pręcedentis. Tamen
hæc ſubtiliter excogitata, non tollunt deciſio-
nes prædictas, quæ clarè loquuntur ſtante con-
ſtituto appoſito in donatione, vel alio cōtractu
incerto ratione loci, & quotæ: & tamen conclu
14 dunt conſtitutum nihil operari. † id enim nō
extenditur ad incerta, prout etiam tradit Ang.
in l. ſtipulatio hoc modo, col. 2. ver. quinimmo.
ff. de verb. obl. & latè ponit Tiraquel. in dicta li
mit. 19. in caſu autem Oldradi non aderat incer
titudo ratione quotæ, quia omnia bona fuerāt
donata. Sola igitur incertitudo ratione loci po
terat ſubeſſe, ideo nimirum ſi dicta clauſula cō
15 ſtituti operatur, & retrotrahitur, vt per eū. † ſuf
ficit enim certitudo ratione loci, uel quotæ, ut
operetur conſtitutum ſecundum omnes in d. §.
incertam, & Tiraquel. dicta limitat. 19. Nec illa
verba, ex tunc prout ex nunc, adiecta conſtitu-
to proſunt in caſu noſtro, ſed cum ipſo corruūt
uelut acceſſorio donationis inualidæ, propter
incertitudinem iuxta doctri. Bald. in l. non du-
bium. oppo. 10. C. de legib. & ibi Iaſ. col. penul.
Alex. in l. ſi aliquam, nu. 13. ff. de acquiren. poſſ.
cū aliis prius à me citatis ſecundo loco ad finē.
16 † Et in caſu Gui. Papæ q. 168. donatio erat cer
ta ratione quotæ, quia de omnibus bonis facta
fuerat, prout etiā in caſu Alex. conſi. 83. uol. 2.
unde nimium ſi per illa uerba retrotrahitur di
ſpoſitio ad principium, & cum in caſu noſtro
donatio fuerit conditionalis propter electionē
datam Domino Hieronymo poſt mortem tan
tum Domini Gaſparis, quæ etiam menſuram,
& æſtimationem peritorum requirit, alias ſciri
non poſſet quot bona conſtituerent illam ſum

mam

17 mam librarum 500. Vnde conditionalis eſt vt illa verba, facta electione, demonſtrant. l. à teſtatore. ff. de cond. & demon. & ponit Aret. col. 2. in §. incertam, & medio tempore fuerit ius quæſitum D. Hippolyto ex contractu ſecum facto, non poteſt retrotrahi in eius præiudicium conſtitutum, cum dictis uerbis, ex tunc, prout ex nunc, vt per Dec. conſi. 247. col. 1. quoniam ſequitur Rip. in l. 1. nu. 5. in fi. ff. de pign. reſp. lib. 3. c. fi. Grat. reſp. 69. col. 2. vol. 1. Goza. conſi. 28. col. pen. Tiraq. de conſt. 1. par. ampliat. 15. nu. 3. Quò vero ad ſecundum conſiderandum eſt, ꝙ D. Gaſpar nihil aſſignauit de bonis ſuis ꝓ ſumma donata Do. Hieronymo, ſed tantum renunciauit vſufructui retento in donatione, de quo non agitur. ſed poſito quòd aſſignaſſet, vt prætenditur in dubijs, adhuc dici poſſet illam aſſignationem fuiſſe voluntariam, & in poteſtate Domini Gaſparis eam non facere, donec viueret, quia ſic in inſtrumento donationis conuentum erat, quòd Dom. Hieronymus non poſſit aliquid petere, dum uiuet D. Gaſpar, ſed poſt eius mortem, niſi D. Gaſpar in uita aliquid aſſignauerit. ſi ergo cogi non potuiſſet Do. Gaſpar in vita ſua quid aſſignare, vtique aſſignando diceretur voluntarie facere, non autem neceſſa-
18 rio: † quia ſicut actus factus ab eo, qui compelli poterat, dicitur neceſſarius. l. nouiſſimè. ff. quod fal. tut. quam regulam late Cag. exornat in l. ſi quis maior, nu. 67. C. de tranſactio. ita per cõtrarium voluntarius dici debet factus ab eo qui compelli non poterat ad illum faciendum,
19 † vt contrariorum ſit eadem diſciplina, iuxt. nota. in rubr. ff. de acqui. poſſ. per Soc. Iaſ. & mo-
20 der. † & quando actus dependet à poteſtate debitoris, non attenditur principium, ſecundum Bar. in d. l. 1. ff. qui pot. in pig. hab. Nec talis aſſignatio in vita D. Gaſparis, ubi fuiſſet ab eo facta, quod non eſt verum, dici poſſet habere neceſſariam conſequentiam ad principium, ſtante conuentione prædicta, cuius occaſione Do. Gaſpar conuentus ad aſſignandum tutus fuiſſet exceptione dicti pacti, iux. not. per Bar. in l.
21 3. §. 1. circa fi. ff. de min. † Prçterea quando principium eſt illicitum, non illud, ſed finem inſpicimus, vt per Bar. in l. quod ait. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. quod hic adaptari poteſt, vbi donatio, de qua agitur, propter omnimodam incertitudinem dicitur habuiſſe principium illicitum. Sic igitur patet quę dicũtur in dubijs ad caſum no-
22 ſtrum non facere, † potuitque D. Gaſpar obligare bona ſua D. Hippolyto, quippe prius non affecta D. Hieronymo ſtante omnimoda incertitudine dictæ donationis, vt omnes Doctores dicunt, maxime Bar. in dicto cõſi. 74. Dec. Cur. iun. & Rip. ſupra citati, qui volunt potiorem eſſe ſecundum, cum quo quis contraxit, quàm priorem, cum quo contractus incertus fuerat geſtus, quod non eſſet, ſi poſt contractum cum primo non potuiſſet contrahens cum illo, cum ſecundo contrahere, & illi bona ſua obligare, ſed utique poteſt propter prioris cõtractus inualiditatẽ ex incertitudine cauſatam. Et quod poſtremo loco dicitur tempus donationis fuiſſe habile ad transferendum poſſeſſionem, & dominium, concederem forte, ſi ualide fuiſſet facta prędicta donatio, non autem inualide, uelut de re icerta, loco & quota, prout latè ſupra probaui: tenentque Pariſ. glo. & Sal. per me citati, plures Iaſ. in d. §. incertam. ad fin. de quo ſupra latius dixi, ne repetam. Et quo caſu nullum ius quæſitum fuit Do. Hieronymo, ut doctores dicunt ex dicta donatione incerta ratione loci, & quotæ, meritò quæ de ratificatione dixi procedunt meo iudicio. Quò ad alia, quæ Dominam Gregoriam attingunt non elaborabo, quia Magnificus D. Hippolytus eſt contentus illi ſatisfacere, ut etiam ſe obtulit in proceſſu, & hæc ſatis in præſentiarum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Illuſtr. Com. Petro Maria Sacrato.

### ARGVMENTVM.

De modo procedendi contra emptorem rei litigioſæ, & quando non liceat mutare cauſam poſſeſſionis, pulchrè declaratur.

### *SVMMARIVM.*

*1 Litigioſa re alienata agendum eſſe reuocatoria ſecundum Bartolum.*
*Vel executionẽ fieri cõtra poſſeſſorem, ut idẽ uoluit.*
*Baldus uero diſtinxit. 2.*
*Et alio modo Salycetus. 3.*
*Abbas quoque uoluit executionem fieri abſque alia tela iudicij 4.*
*Immo Caſtrenſis ſine citatione, cuius ſententia approbatur per ſtatutum noſtrum ſub Rubr. Quod pendente lite. 5.*
*Sicq; ſopitæ ſunt opini. doctorum per illud. 6.*
*Et de rationibus illius. 7.*
*8 Publice intereſt delicta puniri.*
*9 Sicut & lites finiri.*
*10 Statutũ ſe mouens ob pub. util. dicitur fauorabile.*
*Et ſemper ſeruandum. 2.*
*12 Litigioſam rem acquirens an excuſetur ex cauſa noua ſibi ſuperueniente.*
*13 Poſſeſſionis cauſam mutare liçet, et quãdo nõ. 16. 22*
*De quo mulieris exemplum. 14.*
*Fallit ſi cauſa ſuperuenit a delicto. 19 22.*
*Et ſi declaratio non fuerit facta. 23. 24.*
*Et quando agitur de præiudicio tertij. 25.*
*15 Citari quis debet de vno quoque actu præiudicij.*
*17 Fideicommiſſarius ſuccedit teſtatori non grauatos*
*18 Præſuppoſito legis ceſſante, ceſſat lex.*
*20 Caſus ſuperueniens non excuſat a pœna.*
*21 Vitium litigioſi dicitur perſonale.*
*Et dolum arguit alio non apparente.*
*26 Iudex animum propalans recuſari poteſt.*
*Sicut & aduocatus poſtea iudex in alia cauſa. 27.*

## CONSILIVM C.

*Auxilium meum à Domino.*

LATA ſententia pro Illuſtri Com.
PetroMaria Sacrato cõtra Domi
nam Lauram, vxorem quondam
Com. Io. Franciſci ſuper immiſſio
ne in poſſeſſionem bonorum ſu-
biectorum fideicommiſſo quondam D. Franci
ſci Sacrati, cum peteret executionem illius in
dictis bonis fieri tentis per Com. Ioan. Baptiſtã
aſſertum filium naturalem dicti Com. Ioan.
Franciſci vigore alienationis in eum factæ per
dictam Dominam Lauram pendente lite. Ma-
gnificum conſilium Iuſtitiæ, coram quo dicta
executio petebatur, inclinauit in eam ſenten-
tiam, quòd citandus eſſet dictus Com. Ioan.
Baptiſta, quod iuri minimè conſentaneum vi-
1 ſum fuit D. Com. PetroMariæ, † nam licet in
ter Doctores variæ fuerint opiniones in mate-
ria rei litigioſæ per reum conuentum alienatæ,
nam Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de
re indi. & in repet. l. ſi creditores. colum. 9. C. de
pigno. uoluit agendum eſſe reuocatoria contra
2 poſſeſſorem. † at in l. 1. ff. de litig. & in l. fina.
C. eo. voluit executionem fieri contra poſſeſſo-
rem. Bald. verò in l. ob maritorum. C. ne vxor
prò marito, diſtinxit inter alienationem factam
ante litem conteſtatam, & procedat opi. Bartol.
de reuocatoria, an verò poſt, & procedat alia
3 concluſio de executione facienda. † Salyc. ve
rò aliter diſtinxit, quòd aut alienatio tantum ſe
cuta fuit, & executioni ſit locus, aut etiã poſſeſ-
ſio translata fuit, & reuocatoria ſit opus, quas
opi. recenſet Alex. in d. §. ſi ſuper rebus. nu. 10.
4 † At Abb. in cap. eccleſia. vt lite pen. ſimpli-
citer voluit ſententiam debere exequi contra
eum, in quem facta eſt alienatio abſque alia te-
la iudicij. immo verò etiam contra eum non ci-
tatum, vt voluit Caſtren. in l. certa. C. vt in poſ.
ſeſſ. leg. poſt Cyn. in l. 1. quæſt. 7. C. de alie. iud.
mut. cum quo concordat capitulum Regni, pro
ut teſtatur Deciſ. Neap. 396. colum. pen. in prin
cip. ſed Imol. in cap. quia. 5. de iudic. citationem
requirit, & ita reſidet Capit. deciſ. 128. dicens
ita votatum fuiſſe per ſacrum conſilium, quod
mirum videtur, ſi capitulum Regni, de quo lo-
5 quitur Afflic. uigebat ibi. † Tamen quicquid
ſit apud Doctores controuerſum, ſtat clarũ ſta-
tutum in hac ciuitate ſub rubrica, quòd pen-
dente lite diſponens quòd porrecta petitione,
& parti notificata, & ſic etiam ante litem conte
ſta. quia niſi per reſponſionem ſecutam conte-
ſtatur lis, cap. 1. de lit. conteſt. ſiue ſuper iure, ſi-
ue actione reali, vel mixta, & ſpecialiter ſuper
hypothecaria, & quocunque modo agatur etiã
actione perſonali ad rem tam coram iudice or-
dinario, & delegato, quàm coram arbitro, & ar
bitratore, non liceat reo rem petitam, ſiue do-
minium, vel poſſeſſionem ipſius rei in alterum
aliquo titulo, vel modo transferre, donec quæ-
ſtio fuerit terminata cum effectu, quod ſi conti
gerit ipſum facere non valeat ipſo iure aliena-
tio, vel tranſlatio, nec ex ea tranſlatũ ſit aliquod
dominium, vel poſſeſſio. Immo uero ſententia
lata contra reum conuentum mittatur execu-
tioni in ipſa re non obſtante dicta alienatione
& tranſlatione in alium facta, etiam ſine cita-
tione, vel aliquo nouo proceſſu contra eum,
in quem res ipſa alienata, vel tranſlata fuerit.
6 † Quibus planè verbis ſtatuti noſtri patet ſo-
pitas fuiſſe Doctorum omnium diſceptationes
ſupra commemoratas de lite conteſtata, vel
non, de modo agendi, de dominio tantum, vel
etiam poſſeſſione translatis, de reuocatoria, vel
citatione. Nam quocunque caſu ſimus, voluit
ſtatutum lata ſententia contra reum, exequi
debere contra eum, in quem alienatio facta
fuerit etiam non citatum, & ſine aliquo nouo
7 proceſſu. † Nec ſine ratione motum fuit ad
hoc: immo quàmpluribus, & quidem finali-
bus, quæ ex illius procemio colliguntur, iux-
ta nota. per Bartol. in l. fina. ff. de hæredit. inſti.
& poſt eum Imol. & doct. Dec. conſil. 10. col. 2.
conſil. 410. colum. 3. Alexand. conſi. 36. colum.
2. volum. 5. Rube. conſi. 11. in princip. & conſil.
89. nume. 5. Dominus meus Riminal. conſi. 33.
nume. 19. quatenus inquit ſtatutum: vt mali-
tiis hominum obuietur, & lites ad effectum ce-
lerius deducantur, & litigantium improbi-
8 tas reprimatur. † prior enim, & poſterior ra-
tio reſpiciens tollere, ac reſecare malitias, &
improbitates hominum, tendit ad publicam uti
litatem, cuius intereſt delinquentes puniri.
9 l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. † Sed & media
tendens ad amputationem litium pariter agit
de publica vtilitate. l. properandum. C. de iudi.
10 † meritò cum moueatur ob publicam vtilita-
tem dictum ſtatutum, dicitur etiam fauorabi-
le, iuxta notat. per Bartol. in l. 2. §. exercitum.
ff. de his, qui nota. infam. Deci. conſil. 11. Iaſ.
in l. cum quidam. limitatione 4. ff. de liber. &
11 poſthum. cum ſimilibus. † Sed vtcunque ſit
ſiue fauorabile, ſiue rigoroſum, ſeruari debet.
l. proſpexit. ff. qui & à quibus. idque literis Il-
luſtriſſimi Ducis noſtri a tergo ſtatutorum im-
preſſis clarè diſponitur, quibus mandatur
tam per prætorem, quàm per cœteros magi-
ſtratus perpetuò, & inuiolabiliter pro legibus
omni ex parte ſeruanda eſſe ſtatuta huius ci-
uitatis, inter quæ hoc reperitur, meritò de-
buit Magnificum conſilium, videns hoc ſta-
tutum præciſum contra dictum Comitem Io-
annem Baptiſtam rei litigioſæ redempto-
rem etiam non citatum, in dictis bonis ſen-
12 tentiam latam executioni mandare. † Nec
excuſari poteſt eo prætextu, vt dici ſentio,
quòd poſt alienationem prædictam, in eum
factam lata fuit ſententia lata inter eum, &
Dominam Lauram, qua declaratum fuit
eum eſſe hæredem proprietarium bonorum
Com-

Com.Ioa.Franciſci ſui patris, & ſubinde per
tranſitum ad ſecunda vota Dominæ Lauræ cō-
ſolidatus fuit vſusfructus dictorum bonorum
in eius perſonam. vnde non nititur amplius ip-
ſe Com.Ioa.Baptiſta, nec ſe fundat in alienatio
13 ne memorata, † ſed in huiuſmodi noua cau-
ſa, quæ legitimè ſibi superuenit, per quam li-
cuit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, & non vl-
terius ex illa prima reprobata a ſtatuto, tenere
hæc bona, ſed ex hac ſecunda legitima ſuperue-
niente. l.cum nemo, iunctis ſibi not. per gloſſ. &
14 docto. C. de acquir. poſſ. † & per Bald. in l. pe-
nul. C. de pignor. actio. vbi mulier, quæ viuen-
te marito domum detinebat iure familiaritatis,
per ſuperuenientiam mortis mariti poteſt eam
detinere propria authoritate ratione dotium
ſuarum, & ſic cauſam poſſeſſionis ſibi mutare, ſi
qua igitur executio fieri tractatur contra dictū
Com. Ioa. Baptiſtam, conſequens eſt, vt citari
15 debeat, † quia de unoquoque actu præiudi-
ciali quis citandus eſt. l. de vnoquoque. ff. de
re iud. etiam ſi contra reum condemnatum pe-
tatur executio ſententiæ, prout ſtatuto noſtro
diſponitur de executione ſententiæ. colum. 1.
unde. tanto magis cōtra tertiū qualis eſt Com.
16 Ioa. Baptiſta. † Quoniam huic motiuo pluri-
bus modis reſponderi poteſt, & primo quod
impertinenter ſatis adducitur memorata cauſa,
quæ ſuperuenit dicto Comiti Ioan. Baptiſtæ,
quia procedit in bonis Com. Ioa. Franciſci ſui
patris, vt ſententia loquitur, pro eo lata contra
D. Lauram, conſolidatioque vſusfructus per
tranſitum illius ad ſecunda vota pariter eſt re-
ſpectu dictorum bonorum Com. Io. Franciſci,
ſed de illis non agit Comes Petrus Maria, nec
ſentētia, cuius executionem petit, ſed de bonis
ſubiectis fideicommiſſo Domini Franciſci Se-
nioris, cui non autem Com. Ioa. Franciſco ſuc-
17 cedere intendit Com. Petrus Maria, † quia
per fideicommiſſum ſucceditur teſtatori, non
autem grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ibi no
tant omnes. ff. de vulg. & pupil. cum igitur hæc
cauſa ſuperueniens, qua nititur Com. Io. Bapti
ſta ſub hoc præſuppoſito bonorum Com. Ioa.
Frāciſci procedat, & illud ceſſat in caſu noſtro,
quia de illis non agitur, debet etiam ceſſare di-
cta ſententia, & conſolidatio vſusfructus, iuxt.
nota. per Fulg. Alex. Iaſ. & alios in l. mancipia.
18 C. de ſeru. fugi. † quòd vbi ceſſat præſuppoſi
tum legis, ceſſat & eius diſpoſitio. Vnde cum
remaneat Com. Ioan. Baptiſta reſpectu bono-
rum Com. Franciſci ſubiectorum fideicommiſ
ſo ſuo in terminis alienationis tantum de illis fa
ctæ in eum pendente lite, patet obiectum ſta-
tuti, quòd pendente lite, adhuc militare con-
tra eum, quòd ſine citatione debeat executio
committi ſententiæ latæ ſuper dicto fideicom-
miſſo ad fauorem Com. Petri Mariæ, quia re-
ſpectu dictorum bonorum nulla cauſa ſuperue
19 nit dicto Com. Ioan. Baptiſtæ. † Secundò re-
ſpōdetur poſito ſine veritatis præiudicio, quòd
dicta cauſa ad propoſitū adduceretur, attamen
ei prodeſſe non debet, quoniam cauſa ſuperue
niens a delicto quem non excuſat: caſus eſt, &
ibi notat glo. in l. in ſenatus. §. ſi propter. ff. ad
Turpilli. vbi ſi propter mortem rei deſtiterit
accuſator ab accuſatione, non tenetur pœna il-
lius Senatusconſulti, quia morte rei iudicium
ſoluitur, & prǽſumitur quòd accuſationem fuiſ
ſet proſecutus, ſi vixiſſet accuſatus. Cæterum
ſubdit Marcellus ſi poſtea quàm deſtitit accu-
ſator reus deceſſerit, nō ideo magis delictū ac-
cuſatoris releuatur, quia ſuperueniēs caſus non
excuſat delictum præcedens, vt ſubdit ibidem
glo. & hanc concluſionem firmat latius Iaſ. in l.
ſtipulatio, ad fi. prin. ff. de oper. no. nunci. & eo
prior Bartol. per illum text. in l. ſi prius. ff. loca.
Caſtren. in l. opus. eod. titul. cum alijs per Pa-
20 otiſ. conſil. 37. volum. 1. † qui dicunt caſum ſu-
peruenientem quem minimè liberare á pœna
præcedentis culpę, quod etiam tradit Rui. con-
136. nume. 4. volum. 5. per l. in commodato. §.
ſed interdum. & in l. in rebus. ff. de commoda.
21 † Sed Com. Ioa. Baptiſta acquirendo prius di
cta bona litigioſa deliquerat, aut in culpa fue
rat, quia uitium litigioſi propriè dicitur perſo-
nale, vt per glo. in l. vitia. C. de acquirend. poſ
ſeſſio. Cyn. in l. final. C. de litigio. Bartol. & alij
in l. cum quis, §. Pomponi. quæſtio. penul. ff. de
acquirend. poſſeſſio. Socin. iun. conſil. 47. nu-
me. 14. volum. 2. immo dolus probatur alio nō
apparente eo ipſo, quòd alienatio rei litigioſæ
facta reperitur, vt ponit Cephal. conſi. 64. num.
19. & Franciſcus Burſatus conſi. 101. nume. 23.
ergo ſuperueniens cauſa ſententiæ, & conſo-
lidationis vſusfructus, quæ citat, non excuſat
22 eum à delicto vel culpa præambula. † & no-
tata in l. cum nemo. C. de acquirend. poſſeſſio.
& per Bald. in dicta l. penult. C. de pigno. actio.
procedunt quando quis prius tenebat rem ſi-
ne vitio, delicto, aut culpa, prout in vxo-
re, quæ poſſidebat iure familiaritatis viuente
marito, vel colono, qui rem detinebat iure con
ductionis, qua ius concedit. Tunc enim cau-
ſa extrinſecus ſuperueniente legitima bene ſi-
bi mutare poteſt cauſam poſſeſſionis: at ſecus
præcedente culpa, vel delicto, prout in caſu
23 noſtro iuxta prædicta. † Tertiò reſpondetur
quòd licet iuſta cauſa extrinſeca ſuperuenien-
te quis ſibi mutare poſſit cauſam poſſeſſionis,
immo uerò legis miniſterio hoc fiat, ta-
men iſtud uerum eſt, demumq́ue procedit,
dummodo animo ſuo conſtituerit. Et per a-
ctus extrinſecos, aut uerbis declarauerit ſe vel
le ex noua cauſa poſſidere. l. 3. §. ſi rem. in
24 fin. ff. de acquirend. poſſeſſio. † Sed de hoc
animo deliberato conſtare debet, quia propoſi
tum in mente retentum non releuat. l. ſi repe-
tendi. C. de condiction. ob cauſ. vbi Bald. not. &
quia mutatio uoluntatis non præſumitur, niſi
probetur. l. eum qui. ff. de probatio. ita pulchrè
tradit Socin. conſi 131. colum. 3. uolum. primo.
quem refert, & ſequitur Curt. iun. conſil. 168.
nume. 36. idemq́ue plenius proſequitur Fran-
ciſcus Burſat. conſil. 9. column. 3. at hic Com.
Ioan. Baptiſta qui cœpit huiuſmodi res te-

nere vigore alienationis in eum factæ per Dominam Lauram pendente lite, poſtquam ſibi ſuperuenit noua cauſa poſſidendi non declarauit, quòd vellet ex ea poſſidere: meritò dicitur adhuc ex illa priora tenere dicta bona, quæ ſibi non proficit, quominus aduerſus eum non citatum fieri debeat executio ſententiæ vigore ſta-
25 tuti, quod pend. lit. † Quartò reſpondetur, quòd tunc demum ſuperuenientia veri, ſeu legitimi tituli, prodeſt alicui, & per eum fit conuerſio, & mutatio poſſeſſionis, quando ante illum non fuerat alteri ius quæſitum, aliàs ſecus: tunc enim ſuperuenientia tituli, non prodeſt in præiudicium tertij, nec tunc fieri poteſt conuerſio, ſeu mutatio poſſeſſionis de nulla in aliquam. l. a. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. ita pulchrè tradit Crauet. conſi. 171. col. fi. at in caſu noſtro quamprimum fuit alienatio facta pendente lite rerum, de quibus agitur per Dominam Lauram in Com. Ioa. Baptiſtam ius quæſitum fuit Com. Petro Mariæ vigore ſtatuti noſtri, vt quandocunque ſententia lata pro eo mitteretur executioni contra dictum Com. Ioan. Baptiſtam, etiam non citatum, meritò ſuperuenientia tituli, quem citat ſibi prodeſſe non debet, nec fieri debet ex eo mutatio poſſeſſionis in præiudicium dicti Com. Petri Mariæ. Cum ergo Com. Petrus Maria iam præſenſerit animum Magnifici Conſilij in diuerſum tendere, quòd d. Com. Ioan. Baptiſta ſit citandus, porrexit preces Illuſtriſſimo Principi, petens ſuper hoc alios iudices, & vt in precibus: quæ pe-
26 titio iuri conformis dicitur: † Iudex enim, qui propalauit animum ſuum, ſuſpectus redditur, & ob id recuſari poteſt de iure, vt de aduocato partis tradunt Innocen. Abb. & alii in ca. irrefragabili. de offi. ordi. Peruſ. & Cardi. Alex. in cap. poſtremò, de appellat. Alex. Iaſ. Deci. & D. meus Rimi. in l. prætor. ff. de iur. omn. iudic.
27 † nam ſi aduocatus animo ſuo patefacto parti datus iudex ob id recuſari poteſt, & tamen vt aduocatus potuit id dicere, non quod ita de iure, & ſecundum conſcientiam ſentiret: à fortiori iudex, qui uotum ſuum aperuit, non quia eſſet aduocatus partis, debet recuſari poſſe, auth. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. debet ergo reſcriptum fieri ſuper commiſſione huius puncti, an citandus ſit Com. Io. Baptiſta & audiendus in executione huius ſententiæ, quàm petit Com. Petrus Maria.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtribus de Calcagninis & eorum Camera fiſcali.

### ARGVMENTVM.

Ex quibus verbis, & quando pax dicatur rupta, & an poſtea nati comprehendantur in ea.

### SVMMARIVM.

1 *Non natus, nec affinis tempore pacis initæ, nunquid in ea comprehenſus dicatur.*
*Auctor concludit, quòd ſic: quando obligatio fuit mutua, & reciproca. 9.*
*Pax inita pro ſe, & adhærentibus non comprehendit, niſi præſentes, non autem futuros. 1.*
*Et promiſſa pro ſe, & filijs non veniunt in ea poſthumi. 2.*
3 *Bannitus ſi quis fuerit unà cum filijs & nepotibus, non veniunt tunc non concepti.*
4 *Interpretatio fit contra ſe fundantem in verbis.*
5 *Animus offendendi requiritur, vt pax dicatur rupta.*
*Præſumitur tamen in prohibitis. 20. 21.*
6 *Pax non dicitur rupta ex offenſa leuiſſima.*
*Fallit ex verbis prægnantibus in inſtrumento pacis appoſitis. 14. 10.*
7 *Pax in dubio cenſetur rupta ex noua cauſa, non autem antiqua.*
e *Quòd fallit, quando partes voluerunt attendi cauſam nouam. 23.*
8 *Decretum Ducale circa pacem declaratur.*
9 *Conuentio mutua de non recipiendis rebellibus, porrigitur ad futuros.*
11 *Interpretatio lata fit in materia odioſa, quatenus proprietas verborum patitur.*
12 *Pacis verba, licèt perſonalia, comprehendunt adhærentes ſi paciſcenti non poſſet eſſe pax ſine adhærentibus.*
13 *Iniuria facta uni cognato, cæteris de agnatione facta dicitur.*
15 *Verba uniuerſalia comprehendunt etiam friuola, & fruſtratoria.*
*Et geminata comprehendunt etiam diſſimilia, & maiora expreſſis. 16.*
*Et negatiua comprehendunt etiam inſolita. 17.*
*Et trahuntur etiam ad non cogitata. 18.*
19 *Baldus in cap. inquiſitioni, de appellatio. in fin. declaratur.*
20 *Dolus arguitur faciendo prohibita.*
*Et præſumitur ſine probatione 21.*
22 *Iuramento non ſtatur, quando præſumptio ſubeſt contra iurare volentem.*

## CONSILIVM CI.

*Auxilium meum à Domino.*

INITA pace iamdiu inter Corel
los,& Vecchios cum promiſſione
de non offendendo pro ſe, filiis,
nepotibus &c. ſub pœna Δ. 500.
applicandorum pro dimidia par
ti offenſæ, & altera Cameræ fiſcali Illuſtr.
Comitum de Calcagninis Dominorum Fuſſi-
gnani, quidam Raphael Corellus in tripu-
dio, quod fiebat in domo Matthæi de Vec-
chiis, citharam arripuit è manibus ſonantis,
in ſuper enſem euaginauit, ſicque choream
ſubuertit. Vnde dubitabatur, an pax fuerit
ex præmiſſis rupta. Et in primis ad fauorem
Corellorum videtur dictæ pœnæ locum non
1 eſſe, † quia dictus Raphael tempore dictæ
pacis non erat natus, nec ille, qui citharam
ſonabat erat tunc affinis illorum de Vecchiis,
ſed poſtea natus eſt Raphael, poſteaque ſo-
nans prædictus contraxit affinitatem cum Vec
chiis, ducendo vxorem de familia Vecchio-
rum, meritò neuter illorum dici poteſt com-
prehenſus in dicta pace. doctrina eſt Bald. in
capitul. inquiſitioni. circa finem, de appellatio.
quem ſequitur Marſil. in practica criminali,
§. aggredior, numero 48. vbi dicunt quòd
ſi eſt facta pax pro ſe, & adhærentibus, non
comprehenduntur, niſi adhærentes præſen-
2 tes, non etiam futuri, † & ſi quis promi-
ſit pacem pro ſe, & filiis, non veniunt poſthu-
mi, cum tractetur de odio, ſicut etiam ſi pax
facta fuit pro impuberibus cenſetur facta pro
illis, qui tempore pacis erant impuberes,
vt tradit Corn. conſil. 167. colum. 3. volum.
3. & in materia ſtricta non veniunt poſthu-
mi, & non nati, vel concepti tempore diſpo-
ſitionis. Bartol. in l. item prætor. ff. de ſuis &
3 leg. † vbi ſi banniantur aliqui, & eorum fi-
lii, vt nepotes, non comprehenduntur non
concepti tempore banni. Alberic. in l. qui in
utero, numer. 16. ff. de ſtatu homin. Bald. &
Angel. Aretin. in §. cum autem, nume. 3. In-
ſtit. de hær. quæ ab inteſt. def. & cum verſemur
in verbis contractus pacis, facienda eſt ſtricta
interpretatio. cum omiſſum in eo pro omiſſo ha
beatur. Bald. conſi. 58. laudare. nume. 8. volum.
1. in antiquis. Soc. iun. conſi. 103. nume. 2. vo-
lum. 3. † & contra fundantem ſe in uerbis in
4 terpretatio fieri debet. l. veteribus. ff. de pact.
Corn. dicto conſi. 167. colum. fi. uolum. 3. Secu-
do principaliter, eſto quòd prædicti poſſent di
ci fuiſſe comprehenſi in d. pace, non tamen ru-
pta dici poteſt ex ablatione citharæ prædicta,
cum non conſtet id Raphaelem feciſſe animo
iniuriandi ſonantem, ſed impediendi, ne alius
5 prior eo tripudiaret. † animus enim nocen-
di, uel offendendi requiritur, vt quis pacem
rupiſſe dicatur. Bald. dicto conſil. 58. nume. ..
l. 3. §. penul. ff. de iniur. l. 1. C. de ſica. & animus,
& propoſitum diſtinguunt maleficia, l. 1. §. di-
uus Adrianus, & ibi Marſil. ff. de quæſtio. nec
enſis euaginatio arguit offenſionem, ſed magis
factũ ad defenſam, pro ut iuramento ſuo proba
ri poteſt, velut ab animo ſuo dependens, gloſſ.
& docto. in §. ſed iſte, Inſtitut. de actio. Carrer.
6 in prac. crim. §. 2. nu. 41. † Tertiò poſito quòd
inde diceretur offendiſſe Raphael, quia tamen
fuit offenſa leuiſſima, pax rupta non dicitur.
Bald. in dicto conſi. 6. nume. 6. Marſ. conſi. 80.
nume. 45. Pariſ. conſi. 165. nume. 14. uolum. 4.
cum potiſſimè proceſſerit ex noua cauſa, per
quam non dicitur pax rupta Bald. dicto con-
ſil. nume. 5. Roman. conſi. 183. nume. 2. Ale-
xand. conſil. 113. viſo themate, colum. 2. volu.
4. Pariſ. dicto conſi. nume. 26. Marſi. ſingu. 503.
7 Socin. iun. dicto conſil. 108. nume. 7. † vbi di-
cunt in dubio cenſeri ex noua cauſa, non ex an-
tiqua proceſſiſſe, prout etiam Ruin. conſil. 10.
nume. 12. volum. 4. tenet, quòd & repetit To-
bias Non. conſi. 152. tom. primo criminal. nu-
me. 13. & quando fuit iniuria leuis, ut ſine ſan-
guine, uel uerbum iniurioſum, ſiue ſimplex in-
ſultus ſine percuſſione, pręſumitur ex noua cau
ſa, vt tradit Cataldi. de Boncompagnis conſil.
8 54. volum. 1. criminal. † Nec repugnat de-
cretum Ducale, nolens cauſam nouam allega-
ri poſſe, cum poſt dictam pacem initam ema-
nauerit. & moderatum fuit anno 1518. ut ap-
paret in literis Illuſtriſſimi Domini Ducis re-
giſtratis in ſtatutis Fuſſignani. & ex his conclu
ditur abſoluendos eſſe Corellos à pœna pacis
ruptæ petitæ per Cameram fiſcalem Fuſſigna-
ni. Quibus tamen non obſtantibus contrariam
ſententiam ueriorem exiſtimo, nempe quòd
dictus Raphael, & ſonans comprehenſi ſint in
inſtrumento pacis, & quòd ob caſum memo-
ratum pax ſit rupta, pœnæque conuentæ ſit
locus. Moueor quoniam Corelli ex una par-
te, & Vecchii ex altera ſibi inuicem, & uiciſ-
ſim ſtipulantibus pro ſe & eorum filiis, nepoti-
bus, aſcendentibus, deſcendentibus, agnatis
cognatis, conſanguineis, affinibus, & atti-
nentibus vſque in quartum gradum incluſiuè
fecerunt bonam pacem perpetuò duraturam,
promittentes & obligantes ſibi inuicem & ui-
ciſſim vt ſupra non offendere, moleſtare, in-
quietare, damnificare, nec offendi, moleſta-
ri, aut damnificari facere quomodocumque,
qualitercumque, & ex quacumque cauſa,
tam cogitata, quam non cogitata ſub pœna
ſcutorum 500. auri in auro pro dimidia appli-
candorum parti offenſæ, & pro altera dimi-
dia Cameræ prædictorum Illuſt. Dominorum
9 Comitum de Calcagninis. † Vnde cum dict.
obligatio fuerit mutua & reciproca ſub ea cõ-
prehendi debent conſanguinei, & attinentes
futuri, & ſic qui tunc non erant nati vel attinẽ
tes, ſed poſtea ſuperuenerũt. ita decidit in termi

nis Angel. conſil. 161. punctus eſt, in anno
Domini, colum. 3. verſi. & prædicta intelligo,
Vbi dicit, quod ſi obligatio fuit mutua & reci-
proca, prout eſſe conſueuit communiter inter
facientes ligas & confœderationes ad inuicem
appoſito pacto, quòd nullus confœderatorum
rebelles alterius debeat receptare, aut eis præ-
ſtare conſilium, ſeu fauorem, tunc veniunt fu-
turi rebelles, quoniam productio dictæ obliga-
tionis ad futuros rebelles, non affert plus odij,
damni, aut diſcriminis, quam afferat, aut affer-
re poſſit commodi, vel fauoris. unde d. verba
quantumcunque præſentia & idem importan-
tia, quòd nomina poſſeſſiua ad futurum trahun
tur. ita pulchrè concludit Angel. ibi, quem re-
fert & ſequitur Ial. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §.
cum ſtipulamur, not. 4. nume. 5. ff. de verborum
obligatio. ubi hoc confirmatur, quia ex quo ui-
ciſſitudo poteſt ſe habere ad commodum & in-
commodum, meritò facit ut etiam futura ue-
niant. l. 1. ad fin. l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſo-
cio. & tradit Bartol. in l. ſi ita, 6. oppoſit. ff. de
10 aur. & argent. leg. & ut ibi latius per Iaſ. † Se-
cundo comprobatur iſta concluſio, quia dictæ
partes de Corellis & Vecchijs fecerunt pacem
& inuicem promiſerunt ſe non offendere pro
ſe, filiis, nepotibus & aliis attinentibus uſque in
quartum gradum, quæ uerba ſic latè patent,
ut apta fuerint ex ſui propria ſignificatione cō-
plecti d. Raphaelem, licèt tunc nō natum, cum
ſit intra quartum gradum affinitatis, meritò
ſub eis comprehendi debet, licet uerſemur in
materia odioſa & ſtrictè interpretanda. l. cum
11 lege, & ibi not. Aret. ff. de teſta. † licet enim
materia ſit odioſa, lata fieri debet interpreta-
tio, quatenus proprietas, & ius uerborum ſigni
ficat, ut tradit Calder. conſi. 1. de conſang. & af-
fin. Angel. in l. fin. de conſt. 3. limit. Dec. conſi.
128. colum. fin. conſi. 44. in princ. Crauet. con
12 ſi. 118. nume. 12. † Tertiò quia cum Vecchiis
pax eſſe nō potuiſſet dicto Raphaele in eorum
inſtrumento non comprehenſo, neque dicto ſo
nante, & Raphael prædictus impunè poſſet of-
fendere Vecchios, & dictus ſonans factus de at
tinentibus Vecchiorum impunè offenderetur,
meritòque pax facta Vecchiis non poſſet eſſe
pax eis, ideo debet extendi ad d. Raphaelem, &
ſonantem, ſicque debent in ea dici comprehen
ſi, ut eſt doctrina Ang. in l. quæ religioſis, ad fi.
ff. de rei vendic. quem ſequitur Iaſ. in l. ſi ſtipu-
latus fuero per te, ff. de verborum obligat. ubi
dicunt, quòd licèt uerba pacis concepta fue-
rint in perſonam, includuntur adhærentes, ſi
paciſcenti non poſſet eſſe pax ſine adhærenti-
13 bus. † Quarto conſiderandum eſt, quòd Ra-
phael prædictus arripiendo citharam de ma-
nibus ſonantis, enſem euaginando, turbando-
que choream in domo Matthæi de Vecchiis, di
citur illum offendiſſe, & moleſtaſſe, quia mole-
ſtando dictum ſonantem affinem ſuum, dicitur
ipſum Matthæum moleſtaſſe, cum iniuria facta
uni cognato dicatur facta cæteris de cognatio-
ne. Bart. in l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur.
& in l. cum Seius. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Car
di. in clement. 1. de exceſ. præl. not. 14. Felyn. in
c. Petrus, not. 1. de homic. Alex. in l. de pupillo.
§. ſi quis, ff. de oper. nou. nunc. conſi. 8. uolum.
14 1. Blanc. in tract. de iudiciis, nume. 173. † Et
poſito quòd iniuria prædicta fuiſſet leuis, ut ex
aduerſo prætendit, tamen pax rupta dicitur ſtā
tibus uerbis inſtrumenti, in quo partes promit-
tunt non offendere, moleſtare, inquietare, dam
nificare quomodocumque, qualitercumque,
&c. nam d. uerba comprehendunt moleſtiam,
& inquietationem tam leuem, quam grauem, ſi
cut in ſimili caſu determinat Saly. in l. 2. C. de
noxal. quòd ſi ſtatutum punit occidentem quo
uis modo, uel qualitercumque comprehendit
homicidam etiam culpoſum nedum doloſum.
ſequitur Alexand. in l. et ſi ſeuerior. C. ex qui-
bus cauſ. infa. irrog. Dec. in cap. ſicut Romana,
il primo, de reſcrip. Gozadin. conſi. 5. nume. 7.
Marſ. conſi. 80. nume. 44. conſil. 85. nume. 20.
D. meus Rimin. conſi. 29. nume. 6. Natta conſi.
160. nume. 31. ſic ergo dicamus in caſu noſtro
comprehendi moleſtationem, & inquietationē
licet leuem uirtute illorum uerborum quomo-
15 documque, & qualitercumque: † nam uerba
uniuerſalia ſunt adeo efficacia, ut comprehen-
dāt etiam friuola & fruſtratoria, puta ſi lex, uel
ſtatutum dicat, quòd omnis, aut quælibet ap-
pellatio admittatur, nā intelligitur de omni ap
pellatione etiam friuola, & fruſtratoria. c. quam
uis, ubi gloſ. uer. quaſlibet. de elect. libr. 6. & ibi
Gem. 2. not. ſequitur Iaſ. conſi. 55. colum. 3. con
16 ſil. 63. col. 2. uol. 1. conſi. 115. col. 8. uol. 1. † & ſi
hoc in uerbis uniuerſaliter prolatis procedit,
multò magis in geminatis, ut hic quomodocū-
que qualitercunque & ex quacumque cauſa,
quæ uerba geminata uniuerſalia cōprehendūt
etiam diſſimilia & maiora expreſſis, ut per Soc.
conſi. 47. colum. 1. uolum. 4. Iaſ. conſi. 96. col. 1.
17 uolu. 4. † Et cum negatiuè concepta ſint, ibi
non offendere, &c. omnia comprehendunt etiā
inſolita, adeo quòd ſtantibus talibus uerbis u-
niuerſalibus negatiuis non procedit text. in l.
ſcio. §. 1. ff. de annu. leg. ut ſingulariter tradit Ca
ſtr. conſi. 170. uiſo puncto, colum. fi. uol. 1. plura
quæ id genus cumulat Craue. prædicta ponens
18 conſi. 308. ſub nume. 5. & 6. † Accedit quòd
partes mutuò promiſerunt ſe non offendere ex
quacumque cauſa tam cogitata quàm non, ſub
pœna A. 500. quæ uerba comprehendunt etiā
cauſam nouam & ſuperuenientem, quam pro-
deſſe noluerunt, ſed pœnæ conuentæ ſubijci
uoluerunt: ſi enim uerba uniuerſalia trahūtur
etiam ad nō cogitata, quia licet non dicātur co
gitata in ſpecie, in genere tñ dicātur cogitata. l.
tres fratres. ff. de pac. Crauer. loco cit. l. qui iure
militari, & ibi not. ff. de teſt. mil. tāto magis hic,
ubi de ipſis expreſſum fuit. ſequitē ergo Raphae
lē & ſonātē citharā, fuiſſe cōprehēſos in inſtru
mēto pacis, eamque ruptam ēt per ea quæ Ra-
19 phael fecit aduerſus dictum ſonantem. † Quā
concluſionem tenendo, non obſtant contra-
ria. Et in primis doctrina Bald. in dicto ca. in-
quiſitioni.

quiſitiòni: loquitur enim quando quis ex vna tantum parte fecit pacem alteri pro ſe, & adhærentibus ſuis, vel ſe obligauit ad pacem ſeruandã pro ſe & filijs. tunc enim intelligitur illa promiſſio de adhærẽtibus, & filijs præſentibus, non autem futuris, & naſcituris, ſecus autem quando promiſſio fuit mutua & reciproca, prout in caſu noſtro, quia comprehendit etiam futuros adhærentes, vel filios naſcituros. ita pulchrè diſtinguit & declarat Ang. in d. conſi. 161. & Iaſ. in d. §. cum ſtipulamur, quos ſuperius allegaui. & hinc ceſſat quod dicebatur ſtrictam interpretationem faciendam eſſe, & contra ſe fundantem in verbis, & omiſſum haberi pro omiſſo: nam promiſſio mutua & reciproca tollit obiectum, ſicut & verborum amplitudo, quæ ad non natos, nec tunc extantes ex ſui pro-
20 pria ſignificatione referuntur. † Ad ſecundum verò quo dicebatur Raphaelem id non feciſſe animo offendendi ſonantem vel alium, meritò pacem ruptam non dici. reſpondetur quòd negari non poteſt auferre citharam ſonanti, enſem euaginare, choreãque impedire in domo alterius, eſſe quid prohibitum, & non licitum facienti, meritò Raphael, qui ſcienter prædicta fecit, dicitur in dolo fuiſſe, faciendo talia ſibi prohibita, vt per Alexand. conſil. 103. colum. 5. uolum. 1. & tradit Crauet. conſi. 193. nume. 2.
21 ideo pax inde rupta cenſeri debet. † nec alia requiritur probatio doli, quando uerſamur in delictis & prohibitis, quia in eis præſumitur dolus, & animus nocendi. l. 1 cum ibi not. per Salycet. C. ad l. Cor. de ſic. Caleſa. conſil. 92. nume. 8. volum. 2. criminal Bartol. in l. Aurelius, §. idem quæſiuit. ff. de liber. legat. Modeſt. Polen. conſi. 83. nume. 17. volum. 2 crim. tantoque magis, quia negari non poteſt illatam fuiſſe moleſtiam, & inquietationem d. ſonanti, & Matthæo Vecchio, eosque ægre tuliſſe talia, quæ fecit ille Raphael, & ad animum prouocaſſe. vnde contra uerba promiſſionis dicitur Ra-
22 phael feciſſe, † nec aliter iuramento d. Raphaelis ſtandum eſt, quo animo fecerit, cum habeat præſumptionem iuris contra ſe, quòd malo animo fecerit & iniuriandi ſonantem, & Matthæum de Vechijs, in cuius domo ſonabatur. vnde non ſtatur iuramento alicuius, quando habet contra ſe præſumptionem, vt declarat Iaſ. in dicto §. ſed iſte. nume. 91. poſt Barto. in l. 1. §. hoc interdicto, colum. 2. ff. de itin. act.
23 priuat. † Ad tertium uerò reſpondetur partes noluiſſe nouam cauſam prodeſſe, ex qua vna alteram moleſtaret, vel inquietaret dicendo, quomodocumque, qualitercumque, & ex quacunque clauſula cogitata, vel non, meritò ſiue ex antiqua, ſiue ex noua voluerunt partes pœnę conuentæ locum eſſe. Et ita ceſſant quæ dicuntur ex aduerſo, quia procedunt in dubio, ſecus autem aliter conuento, vt hic: nam pacta dant formam contractui. l. 2. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. legem. C. de pac. cum ſimilibus, & ideo dico pœnam commiſſam eſſe, & ad fiſcalem Cameram pertinere pro dimidia, non obſtantibus dictis ex aduerſo, quæ remanerit ex prædictis ſublata.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtrisſimo & Reuerendisſimo Cardinale Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De uectigali, bullettiſque recipiendis, uel non, per tranſeuntes, euntes ad molendum ad aliud territorium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Viam ferro aperit, qui per contraria ſcandit.*
2 *Verba quando clara ſunt, non licet ab eis recedere.*
3 *Ignorantia ſtatutorum de gabellis ſoluendis, eſt ſupina.*
*Sicut de non portandis armis, aut non extrahendo frumentum.*
4 *Culpa eſt in vectigalibus non explorare conſuetudinem loci.*
5 *Obſeruantia ſubſecuta, declarat ſcripturam.*
*Eiq; datur fides, licet non ſolenni 6.*
7 *Vectigalia poſſunt imponere, quibus a principe data fuit poteſtas verbis vniuerſalibus 8.*
9 *Iuriſdictione vſus in vno actu, dicitur retinuiſſe in omnibus.*
*De quo exemplum 10.*
*Eiuſdem tamen qualitatis, aliàs ſecus. 54. 55. 56.*
*Et quando nihil repugnat. 54*
*Et de ratione differentia, pulchrè.*
11 *Intereſſe non habens, non auditur.*
*Et talis exceptio velut peremptoria quãdocunque opponi poteſt 12.*
*Et impedit litis ingreſſum. 14.*
14 *Nec per proceſſum ad ulteriora intelligitur reiecta, ſed ad merita reſeruata.*
15 *Teſtamento vtens, non poteſt aduerſus illud venire.*
16 *Præſcribitur libertas aduerſus vectigalia ſpatio 40 annorum 17.*
*Vel etiam. 30. 17.*
*Nec ſcientia principis requiritur.*
*Sed ſufficit ſcientia ſui officialis. 18.*
19 *Scientia præſumitur eorum, quæ per famam nota ſunt.*
*Et in eo qui ſolitus eſt in loco frequentare. 20.*
21 *Præſcriptio, nunquid aduerſus ea, quæ ſunt meræ facultatis competat.*
*Vt in optando. 22.*
*Proponendo 23.*
*Gabellam imponendo. 24.*
*Felynus diſtinguit. 25.*
*Sed auctor aliter. 26.*

28 *Grammaticus conſi.69.in fine, deceptus.*
29 *Princeps derogare non poteſt iuri alteri quæſito de iure ciuili, ſine cauſa.*
*Et quæ cauſa requiratur.30.*
31 *Princeps factum ſui præceſſoris obſeruare debet.*
*Nec obſeruando dat materiam ſucceſſoribus diſſol uendi geſta per eum.32.*
*Diciturq; ſibi met contrauenire.33.*
*Sibiq; factum præceſſoris ſui nocere debet.34.*
35 *Gabella non debetur tempore neceſſitatis famis.*
36 *Capitulum in vſu non ſeruatum.*
*Siue receptum, non ligat.38.*
*Nec illud ſeruans dicitur tranſgreſſor.37.*
*Et de ratione.38.*
*Quando contrarius vſus interuenit.*
*Et eſt communis omnium reſolutio.39.*
40 *Lex per vſum contrarium ſpatio decem annorum tollitur.*
41 *Teſtes in ſpecie deponentes præferuntur deponentibus in genere.*
*Item ſeniores iunioribus.42.*
43 *Verba ſenis plus valere enſe iuuenis.*
44 *Probatio in vna ſpecie iuriſdictionis, non concludit in alia.*
45 *Sententia in contumaciam præſumitur lata propter defenſionis defectum.*
46 *Legatum continens vni factum, debet intelligi, ne legato præ[illegible]nti alteri facto fiat præiudicium.*
48 *Diſpoſitionem ſatis eſt quid minimum operari, vt præcedentia non dicantur correcta.*
*Et ne fiat contra mentem diſponentis.49.*
*Sicq; reſtringi debet.50.*
51 *Scripturæ ordo præualere debet*
52 *Repugnantia concordari debent, per diſtinctiones.53.*
57 *Intereſſe quando dicatur alicuius.*

## CONSILIVM CII.

*Auxilium meum à Domino.*

EXORTA fuit controuerſia non mediocris inter Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Domin. Cardinalem Ferrariæ ex vna, & Illuſtriſſimum, & Excellētiſſimū Do. Franciſcum Eſtenſem Marchionem Maſſæ Lombardorum ex altera ob id, quòd prętendit dictus Reuerendiſſimus, euntes ad molendum frumentum & alia blada ad ſuum molēdinum Cōſilicis trāſeuntes per territorium Maſſæ fuiſſe ſolitos libere ſine vllo impedimento, & conditione alicuius perſonæ tranſire abſque vllo onere ſoluendi vectigal aliquod datiariis & officialibus Maſſæ, & accipiēdi bullettā ab eis, neque licuiſſe, aut licere dicto Marchioni tranſitū impedire euntibus ad molendum ad d. molendinū non ſoluentibus vectigal, & bullettam non accipientibus à ſuis officialibus. at totū cōtrariū prætendit ipſe D. Marchio cauſaque fuit cōmiſſa per Illuſtriſſ. & Excellētiſſ. Ducē Ferrariæ Magnifico conſilio iuſtitiæ, in qua requiſitus ego per agentes dicti Reuerēdiſſimi D. Cardinalis ſcribere quid de iure ſentio, munus hoc ſubeūdum putaui, quòd tanto Principi me plurimum debere ſcirē, nec Illuſtriſſimum D. Marchionem ęgre laturum, ſi quòd mihi iuridicum uideretur in medium adferrem. † & quoniā 1
uiam ferro aperit, qui per contraria ſcandit, vt inquit Bald. in l. precibus, colum. 9. ver. modo quæ. C. de impub. Cur. conſi. 78. in princ. Rol. à Valle cō. 43. nu. 7. & cōſ. 100. in prin. vol. 1. meritò in vtranque partem arguendum fore cenſeo. Et in primis ad fauorem D. Marchionis, ſi quidem prætendit Excellentia ſua non licuiſſe, neque licere alicui perſonæ tranſire cum frumēto aut aliis bladis per territoriū Maſſę, niſi prius datiariis dictæ terræ debitum vectigal ſoluerit, ab eis bullettam acceperit ſtātibus capitulis d. datii iā diu decretis ab olim D. Antonio Guidone iuſſu, & mandato Ducis Herculis primi dicti D. Marchionis aui paterni, quorū undecimus ſic loquitur. *Itē che ciaſcuno debba pagare per ciaſcuna corba di frumento, & biaue, che paſſaranno per tranſito ſoldo vno de m. hauuta, niente dimeno prima la licentia dalli datiali, & ſe non haurà la licentia, ſia condēnato in lire 10. m. & in la perdita di d. formento, ò biaua, boui, carro, & beſtie ſuſo, le quali, & con le quali portarà per tranſito.* † nā clara 2
ſunt verba capituli, caſumque noſtrum cōprehendunt, in quo molendi cauſa ad molendum Conſilicis fit tranſitus frumenti, bladorumque per territorium Maſſæ, meritò capitulum debet habere locū, nec ab eius verbis recedere licet. l. quòd conſtitutum, & ibi Barto. ff. de teſt. mil.
† & licet tranſeuntes ea de cauſa plerumque forēſes ſint, vt de terra Sanctæ Agathæ Cotignallæ, vel aliude, tamen excuſari non poſſunt prætextu ignorantiæ, cum ſupina ſit ignorantia talium ſtatutorum ubique uigentium, vt declarat Bartol. per illum text. in l. interdum. §. licet & poſt eum Roman. & Imol. ff. de publica. vbi dicunt quòd cum communiter per totam Italiam vigeat ſtatutum de non portandis armis, aut non extrahendo frumentum extra comitatum, forenſis portans arma, vel extrahens frumentum non excuſatur, quia uidetur eſſe in ſupina ignorantia. † Hinc dixit 4 3
Bald. in l. 3. C. de naut. fœn. colum. 3. quòd in vectigalibus culpa eſt non explorare conſuetudinem loci. l. fin. §. diui. ff. de public. & hoc eſt propter generalem conſuetudinem, quia vbi conſueuerunt eſſe ſtatuta ſuper huiuſmodi deuectis, & vectigalibus præſtandis nec explorando de tali conſuetudine quis arguitur in lata culpa. Bald. conſi. 463. colum. 1. volum. 3. repetito conſi. 436. volum. 1. Crauet. conſil. 115. num. 3. Secundò accedit quòd d. capitula ſemper obſeruata fuerunt tempore vitæ Ducis Alfonſi, & poſtea tempore d. Marchionis pluresque condemnationes, & exactiones factæ fuerunt aduerſus inobedientes illis, vt amplè deponunt plures teſtes Domini Marchionis.
5 † ex hac enim obſeruantia optimè dicta capitula declarantur, l. minimè, ff. de leg. & uera eſt interpretatio, quæ à practica ſumitur. Bald.
in

in c.1.de feud.ſine culpa, Craue.conſi.118.nu-
6 me.2. † Immo verò datur fides ſcripturæ nõ
ſolenni propter obſeruantiam ſubſecutam, vt
tradit Cyn.inter conſilia Bal.poſt conſi.400.ſu
per primo puncto, col.1.volum.4.& idem Bal.
conſi.402.in fi.uol.5.Craue.conſi.158.nu.pri-
mo,conſi.224.nu.7.Ceph.conſil. 251.nume.90.
7 † Tertiò quoque fundatur intentio D.Mar-
chionis ex inſtitutione Caſtri Maſſæ facta per
Excellentiſſimum Ducem Alfonſum eius geni
torem cũ omni ſua iuriſdictione, merò ac mix-
to imperio,& omnimoda poteſtate: quibus pla
nè verbis,& ex iuriſdictione ſic vniuerſaliter in
D.Marchionem translata apparet eum ius ha
buiſſe & habere imponendi vectigal, de quo cõ
tenditur, prout iuſſit & mandauit ſuis officiali-
bus, vt cogerent omnes tranſeuntes per territo
rium Maſſæ cum frumento vel aliis bladis ſol-
uere vectigal,& accipere bullettam vt deponũt
8 teſtes pro parte ſua, † nam vectigalia poſſunt
imponere, quibus id à Principe priuilegio con
ceſſum eſt, vt not. Bar.in l.quominus,q.2.ff.de
flum.Cano.in c.ſuper quibuſdam,§.præterea,
de verbo.ſignific.& ponit Bertach.in tracta.de
gab.prima par.4.q.dans exemplum de ciuitati
bus habentibus merum imperium ex priuile-
gio Principis. Quartò concurrit pro Do. Mar-
chione, quòd ab hominibus terræ Lugi trãſeũ
tibus cum frumento & aliis bladis per territo-
rium Maſſæ proficiſcendi cauſa ad terras eccle
ſiæ ſolutus fuit tranſitus datiariis Maſſæ, ut de-
9 ponunt plures teſtes D.Marchionis. † Vnde
ſtante conceſſione facta de dicto Caſtro per
eius genitorem vt ſupra per vſum iuriſdictio-
nis in illo actu dicitur ipſe D.Marchio retinuiſ
ſe iuriſdictionem in omnibus & ſic etiã in trã-
ſeuntibus per territorium Maſſæ eundi cauſa
ad molendum ad molendinum Conſilicis, vt
eſt doctrina Bar.in l.1.§.ſi quis interdicto.ff.de
iti.actuque priua.quem ſequitur Bru.conſi.34.
numero. 14. Boer.deciſ. 227. nume.4.Hiero.à
Monte in tract.fini.regun.cap.78. nume. 10.&
communem teſtatur Alexan.in l.reſtituta,nu-
me.4.ff.ad Trebel.quando tractatur de aliis a-
10 ctibus eiuſdem qualitatis. † exemplum, ſi quis
fecit vnum actum meri imperii, dicitur habere
poſſeſſionem omnium actuũ meri imperii: vn-
de ſic in caſu noſtro, nam actus ſoluendi vecti
gal per tranſeuntes ad molendum ad molen-
dinum Cõſilicis eſt eiuſdẽ qualitatis cum actu
facto ſoluendi vectigal per tranſeuntes ad ter-
ras eccleſiæ, videlicet meri uel mixti imperii,
Quintò non omittitur quòd Reuerendiſſimus
D.Cardinalis nullum videtur habere intereſ-
ſe ſiue bullettæ ſumantur, ſiue non, ſoluaque
datium vel non ſoluat, cum omnes homines
exiſtentes in territorio Romandiolæ, & in eo
habitantes teneantur ire ad molendum ad mo-
lendinum prædictum Reuerendiſſimi D.Car
dinalis vigore proclamatum Illuſtriſſimi & Ex
cellentiſſimi Ducis Ferrariæ, ſicque teſtes plu-
11 res D.Marchionis deponunt, † vnde cum Re
uerendiſſimi non intererſit, audiri non debet, di-
cens non licere D.Marchioni imponere uecti
gal,& onus bullettæ ſumendæ tranſeuntibus
per territorium Maſſæ iux.not. per Angel. in
l.ſi patroni,§.qui fideicommiſſaria.ff.ad Treb.
Alexand.in l. ille à quo,§. ſi de teſtamento,
12 nu.3.ff.eo. † & talis exceptio tua non intereſt
veluti peremptoria, quandocunque opponi po
teſt, ut poſt Ang.concludit Alexan. ibidem,&
13 Cagno.in l.1.nu.19.ff.de inoff.teſtam. † quę
quidem exceptio licet dicatur impedire litis in
greſſum ſecundum Bar.in l.ſi pupilli.§.videa-
mus,ff.de neg.geſt.Ang.in l.Papi.§.ſi quis im-
pubes.ff.de inoffic.teſta.Alex.in d.§.ſi de teſta-
14 mento,col.2. † & iudex ad ulteriora procedat
nõ tamẽ intelligitur eſſe reiecta, ſicut nec pro-
ceſſus nullus ſed ad merita cauſa reſeruata cẽſe
tur prout eſt regulare in talibus exceptionibus
impedientibus litis ingreſſum præterquã in ex
ceptione rei iudicatæ, qua oppoſita iudex non
poteſt ad vlteriora procedere, vt declarat Caſ.
conſi.247.in cauſa quæ vertitur. colum.3.uol.
1.Cra.conſi. 204.nume. 7. Vltimo ſubdit idem
Marchio quòd licet Excellentiſſimus Dux Al
fonſus fecerit legata filiis ſuis cum immunitati-
bus & exemptionibus, mandauit tamen acci
pi debere bullettas. † ideo Reuerendiſſimus
15 D.Cardinalis, qui nititur legato ſuo in teſta-
mento d.Ducis non poteſt aduerſus illud ue-
nire uolens bullettas non debere ſumi per
tranſeuntes iux.not.per Barto.& alios in l.poſt
legatum.ff.de his quibus ut indig.& hæc ſunt
quæ in fauorem Excellentiſſimi Do.Marchio
nis deduci poſſunt in hac cauſa. Quibus tamẽ
non obſtantibus in contrariam ſententiã pro
Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinale
veluti ueriorem deſcendo. moueor in primis
ex legato ſiue inſtitutione ſibi facta per inuictiſ
ſimum genitorem ſuum Ducem Alphonſum
de molendino Cõſilicis & aliis cum omnibus
ſuis iuriſdictionibus præeminentiis, prærogati
uis, emolumentis, introitibus,& commodis,&
quibuſcunque ſpectantibus ad ea molẽdina &
eorum prouentus,& domum, ſecundum & per
eum modum, quo prædictus excellentiſſimus
D. teſtator illa tenebat & poſſidebat. at pro-
batum fuit, quòd toto tẽpore quo uixit in Du-
catu præfatus Illuſtris Princeps,& poſt eius
mortem, qui ſucceſſit in dictis molendinis Il-
luſtr.& Reuerendiſſimus Cardinalis uſque in
annum 1567. homines tranſeuntes per territo-
rium Maſſæ cum frumento ac aliis bladis eun
di cauſa ad molendum ad molendinum Con-
ſilicis nunquam ſoluerunt uectigal aliquòd da
tiariis & officialibus Maſſæ, nec ab eis bullettã
acceperunt. Immo libere ſemper tranſiuerunt
ſine ullo impedimento & contradictione alicu
ius perſonę, prout plurimi teſtes deponunt exa
minati pro parte d.Reuerendiſſimi Do.Cardi-
nalis, qui in facto proprio fuerunt & in aliorũ
ſocietate, quos pariter nihil ſoluiſſe nec bullet
tã ſumpſiſſe uiderunt, nec impeditos, nec mo-
16 leſtatos fuiſſe per officiales Maſſæ. † Vnde
curſu tanti temporis annorum 60. & ultra di-
citur

ſcitur indubitanter quæſita libertas tranſeunti
bus eadem cauſa non ſoluendi vectigal, neque
bullettas ſumendi per doctr. Bar. in l. licitatio,
§. earum. ff. de publica. & poſt eum Caſtr. vbi
quærit quanto tempore debeat eſſe ceſſatum
in ſolutione vectigalis, ad hoc vt ne quis ad il-
lod teneatur: & concludit, quòd ſi exactio per
tinebat ad fiſcum vel rempublicam ſufficit an-
norum tempus 40 per l. omnes. C. de præſcrip.
30. annorum. idemque tradit Bar. conſi. 59. cō
mune Spoleti. nu. 7. ſequitur Cor. conſi. 268.
nu. 19. verſi. & ideo, volum. 4. Anto. Boid. in ru
br. C. noua vectig. nu. 44. late Cra. conſi. 111. vo
lum. 3. D. meus Rimi. conſi. 307. nu. 9. Hercul.
Peruſ. in tract. qui teneantur probare nega. nu
me. 188. Balb. in trac. de præſcrip. 2. parte quin
tæ partis prin. quæſt. 5. Pariſ. conſi. 69. volum. 1.
17 † Immo lapſus annorum 30. ſufficere videtur,
vt per Cur. iun. conſi. 42. col. pen. conſi. 177. vo-
lum. 4. Cra. d. conſi. 111. nu. 2. Ceph. conſil. 129.
nu. 5. Hiero. à Monte in tractatu fini. regund.
c. 77. nu. 11. poſt Corn. conſi. 141. nu. 10. volu. 3.
quo fit ut tanto magis, quadragiuta ſatis ſuper
que ſint, meritò tranſeuntes nunc ea de cauſa
moleſtari non poſſunt. nec iuuat Excellentiſſi-
mo D. Marchioni dicere & probaſſe prædicta
contigiſſe eo in longinquis partibus abſente
ſub uexillis Caroli Quinti & Henrici Franco-
rum Regis, & poſt reditum Maſſæ non cōmo-
rante niſi biduo vel triduo, & ob id eo de præ-
dictis ignorante, quæ cum ſciuit, mandauit trā
ſeuntes cogi ad ſoluendum vectigal & ad ſumē
18 dum bullettā, † quoniam proditum eſt in hu
iuſmodi præſcriptione libertatis aduerſum prī
cipem non requiri illius ſcientiam, ſed ſufficere
ſcientiam ſui officialis in loco reſidentis & ad
cuius curam id pertinet, ut eſt doct. Bar. in l. ſi
publicanus. §. in uectigalibus. col. 2. ff. de publi.
ſequitur Cra. Abb. & Imol. in c. cum cōtingat,
de foro compe. Alex. conſi. 6. vol. 1. Aret. conſi.
153. cōſultatio, col. 1. Iaſ. in l. imperium, ſub nu
me. 21. uerſic. circa aliud, ff. de iuriſdic. om. iud.
& poſt eos Balb. in tracta. de præſcrip. in ſecun-
da parte 5. par. q. 3. nu. 8. & de ſcientia datiarii
Maſſæ ſucceſſiuis temporibus ſatis apparet ex
diligentia ſua probata circa obſeruantiam
capitulorum: ſicut enim ſciuit alia multa pro-
pter quæ fecit obſeruari capitula, pari modo
ſciuit tranſeuntes molendi cauſa ad molendi-
num Conſilicis: tātoque magis quòd teſtes om
nes Reuerendiſſimi D. Cardinalis deponētes
de d. tranſitu ſine aliqua ſolutione pedagii uel
aſſumptione bullettæ dicunt ita fuiſſe publicā
vocem & famam, & notorium & publicum in
19 terra Maſſæ. † quare ignorantia præſumi nō
poteſt, ſed ſcientia præſumi debet eorum, quæ
per famam nota ſunt, ut per glo. in l. ſi tutor. C.
de pericu. tut. quam ſequuntur ibi Bart. & alii
communiter. gl. in §. qui enim. ver. cognouerūt
Inſti. de excu. tuto. gl. & Doct. in c. 1. de poſtul.
prælat. Alex. in l. is poteſt. ff. de acqui. hæredit.
Dec. conſi. 154. Pariſ. conſi. 57. nume. 14. uolum.
4. cum ſimil. per Rolan. à Valle conſi. 54. nume.
3. volu. 1. Cra. conſi. 57. ad finem. Soc. iun. con-
ſi. 31. nume. 16. col. 4. & ita ſcientiam arguit De
cius ex notorio in loco etiam in principe in cō
20 ſi. 85. col. 2. † Immo uerò ſi ſcientia præſumi-
tur eorum quæ fiunt in loco, quo quis ſolitus
eſt frequentare. l. fina. ff. de decur. ab ord. fac.
Caſtr. conſi. 435. ad primum quæſitum reſpon-
detur, quòd ſtatutum. col. 2. uol. 2. Alex. conſi.
81. col. 1. vol. 4. Cra. conſi. 168. nu. 6. Roland. à
Valle conſi. 19. nu. 41. uol. 1. multo magis d. da-
tiarius, qui firmiter & cōtinue manebat in ter
ra Maſſæ, & per illud ad libitum ſæpius ambu-
labat, ſciuiſſe præſumitur tranſeuntes quotidie
per illud ad molendum ad molendinum Con
21 ſilicis. † Minus etiam repugnat dicta præſcrip-
tioni libertatis aduerſus dictam gabellam non
impoſitā per plures annos, ſi dicatur quòd ſtā-
te conceſſione facta D. Marchioni per Illuſt. ge
nitorem ſuum potuit ipſe D. Marchio quando
cunque illam imponere ad arbitriū ſuū cū eſ-
ſet in eius mera facultate, & ſic non cadit in ea
præſcriptio, ut in glo. not. in cap. ut priuilegia.
de priuileg. quæ dicit quòd priuilegium cōceſ
ſum quibuſdam regularibus conferendi ſe ad
eccleſiam interdictam, & ibidem celebrandi,
non amittitur, licet per cētum annos ſteterint
quòd ad illam non uenerint eccleſiam ſæpius
interdictam, & ratio eſt ut inquit Butri. quia u-
ſus d. priuilegii pendet à libera uolūtate eius,
cui cōceſſum eſt, meritò nō poteſt currere præ-
22 ſcriptio eo ipſo, quo non utitur iure ſuo, † idē
que ſequuntur Vincent. Ioan. de Lign. & alii,
ſicut & in c. ſi. de conſuet. in 6. ubi concludunt,
quòd canonici non utendo facultate optandi
data eis conſuetudine, non perdunt ipſam fa-
cultatem ullo temporis ſpatio. mouentur ex gl.
23 prædicta, † & per illam conſuluit Calder. in
tit. de præb. conſi. 19. quòd licet canonici mul-
to tempore non præpoſuerint clericum opera
riæ ſed laicum, per hoc non eſt præſcriptū per
laicos, quominus canonici poſſint eligere cle-
ricum, & cum prædictis in d. c. fina. concordat
Petr. Raue. in tracta. de conſuet. nu. 191. Fely.
in c. cum acceſſiſſent. nu. 25. uer. limita 1. de cō
ſti. Balb. in tract. de præſcr. in 4. parte 5. partis.
24 q. 4. † & in terminis noſtris tradit Gramma.
conſi. 69. in fine ciuilium, concludens præſcrip
tionem allegari non poſſe aduerſum gabellā
non impoſitam per plures annos, cum ſtante
priuilegio poſſit quandocunque imponi ad ar
bitrium priuilegiati, cum ſit in eius mera fa-
cultate, & ſic non cadit præſcriptio per gl. præ
dictam, quoniam miſſa diſtinctione Fel. in d. c.
25 cum acceſſiſſent, & Balbi in d. 4. quæſtio. † nun
quid ſimpliciter data ſit facultas alicui, quid
faciendi, & illi præſcribi poſſit. l. 1. ff. de nundi.
an uerò facultas ſit poſita in expreſſa uoluntate
eius, cui, conceſſio facta ſit, & tunc illi præſcri-
bi non poſſint, ut per glo. in d. c. ut priuilegia.
quam diſtinctionem damnat Decius in d. c. cū
26 acceſſiſſent, nume. 27. ad finem. † puto melius
dici poſſe, quòd quædam facultas eſt, ex qua p
explicationem actus explicanti quæritur nouū

ius,prout eſt adire per quod actio vel exceptio
quæritur,& tali poteſtati præſcribitur. Quædã
verò facultas eſt, ex qua per explicationem a-
ctus nullum ius,nulla actio vel exceptio quæri
tur explicanti,ſed ſolũ inſurgit explicatio eius
quod in libero explicantis arbitrio cõſiſtebat
ſicut eſt ire ad eccleſiam vel per viam publicã,
& tunc tali libertati nunquam præſcribitur. l.
viam publicam,& ibi not.ff.de via pub.ita tra-
dit Ang.conſi.55. Guiliel.& Franciſ.Balb.in 4.
par.5.par. q.1.de præſcr. & ego dixi in §.1.nu.
211.Inſti.de donat.& nos in primo caſu verſa-
mur,quia per conceſſionem Caſtri Maſſæ factã
Illuſtriſſimo D.Marchioni cum omni ſua iuri-
ſdictione mero imperio ac mixto & omnimoda
poteſtate,facultas ſublata fuit imponendi vecti
galia in tali vel tali caſu ad arbitrium ſuũ, ſed
ante impoſitionem actionẽ ad eorum exactio-
nẽ,non habuit,igitur tali facultati potuit præ
27 ſcribi † Et certe repugnat doct.Bar.in d.l.lici
tatio,§.earum. ff.de publica. ac cæterorum de
quibus ſupra,quæ uolunt præſcribi poſſe libertatẽ
non ſoluendi gabellas per annos 40.ne in futu
rum non ſoluentes teneatur.vnde Bar. in d.cõ
ſi.59.dicit ipſe quòd ſi homines ſteterunt libe-
ri per annos 40.quòd non ſoluerunt collectas
erunt liberi,nec eis de cætero poterunt impo-
28 ni. l.ſicut. l.omnes. C.de præſcr.30.anno. † Et
in hoc deceptus eſt Gramma.negans eſſe locũ
præſcriptioni, motus exemplo gl.in d.c.ut pri
uilegia,quia verſamur ibi in ſecundo caſu di-
ſtinctionis Angeli, quando facultas compete-
bat alicui,ex qua per explicationẽ actus nullũ
ius, vel actio quærebatur explicanti,ſed ſolum
inſurgebat explicatio eius quod in libero ex-
plicantis arbitrio conſiſtebat,vt erat quòd illi
clerici priuilegiati poſſent venire ad eccleſiam
interdictam & ibidem celebrare, vel vt eſt ire
per uiam publicam,quo caſu bene tali facultа-
ti non præſcribitur. vnde deciſio Gramm. nõ
29 bene fundata fuit in terminis noſtris. † Secũ
dò comprobatur intentio Reuerendiſſimi Car
dinalis ex communi Doctorum concluſione,
qui dicunt in iure quæſito mediante miniſterio
iuris ciuilis vt aditione, ſententia, vel præſcri-
ptione Principem ſine cauſa derogare nõ poſ-
ſe,prout ita teſtatur Soc.in l.Gallus.§.& quid
ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.colum.8.verſic.
circa tertium.atque ibidem Iaſ.col.20.ver.iſtã
limitationem . Gallia.num.96.Ruinus in fina.
uerbis.Soci.conſi.10.col.6.inter conſilia Bruni
conſi.120.col.6.uol.2.conſi.63.col.6. uolum.3.
Abb.conſi.111.col.fi.vol.2. Dec.conſi.184. co-
lum.6. verſi.& communis opinio,& conſi.343.
colum.3.uer.& quia poſt aditam.Craue. con-
ſi.3.colum.3.in fi.conſi.103.colum.fina. conſil.
135.num.20.conſi.244.colum.4.& alibi, ut per
Rolandum à Valle conſi.66.nume.57.uolumi.
2.ergo ſequitur quòd libertatẽ præſcriptã trã-
ſeuntium per territorium Maſſæ molendi cau
ſa ad molendinum Conſilicis Excellentiſſimus
D.Marchio tollere non potuit mandando , quòd
omnes tranſeuntes per territorium ſuum cum
mu

frumentis & bladis ſoluant uectigal & bullettã
30 recipiant,cũ id mandauerit ſine cauſa: † licet
enim hoc caſu,quo agitur de tollendo ius quæ
ſitum medio iuris ciuilis,non inquiratur cauſa
reſpiciens utilitatem publicam principaliter ,
ſed ſufficiat alia iuſta cauſa pertinens ad priua
tam utilitatem,vt declarat Craue.in tracta. de
antiqui.temporum,prima parte, num. 17. ad
finem.tamen vt ille ſubdit,nume.23.cauſa con
ſtare debet,nec illa præſumitur , vt latius ille
proſequitur.Tertiò moueor, nã Illuſtriſſimus
Dux Alfonſus uſus fuit iuriſdictione Caſtri
Maſſæ non exigendo uectigal, neque bullettã
dando tranſeuntibus inde cauſa molẽdum eũ
31 di ad molendinum Conſilicis. † igitur Excel
lentiſſimus D.Marchio ſucceſſor ſuus in d.Ca-
ſtro,& iuriſdictione factum ſui præceſſoris ob-
ſeruare debet.c.1.de probatio.cum ſimilibus .
nam ſi cupit princeps mandata ſua à ſucceſſo
ribus obſeruari,conueniens eſt,ut ſuorum præ
deceſſorum mandatis uenerationem præſtet ,
32 ut cuſtodiam.c.iuſtitiæ.35.quæſtio.1. † & non
obſeruando dat materiam diſſoluendi eius ge-
ſta per ſucceſſores,c.inſtituit,25.q.2.& ideo di-
cit tex.in capitulo,ſi ea,25.q.2. ſi ea deſtruere,
quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non cõſtru
33 ctor,ſed euerſor iuſtè cõprobaretur. † Accedit quod
dixit Bal.conſi.326.colum.3.uolu.1.quòd ſuc-
ceſſor principis contrauenicns factis anteceſſo
ris,dicitur contrauenire ſibi ipſi , quia ſemper
eſt unum imperium.ſequitur Rolan.à Valle cõ
ſi.1.nu.41.uol.2.Quartò concurrit,nam ſicut u-
ſus d.iuriſdictionis modo prædicto nocuiſſet Il
luſtriſſimo Duci Alphonſo, quominus potuiſ-
ſet vectigal tranſeuntibus imponere poſt liber
tatem præſcriptam,per not.per Bar. in d.§.ea-
34 rum, cum cæteris ſupra deductis , † pariter
nocere debet D.Marchioni ſucceſſori ſuo ſecũ
dum Bar.in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb. Aret. con
ſi.112.conſideratis,circa finem, uerſi.de ſucceſ
ſor.etiam ſingulari.Soc.cõſi 11.col.1. conſi.13.
col.2. uerſic.& illa probatio. conſil.82.col. 2.
verſic.ſecunda concluſio,uolum. 3. & abunde
Crau.in tracta.de antiquita. tempo. prima par
te, num.78.cum ſimilibus.Quinto cum tendãt
homines ad molendum ad molendinum Con
ſilicis propter neceſſitatem famis, quia in loco
ſuo non habent molendina,ut homines S.Aga
thæ , uel ſi habent ob defectum aquæ plerun-
que non poſſunt molere,ut Cotignollæ contin
git & alibi,id oſtendunt ad molendinum Cõ
35 ſilicis ob maiorem aquarum copiam , † utiq;
tranſeuntes per territorium Maſſæ ea de cau-
ſa non debent ad gabellam teneri . deciſio eſt
in terminis Iulii Ferretti in tracta.de gabel.n.
106.concludentis tali caſu gabellam no debẽt
per tranſitu & paſſagio per territorium alienũ,
36 in quo gabella debeatur . † Et hanc partem
tenendo non obſtant contraria.& in primis c.
11.ex productis,quoniam nunquam illud fuit
in uſu receptum in caſu,de quo contenditur ,
cum ſæpius tranſierint homines per territoriũ
Maſſæ eundi cauſa ad molendum ad molendi
num

num Cõſilicis, & tñ non ſoluerint vectigal, neque bullettã ſumpſerint, meritò nõ ligat, ſicut de lege vel ſtatuto dicitur uſu non recepto, vt per Bar. in l. fin. §. ſed cum antiquitas. C. de cur. furio. & q. 144. iudex communis. Anchar. conſi. 283. iure ſtricto, in prin. Alex. conſi. 132. columna 1. vol. 1. gl. Butri. Abb. Fely. & omnes in c. 1. de treg. & pace. Dec. conſi. 6, 9. nume. 8. & latè Roland. à Valle, qui citat alios, & communem
37 teſtatur, conſi. 99. nu. 5. volumi. 2. † potiſſimè verò Alex, conſil. 6. nume. 4. uol. 1. & conſil. 39. col. 2. uol. 3. dicentem quòd quotieſcũque aliqua lex, ſeu informatio edita à principe nõ fuit recepta nec moribus vtentium approbata, tũc qui legem illam non ſeruat, non dicitur ipſius tranſgreſſor, pluresque concodantes priter al-
38 legat Ceph. conſi. 155. num. 16. † Ratioque in promptu adferri poteſt, quia per contrarium vſum dicitur abrogatum fuiſſe d. capitulum, ſicque non tantum non vſus eius interuenit, ſed etiam contrarius vſus, vt tenet Cy. in l. rem non nouam. C. de iudic. in l. fi. C. de iure dom. impe. in l. 2. nu. 8. C. quæ ſit longa conſuet. Io. Andr. Butr. Abbas & cæteri in c. Ioannes, de cleri. coniu. Abb. in c. cum ſit generale, nume. 2. & in apoſtill. ad eum, de foro compe. Bart. in proœm. digeſtorum, & in §. & antea, Bal. & Alberic. in l. de quibus. ff. de ll. vbi Iaſ. num. 33. teſtatur communem. Abb. conſi. 517. colum. pen. uol. 2. Fel. in c. treguas. col. 5. & 6. uer. quarta declaratio, de treg. & pa. in c. cum acceſſiſſet, col. 11. de conſti. Alex. conſi. 132. colum. fi. uol. 1. cõſi. 135. in cauſa & lite, col. 3. uol. 2. Iaſ. in l. falſò. C. de diuer. reſcrip. Claud. Aquenſ. in l. ſi cer-
39 tis annis, nu. 20. C. de pac. & Aldobr. poſt† Areti. in §. igitur, in proœm. Inſtitut. colum. 3. qui dicit hanc eſſe communem omnium reſolutionum, quam etiam tenet Goz. conſi. 66. num. 5. Rui. conſi. 143. nu. 24. uol. 5. Pariſ. conſi. 50. nu.
40 22. uol. 3. † volentes quòd etiam lex recepta in uſum cõtrarium ſpatio 10. an. tollatur. Nõ obſtat ſecundum, quòd fundatur ſuper obſeruantia dictorum capitulorum, quia ſi conſiderentur teſtes D. Marchionis, loquuntur in genere, nec ueniunt ad caſus particulares, in quibus d. capitula fuerint obſeruata, at Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Cardinalis induxit teſtes ſuos in ſpecie loquentes de inobſeruantia d. capitulorum, quo ad caſum de quo contẽditur dicentes, quòd tranſeuntes per territorium Maſſæ, euntes ad molendum frumentum & alia blada ad d. molendinum nunquam ſoluerunt vectigal neque bullettam acceperunt, & ſine ullo impedimento, & contradictione
41 tranſiuerunt. † igitur præferri debent teſtes Reuerendiſſimi teſtibus D. Marchionis, ut Inno. & doctores tradunt in cap. auditis, de præſcript. Alex. conſi. 88. colu. ſecunda, conſi. 150. col. 7. uol. 5. Aret. conſi. 83. col. pen. Craue. conſi. 94. nume. 3. D. meus Rimi. conſi. 431. nu. 27.
42 † Item teſtes Reuerendiſſimi longè ſeniores ſunt teſtibus D. Marchionis, ſi collationentur ætates eorum, meritò & hoc reſpectu magis eſt illis credendum, ut per gl. & Doctores in l. cũ quid. ff. ſi cer. pet. Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro, 23. fall. ff. ſol. matr. & ſing. 81. Fel. in c. in noſtra, col. 4. de teſt. Rolan. à Valle conſi. 14. nu. 51. &
43 conſil. 47. nume. 71. uolu. 1. † concludens plus ualere uerba ſenis eſſe iuuenis. c. 1. de renun. Bal. in l. ſenium, de teſtam. C. Si uerò niti uelit D. Marchio ſuper condemnationibus in cauſa productis, illa ſibi non ſuffragantur ad probãdam obſeruãtiam capitulorum in caſu noſtro: duæ enim loquuntur de beſtiis, quæ ceciderũt in commiſſum, propter tranſitum per territorium Maſſæ, nec loquuntur de tanſitu cum frumento uel aliis bladis eundi cauſa ad molendũ
44 ad d. molendinũ. † ergo probatio non concludit, niſi in illa ſpecie iuriſdictionis, non in alia, ut per Corn. conſi. 133. col. fi. uolum. 1. altera uerò reperitur condemnatio facta de quodã Baptiſta de Rois in terminis noſtris, ſed illã ꝓceſſit ob nullas defenſiones factas, ut in ea dicitur, & ſic in contumaciam meram d. Bapt. lata fuit paulo ante præſens iudicium, igitur ei tantum præiudicauit, non aliis, qui non interuene-
45 runt. † præſumitur enim lata propter defenſionem non factam, non quia ille bonam cauſam non haberet. l. ſi ideo, ff. de euict. l. ſi ſuperatus, & ibi Barto. Caſtr. & omnes, ff. de pignoribus. l. qui repudiantis, in fi. & ibi Bartol. Caſtr. & omnes, ff. de inoffi. teſtam. latè Alex. in l. ſæpe, nu. 78. ff. de re iud. & non idem iuris fuiſſe, ſi defendiſſet, uel eius cauſa defenſa fuiſſet, prout fit ꝑſens Cabroni de Gobis, de qua deponit ſecundus teſtis Excellentiſſimi Do. Marchionis, quæ dedit occaſionem huic liti, nam fuiſſet abſolutus ille Baptiſta, prout ſperatur de d. Gobo futurum iuſtitia mediante.
46 † Non obſtat tertium, nam conſiderandum eſt quòd ante legatum factum Do. Marchioni de Caſtro Maſſæ, ut dicitur libere & iuriſdictione uniuerſali in eum translata cum omnibus emolumẽtis, propter quæ præſupponit Excellentiam ſuam poſſe hoc uectigal imponere, reperitur legatum præcedens factum Reuerẽdiſſimo D. Cardinali de molendino Conſilicis & aliis per eum modum, quo tenebat & poſſidebat Excellentiſſimus Dux Alphonſus genitor & teſtator, ut in legato dicitur, qui modus erat ut tranſeuntes per territorium Maſſæ, euntes ad molendum ad d. molendinum Cõſilicis nihil ſoluerent, neque bullettam acciperent, vt omnes teſtes dicunt, meritò legatum poſtea ſequens de Caſtro Maſſæ factum D. Marchioni licet uerbis uniuerſalibus ſic intelligi debet, ne tendat in præiudicium Reuerẽdiſſimi D. Car-
47 dinalis legati præcedentis ſibi facti. † ſatis enim eſt, quod diſpoſitio quid minimum operetur, quàm quòd correctio præcedentium in-
48 ducatur. l. præcipimus. C. de appella. † immo potius toleratur quòd nihil operentur, quàm quòd alius indebitè damnum patiatur. l. fina. §. in computatione, & ibi Bal. & Iaſ. poſt alios. C. de iure delibe. Cor. conſi. 275. colum. ſecunda, uol. 3. conſi. 191. col. 3. uol. 4. Dec. conſil. 37. colum.

49 colum.3. † & quàm quòd fiat contra mentẽ diſponentis.l.verbis ciuilibus, vbi Alexan. 2. not.ff.de vulga.Aret. in l.à Titio, colum.fina. ff.de verborum obligatio.& Dec.conſi 361.ad finem.Craue.conſi.70.colum.fina.vbi hoc conſiderat, quando fieret contra expreſſam volũtatem partium in præcedentibus, quod hic ad unguem conuenit: nam ſi velimus intelligere per verba ſecundi legati conceſſum Do. Marchioni pedagiare poſſe tranſeuntes ad molendinum Conſilicis cauſa molendi & compellere ad bullettam ſumendam, iam non haberet, neque tenere poſſet illud Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Do. Cardinalis eodem modo, quo tenuit illud genitor ſuus. tunc enim tranſeuntes non ſoluebant pedagium, bullettamque non recipiebant, ſicque fieret interpretatio contra voluntatem Excellentiſſimi Do. te-
50 ſtatoris, quod fieri non poteſt de iure. † potius ergo reſtringi debent uerba d.legati ad alios caſus, ne iſtum comprehendant ex ratione legati præcedentis, vt per Bal.in authen.ingreſſi, col. 1.C.de ſacr.ſanct.eccle.Iaſ.in l.non dubiũ colum.7.verſic.adde etiam.C.de legibus, cum ſimilibus per Craue.conſ.3.colum.1. Dominus
51 meus Riminal.conſil. 33.nume.17. † & hoc etiam confirmatur ex ordine ſcripturæ: prius enim legatum fuit factum Reuerendiſſimo D. Cardinali quàm D.Marchioni. vnde Reuerendiſſimus D. prior in tempore, potior eſſe bebet in iure, ſicut hipotheca duobus facta in eodẽ inſtrumento, nam primus cui facta fuit, præfertur alteri, cui ſecundò facta fuit, attento ordine ſcripturæ, ut tradit Angel.in §. etenim.in Authentica de hæred.& falci.& Neguſan. in tracta.de pigno.in 4.ſecundæ partis, numero 110.
52 † idque tanto magis eſt dicendum, quia ſtat regula pro Reuerendiſſimo Do. Cardinale diſponens, quòd ubi duo videntur eſſe repugnãtia, laborandum eſt in primis, ut cõcordia fiat, nam per ſecundam diſpoſitionem nunquam primo derogatur, neque derogatum uidetur, niſi ſit expreſſum, ut arguit Barto. in conſi.72.
53 ex facto, colum.5. † & in qualibet materia locum habet, ut per diſtinctionem contrarietas tollatur, ſi fieri poteſt, ut Alexand. concludit conſi.141.uiſo alias teſtamento, uolum.2.Dec. in l.pacta nouiſſima, nume.5.C.de pact.& conſil.195.meritò legatum Do.Marchionis debet intelligi de iuriſdictione, mero & mixto imperio, ac omnimoda poteſtate conceſſa imponendi uectigalia, quæ non tendant in præiudicium legati cõceſſi Reuerendiſſimo Domino de molendino Conſilicis, ſicque quòd in aliis caſibus D.Marchio poſſit uectigalia indicare tranſeuntibus ad terras eccleſię, ut probauit & id genus, non autem tranſeuntibus ad d. molendinum.
† Ad quartum reſpondetur uerum eſſe facta
54 conceſſione per uſum iuriſdictionis in uno, cauſari intentionem in omnibus eiuſdem qualitatis, quando nihil impugnat, nec in oppoſitum conſtat, alias ſecus, ut in caſu noſtro, ubi uidemus in tranſeuntes eundi cauſa ad molendum molendino Conſilicis retentam non fuiſſe iuriſdictionem, ſed per eos illi præſcriptum fuiſ-
55 ſe. † & ratio differentiæ probabilis afferri poteſt, quia primo caſu ſimplex non uſus ſine actu contrario duntaxat interuenit, qui non eſt habilis ad tollendam conceſſionem iuriſdictionis, ſicut nec ad tollendam legem uel ſtatutum. Secundo uerò caſu præter non uſum iuriſdictionis interuenit contrarius uſus, poteſt ad tollendam iuriſdictionem, ſicut & legem & ſtatutum, per allegata ſuperius poſt Cyn.in l.rem non nouam. C.de iudi.cum ſimi
56 libus. † Rurſus in primo caſu ſimplicis non vſus præſumitur ſuperiorem vſum fuiſſe iuriſdictione, ſi caſus vtendi contigiſſet: quia non præſumitur mutatio voluntatis.l.eũ qui, ff.de proba.l.cum hic ſtatus, & ibi Bar.ff.de dona.inter virum & vxo.Alex.conſi.113.nu.19.vol.6. at ſecundo caſu, quando data fuit occaſio vtendi iuriſdictione, & cõtrarius vſus interuenit, vt quia poterat exigi vectigal, & non fuit exactum, bullettaque ſumi debebat, & ſumpta non fuit, dicitur mutata voluntas, & pœnitentia probata, quæ vel neceſſariò, vel præſumptiuè cõcludat,
57 ſufficit, ut per Corn.conſi.92.nu.8.vol.1. † Ad quintum reſpondetur, quòd immo maximè intereſt Reuerendiſſimi D.Cardinalis in præſenti controuerſia, quia homines ſanctæ Agathæ & Cotignolæ non ſubiiciuntur proclamatibus Ducalibus Lugo editis in eundo ad molendũ ad molendinum Conſilicis. immo liberi ſunt in eundo, quò volunt, vt deponunt teſtes dicti Reuerendiſſimi, qui plus addũt, quòd ſi tenerẽtur ſoluere vectigal Maſſæ tranſitus, & accipere bullettam eundi ad molendum molendino Conſilicis nollent ad illud accedere cum aliò poſſint ire, quod eſſet damno Reuerendiſſimi ſicque molendini Conſilicis ob minores redditus, & defectum concurſus molentium. igitur verum non eſt præſuppoſitum pro parte dicti Illuſtriſſ.D.Marchionis in hoc puncto, ſicque ceſſat fundamentum, quod fiebat ceſſantis in-
58 tereſſe. † Ad vltimum quòd Dux Alfonſus mandauerit in teſtamento bullettas ſumi, dico quatenus id appareret, quia teſtamentum non uidi, nec eſt in cauſa productum, id in ea parte nunquam in vſu fuiſſe receptum, quo ad tranſeuntes molendi cauſa ad molendinum Conſilicis, ſed cõtrarium ſeruatum fuiſſe, meritò nõ ligare, per ea quæ dicta ſunt & adducta ſuperius in reſpondendo primo fundamento, & ita ſigillatim ſublatis omnibus contrariis remanet efficax intentio dicti Reuerendiſſimi Do. Cardinalis, ita quòd ſecundum illam uenit iudicandum.

***Hippolytus Riminal.Ferra.***

Pro

Pro Illuſtribus Comitibus de Contrariis,& eorum camera fiſcali.

## ARGVMENTVM.

An pœna pacis ruptę teneantur illi,qui eam non ratificarunt, & an in remiſſione generali veniant damna,intereſſe,& expenſæ factæ in medicis & medicinis.

## SVMMARIVM.

1 *Pax rupta dicitur uno offenſo de parte.*
*Paciſcentium.2.*
3 *Adhærentes ad pœnam pacis ruptæ teneri,licet eā non ratificauerint.*
*Et de ratione.5.*
*Sed contra.8.*
*Cum ſequentibus.18.*
4 *Pax facta cum eccleſia Romana,uidetur facta cū adhærentibus.*
*Et in ea includuntur,quando aduerſarius non redderetur ſecurus.6.*
7 *Pace pro conſeruanda,receditur à regulis iuris cō munis.*
8 *Pœna pacis conuentionali non tenetur, qui eam nō promiſit.12.*
*Nec ante ratificationem aliorum ad fauorem offenſi.9.10.*
*Secus uerò quo ad paciſcentes.10.*
*Et de ratione.11.*
13 *Promiſſio facti alieni inualida.*
*Secus appoſito iuramento.14.*
*Et de ratione.15.*
14 *Iuramentum facit actū ualere omni meliori modo.*
*Et quęritur abſenti ſine ſtipulatione pro illo facta.16.*
*Modo ſequatur ratihabitio.17.*
18 *Marſilius conſ.8.nu.48.taxatur.*
19 *Angelus in l.quæ religioſis,ff.de rei uendica. declaratur.*
20 *Clericos teneri ad collectam pro conſeruatione pacis.7.*
21 *Numerus pluralis,uerificatur in uno, quando non poteſt in pluribus uerificari.*
22 *Statutum de conſenſu proximiorū in contractibus, mulierum,uerificatur in uno,quando plures non extant.*
23 *Plures in rixa,ſinguli tenentur de facto per eos,nō autem de facto per alios.26.27.*
*Fallit tamen,quando data opera,ſimul fuerūt.25.*
24 *Congregati pro aliquo percutiēdo,ſi fuerit occiſus, de occiſo non tenentur.*
27 *Præſumitur in dubio factum accidētaliter non autem data opera.*
28 *Confeſſione nil certius dari poteſt.*
*Et ubi eſt confeſſio, ibi eſt relaxatio omnis probationis.29.*
*Diciturq́ probatio probata.30.*
*Et fortior probatio quæ ſit in mundo 31.*
*Et pleniſſima,adeo quòd confeſſus pro iudicato habetur.32.*
30 *Probatio ubi requiritur per ſcripturam,ſufficit per confeſſionem.*
32 *Confeſſus in iure pro iudicato habetur.*
33 *Remiſſionis uerba quando lata ſunt,an præter iniuriam intelligantur remiſſa damna.*
*Vt quia fiat pleniſſima remiſſio.34.*
*Vel adiectis uerbis quacunque ratione, quæ dici, uel excogitari poſſit.35.*
*Vel aliis,quæ ad ſpecificata reſtringi non poſſint.36.*
37 *Exceptio firmat regulā in caſibus non exceptis.*
*Non tamē operatur,quòd regula extēdatur ad ea, quæ non facta exceptione non includerentur.49.*
38 *Remittens iniuriam,non cenſetur remittere dāna & intereſſe.*
*Etiam ſi pro remiſſione iniuriæ pecuniam receperit.39.*
*Et quòd remiſerit iniurias,expulſiones,& deuaſtationes.40.*
*Et in hoc Alexander damnatur in l.ſi tibi.§.quadam.ff.de pact.41.*
*Et cautela Baldi ibi probatur,quòd damna & intereſſe ſpecificentur in remiſſione.*
42 *Conuentioni iuratæ non intelligitur derogatum, etiam ſi dictum fuerit,non obſtantibus quibuſcunque pactis & capitulis.43.*
44 *Remiſſione generali non includitur quod quis ſpecialiter non eſſet remiſſurus.*
45 *Verba reſtringuntur, quando ſalua ratione recti ſermonis id fieri poteſt.*
46 *Illatio ex ſeparatis non eſt bona.*
47 *clauſula in contextu capituli reſtringitur ad illud, alias ſecus.48.*

## CONSILIVM CIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN cauſa mihi commiſſa per Illuſtres Comites de Contrariis, de pluribus quærendum eſt. & primo, nam pacem fecerunt inter ſe Hippolytus de Aurelio, & Dominicus de Vdericis,vice, & nomine agnatorum & cognatorum ſuorum, vſque ad quartum gradum, eamq́ue ſeruare promiſerunt, ſub pœna ſcutorum ducētorum,applicandorū pro dimidia Cameræ dictorum Comitum, & pro altera dimidia parti offenſæ. Poſtea verò quidam Aurelius, & Santinus nepotes dicti Hippolyti, vulnerarunt quendam Angelum partis dicti Dominici, qui tempore dictæ pacis,minores erant,nec eius inſtrumento præſentes fuerunt, nec illud ratificarūt. Vnde quęritur in primis,an pax rupta dicatur. & breui-
1 ter in hoc concluditur quod ſic. † Cum enim dicti Hippolytus, & Dominicus pro tota ſua parte inuicē promiſerint ſe non offendere, nec offendi facere, p ſe,uel alios,uerbo, uel opere, in ære, uel perſonis,ſub dicta pœna,pax rupta dicitur ex uulneribus illatis in perſonam dicti An-

Angeli per dictos Aurelium,& Santinum,cum
vulnerantes,& vulneratus fuerint de parte pa-
ciſcentium,per doctrinam Speculatoris,& Io-
an.Andr.in titulo de treug.& pace col. 2.verſi
2 cu.quid ſi quilibet eorum, † vbi tenent quod
ſi quis fecerit pacem pro ſe,& tota parte ſua, &
vnus de deferentibus arma cum eo,qui fecit pa
cē, poſtea fuit offenſus,intelligitur pax rupta.
ſequitur Imol.in l.ſi ſtipulatus fuero per te nō
fieri.ff.de verbo.oblig.& Alex.in l.ſi ita ſtipula
tus.§.Griſogonus.col.fi. ff.de verb.oblig.Vnde
cum Angelus fuerit de parte Dominici, qui fe
cit pacem, & vulneratus fuerit ab Aurelio , &
Sātino,qui fuerunt de parte Hippolyti,qui pa
riter fecit pacem, & uulnerādo ſine dubio ueri
ficatur offenſio in ꝑſona de qua in inſtrumēto,
ſecundū Bar.& alios in l.licitatio.§. quod illici
tè.ff.de publica.neceſſariò concludendum eſt
pacem omnino ruptam fuiſſe,& eſſe. Secundò
dubium exoritur,per quos dicatur rupta,an ꝑ
Aurelium,& Santinū vulnerantes, an per Hip
polytum pro eis promittentem,quod fit,vt ſcia
3 tur quis ad pœnam pacis ruptæ teneatur. † &
aduerſus Aurelium,& Santinum citatur in ter
minis Marſil.conſil.8.nume.48. nam & in caſu
Marſil.facta fuerat pax inter quendam Ioannē
de Taiacanibus , & quendam Michaelem de
Becchetis,qui promiſerāt inuicem ſub certa pę
na,pro ſe,& uice ſuorum affinium,adhærētiū,
& ſequacium,pro quibus de rato promiſerant,
ſicut & hic.Deinde duo de parte dicti Ioannis,
vna cum eo quoſdam occiderant alterius par-
tis,unde agebatur cōtrā dictos occiſores,qui ſe
tuebantur, dicentes nullam pacem feciſſe, ſed
Ioannem tantum pro eis , cum promiſſione de
rato,quam tamen ratificationem non fecerant,
meritò in pœnam conuentā in inſtrumēto nō
4 ceciderant. † Sed tamē contrarium determi
nat Marſi.motus ex not.per Innoc. Ioan. An-
dræ.& alios in cap.apoſtolicæ,de re iud.lib.6.
Vbi dicunt quod pax facta cum eccleſia Roma
na videtur facta cum adhærentibus, modo tem
pore pacis eſſent adhærentes , vt per Iaſ.in l.ſi
ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur, num. 8.ff.
de verb.oblig.& per Alex.in l.ſi conuenerit.§.
ſi nuda.ff.de pigno. act.in addi.Bar.conſideran
do quod acceſſorium ſequitur naturam prin-
cipalis.Vnde nimirum, ſi adhærentes dicuntur
& ipſi feciſſe pacem,quando principalis eam fe
5 cit. † Addit & inſuper rationem Marſi.quam
ab experientia trahit:nam uidemus quod quo-
tidie fiunt paces,& ſolum perſonæ principales
interueniunt,& promittunt de rato pro affini-
bus,adhærētibus,complicibus , & ſequacibus,
& tales paces ſeruantur ab omnibus abſque a-
lia ratificatione: alias ſi vellemus dicere quod
tales affines,adhærentes, & ſequaces non obli-
garentur , ſequerentur multa abſurda , nam
nunquam fieret aliqua pax ualida , nec un-
quam homines eſſent ſecuri tam cū pace, quā
ſine pace,quia impoſſibile eſt, uel ſaltem diffi-
cillimum,quod quando fit pax inter aliquos ,
interueniant perſonaliter affines,adhærentes ,
complices,& ſequaces omnes utriuſque partis,
& hoc nunquam uiſum fuit. Vnde propter talē
difficultatem,& impoſſibilitatem,taliū præſen-
tia ſuppletur per præſentiam principalium,cū
promiſſione de rato pro prædictis. Sic ergo vi-
dentur ad pœnā pacis ruptæ teneri dictus Au
relius,& Santinus,licet inſtrumento pacis non
interuenerint,nec illud ratificauerint, vt deci-
6 dit Marſ. † Pro quo pariter adduci poteſt An
ge.in l.quæ religioſis.ff.de rei vendic.quem ſe-
quitur Marti.Laud.in tracta.de confed. pac. q.
35.vbi poſtquam dixit facta pace cum princi-
pali conceptis uerbis in perſonam,adhærentes
non includi , limitat hoc quando aduerſarius
non redderetur ſecurus ex pace facta cū prin-
7 cipali:tunc enim includuntur adhærentes.† Ac
cedit etiam quod pro conſeruanda pace,rece-
ditur à communibus regulis canonum,legum,
& iuris diuini , vt probat Andr.Sicul. conſi.1.
col.2.& 3.uolu.3.volens etiam clericos ad col-
lectam teneri pro conſeruatione pacis indictā,
quia cum ex pace commodum ſentiāt , & onus
inde proueniens ſubire debent. ſicut igitur illi
tenentur collectæ,licet nō interuenerint paci,
nec eam ratificauerint,ita pariter in caſu no-
ſtro dicendum videtur hos Aurelium, & San-
tinum teneri.ſuadetur hoc idem uerbis inſtru-
menti uolentibus,quod contra rumpentē pro
cedi poſſit ad pœnam , quod ſtatuto Mutinæ
cauetur de pęna frangentis pacem,rub.69.lib.
3.dicente quod ſi comprehenſus in pace uulne
rauerit alium de comprehenſis in ea,ultra pœ-
nam conuentionalem,puniatur in libris ducen
tis &c. Tales autem ſunt Aurelius, & Santi-
8 nus,meritò ad pœnā prædictam teneri debēt
ex dicto inſtrumento,& ſtatuto. † In oppoſi-
tum verò quod ipſi non teneantur ad pœnam
conuentionalem,ſed Hippolytus,qui eam pro
miſit,ubi per ſe, uel per alios de parte ſua ali-
quis partis alterius offenderetur , adducitur
Imol.in l.ſi ſtipulatus fuero per te.ff. de uerb.
oblig.& Alex.poſt eum in d.§. Griſogonus, ad
fi.dicentes,quòd ſi quis fecit pacem pro ſe , &
tota ſua parte,& unus de ferentibus arma cū
faciente pacem poſtea fuerit offenſus, licet in-
telligatur pax rupta, & pęna ſtatutaria locum
habere debeat,ſecus tamen eſſe debet in con-
uentionali,quia non uidet quomodo non pro
mittens,ad illā poſſit conueniri,licet forte prin
cipalis,quem aſſociauit conueniri poſſit. Sic e-
nim dici poteſt in hoc caſu,quod licet pax rup-
ta dicatur,& pœna ſtatuti teneantur Aurelius
& Santinus,ob uulnera per eos illata cōtra An
gelum,non tamen ad pœnam conuentionalem
teneantur,cum eam non promiſerint,licet Hip
polytus , qui eam promiſit, ad eam conueniri
9 poſſit. † Secundò cōfirmatur ex doctrina Bar
to.in l.ſi uxor.§.ſi quis uxorem.ff. ad l.Iul.de a
dult. ubi dicit,quod ſi qui fecerint pacem pro
ſe,complicibus,& ſequacibus,& ſub pęna pro
miſerint non offendere,nec ſe,nec complices,
& ſequaces,poſtea uero unus ex dictis compli
cibus fuerit offenſus ante ratihabitionem, pœ-
næ

na conuentionalis non committitur ad eius fa
uorem aduerſus alios qui offenderūt. ſequitur
Alexan.in l.quod meo.nume.6.ff.de acquiren.
poſſeſſio.Dec.conſi.226.nu.7.& conſi.247. nu.
5. Deciſ.Neap.300.col.2.Cur.iun.conſi.52.n.
13.Plotus in l.ſi quando, nume.12.C. unde ui.
Pariſ.conſi 78.nu.49.vol.1.Soci.iu.conſil.103.
col.fi.ſicut ergo pœna pacis ruptæ ad fauorem
complicis,qui nō ratificauit,nō committitur,
tanto minus aduerſus eum,quia unde commo
dum non ſperat,incommodum ſentire non de
10 bet. † & nouiſſime adduco Gozad.conſil.31.
nume.16.ubi pulchre declarat doctrinam Bar
to.in d.§.ſi quis uxorem.poſt Ang.ibi, dicens,
quod quoties quis fecit pacem pro ſe,& ſequa
cibus,& complicibus ſuis,& ante ratificationē
alter cōplicium, ſeu ſequacium fuit offenſus, li
cet non incurratur pœna pacis ruptæ,ſecundū
Barto. & Doctores ibi, tamen limitatur illud
procedere, quantum ad pœnam quæ debere-
tur complici,& ſequaci,ut non poſſit eam pe-
tere,quia cum non ratificaſſet,non eſt aliquod
ius quæſitum, nec re non integra poteſt etiam
amplius ratificare, argu.l.bonorum.ff.rem rat.
habe.Sed quo ad paciſcentes,& in pace com-
prehenſos, eſt ſecus,quia ipſi poterunt agere.
11 † Et ratio eſt iſta, quia pax per offenſam cō-
plicis,rumpitur paciſcenti,ideo paciſcens pote
rit agere.vnde ſubdit Gozad. concludendo in
caſu ſuo, quòd cum D. Andræas de Caſtaldis,
eſſet vnus de paciſcentibus principalibus, cū
illis de Taſſonis, & promiſſum fuerit inter eos
non offendere,nec offendi facere in perſona,&
bonis,agnatos,& cognatos vſque in quartum
gradum; & nepoti D.Andreæ ex fratre, fuerit
combuſtum fœnile,utique quo ad D. Andræā
pax eſt rupta,& poterit agere ad eius pœnam.
Quod ad unguem caſum noſtrum decidit,nam
Hippolytus de Arellio, Dominicus, & Mat-
thæus de Vdericis fuerunt de principalibus pa-
ciſcentibus,quia Matthæus, cuius etiam nomi-
ne Dominicus fecit pacem iamdiu eam ratifica
uit, vt inſtrumentum uidi dictæ ratificatio-
nis,& Angelus offenſus,eſt filius dicti Matthęi,
offendentes autem ſunt nepotes dicti Hippoly
ti ex fratre & ſorore,& ſic de agnatis,& cogna
tis in quarto gradu,immo uero in ſecundo gra
du ſecundum ius canonicum, prout in inſtru-
mento pacis gradus eo iure conſiderati fuerūt,
ergo bene quo ad ipſum Dominicum,ſeu Mat
thæum dicitur pax rupta,& agere poteſt ad pœ
nam conuentionalem contra dictum Hippoly-
tum paciſcentem,contra quem pax rupta dici-
tur per dictos eius nepotes,& ad eius præiudi-
cium,ſicque ad eam teneri debet,licet non illi
teneātur,quia eam non ratificarunt,nec illi in-
12 teruenerunt. † Et in hanc ſententiam pariter
deſcendit Corn.conſi.167.nume.10.volum.3.
vbi concludit quendam Nallum non teneri ad
pœnam conuentionalem,quia ipſe non conue
nit,nec potuit eum alius obligare ad pœnam,
ideo ſi qua pœna debetur,ab aliis qui eam pro-
miſerunt,non autem ab ipſo Nallo debetur. Et

licet proponatur dictum Hippolytum nō pro-
miſiſſe de rato pro dicto Aurelio, & Santi-
no, licet eorum nomine pacem egerit, &
promiſerit non offendere, nec offendi face-
13 re &c. † quo ſtante, talis promiſſio facti alie-
ni ſimplex inualida proponitur. l. ſtipulatio
iſta,ſecundo reſpon.ff.de uerborum oblig.§. ſi
quis alium.Inſtit.de inut.ſtipu.Pariſ. conſ.135.
14 ad fi.uolum. 4. † Attamen ſtante iuramento
dicti Hippolyti,in fine inſtrumenti poſito, ſu-
ſtinetur eius obligatio, nam iuramentum o-
peratur uim, ut actus ualeat omni meliori
modo. l.cum pater.§. filius matrem, ff.de le-
15 ga. ſecundo. † Sicque intelligitur Hippoly-
tus promiſiſſe ſe curaturū, & facturum, quod
dicti Aurelius, & Santinus ratum habebūt.
ita Bald.Abb.& late Felyn.in cap.ex reſcripto.
de iureiuran.Roman.Alexand.& Iaſ.in d.l.ſti
pulatio iſta. Aretin. in d.§.ſi quis alium.Socin.
conſil.16.uolum.3.cum ſimilibus per Pariſ. cō
ſil.109.nume.11.uolumi.primo,& conſi.16.nu-
me.119.uolu.ſecundo.Minus etiam facit,quod
opponit Hippolytus in proceſſu, nec notariū
nec alium ſtipulatum fuiſſe pœnam nomine
Cameræ, ideoque ſibi ius quæſitū nullum fuiſ
ſe.Nam contrarium patet ex lectura inſtrumē
ti in clauſula,promittentes ipſæ partes. ibi,ſub
pœna ſcutorum ducentorū auri ſolemni ſtipula
tione promiſſa, applicandorum pro dimidia
Cameræ Illuſtr.D.Comitum de Contrariis,&
alia parti lęſæ.iuncto ſtatuto Mutinæ,quod qui
libet poſſit alteri ſtipulari.rub.95.2.lib. uolente
ſtipulationem ualere,& acquiſitionem perinde
ac ſi eſſet notarius ipſe,cui ſtipulatum fuit,ratū
habente,prout habent agentes dictæ Cameræ.
16 † Immo uero etiam quod ſtipulatio nomine
Cameræ non interueniſſet, tamen ſtante iura
mento dicti Hippolyti,adhuc ipſi Cameræ ius
eſſet quæſitum, quia iuramentum dirigitur in
Deum, qui præſens eſt, & pro abſente dicitur
ille recipere.l.properandum.§. ſin autem reus.
C.de iudic.gl.not.in c. quotiens cordis.1.q.7.
quam Rom.Alex.Iaſ. & alii ſequuntur in d.l.
ſtipulatio.§.alteri.ff.de uerbo.obligatio.Butri.
Abb.& alii in princ.decret.Ruin. conſi.180.nu
17 me.12.uol.1. † meritò Camera poſtea ratum
habente,ut habuit,ſibi fuit ius quæſitum,ut p
Bauerium in tracta.de uirtut.iuram.in 12. effe-
ctu.Dec.conſi. 432.in fin.Cagnol.in l.fina.ſub
nume.273.uerſus finem.C.de pact. Et tenen
do hanc partem, quæ mihi uerior uidetur
18 eſſe, non obſtant contraria. † Primoque
Marſil.conſil.8.num.48.quatenus enim primo
mouetur ex not.per Innocen.& Ioan. Andr.
in dicto capitulo,ad apoſtolicæ. de re iud.lib.
6. periculoſa eſt illorum concluſio, nam con-
trarium tenent Ancharan.Gemin.& Peruſin.
ibi, uolentes pace facta cum principali, ad-
hærentes non comprehendi,niſi de ipſis men
tio ſpecialis facta fuerit.ſequitur Iacob.Nouel-
in pract.crimina.capitulo fina.nume.51. ubi la
te in tracta.de pace,in diſcurſu,ut ibi per eum.
& idem tradit Barbat. ab eo non citatus conſi.

62.col.

61.columna quarta volumine quarto. Quo
verò ad rationem ſuam deductam ab experien
tia, vt ille dicit, id quidem procedit ad
præiudicium paciſcentium, quorum reſpectu
pax ſuſtinetur, & in eorum damnum rupta
diciturat ſecus reſpectu non interuenientium
nec ratificantium ſecundum Angelum & Go-
19 zadin.ſupra citatos. † Quod verò dicit An-
gelus in dicta l.quæ religioſis.adhærentes in-
cludi, quando facienti pacem non eſſet con-
ſultum, debet Intelligi eodem modo, quo ad
præiudicium aduerſarii, qui pro illis promi-
ſit, non autem in eorum damnum, qui non
20 interuenerunt, vt ſupra † Ad contrarium
primum Barbat.dico, quod aliud eſt aliquos
teneri ad collectam pro tuenda pace, aliud
quod in caſu ruptæ pacis teneanrur aliqui,
qui eã non fecerunt. Primo enim caſu pax con
ſeruatur, & velut res fauorabilis ligat om-
nes. Secundo uero caſu, cum pax rupta ſit,
agitur de pœna, quæ odioſa eſt, ideoque
non debet ligare, qui eam non conuene-
runt, & ita res diuerſa eſt, & termini diſpa-
res. Ad vltimum de verbis inſtrumenti, & ſta
tuti, reſpondetur vtrunque debere intelligi
de rumpente pacem, & comprehenſo in in-
ſtrumento, qui tamen ei interuenerint, non
autem quia alius eum abſentem nominaue-
rit in genere, vel in ſpecie: non enim debet te
neri pœna conuentionali ab eo non conuen-
ta, nec ratificata. Et ita ceſſant contraria ſi di
ligenter conſiderẽtur, remanetque dictus Hip
polytus ad dictam pœnam obligatus, de qua
in dicto inſtrumento. Et ita concludendo di-
co interpretandam eſſe ſententiam Dom.Pote
ſtatis Sauignani, quatenus declarando pacem
fuiſſe ruptam ſubiungit pœnam inſtrumenti
contra pacis ruptores fuiſſe, & eſſe commiſ-
ſam, ac per eos ſoluẽdam, & applicandã pro di
midia Cameræ dictorum Comitum, & pro
alia parti læſæ, non declarando tamen qui in-
telligãtur fuiſſe ruptores dictę pacis, an Hippo
lytus, an Aurelius, & Santinus: nam ex prædi
ctis patet de Hippolyto eam intelligendam eſ
ſe, qui pro ruptore pacis haberi debet, ex quo
promiſit pro illis qui percuſſerunt dictum An
gelum, quo mediante pax fuit rupta, ut ſupra
21 latius oſtendi. † Nec uerba dictæ ſententiæ,
quæ de ruptoribus pacis in plurali loquitur
repugnant quominus ad Hippolytum referan
tur ſententia, eum plures non adſint rupto
res pacis cenſura iuris, præter ipſum, quo ca
ſu numerus pluralis verificatur in ſingulari,
quatenus poteſt pluribus non repertis in qui
bus verificetur, ut per Abb. conſilio 65. co
lumna ſecunda, volumine ſecundo, vbi con
cludit quòd ordinatio teſtatoris facta in plu
rali numero de pluribus filiabus maritandis
in tali domo, ſeruari debeat in una ſola, quæ
ſuperſtes reperiatur. ſequitur Dec.conſil.50.
columna prima. Crane.conſilio primo, nume
22 ro quinto. † & de ſtatuto requirente con
ſenſum duorum proximiorum in contractu
mulieris: ſi enim mulier nisi unum propin-
quum habet, ille ſufficit, & adhibendus
eſt Baldus in l.prima.C.unde uir, & uxor.
in principio. Caſtrenſis in l.ſi cum dotem.§.
ſi patri.ff.ſolu.matrimonio. Iaſ.in l.Stichum
qui meus erit, ad finem, ff.de lega.primo, &
ita remanet ſecundum quæſitum bene expe-
ditum. Tertium dubium exoritur, quod per
Aurelium proponitur: cum enim dicatur in
inquiſitione, fateaturque Santinus ei reſp on
dens, Aurelium tantum, unum uulnus in
tuliſſe dicto Aurelio, in una coſta, cætera ue-
rò dictum Santinum. prætendit ipſe ſe de
illo tantum vulnere puniendum eſſe pœna li
brarum quinquaginta, iuxta formam ſtatu-
ti Murinæ, de pœna percutientis aliquem
a facie inferius.rubrica 95.libro tertio, in fine
maleque fuiſſe condemnatum per Domi. Po
teſtatem Sauignani, qui eum condemnauit
æqualiter ad pœnam pro omnibus uulneri-
bus illatis per Santinum, ſicut ipſum Santi-
23 num. † & primo facit pro dicto Aurelio,
nam quando plures in rixa fuerunt, ictus
vniuſcuiuſque ſpectandi ſunt, ſicque ſinguli
de eo quod fecerunt, tenentur, & non ultra.
l.finali.ff.ad l.Corne.de ſicar. Vnde dixit Bal
dus in l.non ideo minus, columna decima.
C.qui accuſare non poſſunt, quòd quando
plures fuerunt congregati in aliquo loco, tũc
quilibet tenetur de eo quod fecit, non autem
de eo quod alii faciunt: niſi probaretur cla
re, & diſtincte quòd unus impediſſet auxiliũ
alteri. ſequitur Angelus in tractatu de ma-
lefic. in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit,
numero vigeſimoquarto, verſiculo, & aduer
tas. & Marſilius in dicta l.finali, quæ incipit,
24 ſi in rixa, numero trigeſimoprimo. † Addo
que pariter Caſtren.conſilio 192.in cauſa in
carceratorum. columna ſecunda, in antiquis,
dicentem quod ſi gentem congregaui, de-
mumque illum occidi, quem volebam verbe-
rare, congregatos de occiſo non teneri, ve
lut ad hoc non coadunatos. Atque inde Pe
trus de Ancharano conſilio 216. nos Bartho
lomeus: ad finem, inquit quod ſi tres in rixa
fuerunt, quorum vnus occidat, alios puni-
ri non poſſe, tanquam ſocios, & auxiliato
res, quia ad hoc principaliter non erant
coadunati. Vnde omnes cenſentur fuiſſe
principales, & prout deliquerunt, punien
di ſunt. Et ideo non debemus dicere, quòd
ibi affuerint cauſa præbendi auxilium, & fa
uorem illi occiſori, ſed tanquam principa
les cenſentur. ſequitur Auguſtinus de Ari
mi.in additio.Angeli in tractatu de malefic.
in uerbo, dictus Andræas armatus. additio.
prima, columna ſecunda, & Marſil. ſingular.
400.conſilio 81.numero uigeſimonono, & in
practi. criminal.§. conſtante, numero 45.& Pa

riſ.cònſilio 148.uolumine quarto. ex quibus
dicendum uidetur Aurelium debuiſſe tan-
tnm condemnari de uulnere per ipſum illa-
to dicto Angelo, non autem de cæteris ſi-
mul illatis per dictum Santinum. In contra
rium verò ſum ptocliuior, quoniam ſot
mata, ſuit inquiſitio præcedentibus indi-
ciis vtrique, continens quod ipſi armati
picchis, & pugionibus, animo & intentione
committendi inſraſcriptum maleficium, ha-
bito ptius intet eos colloquio, & otdinatio-
ne dictum maleficium committendi, moucn
tes ſe de loco ad locum, ſibi inuicem auxi-
lium, & ſauorem præſtantes vnanimiter, &
concorditer aggreſſi fuernnt Angelum, nam
primo Aurelius eum percuſſit in vna coſta
cum piccha, vno vulnere lethali, & dictus San-
tinus eum fugientem pluribus alijs, cum ſan-
guinis effuſione ſuper caput, cum oſſis fractio-
ne, ſuper ſacie cum cicatrice perpetuò man-
ſura &c. Ipſiq́ue exiſtentes coram Domino
Poteſtate, qui ſibi locum pro tribunali ele-
git in domo notarii, vbi tunc erat, reſpon-
derunt dicti inquiſiti, præuio iuramento. Et
primo quidem Santinus confeſſus eſt omnia
in dicta inquiſitione, & omnia vulnera no-
minata in dicta inqniſitione, & illata in per-
ſonam dicti Angeli, & ipſum vulneraſſe pro-
ut in inquiſitione, excepto primo vulnere
illato per Anrelium dicto Angelo, & alio in
poplite, implorans beneficium confeſſionis
&c. Autelius verò confeſſus fuit ſe intuliſſe
vulnus de quo in inquiſitione dicto Angelo,
& feciſſe, ac aſſociaſſe dictum Santinum in
omnibns & per omnia, vt in inquiſitione,
25 petens beneficium confeſſionis. † Ex quo-
rum verbis apparet ipſos non à caſu, & acci-
dentaliter, ſed data opera, & ex propoſito
percuſſiſſe dictum Angelum, prout in inqui-
ſitione narratur, quam ipſi confeſſi fuerunt,
meritò omnes teneri debent, nedum de fa-
cto ſuo, ſed & de facto alterins, ut per gl.
Bartol. Angel. & alios, ubi Marſil. quoque
in d.l.ſi in rixa. ff. ad l.Corn. de ſicar. & pet
eundem conſilio 67. numero 46. Et cum di-
ctam confeſſionem infra duos dies non reuo-
cauerint, ex ea condemnari potuerunt, ad-
miſſo eiſdem beneficio confeſſionis, & pacis
poſtea obtentæ, vt cauetut ſtatuto Mutinæ,
de ordine procedendi contra præſentem pet
inquiſitionem rubrica 7.libro tertio, columna
ſecunda, & alio quòd pax, & confeſſio. ru
brica 26.eodem lib. dante remiſſionem trium
partium ex quatuor condemnationis pecu-
niariæ, ad quæ voluit in effectu ſe Domi.
Poteſtas in ſententia ſua referre, quando
dixit detractis tamen prius de dictis con-
demnatiouibus detrahendis ratione confeſſio
nis, & pacis prædictorum, eoſq́ue pariter
condemnando æqualiter, & rectè, cum da-
ta opera, non autem fortuito dictum An-
26 gelum vulnerauerint. † Ex quibus uno uer-
bo ceſſant adducta ſupra pro dicto Aurelio,
nam procederent ubi conſtaret quod caſuali
ter vulneraſſent Santinus, & ipſe dictum
27 Angelum. † Vel eſſemus in dubio, quo ca-
ſu potius accidentaliter præſumeretur, id eos
feciſſe, quàm data opera, ut inqnit Felyn.
in capitulo, ſicut dignum, numero ſexto, ad
finem, de homic. Sed ſnmus in càſu claro,
quòd ex propoſito fecerunt per ſuam ſponta
28 neam confeſſionem, † qua nil certius dari
poteſt.l.cum te.ubi Dominus mens Riminal
dus & alii, C.de tranſact.maximè Deci. no-
tab.quarto, dicens quod habet uim inſtrumen
ti, immo uero maior eſt quolibet publico in
ſtrumento, & quibuſcunque depoſitionibus
teſtium, ut per Bald.conſilio 192. proponitur
quod in quadam ciuitate, colnmna ſecunda,
volumine ſecundo. Dominus meus Riminal-
29 dus conſilio 300. numero 88. † & ubi con
feſſio eſt, ibi relaxatio eſt omnis probatio-
nis, ut per Bald.conſilio 354.quæritur utrum
in priuata ſcriptura, columna prima, uolu
mine tertio, atque adeò efficax eſt confeſ
ſio partis, quod iudex non poteſt eam nul-
lam pronunciare. Abb.conſilio finali, colum-
30 na finali, uolumine ſecundo, † & in caſibus
in quibus requiritur ſcriptura ad probatio-
nem, ſufficit probario per confeſſionem, Bal
dus conſilio 511.quidam prælatus. volumine
quinto. ſequitur Craue. hæc omnia, conſi
lio 61. numero tertio, dicitur q́ue probatio
probata. Baldus in l.Deo nobis.C. de epiſco
pis & cleric.Ange.in §.primo, colum.quarta.
Inſtitutio.de actio.Neuiza.conſilio 37.numero
31 7. † qui eam fortiorem probationem appel
lat quæ ſit in mundo, prout etiam Soci. iun.
conſilio quinto, numero quarto, uolumine ter
tio, & quod dicitur pleniſſima probatio ſecun-
32 dum Corn.conſilio 261.uolumine quarto, † a
deo quod in iure confeſſi pro iudicatis haben
tur, ut ipſi dicunt, per l.1.C.de confeſ. Vnde re
cte fuerunt condemnati Santinus, & Aurelius
ad ſummas, de quibus in ſententia, iuxta uulne
ra, qualitates, & eorum nnmerum & loca, appli
candas ut in ea, iuxta formam ſtatutorum Mu-
tinæ, de pœna percut aliq. in fac.rubrica 93.cũ
quatuor aliis ſequentibus, libro tertio, quæ de
illis loquuntur. Quartum ſuccedit non medio-
cre dubium, nam Baptiſta Sandorlinus, cnius
filius Angelus fuit vulneratus a dictis Anrelio
& Santino, petit, ſeu prætendit ſibi reſarciri de
bere expenſas, & damna, quas fecit in medici-
nis, & ſanando filium, & quæ paſſus eſt, dum
æger fuit, & infirmus. Contra vero prætendũt
dictus Santinus, & Aurelius, velnt liberati a
prædictis, ac inſuper à pœnis, quæ per ſtatu
ta prædicta ex vulneribus applicantur parti of
fenſæ. Et hoc vigore inſtrumenti pacis nouiter
33 inter eos celebrati de anno 1560. † & pro ipſis
facit qđ inquit Alex. in l.ſi tibi. §. quædã.ff.de
pac.ubi dicit ꝙ ſi nerba remiſſionis ita lata ſint,
qđ ultra iniuriã remitterẽtur deuaſtationes, &
expul

expulſiones, tunc cenſentur remiſſa damna, ut
34 dicta verba aliquid operentur, † ſicutetiam
quando quis dicit ſe facere plenam remiſſio-
nem, dicuntur damna remiſſa, & actio in-
iuriarum, vt idem Alexand. & Iaſ. ibidem
tradit poſt Bald. in capitulo primo, §. iniuria,
nume. 7. de pace iuram. firman. & Rom. in l. 1.
n. 7. ff. ad Sill. Sed in propoſito noſtro facta fuit
pax, & remiſſio inuicem deomnibus, & ſingu
lis, ac quibuſcunque rixis, rancoribus, di-
ſcordiis, & iniuriis, vulneribus, violentiis,
& homicidiis, furtis, incendiis, & rapinis,
ac de omnibus, & quibuſcunque generibus
iniuriarum, per vnam partem alteri illatarum
vſque in illam præſentem diem, & tam in per
ſonis, & contra perſonas, quam in bonis, &
contra bona cuiuslibet ipſarum partium, quo-
modolibet, quomodocunque, & qualiter-
cunque, & ex quacunque ratione, uel cau-
35 ſa, quæ dici, vel excogitari poſſit. † per quæ
verba abſolutio remiſſioque pleniſſima facta
videtur, ſicque perpendit Alexand. conſil.
10. viſo, ac vt oportet conſiderato, columna
ſecunda, & tertia, volumine ſecundo, vbi con
ſiderat, quod ex quo facta fuerat abſolutio per
quandam Bertam ab omni eo, quod ipſa pe-
tere poſſet occaſione dotis, & ex aliis cauſis nar
ratis, deinde ſubiũxerat, & alia quacunque ra-
tione, vel cauſa vſque in præſentem diem: vti
que talis clauſula non poterat ad ſpecificata
referri, ſed ad alias obligationes non ſpecifi-
catas. l. doli clauſula, ff. de uerborum oblig. Et
cum rurſus dictum fuiſſet, & ad quæcunque
cognita, & incognita, clarum erat quod partes
enumeratæ per ipſas partes, non erant ipſis
partibus incognitæ, cum de illis expreſſam mẽ
tionem feciſſent, l. Labeo, verſiculo, idem Tu
bero. ff. de ſupel. lega. ergo intentio partium
fuit abſolutionem facere etiam à partibus non
ſpecificatis. Ideoque includitur obligatio capi
36 talis, de quo loqitur Alexand. ibi. † Similẽ-
que caſum tradit Corn. conſilio 6. columna
ſecunda, volumine primo, conſiderans quieta
tionem eſſe generaliſſimam ex verbis amplis
& geminatis, quæ ad ſpecificata non reſtringe
bantur, vt ibi per eum, ſic igitur etiam in ca-
ſu noſtro dicendum eſt, ubi verba fuerunt u-
niuerſalia, & geminata, quibus abſolutio tra-
hitur ad iura incognita, & incogitata, ut e-
tiam late deducit Crauc. conſilio 227. numero
13. & cum potiſſime dictum fuerit. Et alia quæ
quomodolibet dici, uel excogitari poſſet, quę
verba, ſalua ratione recti ſermonis, non poſ-
ſunt reſtringi ad iniuriam ſolum, ſed ad om-
nia alia referuntur, quæ cogitari poſſunt, &
ſic etiam ad damna, & intereſſe propter di-
cta uulnera, ſiue iniuriam paſſam, iuxta not.
per omnes in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.
37 & in l. ſi de certa. C. de tranſactio. † Secun
do principaliter confirmatur hæc conclu-
ſio, nam contrahentes fecerunt hanc remiſ-
ſionem generalem, ſalua tamen pœna pacis
ruptæ, de qua in priori inſtrumento, quæ
exceptio dictæ pœnæ pacis ruptæ firmat ab-
ſolutionem in omnibus aliis, ſicut exceptio fir
mat regulam in caſibus non exceptis. Bartol.
in l. quæſitum. §. denique ff. de fund. inſtr. Dec.
in l. prima, numero 17. ff. de regul. iur. & cum
nihil aliud reſeruauerint, videntur voluiſſe
comprehendere omnia alia in dicta remiſſio-
ne, prout in ſimili tradit Pariſ. conſilio 16.
numero 7. volumine primo. Tertiò, & ultimò
res uidetur eſſe extra omnem difficultatem,
cum partes caſſauerint, & annullauerint om
nes, & ſingulas querelas, denunciationes,
accuſas, atque proceſſus, quaſcunque, & quo
ſcunque, promittentes quod ſuper eis hacte
nus factis, datis, & porrectis, uel quæ dari, &
porrigi poſſent coram quibuſcunque iudici-
bus, & officialibus, ſeu magiſtratibus occa-
ſione præmiſſorum non procedent. Ex qui-
bus uerbis dicitur facta remiſſio etiam damno
rum, quæ ueniunt occaſione uulnerum: nã
cum ſupra facta fuerit pax de uulneribus, &
ptes promiſerint, quod non procederent ſu-
per proceſſibus factis occaſione præmiſſorum
& ſic cauſa dictorum uulnerum, & tales pro-
ceſſus caſſauerint, non poteſt agi ad dicta dã
na, uel intereſſe, ueniendo contra promiſſio-
nem propriam, & reſuſcitando proceſſum iam
finitum, & caſſatum. Sequitur ergo concluſio ꝙ
dictus Santinus, & Aurelius veniant in hoc ab
ſoluendi, ueluti per dictam remiſſionem iam li
38 berati, ut ſupra patet. † In contrarium uerò ꝓ
Sandrolino facit quod remittens iniuriam, nõ
cenſetur remittere damna, & intereſſe, ut tra-
dit Bald. in d. §. quædam, & in l. ſi domus. ff. de
ſeruit. urb. prædio. & conſi. 394. columna finali
uolum. 3. in antiquis. Boer. deciſ. 52. num. 6. A-
lexan. conſi. 189. nume. 7. uol. 6. Idque etiã pro-
cedit in principe, qui remittendo iniuriam, nõ
cẽſetur dãna, aut intereſſe remittere, ſed actio
nem tãtum ad uindictam Crauc. conſilio 119.
39 colum. 2. † Idque procedit etiam quod pro
remiſſione iniuriæ pecuniam receperit, nam
non ob id extẽditur ad intereſſe, ut tradit Spe
cul. in tit. de accu. §. 1. uerſicu. quid ſi. ſequitur
Abb. in cap. primo, num. 7. de iniur. & dam. da.
40 † immo uerò dato quod quis remittat iniu-
rias, expulſiones & deuaſtationes, non uide
tur remittere damna, & intereſſe, ut ſubdit
Bald. ibi poſt Dyn. ſequitur Alexand. conſilio
20. columna ſecunda, uolumine quinto, licet
41 ipſe contrarium dicat in dicto §. quædam. † mo
tus ut verba aliquid operentur, & malè. ſatis
enim operantur, quia remittendo iniuriam tã
tum, poterat intelligi de uerbali & facti, §. in-
iuria. Inſtitutio. de iniur. Aretin. in tracta. de
maleſi. in uerbo, uerba iniurioſa ad finem nu
mero 18. Ioannes de Ana. conſilio 46. nume-
ro ſexto, uolumine primo criminalium. Vn-
de cum dubia eſſent uerba, ueniebant inter
pretanda contra ſe fundantem in eis, puta de
verbali, ſi prætendebat illam etiam facti re
miſſam. l. ueteribus. ff. de pac. & tradit ipſemet
Alex. in d. §. quædam. colum. 1. ꝙ cum uerba re

miſſionis iniuriæ dubia ſint, cum poſſint referri ad remiſſionem actionis iniuriarum, item odii, & rancoris, fieri debet interpretatio contra ſe fundantem in eis, meritò ſubiiciendo remiſſionem etiam expulſionum, & deuaſtationum, uerba operantur reſpectu iniuriæ facti: ſed non inde fit, quòd damna, & intereſſe inde cauſata cenſeantur remiſſa. Vnde iure merito Bal. in d §. quædã. ſubdit quod ſis bene cautus, ut facias tibi remitti damna, & intereſſe, ſi uis, quod plena ſit remiſſio. At in propoſito noſtro, nõ legitur in inſtrumẽto, qđ Sandrolinus remiſerit prædictis, uel alteri pro eis agenti damna, & intereſſe, pœnaſque ſtatutorum ex uulneribus, meritò ius eius inconcuſ-
42 ſum vr̃ adhuc remanere. † Secundò cõfirmatur hæc concluſio, namque in primo inſtrumẽto pacis, partes ſibi inuicem promiſerunt cum iuramento reficere intereſſe, & expenſas in cauſa contrauentionis. Quo ſtante ſequitur, quod in generali renunciatione, aut remiſſione facta in ſecundo inſtrumẽto, de quo agitur, nõ intelligitur derogatum illi conuentioni iuratę, & pœnali. & ſi dictum fuiſſet non obſtantibus quibuſcunque pactis, uel capitulis, ut eſt gl. reputata ſingularis in clemen. dudum. §. pen. uer ſicu. pacta. de ſepul. quam ſequitur Iaſ. ita de re-
43 miſſione loquens, conſi. 173. col. pen. vol. 4. † id latè confirmãs, nam ſi papa, uel Imperator, aut ſtatuentes per uerba quantumcunque generalia, & geminata non intelligunt derogare diſpoſitioni iuratæ, per deciſiones quas allegat Iaſon, quanto minus priuatæ perſonæ, l. nõ eſt ſingulis, ff. de reg. iur. & ſic hoc fundamentum
44 uidetur multum concludere. † Tertiò accedit, quod in generali remiſſione non uenit illud quod quis ſpecialiter non eſſet remiſſurus, l. tres fratres. ff. de pact. l. uxorem. §. fœliciſſimo. ff. de lega. 3. quæ iura ad hoc allegat Ange. in l. obligatione generali. ff. de pigno. ſequitur Marſil. conſi. 21. nu. 50. ſed non eſt ueriſimile quod in ſpecie Sandrolinus fuiſſet remiſſurus expenſas, quas fecit in medicinis, medicis, & ſalute filii, cæteraque damna per eum paſſa cum maximo eius incommodo, & familiæ ſuæ, meritò nec ſub dicta remiſſione generali prædicta uenire & includi dẽnt. Et tenẽdo hãc partẽ, contrariis reſpondeo, & ad primũ de uerbis generalibus, & geminatis dico, quod ſi bene conſiderentur, loquũtur de rixis, uulneribus, & aliis delictis partium, de quibus eſt facta pax, & remiſſio, meritò nõ porriguntur ad damna, & intereſſe ab eis diuiſa ſecundũ Bal. & alios in d. §. quædam. Eodemq́, modo debet intelligi clauſula generalis caſſationis, & annullationis querelarum, denunciationum, accuſarum, & proceſſuum: nam referri debet ad delicta ſupra memorata, de quibus querelæ, denunciationes, accuſæ, & proceſſus eſſent datæ, factæ, uel porre-
45 ctæ, aut dari, fieri, uel porrigi cõtingeret. † Ex quo ſalua ratione recti ſermonis, ita referri poſſunt. l. ſi de certa. ubi omnes. C. de tranſ. & l. Aquiliana. ubi Caſtrenſ. & alii. ff. eod. Alex. conſi. 117. uolu. 1. & Pariſ. conſi. 20. nu. 78. uolu. 1. Et hoc inſuper comprobatur nam, poſt factam pacem, & remiſſionem ſuper dictis delictis, & in-
46 iuriis ſubiungitur. † Et propterea caſſarũt omnes querelas &c. quæ uerba ueniunt illatiuè ex præcedentibus, ergo debent intelligi quod caſſarunt querelas, & proceſſus emanatos ſup dictis delictis, non autem ſuper damnis, & intereſſe, quia illatio non fit bona ex ſeparatis, l. Papinianus exuli. ff. de minor. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 22. ff. de acquir. poſ. Immo uero magis hoc declararũt, dicẽtes: promittentes ꝙ ſuper querelis, proceſſibus &c. occaſione præmiſſorum non procedent, & ſic occaſione dictorum delictorũ emanatis, ſecus ergo occaſione damnorum, & intereſſe. Nec illa uerba ſuperius poſita, aut aliter, quomodolibet, quomodocunque, & qualitercunque, & ex quacunque ratione, uel cã quæ dici, uel excogitari poſſit, quicquam repugnant: quia adiecta fuerunt pacto inuicem facto, de ulterius non iniuriando, aut offendendo, neque iniuriari aut offendi faciendo per ſe, uel alios, directè, uel indirectè, uerbo uel opere, tacitè, uel expreſſè, aut aliter &c. Vnde non patiuntur intelligentiam, ꝙ ex illis damna & intereſſe ſint remiſſa, de qui-
47 bus nil dictum fuit. † clauſula enim in contextu alicuius capituli acceſſoriè poſita reſtringitur ad illud. Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. Alexan. in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſ. om. iud.
48 Abb. Dec. & alii in c. 2. requiris. de appella. † & ex his ceſsat conſilium decimum Alexandri uolum. ſecundo, & Corn. 6. uolu. primo, quia uerba nõ erant in caſu ſuo reſtricta prout hic, meritò latè patent ibi, hic ſecus, cum renunciatio limitata ad unam cauſam ad alia non extenditur, ueluti ſtricti iuris, ut latè per Craue. conſi. 242. colum. pen. Dominus meus Riminal. cõ-
49 ſi. 249. num. 22. cum ſimilibus. † Ad ſecundum uerò reſpondetur, quod licet exceptio confirmet regulam in caſibus non exceptis, nõ tamẽ operatur quod regula extendatur ad ea, quæ alias non facta exceptione ſub regula non fuiſſent comprehenſa, l. generali. §. uxori. ubi Bartol. ff. de uſuf. lega. Dec. in d. l. 1. nume. 28. ff. de reg. iur. Dominus meus Rimi. conſilio 518. numero 34. At ſub uerbis ſupra narratis ad incluſionẽ eorum, quæ remittuntur, poſitis, non cõprehenduntur damna, & intereſſe, ut ſupra demonſtraui, ergo nec per talem exceptionẽ intelliguntur comprehenſa, & ita ſecundum motiuum reſoluitur. Ad tertium iam ſupra reſponſum patet, quod caſsatio querelarum, denunciarum, & proceſsuum, facta fuit occaſione præmiſsorum, hoc eſt iniuriarum, rixarum, furtorum, homicidiorum, vulnerum, & id genus delictorum ſuperius expreſsorum, ſed non inde infertur ad caſsationem damnorum & intereſse, nec etiam proceſsuum ſuper eis factorum. Et ita tandem concludo in hoc, & aliis quæſitis à me pro ueritate decidendis. Vnde ſententia ferenda eſt, quòd pax ſit rupta ad præiudiciũ Hippolyti de Allerio

rio, ob vulnera illata in perſonam Angeli Sandrolini, per Aurelium, & Santinum, de quibus in cauſa. Et dictus Hippolytus condemnãdus eſt ad pœnam pacis ruptæ, videlicet ad ſcutos ducentos, applicandos pro dimidia Cameræ Illuſt. Domi. Comitum, & pro altera dimidia parti læſæ. Rurſus condemnandi ſunt dictus Aurelius, & Santinus ad omnia damna, & intereſſe paſſa per dictum Angelum, ſeu eius patrem occaſione dictorum vulnerũ dicto Angelo illatorum, & poſtremò condemnandi ſunt ad pœnas ſtatutorum pro uulneribus illatis dicto Angelo, in & per modum, prout Dominus Poteſtas Sauignani iudicauit. Cuius ſententia poterit in omnibus, & per omnia confirmari. Poſtremoque dictus Hippolytus Aurelius, & Santinus erunt condemnandi in expenſis ſalarii mei, pro rata eos contingente, videlicet dictus Hippolytus pro ſcutis ducentis prędictis, Pro reſiduo verò dicti Aurelius & Santinus.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

---

## Pro Illuſtri Comite Ioanne Baptiſta Sacrato.

### ARGVMENTVM.

Quando dicatur impletum, ut agi poſſit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pecunia peti poteſt, quando uenit dies.*
2 *Cauſa finalis colligitur ex proœmio.*
3 *Agere uolens debet perfecte impleuiſſe pro parte ſua.*
*Nec ſufficit partis implementum. 10.*
4 *Conſtituens ſe poſſidere, non liberatur ab actuali traditione. 5.*
*Et eſt communis opi. 6.*
*Maximè adiectis uerbis, donec quis habuerit liberam poſſeſſionem. 7.*
7 *Contractus rei litigioſæ nullus.*
8 *Inſtrumenti nulli executio non datur.*
11 *Emptor parte pretii ſoluta, non poteſt conſequi partem rei inuito debitore.*
12 *Abſolutus generaliter an dicatur abſolutus à traditione effectuali poſſeſſionis.*
13 *Incorporalia non recipiunt traditionem.*
14 *Exceptio declarat regulam.*

### CONSILIVM CIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR an inſtrumenta celebrata inter Illuſtrem, & magnificum Com. Ioan. Baptiſtã Sacratum & honeſtã D. Lauram de Ioculis, ſuper ſcutis 2000. per cũ ſibi promiſſis in terminis præfixis pro ceſſione vſusfructus bonorum per eam tunc poſſeſſorũ, mereantur executionem pro primo termino iã decurſo, in feſto ſancti Michaelis anni 1560.
1 † Et prima conſideratione dicẽdum videtur quod ſic, cum enim uenerit dies ſolutioni præfixa, pecunia peti poteſt. l. cedere diẽ. ff. de verbo. ſig. §. omnis. Inſti. de uerb. oblig. cum uulg. Contrarium tamen uerius puto, nam promiſit ipſe dictas pecunias, ea de cauſa, vt citius quam
2 fieri poſſet, inciperet frui dictis bonis, † eaque cauſa fuit finalis, velut in proœmio poſita ipſius inſtrumenti, iuxta not. per Bar. Imol. & alios in l. fi. ff. de hęr. inſtit. meritò ea ceſſante, debuit ac debet obligatio ſoluendi pecunias ceſſare, vt per Soci. conſi. 31. col. pen. verſic. quarto etiam probatur, vol. 1. Tiraquel. in trac. ceſſante cauſa prima parte, nu. 184. At vt mihi proponitur, hactenus Comes Ioannes Baptiſta non incœpit frui dictis bonis, quorum cauſa promiſit dictas pecunias ſoluere Dominæ Lauræ, cũ pars eorũ ſit penes Flaſcos, uelut heredes Comitis Antonii Sacrati, pars uerò ſequeſtrata per magnificos Dominos de Signatura: quæ verò obtinuit in iudicio contra Comitem Petrum Mariam Sacratum non ab ea recepit, ſed aliunde. ergo ceſſante cauſa fruendi dictis bonis, propter quam ſe obligauit dictus Comes Ioannes Baptiſta, teneri non debet in præſentiarum ad
3 ſolutionem dictarum pecuniarum † Confirmatur, quoniam in iſtis contractibus correſpectiuis, & ultro citroque obligatoriis, agere uolens ex contractu, debet adimpleuiſſe primò cõtractum perfecte, pro parte ſua, alioquin ſibi non competit actio. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. tradit Fulgoſ. Dec. & Dominus meus Riminaldus in l. filiæ licet. C. de collatio. idemque Rimin. conſil. 137. nume. 6. & conſil. 175. nume. 21. Dec. conſi. 421. nu. 7. Ancha. conſi. 332. Fortun. Garz. in l. iuriſgentium. in prin. ff. de pact. Rube. conſi. 30. colum. fina. Salic. in l. legem. in fi. C. de pact. cum ſimi. meritò non ſecuto implemento perfecte pro parte Dominæ Lauræ, agere non poteſt cum effectu. † Et
4 licet in inſtrumento dicta Domina Laura præter ceſſionem poſſeſſionis vſusfructus factam Comiti Ioanni Baptiſtæ, conſtituerit ſe dictam poſſeſſionem, & uſumfructum tenere, & poſſidere nomine dicti Comitis Ioannis Baptiſtæ, donec ingreſſus fuerit tenutam, & corporalem poſſeſſionem illius, quo conſtituto res, & bona prò traditis reputantur, ſic ut Domina Laura liberata cenſeatur, nec amplius tradere teneatur, ut per glo. Bartol. Bald. Salycet. & alios in l. ab emptione. ff. de pactis. Bald. conſilio 482. uolumine ſecundo, & in l. traditionibus, in principio. C. de pactis. Alexander in l. Pomponius. §. ſi is qui, columna tertia, ff. de acquirenda poſſeſſione cum multis aliis cõcordantibus à Tiraquello cumulatis, in tract. de conſti. 1. parte, nu. 7. † Attamẽ
5 hoc ſane venit intelligendum, quod ipſa dicatur liberata à traditione iuris, non tamẽ a tradi

tione facta.ſ.ab actuali, ſiue reali poſſeſſione,
ſiue mauis detentatione, quam & ipſa tenetur
tradere,non obſtante conſtitutio. ita voluerũt
Bald.Ang.& Caſtr.iu d.l.ab emptione. Caſtr.
in l.Iulianus.§.ex vendito.ante fi.ff.de act.em-
6 pt. † Alex.qui dicit hãc eſſe cõmunem conſi.
27.col.2.vol.2.viſo,& præhabito. Corn.conſi-
lio 343.col. 3.vol.1.Dec.conſil.281.nu.3.col.2.
conſi.509.Ruin.conſi.94.col.1.vol.1.Tiraque.
7 in d.tract.de conſt.1.parte nu.10. † Tantoque
magis id procedit,quod ipſa Domina Laura p̃
ter conſtitutum adiunxit, & quouſque dictus
Comes Ioannes Baptiſta habuerit poſſeſſionẽ
liberam,& expeditam.Quibus verbis ſic ſtanti
bus,non fuit liberata per conſtitutum,cum te-
neatur realem,liberam, & vacuam poſſeſſionẽ
tradere,ne illa uerba ſint ſuperflua,vt p Corn.
d.conſi.343.col.3.Ruin.d.conſi.94.col.1,Dec.
d.conſi.281 .col.2.Tiraquel.loco citato, num.
11.Et cum prædictis etiam concordat D.meus
8 Riminal.conſi.89.col.2. † plus vnum addens
maxime conferens huic rei,quod eum tempo-
re dicti contractus,poſſeſſio eſſet litigioſa, qa
de ea erat lata ſentẽtia in fauorẽ alterius, talis
contractus fuit nullus, & omnia inſtrumenta
ſuper inde confecta,l.fi.C.de litigio. ita quod
agenti ex tali inſtrumento,tanquam nullo,ob
9 ſtat exceptio nullitatis. † Nam executio etiã
inducta ex forma ſtatuti, non habet locum in
inſtrumento nullo,ut per Bar.& alios in l.4.§.
condemnatum.ff.de re iudic. Sic enim dici po-
teſt in caſu noſtro,in quo liš pẽdebat inter Do
minam Lauram & Comitem Petrum Mariam
Sacratum,tempore quo ipſa fecit dictam ceſſio
nem Comiti Ioanni Baptiſtæ,unde ex tali con
tractu nullo,non poteſt ipſa niti, & agere con-
tra ipſum Gomitem Ioannem Baptiſtam ad pe
10 cunias ſibi promiſſas. † Et quemadmodum
non poteſt Domina Laura integras pecunias
primi termini petere,quia integra bona non
habuit Comes Ioannes Baptiſta,ita nec pro ra
ta rerum habitarum,ſi quas actualiter habuit,
pecunias petere poteſt dicta Domina Laura,in
uito ipſo Comite Ioanne Baptiſta. Deciſio eſt
in caſu è conuerſo Pauli de Caſtro, in.l.Iulia-
11 nus.§.offerri.ff.de act.emp. † ubi dicit quod
ſi vnus ex hærẽdibus emptoris offert partem
pretii ipſum tangentem, non tamen conſequi-
tur partem rei inuito debitore. Sic igitur e con
tra dicamus in caſu noſtro,quod eſto millies,
quod Domina Laura conſignaſſet effectualiter
Comiti Ioanni Baptiſtæ partem poſſeſſionis
bonorum de quibus agitur, non tamen poſſit
conſequi ratam pecuniarum tangentem dictas
res particulares inuito ipſo Comite Ioanne Ba
ptiſta,ut contrariorum eadem ſit diſciplina.&
prout de uno ad alium Caſtren. Sali. & alii ar-
guunt ibi.integrum enim,& perpetuum imple
mentum eſſe debet ex parte agentis,ut per om
12 nes ibidem. † Nec unum prædictis obſtat,qđ
Domina Laura uideatur abſoluta in ampla for
ma ab omnibus contentis in primo inſtrumen
to,& ſic etiam à traditione effectuali poſſeſſio-
nis dictarum rerum, ut in liberatione genera-
li in inſtrumento tranſactionis proprie tradit
Alexand.conſi.10. uiſo, & ut oportet conſi-
derato, columna 2. uolumi.1. Ioan. de Ana.
conſi.12.nu.23.cum ſimil. Namque dicta abſo-
lutio Comitis Ioannis Baptiſtæ,fuit ab omni-
bus & ſingulis rebus ſibi promiſſis in dicto in-
ſtrumẽto,& etiam à bonis mobilibus, & ſe mo
uentibus,non contentis in eo,ex eo quia con-
feſſus fuit,ſe integre ſolutum & ſatisfactum ab
13 ea. † Quæ uerba utique non cõueniunt actua
li traditioni poſſeſſionis bonorum, de quibus a
gitur,ſed mobilibus,animalibus,& aliis per eã
promiſſis in dicto inſtrumento, quæ bene tra-
ditionem recipiebant, non autem poſſeſſio, uel
uſusfructus,quæ uelut incorporalia, & in iure
conſiſtentia,§.1.Inſtit.de rebus corpor.eam nõ
recipiebant, ſed quaſi traditionem mediante
patientia.l.ſeruus.§.incorporales.iun.glo.ff.de
acqui.rer.domi.Quod etiam comprobatur per
exceptionem factam per eum,de donatis, & di
miſſis Dominæ Lauræ in dicto inſtrumento,
quæ mobilia erant, ut torques,currus,equi, pe
14 cuniæ,& id genus. † Exceptio nanque decla-
rat regulã,de quo loquatur. l.1. ubi Dec.& Ca
gnol.ff.de reg.iur.nempe de ſimili, non autem
diuerſo.& ita breuiter concludo pro Comite
Baptiſta,dicta inſtrumenta non fuiſſe, nec eſſe
exequenda, nondum adepta per eum actuali
poſſeſſione rerum,de quibus agitur.

*Hippolytus Riminal. Ferra.*

---

## Pro Illuſtriſſimo D.Sigiſmõdo ,& con ſortibus de Gonzagis.

### ARGVMENTVM.

De inſtrumento ſemel dato amplius non dando, quando fides ſcripturæ non detur, & alia præclara.

### *SVMMARIVM.*

*1 Diſpoſitio hominis de unico actu tãtum intelligitur.*
*Quæ regula in omni diſpoſitione ſeruatur.2.*
*Et in omni materia.3.*
*4 Gratia ſuper beneficio,de primo intelligitur.*
*5 Papa delegans quem ad aſſentiendum alienationi uel conceſſioni in emphiteoſi, intelligitur de primo conſenſu.*
*6 Exemplum præſumitur datum in publicam formã.*
*Et ſumi poteſt ex protocollo notarij mortui.7.*
*Et ex originalibus.11.*
*8 Exceptio dicitur reiecta per proceſſũ ad ulteriora.*
*Priuilegio uidetur renũciaſſe utẽs iure communi.*
*10 Renunciantī nõ datur regreſſus ad ius renũciatũ.*
*12 Exemplũ ſumi non poteſt ſi non conſtat de exẽplari.*
*Nec eo caſu fidem facit inſtrumentum.13.*
*14 Exemplum exempli nunquam probat.*

*Locus*

15 *Pocus attenditur circa fidem inſtrumenti.*
16 *Præſumptio ſubeſt pro notario.*
17 *Veriſimile attenditur in probationibus.*
18 *Pater non debet unum filium primignum facere,& alios legitimos & naturales.*
19 *Volo relinquere,non inducit diſpoſitionem.*
20 *Tractatus & præordinatio non attenditur etiam inter filios.*
21 *Scriptum carens ſaltem duobus teſtibus, non attenditur etiam inter filios.*
22 *Cancellatio in dubio præſumitur conſultò facta:*
23 *Dubia probatio non concludit.*

## CONSILIVM CV.

*Auxilium meum à Domino.*

ALIAS ſereniſſimus Imperator Fer
dinandus ſcripſit Excellẽtiſſimo
Principi noſtro delegato per eũ,
in cã vertẽte inter Illuſtr. D.Si-
giſmũdũ & cõſortes de Gõzagis,
& Illuſtres Comites de Gãbara ſuꝑ caſtro Ve
ſcouati,ꝙ cãm in ſuſpẽſo tãdiu teneret, donec
codicilli in effectu Illuſtriſſimi quondã Ioãnis
Gõzagæ ꝑtinentes ad cauſam fuiſſent exhibiti
& dictis Comitibus dati in publicã formã. Vn
de nũc opponit ꝓcurator d.Comitũ ſuꝑſederi
in dicta cã donec prædicta fuerint celebrata.
Quæritur ergo nunquid magnifici D. Ducalis
ſignaturæ cõſiliarii ſubdelegati per eius Excel
lẽtiã ſint iudices in cognoſcẽdo, nunquid d.co
dicilli ſint exhibendi dictiſque Comitibus tra-
dendi. Secundò quatenus eſſent in hoc iudices
quomodo & qua forma ſint dãdi dictis Comi-
tibus. Circa primum dr̄ dictos Excellẽtiſſimos
ſubdelegatos ſuper hac cognitione non eſſe iu-
dices nec ſe intromittere debere, namque fue-
runt alias eis exhibiti codicilli huc tranſmiſſi ꝑ
notarium Mãtuę Ser Aureliũ de Philippinis,&
eorum fuit traditum exẽplũ Domino Michae-
li Põte agẽti d.Comitum per d. Notariũ vt in
1 proceſſu † quare cũ fuerit ex his ſatis factum ſe
mel literis Imperatoris, nõ eſt hoc vlterius re-
petẽdũ, nã diſpoſitio hominis de primo atque
vnico caſu dẽt intelligi.l.boues.§.hoc ſermone,
ff.de verb.ſigni.l.cũ pater.§.pater certam.ff.de
2 leg.2.& ibi not.Bar.& Imol. † quã regulã dicit
Alexand.in omni diſpoſitione ſeruari debere.
cõſi.15.breuiter in caſu præmiſſo,col.2 num.9.
3 vol.4.Cur.iu.conſi.132.col.1. † & in omni ma-
teria Iaſ.cõſi.36.col.fi.vol.3.late Tiraqu. in d.§.
hoc ſermone.in prin.poſt Fel.in c.2.de treug.&
pa.& Iaſ.in l.in duobus.§.ſi ei qui,col.1.& 2. ff.
de iurein.& in l.diuortio,ff.ſol.ma.§.qui in an
4 no. † ſine gratia alicui à ſede Apoſtolica cõceſ
ſa ſuper prouiſione præbendæ dignitatis vel ꝑ
ſonatus, aut alterius beneficii, de primo intelli-
gitur, gl.in c.ne captãdæ.in uerbo, cauſa ſubſit,
5 de conceſſ præb.lib.6. † & ſi quẽpiã Papa dele-
gauerit ad aſſentien.alienationi, uel cõceſſioni
emphiteoſis alicuius rei eccleſiaſticæ, intelligi-
tur de uno rãtũ,& primo cõſenſu, ut tradit A-
lex.cõſi.18.lecto & diſcuſſo,col.4.uer.& quam
uis, uol.3.ſequit̃ Iaſ.in d.l.diuortio,§.qui in an
no.co.3.ff.ſol.ma.& in l.duobus.§.ſi ei qui.col.
2.ff.de iureiur.& in d.conſi.36.col.fi.uol.3.Tira
quel.in d.§.hoc ſermone, nu.120.quare cum ſe
mel magnifici ſubdelegati ſcripſerint Mãtuam
ſenatoribus Illuſtriſſimi Ducis, vt trãſmitterẽt
d.codicillos, illique Notarium cum eis tranſmi
ſerint, illiſque uiſis & exhibitis datum fuerit eo
rum exẽplum parti, adimpletæ ſunt literæ Cæ
ſareæ Maieſtatis, nec ulterius cã in ſuſpẽſo ſta
re dẽt, nec clariſſimi ſubdelegati ſuper hoc am-
6 plius ſe intromittere dẽnt, † nec dici dẽt illud
exẽplum datũ nõ ſufficere, cum nõ fuerit datũ
ĩ publicã formã, ut mãdãt litera Ferdinãdi: q̃a
licet acta nõ dicãt hoc expſſe, pſumit̃ tñ factũ,
& ſic intelligi dẽtur in potẽtiori ſignificato.l.1.
7 §.qui in ꝑpetuum.ff.ſi ag.uect. † Secundò cum
Notarius qui dr̄ rogatus de d. codicillis mor-
tuus fuerit, utique potuit ex eius protocollo e-
xẽplum ſumi, quod habetur ꝓ inſtrumẽto pu-
blico & authẽtico, ut tradit Bart.in l.1.§.ſi quis
in duobus.ff.de bon.poſſ.ſec.tab. idque tanto
magis cum d. Notario cõmiſſum fuerit officiũ
Notarii mortui ꝑ pfectum archiui Mãtuæ in-
ſtrumẽtorum huc portãdi ꝓtocollum & dandi
exẽplum petẽtibus, quo caſu ꝓbat ſecundum
Bar. ibi,& clarius per Dec.in auth.ſi quis in ali
8 quo.n.26.C.de eden. † Secundò cõfirmat̃ hæc
opi.nã poſt pdicta dicti ſubdelegati ꝓceſſerunt
ad ulteriora capitula, teſtes,& alia admittendo
quæ merita reſpiciebant: quo ſtante dicun-
tur facilè reiecisse partis exceptionẽ, quod eſſet
ſuꝑſederi, donec eſſent exhibiti d.codicilli, &
dati in publica forma,& ſuper ea pronuntiaſſe:
cum enim prius de dicta exceptione fuiſſet co-
gnitum,& ſeu ſaltem tantum temporis tranſi-
uerit, ꝙ de illa cognoſci potuit, per proceſſum
ad ulteriora dicitur tacite reiecta, & ſuper ea ꝓ
nuntiatum, primum declarat Bar. in l.à proce-
dente.C.de dilat.& ibidem Alex.in addit. An
ge.in l.2.ff.ſi quis in ius uoca. conſi.217.col.3.
Caſtr.cõſi.25.uer. interdum in antiquis. ſecun
dum uerò Peruſinus in c.ex parte 2. uerſi. ali-
9 quando & 4.de appellati. † Tertiò pars aduerſa
quoq; fuit illa quæ proceſſit ĩ cauſa producẽdo
capitula, teſtes,& alia faciendo, de quibus in to
to proceſſu; quo ſtante uſ renuntiaſſe d. literis
mandantibus ſuperſederi in cauſa, procedẽdo
ulterius contra d.literarum tenorẽ. ſicut.n.dr̄
quis renunciare cõſuetudini faciẽdo actum cõ
trarium illi,& renunciare priuilegio ut ex iu-
re communi.l.fi.C.de pac.dot.Oldr.conſil.101.
col.1.Craue.conſi.96.ad fi. pari modo dicitur
pars aduerſa renunciaſſe d.literis in cauſa pro-
10 cedendo ad ulteriora, † merito non põt am-
plius ad ius renunciatum redire, hoc eſt ad d.
literas, & ex illis petere d. codicillos exhiberi
& ſibi dari in publica forma, nec interim pro-
cedi.l.quæritur.§.ſi uenditor.ff.de ædil. edic.
l.poſtquam liti.C.de pact.cum ſimilibus per
Craue.conſi.14.nume.4.col.2. Circa ſecundũ,
quatenus uideretur oĩno pdictis Do. ſubdele-

gatis ſe interponere debere ſuper exhibitione
& exemplatione prædicta (quod tamē ex præ
dictis negatur) dicitur modum & formam in li-
teris imperialibus eſſe præſcriptam: narratur
.n. in eis ſupplic. d. Comitū qui dixerunt opus
hēre codicellis, neque eos à Notariis Mantua-
nis penes quos extāt obtinere potuiſſe, quare
petierunt ſibi conſuli. Vnde cōmittit impera-
tor cauſam ſtare in ſuſpenſo, donec à notariis
exhibiti fuerint, & parti editi in pub. formam,
& in executione d. literarum D. ſubdelegati ꝓ-
nuntiarunt, & declararunt faciendum eſſe ēt
exhibitionem originalium & ſchedarum ſcrip-
turarum petitarū ex aduerſo ſtatuerūtque ter
minum octo dierū partibus ad inſtādum Man
tuæ & requirēdum Notarium, penes quē ſunt
originalia & ſchedæ prædictæ, ut huc illas fer-
ret, vel mitteret, & ita huc illis allatis exemplum
earum traditū fuit parti per illum Notarium,
prout in proceſſu cōſtat, quare (meo iudicio)
11 petit quod intus habet pars aduerſa. † Et vbi
d. exemplum non habuiſſet, aut iterum dandū
ſit, non aliunde quàm ex d. originalibus illud
habere debuiſſet, nam ex originalibus & ſche-
dis exemplum ſumitur. l. 1. C. de fide inſtru. au-
thentica ſi quis in aliquo, C. de edend. Bart. in
l. Sēpronius Proculo, ff. de leg. 1. Dec. alios ci
tans in c. quoniam contra, not. 10 de prob. At
pars aduerſa per illum D. Michaelem ſeu agen
tem petiit alias ſibi dari codicillos in publicā
formam, iuxta copiam per eum, ut aſſeruit, ha-
bitam & exemplatā à quadam ſcriptura, ut ip-
ſe aſſeruit, exiſtente penes Boſignonū, quæ pe
titio quàm fuerit à iure extranea neminem
latet. aut enim petebat ille Michael ſibi dari
exēplum, iuxta tenorem originalis, unde ſum-
pta fuerat d. ſcriptura, & cum non conſtet unde
ſumpta fuerit dicta ſcriptura exiſtens penes Bo
12 ſignonū, à qua dicitur exēplata, d. copia. † cla-
rum eſt quòd inde exemplum ſumi non po-
terat, nam ſi deficit exemplar deficit exemplan
dum. l. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtr.
13 ubi Bal. & alii. † aut uerò petebat codicillos ſi-
bi dari ſumendos ex d. ſcriptura, & cum ei fides
adhibenda non eſſet: ubi enim non conſtat de
notulis & protocollis, a quibus dicitur leuatū
inſtrumentum, fidem non facit, d. authentica ſi
quis in aliquo Bar. & alii in l. ſi librarius, nume.
34. ff. de reg. iu. pari mō nec probare potuiſſent
14 codicilli inde ſumpti, † quoniā exemplum exē
pli nunquam probat, ut notat Ricar. Malumb.
Bal. & Alberi. in l. ſancimus. C. de diuer. reſer.
Dec. in c. 1. de fide inſtr. conſequens eſt ergo ꝙ
ſi codicilli dandi ſunt D. Aduerſariis, dentur
ſecundum ritus & mores ciuitatis Mātuæ: † nā
circa fidem inſtrumēti locus attenditur, in quo
confectum fuit. Bal. conſi. 179. inſtrumentū, uo-
lum. 3. Rocch. de Curte in tracta. de conſuetu.
nu. 774 Secundò quod dentur ſecundum ſcri
pturas originales repertas in rogitibus Ser Leo
nelli Comicei de illis rogati, prout obtulit maſ
ſarius, ſiue præfectus archiui Mātuæ ſe daturū,
videlicet cum illa apoſtilla in margine non ha-
buit locū, & hoc quidem pluribus rōnibus. Pri
mò, quoniā deprehenditur eadem manu ſcri-
ptus protocollus, & additio marginalis, quę ſcri
15 pturæ identitas arguit ſic eueniſſe, † quoniam
præſumptio iuris eſt pro Notario, adeoque li-
quidiſſimè conſtare debet de falſitate cōtra eū,
glo. & Doctores in d. l. iuriſgentiū. §. quod ferè.
ff de pact. Iaſ. in l. ſingularia, col. 20. ff. ſi cer. pe.
16 Craue. conſi. 75. nu. 8. † Secundò ſi legatum
illud habuiſſet locum in perſonam Illuſt. Do-
mini Alexandri, non contigiſſent in diuiſione
facta inter eum Illuſtrem D. Sigiſmondum &
Galeatiū frēs d. D. Sigiſmondo v. partes Veſco
uati, ſed illud præcipuum ſibi retinuiſſet Illu-
luſt. D. Alexander ſicut & Caſale maius ſibi re
lictum in teſtamento. Verum quia non habuit
locum d. legatum Veſcouati, ut in margine di
citur, remanſit ſub inſtitutione uniuerſali fa-
cta in teſtamento omnibus bonis &c. ad fauo-
rem omnium filiorum, meritò de illo Caſtro
fuit habita ratio in diuiſione & d. Illuſt. D. Sigiſ
17 mondo fuit aſſignatū. † & iſtud ueriſimile mul
tum debet attēdi, prout in probationibus fieri
conſueuit. Bal. in l. ſcripturę, col. 2. C. de fide in
ſtru. Dec. conſi. 100. col. 5. D. meus Riminal. con
ſi. 156. num. 14. Tertio, quia poſt legatum d. Ve
ſcouati aſcripti d. Illuſtr. Do. Alexandro ſcribi
tur & aliud ſecundogenito protonotario, ſicut
& aliud Illuſt. D. Sigiſmondo tertiogenito: de
inde dicitur, *Item laſcia all' Illuſtriſſ Signor Galea
tio quarto genito.* & nihil poſtmodum ſequitur,
quod ei relinquatur: quod ultimum denotat,
nec aliis filiis præmortuis aliquid effectualiter
fuiſſe relictum. ſic. n. ſeruaſſet inæqualitatē pa
ter inter eos, quod minimè dicendū eſt ſingulis
aliquid, quarto uerò genito nihil relinquendo
18 contra l. ut liberis. C. de colla. † & id quod tra
dit Ang. in §. illud quoque. in Auth. de nup. ꝙ
pater nō dēt unū filiū priuignū uel baſtardum
facere, & aliū legitimū & naturalē, ne inter fra
tres naſcatur inuidia, quæ dēt euitari. l. cū opor
tet in prin. C. de bon. quæ lib. ſequitur Dec. in
l. 1. C. unde lib. Dicamus igitur illos codicillos
nō habuiſſe locū, & ob id Illuſt. D. Galeatio nil
aſſignatū fuiſſe, quod fuiſſet, ſi locū habuiſſent
d. codicilli. Quartò, quia dr̄ in princ. *Memorie
delle infraſcritte coſe, quali l'Illuſt. Signor Gio-
uanni uuole eſſer poſte nel ſuo teſtamento, confirma
19 re lo teſtamento &c.* † nā uerbum volo, iunctum
cū verbo infiniti tēporis, ut volo reliquere, nō
inducit diſpoſitionē, vt tenēt cōtra Bar. Ang.
Imol. Caſt. Cuma. & Aret. cæterique magis cōi
ter, ut ibi refert Iaſ. in l. ſerui electione, ff. de le
20 ga. 1. † fuit igitur quidā tractatus, ſeu ꝓordina
tio ſic in futurū diſponēdi, poſtmodū nō execu
ta, nec inter filios quidē ſeruāda, ut tradit Dec.
cōſ. 488. col. 2. poſt Old. cōſ. 119. & alios, de q̄b.
21 per eū. † Quintò quia caret illa ſcriptura anno,
menſe, cæteriſque requiſitis ad inſtrm̄ de qui-
bus per Dec. in c. 1. de fide inſtr. demumque te
ſtibus, cū tn̄ ſaltē duo requirātur in ultima uo
luntate patris inter filios. gl. in l. ſi. C. de codic.
Bal. Sal. & Fulg. in auth. quod ſine. C. de teſta.
Ang.

Ang.Caſtr.& Iaſ.in l.hac cõſultiſſima. §. ex im
perfecto, n.6.co.tit.Sextò quia nedũ reperitur
22 in margine d.additio, † ſed ẽt cãcellatio legati
d.Caſtri Veſcouati, q̃ pſumit in dubio cõſultò
facta,& de uoluntate d.Illuſtriſſimi Domini Io
annis, ut tradit Angel.& Corn. de mente glo.
& aliorum in l.ſi unus. C.de teſta.& plenius cõ
firmat Alexand.conſi. 14. colum. 3. uolum. 6.
Pariſ.conſi.28.nume.45.uolum.2.igitur ex præ
dictis bene uerificatur, quòd illa ſcriptura non
habuerit locum,ut in in margine reperitur an-
notatum: & caſu quo de illa ſit dandum exem-
plum, dandum ſit cum illa aditione. Nec ob-
ſtat ut audio diuiſio facta inter dictum Illuſtr.
D.Sigiſmondum & fratres, in qua renuntiant
fideicommiſſo non obſtante teſtamento, & co-
dicillis paternis: hinc enim ſupponitur codicil-
los habuiſſe locum, prout ex aduerſo arguitur:
23 † namq́ue cum plures proponantur codicil-
li,dubia redditur talis argumentatio. l. 2. cum
ibi not. ff. de lib. & poſthu.c. in præſentia, de
probatio. Secundò cum illa uerba non obſtan
tibus codicillis, tendant ad eorum diminu-
tionem & derogationem, non debent operari
augumentum. l. legata inutiliter,& ibi Bartol.
ff.de adi. legat. & ſic quòd locum habuerint,
ſed ad tollendam omnem difficultatem potius
fuerunt prolata. Tertiò debent intelligi prolata
propter codicillos ualidos, non autem nullos,
ut iſti ſunt.l. 4.§.condemnatum. ff.de re iudic.
l.non putauit.§. non quæ uis. ff. de contra ta-
bu.cum ſimilibus.

*Hippolytus Riminal.Ferra.*

---

## Pro Illuſtri Comite Ioan. Paulo Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

De reductione laudi concedenda,non attẽto ſta-
tuto de Compromiſſ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dictio iuxta,exponitur pro ſecundum.*
2 *Clauſula in omnibus & per omnia, quid operetur.*
3 *Reductio quando per ſtatutum prohibetur, peti nõ poteſt,niſi ob dolum uel latam culpã arbitrorum.*
4 *Dolus uel lata culpa arbitrorum, quando dicatur interueniſſe.*
5 *Statutum prohibens reductionem, locum non habet ſtante magna leſione.*
*Fallit ſi de ea mentionem faciat.6.*
7 *Leſus enormiter reclamare poteſt,non obſtantibus clauſulis amplis in compromiſſo.*
8 *Deceptis ſub confidentia ſuccuri debet.*
9 *Relatio facta ad ſtatutum de compromiſſis, quomodo facta ſit multum referre.*
10 *Pactum ſuper una re,non porrigitur ad aliam.*

## CONSILIVM CVI.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS D. Comes Ioannes
Paulus de Malchiauellis compro
miſſum fecit vna cum dominis
fratribus de Palmirolis in Domi
num Benedictum de Syluestris,
declararuntq́ue partes ipſæ, quòd d. compro-
miſſum factum intelligatur in omnibus, & per
omnia, iuxta formam ſtatuti, de compromiſſis
inter coniunctos: poſtea late laudo per d. arbi
trum dictus Malchiauellus prætendens ſe im-
modicè læſum, reductionem interpoſuit corã
Do. Vicario Domini Poteſtatis Ferrariæ, cui
dicti fratres opponunt eam non deuoluere ui-
gore dicti ſtatuti,quo diſponitur, ſi arbiter lau
dauerit, pleniſſimam obtineat roboris firmita-
tem, ita quòd à tali laudo reductio peti nõ poſ-
ſit ex aliquo capite læſionis enormis, enormio-
ris,uel enormiſſimæ, & ut in d. ſtatuto latius
1 continetur. † Cum enim partes ſe ad ſtatutum
prædictum retulerint, ut denotat illa dictio
iuxta,quæ exponitur pro ſecũdum. c.maiores,
2 de baptis. Albe.in uer.iuxta. † nec tantum ſim
pliciter ad illud ſe retulerunt, ſed in omnibus;
& per omnia,quę uerba operãtur ut inter duo
ſubiecta non debeat eſſe aliqua differentia. An
gel. in l. 2. §. furioſus, ff. de iure codicil. Iaſ. &
alii in l. 1. ff. de legat. primò, ſequitur, ut hoc
compromiſſum, alteri inter coniunctos facto
ſit omnino comparandum, atque ob id ſi-
cut illi non poſſent reductionem petere uigore
dicti ſtatuti,pariter nec Malchiauellus: nec alle
gata læſio per eum ſufficere debet ad reductio-
nem petendam,ſtante prohibitione dicti ſtatu-
3 ti, † quoniam quando reductio per ſtatutum
prohibetur,reclamari non poteſt, niſi ex dolo
uel lata culpa arbitrorum, ut uoluit Bald. in l.
cum anteà,col.3.de recep.arbi.& poſt eum A-
4 lex.in apoſtill. † Dolus autem, uel lata culpa
arbitrorum intelligitur quando interuenit eui
dens eorum gratia,uel eorumdem ſordes, non
autem ſufficit eam allegare,nec ex læſione prò-
bata, dicitur probari dolus,aut lata culpa. ita
Cuma. cõſ.136.col.3.quẽ ſequitur cũ prædictis
Soc.iun.conſi.16.col.3.uol.1.† Et licet aliqui
5 uoluerint etiam,non obſtante ſtatuto prohibẽ
te reductionem peti poſſe, nihilominus ei locũ
eſſe,ſtante magna læſione,ut Anch. conſi. 207.
in quæſt.col.fi. Ang.conſi.172.& Roman.conſi.
90.quos citat,& ſequitur Dec. conſi.39.colum.
6 pen.† Tamen pdicti loquuntur in caſu, quo ſta
tutum ſimpliciter prohibebat reductionem,ſeu
de iniquitate laudi dici poſſe: recipit enim tale
ſtatutum illam interpretationem, & modera-
tionem,dummodo dolus, & fraus arbitrorum,
& litigantis abſint, uel alia ſimilis iuſta cauſa,
ſeu ratio non ſuadeat contrarium, ſicut & reci-
peret conuentio compromittentium id conti-
nens.

*25 Proximiores in ſucceſſione iuris patronatus, præferri debent.*
*26 Præſcriptionem non oppoſitam iudex ſupplere non poteſt.*
*27 Scire quis debet ius in re non habere.*
*28 Mala fides impedit præſcriptionem.*
*29 Fideicommiſſum remanet apud grauatum cum onere reſtituendi ſecundo fideicommiſſario, primo de medio ſublato.*
*30 Ius patronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*
*31 Edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti quando locum habeat.*

## CONSILIVM CVII.

*Auxilium meum à Domino.*

CRTA controuerſia inter mulieres
quaſdam de Figaſecchis & Illu-
ſtres ac nobiles de Marciaſio ſu-
per iure præſentandi in Capella
tituli Sancti Leonardi jn eccleſia
cathedrali ciuitatis Serentanæ, proceſſus tran
ſmiſſus fuit cum iuribus partium de earum con
ſenſu per Reuerendos Canonicos dictæ Eccle-
ſiæ iudices in cauſa conſulendus deciſiuè ad Ex
cellentiſſimum Collegium noſtrum Ferrariæ:
qua prouincia ſuſcepta viſum mihi fuit vt prio-
ri dicti Collegij cum cœteris clariſſimis Iure-
conſultis noſtris communicato cõſilio iura par-
tium perſcrutari & ſcriptis mãdare pro iuſtifica
tione conſilij tranſmittendi ſecundum quòd iu
dicare debebunt dicti Reuerendi Canonici.
1 † Licet enim cautum ſit in conſilijs deciſiuis cõ
ſulentes non teneri cauſas & iura, quibus mõ-
uentur, allegare, vt inquit Speculat. in tit. de re
quiſ. conſi. §. 1. verſicu. & nota. Ioan. Andr. Butr.
Card. & Imola, qui dicit ita communiter obſer
uari in c. ſicut. de re iudica. ſuique moris eſſe te-
ſtatur Angel. de Caſtelli. inter conſilia Ancha.
2 conſi. 212. † Nihilominus quoniam ſeruant
noſtrates ſapientes, licet aſtricti non ſint allegan
di morem, eumque ſapientiæ & dignitati con-
gruum putet Pax Scalla Patauinus in tract. de
conſ. ſapien. lib. 3. cap. 20. ea præcipue ratione,
vt litigantes, qui ſapientis quam iudicis ordina-
rii iuditium maluerunt, ſibi ſatis de iure factum
intelligant, deſinãtque ſuſpicari, illam iurium
omiſſione, vel imperitiæ negligentiæve ſpeci-
men, vel iniqui forte affectus velum quoddam
fuiſſe, vtque collegium noſtrum ſtilum Piſanæ
ciuitatis, à qua Serẽtana non multum diſtat, ſe
quatur quæ ſic ſeruat, ut a iuris fide dignis per-
cepiſſe teſtatur Soc. iun. conſi. 62. in princ. vo-
lum. 1. ideo talem laborem aſſumere putaui.
& in primis aſſumendo partem d. mulierum di-
citur ipſas & earum præceſſores de Figaſecchis
fuiſſe in poſſeſſione iuris præſentandi, incipien
do ab anno 1457. & ſucceſſiue de anno 1460.
1496. 1530. 1548. 1552. & 1561. quibus tempori
bus plures præſentati fuerunt in d. Capellania
per illos de Figaſecchis & admiſſi per Capitulũ
3 d. Canonicorum. † ergo dicitur eis acquiſita
poſſeſſio iuris patronatus, quia etiam ex vnica
præſentatione ſecuta inſtitutione poſſeſſio iu-
ris patronatus acquiritur, vt tradit Innoc. in c.
2. de in inte. reſt. Abb. conſi. 54. col. 2. vol. 1. cum
ſimil. per Dec. cõſ. 117. col. 2. qui proprie loquit̃
de d. canonicis d. ciuitatis Serentanæ, & eorum
collatione facta ad præſentationem alterius i-
demque tradit. conſi. 124. in princ. conſi. 126.
conſil. 129. & conſil. 134. Craue. conſil. 124. nu-
me. 9. & Roch. de Cur. in tract. de iure patrona.
4 in uer. competens. quæſt. 16. † Et adeo debet
attendi iſta poſſeſſ. præſentandi d. mulierum, vt
præferri debeat, etiam quòd nobiles aduerſarii
eſſent ueri patroni d. Capellæ, vt tenet Butr. &
Abbas poſt Innocen. in c. conſultationibus, de
iure patro. vt enim dicunt præſentatio eſt fru-
ctus iuris patronatus, fructus autem pertinent
ad poſſeſſorem c. grauis, de reſtit. ſpol. ſequitur
5 Dec. d. cõſ. 126. col. 2. † Et ex hac poſſeſſione
centum annorum & vltra, & conſequenter præ-
ſcriptione longiſſimi temporis præſcriptum cẽ-
ſetur d. ius patronatus contra d. nobiles ſi quod
habuiſſent. l. ſicut. l. omnes. C. de præſ. 30. anno.
6 † bonaque fides præſumitur ex tanto tempore.
7 Bar. in l. fi. in fi. C. vnde vi, † & priuilegium in
ducitur. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti.
nec eſt neceſſe titulum allegare. c. 1. de præſcr.
in 6. & ibi not. Archi. & Ioa. Andr. cum ſimilib.
per Soc. cõſ. 127. col. pe. vol. 1. qui loquitur in ca
ſu dictæ ciuitatis Serentanæ, idemque late tra-
dit Dec. conſi. 85. colum. 2. & Balb. in tract. de
8 præſcrip. in 2. par. 3. partis princ. nu. 17. † ius
enim præſentandi & patronatus præſcribitur,
etiam a laicis ex antiqua conſuetudine præſen-
tandi, vt per Butri. Ioa. Andr. & alios in c. que-
relam, de elect. vbi D. Abb. teſtatur communẽ,
& quòd in practica ſeruatur. ſequitur Dec. in
9 d. conſi. 117. col. 2. ad fi. & conſi. 134. nu. 4. † quic
quid enim ſit in mere ſpiritualibus, vt electio-
ne, decimis, & id genus, quę per laicos poſſideri
non poſſunt, c. cauſamque. de præſcrip. & ob id
10 neque præſcribi. l. ſine. ff. de uſucap. † ſecus
eſt in iure patronatus, quod laicis communica-
tum fuit, & a laicis poſſidetur. d. c. conſultatio-
nibus. ergo bene poteſt præſcribi prout conclu-
dit Dec. in d. conſiliis, & in c. cum venerabilis,
num. 25. de excep. & ex his omiſſis aliis ſuperua
caneis fundata uidetur intentio d. mulierum ſu
per d. iure præſentandi. At in contrarium pro
nobilibus alia non deſunt, quæ eos præferri ſua
dent. Primo enim ſupponitur Franciſcum Fi-
gaſeccam fuiſſe fundatorem d. Capellæ, quate
nus in teſtamento ſuo primo de anno 1422. eam
fabricari iuſſit, deinde ſuperuiuens ſolus præ-
ſentauit de anno 1452. ſolusque compromiſit
de anno 1454. & ſolus adminiſtrauit locando
11 bona d. Capellæ de anno 1456. † quando enim
eccleſia reperitur conſtructa & quis in poſſeſ-
ſione præſentandi, præſumitur patronus. ita
Abb. cõſi. 72. Rochus de Cur. in trac. de iure pa
tro. in verbo, conſtruxit. q. 29. tantoque magis
D. Ioan. Franciſcus, qui eam conſtrui iuſſit & ul

tra præſentationem alia fecit vt ſupra. Nec inde
Petro fratri ſuo ius in d. patronatu quæſitum
fuit, quòd in d. teſtamento mandauerit d. Ca-
pellam per cum conſtrui prodimidio cum bo-
12 nis deſtinatis per ipſos fratres: † non enim ap
paret Petrum conſtruxiſſe, vt cum facti ſit non
præſumitur. l. in bello. §. facta. ff. de capt. ſolaque
deſtin. bonorū non aquirit ius patronatus iuxt.
13 not. per Calder. conſi. 31. de ſta. regul. † Im-
mo nec legatum vel donatio eccleſiæ facta, vt la
tè Roch. de Cur. in d. trac. in ver. & dotauit. q. 6.
& Paul. de Cita. ſecunda cauſa, conſ. 4. & 5. Nec
etiam ex præſentarione facta ſemel de anno
1434. per D. Franciſcum ſuo nomine & d. Petri,
cum de ratificatione d. Petri non appareat, vt
14 per gl. in l. ſi ego ff. de neg. geſt. † nec pro eo no
tarius ēt fuit ſtipulatus, quo ſtante potuit poſtea
d. Frāciſcus iterum ſuo nomine tantum præſen-
tare, & alia de quibus ſupra facere, vt per Dec.
conſi. 58. colum. 1. Alex. conſi. 45. & conſi. 81. vo-
lum. 3. Rube. conſi. 4. colum. pen. in fi. Soc. con-
15 ſi. 266. volum. 2. cum ſimilibus. † Secundo cō
ſiderandum eſt Dominum Franciſcum Figaſec
cam in ſecundo teſtamēto Mariā filiā ſuā hære
redem inſtituiſſe, ita quod ſucceſſione in eam
tranſlatum fuit ius patronatus, iux. glo. in c. piæ
mentis, 16. quæſt. 7. Roch. in trac. de iure patr. in
uerſi. ipſe vel is, in prin. Iaſ. in l. 1. nume. 71. ff. de
leg. 1. Anch. conſi. 81. & Dec. conſi. 149. cum ſi-
16 milibus. † & licet non apparear de aditione
Mariæ hæreditatis paternæ, tamē ea p̄ſumptiuè
deducitur hoc modo: nam teſtamētum fecit in
domo ſuæ habitationis poſitæ iuxta plateā Ce-
nerādulæ, quæ reperitur poſita in eſtimo ſui pa
tris ergo inhabitando domum paternam, præ-
ſumitur immiſcuiſſe bonis paternis. l. 1. & ibi
Bal. & alij, C. de repud. & abſti. hæred. Accedit-
que pariter ꝙ ide tutores Lauræ filiæ Dominæ
Mariæ in inuētario per eos facto de anno 1471.
de bonis Dominæ Mariæ appellant eam fuiſſe
hæredem D. Franciſcæ Figaſecchæ patris ſui,
17 † quæ enunciatio debet adminiculari ſtante
tamen longiſſimo temporis interuallo & re dif-
ficilis probationis. Vnde ſufficere debet ea, quę
haberi pōt, iux. not. in c. tertio loco, de prob. & i
l. miles. §. a Barbatis. ff. de re mil. Tertiò conſide
randum eſt ꝙ D. Maria de anno 1471. teſtamē-
tum fecit, in quo Lauram eius filiam hæredem
inſtituit, cui ſine liberis decedenti ſubſtituit
Lazarum de Nobilibus eius patrē & maritū d.
teſtatricis: quæ ſanè ſubſtitutio facta fuit cadu-
ca, cum Lazarus filiæ prædeceſſerit, ut patet ex
eius teſtamento in quo eam inſtituit de d. anno
1471. & d. inuentario facto, vbi appellatur Lau
18 ra filia quondam Lazari, † & ita mors præuia
Lazari probatur, vt per Alexand. in l. 1. §. hoc
autem. ff. de oper. nou. nunc. Ioan. Baptiſta Fer
rettus conſi. 47. nume. 22. meritò & caducitas fi
deicommiſſi, ad quod vocatus erat cum pen-
dente cōditione deceſſerit. l. vnica. §. ſin autem
ſub conditione. C. de caduc. tol. Soc. iun. conſi.
84. nume. 11. vol. 1. ſicque Laura remanſit ex d.
19 ſucceſſione patrona d. Capellæ. † ius enim pa
tronatus ita in fœminas tranſit, ſicut in maſcu-
los, & ita in minores & pupillos, ſicut in maio-
res, vt tradit Paul. de Citad. in tract. de iure pa-
tro. in 9. parte, nume. 3. 4. & 5. Quartò conſide-
randum eſt, quòd cum ab anno 1471. uſque nūc
fluxerint anni 91. & tunc temporis D. Laura eſ-
ſet pupilla, vt patet ex tutore ſibi dato in d. inuē
tario, ſi nunc adeſſet, & viueret excederet d. an
20 nos 91. & poſſet eſſe centenaria, † quòd tem-
pus, licet poſſet eſſe longiſſimum vitæ hominis.
l. fi. C. de tranſ. non tamen, & a communiter ac
cidentibus, homines tanto tempore viuūt, imò
ex mille hominibus uix vnus ad illam ætatem
aſcendit, vt inquit Corn. conſi. 340. nume. 10.
21 vol. 1. † & plures infra 50. annos moriuntur,
quam vltra, vt trad. Card. in cle. 1. col. 1. de reb.
22 eccle. non alienan. † vnde ſumpto argumento
& communiter accidentibus in iure valido in
materia probationis. l. certi condictio. §. ſi nu-
mos. ff. ſi cer. pet. l. non hoc, vbi Iaſ. C. unde co-
gna. præſumitur d. Laura nunc mortua, non
autem uiuere, ſicque Corn. argumentatur loco
citato, & eſt de mente Aret. in l. ſed ſi de ſua, co
lum. 5. ff. de acquir. hæred. quos ſequitur Dec.
23 in l. fi. nume. 18. C. de ſacroſanc. eccl. † Quintò
conſiderandum eſt, quòd cum non appareat d.
Lauram filios unquam habuiſſe, præſumitur ſi-
ne filijs deceſſiſſe, & dicens aliquam deceſſiſſe ſi
ne liberis, habet intentionem fundatam de iu-
re, vt per Barr. in l. qui duos. §. cum in bello, ff.
de reb. dub. ſaltem quando nō probatur illum
vmquam filios habuiſſe, vt ibi per Soc. in 5. &
ultimo caſu. ſequitur Capic. deciſ. 150. num. 11.
24 † Parique modo præſumitur d. Laura ſine te
ſtamento deceſſiſſe, ex quo de teſtamento per eā
condito non apparet, vt tenent Alex. Iaſ. Do-
meus Rimi. Cur. iun. Cagnol. & Sapia, vbi dixi
alios cumulans, in l. ſi emancipati. C. de colla.
Sextò conſiderādum eſt quòd Nobiles nunc li
tigantes fuerunt proximiores in gradu d. Lau-
ræ, quam mulieres de Figaſecchis pariter litigā
tes, vt ex arbore patet, deſcripto in allegationi-
bus Nobiliū: nam Lancellottus Nobilis, fuit pa
truus Lauræ & ſic in tertio gradu, ex quo Laza-
rus & ſubinde ex Lazaro Nobiles litigātes nati
ſunt: vnde Lauræ, coniuncti ſunt in quinto gra
du. at Petrus Figaſecca fuit frater aui d. Lau-
ræ, qui Franciſcus appellabatur, fundator d. Ca
pellæ, & ita fuit coniunctus d. Lauræ Petrus in
quarto gradu, a Petro uerò deſcendit Io. Fran-
ciſcus, & ab eo Ludouicus, & a Ludouico mu-
lieres litigantes, ita quod coniunctæ ſunt Lau-
ræ in ſeptimo gradu. vnde ex prædictis infertur
concluſio pro Nobilibus, quod ipſi uelut in hac
ſucceſſione proximiores admitti debent ad hoc
ius patronatus excluſis Figaſecchis remotiori-
bus, cum enim conſtat de iure ipſorum Nobiliū
& de non iure d. mulierum de Figaſecchis, præ-
ferri debent d. Nobiles de Figaſecchis, licet eſ-
ſent in poſſeſſione præſentandi, ut ſupra tactū
25 fuit pro eis, † iuxta diſtinctionem notabilem
Ripa in c. cum eccleſia Sutrina, nume. 130. de
26 cauſa poſſ. & propri. † Nec inſuper attendi de-
bet

bet allegata præſcriptio pro parte d. mulierum
d. iuris patronatus, nam oppoſita non fuit in
proceſſu, meritò iudex de illa ſupplere non po
teſt. Guid. Pap. q. 221. Alex. conſi. 228. in fi. vol.
6. Secũdò poſſeſſio præſentandi principium ha
buit a Ioa. Franciſco Figaſecca, qui de anno
1457. uti patronus conſtitutus a Franciſco in te
ſtamento ſuo quendam præſentauit: quæ tamẽ
aſſertio fuit falſa, cum d. Franciſcus Mariam fi-
liam, non autem ipſum hæredem inſtituerit.
27 † Vnde fuit in mala fide, quia ſciuit, aut facilè
ſcire potuit ſe ius non habere ex cauſa, quam aſ
ſeruit, vt in terminis iuris patronatus tradit Bel
lame. deciſ. 701. ſi poſſeſſor, in fine. meritò non
potuit ipſe præſcribere cum mala fide. c. fi. de p̃-
28 ſcr. † nec ſucceſſores ſui, quia mala fides defun-
cti impedit hæredes præſcribere, cũ teneantur
illius conſcientiam exonerare. Butr. & Abb. in
c. ſi diligenti, de præſcri. Alex. in l. Pomponius.
§. cum quis. ff. de acquir. poſſ. cum ſimilibus. la-
tè per Dec. conſil. 272. nu. 6. & Dominus meus
Rimin. conſi. 100. nume. 54. qui teſtatur com-
munem, & ita videtur iura Nobilium præuale-
re in hoc iuris patronatu, reſtringendo plura,
quæ utrinque per D. aduocatos partium dedu-
cta reperii, nihilominus ſuper alio ab eis non
cogitato mihi uidetur eſſe conſiderandum, ui-
delicet ſuper teſtamento Dominæ Mariæ filiæ
Franciſci fundatoris dict. Capellæ: poſtquam
enim Lauram filiam inſtituit, & ei ſi decede-
ret ſine filiis ſubſtituit Lazarum maritum ſuũ
patremque d. Lauræ, ſubiunxit, & ſi d. Lazarus
quandocumque decederet ſine filijs ſubſtituit
Io. Franciſcum Figaſeccam in quarta parte bo-
norum ſuorũ, in reliquis uerò hæredes quõdã
D. Iacobi de Marciaſio, & ſic aduerſarios d. mu
lierum de Figaſecchis. & licet ſubſtitutio dicti
Lazari fuerit facta caduca ipſo præmoriente d.
29 Lauræ, vt ſupra oſtendi, † tamen non inde
euanuit ſubſtitutio ſecunda facta dicto Lazaro
de d. hæredibus D. Iacobi, immo verò reman-
ſit apud d. Lauram fideicommiſſum prędictum
cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtitutó, &
ſic d. Ioa. Franciſco pro 4. parte & pro reſiduo
d. hæredibus D. Iacobi. l. vnica. §. pro 2. C. de
cad. tol. Bart. in l. quandiu, in fi. ff. de aquir. hæ-
red, Bald. conſi. 179. volum. 1. Guido Papæ q.
550 & latè Soc. iun. conſi. 94. nume. 50. vol. 1.
vnde videntur d. mulieres neptes D. Io. Franci
ſci ex Ludouico eius filio ius habere in d. patro
natu, ſaltem pro 4. parte ſtante d. teſtamento D.
Marię, in reſiduo uerò Nobiles hęredes d. Iaco
30 bi. † Sed tamen diligentius conſiderando d.
mulieres non poſſunt ex cauſa d. fideicommiſſi
aſpirare ad hunc patronatum pro d. 4. parte:
quia in fideicommiſſarium non tranſit ius pa-
tronatus, vt tenet Bar. Nicol. de Neap. Caſtr.
Alex. & alij paſſim in l. quia perinde. ff. ad Tre-
bel. Imol. & Alex. in l. ſi patroni, eo. tit. qui com
munem teſtantur, ſicut & latè Rochus de Cur-
te in d. tract. in uer. ipſe uel is. & licet hæc ratio
innuat nec Nobiles pariter fideicommiſſarios
d. Mariæ ius in eo prætendere poſſe, tamen ip-
ſi dicere poſſunt quòd omiſſa cauſa fideicom-
miſſi prædicti uelint illud aſſequi, uelut hære-
31 des ab inteſtato d. Mariæ. † Nec ob id conue
niri poſſunt ex edicto, ſi quis omiſsa cauſa teſta
menti: cum loquatur illud cõtra eum qui tene
retur alteri uocato in teſtamento, ſi non ab inte
ſtato poſſideret. l. 1. ff. eo. in princ. quod in hoc
caſu locum non habet, cum etiam ſi Nobiles
poſſiderent ex teſtamento d. Mariæ non tamen
teneretur ad aliquid in hoc patronatu Figaſec-
chis, cum in fideicommiſſarios, ut dixi, ius pa-
tronatus non tranſeat.

*Hippolytus Riminal. Ferra.*

---

## Pro Illuſtribus filijs olim Comitis Marij Montecuculi.

### ARGVMENTVM.

In materia ſucceſſionis feudi, & quis in poſſeſſione mittendus ſit.

### *SVMMARIVM.*

*1 Filij legitimi, & naturales ſuccedunt in feudo, naturales ſecus.*
*Niſi ad id fuerint legitimati. 9.*
*2 Pars vna teſtamenti, aliam declarat.*
*3 Voluntatis mutatio non præſumitur.*
*Teſtatoris pænitentia non præſumitur, niſi expreſſè probetur. 3.*
*4 Diſpoſitioni primæ non præſumitur derogatum, niſi exprimatur.*
*5 Perſona extrinſecus in diſpoſitione non ſubauditur.*
*6 Verba vbi non conueniunt, nec diſpoſitio.*
*7 Iuriſdictio eſt vnum totum, vbiq; ſe dilatans.*
*Et eſt indiuiſibilis. 8.*
*Exercitium tamen bene in plures poteſt diuidi. 9.*
*10 Statutum non publicatum in loco non ligat.*
*Et qui id affirmat probare debet. 11.*
*Niſi locus ſit ſubditus.*
*Quod non procedit, ſi ſit pænale.*
*12 Prouiſio prohibitoria in certo caſu, dicitur in alijs permiſſoria*
*13 Ratificatio præſumitur ex notitia in fauorabilibus.*
*Vel ſoluendo collectas, aut fructus percipiendo. 14.*
*15 Actus quando reſpicit acquiſitionem non improbare, eſt approbare.*
*Etiam in requirentibus ſpeciale mandatum. 16.*
*17 Aequalitas ſeruari debet inter filios in dubio.*
*Secus ſi aliter conſtat de uoluntate patris.*
*18 Poteſtas pleniſſima ſignificat, quòd nihil ei reſiſti poſſit.*
*19 Legitimatio plenaria, omnia complectitur,*
*20 Verba ad libitum, meram uoluntatem ſignificant.*
*21 Contradicere qui dicantur.*
*22 Negatiua vniuerſalis, in totum negat.*
*23 Nemo dat, quod non habet.*

*Aequi-*

*24 Aequiparatorum idem iudicium.*
*25 Teſtator de feudis non diſponit.*
*Quod declaratur.*
*26 Interdictum poſſeſſorium, non competit, quando poſ ſeſſio eſt in ſequeſtro.*
*27 Poſſeſſio probatur inſtrumento miſsionis in poſſeſ ſionem.*
*Item ex inſiſtentia poſſesſionis in re. 28.*
*29 Remedium recuperandæ poſſesſionis, competit eo ſpoliato.*
*30 Rolandus à Valle conſil. 1. nume. 67. volum. 1. declaratur.*
*31 Proximitas in ſucceſsione feudi nunquid eſſe debeat reſpectu.*
*primi inueſtiti, uel mortui. 32.*
*Et ſequenti. 33.*
*34 Calder. conſi. 13. de feud. declaratur.*
*35 Angelus conſi. 110. declaratur.*
*36 Proteſtatio impedit procedi ſuper petitorio.*
*37 Petitio & concluſio, debet attendi.*

## CONSILIVM CVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVONIAM poſtquam ſcripſi pro fi
lijs Illuſ. quodã Com. Marij Mõ
tecuculi, prout apparet in cõſ. 69.
de quo ſupra, proditę fuerũt ſub-
tiliſſimæ dubitationes clariſſimo-
rum dominorum Signaturæ aduerſus eos vna
cum allegationibus partis, ruſus ad ſcribendũ
accingor, vt te ſæpius agitata veritas magis elu-
ceſcat. Dicitur imprimis; quòd Comes Marius
in codicillis poſthumo ſeu poſthumis naſcituris
reliquit eam partem ſtatus Comitatus & iuriſ
dictionis, quam habebat in omnes ſuos ſubdi-
tos, ei vel eis de iure debitam, vel debendã: qui
bus verbis reſpiciendo totum, & vniuerſum feu
dum, quod habent nobiles de Montecuculis
partem appellauit, licet eſſet totum. quod habe
bat teſtator, & illa verba, de iure debitã uel de-
bẽdã, ſtant cauſatiuè, ideſt quæ debetur, non au
tem conditionaliter. ideſt ſi debetur, vel prola-
ta fuerunt propter incertum numerum poſthu-
morum naſciturorum, quia ſi vnus naſceretur,
totum erat habiturus: ſi duo, quiſque dimidiã:
ſi tres tertiam ſinguli. & hæc interpretatio deſu
mitur inde quòd ſciebat, aut ſcire poterat teſta-
tor conſulendo peritiores quòd in his regioni-
bus feudalia debebantur legitimè natis, non
autem legitimatis ſine decreto authoritate Illu
ſtriſſimi D. Ducis, a quo ſenſu ſi diſcedamus in-
cidimus in abſurdum, quòd filij naturales legi-
timati melioris erũt cõditionis poſthumis legi-
timè natis: nam habebunt omnia allodialia,
quibuſdam pratis communibus relictis, vt in
codicillis legitur, & vltra partes ſuas feudaliũ.
Acceditque cum omnia feuda legitimo debe-
rentur ex tenore inueſtiturarum, inſtitutionem
1 de poſthumo vt ſupra factam fuiſſe certam, † ſi-
cut ius eſt certum. l. ornamentorum. ff. de aur.
& arg. leg. nam legitimi & naturales patri ſucce
dũt in feudo. c. 1. de ſuc. feu. nõ aũt naturales. c.
1. §. naturales, ſi de feu. fuer. cõtr. tãtoq; clarius
ſubijcitur hoc procedere, cũ appareat in codicil
lis ipſos filios & matrẽ fuiſſe datos tutores poſt
humo, vel poſthumis, ad gubernandum & ad-
miniſtrãdum omnem ſtatum Comitatum & iu
riſdictionem quouſque poſthumi peruenerint
ad annos 25. quibus elapſis d. tutores teneren-
tur eis relaxare d. ſtatum & Comitatum per eos
2 liberè vtendum ac fruendum. † Quæ diſpoſi-
tio præcedentem inſtitutionem declarat ſicut
vna pars aliam teſtamenti. l. qui filiabus, ff. de
leg. 1. vbi Iaſ. in prin. Clarus in ſuis ſententiis, l.
9. §. teſtamentum. q. 76. regula. 3. & quæ dixit no
tarius imperitus donec, & quouſq; æquiparatũ
fuerit pro eo tempore, quo tutores & curato-
res adminiſtrauerint d. ſtatum & Comitatum,
nil aliud inde colligitur, ut in dubiis dicitur, ni
ſi quòd poſthumus uſque ad 25. annum licet ſit
uere feudatarius & ſolus, nullam tamen habeat
adminiſtrationem & uſum iuriſdictionis, ſed ea
ſit penes matrem & legitimatos tutorio nomi-
ne, poſt uerò 25. annum habeat uſum & exerci
tium iuriſdictionis propriè, liber & ſolus a ſer-
uitute ſibi prius impoſita, & hæc quoad codicil
los adferuntur in medium, quę tendunt ad inſe
rendum, quòd iſti filii non ſint hæredes patris
ut prætendunt. Ego uerò ſecus puto: clara eſt
enim Com. Marii diſpoſitio, qui in teſtamento
ſuo in omnibus ſuis bonis mobilibus & immo-
bilibus, iuribus & actionibus feudi, ſtatus, &
Dominii ſuos hęredes uniuerſales iſtituit iſtos
3 filios ibidem nominatos, † nec iſtam uolun-
tatem mutauit in codicillis, ubi forent ambi-
gui, tum quia mutatio uoluntatis non præſu-
mitur. l. cum tacitum. ff. de probat. l. cum hic ſta
tus, & ibi not. Bart. ff. de dona. inter uir. & uxo.
Alex. conſi. 113. n. 19. uol. 6. & pulchrè Natta cõ
ſi. 476. nu. 7. ubi dicit iudicandum eſſe teſtato-
rem non pœnituiſſe prioris uoluntatis, niſi ſpe
cialiter dixerit. l. ſi quis in princip. ff. de lega. 3.
4 † tum quòd etiam per ſecundam diſpoſitionẽ
numquam primæ derogatum uidetur, niſi ex-
preſſum ſit, ut arguit Bar. conſi. 72. ex facto col.
5. & in qualibet materia laborandum eſt, ut per
diſtinctionem contrarietas tollatur ſi fieri po-
teſt, ut ponit Alex. conſil. 140. uiſo teſtamento,
col. 3. uol. 2. Dec. in l. pacta nouiſſima. col. 2. C.
de pact. in l. ubi repugnantia, in fi. ff. de reg. iur.
conſi. 195. col. 1. conſi. 137. col. 2. & conſi. 317. co
lum. 2. multo minus igitur dici poteſt mutata
uoluntas teſtatoris in codicillis, quãdoquidem
ſunt clari, ne dicam dubii: nam loquendo de
poſthumis uno uel plurib. fortè naſcituris, reli
quit eis eã partẽ ſtatus Comitatus & iuriſdictio
nis, quã ipſe habebat in oẽs ſuos ſubditos, quæ
uerba nõ recipiunt ſenſum nec interpretationẽ
datam in dubijs de parte, habito reſpectu ad
uniuerſum feudum nobilium de Montecucu-
5 lis. † Primò, quia hoc eſſet ſubaudire perſo-
nas & partes dictorum nobilium extrinſecus
in illa diſpoſitione codicillantis, quod iure non
admit-

admittitur, nec ſubintelligit. l. ſi ita ſtipulatus.
§.Griſogonus.& ibi Bar.& ſcribētes.ff.de uerb.
oblig. Secundò quia loquutus fuit de ea parte
iuriſdictionis,quam habet in ſubditos ipſius,er
go non habito reſpectu ad vniuerſum feudum
aliorum nobilium de Montecuculis,quia habi-
tantes in illo nòn erant ſubditi ipſius Com.Ma
6 rij,nec in eis habebat iuriſdictionem. † vnde
cum verba non conueniant illi vniuerſo,nec di
ſpoſitio ſua conuenire debet, nec de illo venit
intelligenda. l.4.§.totiens,& ibi Bar.& alij, ff.de
damn.infect. tertiò quia exponere partem re-
ſpectu vniuerſi feudi,ſed totum quod Com.Ma
rius habebat eſſe relictum poſthumo repugnat
apertè verbis ſuis,dicendo quòd reliquit ei par
tē iuriſdictionis,quā ipſe Com.Marius habebat
7 in ſuos ſubditos: † licet enim iuriſdictio ſtatus,
& Comitatus ſuus,eſſet vnum totum:Principis
enim iuriſdictio ſe vbique locorum extendit.l.
bene a Zenone. C.de quad. præſcr. l. depreca-
tio.ff.ad l.Rod.Inno.& alii in c.1.de conſtit. Be
8 ro.conſi.89.nu.5.vol.3. † immo vero in ſui ſub-
ſtantia eſt indiuiſibilis,nec ſemis iuriſdictio dif
finiri poteſt, ſed prout eſt quoddam integrum
diffinitur ſecundum Bar.in l.1.& l. imperium.ff.
de iuriſd.om.iud.Bero.conſi. 75.nu. 16. vol. 1.
tamen ipſe Com. Marius non legauit poſthu-
mo iuriſdictionem,ſtatum,vel Comitatum ſuū
ſimpliciter, ſed dixit partem iuriſdictionis,ſta-
tus,& Comitatus,quam habebat in ſuos ſubdi-
tos.Igitur neceſſarium eſt dicere quòd reſiduū
dictæ iuriſdictionis remanſerit iſtis aliis filiis
ſuis,quibus eam totam prius in teſtamento reli
9 querat. † ſic enim voluit & potuit d.iuriſdi-
ctionis & ſtatus exercitium inter plures eius fi-
lios æqua lance diuidere, ſecundum Bart.in l.ſi
plures. ff. de exerci. in l. ſi vni. ff. de re iud. per
Abb.& alios in c.prudentiam,de off.deleg. Bal.
in c.ſuper quibuſdam,§.præterea.de verb.ſign.
& hoc eſt quod etiam ſubiunxit ſe relinquere
partem iuriſdictionis,ſtatus,& Comitatus poſt-
humis de iure debitam vel debēdam, attento
numero filiorum natorum,qui in ea iuriſdictio
ne, ſtatu, & Comitatu prius illis relicta cōcurre
bāt,nam & illis ſingulis pars ſua debebatur de
iure,veluti expreſſè legitimatis ad eam a Comi
te Palatino ad id auctoritatem habente, vt in le
gitimationis inſtrumento legitur: quo ſtante de
iure ſuccedebant in ea,prout in prioribus ſcri-
10 ptis meis demonſtraui. † Nec obſtat quod le
gitimatio prædicta illis minimè ſuffragetur,
veluti facta ſine Ducis auctoritate, hoc eſt ſine
illius licētia & participatione, vt in prouiſione
Ducali continetur, edita de anno 1545. primo
Martii. Quoniam reſpondetur ad hoc in quo
fit magna vis,& imprimis dico quòd ſi non fuit
publicata in Caſtro Someſii & iuriſdictione
Com.Marii,quando fuit edita,ſine dubio non
ligauit eum,nec eius filios: ſed ab ea non ſer-
uata veniunt excuſandi probabiliter illam igno
rantes, omnemque pœnam in ea cōtentam eui
tare debent,vt not.Abb. Imol. Fely. & Dec.in
c.1.nu 8.de conſtit.qui plures alios cumulat, ꝙ
11 ex probabili ignorantia quis excuſetur. † qui
autem vult dicere eam fuiſſe ibidem tunc publi
catum,probare debet.l.2.ff.de probat.Nec ſuffi
cit dicere eam fuiſſe Mutine publicatā, cui Ca
ſtrū Someſii ſubiicit: locus.n. ſubditus regi eſſe
dēt ſecūdū ſtatuta ciuitatis dominantis. §. fi.&
ibi glo.& doct.Inſtit. de ſatiſd.Soc.conſi.81. nu.
3.vol. 1.conſi.128.vol.3.Fely.c.Rodulphus,co-
lum.3.de reſcr.Iaſ.in §.rurſus,num.40. Inſt.de
actio.Dec.conſi.429.nu.5.Crot.l.omnes popu
li.nu.15.& Caccia.n.10.Grat.reſpon. 11. nu.12.
vol.2.D.meus Rimi.conſi.72.in fi. conſi.361.in
fi.& conſi.575.nu.7.Non enim procedit quan-
do ſtatutum eſt pœnale,vt d. prouiſio, ſecundū
Abb.& Imol.in c.2.de conſtit.verſi.venio ad ſe
cundum.quos refert & ſequitur idem D. meus
Rimi.conſi.9.nu.22. Secundò dicitur quòd d.
prouiſio caſum noſtrum non comprehendit:
ponit enim tres caſus. Primus eſt,quòd nullus
pater poſſit impetrare legitimationem à Comi
tibus Palatinis ſine licentia Principis: Secun-
dus quòd filii poſt mortem patris, & ſine illius
ordinatione id efficere non poſſint. Tertius eſt,
quòd filii viuente quoque patre ſine licentia,
voluntate,& cōſenſu ſuo d.legitimationem im-
petrare non poſſint. Quartus vero caſus omit-
titur quando pater cum licentia ſeu conſenſu fi
lii d.legitimationem impetraret,quo caſu velut
omiſſo dicendum eſt impetrationem legiti-
mationis valere,licet licentia ſeu cōſenſus Prin
12 cipis non interuenerit: † cum enim d.prouiſio
ſit prohibitoria quorundam caſuum expreſſo-
rum,in cęteris non expreſſis dicitur eſſe promiſ
ſoria,vt in edicto teſtium concludunt Bal. Sal.
& Floria.in l.1. ff. de teſti. quod cum certarum
perſonarum ſit prohibitorium, quilibet teſtis
præſumitur idoneus,qui non reperitur expreſ
ſè prohibitus.At in caſu noſtro mihi videtur le-
gitimationem proceſſiſſe mutuo conſenſu pa-
tris & filiorum, nam de patre adeſt mandatum
ſuum ſpeciale & indiuiduum ad impetrandam
legitimationē pro filiis ſuis ibidem nominatis
a tali Com. Palatino. Rurſus in legitimatione
facta procuratori ſuo de filiis dicti patris ad
feuda & alia,dicit ipſe Comes hæc verba: ipſoſ-
que Marium Guidinellum Rodulphum & Ale
xandrum & pro ipſis Reuerendiſſimum D.Ar-
chiepiſcopum procuratorem ibidem præſentē
& acceptantē ita legitimos factos annulo aureo
publicè ſubharrauimus, & liberaliter de om-
nibus prædictis inueſtimus. Deindeque ſucce-
dit promiſſio de rato d.procuratoris nomine d.
13 filiorum. † Hæc autem ratificatio filiorum po
ſito quòd expreſſe facta non appareret, præſu-
mitur tamen interueniſſe quā primum ad eorū
notitiam peruenit, velut in eorum fauorem &
vtilitatem conceſſa ſibi legitimatione prædicta
iuxt.not.per Bar.in l.quæ dotis. ff. ſolut. matri.
per l.qui patitur.ff.mand. ſemper enim præſu-
mitur conſenſus quando actus eſt concupiſci-
bilis,vt ibi concludit Claud.Aquen.col.5. poſt
14 Inno.in c.in Geneſi, de electio. † & latius in
notab.caſu proſequitur Soc.iun.cōſi.18.nu.25.
vol.3.

vol.1.qui pariter tacitam colligit ratificationē,
ſoluendo collectas & fructus percipiēdo, quod
& caſui noſtro conuenire poteſt, nam ſtatim
ſequuta morte Com.Marii iſti filii ſuſceperunt
tenutam & corporalem poſſeſſionem Caſtri So
meſii eorum nomine,& poſthumi, vel poſthu-
morum naſciturorum,quo actu uidentur in an
tecedentiam ratificaſſe d.legitimationem, ſine
qua feuda obtinere non potuiſſent.Quinimmo
plus addo, quòd dum pater eorum viueret, ſæ-
pius oſtendit eis & aliis perſonis filiis præſenti-
bus legitimationem prædictam, dicens quòd
erat eorum legitimatio,quam pro eis impetra-
uerat a Com. Palatino in ea memorato, & illi
ſic ſentientes, videntes,& intelligentes non cō
tradixerunt,meritò dicūtur d. legitimationem
tunc tacitè ratificaſſe,vt inde ſibi fuerit tūc ius
acquiſitum poſtea ſuccedendi in d.feudis,vt in
ſimili caſu concludit ad vnguem Dec.conſ.58.
15 col.1.† quia quando actus reſpicit aquiſitionē,
quæ debet fieri,non improbare eſt approbare,
ſecundum Barto.in l.quo enim.ff.rem rat.hab.
hæc autem ratificatio filiorum operatur, quòd
conſenſus eorum dicatur interueniſſe tempore
legitimationis petitæ,conceſſæ, & impetratæ,
quia retrotrahitur & æquiparatur mandato.l.
16 fin.C.ad Maced. † Proceditq́ue etiam in re-
quirentibus ſpeciale mandatum, vt not. Ange.
in l.licet.ff.de iudic.Bal.in l.ſi maritus.C.mād.
& probatur in c.ſi.de iur.iur.in 6. vnde patet d.
prouiſionem non obſtare,licet ſuper ea tantum
capitale facerent aduerſarii. Et hinc ſequitur
iſtos filios & in feudis inſtitutos a patre & corū
capaces fuiſſe & eſſe, vt ī primis allegationibus
deduxi,ſicq́ue ſe legitimos ad ſucceſſionem pro
barunt,quicquid ex aduerſo dicatur. Nec illud
abſurdum debet attendi quòd filii naturales le
17 gitimati plus legitimè natis haberent, † quo-
niam licet in dubio ſeruanda ſit æqualitas in-
ter filios.l.ut liberis, C. de codicill. ſecus tamē
eſt quando conſtat de voluntate patris in oppo
ſitum,quoniam poteſt eos inæqualiter inſtitue
re,vt not. Aret.Caſtr.Corn.& D.meus Rimin.
in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de te-
ſta.quos ſequitur Natta conſi.423.nume.11.dū
dicunt illum tex.procedere in filiis a patre li-
cet inæqualiter inſtitutis: ex quo enim ſic pla-
cuit teſtatori, ſeruanda eſt eius voluntas.l.1.C.
de ſacroſanc.eccl.§.diſponat.in Auth.de nupt.
cum ſimilibus. Nec mihi placet interpretatio
quæ datur codicillis in ea parte, quæ de tutori-
bus agit & gubernio & adminiſtratione ſtatus
ſibi data nomine poſthumorum & tutorio no-
mine, ſed ueriorem puto ſenſum per me datū
ſecundo loco quòd iſtis filiis primo liberā poſ-
ſeſſionem conceſſerit,uſque quo poſthumi per
uenerint ad annos 25. deinde illis tantumdem,
vt ad æqualitatem redigerentur, oſtendo pon-
derando diligenter verba codicillorum, quæ
dicunt. Quibus tutoribus & pro tēpore curato
ribus conſulit ipſe Com. Marius pleniſſimam
auctoritatem, poteſtatem, & bailiam regēdi gu
bernandi & adminiſtrandi omnem ſtatum Co
mitatum iuriſdictionem, dominium, & feudū
ad eorū libitum abſque vlla exceptione & con
tradictione,donec ipſe poſthumus ſeu poſthu-
18 mi compleuerint 25. annum ſuæ ætatis. † illa
enim uerba pleniſſimam poteſtatem gubernan
di &c. ſignificant,quòd nihil ei reſiſtat. Bald.in
c.1.de conſtit.col.11.& in l.2.col.7.C.de ſeruit.
& aqua.verſ.eſt autem.ubi dicit quòd plenitu-
do poteſtatis eſt arbitrij plenitudo nulli neceſſi
tati ſubiecta, nulliq́ue iuris publici regulis limi
tata.ſequitur Iaſ.inter conſil.Bruni conſi.8.col.
2.& conſi.101.col.3.uol.4.cum ſimil. per Rol.a
19 Vall.conſi.61.nu.32.uol.3. † Hinc ſi conceditur
tur alicui legitimatio plenaria, omnia compre
henduntur ſub dictis uerbis, ut uoluit Ferrat.
caut.21.col.2.& poſt eum Ceph. conſi. 23. nu.
39.at ſi poteſtas adminiſtrandi fuiſſet illis con-
ceſſa tutorio nomine poſthumorum, non autē
ſuo quoque fuiſſet ſubiecta neceſſitati recogno
ſcendi ab alio tantum,non autem etiam a ſe di-
ctum regimen,nec omnia ſub illis uerbis ueni-
rēt,hoc eſt regimē propriū & alienū, ſed alieni ū
tātum. Itē limitata fuiſſet iuris regulis, ut non
ſuo, ſed alieno tantum nomine gubernarent.
20 † Secundò illa uerba ad eorum libitum pari-
ter denotant liberam & meram uoluntatem re
gendi & gubernandi.l.fideicommiſſaria liber-
tas,la ſeconda,ff.de fideicō.lib Bar.in l.alio,co.
4.ff.de alim. & cib.leg. Iaſ.in l.ſi ſic. col. pen.ff.
de leg.1.quod certe non fuiſſet ſi præter ratam
poſthumorum non potuiſſent d. filij ſuo quoq;
nomine gubernare.Tertiò illa uerba abſque ul
la exceptione & contradictione pariter demon
ſtrant quòd poſthumi cum nati eſſent intra 25.
annos, uel alij non poſſent ſe opponere & con-
tradicere regimini d.filiorum proprio nomine
21 faciendo præter partem poſthumorum. † illi
enim dicuntur contradicere ſiue controuerſiā
monere,qui quomodocumque faciunt contro-
uerſiam, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue
de iure,ſiue de facto,ſiue in iudicio, ſiue extra,
ſecundum Alex.conſi.52.col.1.uol.1. duplica-
to conſi.177.uol.5.Dec.conſi.290.col.2. conſil.
613.col.1.Ruin.conſi.77.nu.6.uol.2.Rol.à Val.
conſi.68.nu.7.uol.3.quę omnia uoluit pater ab
ipſis filiis & eorum regimine remouere, loquē
do uniuerſaliter negatiuè, abſque ulla contra-
22 dictione: † quæ uniuerſalis negatiua in totum
negat.l.is qui ducenta.§.utrum.ff.de reb.dub.&
fortius negat quàm affirmatiua affirmat.l.hoc
genus,& ibi glo.Bar.Caſtr.& Imol.ff.de condi.
& demonſt.Quartò ſuccedit quòd peruenienti
bus poſthumis ad annos 25.granauit pater d.fi
lios ad dandum,tradendum, & conſignandum
d.poſthumis omnem adminiſtrationem totius
ſtatus Comitatus &c.quæ uerba clarè denotāt,
quòd d.filii eam habuerunt ſuo & proprio ac
peculiari nomine,aliàs poſthumis eā dare non
23 potuiſſent,† quia nemo dat,quod non habet.l.
traditio.ff.de acq.rer.dom.l.filius.C. de do.cū
ſim. Rurſus ſi nō fuiſſent honorati ea ꝓpria ad-
miniſtratione, non potuiſſent in ea poſthumis
cōſignāda grauari per reg.l.ab eo.C.de fideicō.
Quintò

Quintò ſubiungit pater, qua poſthumi poſſint
& valeant vti & frui liberè, & ſine vlla excep-
tione & contradictione dictorum tutorum, do
nec & quouſque æquiparatū fuerit pro eo tem
pore, quo ipſi tutores adminiſtrauerint, & gu-
bernauerint dictum ſtatum, Comitatum, iuriſ
dictionem, dominium, & feudum. clarum e-
nim eſt quòd hic intellexit d. poſthumos ha-
bituros adminiſtrationem propriā ſuo iure &
nec iſtud negarēt aduerſarij. Item q̄ voluit po
ſthumos æquiparare in eorum adminiſtratio-
ne aliis filijs natis in ea ipſis conceſſa, & per eos
facta per annos 25. volendo quòd dicti poſthu-
mi facti maiores annis 25. tantundem tempo-
ris adminiſtrarent iure ſuo, & nomine proprio:
ergo datur intelligi quòd adminiſtratio filiis
iſtis conceſſa, fuit etiam conceſſa iure ſuo & pro
prio, non autem nomine tantum poſthumorū,
24 † quia æquiparatorum idem eſt iudicium,
vt ſtatutum in uno intelligatur ſtatutum in
alio. gloſſa finalis, & ibi Bartolus, & omnes
in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & in l. qui uerò. ff.
de legibus. Iaſ. in l. prima, numero 27. ff. de le
gat. primo. Cephal. conſilio 138. numero
25. & hinc ceſſat interpretatio in dubiis da
ta illis uerbis, donec & uſque quo, cum
ſequentibus: nam repugnat ponderationibus
ſupra factis, quibus appatet iſtos filios fuiſſe de
ſignatos adminiſtratores intra tempus annorū
25. poſthumorum iure ſuo pro ratis ſuis, non
autem tutorio tantum, & ſic alieno nomine.
Nec uerum eſt quòd ex aduerſo dicitur, ſic in
telligendo diſpoſitionem corrigi, contra. l. nam
ad ea. ff. de condit. & demon. immo uerò confir
matur, nam in teſtamento clariſſimè filii nati
fuerunt in feudis inſtituti, nec iſtud in codicil-
lis fuit ſublatum, nec dici debet eo non expreſ
ſo, ſed cum eis uocati fuerunt poſthumi ad par
tem ſibi debitā, uel debendā ut ſupra demóſtra
25 ui. † Nec ēt ſubſiſtit, quod dicitur teſtatorem
nō potuiſſe diſponere de feudis. c. 1. de feu. ſuc
ceſ. Deciſ. Nea. 119. in prin. id enim procederet
ſi diſpoſuiſset in non comprehenſos in inueſti
turis, ad quos feudum non erat peruenturum
in omnem euentū, alias ſecus, quia ualet eius
diſpoſitio. Ita Ioan. Rayn. in c. Imperialem. §.
habito. de proh. feud. alie. per Feder. quem re
fert & confirmat Cur. iu. in trac. de feud. 4. par.
nume. 129. limit. 3. At iſti filii fuerunt legitima-
ti ante teſtamentum & codicillos ad feuda quę
cunque Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &
dignitates quaſcunque ex teſtamento & ab in-
teſtato, ut plenius in legitimatione continetur,
26 ergo potuerunt in dictis feudis inſtitui. † Vlte
rius proſequendo dubia clariſſimorum domi-
norum Signaturæ, dicunt iſtis filiis non compe
tere interdictum recuperandæ poſſeſſionis,
quia non conſtat eos unquam poſſediſſe, &
agunt contra Comites agnatos, qui non poſ
ſident, ſed poſſeſſio eſt in ſequeſtro iudicum fa
cto propter euitanda ſcandala, ut ponit Cur.
conſilio 60. quo caſu non competit inter-
dictum poſſeſſorium, ut per Rol. a Valle conſil.
1. nume. 17. uolum. 1. Huic obiecto diligentius
eſt animaduertēdum. & imprimis dicitur quòd
conſtat iſtos filios poſſediſſe feuda ex inſtrumē
to poſſeſſionis accepto per eos, & pro poſthu-
mis naſcituris, & ex teſtibus examinatis, qui
pręſentes fuerunt poſſeſſioni, in quam eos indu
xit Poteſtas Someſii, ianuas ipſius arcis aperiē
do & claudendo, & claues earū in manibus po-
nendo, & alios actus poſſeſſorios, prout eſt mos
in talibus faciendo, ſtatim mortuo patre ſuo.
27 † Nam poſſeſſio probatur inſtrumento miſ-
ſionis in poſſeſſionem factæ iudicis auctoritate
ut ponit Abb. in capit. cum nobis. colum. 2. de
præſcr. quem ſic intelligit Crauet. in tracta. de
antiq. temp. in 1. par. nume. 315. ad fin. D. meus
Vbert. Zucard. in l. final. nume. 387. C. de edi.
di. adr. tollend. & Menoch. in remedio tertio
28 retinend. poſſeſſio. nume. 575. † Item proba-
tur ex inſiſtentia poſſeſſionis in re ipſa facta a-
periendo & claudendo ianuas arcis, & alios a-
ctus poſſeſſorio faciendo, ut not. Bartol. Ale-
xand. Iaſ. & alii in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quo-
que. ff. de uerborum obligatio. Bald. conſil. 10.
ad finem. colum. 5. Angel. Aretin. §. ſic itaque
nume. 7. Inſtitutio. de action. cum ſimilibus cu-
mulatis à Menochio loco citato, nume. 561. De-
mumq́ue ex clauium in manibus receptione.
l. clauibus, & ibi Bartol. ff. de contrah. emptio.
Socin. conſil. 13. nume. 14. volum. 4. Guido
Papæ conſil. 71. Grammatic. deciſ. 71. numer.
6. Dec. conſilio 56. nume. 2. Nec agunt iſti
filii contra Comites agnatos, ſed Illuſtriſſimo
Principi preces direxerunt, dicentes de facto
fuiſſe ſpoliatos ſua poſſeſſione bonorum feuda-
lium, & quòd in ea reintegrari debent. Pe-
tuntq́ue quòd Princeps eam ſibi reſtitui fa-
ciat ut hæredibus ex teſtamento, reſcriptum-
q́ue fuit, quòd conſilium Signaturæ circa nar-
rata prouideat, prout ei conueniens uidebitur.
29 † Quibus ita ſtantibus competit eis reme-
dium poſſeſſorium recuperandæ per eos intē-
tatum, vt not. Abb. Imol. Felyn. & alii in capi-
tul. dilectus filius, de reſcript. & in capitul. con-
querente, de reſtitutio. ſpoliato. Ripa in l. na
turaliter. §. nihil commune, numer. 59. ff. de
acquirenda poſſeſſione cum ſimilibus infinitis
cumulatis per Menoch. in 8. remed. recuperan.
poſſeſſio. numer. 8. & ſequent. quibus addo Ma
rianum conſil. 11. verſiculo, circa ſecundam
quæſtionem. qui loquitur de quodam Comi-
te ſpoliato per curiam parlamenti iuris ordi-
ne non ſeruato, hoc eſt non monito, neque
citato d. Comite. Concluditq́ue ſibi compete-
re remedium recuperandæ, ſicut ſi a priuato
fuiſſet ſpoliatus, ſicq́ue decidit in terminis
hunc caſum Marianus ibi, ut uideri poteſt.
30 † Nec quicquam repugnat Roland. a Valle
conſi. 1. nume. 17. uolum. 1. loquitur enim de in-
terdicto quorum bonorum, quod hic non intē
tatur, ſed inferius nume. 53. bene deſeruit ad
rem noſtram. Dicit enim quòd cum Cæſar ibi
poſſeſſionem haberet penes ſe in ſequeſtrum,
pro ſcandalis euitandis ad officiū ſuum nobile

pertinebat probationes a partibus exigere, &
ei dare poſſeſſionem, cui de iure danda venit, vt
per Abb. c. 2. colum. 3. de ſequeſt. poſſ. & fru. &
Cur. conſ. 60. qui de iudice loquitur, vnde cum
videant clariſſimi Domini filios iſtos hæredes
eſſe in teſtamento, & codicillis paternis etiam
feudorum & ad ea legitimatos fuiſſe, & etiam
poſſediſſe. Quorum nihil habẽt Comites agna
ti, ſine dubio dare debent poſſeſſionem feudo-
rum dictis filijs præcipiendo dictis Comitibus
ne eos turbent, vt latè tradit Curt. in allegato
31 conſi. 60. per totum. † Succedunt deinde du
bia, quibus dicitur hos filios Comitibus agna-
tis aduerſarijs præferri non poſſe, cum dicti Co
mites in potiori gradu ſint primo inueſtito, cu
ius perſona debet attendi, non autem pupilli
mox defuncti. Ad quod adducitur Calder.
conſil. 13. de feud. in princip. Angel. conſi. 110.
numero 6. vſque in fin. & Rubeus conſil. 85.
colum. 2. in fine. qui dicit in feudo non hæredi-
tario ( vt hoc eſt ) non debere attendi proxi-
mitatem illius, à quo feudum vacat, ſicque vl-
timò morientis, ſed proximitatem primi ac-
quirentis, & ſui ſtipitis. Sequitur Tiraquel. de
32 retract. linag. §. 11. gloſſ. 2. nume. 19. † Sed
huic motiuo facilè reſpondeo, quia ſtat text.
clarus in capitul. 1. ad finem, de nat. ſucceſſio.
fud. quòd ubi plures agnati procedentes ex
diuerſis lineis aſpirare volunt ad ſucceſſionem
feudi alicuius vaſalli, eorum agnati mortui
primo vocandi ſunt ad dictam ſucceſſionem
exiſtentes in linea communi cum mortuo: &
ſi nullus ex ea linea ſupereſt, tunc tranſeun-
dum eſt ad alias lineas, ſeruata graduum præ-
rogatiua, & ita ſignanter adnotant Aluarot.
Andr. de Iſern. & Afflict. ibi. ponentes caſum;
& exemplum latius in eo textu. & præter eos
addo Socin. conſil. 86. colum. final. volum. 3.
idem tenentem & expreſſè concludentem pro-
ximitatem volentium ſuccedere conſideran-
dam eſſe, attenta perſona nuper defuncti, non
autem primi inſtituti. idémque tradit Socin.
conſil. 73. nume. 16. volum. 4. Dec. conſil. 445.
33 nume. 19. † & vltra prædictos eſt text. in ca-
pitul. 1. de ſucceſſ. fra. vel de gradibus ſucced.
in feudo, vbi ad feudum primo filios, & ex
eis nepotes admittit, deinde ſubdit, quòd his
deficientibus vocantur primo fratres cum fi-
liis præmortuorum fratrum, deinde agnati vl-
teriores: quod ita intelligendum eſt, ſi feudum
ſit paternum, hoc enim ſi fuit illius parentis,
qui eius fuit agnationis communis: ibi enim
loquitur de feudo paterno & ſic non hære-
ditario, & tamen conſiderat proximitatem in
ſuccedendo reſpectu morientis vltimo loco,
non autem primi inueſtiti, & in ſpecie Deci.
in dicto conſi. 445. nume. 14. loquitur in feudo
non hæreditario, & tamen nume. 19. conclu-
34 dit ut ſupra. † Nec obſtat Calder. in dicto
conſil. 13. quia reprehendit eum Socin. conſil.
252. volum. ſecundo, col. 10. uerſicul. ſecundum
uero, & præter eã Cald. ſe fundat in conuentio
ne, non autem quia feudum non eſſet hæredi-
tarium, immo forſan erat hæreditarium, quia
pro hæredibus fuerat datum, & quod inquit
Rubeus de proximitate, reſpectu ſtipitis con-
ſideranda, tendit ad aliud, quod ponit tex. in
dicto capitulo primo, de ſucceſſ. feud. & ibi Bal
dus in uerſi. magnum. quòd in feudis ſucceſſio
ſuum aſpicit ſtipitem, & non alium, qui non
eſt ſtipes agnationis communis, ut erat patruus
35 magnus, de quo loquitur ibi. † Hocque re-
ſpectu pariter loquitur Ang. in d. conſilio 110.
uidelicet de fratre uterino, qui non erat de il-
la progenie, nec pendebat ab eodem ſtipite, ſed
non inde negatur filios & fratres ultimo defun
cti poſſe ibi ſuccedere, & aliis ulterioribus &
de diuerſa linea præferri. Igitur dico dato quod
Comites aduerſarii proximiores eſſent Gaſpa-
ri, uel Cæſari iamdiu inueſtitis, tamen quia eo
rum perſona in ſucceſſione, de qua agitur, ui-
delicet Comitis Marii & poſthumi filii ſui non
attenditur, ſed attendi debet perſona dicti
Comitis Marii & poſthumi, quibus iſti fi-
lii nunc agentes ſunt filii, & fratres reſpe-
ctiuè, & dicto poſthumo ſunt de eadem li-
nea indubitanter admitti debent & præferri d.
Comitibus aduerſariis, qui ſunt de alia linea,
nec aliter dici poteſt, cum tex. & doctores mox
allegati ſic apertè concludant. Et hinc etiam
ceſſant quæ ſubiiciuntur in dubiis iſtos filios
non poſſe venire per remedium adipiſcendæ,
quia nõ ſunt hæredes ex teſtamento, nec fratris
ab inteſtato, qui ſolus admiſſus fuit. Nam quod fue
rint hæredes patris ex teſtamento & codicillis
cum poſthumo, & poſſeſſionem ſimul adepti,
iam probatum eſt in ſuperioribus abũde ſatis,
& quòd nunc fratri ſucceſſerint in quota ſua
ſtat tex. in dicto capitulo pimo, de nat. ſuc. fue.
& Doctores ibi, meritòque & remedium adi-
piſcendæ poteſt eis competere, maxime reſpe-
36 ctu quotæ fratris. † Dum uero ſubiicitur agẽ
dum eſſe petitorio, quia legitimati non prote-
ſtati ſunt de poſſeſſorio tantum: dico quòd ad
eſt proteſtatio clara in actis facta 26. Iunii, pro
xime lapſi, quæ operatur, ut ſuper eo tantum
debeat iudicari primo quam ad petitorium de
uenire, ut in terminis dicit Gozad. conſ. 10. per
me ſecundo loco citatus, & ibi latius hoc firma
37 ui, nõ repeto. † Nec uerum eſt partes in preci
bus deduxiſſe petitorium, niſi forte per trãſen-
nam & obiter; ſed in petitione & concluſione,
quæ debet attendi, Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 14. ff.
de eden. ſe ad poſſeſſoriũ reſtrinxerũt, ſicuti &
reſcripta, quæ dicunt, circa narrata: nam debẽt
intelligi de narratis principaliter, non acceſſo-
riis. l. ſi quis nec cauſam, & ibi Iaſ. n. 19. ff. ſi cer-
tum pet. in l. unica, colum. 6. ff. de acquirenda
hær. Cur. iun. conſilio 119. colum. penultima.
Vnde ceſſant quæ dicunt ex aduerſo de petito
rio nũc cognoſcẽdo poſtquã partes & Prĩceps
ſe ad poſſeſſorium reſtrinxerũt, & iura petito-
rii deducta fuerũt ad iuſtificationẽ poſſeſſorii,
non quia de petitorio agatur, miſſo poſſeſſo-
rio. Quo uerò ad legitimationes, de illa per ſub
ſequens matrimonium, adeſt clarum inſtru-
mentũ,

ſed de illa ſi opus erit dicendum reſeruo, de alia uerò per reſcriptum, prius & nunc dixi. Nec patitur obiectum decreti Ducalis ex reſponſionibus ad illud ſupra datis, unde ceſſant dubia, multaque in allegationibus contrariis, quæ uerſantur ſuper illo decreto Ducali, ſicut & de probatione incontinenti, quæ fieri dicitur ex aduerſo, quæ tolluntur in primis meis allegationibus.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Illuſtri Comite Ioanne Paulo Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

De emptione pro perſona nominanda, ualida.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clauſula, ex nunc prout ex tunc, virtus.*
2 *Venditio pro perſona nominanda, valet facta nominatione.*
3 *Conſtituto transfertur dominium.*
*Et poſſeſſio.* 4.
*Licet appoſitum venditioni conditionali, purificata conditione.* 5.
6 *Tempus vbi eſt indeterminatum, ſufficit quandocumque facere.*
7 *Mora non incurritur ſine interpellatione.*
8 *Contractus non praeiudicat abſenti.*
9 *Ordo peruerti non poteſt.*
10 *Annullationis cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa annullatio.*

## CONSILIVM CIX.

*Auxilium meum à Domino.*

NONO Februarij 1563. Comes Ioannes Baptiſta Sacratus conſtituit ſe debitorem Comitis Ioannis Pauli Malchiauelli de ſcutis 1400. quos ſoluere ei promiſit per totum tempus unius anni, & menſis, & eo non ſoluente, ex nunc prout ex tunc, vendidit ei unam poſſeſſionem pro perſona nominanda pro pretio inter eos conuento, reſiduumque ad uſum conceſſit. Rurſus eodem die, menſe, & anno idem Malchiauellus nominauit Capitaneum Vitalianum Furlanum in emptorem dictæ poſſeſſionis adueniente dicto caſu: quæ quidem proponitur eueniſſe, quoniam dictus Comes Ioannes Baptiſta non ſoluit in tempore præfixo dictas
1 pecunias Malchiauello. † Vnde locus fuit, & eſſe debet dictæ venditioni uſque in illud tempus uigore illius clauſulæ, ex nunc prout ex tunc, quæ illius eſt roboris, ut diſpoſitio retrahatur ad tempus actus, & vnum tempus inſit alteri ſecundum glo. Angel. Caſtren. Alexand. & Iaſ. in l. prima. C. de codicill gloſſ. Cardinal. Florian. & Imola in clementina, nolentes. de hæret. Doctores in l. lecta, ff. ſi certum petatur Tiraquell. de conſtitutio. in tertia parte, limitatione ſecunda, numero 16.
2 † Valuitque dicta venditio facta dicto Malchiauello pro perſona nominanda per eum, facta per eum nominatione de dicto Capitaneo, vt tradit Bald. in l. in vendentis, columna penultima, quæſtione tertia. C. de contrah. emptio. Fabian. de Monte in tract. de emptio. & venditi. in duodecima quæſtione tertiæ quæſtionis principalis. Et cum præſens fuerit dictus Capitaneus nominationi de ſe factæ, eique promiſerit de euictione dictus Comes Ioannes Bt
3 ptiſta, † dubium non eſt ſibi ius fuiſſe quæſitum ex dicto contractu ſtante clauſula conſtituti, per quam transfertur Dominium perinde, ac ſi realis traditio interueniſſet, ut not. Butr. in capitulo ſecundo, columna tertia, verſiculo, teneas. de conſue. & in capitulo, cum veniſſet, columna pen. de reſtitu. ſpoliat. Tiraquel. in dicto tracta. de conſtitutio. ſecunda
4 parte, amplia. 8. † nedumque & dominium, ſed & poſſeſſio ſibi quæſita fuit, & in eum tranſlata ex ipſo conſtituto ſecundum glo. Bart. Angelum & alios in l. quædam mulier. ff. de rei vendicatio. & in l. quod meo. ff. de acquirenda poſſeſſio. cum ſimilibus per Tiraquell. in d. tracta. de conſtitutio. in principio. † Et hoc procedit, licet conſtitutum fuerit ap-

poſitum in dicta venditione conditionali, videlicet caſu quo per annum, & menſem futurum Comes Ioannes Baptiſta non ſolueret dictos ſcutos 1400. namque eo non ſoluente, & ſic purificata dicta conditione conſtitutum prædictum operatur dictum effectum translationis dominii, & poſſeſſionis in dictum Capitaneum, vt decidit Guido Papæ quæſtione 268. Bertrand. conſilio 254. numero quinto. volumine primo. Ruyn. conſilio 136. uolumine primo. cum aliis per Tiraquellum de conſtitution. ſecunda parte, ampliatio. 15. Quibus ita ſtantibus ſuccedit ſtatutum, quòd qui uendi. diſponẽs ipſum Capitaneum tueri, & conſeruari debere in dicta poſſeſſione. Nec opitulatur Comiti Io. Baptiſtæ chirographum ſibi factum per Malchiauellum 10. Februarii 1563. in quo facta fuit declaratio de ſcutis 400. tantum, numeratis dicto Comiti Ioanni Baptiſtæ, promiſitque Malchiauellus ei dare res conuentas in inſtrumento per totum menſem Martii tunc futurum, aut illas eo non dante in dicto termino, promiſit earum pretium ſoluere, eoque deficiente circa conuenta, contractum uenditionis annullauit. Vnde quia nec res, nec pecunias ſoluit Malchiauellus, prætendit Comes Ioannes Baptiſta venditionem nullam eſſe ex dicto chirographo. Quoniam primò reſpondetur quòd licet promiſſio Malchiauelli de bonis dandis Comiti Ioanni Baptiſtæ limitata fuerit ad terminum menſis Martii tunc futuri, & in hoc defecerit Malchiauellus, tamen promiſſio dandi pecunias in defectum præſtationis rerum non fuit ad di-
6 ctum tempus limitata, † ſed indeterminatè
poſita: ibi, *prometto pagarli li danari*. meritò ſufficit quandocunque Malchiauello, ſeu Capitaneo nominato, per eum dictas pecunias offerre, & dare velle. l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. auctor. iud. poſſiden. Bald. conſil. 256. volum. 4. cum ſimilibus per Crauet. conſil. 84. nume. 13. confirmatur hoc quòd ſolutioni dictarum pecuniarum nullum tempus adiectum fuerit, quia ſcriptum dicit, *& in caſo che non conſegni detta robba fra detto termine, prometto pagarli li danari*. Si enim totus terminus cedebat ei ad res dandas, ergo eo tamen elapſo tenebatur ad pecunias, ergo earum ſolutio eſt ſine termino. † Et licet ſtatim debe-
7 rentur, vt purè promiſſæ, tamen non dicitur
vnquam in mora fuiſſe præſtandi dictas pecunias, cum non fuerit ad id interpellatus, vt debebat interpellari, l. ſi ex legati cauſa, cum ibi not. ff. de verborum obligatio. vnde, quia iam res obtulit, & caſu quo recuſentur, paratus eſt dare pecunias, & mandato iudicis eas deponere, vt dictum ſtatutum diſponit, locus eſſe debet illius diſpoſitioni, non obſtante dicto chirographo, cuius caſus non euenit.
8 † Secundò reſpondetur, quòd illi chirographo non interuenit dictus Capitaneus præcedenti die iam nominatus à Malchiauello, & approbatus à dicto Comite Ioanne Baptiſta, meritò iuribus ſibi quæſitis ex dicto contractu non potuit per Malchiauellum præiudicari, l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. c. alteri, de regulis iuris, in 6. Tertiò dico, quòd annullatio contractus facta per Malchiauellum, non fuit pura, ſed adiecta conditione in hunc modum, *con queſto però; & non altrimenti, hauendomi reſtituito prima li ſcudi quattrocento*. at dictus Comes Ioannes Baptiſta dictam conditionem non obſeruauit, nec adimpleuit antequam hanc nullitatem contractus opponeret, meritò in ea ſe fundare non poteſt.
9 † Nec audiri debet, etiam ſi dictas pecunias
offerre uelit, quia cum talis ordo præfixus fuerit, & agatur de magno præiudicio Capitanei conſequendi dictam poſſeſſionem, dicitur fuiſſe, & eſſe neceſſitatis, nec peruerti poteſt, vt per Bartol. & alios, vbi Iaſ. in l. 2. §.
10 proprius, ff. de vulgar. & pupilla. † Quartò reſpondetur, quòd annullatio collata in euentum dictæ cõditionis reſtitutionis ſcutorũ 400. ea ceſſante ceſſat, & nulla redditur. l. pecuniam. ff. ſi certum petatur. l. hæc uenditio. ff. de contrahend. emption. cum ſimilibus, per Crauet. conſilio 93. & pro non facta habetur. l. cedere diem, ff. de verborum ſignification. Crauet. conſilio 170. numero octauo. & ita Comes Ioannes Baptiſta debet omnino ſuccumbere.

*Hippolytus Riminal. Ferra.*

---

## Pro Illuſtri Domina Camilla Zotta.

### ARGVMENTVM.

An ſubſtitutio facta, ſi omnes filii deceſſerint ſine filiis, verificetur uno tantum nato, & mortuo.

### SVMMARIVM.

1 *Subſtitutione facta vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, eſt in poteſtate ſubſtituti eligere, ex qua velit admitti.*

*Quod declaratur, ſi locum habuerunt dictæ ſubſtitutiones, ſecus ſi defecerunt. 55.*

*Subſti-*

3 *Subſtitutio vulgaris verificatur etiam ex capite impotentiæ.*
*Vel moriente inſtituto,viuo teſtatore.4.*
5 *Subſtitutus vulgaris præfertur coniuncto.*
*Et ob id impedit ius accreſcendi.*
6 *Clauſula codicillaris operatur,licet hæreditas non fuerit adita.*
*Modo uerba trahantur ad futurum.7.*
8 *Verbum valeret,trahitur ad futurum.*
9 *Clauſula codicillaris,quid operetur ex intentione teſtatoris.59.60.*
*Et operatur,vt relicta in teſtamento debeantur a venientibus ab inteſtato.10.*
*Et quæ nullitates ex ea purgentur.11.*
12 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non pōt.*
*Quæ opi.magis communis eſt.*
*Nec in iudicando ab ea recedendum.*
*Et errant,qui dicunt communem eſſe in contrariū.*
*Et verior eſt,& ſeruatur.*
13 *Filia quando fuit excluſa,& maſculi vocati,cenſetur factum fauore agnationis conſeruandæ.*
*Niſi teſtator ſe reſtrinxit ad caſum expreſſum.61.*
*Et quādo voluntas teſtatoris fuit tantū tacita.64.*
*Et quando verba non patiuntur.65.*
14 *Ratio unica,pro expreſſa haberi debet.*
15 *Subſtitutionem dici poteſt in hoc caſu non loqui.*
*Etiam ſi dicatur,quòd teſtator ita voluerit.16.*
*Niſi concludenter probetur fideicommiſſum.17.*
18 *Subſtitutio de pluribus filijs facta,ſi omnes deceſſerint ſine filijs,locum non habet,ſi unus tantum extiterit,qui deceſſerit ſine filijs.*
19 *Natus qui non fuit,non moritur.*
20 *Subſtitutio facta filijs naſcituris de vxore,locum non habet filio non nato.*
21 *Teſtatoris tacita mens non debet extendi extra eaſum ſuum.*
22 *Caſus omiſſus in ſubſtitutione,remanet in diſpoſitione iuris communis.*
23 *Fideicommiſſum non ampliatur ex voluntate in mente retenta.*
24 *Intellectus l.hæredes mei.§.cum ita,ff. ad Trebellia.per Ruinum.*
25 *Intellectus l.Titius.in prin.ff.de lib. & poſth.*
26 *Decius conſi.227.ad fi.declaratur.62.*
27 *Lex,patre furioſo,ff.de his,qui ſunt ſui,procedit in retinendo,non autem in nouiter acquirendo.*
28 *Mens operatur,ut a uerbis recedamus.*
*Et quando hoc procedat declaratur.*
29 *Pluralis ſermo,non uerificatur in uno,quando mater eſt in medio.*
*Et idem ſi filia.*
30 *Iaſ.conſi.148.col.5.uol.2.declaratur.*
31 *Bart.in l.quandiu inſtitutus,ff.de acquir.hæredit. declaratur.*
32 *Fideicommiſſum caducum reſpectu primo uocati, remanet penes grauatum cum onere reſtituendi ſecundo uocato.*
33 *Dictio, tunc & eo caſu,ſubſtitutionem reſtringit ad caſum expreſſum.*
*Saltē ſubſtitutione facta in aliquo caſu expreſſo.34*
*Alias contra.46.*
*Nec verificatur ſubſtitutio,niſi conditionibus in forma ſpecifica impletis.35.*
*Et quando verba ſunt geminata.37.*
36 *Caſus contingens præter ordinationem teſtatoris, non comprehenditur,etiam quòd maior ſit ratio, quàm in expreſſo.*
38 *Intellectus l.Gallus.§.& quid ſi tantum,ff. de lib. & poſthu.*
*Et alius putetur.39.*
*Quem confirmat auctor.40.*
41 *Extenſio de uno caſu impotentiæ,ad alium pariter impotentiæ toleratur.*
*Non autem de caſu impotentiæ ad caſum noluntatis.42.*
*Et auctoritate legis permittitur,non autem hominis.43.*
*Et ut euitetur præteritio.44.*
45 *Intellectus l.primæ,ff.de uulg.& pup.*
47 *Argumentum a contrario ſenſu ualidum in ultimis uoluntatibus.*
*Etiam in diſpoſitione conditionali.48.*
*Et inde noua diſpoſitio inducitur contraria factæ in ſenſu directo.49.52.*
*Et dicitur mens legis,uel ſtatuti.50.52.*
*Et ex expreſſa ſignificatione,ideſt apertiſſima.*
*Nec illi,ſicut nec legi renunciari poteſt.51.*
53 *Dictio dictis,eſt relatiua præcedentium, cum omnibus qualitatibus ſuis.*
54 *Verba geminata cenſentur cum maiori deliberatione prolata.*
56 *Clauſula codicillaris,non uidetur operari in teſtatore literarum ignaro.*
57 *Notarij communiter ſunt practici in titulo de iuris & facti ignorantia.*
*Et eorum uerba cenſentur præter uoluntatem contrahentium adiecta,quando transferunt contractum in aliam ſpeciem.58.*
60 *Clauſula codicillaris non operatur, ubi deficit uoluntas teſtatoris.*
63 *Expreſſum quando habeat,quod teſtator ueriſimiliter diſpoſuiſſet,ſi fuiſſet interrogatus.*
64 *Vulgaris tacita matrem non excludit.*
65 *Agnationis fauor,quando non operetur.*
66 *Mater excluſa a patruo,non cenſetur excluſa à patruo magno.*

## CONSILIVM CX.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVST. D. Io. Baptiſta de Zottis ſuū condidit teſtamentum, in quo iure legati,benedictionis,& inſtitutionis reliquit Camillæ eius filiæ legitimæ, & naturali ex ſe,& Do. Fiordel.eius vxore natæ pro ſuis dotibus,cū ſe nupſerit,Δ.2500.auri,& alios Δ.100.pro bonis parafrenalib. In oībus aūt aliis ſuis bonis &c.filiū ſuū nuperrimè natū ex d.eius vxore & Ioſeph nomine uocandum in fonte baptiſmatis ſibi uniuerſalem inſtituit,& omnes alios ſuos filios maſculos naſcituros legitimos & naturales æqualiter. Et ſi dictus eius filius nunc natus uel alii quicunque ſui filii maſculi quandocūque deceſſerit,ſeu deceſſerint ſine filiis maſcu-

lis, ſemper alios ſuperuiuentes maſculos eidẽ
decedẽti ſubſtituit. Si uero omnes deceſſerint
abſque filijs maſculis, & ante ætatem annorũ
25. tunc & eo caſu adueniente dictis ſuis maſcu
lis uulgariter, & pupillariter, & per fideicõmiſ
ſum ſubſtituit Oratium Barbatianum, & Simo
nem, eius fratres carnales &c. quæ ſequuntur,
adiecta clauſula codicillari. Quo facto teſtamẽ
to deceſſit d. Ioſeph infans uiuo teſtatore, po-
ſtea uerò uita functus eſt teſtator nullis alijs fi-
liis maſculis derelictis, ſuperſtite d. Camilla fi-
lia, & dictis eius fratribus. quæritur ergo nun-
quid d. fratres teſtatoris admitti debeant, &
1 quomodo. † Et prima conſideratione dicen
dum uidetur eos admitti debere ex uulgari, nã
in defectum filiorum teſtatoris decedentium ſi
ne filiis, teſtator eis ſubſtituit uulgariter, &
pupillariter, & per fideicommiſſum. Qua ſub-
ſtitutione ſic cõpoſita, eſt in poteſtate ſubſtitu-
ti uenire ex qua uelit ſubſtitutione, ut tradit
Bar. in l. Centurio. 4. q. prin. nu. 38. ff. de uulga.
& pup. ſequitur Alex. alios citans, col. pe. Ale.
Iaſ. & alii, quos refert Galliau. idem tenens nu
me. 104. Ripaque nu. 171. qui communem teſta
tur. & eſt tex. in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Treb.
vbi dicit Ang. ꝙ eſt tex. melior, qui ſit in iure ꝓ
forma ſubſtitutionum, quo utuntur notarii ap-
ponentes illa uerba ſubſtituens eum uulgari-
ter, & pupillariter, & per fideicommiſſum, quæ
operantur multum, nam ſubſtitutus eligere po
teſt ex qua ſpecie ſubſtitutionis velit hæredita-
tem amplecti. ſequitur Caſtr. & Alex. ibi, Ioan.
de Ana. conſi. 15. Guid. Pap. q. 514. Soc. conſil.
20. col. 5. uol. 1. Ioan. Durant. de arte teſtandi,
tit. 5. caut. 6. D. meus Rim. conſi. 333. col. 1. Nat
ta conſi. 395. nu. 3. & ego, qui plenius poſt Dec.
diſputaui, in l. precibus. nu. 508. C. de impub.
2 & ali. ſubſti. † Vnde ſi fratres iſti uelint elige
re uiam uulgaris, poſtquam Ioſeph filius teſta
toris deceſſit non adita hæreditate, quia præ-
mortuus eſt teſtatori, & ita non potuit adire,
ſicque uerificatur uulgaris ex capite impoten-
tiæ. l. 3. cum ibi notat. C. de hæred. inſti-
tu. & tradit Bartol. in l. 1. nu. 13. ff. de uulga.
utique dicendum uidetur quòd ipſi uenire poſ
3 ſint ad hæreditatẽ teſtatoris per uulgarẽ. † Et
